8
26/11
13

BIBLIA

INTEGRA, VETERIS ET NOVI TESTAMENTI, NON SOLVM AD HEbraicam veritatem, verumetiam ad vetustissimorum ac emendatissimorum vtriusq; linguæ codicum fidem, multo quàm antehac diligentius recognita, vnà cum singulorum capitum argumentis, Eusebii tabulis, & marginalibus annotationibus, iuxta Hebræorum maximè lectionem, plus mille nunc locis locupletata

ADEST LVCVLENTISSIMVS, RERVM HIC FERME omnium contentarum Index, cum præclaro Hebraicarum vocum Dictionario.

[redacted] ANNO M. D. XXIX.
Mense Septembri.

CHALCOGRAPHVS LECTORI S. D.

PRimum omnium, lector optime, tibi etiam atq; etiam persuadeas velim, hæc sacrosancta vulgatæ æditionis Biblia, tum ad vetustissimorum, tum ad emendatissimorum (vt de latinis dumtaxat loquar) codicum fidem, multo q̃ antehac vnq̃ (pace multorum dixerim) accuratius recognita, nunc demũ prodisse in publicum. Legimus enĩ veteres ipsos ante sæcula, & nostris quoq; temporibus, viros quosdam egregios, pro virili sæpenumero elaborasse, vt oracula illa diuina, q̃ rectissimè translata reuoluerent, semperq; vacui ac planè toti, in abstrusis illorum penetralibus versarentur, nihilq; omnino aliud, q̃ vt identidem in Christo Iesu seruatore nostro, cœlestia meditantes, decimo iugiter spaciarentur olympo. Non mirum igitur, lector candidissime, si in hisce Biblijs ædendis, haud parum laboris consumpserimus, incudi nunc demum illa reddentes, quibus & vitæ integritas, & æterna tandem salus indubitato haberi possit. Consuluimus itaq; hac in re viros eruditissimos, viros inquam naris emunctissimæ, acerrimiq; iudicij, inter quos Petrus Vbelius à Vvormer Bathauus, Hebraice studiosissimus, & in eadem re non parum versatus, plus (nobis crede) bis mille locis, veterem hincinde correxit textum, non eũ immutando, aut in eo quicq̃ delendo, sed iuxta Hebraicam solum veritatem, cuncta marginibus assignando, ita etiam, vt ex diuite illius penu, citra laboriosam arationem, citraq; (si ita libet) sementem, desiderata tibi iamdiu, prouenisse cõcedas. Cæterum vt vel Momo iudice, titulo satisfaciamus, ne (vt est apud Quintilianum) in portu, hoc est libri frontispicio impingamus, Habes Biblia integra, oẽs videlicet libros, nullo eorundẽ inuerso ordine. Biblia inquã sacrosancta, cum singulis singulorum capitum argumentis, Eusebii canonibus atq; tabulis, concordantiisq; omnis generis, & non parum multis marginalibus annotatiunculis, idq; iuxta Hebraicam (vt statim diximus) veritatem, haud minore passim sedulitate, quàm iudicio locupletata. Vale lector feliciter, sicq; bolum è faucibus eripies inuidorum. [redacted] Anno à natali Christiano, supra sesquimillesimum XXIX. Mense Septembri.

¶Correctorium autem (vt nihil tibi deesse videatur) in fine Machabeoꝝ ponitur.

LIBRORVM ORDO.

¶Quibus & tertius Machabæoꝝ liber, paucissimis cognitus, iam recens accessit.

SVMMARIVM.

TOta scriptura Bibliorum distinguitur in duo testamenta, scilicet vetus & nouum. Vetus inducit homines ad obseruantiam legis veteris per timorem pœnarum. Nouum, inducit homines ad obseruantiam legis nouæ per amorem virtutum.

Vetus testamentum diuiditur in libros: Legales, Historiales, Sapientiales, Prophetales.

Libri

Legales dicunt, in quibus leges & iudicia, orac dei edita promulgantur. Et sunt 5. scilicet.

Genesis In quo agitur de mundi & omnium creaturarum exordio. De diluuio, & Arca Noë, atque confusione linguarum. De electione populi dei, & descensu eiusdem in Aegyptum. Et habet Cap. 50

Exodus In quo agitur de decem plagis Pharaonis & exitu filiorum Israel de Aegypto. De decem præceptis ac iudicijs & instructione populi dei. De arca fœderis domini, & tabernaculo, & altari ac uestibus Aaron. Et habet Cap. 40.

Leuitic⁹ In quo agitur de sacrificijs, hostijs offerẽdis: de urna & uestibus Aaron: de ordine & ministerio leuitarum. Et habet Cap. 27.

Numerũ. In quo agitur de numeratione populi siue tribuum Israel. De prophetia Balaam. De mansionibus factis in eremo. Et habet Cap. 36.

Historiales dicunt, in quibus historiæ rerum gestarum narrantur. Et sunt 19. scilicet.

Deuter. In quo replicant ea q̃ in q̃tuor libris prioribus tradita sunt. Et habet. Cap. 34

Iosue. In q̃ agitur de transitu Iordanis, & de subuersiõe regnorum hostiliũ. De introductiõe populi dei in terrã pmissiõis, & de diuisiõe ipsius terræ. Et habet Ca. 24

Iudicũ. In quo agitur de principibus, & iudicibus ac defensiõe populi Israel, & de uictorijs & triumphis habitis contra hostes. Et habet Cap. 21.

Ruth. In quo agitur de matrimonio contracto inter Boos & Ruth, ex quibus Christus descendit. Et habet Capi. 4.

Regũ.
1 In quo agitur de gubernatione populi Israel per iudices, & de electione regis Saul. De regimine, gestis, & morte ipsius. Et habet Capi. 31.
2 In q̃ agit de regimine eiusdẽ ppli p regẽ Dauid, & de factis p ipm. Et ha. ca. 24
3 In quo agitur de morte regis Dauid, & de successione, regimine, & gestis Salomonis: aliorumque regum Iuda & Israel. Et habet Capi. 22.
4 De casu regni Iuda & Israel propter regum suorum præuaricationem, de captiuitate populi, & de subuersione urbis ac templi Et habet Cap. 25.

Paralip.
1 In quo describitur Genealogia regis Dauid & fit recapitulatio electiõis, gubernationis, atque gestorum ipsius. Et habet Capi. 29.
2 In quo recapitulat regimen populi p Salomonẽ & alios reges Iuda & Israel. (Et ha. Ca. 36

Esdræ.
1 In q̃ agit de reductione populi Israel ex Captiuitate Babylonica, & de instructione populi reducti p Esdram legisdoctorem. Et ha. Ca. 10.
2 Qui a Neemia duce editus est. In quo agitur de reædificatione muri ciuitatis Hierusalẽ, & de correctiõe malorum suborto(rum) in absentia Neemiæ. Et ha. Ca. 13.
3 Qui apocryphus est. In quo repetunt quædam alibi scripta circa captiuitatẽ Babylonicam tempore Iosiæ. Quædam etiam quæ contigerunt sub Zorobabel & Esdra Interseritur quoque solutio cuiusdam q̃õnis. Et habet Capi 9.
4 Qui similiter apocryphus est. In q̃ ponunt q̃dã uisiones & somnia sup populi Iudæorum liberatiõe a captiuitate, & tẽpli in Hierusalẽ restauratiõe. Et ha. Ca. 16

Tobiæ. In quo agitur de ipsius pbatione & uirtute multiplici. De ministerio Archangeli Raphaelis. de instructione prolis, & honestate matrimonij. Et ha. Cap. 11.

Iudith. In quo agit de obsidione Hierusalem & populi Israel, de honestate & pbitate Iudith, de interfectione Holofernis, & liberatiõe populi Israel. Et habet Ca 16

Hester In q̃ agitur de crudelitate Amã & eius suspensiõe, pcurata p prudentiã & humilitatẽ Hester: & de exaltatiõe Mardochæi, & liberatiõe Iudæorum Et ha. Cap. 16.

Iob. In quo agitur de beati Iob patientia, perfectiõne, ac disputatione quã habuit cum amicis: de prouidentia diuina, & corporis resurrectione. Et hab. Cap. 42.

Macha.
1 In quo agitur de prælijs inter Hebræorum duces & gentem Persarum, & de liberatione populi sub Matathia, Iuda, Iõnatha, & Symone. Et habet Ca. 16.
2 In quo recapitulantur quædam in primo libro dicta, agitur etiam de tribulatione populi: de constantia septem fratrum & matris eorum: & de liberatione populi per Iudam Machabæum. Et habet Cap. 15.

Libri sapientiales dicuntur, in quibus rudes & uera sapientia edocet & sunt numero 5. scilicet.

Prouer. In quo agitur de instructione & disciplina insipientium seruire deo, de correctione morum & informatione uirtutum. Et habet Cap 31.

Eccles. In quo agitur de mundi uanitate, de uitiorum contemptu: de profectu ambulantium in uia dei. Et habet Cap. 12.

Cantica In quo agitur de uiri iusti perfectione, de contemplatione animæ sanctæ, & de coniunctione Christi & ecclesiæ Et habet Capi. 8.

Sapiẽtię In quo agitur de regimine prælatorum & cõseruatione iustitiæ, atque idolorum cõtemptu. De aduentu & passiõe Christi, q est uera sapientia. Et habet Cap. 19.

Ecclsiast In quo agitur de obedientia subditorum. De institutione bonorum morum, de nobilitate sapientiæ & de laude sanctorum. Et habet Capi. 51.

Psalteri. In quo agitur de Christi diuinitate: humanitate: passione: resurrectiõe: ascensione: & aduentu ad iudicium. De pœnis peccatorum, & beneficijs dei: atque laudibus eius. Et continet Psalmos centum quinquaginta.

Libri proph.

Esaias. In quo agitur de reprehensione Iudæorum, de aduentu Christi in carnem, & eius passione, de uocatione gentium: & de regno Iuda & regno Israel. Et ha. ca. 66

Hieremi. In quo agit de captiuitate Iudæorum & destructiõe ciuitatis Hierusalẽ, de planctu & lamentatione propter destructionem illam. Et ha. Ca. 52. Threnu uero ultra prædicta continent. Cap. 5.

Baruch. In quo agitur de uerbis quæ legit captiuis in Babylonia, de pnunciatione reditus populi Israel, & eorum quæ futura erunt temporibus ultimis. Et ha. cap. 6.

Ezechi. In quo agitur de uisionibus ipsius, & de sceleribus Iudæorum: de ruina Hierusalem, & de eius reparatione. Et habet Capi. 48.

Daniel. In quo agitur de mundi monarchia, & de mutationibus tpm, de potestate & æternitate regni Christi, de historia Susannę, de destructione Bel atque interfectione draconis. Et habet Cap. 14.

Oseæ. Qui loquit de idololatria populi Israel signata per mulierem meretricem. De inundatione peccatorum & de ammonitione ut filij Israel ad dominũ conuertantur. Et habet Capi.14.

Iohel. Qui loquitur de consumptione terrę Iudęorum p erucam: bruchum: locustã: & rubiginem De inductione ad pniam: & de iudicio futuro. Et habet Capi.3.

Amos. Qui de sceleribus Iudęorum & gentiũ loquitur De ira dei & uindicta sop eos uentura. Inducit quoq; ad pniam: & pdicit finalẽ reparationẽ. Et hab. Cap.9.

Abdias. Qui de cõminatione & destructõe Edom: & Esau personat. Et habet Cap.1.

Ionas. Qui de naufragio Ionæ loqtur: & in hoc passionẽ Christi præfigurans: mundum ad pœnitentiam reuocat: atq; sub nomine Niniuæ salutem gentium pfigurat. Et habet Cap.4.

dicuntur, in quibus uētura pnunciantur. Et sunt numero.16

Miche. Qui prædicit Samariæ deuastationem & captiuitatem ac interitũ principum Israel & pseudoprophetarũ: & de ingratitudie & malitia eorundẽ. Et ha.ca.7.

Naum Qui loqtur de ira dei & uindicta graui contra Niniuen q ad pdicationẽ Ionæ pniam egerunt de pctis, postea fuerunt peccatis maiorib' inuoluti. Et h.a.ca.3.

Abacuc Qui loquitur de disputatione quam propheta fecit cum deo & hoc ordo, & quomodo iustĩ conculcantur, & prosperantur iniqui. Et habet Cap.3.

Sopho. Qui de iudicio dei contra Iudæos & gentes extraneos loquitur, & de consolatione populi Israel. Et habet Cap.3.

Aggeus. Qui prædicit reuersionem populi Iudeorum, & de reædificatione templi, ac reuocatione ciuitatis. Et habet Cap.2.

Zachar. Qui loquitur de liberatione Iudæorom, & de uindicta contra inimicos eorũ & de humilitate aduentus Christi & passionis eiusdem. Et habet Cap 14.

Malach. Qui loquitur de abiectione populi Iudæorum & sacrificiorum eius, & de aduẽtu Christi. Et habet Capi.4.

Nouũ testamẽtũ partimõ quo & uet' distinguit & diuidit in libros.

Legales.
Historiales,
Sapientiales,
Prophetales.

Legales dicunt, i qb' lex noua a Christo tradita cõtinet. Et sunt.4 scilicet euange.

Matthę. In quo principaliter de Christi humanitate agitur. Et habet Cap.28.

Marci In quo præcipue agitur de Christi fortitudine & resurrectione Et ha.ca.16.

Lucæ. In quo agitur specialiter de passione & morte Christi. Et hab.Cap.24

Iohãnis In quo Christi diuinitatis sacramenta aperiuntur. Et habet cap.21.

Historiales apostolorum Christi gesta narrãtes, quę unico libro continentur

Actus. In quo sanctus Lucas Christo in cœlum assumpto uisibilem spũsancti missionem declarat, gestaq; apostolorum & præcipue Pauli, atq; infantiam nascentis ecclesiæ describit. Et habet Capi.28.

Romañ. In qua apostolus reuocat Romanos ab erroribus Gentilium & cerimonijs legis ad ueram & catholicam fidem Et habet Cap.16.

Corint. 1 In qua quosdam a falsis apostolis & philosophis per eloquentiam, quosdam uero per obseruantiam legis Iudaicæ seductos, reuocat ad ueram fidem & euãgelicam sapientiam. Et habet Cap.16.

2 In qua eosdem ad pœnitentiã conuersos & emendatos, consolatur & laudat. Et habet Capi.13.

Galat. In qua ipsos Galathas seductos a falsis apostolis, ut ad legem & circuncisionem reuerterent, reuocat ad fidem catholicæ ueritatis. Et habet.Capi.6

Libri

Sapiẽtiales dicuntur in qbus sapientia nouæ legis per exempla & pcepta recte uiuendi secũ dũ Christum plenissime traditur. Et sunt.21. oide licet epistolę pauli ad

Ephesi. In qua Ephesĩ qui ab apostolo uerbo ueritatis accepto perstiterunt in fide, ipsos collaudat apostolus Et habet Capi.6.

Philip. In qua, quia Philippensesaccepto uerbo ueritatis perstiterunt infide nec receperunt falsos apostolos ipsos apostolus collaudat. Et hab.Cap.4.

Coloss. In qua: quia Colossenses qui puenti erant a pseudoapostolis: eos corrigit apostolus, & hortatur ad fidei ueritatem. Et habet Capi.4.

Thessal. 1 In qua apostolus ipsos Thessalonicenses collaudat: quia uerbo ueritatis accepto, cum persecutionem paterentur a ciuibus suis, perstiterunt in fide, nec falsos apostolos receperunt. Et habet Cap.5.

2 In qua apostolus eosdem instruit de temporibus nouissimis, de aduentu, persecutione & fallacia Antichristi, & de ipsius exaltatione atq; ruina. Et ha.ca.3

Timot. 1 In qua Timotheum instruit de ordinatione & officio episcopatus & diaconatus, atq; omnis ecclesiasticæ disciplinæ. Et habet Cap.6.

2 In qua hortatur ipm ad coronã martyrij, & informat eum de oĩni regula catholicæ ueritatis, & qd futurũ sit nouissimis tpibus: & de sua passiõe. Et ha.ca.4

Titum In qua Titum instruit de constitutione presbyterorum, & de conuersatione spirituali: atq; hæreticis uitandis. Et habet Cap.3.

Philemõ. In qua Philemonẽ cõmendat de fide & charitate in sanctos: & rogat eum ut indulgeat Onesimo seruo suo & ipm benigne suscipiat. Et hab. Cap.1.

Hebræ. In qua apls defectũ & euacuationẽ legis Mosaicæ, & pfectionẽ legis Euangelicæ ondit: & quod Chs sit uerus de' & hõ, dei & hoim mediator. Et ha.ca.13.

Iacobi In qua Iacobus ad patientiam habendam suadet, & apud deum non esse personarum acceptionem docet. malaq; ea uitio linguæ prouenientia aperit: bella & dissentiões, phibet: diuites rephendit: ad ad ptutes inducit. Et ha Capi.5.

Petri 1 In qua sctus Petrus gras agit deo: q misericorditer p passionem filij sui: genus humanũ saluauit, & ad recte uiuendũ diuersos statuũ hoies instruit. Et ha.Ca.5

2 In qua apls inducit credentes ad tenendam fidei ueritatem: notat & damnat hæreticorũ falsitatem, & secundum Christi aduentũ describit Et ha.Cap.3.

Epistolæ Canonicæ.

Iohan. 1 In qua beatus Ioannes testificat de uerbo ueritatis & uitæ: ad cõfessionẽ peccatorũ hortãs: affirmans nos dñm Iesum habere aduocatũ apud patrẽ, amorẽ mundi dissuadens: & ad dilectionem dei & pximi inducens. Et ha.Cap.5.

2 In qua Electam & filios eius commendat, ad fraternam charitatem hortãs & monet ut hæreticos deuitent Et habet Capi.1.

3 In qua Gaium pietatis causa extollit: quam exercebat in peregrinos: atq; ut in ipsa pietate permaneat exhortatur. Et habet Cap.1.

Libri prophetales dicũtur, in quo status futurus ecclesiæ Christi pdicitur, quod beatus Iohannes unico libro facit, qui dicitur liber

Iudæ In qua Iudas omnes de salute propria solicite monet: & inducit altercationẽ Michaelis cum Satana, detestatur quoq; hæreticorum uitam. Et habet Cap 1.

Apoca. In quo agit de reuelationibus factis Ioanni per angelum in Patmos insula de tribulationibus quas ecclesia Christi tunc patiebatur, & in futurum passura erit, & præsertim tempe antichristi, & de supplicijs damnatorum ac præmijs electorum. Et habet Capi.22.

INDEX ILLVSTRIVM VIRORVM, LOCORVM, & gestorū memorabiliū, de quibus passim sacra Biblia cōmemorāt. In quē inserti sunt simul loci Theologici, de qbus hodie ferè cōtrouertitꝰ, qbus scripturis singuli vel affirment vel refellant, in hoc additi, vt lectoris iudicium adiuuarent.

Mors Christi pro omnibus satisfecit Esa.25,c,&.53.b c,Col.1.c,& 2.c 1.Petr.2.d Ephesio.1.b,1. Corꝝ.15.a 2.Corꝝ.5.c
Mortificanda sunt membra Col.3.a 2.Corꝝ.4.c
Moyses natus de gñe Leui, Exo.2.a
Moyses icredulitas Nu.11.e
Mulieri Samaritanæ colloquit̃ Iesus adfontẽ Iacob Ioh.4.abc
Mulieres i ecc̃ƚijs taceãt,1.Corꝝ.14.g
Mulieres subditæ sint viris, Eph.5.e
Multi vocati, pauci electi, Mat.20.b
Mũdus trãsit & cõcupiscentia eius,1. Iohan.2.c
Mũdus positus in maligno Iohan.5.d
Murmur Israhelitaꝝ Exo.16.b,nu.11 b &.14.a,&.16.f,&.20.a,& 21.b
Muscaꝝ plaga, Exo.8.f

NAamã lepra curat̃, 4.re.5
Naasonfilius Aminadab primus priceps de tribu Iuda,num.6,b
Nabod maritus Abigail cõmeatũ denegat Dauid,1.reg.25. c
Nabal exẽplar ipioꝝ & obstinatoꝝ, (1.re.25.b c
Naboth denegat vineã Achab regi,3.reg.21.a
Nabuchodonosor venit Hierl̃m,4.re (gũ.25.a,
Nabuzardan transfert Iudam Hier. 52.c
Nachor frater Abrahã, Gen̄.11.d
Nadab fili⁹ Hieroboã rex Isrl̃,3.re,15,f
Nathã ,ppheta loqt̃ ad Dauid,2.re.7
Natiuitas Chr̃i Mat.1.d, (2
Nazaræus non bibit vinũ,nu.6.c
Necessario fiũt oĩa Mat.10. Thren̄.3, Esa.65,Mat.6.Prouer.16,
Nechoa rex Aegyptioꝝ profligat̃,2
Necessaria tabernaculo (Para.35.c dat populus, Exo.35.b
Neemias pĩcerna regis Artaxerxis,2
Nemroth venator Ge.10.b (Esd.1.a
Nicanor dux exercitus Demetrij re-
Nicodem⁹ priceps (gis,1.mach.7.d Iudæoꝝ Iohã.3.a.7 g,19.g
Noë arca Gen̄.6.b
Noẽmi vxor Elimelech,Ruth.1.a
Nomẽ dñi turris fortissima ,pue.18.b
Noĩa apostoloꝝ Lu.6.c
Noĩa fortiũ in bello,2.re.23.a,
Noĩe dñi solo saluamur,non alio sub cœlo,Iohel,2.g Acto.4.c
Nomĩs dñi epitheta,Exo.3.d 6.a 15.a Iudit.13.d 1.Par.a,29.c Iud.9.c,Ps.8 b,19.b,67.a,110.b,112.a,134.c,Esa.7. ca,8.a 12.b,Hiere.10.a, 23.b, 32.c,33. Zach.14.b, Mala.1.d,Mat.1.Phil.2 b,Apo.9.c
Nõ temere iudicãdũ & cõdemnãdũ, Mat.7.a,Lu.6.f,Iohã.7.c,Ro.14.a Iaco.4.b,1.Cor.4, a,Ia.2.c
Nubes tetigit tabernaculũ,Ex.40.d

Nũeratio ppl̃i i deserto,nu.1.a,&.26
Numeratio populi & ciuitatum (2 1.Parã.23.a,
Numismate census recognito, Iesus reddẽda Cæsari iubet quæ sunt Cæsaris:Deo, quæ Dei

OBeth filius Ruth,Ruth,4.d
Obediẽtia q̃ bona sit,& cui obediẽdũ potissimũ,1.re. 15.e Eccle.4.d,Eccle.5.a, Ephe.6.a Col.3.d Tit.3.a Hebr.13.c
Oblatio Leui.2 (Act.5,e
Obseruatio astroꝝ & hariolatio Leui.19.f,Deu.18.b c,1.Par.10.d Iob.38 d Esa.8.d,Hier.10.a,
Obsequiũ nr̃m sit rõnabile,Ro.12.a
Obstetrices Aegyptiæ nolebãt lędere Hebręos ĩfantes Exo.1.d
Ochozias filius Achab regnauit pro prẽ,3.reg. 22.f
Ochozias rex Israel misit m̃ltos post Heliã,q oẽs moriebant̃,4.reg.1.c
Ochozias fili⁹ Iorã regis Iudæ regnauit in Iuda,4.reg.8.f,2.Par.22.a
Otiũ ,puer.12.b Ezec.16.f,Eccle.33.d
Otiosi verbi rõ reddẽda, Mat.12.c
Occulta manifestabunt̃ Mar,4.d Lu (cę.8.c
Odium suscitat rixas ,p.10.b
Odiũ erga oẽs deponendũ Mat.5.g
Offerẽs qd facere debeat Leu.2.a
Offendicula tollenda Ecci.27.c Esa. 57.c Ro.14.b, 1.Cor.10.g,2.Cor.6.a
Officia sacerdotũ cõstituunt̃, 2.Par.
Og rex Basan vincit̃,Nume. (25.a 21.g Deut.3.a, b
Oleũ viduæ auget̃, 4.reg. 4,b
Olda ,ppheta vxor Sellũ,2.Par.33.e
Oẽs in Adã morimur,1.Corꝝ.15.b
Oẽs in Chr̃o resurgemus ibidem,g
Oẽs sua quærunt Phil.2.c
Oĩbus licet ,pphetare & docere, nu. 11.f,Deu.4.b,&6,d & 32.g Ecci.5.a 1.Cor.14.f,Acto.2.Iohel.2.c
Oĩa verbo fecit de⁹ Sapię.9.a Ioh.1.a
Oĩa possibilia credenti Mar.9.d
Oĩa in noĩe Iesu & gloria Dei facienda.1.Cor.10.c,g
Oĩa munda mundis Tit.1.d
Oĩa probãda,quæ bona sunt tenenda,4.Thess.5.d
Opera sex dieꝝ Gen̄.1,a
Opera carnis Gala.5.d
Opera bona sunt testimonia fidei,2. Pet.1.Tit.2 &.3
Opa vident̃ mercedem ,pmittere,ac iustificationẽ Gen̄.15.a Iob.24 Psal 61.c,puer.24.b Hier.31.c,32.d,2.Para. 6.e Ionæ.3.d Ezech.33.c Act.10 a Mat.25.c,Ioh.5.e Rom.3.d
Opa iustificãt Iob.9.d Ecci.7.c Esa. 64.c Mat.25. Lu.13. Lu.17.e Lu.18 Iohan.3.d,&,15.a Phil.3.b, Tit.3.b 2.Tim.1.c,Deu.9.a
Opera nr̃a oĩa deus operat̃ in nobis Deu.8.d,2.reg.7,e,2.Para,25,c Psal 50.c,61,c,85,b,118,e Esa.26,c Iob,6 c Hier,3,d &,32.g Ezech,11,d, &,36,f, 2,Corꝝ,3,a Phil,2,b Rom,11,d Ephesios,1,c,2 Corꝝ.1.b
Operarij templi quot,3.regũ.5.d
Ophni & Phinees duo filij Heli malę vitæ,1.reg.2.d
Oppida Leuiticoꝝ, Nu.35,a
Opus suũ ,pbet vnusqsq; Gal,5,a
Or̃o qualis sit aut vbi fieri possit,1,Timo,2,Iohan, 4 Ephe,6,1,Thessa,5 Deu,9,Mat,6,a Tob,12,b
Or̃onis efficacia;Tob.4 Mat.17.c 15 d Mat.14.c, Iacob. 5.c
Orãdũ vt prędicatores libere loquãt̃ verbũ Ephe.6.d,2 Thess.3.a, Lu.10
Or̃o Esdræ,1. Esd.9.b
Or̃o Manasse,2. Para.in fine
Or̃o Neemiæ,Neemiæ.9.b
Or̃o Iudith.Iud.13.a &.9.a,
Or̃o Mardochæi Hester.13.c
Or̃o Hester,Hest.14.a
Or̃o Habacuc,Ha.3.a
Or̃o Dñica Mat.6.b
Or̃o Chr̃i pro Apostolis ad patrem Iohan.17.a
Ordo sacer esse sacr̃m colligit̃. Mar. 6.b Lu.22.b Iohan.20.f, Actu.13,a, 1.Tim,4.d Lu.10.a Heb.5.b Ex.28 1.Pet.2.b Apo.3.b&6.c,1.Cor.12
Osculo filius hois tradit̃,Lu.22.e
Oseę rex in Israhel,4.reg. 17.a
Othoniel primus iudex Israhelitãꝝ frater Caleb minor,Iud.3.b,
Oza tangẽs arcam morit̃,2.reg.6.b.

PAcis ęternæ promissio Esa. 2.b,Michę. 4.b
Pacem reliquit nobis Deus, Lucæ.24.f
Pacem & iustitiam esse Dei regnum Paulus dicit,Rom.14.c
Pacem in Christo debemus quærere Iohan.16.g,
Patientia opus pfectũ habet Ia,1.a
Patientia necessaria Hebr.10,g
Panis viuus Chr̃us, Iohan.6.e
Panes propositõis Leui.23.a
Panes propositõis comedit Dauid, 1.Regum .21.b,
Paralyticus sanat̃ Mar.2.a
Pars bona mulier bona Ecci,26.a
Partus virginis Mariæ Lu.2.a
Pascha iubet Ozias celebrare,3,Esd. (1.a
Passio Chr̃i Mat.27.d,
Patrum vestigijs insistendum Iob.8 b,Prouerbiorum.15.a,&.23.c, 2. Par,3 Psal.9,Zach,2,
Pauli conuersio ad fidem Act,9,a.
Pax non est ĩpijs Esa,48,d,
Pax Dei exuperat omnem sensum, Phil.4.b,
Pc̃tm̃ Adæ & Heuæ Gen̄.3
Pc̃ti cognitio per legem Ro.7.b,

EPISTOLA BEATI HIERONYMI AD PAVLINVM PRESBYTERUM de omnibus diuinæ historiæ libris.

FRater Ambrosius tua mihi munuscula perferēs, detulit simul & suauissimas lr̄as, q̄ à principio amicitiarū fidē p̄batæ iā fidei, & veteris amicitiæ nouā p̄ferebāt. Vera em̄ illa necessitudo ē, & Chr̄i glutino copulata, quā nō vtilitas rei familiaris, nō p̄sentia tm̄ corporū, nō subdola & palpans adulatio, sed dei timor, & diuinarū scripturarū studia cōciliāt. Legimus ī veteribus historiis q̄sdā lustrasse p̄uincias, nouos adiisse pp̄los, maria trāsisse, vt eos q̄s ex libris nouerāt, corā q̄q; viderēt. Sic Pythagoras Mēphiticos vates: Sic Plato Aegyptū & Architā Tarētinū, eāq; orā Italiæ, q̄ q̄nd. ī magna Gręcia dicebat̄, laboriosissime pagrauit, vt q Athenis magister erat & potēs, cuiusq; doctrinā academiæ gymnasia p̄sonabāt, fieret peregrinus atq; discipul⁹ malēs aliena verecūde discere, q̄ sua impudēter ingerere. Deniq; cū lr̄as q̄si toto fugiētes orbe p̄sequit̄, captus à piratis, & venūdatus etiā tyrāno crudeliss. paruit, ductus captiuus, vinctus & seruus, tm̄ qa philosophus maior emēte se fuit. Ad T. Liuiū lacteo eloq̄ntiæ fonte manātē de vltimis Hispaniæ Galliarūq; finibus q̄sdā venisse nobiles legimus, & q̄s ad cōtēplationē sui Roma nō traxerat, vnius hoīs fama p̄duxit. Habuit illa ętas inauditū oībus seculis, celebrādūq; miraculū, vt vrbē tātam īgressi, aliud extra vrbē q̄reret. Apollonius siue ille magus (vt vulgus loquit̄) siue Philosophus, vt Pythagorici tradūt, intrauit Persas, p̄trāsiuit Caucasum, Albanos Scythas, Massagetas, opulētissima Indię regna penetrauit, & ad extremū latissimo Physon amne trāsmisso puenit ad Brachmanas, vt Iarchā in throno sedētē aureo, & de Tātali fonte potantē, īter paucos discipulos de natura, de motib⁹ siderū ac dierū cursu audiret docētē. Inde p Elamitas, Babylonios, Chaldęos, Mędos, Assyrios, Parthos, Syros, Phęnices, Arabes, Palęstinos, reuersus Alexandriā, p̄rexit Aethiopiā, vt gymnosophistas & famosissimā solis mēsam videret in sabulo. Inuenit ille vir vbiq; q̄d disceret, & sp̄ p̄ficiēs, sp̄ se melior fieret. Scripsit sup hoc plenissime octo voluminibus Philostratus. ¶ Quid loq̄r de seculi hoībus, cū apl̄s Paulus vas electōis & magister gētiū, q de cōsciā tāti in se hospitis loq̄bat̄, dicēs: An experimentū q̄ritis eius q in me loquit̄ Chr̄us? post Damascū Arabiāq; lustratā ascēderit Hierosolymā, vt videret Petrū, & māserit apud eū dieb⁹ q̄ndecim? Hoc em̄ mysterio hebdomadis & ogdoadis futurus gētiū p̄dicator instruēdus erat. Rursumq; post annos q̄tuordecim assumpto Barnaba, & Tito, exposuerit apl̄is euāgeliū, ne forte in vacuū curreret aut cucurrisset. Habet em̄ nescio q̄d latētis energiæ viua vox, & in aures discipuli de autoris ore trāsfusa fortius sonat, vn̄ & Aeschines cū Rhodi exularet, & legeret̄ illa Demosthenis oro quā aduersus eū habuerat, mirātibus cunctis atq; laudātibus, suspirās ait. Quid si ip̄am audissetis bestiā sua verba resonātem? ¶ Hęc non dico, q̄ sit in me aliq̄d tale, q̄d vel possis à me

audire vel velis discere,sed q̄d ardor tuus & discēdi stu-
diū etiā absq; nobis p se ꝓbari debeat. Ingeniū docile,
& sine doctore laudabile ē.Nō qd inuenias,sed qd q̄ẹas
cōsideramus. Mollis cera,& ad formādū facilis,etiā si ac
tificis & plastæ cessent manus,tñ virtute totū ē qcqd eē
pōt.Paulus aplus ad pedes Gamalielis legē Moysi & ꝓ-
phetas didicisse se gloriaſ,vt aematus spūalibus tęlis,po
stea doceret cōfidēter.Arma eñ nrę militię nō carnalia
sunt,sed potētia deo ad destructionē munitionū cogita-
tōes destruētes, & oēm altitudinē extollētē se aduersus
sciam dei,& captiuantē oēm intellectū ad obediēdum
Chr̄o,& paeati subiugare oēm inobediētiā.Ad Timo-
theū scribit ab īfantia sacris lr̄is eruditū,& hoetaſ ad stu
diū lectōis,ne negligat grām q̄ data sit ei p impositionē
manus p̄sbyteri,Tito p̄cipit vt īter cæteras virtutes ep̄i,
quē breui sermone depinxit,sciam q̄q; nō negligat scri
pturaꝝ. Obtinentē,inqt,eū q scd̄m doctrinā est fidelē
sermonē,vt potēs sit exhortaei in doctrina sana, & con
tradicētes eeuincere. ¶Sctā qpperusticitas solū sibi ꝓ-
dest,& q̄tū ædificat ex vitæ merito ecclesiā Chr̄i,tm̄ no
cet,si destruētibus nō eesistat.Malachias ꝓpheta īmo p
Malachiā dn̄s interrogauit sacerdotes legē.In tm̄ sacer-
dotis officiū est interrogatū rn̄dere de lege.Et in Deute
ronomio legimus.Interroga p̄rem tuū, & annūtiabit ti
bi,seniores tuos & dicēt tibi.In psalmo q̄q;.118.Cātabi-
les mihi erāt iustificatōes tuæ in loco peregrinatōis meę
Et in descriptōe iusti viri,cū eū arbori vitæ,Dauid,q̄ est
in paradiso cōpararet,īter cęteras virtutes,hoc etiā ītu-
lit.In lege dn̄i volūtas eius, & in lege eius meditabiſ die
ac nocte. Daniel in fine sacratissimę visiōis ait iustos ful
gere q̄si stellas,& intelligētes.i.doctos q̄si firmamentū.
Vides q̄tū inter se distēt iusta rusticitas & docta iustitia
Alij stellis,alij coelo cōpaeanſ.Quāq̄ iuxta Hebraicā ve
ritatē vtrūq; de eruditis possit ītelligi.Ita eñ apud eos
legimus.Qui eñ docti fuerīt fulgebūt q̄si splēdor fiema
mēti,& q ad iustitiā erudiūt multos,q̄si stellę ī ꝑpetuas
ęternitates.Cur dr̄ Paulus apl̄s vas electōis? Nempe qa
legis & scripturaꝝ sctāꝝ erat aemariū.Pharisęi stupēt ī
doctrīa dn̄i,& miraenſ in Petro & Iohāne quō legē sciāt
cū lr̄as nō didicerīt. Quicqd eñ alijs execcitatio,& q̄ti-
diana in lege meditatio tribuere solet,illis hoc spūssctūs
suggerebat.Et erāt iuxta qd̄ scriptum est Theodidacti.
Duodecim annos saluator īpleuerat,& in tēplo senes de
q̄stōibus legis īterrogās,magis docet dū prudēter inter
rogat.Nisi forte rusticū Petrū, rusticū dicimus Iohānē,
quoꝝ vterq; dicere poterat.Et si īperitus sermone,non
tñ scia.Iohānes rusticus,piscator īdoctus,& vñ illa vox
obsecro.In pricipio erat verbū,& verbū erat apud deū
& deus erat verbū.Logos eñ gręce multa significat.Nā
& verbū est,& rō & supputatio,& cā vniuscuiusq; rei,p
quā sunt singula q̄ subsistūt,q̄ vniuersa recte ītelligim⁹ ī
Chr̄o. ¶Hoc doctus Plato nesciuit,hoc Demosthenes
eloquēs ignorauit. Perdā inqt sapiām sapiētiū,& prudē
tiā prudētiū reprobabo. Vera sapia pdet falsam sapiam
& q̄q̄ stultitia p̄dicatōis in cruce sit:tñ Paulus sapiam lo-
quiſ inter pfectos. Sapiam aūt nō seculi huius,nec prici
pū seculi istius:q̄ destruiſ,s; loquiſ dei sapiam in myste-
rio absconditā,quā p̄destinauit deus añ secula.Dei sapia
Chr̄us ē.Chr̄us eñ dei virtus, & dei sapia.Hæc sapia in
mysterio abscōdita est de q̄ & noni psalmi titulus p̄no-
taſ,ꝓ occultis filij,in q̄ sunt oēs thesauri sapiæ & sciæ dei
abscōditi. Et q ī mysterio abscōditus erat,p̄destinatus ē
añ secula p̄destinatus aūt & p̄figuratus in lege & ꝓphetis
Vñ & ꝓphetę appellabanſ videntes,qa videbāt eū quē
cæteri nō videbāt.Abrahā vidit diē eius, & lætatus est.

Apiebanſ coeli Ezechieli,q ꝓplo pctōri clausi erāt.Reue
la,inqt Dauid,oculos meos, & cōsiderabo mirabilia de
lege tua.Lex eñ spūalis ē,& reuelatōe opus ē,aut ītelli
gat ac reuela[illegible] facie dei gloriā cōtēplemur.Liber ī Apo
calypsi septē sig[illegible]s signatus oñdiſ,quē si dederis hoi sci
enti lr̄as vt le[illegible]t,rñdebit tibi.Nō possum.Signat⁹ est eīz
Quāti hodie putāt se nosse lr̄as,& tenēt signatū libꝝ,nec
aperire pñt,nisi ille reserauerit,q h; clauē Dauid,q ape-
rit & nemo claudit,claudit & nemo apit?In actib⁹ aplo
[illegible] sctūs Eunuchus,imo vir(sic ei eū scriptura cognoiat)
cū legeret Esaiā ꝓphetā,interrogatus à Philippo.Putās
ne ītelligis q̄ legis?rn̄dit. Q̄uo possum nisi aliqs me do-
cuerit? Ego(vt de me loq̄r iterim)nec sanctior sum hoc
eunucho, nec studiosior, q de Aethiopia.i.de extremis
mūdi finib⁹ venit ad tēplū,reliqt aulā regiā,& tātus ama
tor legis diuinæq; sciæ fuit,vt etiā i[illegible] vehiculo lr̄as legerit
sacras.Et tñ cū librū teneret,& verba dn̄i cogitatōe cōci
peret:lingua volueret,labijs psonaret,ignorabat eū quē
ī libro nesciēs venerabaſ.Venit Philipp,oñdit ei Iesum
q clausus latebat in lr̄a.O mira doctoris virtus.Eadē ho
ra credit eunuchus,baptizaſ, & fidelis, & sctūs factus ē,
ac magister de discipulo efficiſ,plus in deserto fonte ec-
clesię q̄ in aurato synagogę tēplo repperit.Hęc à me ꝑ-
stricta sunt breuiter,neq; eñ eplaris angustia euagari lō
gius patiebaſ,vt ītelligeres te in scripturis sacris sine p̄-
uio,& mōstrāte semitā nō posse īgredi. ¶Taceo de grā
maticis,& rhetoribus,philosophis,geometris,dialecti-
cis,musicis,astronomis,astrologis,medicis,q̄ꝝ scia mor
talibus vel vtilissima ē,& in tres ptes scindiſ,in doctrinā
rationē,& vsum. Ad minores artes veniam, & quæ nō
tam lingua q̄ manu administrantur.Agricolæ,cemen-
tarij,fabri metallorum,lignorumq; cęsores, lanarij quo
que & fullones,& cæteri q variam supellectilem & vilia
opuscula fabricanſ, absq; doctore eē nō possunt, qd̄ cu
piūt.Qd̄ medicoꝝ ē ꝓmittūt medici, tractāt fabrilia fa
bri.Sola scripturaꝝ ars ē, quā sibi passim oēs vendicāt.
Scribimus īdocti doctiq; poemata passim:Hāc garrula
anus,hāc delirus senex,hāc sophista verbosus, hāc vni-
uersi p̄sumunt,lacerāt,docent añq̄ discāt. Alij adducto
supcilio grādia verba trutinātes,inter mulierculas de sa-
cris lr̄is philosophanſ.Alij discūt(proh pudor)à fœmi-
nis qd̄ viros doceāt.Et ne paꝝ hoc sit q̄dā felicitate ver
boꝝ,imo audacia,edisserūt alijs,qd̄ ipsi nō ītelligūt.Ta
ceo de mei similibus,q si forte ad scripturas sctās post secu
lares lr̄as venerint,& sermone cōposito aures ppl̄i mul-
serit,qcqd dixerint hoc legē dei putāt.Nec scire dignā
tur,qd ꝓphetę,qd apostoli senserint,sed ad sensum suū
incōgrua aptāt testimonia,q̄si grāde sit,& nō vitiosissi-
mū docēdi genus,depravare snias,& ad volūtatē suā scri
pturā trahere repugnātē.Quasi nō legerim⁹ Homerocē
tonas & Vergiliocētonas ac nō sic etiā? Et Maronē sine
Chr̄o possumus dicere Chr̄ianū,qa scripserit.Iā redit &
virgo,redeūt saturnia regna.Iā noua ꝓgenies cœlo de-
mittiſ alto.Et patrē loq̄ntē ad filiū:Nate meę vires,mea
magna potētia solus. Et post verba saluatoris in cruce.
Talia pstabat memorās,fixusq; manebat. Puerilia sunt
hæc,& circulatoꝝ ludo similia docere qd̄ ignores, īmo
vt cū stomacho loq̄r ne hoc qdē scire q; nescis. ¶Videl;
manifestissima ē Genesis,in q̄ de creatura mūdi,& exor
dio gn̄is hūani,de diuisiōe terrę,scribiſ de cōfusione lin
guaꝝ,de descēsiōe vsq; ad Aegyptū,Hebræoꝝ. ¶Patet
Exodus cū decē plagis,cum decalogo,cū mysticis diui-
nisq; p̄ceptis. ¶In prōptu ē Leuiticus liber in q̄ singula
sacrificia imo singulæ pene syllabæ, & vestes Aaron &
tot⁹ ordo Leuitic⁹,spirāt cęlestia sacramēta. ¶Numeri

vero rõne totius arithmeticę. & pphetiæ Balaã & q̃dragintaduarũ p eremũ mãsionũ mysteria cõtinẽt. ¶ Deuteronomiũ vero scd̃a lex, & euãgelicæ legis pfiguratio, nõne sic ea hz q̃ priora sunt, vt tñ [illegible] sint [illegible] ia de veteribus? Hucusq; Moyses, hucusq; p[illegible] [illegible], qbus qnq; verbis loq se velle apostol⁹ in ecclesia g[illegible] [illegible]. ¶ Iob exẽplar patiẽtiæ, q̃ nõ mysteria suo sermõ[illegible] cõp[illegible]ctit? Prosa incipit, versu labit, pedestri sermone [illegible], oẽsq; leges dialecticæ, ppositõe, assumptõe, cõfirmatõe, cõclusione determinat. Singula in eo verba plena sunt sensibus. ẽ. (vt de cæteris sileã) resurrectione corpo℞ sic pphetat, vt nullus de ea vel manifestius, vel cauti⁹ scripserit. Scio inqt q͂ redẽptor meus viuit, & ĩ nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circũdabor pelle mea, & ĩ carne mea videbo deũ, quẽ visur⁹ sum egoipse, & oculi mei cõspecturi sunt, & nõ ali⁹. Reposita ẽ hęc spes mea ĩ sinu meo. ¶ Veniã ad Iesum Naue q typũ dñi nõ solũ ĩ gestis ve℞ etiã in noĩe pfert. Trãsit Iordanẽ, hostiũ regna subuertit, diuisit terrã victori populo, & p singulas vrbes, viculos, mõtes, flumĩa, torrẽtes, atq; cõfinia ecclesię, cęlestisq; Hier̃lm spũalia regna descripsit. ¶ In Iudicũ libro quot principes populi tot figurę sunt. Ruth Moabitis. Esaię explet vaticiniũ dicẽtis: Emitte agnũ dñe dñatorẽ terrę de petra deserti ad mõtẽ filię Syõ. ¶ Samuel in Heli mortuo, & ĩ occisiõe Saul veterẽ legẽ abolitã mõstrat. Porrò in Sadoch atq; Dauid noui sacerdotij, nouiq; ĩperij sacr̃a testat. ¶ Malachim .i. tertius & q̃rtus regũ liber à Salomõe vsq; ad Iechoniã, & à Hieroboã filio Nabath vsq; ad Osee, q ductus ẽ ĩ Assyrios, regnũ Iuda, & regnũ describit Israel. Si historiã respicias verba simplicia sunt si in lr̃is sensum latẽtẽ inspexeris, ecclesiæ paucitas, & hęretico℞ cõtra ecclesiã bella narrant. Duodecim pphetę in vnius volumĩs angustias coartat, multo aliud q̃ sonãt in lr̃a pfigurãt, Osee crebro noĩat Ephraim, Samariã, Ioseph, Iezrahel, & vxorẽ fornicariã, & fornicatõis filios, & adulterã cubiculo clausam mariti multo tpe sedere viduã, & sub veste lugubri, viri ad se reditũ pstolari. Iohel fili⁹ Phatuel describit terrã duodecim tribuũ, eruca, brucho, locusta, rubigine vastãte cõsumptã, & post euersionẽ prioris populi effusum in spm̃ sc̃tm̃ sup seruos dei, & ancillas .i. sup centũ viginti credẽtiũ noĩa, & effusum iri in cœnaculũ Syon. Qui centũ viginti ab vno vsq; ad qndecim paulatim, & p incremẽta surgẽtes qndecim graduum nume℞ efficiũt, q in psalterio mystice continent. Amos pastor & rusticus, & rubo℞ mora distringẽs paucis verbis explicari non potest. Quis enim digne exprimat tria & quatuor scelera Damasci, & Gazæ, & Tyri, & Idumææ, & filio℞ Amon, & Moab, & in septimo, & in octauo gradu Iudæ & Israhel? Hic loqtur ad vaccas pingues quæ sunt in Samariæ monte, & ruiturã domũ maiorẽ, minoremq; testat. Ipse cernit fictorem locustæ, & stantẽ dñm sup mu℞ litum vel adamantinũ, & vncinum pomo℞ attrahentẽ supplicia pctõribus, & famem in terra. non famẽ panis, nec sitim aquæ, sed audiẽdi verbum dei. Abdias q interpretat seruus dñi, ptonat contra Edom, & sanguineũ terrenumq; hominẽ, fratris quoq; Iacob semp æmulũ, hasta pcutit spiritali. Ionas pulcherrima columba naufragio suo passionẽ dñi præfigurans, mundũ ad pœnĩam reuocat, & sub noĩe Niniuæ gentibus salutẽ nuntiat. Michæas de Morasthi cohęres Christi, vastationẽ annũtiat filię latronis, & obsidionẽ ponit cõtra eã, qa maxillã pcusserit iudicis Israel. Naum cõsolator orbis increpat ciuitatẽ sanguinum, & post euersionẽ illius loquit. Ecce sup montes pedes euangelizantis, & annuntiantis pacem. Habacuc luctator fortis, & rigidus stat sup custodiã suã, & figit gradũ sup punitionem vt Chr̃m in cruce cõtẽplet, & dicat: Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Splẽdor eius vt lux erit, cornua in manibus eius. Ibi abscõdita est fortitudo e[illegible]us. Sophonias speculator, & arcano℞ dei cognitor audit clamorẽ à porta pisciũ, & eiulatũ à scd̃a, & cõtritionẽ à collibus. Indicit quoq; vlulatũ habitatoribus Pilæ, qa [illegible]ticuit oĩs populus Chanaan, dis[illegible]rierũ vniuersi q inuol[illegible]ti erant argento. Aggæus festiuus & lætus, q seminat in lachrymis, vt in gaudio meteret, destructũ templ[illegible] [illegible]ficat, deumq; patrẽ inducit loquentẽ. Adhuc vnũ modicumq;, & ego cõmouebo cœlũ, & terrã, & mare, & aridã, & mouebo om̃es gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus. Zacharias memor dñi sui multiplex in prophetia, Iesum vestibus sordidis indutũ, & lapidẽ oculo℞ septẽ, candelabrũq; aureũ cum totidẽ lucernis, q̃t oculis, duas quoq; oliuas à sinistris lãpadis cernit, & à dextris, vt post equos nigros, rufos, varios, & albos, & dissipatas quadrigas ex Ephraim, & equum de Hierusalem, & pauperem regem vaticinet, & prædicet sedentẽ sup pullum filiũ asinæ subiugalis. Malachias aperte, & in fine oĩm propheta℞, de abiectõe Israhel, & vocatione gentiũ. Non est mihi, ait, voluntas in vobis, dicit dñs exercituũ, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu eñi solis, vsq; ad occasum, magnum est nomen meum in gẽtibus, & in omni loco sacrificat, & offertur nomini meo oblatio mũda. Esaiam, Hieremiã, Ezechielẽ, & Danielẽ, qs potest vel intelligere, vel exponere? Quo℞ primus non prophetiam mihi videt texere, sed euangelium. Secundus virgam nuceam & ollam succensam à facie aquilonis, & pardum spoliatũ suis coloribus & quadruplex diuersis metris nectit alphabetũ. Tertius pricipia & finẽ tantis habet obscuritatibus ĩuoluta, vt apud Hebræos ipse partes cũ exordio Geneseos ante annos triginta non legunt. Quartus vero, q & extremus inter quatuor pphetas tempo℞ conscius, & totius mundi Philistoros lapidẽ præcisum de monte sine manibus & regna oĩa subuertentem claro sermone pronuntiat. Dauid, Simonides noster, Pindarus, & Alceus, Flaccus quoq;, Catullus, atq; Serenus, Christum lyra personat, & in decachordo psalterio ab inferis excitat resurgentẽ. Salomon pacificus, & amabilis Dñi. mores corrigit, naturam docet, ecclesiam iungit, & Christũ sanctarumq; nuptia℞ dulce canit epithalamiũ. Hester ĩ ecclesię typo populũ liberat de periculo, & interfecto Aman, q interpretat iniqtas, partes conuiuij, & diem celebrẽ mittit in posteros. Paralipomenon liber. i. istrumẽti veteris epitome tãtus ac talis ẽ, vt absq; illo, si qs sciam scriptura℞ sibi voluerit arrogare, seipsum irrideat. Per singula qppe noĩa iuncturasq; verbo℞, & prætermissæ in Regũ libris tangunt historiæ, & innumerabiles explicant euangelij quæstiones, Esdras, & Neemias adiutor videlicet, & consolator à dño, in unum uolumẽ coartant, instaurant templũ, muros extruũt ciuitatis, oĩsq; illa turba populi redeuntis in patriã, & descriptio sacerdotũ, leuita℞ Israhelis, proselyto℞, ac per singulas familias muro℞ ac turrium opera diuisa, aliud in cortice pferũt, aliud in medulla retinẽt. Cernis me scriptura℞ amore raptũ excessisse modũ epistolæ, & tamen non implesse quod volui. Audiuimus tantũ quid nosse, qd cupere debeamus vt & nos quoq; possimus dicere: Concupiuit anima mea desiderare iustificatões tuas in omni tempore. Cęte℞ illud Socraticũ implctur in nobis. Hoc tñ scio quod nescio.

¶Tangã & nouũ breuiter testamẽtũ, Matthę⁹, Marcus, Lucas & Iohãnes, q̃driga dñi, & verũ Cherubim, q̃ interptat̃ sciẽ plenitudo ꝑ totũ corp⁹ oculati sũt, scitillæ emicãt, discurrũt fulgura; pedes hñt rectos, & in sublime tẽdẽtes terga pẽnata, & vbiq; volitãtia tenẽt se mutuo, sibiq; ꝑplexi sunt, & q̃si rota ĩ rota voluunt̃, & pgũt q̃cũq; eos flatus spũs sc̃tĩ pduxerit. Paul⁹ apl's ad septẽ scribit ecclesias: octaua eñ ad Hebręos à plerisq; extra nũerũ ponit̃. Timot [illegible] istruit, ac Titũ, & Philemonẽ ꝓ fugi[illegible] famulo dep̃c[illegible] q̃ meli⁹ tacere puto q̃ pauca sc[illegible]bere. Act⁹ aploꝝ nudã q̃dẽ vident̃ sonare historiã, & [illegible] ecclię ĩfantiã texere, s; si nouerimus scriptorẽ [illegible] eẽ medicũ, cui⁹ laus ẽ ĩ euãgelio, aĩaduertem⁹ pariter oĩa verba illius aĩę lãguẽtis eẽ medicinã. Iacob⁹, Petr⁹, Iohãnes, Iudas septẽ epl'as ędiderũt, tã mysticas q̃ succinctas, & breues pariter ac lõgas: breues in verbis, lõgas in sententijs: vt rarus sit q non in eaꝝ cęcutiat lectiõe. Apocalypsis Iohãnis tot hꝫ sacr̃a, q̃t verba. Paꝝ dixi, & ꝓ merito voluminis laus oĩs ĩferior ẽ. In verbis singulis multiplices latẽt ĩtelligẽtię. Oro te frater charissime iter hęc viuere, ista meditari, nihil aliud nosse, nihil aliđ q̃rere: nõne tibi videt̃ iã hic ĩ terris regni cęlestis habitaculũ? Nolo offendaris ĩ scripturis sc̃tĩs simplicitate, & q̃si vilitate verboꝝ q̃ vł vitio iterp̃tũ, vł de idustria sic ꝓditæ sũt, vt rusticã cõcionẽ facilius istruerẽt, & l vna eadẽq; s̃nia, alr̃ doctus alr̃ sentiret ĩdoctus. Nõ sum tã petulãs & hebes, vt hæc me nosse pollicear & eoꝝ fructus carpere in terra, q̃ꝝ radices in cęlo fixæ sunt, sed velle fateor. Sedẽti me ꝓfero, magr̃m renuẽs, comitẽ spõdeo. Petẽti dat̃, pulsanti aperit̃, q̃rens ĩuenit. Discamus in terris, q̃ꝝ sc̃ia nobis ꝑseueret in cœlo. Obuijs te manibus excipiã, & (vt ĩepte aliq̃d ac de Hermagorę tumiditate effutiã) q̃cq̃d q̃sieris, tecũ scire conabor. Habes hic amãtissimũ tui frẽm Eusebiũ; q l̃raꝝ tuaꝝ mihi grãm duplicauit, referẽs honestatem morũ tuoꝝ, contẽptũ seculi, fidẽ amicitię, amorẽ Chr̃i. Nam prudentiã & eloquij vetustatẽ, etiã absq; illo ipsa epl'a ꝓferebat. Festina q̃so te, & hęrẽt in salo nauiculę funẽ magis p̃scinde q̃ solue. Nemo renũtiaturus seculo bñ põt vẽdere, q̃ cõtẽpsit vt vẽderet. Quicq̃d in sumpt⁹ de tuo tuleris, ꝓ lucro cõputa. Antiquũ dictũ ẽ. Auaro deest tã q̃đ hꝫ q̃ q̃đ nõ habet. Credẽti tot⁹ mũdus diuitiaꝝ est. Infidelis aũt etiã obolo indiget. Sic viuamus q̃si nil hñtes, & oĩa possidẽtes. Victus atq; vestit⁹ diuitię Chr̃ia noꝝ sunt. Si habes ĩ ptãte rẽ tuã, vẽde: si nõ habes, ꝓijce. Tollẽti tunicã, & palliũ relinquẽdũ est. Scilicet nisi tu sp recrastinãs, & diẽ de die trahẽs, caute & pedetẽtim tuas possessiũculas vẽdideris, nõ habet Chr̃us vnde alat pauperes suos. Totũ deo dedit, q se obtulit. Apl'i tñ naues & retia reliquerũt. Vidua duo ęra misit in gazophylaciũ & præfert̃ Crœsi diuitijs. Facile contẽnit oĩa, q se sp cogitat esse moriturum. ¶Finis.

PRAEFATIO SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI IN PENTATEUCHUM MOYSI.

DEsiderij mei, desideratas accepi epl'as, q quodã ꝑsagio futuroꝝ cũ Daniele sortitus est nomẽ obsecrãtis, vt trãslatũ in latinã linguã de Hebræo sermone pentateuchũ vestroꝝ auribus traderẽ. Periculosum opus certe, & obtrectatoꝝ meoꝝ latratibus patẽs, q me asserũt in septuaginta interpretũ suggillationẽ noua ꝓ veteribus cudere, & ita ingeniũ quasi vinũ probãtes, cũ ego sæpissime testatus sim me ꝓ virili portiõe in tabernaculo dei offerre quæ possim, nec opes alteri⁹ aliorum paupertate fœdari. Quod vt auderẽ Origenis me studium prouocauit, q e[illegible]tioni antiquæ translationẽ Theodotõis miscuit asterisco & obelo, id est, stella & veru oĩe opus distinguens, dum aut illucescere facit quæ minus añ fu[illegible]rant, [illegible] supflua quæq; iugulat, & confodit & maxime [illegible] elistaꝝ, & Apostoloꝝ authoritas promulg[illegible] qbus multa de veteri testamento legimus, quæ [illegible] stris codicibus non habent̃, vt est illud [illegible] Aegyp[illegible] vocaui filium meũ. Et, qm̃ Nazaræus vocabit̃, & videbunt in quẽ compunxerunt, & flumina de [v]entre eius fluent aquæ viuæ, & quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se, & multa alia quæ propriũ syntagma desiderant. Interrogemus ergo eos vbi hæc scripta sunt, & cum dicere non potuerint de libris Hebraicis proferamus. Primũ testimoniũ est in Osee, sc̃d in Esaia, tertiũ in Zacharia, quartũ in Prouerbijs, quintum æque in Esaia, quod multi ignorantes apocryphoꝝ deliramenta sectant̃, & liberas nænias libris autenticis pręferunt. Causas erroris non est meũ exponere. Iudęi prudenti factũ dicunt esse consilio, ne Ptolemæus vnius dei cultor etiam apud Hebræos duplicem diuinitatẽ deprehenderet. Quod maxime idcirco faciebant, q a in Platonis dogma cadere videbat̃. Deniq; vbicũq; sacratum aliquid scriptura testat̃ de patre, & filio, & spũ sancto, aut aliter interpretati sunt, aut oĩno tacuer̃t, vt & regi satisfacerent, & arcanũ fidei non vulgarent. Et nescio q̃s primus author septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit, qbus diuisi, eadẽ scriptitarint, cum Aristæus eiusdem Ptolemæi Hysperaspistes, & non multo post tẽpore Iosephus nihil tale retulerit, sed in vna basilica congregatos contulisse scribant non prophetasse. Aliud est eñ esse vatem, aliud est esse interpretẽ. Ibi spiritus ventura prædicit, hic eruditio & verboꝝ copia ea quæ intelligit transfert. Nisi forte putandus est Tullius œconomicũ Xenophontis, & Platonis Pythagoram & Demosthenis pro Cthesiphonte afflatus rhetorico spiritu transtulisse. Aut aliter de eisdem libris per septuaginta interpretes, aliter per Apostolos spũs sanctus testimonia texuit, vt quod isti tacuerũt, hi scriptũ esse mẽtiti sunt. Quid igit̃? Dãnam⁹ veteres? Minime. Sed post prioꝝ studia in domo domini quod possumus, laboramus. Illi interpretati sunt añ aduentum Christi, & quod nesciebant dubijs protulere sentẽtijs, nos post passionẽ & resurrectionem eius, non tam prophetiam quàm historiã scribimus. Aliter eñ audita, aliter visa narrantur. Quod melius intelligimus, melius & proferimus. Audi igit̃ æmule, obtrectator ausculta. Non damno, non rep̃hendo septuaginta, sed confidenter cunctis illis apostolos præfero. Per istoꝝ os mihi Christus sonat, quos ante prophetas inter spiritalia charismata positos lego, in quibus vltimũ pene gradũ interpretes tenent. Quid liuore torqueris? Quid imperitoꝝ animos contra me cõcitas? Sicubi in translatiõe tibi videor errare, interroga Hebræos, diuersaꝝ vrbiũ magistros consule. Quod illi habent de Christo, tui codices non habent. Aliud est; si contra se postea ab Apostolis vsurpata testimonia probauerũt, & emẽdatoria sunt exemplaria latina q̃ græca, Græca q̃ Hebraica. Veꝝ hęc cõtra inuidos. Nunc te deprecor Desideri charissime, vt quia me tantũ opus subire fecisti, & à Genesi exordiũ capere, orationibus iuues, quo possim eodem spiritu quo scripti sunt libri, in latinum eos transferre sermonem.

F I N I S.

... ER GENESEOS, QVI בראשית
Bresith Hebraice dicitur. Summa capitis primi.

¶Verb... de... creantur ac benedicuntur cœlum, terra, lux, firmamentum, sol ... reptilia pisces, homo, &c. Caput primum.

A

33.q.5.ca.qd ergo.

De conf. dis. 2.c. panis est in altari, & c. qa corpus.

N PRINcipio creauit deus * cœlum ... terram. Te... a ... & ... tenebræ erant super faciẽ abyssi: & spũs dei ferebat super aquas. Dixitq́ deus: Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucẽ ꝙ esset bona * & diuisit lucem à tenebris: appellauitq́ lucem diẽ: & tenebras appellauit noctẽ. Factumq́ est vespere, & factũ est mane dies * vnus. Dixitq́ deus: Fiat firmamentum in medio aquaꝝ, & diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentũ, diuisitq́ aquas quæ erant sub firmamẽto ab aquis quæ erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocauitq́ deus firmamentum cœlũ. Et factũ est vespere, & factum est mane dies secundus. Dixit vero deus: Congregẽtur aquæ quæ sub cœlo sunt, in locũ vnũ: & appareat arida. Et factũ est ita. Et vocauit deus aridã, terrã: congregationesq́ aquaꝝ appellauit maria. Et vidit deus quod esset bonũ. Et ait: Germinet terra * herbã virentẽ, & facientem semen: & lignũ pomiferꝝ, faciens fructũ, iuxta genus suũ, cuius semẽ in semet-

B

ipso sit super terrã. Et factũ est ita. Et protulit terra * herbã virentẽ, & facientẽ semen iuxta genus suũ: lignũq́ faciens fructũ, & habens vnumquodq́ sementem secundũ speciem suã. Et vidit deus ꝙ esset bonũ. Factũq́ est vespere, & factũ est mane dies tertius. Dixit autẽ deus: Fiant luminaria in firmamẽto cœli, vt diuidãt * diẽ & noctẽ, & sint in signa, & tẽpora, & dies, & annos: vt luceant in firmamẽto cœli: & illuminent terrã. Et factum est ita. Fecitq́ deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præesset diei: & luminare minus, vt præesset noctis: & stellas. Et posuit eas in firmamento cœli: vt lucerent super terrã, & pręessent diei ac noctis: & diuiderent * lucẽ ac tenebras. Et vidit deus ꝙ esset bonũ. Et factum est vespere, & factũ est mane dies quartus. Dixit etiã deus: Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile vo-

C

lans super terram * sub firmamento cœli. Creauitq́ deus cete grandia, & omnẽ animã viuentem atq́ motabilẽ, quã produxerant aquæ in species suas: & omne volatile pennatũ secundũ genus suũ. Et vidit deus quod esset bonũ, benedixitq́ eis, dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris, auesq́ multiplicent sup terrã. Et factũ est vespere, & factũ est mane dies quintus. Dixit quoq́ deus: Producat terra animã viuentẽ in genere suo, iumẽta, & reptilia, & bestias terræ secundũ species suas. Factumq́ est ita. Et fecit deus bestias terræ iuxta species suas, iumenta, & omne reptile terræ in genere suo. Et vidit deus ꝙ esset bonũ. Et ait: Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinem nostrã, & præsit piscibus maris, & volati-

D

libus cœl... ...ijs, vniuersæq́ terræ, omniq́ reptili quod mouetur in terra. Et creauit deus hominẽ ... ...em suã, ad imaginẽ dei creauit illum, masculũ & fœminã creauit eos. Benedixi... ...& ait: Crescite & multiplicamini, & replete terrã, & subijcite eã, & dominamini ... ...ris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram. Dix... ...eus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terrã, & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementẽ generis sui, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omniq́ volucri cœli, & vniuersis quæ mouẽtur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendũ. Et factum est ita. Viditq́ deus cuncta quæ fecerat, & erãt valde bona. Et factum est vespere, & factum est mane, dies sextus.

Margin notes: Hebræi, cœlos, vbiq́ pluraliter enunciant. — Hebr. ... — Heb & diuisit inter lucẽ & inter tenebras. — Psal. 135. — Hebræis vnũ à primo frequenter vsurpant. — Psal. 135. & 88. — Heb. germinet terra germen, herbã facientẽ &c. vt supra. — De conse. & ... — Psal. 135. — Heb. ut diuidãt inter diẽ & inter noctẽ. — Inter lucem & inter tenebras. — Sup faciem firmamenti cœlorum. — Inf. ca. 2. & 8. c. & 9. a — pr. dist. c. sexto dic. — Infra. 5. a Sapie. 2. d Eccle. 17. a Marci. 10. a — 33. q. 5. c. hæc imago & c. 27 q. 2. c. ... — 24. q. 2. c. qui dam ...

a ¶Repetitio

ventus vrẽs leuauit locustas. Quæ ascẽderunt super vniuersam terrã Aegypti,& sederunt in Iohe. 1.a Agg. 2.c
cũctis finibus Aegyptiorũ innumerabiles,quales ante illud tẽpus nõ fuerũt, nec postea futu-
ræ sunt. Operuerũtq́; vniuersam superficiẽ terræ vastãtes oĩa. Deuorata est igit herba terræ,
E & quicqd pomorũ in arboribus fuit,quæ grãdo dimiserat. Nihil quoq; omnino virẽs relictũ
est in lignis,& herbis terræ in cũcta Aegypto. Quãobrẽ festinus Pharao vocauit Moysen
& Aaron,& dixit eis: Peccaui in dñm deũ vestrũ,& in vos. Sed nũc dimittite peccatum mihi
etiã hac vice,& rogate dñm deũ vestrũ,vt auferat à me mortẽ istã. Egressusq́; est Moyses de
cõspectu Pharaonis,& orauit dñm. Qui flare fecit ventũ ab occidẽte vehemẽtissimũ,& arre- Psal. 19
F ptã locustã,proiecit in mare rubrũ. Nõ remãsit ne vna quidẽ in cũctis finibus Aegypti. Et in Psal. 104
durauit dñs cor Pharaonis,nec dimisit filios Israel. Dixit aũt dñs ad Moysen: Extẽde manum Sap. 17.a & 18.a
tuã in cœlũ,& fint tenebræ sup terrã Aegypti tã densæ,vt palpari queãt. Extẽditq́; Moyses
manũ in cœlũ. Et factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra Aegypti. Tribus diebus ne
mo vidit fratrẽ suũ,nec mouit se de loco in quo erat. Vbicũq; aũt habitabãt filij Israel,lux erat.
G Vocauitq́; Pharao Moysen & Aaron,& dixit eis. Ite,sacrificate dño. Oues tantũ vestræ &
armẽta remaneant,paruuli vestri eant vobiscũ. Ait Moyses: Hostias q̃q; & holocausta dabis

nobis quæ offeramus dño deo nostro. Cũcti greges pergẽt nobiscũ. Nõ remanebit ex eis vn
gula quæ necessaria sunt in cultũ dñi dei nostri, ꝑsertim cũ ignoremus qd debeat immolari,
donec ad ipsum locũ perueniamus. Indurauit aũt dñs cor Pharaonis, & noluit dimittere eos.
Dixitq́; Pharao ad Moysen. Recede à me, & caue ne vltrà videas faciẽ meã: quocunq; die ap-
parueris mihi, morieris. Respõdit Moyses: Ita fiat vt locutus es. Non videbo vltra faciẽ tuã.

¶Dominus iubet spoliare Aegyptios. Cap. XI. A

Sup. 3.g; Infr. 12.c; Psal. 104; Eccle. 45.a; Infr. 12.d; Psal. 77.; &. 14. a

ET dixit dñs ad Moysen: Adhuc vna plaga tangã Pharaonẽ & Aegyptũ, & post hæc
dimittet vos, & exire cõpellet. Dices ergo omni plebi, vt postulet vir ab amico suo,
& mulier à vicina sua, vasa argẽtea, & aurea, & vestẽ: dabit aũt dñs gratiã populo suo B
corã Aegyptijs. Fuitq́; Moyses vir magnus valde ĩ terra Aegypti corã seruis Phara-
onis & omi populo. Et ait: Hæc dicit dñs. Media nocte ĩgrediar Aegyptũ, & moriet oẽ pri-
mogenitũ in terra Aegyptioꝝ, à primogenito Pharaõis, q sedet ĩ solio eius, vsq; ad primoge C
nitũ ancillę, q̃ ẽ ad molã, & oĩa primogenita iumẽtoꝝ. Eritq́; clamor magnꝰ ĩ vniuersa terra
Aegypti, q̃lis nec añ fuit, nec postea futurus ẽ. Apud oẽs aũt filios Isrl' nõ mutiet canis ab hoĩe
vsq; ad pecus, vt sciatis q̃to miraculo diuidat dñs Aegyptios & Israel. Descẽdentq́; oẽs serui D
tui isti ad me, & adorabũt me, dicẽtes. Egredere tu & oĩs populus q subiectus ẽ tibi. Post hæc
egrediemur. Et exiuit à Pharaone iratus nimis. Dixit aũt dñs ad Moysen: Nõ audiet vos Pha
rao, vt multa signa fiãt in terra Aegypti. Moyses aũt & Aarõ fecerũt oĩa signa & ostẽta, q̃ scri
pta sunt corã Pharaone. Et indurauit dñs cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel de terra sua.

¶Ritus edendi agni paschalis, azymorum institutio, clades primogenitorum
Aegypti, spoliatio Aegypti, Egressio filiorum Israel. Cap. XII. A

DIxit quoq; dñs ad Moysen & Aaron in terra Aegypti: Mẽsis iste vobis principiũ
mẽsiũ, primus erit in mẽsibus anni. Loquimini ad vniuersum cœtũ filioꝝ Israel, &
dicite eis: Decima die mẽsis huius tollat vnusq́sq; agnũ per familias & domos suas.
Sin aũt minor est nũerus, vt sufficere possit ad vescẽdũ agnũ, assumet vicinũ suũ, q
coniunctus est domui eius, iuxta numeꝝ animaꝝ, q̃ sufficere possunt ad esum agni. Erit autẽ
He. ab agnis & hœdis capietis
agnus absq; macula, masculus anniculus *Iuxta quẽ ritũ tolletis & hœdũ, & seruabitis eũ vsq; de cõs. dist. 4
ad quartãdecimã diẽ mẽsis huius. Immolabitq́; eũ vniuersa multitudo filioꝝ Israel ad vespe B
rã. Et sumẽt de sanguine eius, ac ponẽt sup vtrũq; postẽ, & in supliminaribus domoꝝ, in qui c. qd sit sanguis
bus comedẽt illũ. Et edẽt carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cũ lactucis agrestibus.
Nõ comedetis ex eo crudũ qd, nec coctũ aqua, sed assum tantũ igni, caput cũ pedibus eius &
intestinis vorabitis, nec remanebit quicq̃ ex eo vsq; mane. Si qd residuũ fuerit, igne cõbure-
tis. Sic aũt comedetis illũ. Renes vestros accingetis, & calciamẽta habebitis in pedibus, te-
Baculos uestros ĩ manibus uestris. Heb. 9.c
nẽtes *baculũ in manibus, & comedetis festinãter. Est eñ phase. i. trãsitus dñi. Et trãsibo per
terrã Aegypti nocte illa, ꝑcutiãq; omne primogenitũ in terra Aegypti, ab hoĩe vsq; ad pecus
& in cũctis dijs Aegypti faciã iudicia, ego dñs. Erit aũt sanguis vobis in signũ in ædibus in q-
bus eritis, & videbo sanguinẽ, & trãsibo vos, nec erit vobis plaga disperdẽs, qñ ꝑcussero ter-
rã Aegypti. Habebitis aũt hũc diẽ in monimẽtũ, & celebrabitis eũ solennẽ dño in genera- C
tionibus vestris cultu sempiterno. Septẽ diebus azyma comedetis. In die primo nõ erit fer-
mentatũ in domibus vestris. Quicũq; comederit fermẽtatũ, peribit aĩa illa de Israel, à primo
die vsq; ad diẽ septimũ. Dies prima erit sancta atq; solennis, & dies septimus eadẽ festiuitate
Lucæ. 22.a; Numer. 28.c
venerabilis. Nihil operis facietis in eis, exceptis his q̃ ad vescendum pertinẽt, & obseruabitis
azyma. In eadẽ eñ ipsa die educã exercitũ vestꝝ de terra Aegypti, & custodietis diẽ istũ in
generatiões vestras ritu ꝑpetuo. Primo mense quartadecima die mẽsis ad vesperã comedetis
azyma, vsq; ad diẽ vicesimãprimã eiusdẽ mẽsis, ad vesperã. Septẽ diebus fermẽtatũ nõ inue-
niet in domibus vestris. Qui comederit fermẽtatũ, peribit aĩa eius de cœtu Israel, tã de adue-
nis, q̃ de indigenis terræ. Omne fermẽtatũ nõ comedetis. In cũctis habitaculis vestris edetis
azyma. Vocauit aũt Moyses oẽs seniores filioꝝ Israel. Et dixit ad eos: Ite tollẽtes animal p D
Heb. 11.e; Heb. pelui; *Heb. a sanguine, qui ẽ in phiala
familias vestras, & immolate phase. Fasciculũq; hyssopi tingite in sanguine q est in *limine, de cõs. dist. 2 c. qd sit sanguis. & c. accipite. 11. dis. c. ecclesiastica in glo.
& aspergite ex eo supliminare, & vtrunq; postẽ *. Nullus vestꝝ egrediat ostiũ domus suę,
vsq; mane. Transibit eñ dñs, percutiẽs Aegyptios. Cũq; viderit sanguinẽ in superliminari,
& in vtroq; poste, transcẽdet ostiũ domus, & non finet percussorẽ ingredi domos vestras, &
lædere. Custodi verbum istud legitimum tibi & filijs tuis vsq; in æternum. Cumq́; introieri
tis terram quam dominus deus daturus est vobis, vt pollicitus est, obseruabitis cerimonias
istas. Et cũ dixerint vobis filij vestri, quæ est ista religio? Dicetis eis: Victima transitus domi-
ni est, quando transiuit super domos filioꝝ Israel in Aegypto, percutiens Aegyptios, & do-
Psal. 77; Sap. 18.b
mos nostras liberãs. Incuruatusq́; populus, adorauit. Et egressi filij Israel, fecerunt sicut præ-
ceperat dominus Moysi & Aaron. Factum est aũt in noctis medio, percussit dñs omne pri 15. q. 1. c. nec ꝗ inuenis.
Heb. sedentis in solio suo.
mogenitũ in terra Aegypti à primogenito Pharaonis *qui in solio eius sedebat vsq; ad pri-
mogenitũ captiuæ, quæ erat in carcere, & omne primogenitũ iumẽtoꝝ. Surrexitq́; Pharao E

noctе

nocte & oẽs serui eius, cũctaq́ʒ Aegyptus & ortus est clamor magnus in Aegypto. Neqʒ eñ Psal.104
erat domus in qua nõ iaceret mortuus. Vocatisq́ʒ Pharao, Moyse & Aaron nocte, ait: Sur- Psal.114
gite, egredimini à populo meo, & vos & filij Israel. Ite & immolate dño sicut dicitis. Oues ve Sap.6.b
stras & armenta assumite, vt petieratis, & abeũtes benedicite mihi. Vrgebantq́ʒ Aegyptij po Heb. tibacis
polũ Israel de terra exire velociter, dicẽtes: Omnes moriemur. Tulit igit populus * cõsper
17 dist. c. legi sam farinã, anteq̃ fermentaret, & * ligãs in pallijs posuit super humeros suos. Feceruntq́ʒ filij Heb. farinas
mus. Israel sicut præceperat dñs Moysi. Et petierũt ab Aegyptijs vasa argẽtea & aurea, vestemq́ʒ subactas, ligatas in uestib' super humerum eorum.
F plurimã. Dñs aũt dedit gratiã populo corã Aegyptijs, vt cõmodarẽt eis, & spoliauerũt Aegy
14. q. 5. c. scri ptios. Profectiq́ʒ sunt filij Israel de Ramesse in Socoth sexcẽta ferè milia peditũ virorʒ, absq́ʒ
ptũ. §. econ paruulis & mulieribus, sed & vulgus promiscuũ innumerabile ascẽdit cũ eis, oues & armẽta,
tra. c. dixit dominus & animãtia diuersi generis multa nimis. Coxerũtq́ʒ farinã quã dudũ de Aegypto cõspersam
tulerant, & fecerũt subcinericios panes azymos. Neqʒ eñ poterat fermentari cogẽtibus exire
Aegyptijs, & nullã facere sinentibus morã, nec pulmẽti quicq̃ * occurrerat præparare. Habi Alias, curauerant
tatio aũt filiorʒ Israel qua mãserunt in Aegypto, fuit quadringẽtorʒ triginta annorʒ. Quibus
expletis eadẽ die egressus est omnis exercitus domini de terra Aegypti. Nox ista est obserua
G bilis domini, quãdo eduxit eos de terra Aegypti. Hanc obseruare debẽt omnes filij Israel in
generationibus suis. Dixitq́ʒ dominus ad Moysen & Aaron: Hæc est religio phase. Omnis Nume.9.b
alienigena nõ comedet ex eo. Omnis autem seruus emptitius circuncidetur, & sic comedet. Iohan.19.f
84. q. 1. c. qui Aduena & mercenarius nõ edent ex eo. In vna domo comedetur, nec auferetis de carnibus
ex iola. cũ c. eius foras, nec os illius cõfringetis. Omnis cœtus filiorʒ Israel faciet illud. Quod si quis per-
qui ueius. egrinorʒ in vestrã voluerit transire coloniã, & facere phase domini, circuncidet prius omne
masculinũ eius, & tunc ritè celebrabit, eritq́ʒ sicut indigena terræ. Si quis aũt circũcisus nõ fue
rit, non vescetur ex eo. Eadem lex erit indigenæ & colono, qui peregrinantur apud vos. Fe-
ceruntq́ʒ omnes filij Israel sicut præceperat dominus Moysi & Aaron, & eadẽ die eduxit do-
minus filios Israel de terra Aegypti per turmas suas.

¶ Sanctificatio primogenitorʒ, iubetur memoria liberationis à tyrannide Pharaonica, Egrediuntur filij Israel ex Aegypto, Deferuntur ossa Ioseph, Columna nubis, die, columna ignis noctu præcedit. Cap. XIII.

A LOcutusq́ʒ est dñs ad Moysen, dicẽs: Sacrifica mihi omne primogenitũ quod aperit Inf.22.b
de cons. d. ma vuluã in filijs Israel, tam de hominibus, q̃ de iumẽtis, mea eñ sunt oĩa. Et ait Moyses & .34.c
gnæ. §. cum ad populũ: Mementote diei huius, in qua egressi estis de Aegypto, & de domo ser- Nume.3.b
igitur tutis, quoniã in manu forti eduxit vos dominus de loco isto, vt non comedatis fer- & 8.c
15. q. 3. c. nec mentatũ panẽ. Hodie egredimini mense nouarʒ frugũ. Cũq́ʒ introduxerit te dominus in ter- Psal.113
in q inimus. ram Chananæi & Ethæi & Amorræi & Heuæi & Iebusæi, quã iurauit patribus tuis, vt darẽt Deu.5
B tibi terrã fluentem lacte & melle, celebrabitis hũc morẽ sacrorum mense isto. Septem diebus
vesceris azymis, & in die septimo erit solennitas domini. Azyma comedetis septem diebus.
Nõ apparebit apud te aliquid fermentatum, * nec in cũctis finibus tuis. Narrabisq́ʒ filio in Hebr. relictis in cũctis finibus tuis
die illo, dicẽs: Hoc est quod fecit mihi dominus, quãdo egressus sum de Aegypto. Et erit qua
si signum in manu tua, & quasi monimentum ante oculos tuos, & vt lex domini semper sit in
ore tuo. In manu enim forti eduxit te dominus de Aegypto. Custodies huiuscemodi cũltum
22. q. 5. c. re statuto tẽpore à diebus in dies. Cũq́ʒ introduxerit te dominus in terrã Chananæi, sicut iu-
muneral. §. rauit tibi & patribus tuis, & dederit tibi eã, separabis omne q̃d aperit vuluã dño, & q̃d primi-
per scientes. tiuũ est in pecoribus tuis. Quicquid habueris masculini sexus, cõsecrabis dño. Primogenitum Sup.eo.b
C asini mutabis oue. Quod si nõ redemeris, interficies. Omne autẽ primogenitũ hominis de fi-
lijs tuis pretio redimes. Cumq́ʒ interrogauerit te filius tuus cras, dicẽs: quid est hoc? respon
15. q. 2. c. por debis ei: In manu forti eduxit nos dominus de terra Aegypti, de domo seruitutis. Nã cũ indu
ro. ratus esset Pharao, & nollet nos dimittere, occidit dñs omne primogenitũ in terra Aegypti, à
22. q. 5. §. hoc primogenito hoĩs vsq́ʒ ad primogenitũ iumẽtorʒ. Idcirco immolo dño omne q̃d aperit vul-
notãdum m uã masculini sexus, & oĩa primogenita filiorʒ meorʒ redimo. Erit igit quasi signũ in manu tua
uet. aegypti * & quasi appẽsum quid ob recordationẽ ante oculos tuos, eo q̃ in manu forti eduxit nos dñs Heb. & quasi frõtale &c
ca. & 22. q. 4
D de Aegypto. Igit cũ emisisset Pharao populũ, nõ eos duxit dñs per viã terræ Philistijm, q̃
c. Nabucho. vicina est, reputãs ne forte pœniteret eũ, si vidisset aduersum se bella cõsurgere, & reuerteret
in prin. in Aegyptũ, sed circũduxit per viã deserti, quæ est iuxta mare rubrũ. Et armati ascẽderũt fi-
lij Israel de terra Aegypti. Tulit q́ʒ Moyses ossa Ioseph secũ, eo q̃ adiurasset filios Israel, di- Gene.50.d
13. q. 2. c. ibrõ cens: Visitabit vos deus, efferte ossa mea hinc vobiscũ. Profectiq́ʒ de Socoth castrametati
sunt in Ethan in extremis finibus solitudinis. Dñs aũt præcedebat eos ad ostẽdendã viã per
diẽ in columna nubis, & per noctẽ in columna ignis, * vt dux esset itineris vtroqʒ tempore. He. ut luceret eis ad ambulãdum die noctuq.
Nunq̃ defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem coram populo.

¶ Pharao insequitur Israelitas, hi transeunt mare siccis vestigijs, ille cum vniuerso exercitu submergitur. Cap. XIIII.

Locutus est aūt dñs ad Moysen, dicēs: Loquere filijs Israel. Reuersi castrametentᵉ è re A
gione Phihahiroth, q̄ est inter Magdalum & mare, cōtra Beelsephon. In cōspectu 21.q.4.c.recurrit.§.hac
Heb. irretiti, conclusi eius castra ponetis sup mare. Dicturusq; est Pharao sup filijs Israel. *Coarctati sunt hæ.uers. nos iam
in terra, cōclusit eos desertū, & indurabo cor eius, ac persequet vos, & glorificabor in
Pharaone & in omni exercitu eius, scientq; Aegyptij quia ego sum dñs. Feceruntq; ita. Et
nuntiatū est regi Aegyptiorum q fugisset populus, immutatū est cor Pharaonis, & seruorum eius
super populū, & dixerūt: Quid voluimus facere, vt dimitteremus Israel, ne seruiret nobis? Iun B
xit ergo currum, & omnē populū suū assumpsit secū. Tulitq; sexcentos currus electos, & quic-
quid in Aegypto curruū fuit, & duces totius exercitus. Indurauitq; dñs cor Pharaonis regis
Aegypti, & persecutus est filios Israel. At illi egressi erant in manu excelsa. Cūq; persequé
rentur Aegyptij vestigia præcedentiū, repererunt eos in castris super mare. Omnis equitatus C
& currus Pharaonis, & vniuersus exercitus erat in Phihahiroth, cōtra Beelsephon. Cūq; ap-
propinquasset Pharao, leuātes filij Israel oculos, viderunt Aegyptios post se, & timuerūt val
de: clamauerūtq; ad dñm, & dixerūt ad Moysen: Forsitan nō erāt sepulchra in Aegyto, ideo
tulisti nos, vt moreremur in solitudine. Quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Aegyp-
to? Nōne iste est sermo quē loquebamur ad te in Aegypto, dicētes: Recede à nobis vt serui- D
amus Aegyptijs? Multo enī melius erat seruire eis, q̄ mori in solitudine. Et ait Moyses ad po-
Heb. salutem dñi quā &c. pulū: Nolite timere, state & videte * magnalia dñi quæ facturus est hodie, Aegyptios enī q̄s
nunc videtis, nequaq̄ vltrà videbitis vsq; in sempiternū. Dñs pugnabit pro vobis, & vos ta-
cebitis. Dixitq; dñs ad Moysen: Quid clamas ad me? Loquere filijs Israel vt proficiscantur.
Tu aūt eleua virgā tuā, & extende manū tuā super mare, & diuide illud, vt gradiant filij Israel
in medio mari per siccū: Ego aūt indurabo cor Aegyptiorum vt persequant vos, & glorifica- 23.q.4.c.Nebuchodono.
bor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus, & in equitibus illius. Et scient Aegy
Hieremi 9 ptij, q ego sum dñs, cū glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus, atq; in equitibus eius. E
Tollēsq; se angelus dñi, qui præcedebat castra Israel, abijt post eos, & cū eo pariter colūna nu
bis priora dimittēs, post tergū stetit, inter castra Aegyptiorum, & castra Israel. Et erat nubes te
Iosue. 2.b nebrosa & illuminās noctē, ita vt ad se inuicē toto noctis tēpore accedere nō valerēt. Cūq;
& 4.d extendisset Moyses manū super mare, abstulit illud dñs flante vento vehemēti, & vrente to- de.cons.dist.4.c.rene. uer. circūcisus
Iudith.5.b ta nocte, & vertit in siccum, diuisaq; est aqua, & ingressi sunt filij Israel per mediū sicci maris.
Psal. 77 Erat enī aqua quasi murus à dextra eorum & leua. Persequentesq; Aegyptij, ingressi sunt post F
Eccle. 32.c
Iudith.9.b eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus eius & equites per mediū maris. Iāq; aduenerat vi-
Heb. cōturbauit castra Aegyptiorum gilia matutina, & ecce respiciēs dñs super castra Aegyptiorum per columnā ignis & nubis * in-
terfecit exercitū eorum, & subuertit rotas curruū, ferebanturq; in profundū. Dixerūt ergo Aegy
Hebr. contra Aegyptios ptij. Fugiamus Israelē, dñs enī pugnat pro eis cōtra * nos. Et ait dñs ad Moysen: Extēde ma
nū tuā super mare, vt reuertant aquæ ad Aegyptios super currus & equites eorum. Cūq; exten
Sap.10.d dissēt Moyses manū cōtra mare, reuersum est primo diluculo * ad priorē locū. Fugiētibusq; G
Hebr. in alueū suum Aegyptijs, occurrerūt aquæ, & inuoluit eos dñs in medijs fluctibus. Reuersæq; sunt aquæ, & 23.q.5.c.qd ergo.
operuerūt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare, de pœ.dist.3.c.ut cognouerunt
nec vnus quidē superfuit ex eis. Filij aūt Israel perrexerunt per mediū sicci maris, & aquæ eis
erāt quasi pro muro à dextris & à sinistris. Liberauitq; dñs in die illo Israel de manu Aegyp-
Psal. 105 tiorum, & viderunt Aegyptios mortuos super littus maris, & manū magnā, quā exercuerat do nit.§ opponitur
Esaiæ. 11.d minus cōtra eos. Timuitq; populus dñm, & crediderunt dño, & Moysi seruo eius. de.pœ.dist.4.c. nec quē
q̄.§.uer. qd exemplum.

¶Canticum Moysi, veniunt in Marath, sitiunt, dulcescunt aquæ, veniunt in
Helim, ad duodecim fontes, & septuaginta palmas. Cap. XV.

Sap.10.d Tunc cecinit Moyses & filij Israel carmē hoc dño, & dixerūt. Cantemus dño. Glo A
Inf. eo. riose enī magnificatus est, equū & ascēsorē deiecit in mare. Fortitudo mea & laus
Psal. 77 mea dñs, & factus ē mihi in salutē. Iste deus meus, & glorificabo eū, deus patris mei
Esa. 12.a & exaltabo eū. Dñs q̄si vir pugnator, omnipotēs nomē eius, currus Pharaonis &
exercitū eius proiecit in mare. Electi principes eius submersi sunt ī mari rubro, abyssi operuerūt
eos, descēderūt in profundū q̄si lapis. Dextera tua dñe magnificata ē in fortitudine, dextera tua
dñe percussit inimicū, & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios nr̄os. Misisti irā tuā, q̄
deuorauit eos, sicut stipulā, & in spū furoris tui cōgregatæ sunt aquæ. Stetit vnda fluēs, * & cō B
Hebræ. sicut moles gregatæ sunt abyssi ī medio mari. Dixit inimicus, Persequar & cōprehēdā & diuidā spolia, im
plebit aīa mea. Euaginabo gladiū meū, iterficiet eos manus mea. Flauit spūs tuus & operuit eos
mare, submersi sunt q̄si plūbū in aq̄s vehemētibus. Quis similis tui in fortibus dñe? Quis similis tui?
Magnificus in sctitate, terribilis atq; laudabilis, faciēs mirabilia. Extēdisti manū tuā, & deuo
rauit eos terra. Dux fuisti in misericordia tua populo quē redemisti. Et portasti eū in fortitu-
dine tua, ad habitaculū sctm̄ tuū. Ascēderūt populi, & irati sunt, dolores obtenuerūt habitato
res Philistijm. Tūc cōturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, obrigu-
erunt oēs habitatores Chanaan, irruit sup eos formido & pauor in magnitudine brachij tui,

C Fiant immobiles quasi lapis, donec ꝑtranseat populus tuus dñe, donec pertranseat populus tuus iste quẽ possedisti. Introduces eos, & plãtabis in monte hæreditatis tuæ firmissimo habitaculo tuo, q̃d operatus es dñe. Sanctuariũ tuũ dñe q̃d firmauerũt manus tuę. Dñs regnabit in æternũ & vltra. Ingressus est eñ eques Pharao cũ curribus & equitibus eius in mare, & reduxit sup eos dñs aquas maris. Filij aũt Israel ambulauerũt ꝑ siccũ in medio eius. Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror Aaron, tympanũ in manu sua. Egressæq́ȝ sunt oẽs mulieres post eã cũ tympanis & choris, q̃bus præcinebat, dicẽs: Cãtemus dño. Gloriose eñ magni-

3.q.7.c. plerunq. §. item obiicitur.

D ficatus est, equũ & ascẽsorẽ eius deiecit in mare. Tulit aũt Moyses Israel de mari rubro, & egressi sunt in desertũ Sur. Ambulauerũtq́ȝ tribus diebus ꝑ solitudinẽ, & nõ inueniebãt aquã. Et venerũt in Marath, nec poterant bibere aquas de Marath, eo ꝙ essent amaræ. Vnde & cõgruũ loco nomẽ imposuit, vocãs illũ Marath. i. amaritudinẽ, & murmurauit populus cõtra Moysen, dicẽs: Quid bibemus? At ille clamauit ad dñm, q̃ ostendit ei lignũ, q̃d cũ misisset in aquas, in dulcedinẽ versæ sunt. Ibi cõstituit ei ꝓcepta atq́ȝ iudicia, & ibi tẽtauit eũ, dicẽs. Si audieris vocẽ dñi dei tui, & quod rectũ est corã eo feceris & obedieris mãdatis eius, custodierisq́ȝ omnia præcepta illius, cunctum languorẽ quem posui in Aegypto, nõ inducam super te. Ego enim sum dominus deus saluator tuus. Veneruntautẽ in Helim filij Israel, vbi erant duodecim fontes aquaꝝ & septuaginta palmæ, & castrametati sunt iuxta aquas.

de cõ. dist. 2 c. reuera. vel Marath. *Num. 33.a*

¶ Veniunt in desertum Sin, murmurant pro cibo, pluit coturnices & manna. Cap. XVI.

Sapi. 11.

A Profectiq́ȝ sunt de Helim, & venit omnis multitudo filioꝝ Israel in desertũ Sin, quod est inter Helim & Sinai, quintodecimo die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Aegypti. Et murmurauit omnis cõgregatio filioꝝ Israel contra Moysen & Aaron in solitudine. Dixerũtq́ȝ filij Israel ad eos. Vtinam mortui essemus per manũ domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panẽ in saturitate. Cur induxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame?

B Dixit autem dominus ad Moysen. Ecce ego pluam vobis panes de cœlo. Egrediatur populus, & colligat quæ sufficiunt per singulos dies, vt tentem eum, vtrum ambulet in lege mea, an nõ. Die autem sexto parent quod inferãt, & sit duplũ q̃ colligere solebãt per singulos dies. Dixeruntq́ȝ Moyses & Aaron ad omnes filios Israel. Vespere scietis quod dominus eduxerit vos de terra Aegypti, & mane videbitis gloriam domini. Audiui enim murmur vestrũ cõtra dominũ. Nos vero quid sumus quia mussitastis cõtra nos? Et ait Moyses. Dabit vobis dominus vespere carnes edere. Et mane panes in saturitate, eo ꝙ audierit murmuratiões vestras

de cõ. dist. 2. c. reuera. in prin. cũ c. sequen.

C quibus murmurati estis cõtra eum. Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum, sed cõtra dñm. Dixit quoq́ȝ Moyses ad Aaron. Dic vniuersæ cõgregationi filiorum Israel. Accedite coram domino. Audiuit enim murmur vestrũ. Cumq́ȝ loqueretur Aarõ ad omnẽ cœtum filioꝝ Israel, respexerũt ad solitudinẽ. Et ecce gloria domini apparuit in nube. Locutus est aũt dñs ad Moysen, dicẽs. Audiui murmuratiões filioꝝ Israel. Loquere ad

Eccle. 45.a

D eos. Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus, scietisq́ȝ ꝙ ego sum dñs deus vester. Factũ est ergo vespere, & ascẽdens coturnix, cooperuit castra, mane q̃q́ȝ ros iacuit ꝑ circuitũ castroꝝ. Cũq́ȝ operuisset superficiẽ terræ, apparuit in solitudine minutũ, & quasi pilo tusum in similitudinẽ pruinæ sup terrã. Quod cũ vidissent filij Israel, dixerũt ad inuicem Manhu? *Quod significat. Quid est hoc? Ignorabant eñ q̃d esset. Quibus ait Moyses. Iste est panis quẽ dñs dedit vobis ad vescendũ. Hic est sermo quẽ præcepit vobis dñs. Colligat vnusquisq́ȝ ex eo, quantũ sufficit ad vescendũ, gomor per singula capita. Iuxta numeꝝ animaꝝ vestraꝝ, q̃ habitant in tabernaculo, tolletis. Fecerũtq́ȝ ita filij Israel, & collegerũt alius plus, alius minus, & mensi sunt ad mensurã Gomor. Nec q̃ plus collegerat, habuit amplius,

Num. 11.b Psal. 77.c Sap. 10.c

Interpres addidit.

de cons. dist. 2. c. reuera in 2. glo. cũ c. quotidie in fi. de cõ. dist. 4 c. nec quenq̃

2. Cor. 8

E nec qui minus parauerat, repperit minus, sed singuli iuxta id q̃d edere poterant cõgregauerunt. Dixitq́ȝ Moyses ad eos. Nullus relinquat ex eo in mane. Qui nõ audierunt eũ, sed dimiserunt quidã ex eis vsq́ȝ mane, & scatere cœpit vermibus, atq́ȝ cõputruit. Et iratus est cõtra eos Moyses. Colligebant aũt mane singuli quantũ sufficere poterat ad vescendũ. Cumq́ȝ incaluisset sol, liquefiebat. In die aũt sexto, collegerunt cibos duplices, id est duo Gomor per singulos hoĩes. Venerũt aũt omnes principes multitudinis, & narrauerunt Moysi. Qui ait

per, eius æqualitatis. de cõs. dist. 2 c. ubi pars. de cõs. dist. 2 c. reuera. vel illud corrup.

F eis. Hoc est quod locutus est dominus. Requies sabbati sanctificata est dño cras, quodcunq́ȝ operandũ est, facite, & quæ coquẽda sunt, coquite. Quicquid aũt reliquũ fuerit, reponite vsq́ȝ in mane. Reposuerũtq́ȝ ita vt ꝓceperat Moyses, & nõ cõputruit, neq́ȝ vermis inuentus est in

G eo. Dixitq́ȝ Moyses. Comedite illud hodie, quia sabbatũ est domino, nõ inuenietur hodie in agro. Sex diebus colligite, in die aũt septimo, sabbatũ est domini, idcirco nõ inuenietur. Venitq́ȝ septima dies, & egressi de ꝑopulo, vt colligerẽt, nõ inuenerũt. Dixit autem dñs ad Moysen. Vsquequo nõ vultis custodire mandata mea, & legem meã? Videte quod dñs de-

G derit vobis sabbatũ, & ꝓpter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices. Maneat vnusquisq́ȝ



Heb. sub tecto suo. *apud semetipsum,& nullus egrediat de loco suo, die septimo. Et sabbatizauit populus die se ptimo. Appellauitq; dñs Israel nomẽ eius Man, Quod erat q̃si semẽ Coriãdri albũ, gustusq; eius q̃si similæ cũ melle. Dixit aũt Moyses. Iste est sermo quẽ præcepit dñs. Imple gomor ex eo,& custodiat in futuras retro generatiões, vt nouerint panẽ q̃ alui vos in solitudine, q̃n educti estis de terra Aegypti. Dixitq; Moyses ad Aarõ. Sume vas vnũ & mitte ibi Man, quãtũ potest capere gomor,& repone corã dño ad seruandũ in generatiões vestras sicut præceperat dñs Moysi. Posuitq; illud Aarõ in tabernaculo reseruandũ. Filij aũt Israel comederunt Man quadraginta annis, donec venirẽt in terrã habitabilem. Hoc cibo aliti sunt, vsquequo tangerent fines terræ Chanaan. Gomor autem decima pars est Ephi. G

Iudic. 5. c
Neem. 9. b

¶Veniunt in Raphidim, murmurantibus datur aqua è petra, pugnant cõtra Amalec, vincuntq; orante Moyse. Cap. XVII. A

IGitur profecta omnis multitudo filiorũ Israel de deserto Sin p mansiones suas iuxta sermonẽ dñi,& castrametati sunt i Raphidim, vbi nõ erat aqua ad bibendũ populo. Qui iurgatus cõtra Moysen, ait. Da nobis aquã, vt bibamus. Quibus r̃ndit Moyses, q̃d iurgamini cõtra me? Cur tentatis dñm? Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria, & murmurauit cõtra Moysen, dicẽs: Cur fecisti nos exire de Aegypto? vt occideres nos & liberos nostros ac iumẽta siti? Clamauit autẽ Moyses ad dñm, dicẽs: Quid faciã populo huic? Adhuc paululũ,& lapidabit me. Et ait dñs ad Moysen. Antecede pplm,& sume tecũ de senioribus Israel,& virgã q̃ percussisti fluuiũ, tolle in manu tua,& vade. En ego stabo corã te ibi, supra petrã Oreb, pcutiesq; petrã,& exibit ex ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moyses ita coram senioribus Israel,& vocauit nomẽ loci illius tentationẽ & iurgiũ, propter iurgiũ filiorũ Israel & quia tentauerũt dñm, dicẽtes. Est ne dñs in nobis, an nõ? Venit autẽ Amalec & pugnabat cõtra Israel i Raphidim. Dixitq; Moyses ad Iosue. Elige viros,& egressus pugna cõtra Amalec cras, ego stabo in vertice collis, habẽs virgã dei in manu mea. Fecit Iosue vt locutus erat Moyses,& pugnauit cõtra Amalec. Moyses aũt & Aarõ & Hur ascẽderunt super verticẽ collis. Cũq; leuaret Moyses manus vincebat Israel. Sin aũt paululũ remisisset, superabat Amalec Manus aũt Moysi erãt graues. Sumẽtes igit lapidẽ posuerũt subter eũ, in quo sedit. Aarõ aũt & Hur, sustẽtabãt manus eius ex vtraq; parte. Et factũ est vt manus ipsius nõ lassarent vsq; ad occasum solis: Fugauitq; Iosue Amalec & pplm eius in ore gladij. Dixit aũt dñs ad Moysen Scribe hoc ob monimẽtũ in libro,& trade auribus Iosue. Delebo enĩ memoriã Amalec de sub cœlo. Aedificauitq; Moyses altare,& vocauit nomẽ eius dñs exultatio mea, dicens: q̃a manus solius domini & bellum dei erit cõtra Amalec, à generatione in generationem.

Num. 20. a — B
Psal. 77. b & 80. b
1. Cor. 10. a

de cõse. dist. 2. c. reue. post — C
princ. cũ c. in calice. & 32. q. 4. c. displicet ad mediũ ibi Israelitæ — D
peccatores, de per. dist. 2. c. ut cognouerũt. §. Item opponitur. 50. dist. c. A

¶Moyses admittit cõsiliũ Iethro soceri sui, super cõstituendis magistratibus. Cap. XVIII. A

Heb. socer
Sup. 2. d

CVmq; audisset Iethro sacerdos Madiã, *cognatus Moysi, oĩa q̃ fecerat dñs Moysi,& Israel pplo suo,& q̃ eduxisset dñs Israel de Aegypto, tulit Sephorã vxorẽ Moysi quã remiserat,& duos filios eius, quorũ vnus vocabat Gerson, dicẽte patre, aduena fui in terra aliena, alter vero Eliezer, deus enim, ait, patris mei, adiutor meus, & eruet me de gladio Pharaonis. Venit ergo Iethro cognatus Moysi & filij eius,& vxor eius ad Moysen in desertũ, vbi erat castrametatus iuxta mõtẽ dei,& mãdauit Moysi, dicẽs: Ego Iethro cognat⁹ tuus venio ad te,& vxor tua,& duo filij tui cũ ea. Qui egressus i occursum cognati sui adorauit,& osculat⁹ est eũ. Salutauerũtq; se mutuo verbis pacificis. Cũq; intrasset tabernaculũ, narrauit Moyses cognato suo cũcta q̃ fecerat dñs Pharaõi & Aegyptijs pp̃ter Israel, vniuersumq; laborẽ q accidisset eis in itinere,& q̃ liberauerat eos dñs. Lætatusq; est Iethro sup oĩbus bonis q̃ fecerat dñs Israeli, eo q̃ eruisset eũ de manu Aegyptiorũ. Et ait. Bñdictus dñs q liberauit vos de manu Aegyptiorũ,& de manu Pharaõis, q eruit pplm suũ de manu Aegypti. Nũc cognoui q̃a magnus dñs sup oẽs deos, eo q̃ supbe egerit cõtra illos. Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi holocausta & hostias dño, venerũtq; Aarõ & oẽs seniores filiorũ Israel, vt comederẽt panẽ cũ eo, corã dño. Altera aũt die sedit Moyses vt iudicaret populũ q assistebat Moysi à mane vsq; ad vesperã. Quod cũ vidisset cognat⁹ eius, oĩa scilicet q̃ agebat in pplo, ait. Quid est q̃d facis in plebe? Cur solus sedes,& oĩs populus pstolat de mane vsq; ad vesperã? Cui r̃ndit Moyses. Venit ad me populus quærẽs sentẽtiã dei. Cũq; acciderit eis aliq̃ disceptatio, veniũt ad me vt iudicẽ inter eos,& ostẽdã pcepta dei,& leges eius. At ille. Nõ bonã, inq̃t, rẽ facis. Stulto labore cõsumeris,& tu & populus iste q tecũ est. Vltra vires tuas est negotiũ. Solus illud nõ poteris sustinere. Sed audi verba mea atq; cõsilia,& erit dñs tecũ. Esto tu populo in his q̃ ad deũ ptinẽt, vt referas q̃ dicunt ad eũ, ostẽdasq; populo cerimonias & ritũ colẽdi, viãq; p quã ingredi debeãt,& opus q̃d facere debeãt. Prouide aũt de omni plebe viros sapientes & timẽtes deũ, in quibus sit veritas,& q oderint auaritiã,& cõstitue ex eis tribunos & centuriones,& quinquagenarios,& decanos, qui iudicent populũ omni tẽpore. Quicquid autẽ maius fuerit referant ad te,& ipsi minora tantũmodo iudicẽt, leuiusq; sit tibi, partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium dñi,& pcepta eius poteris susten

B
de per. dist. 2. c. & venie. — C
50. dist. c. ...
Deut. 1. b — D

sustentare,& omis hic populus reuertet ad loca sua cũ pace. Quibus auditis Moyses fecit oĩa,
quæ ille suggesserat. Et electis viris strennuis de cũcto Israhel, cõstituit eos principes ppl̃i, tri
bunos & centuriones,& qnquagenarios,& decanos. Qui iudicabãt plebem dñi om̃i tẽpore.
Quicquid aũt grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo iudicãtes. Dimisitq; co-
gnatum suum, qui reuersus, abijt in terram suam.

¶Veniunt ad montem Syna, Moyses scandit montem, sanctificatur populus, Dominus apparet in monte. Ca.XIX.

A MEnse tertio egressiõis filior᷑ Israhel de terra Aegypti in die hac venerunt in solitu Num.33.e
dinẽ Synai. Nam ꝓfecti de Raphidim,& puenientes vsq; in desertũ Synai, castra Acto.7.c
metati sunt in eodem loco, ibiq; Israhel fixit tentoria è regione mõtis. Moyses
aũt ascendit in mõtem ad deũ. Vocauitq; eũ dñs de mõte,& ait: Hæc dices domui
Iacob,& annũtiabis filijs Israhel. Vos ipsi vidistis quæ fecerim Ægyptijs, quõ portauerim vos
super alas aquilar᷑,& assumpserim mihi. Si *ergo audieritis vocem meam,& custodieritis pa audiẽdo au-
ctũ meũ, eritis mihi in peculiũ de cũctis populis. Mea est omnis terra,& vos eritis mihi in re- dieritis
gnũ sacerdotale,& gens sancta. Hæc sunt verba quæ loqueris ad filios Israhel. Venit Moy- Deut.10.a 1.Pet.2.b
ses & cõuocatis maioribus natu ppl̃i, exposuit om̃es sermones quos mandauerat dñs. Respõ-
ditq; omnis ppl̃us simul. Cuncta quæ locutus est dñs, faciemus. Cũq; retulisset Moyses verba
B populi ad dñm, ait ei dñs, Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me ppl̃us loquẽ
tem ad te,& credat tibi in perpetuũ. Nuntiauit ergo Moyses verba populi ad dñm. Qui di Infra.24.a
xit ei: Vade ad populũ,& sanctifica illos hodie & cras, lauentq; vestimenta sua, & sint parati
in diem tertiũ. In die eñi tertio descendet dñs coram omni plebe super mõtem Synai. Consti
tuesq; terminos ppl̃o per circuitum,& dices ad eos. Cauete ne ascendatis in mõtem, nec tan
de sum. tri.c i. in uer. incõ ꝓhẽsibilis in glo. gatis fines illius. Omnis qui tetigerit mõtem, morte morieẽ. Manus nõ tanget eũ, sed * lapidi Hebre.12.e
bus opprimeẽ, aut cõfodietur iaculis, siue iumentũ fuerit, siue homo, nõ viuet. Cũ cœperit clã lapidando la
gere buccina, tunc ascendant in mõtem. Descenditq; Moyses de mõte ad ppl̃m,& sancti- pidabitur
C ficauit eum. Cũq; lauissent vestimenta sua, ait ad eos. Estote parati in diem tertiũ,& ne appro
5.dist.ca.2 pinquetis vxoribus vestris. Iamq; aduenerat tertius dies,& mane inclaruerat, & ecce cœ
perunt audiri tonitrua, ac micare fulgura,& nubes densissima operire mõtem. Clangorq; buc
cinæ ⌊fortis nimis,⌋ vehementius perstrepebat. Et timuit ppl̃us qui erat in castris. Cumq; Deut.4.b
eduxisset eos Moyses in occursum dei de loco castror᷑, steterũt ad radices mõtis. Totus autẽ
mons Synai fumabat, eo ꝙ descendisset dñs deus super eũ in igne, & ascenderet fumus ex eo
quasi * de fornace. Eratq; omnis mons terribilis ⌊nimis⌋ & sonitus buccinæ paulatim cresce- fumus for-
D bat in maius,& ꝓlixius tendebatur. Moyses loquebatur & dominus * respõdebat ei. Descẽ nacis.
ditq; dñs super montem Synai, in ipso montis vertice,& vocauit Moysen in cacumen eius. Heb. R ñde-bat ei uoce
Quo cum ascendisset, dixit ad eũ. Descende & cõtestare ppl̃m, ne forte velit transcendere ter-
minos, ad videndũ dñm,& pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoq; qui accedunt
ad dominũ sanctificentur, ne percutiat eos. Dixitq; Moyses ad dominũ. Nõ poterit vulgus
ascendere in mõtem Synai. Tu enim testificatus es,& iussisti, dicens: Pone terminos circa mõ-
tem,& sanctifica illũ. Cui ait dominus. Vade, descende, ascendesq; tu & Aaron tecum. Sacer-
dotes autem & populus nõ transeant terminos, nec ascendant ad dominum, ne forte interfi-
ciat illos. Descenditq; Moyses ad populum, & * omnia narrauit eis. om̃ia supest.

¶Dantur decem præcepta. Ca.XX.

A LOcutusq; est dominus cũctos sermones hos, ⌊dicens:⌋ Ego sum dominus deus tu- Deut.5.a
26.q.5.c.nec mirũ añ fi. us q eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis Nõ habebis deos alienos coram Psal.80.c
B me. Nõ facies tibi sculptile neq; omnẽ similitudinẽ quæ est in cœlo desuper,& quæ Leuit.26.a Deut.5.a
1.q.4.ca.hoi ⁊.ecõtra,23 q.4.c.hęc & ibi ꝓ.ilege 21.q.4.c.ne cesse. in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Nõ adorabis ea, neq; coles. Psal.96.b
Quia ego sum dominus deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrũ in filios, in tertiam
& quartam generationem eor᷑ q oderunt me,& faciens misericordiã in milia, his q diligunt
me,& custodiunt præcepta mea. Nõ assumes nomen domini dei tui in vanũ. Nec eñi ha- Deut.5.b
bebit insontẽ dominus eũ, qui assumpserit nomen domini dei sui frustra. Memento diem Leui.19.c
C sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis,& facies omnia opera tua. Septimo aũt die, sabbatũ Mat.5.e
35.dist.ca.ab exordio i uer ho adimple-re in glo. & 24.q.1.c ferie ⁊. his ita de feriis.c.2 domini dei tui est. Non facies omne opus in eo, tu & filius tuus,& filia tua, seruus tuus, & an- Ezech.20.b Deut.5.b
cilla tua, iumentũ tuũ,& aduena, q ẽ intra portas tuas. Sex eñi diebus fecit deus cœlũ & terrã, Ose.2.a
& mare,& omnia quæ in eis sunt. Et requieuit die septimo. Idcirco benedixit dominus diei
sabbati,& sanctificauit eũ. Honora patrem tuum,& matrem tuam, vt sis longæuus super ter Deut.5.b
ram, quam dominus deus tuus dabit tibi. Non occides. Non mœchaberis. Non furtum Mat.15.a Eph.6.a
26.d.c.ergo 6.dist.c fi.⁊ his itaq.13.q. 5.c.1.cũ sim. 32.q.5.c. nõ mœchaberis facies. Non loqueris contra proximũ tuum falsum testimonium. Nõ cõcupisces domum Mat.5.c.d
proximi tui. Nec desiderabis vxorẽ eius, nõ seruum, nõ ancillam, nõ bouem, nõ asinum, nec Roma.7.b & 13.c
oĩa quæ illius sunt. Cunctus autem populus videbat voces & lampades & sonitum buccinæ Heb.12.e
mõtemq; fumantẽ,& perterriti ac pauore cõcussi, steterunt procul, dicẽtes Moysi: Loquere Deut.18.c

 tu no-

23.q.5.c.si nõ ls. §. itẽ in sanctis, 23.q.7.c.si de rebus
tu nobis,& audiemus. Non loquat nobis dñs,ne forte moriamur. Et ait Moyses ad popu-
lum. Nolite timere. Vt enim probaret vos,venit deus,& vt terror illius esset in vobis,& non
peccaretis. Stetitq́ populus de longe,Moyses aũt accessit ad caliginẽ in qua erat deus. Di- D
xitq́ propterea dñs ad Moysen. Hæc dices filijs Israhel. Vos vidistis q̃d de cœlo locutus sim
vobis. Non facietis deos argenteos,nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facie-
Heb. Recordari fecero
tis mihi,& offeretis super eo holocausta,& pacifica vestra,oues vestras & boues in omi loco,
in quo * memoria fuerit nois mei. Veniã ad te,& benedicã tibi. Quod si altare lapideũ feceris
Deut.27.a Iosue.8.f
mihi,non ædificabis illud de sectis lapidibus. Si eñ leuaueris cultrũ super eo, polluet. Non
ascendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua.
1.q.9.ca. Iesses in ver. cõsiderãti glo. 22.q.2.c. cõsidera.32.q.1.c. si q fuerit.c. sed obiicitur

¶De seruis emendis,de homicidio,de parentibus non percutiendis aut maledicendis,
de furtis,de rixantibus,de pœna talionis,de boue cornupeta &c. Ca.XXI.

Deute.15.c Hiere.34.c He. si singularis ingressus est singularis & exeat
HAec sunt iudicia,quæ præpones eis. Si emeris seruũ Hebræũ,sex annis seruiet tibi. A
In septimo,egrediet liber gratis. *Cum quali veste intrauerit, cũ tali exeat. Si habẽs
vxorẽ,& vxor egrediet simul. Sin aũt dñs dederit illi vxorẽ,& pepererit filios vel fi
lias,mulier & liberi eius erũt dñi sui. Ipse vero exibit⌊singularis⌋cũ vestitu suo. Qđ
si dixerit seruus,diligo dominũ meũ,vxorem ac liberos,nõ egrediar liber, offerat eum domi
id est iudicibus
nus * dijs,& applicabit ad ostiũ & postes,perforabitq́ aurem eius subula,& erit ei seruus in se
culũ. Si quis vendiderit filiam suam in famulam,nõ egrediet sicut ancillæ exire cõsueuerũt.
Si displicuerit oculis dñi sui,cui tradita fuerit,dimittet eam. Populo aũt alieno vendendi non
habebit ptãtem,si spreuerit eam. Sin aũt filio suo despõderit eam,iuxta morem filiarũ faciet il
li. Quod si alterã ei acceperit,prouidebit puellæ nuptias & vestimenta,& pretiũ pudicitiæ nõ B
Leui.24.g He. percutiens hoies ut moriatur morte moriatur
negabit. Si tria ista nõ fecerit,egrediet gratis absq́ pecunia. * Qui percusserit hominem vo
lens occidere,morte moriat. Qui aũt non est insidiatus, sed deus illum tradidit in manus eius
cõstituam tibi locũ in quo fugere debeat. Si qs per industriam occiderit proximũ suũ,& per
insidias,ab altari meo auelles eum vt moriatur. Qui percusserit patrem suũ aut matrẽ,mor-
Mat.7.b He. Et repertus fuerit in manu eius
te moriat. Qui maledixerit patri suo vel matri,morte moriet. Qui furatus fuerit hominẽ,
& vendiderit eũ * cõuictus noxæ,morte moriat. Si rixati fuerint viri,& percusserit alter pro
ximũ suũ lapide vel pugno,& ille mortuus nõ fuerit,sed iacuerit in lectulo,si surrexerit & am
bulauerit foris super baculũ suũ,innocens erit q̃ percusserit,ita tñ vt operas eius,& impensas
in medicos,restituat. Qui percusserit seruũ suũ vel ancillam virga,& mortui fuerint in mani C
bus eius,criminis reus erit. Sin aũt vno die vel duobus superuixerit,nõ subiacebit pœnæ,quia
pecunia illius est. Si rixati fuerint viri,& percusserit qs mulierem prægnantem,& abortiuũ
quidem fecerit,sed ipa vixerit,subiacebit damno,quantũ maritus mulieris expetierit,& arbi-
tri iudicauerint. Sin aũt mors eius fuerit subsequuta,reddet anima pro anima,oculũ pro ocu-
Leui.24.d Deut.19.d Mat.5.f
lo,dentem ꝑ dente,manũ pro manu,pedem ꝑ pede,adustionem pro adustione,vulnus pro
vulnere,liuorem ꝑ liuore. Si percusserit quispiam oculũ serui sui aut ancillæ, & luscos eos fe
cerit,dimittet eos liberos ꝑ oculo quem eruerit. Dentẽ quoq́ si excusserit seruo suo vel ancil
læ suæ,similiter dimittet eos liberos⌊pro dente suo.⌋ Si bos cornu percusserit virũ aut mu
lierem,& mortui fuerint,lapidibus obruet,& nõ comedent carnes eius. Dñs quoq́ bouis in-
nocens erit. Quod si bos cornupeta fuerit ab heri & nudiustertius, & cõtestati sunt dñm eius,
nec recluserit eũ,occideritq́ virũ aut mulierẽ,& bos lapidibus obruet,& dñm illius occident.
Quod si pretiũ fuerit ei impositũ,dabit ꝑ anima sua quicquid fuerit postulatus. Filiũ quoq́ & D
filiam si cornu percusserit,simili sententiæ subiacebit. Si seruũ ancillamq́ inuaserit, triginta si
clos argenti dño dabit,bos vero lapidibus opprimet. Si qs aperuerit cisternã, & foderit, &
nõ operuerit eam, cecideritq́ bos aut asinus in eam, reddet dñs cisternæ pretiũ iumentorũ. De iniu.c.1.
Quod autem mortuũ est,ipsius erit. Si bos alienus bouẽ alterius vulnerauerit, & ille mortuus
fuerit,vendent bouem viuũ,& diuident pretiũ,cadauer aũt mortui inter se dispertient. Si aũt
sciebat q̃ bos cornupeta esset ab heri & nudiustertius,& nõ custodiuit eũ dñs suus, reddet bo De iniu.
uem pro boue, & cadauer integrum accipiet.
15.q.1.c. illud nec is; De hom. c.1.; De furtis c.4.; De iniu. c.1.; 2.q.4.c. consuluisti; 24.q.1.ca. q debetur; 23.q.1.c. sex.; 9.q.4.ca. oi in ulla. §. ex his

¶De furtis,dãnis factis,mutuis,virgine seducta,maleficis,idololatris,aduenis,viduis,pu
pillis,pignoribus,honorãdis magistratibus,decimis,& primitijs. Ca.XXII.

He. in suffossione Heb. sanguis super eum ipse moriet superest.
SI quis furatus fuerit bouẽ aut ouẽ,& occiderit vel vendiderit,qnq́ boues ꝑ vno boue A
restituet,& quatuor oues ꝑ vna oue. Si * effringens fur domũ siue effodiens fuerit De hom. c.2.
inuentus,& accepto vulnere mortuus fuerit,percussor nõ erit reus sanguinis. Quod si
orto sole hoc fecerit,* homicidiũ perpetrauit,*& ipe moriet. Si nõ habuerit quod ꝑ
furto reddat,ipse vænundabitur. Si inuentũ fuerit apud eum,quod furatus est viuens,siue bos
siue asinus,siue ouis,duplũ restituet. Si læserit qspiam agrũ vel vineam, & dimiserit iumen- De iniu. c.4.
tum suum,vt depascatur aliena,quicquid optimũ habuerit in agro suo,vel in vinea ꝑ damni
æstimatione restituet. Si egressus ignis inuenerit spicas, & cõprehenderit aceruos frugum, De iniu. c.5.
siue stantes segetes in agris,reddet damnũ qui ignẽ succenderit. Si quis cõmendauerit ami- B

cope-

eo pecuniam, aut vas in custodiam, & ab eo qui susceperat furto ablata fuerint, si inuenitur fur
duplũ reddat. Si latet fur, dñs domus applicabit ad deos, & iurabit ꝙ non extenderit manũ in
rem proximi sui,* ad ꝑpetrandũ fraudem tam in boue q̃ in asino, & oue, ac vestimento, & q̃c-
quid damnũ inferre potest. Ad eos vtriusq; causa ꝑueniet. Et si illi iudicauerint, duplum resti-
tuet proximo suo. Si quis commendauerit ꝓximo suo bouem, asinũ, ouem, & omne iumen-
tũ ad custodiam, & mortuũ fuerit, aut debilitatũ, vel raptũ ab hostibus, nullusq; hoc viderit,
iusiurandũ erit in medio, ꝙ non extenderit manũ ad rem ꝓximi sui. Suscipietq; dñs iuramen-
tũ, & ille reddere non coget. Quod si furto ablatũ fuerit, restituet damnũ dño. Si comestũ à be
C stia, deferat ad eũ qđ occisum est, & non restituet. Qui à ꝓximo suo quicquid hoꝝ mutuo
postulauerit, & debilitatũ aut mortuũ fuerit, domino non ꝑsente reddere compellet. Quod
si in præsentiaꝝ dñs fuerit, non restituet, maxime si conductũ venerat ꝓ mercede operis sui.
Si seduxerit qs virginem necdũ desponsatã, dormieritq; cũ ea, dotabit eam, & habebit eam
vxorem. Si pr̃ virginis dare noluerit, reddet pecuniã iuxta modũ dotis, quã virgines accipere
consueuerũt. Maleficos non patieris viuere. Qui coierit cũ iumento, morte moriat. Qui
immolat dijs occidet, ꝑterq̃ domino soli. Aduenã non contristabis, nec affliges eũ. Adue-
næ enim & ipsi fuistis in terra Aegypti. Viduæ & pupillo non nocebitis. Si læseritis eos, vo
D ciferabunt ad me & ego audiã clamorem eoꝝ, & indignabit furor meus, ꝑcutiamq; vos gla-
dio, & erũt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli. Si pecuniã mutuã dederis populo meo
pauperi q habitat tecũ non vrgebis eũ, quasi exactor, nec vsuris opprimes. Si pignus à pro-
ximo tuo acceperis vestimentũ, ante solis occasum reddas ei. Ipsum enim est solũ quo operit
indumentũ carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat. Si clamauerit ad me, exaudiã eũ, qa mi
sericors sum. Dijs non detrahes, & principi populi tui nõ maledices. Decimas & primitias
tuas nõ tardabis offerre. Primogenitũ filioꝝ tuoꝝ dabis mihi. De bobus quoq; & ouibus si-
militer facies, Septẽ diebus sit cũ mr̃e sua, die octaua reddes illũ mihi. Viri sancti eritis mihi.
Carnem quæ à bestijs fuerit ꝑgustata, non comedetis, sed ꝓijcietis canibus.

¶ De æquitate iudicij, peregrinis, sabbato septimi anni & diei, tribus solennitati-
bus anni, azymis, primitijs, promissio benedictionum seruantibus
mandata. Cap. XXIII.

A Non suscipias vocem mendacij, nec iunges manũ tuã vt pro impio dicas falsum testi
moniũ. Non sequeris turbã ad faciendũ malũ, nec in iudicio plurimoꝝ acqesces
sententiæ, vt à vero deuies. Pauperis quoq; non misereberis in iudicio. Si occur
reris boui inimici tui, aut asino errãti, reduc ad eũ. Si videris asinũ odiẽtis te iace-
re sub onere,* non ptrãsibis, sed subleuabis cũ eo. Non declinabis in iudiciũ pauperis, men-
daciũ fugies, insontẽ & iustũ nõ occides, qa auersor impiũ. Nec accipies munera, quia munera
excecãt prudentes, & subuertũt verba iustoꝝ. Peregrino molestus non eris. Scitis eñ adue-
naꝝ animas, qa & ipsi peregrini fuistis in terra Aegypti. Sex annis seminabis terrã tuã, & cõ
B gregabis fruges eius. Anno aũt septimo dimittes eã, & reqescere facies, vt comedãt pauperes
populi tui, qcqd reliquũ fuerit, edãt bestiæ agri. Ita facies in vinea, & in olineto tuo. Sex die-
bus opaberis, septima die cessabis. vt reqescat bos & asinus tuus, vt refrigeret filius ancillæ tuę
& aduena. Omnia q̃ dixi vobis, custodite.* Et ꝑ nomen externoꝝ deoꝝ non iurabitis, neq;
audiet ex ore vestro. Tribus vicibus ꝑ singulos annos mihi festa celebrabitis. Solennitatem
quoq; azymoꝝ custodias. Septẽ diebus comedes azyma, sicut ꝑcepi tibi tp̃e mẽsis nouoꝝ, qñ
egressus de Aegypto. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Et solennitatẽ mensis primi
C tiuoꝝ operis tui quæcũq; seminaueris in agro, solennitatem quoq; in exitu anni qñ congrega
ueris omnes fruges tuas de agro. Ter in anno apparebit omne masculinũ tuũ corã domino
deo tuo. Non immolabis sup fermento sanguinem victimæ * tuæ, nec cremabit adeps solen
nitatis meæ vsq; mane. Primitias frugũ terræ tuæ deferes in domũ domini dei tui. Non co-
ques hœdũ in lacte matris suæ. Ecce ego mittã angelũ meũ q præcedat te, & custodiat te in
viã, & introducat in locũ quem ꝑparaui tibi. Obserua eũ, & audi vocẽ eius, nec contemnendũ
putes, qa non dimittet cũ peccaueris, & est nomen meũ in illo. Quod audieris vocẽ eius, & fe-
ceris omnia q̃ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligã affligentes te. Præcedetq; te angelus
meus, & introducet te ad Amorræũ, & Ethæũ, & Pherezæũ, Chananæumq;, & Heuæũ, & Ie-
D busæũ, quos ego conterã. Non adorabis deos eoꝝ, neq; coles eos. Non facies opa eoꝝ, sed
⌊destruendo⌋ destrues eos, & ⌊confringendo⌋ confringes statuas eoꝝ. Seruietisq; domino
deo vestro, vt benedicã panibus tuis & aquis, & auferã infirmitatem de medio tui. Nõ erit in-
fœcũda, nec sterilis terra tua. Numeꝝ dieꝝ tuoꝝ implebo. Terrorem meũ mittã in præcur-
sum tuũ, & occidam omnem populũ ad quem ingredieris. Cunctoꝝq; inimicoꝝ tuoꝝ corã
te terga vertam, emittens scabrones prius qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, & Ethæũ
anteq̃ introeas. Non ejiciam eos à facie tua anno vno, ne terra in solitudinem redigat, & crescant
contra te bestiæ. Paulatim expellam eos de cõspectu tuo, donec augearis, & possideas terram.

Ponam

Left margin notes: 14. q. 3. c. sacer dotibus § nam diuinus — De adult. c. 1. & 36. qu. ca. tria — 25. q. c. ca. re os § hinc ap paret. de pe. di. 1. c. piculo se in glo. — 11. q. 3. c. sacer dotib' § nã diuis. de hæ reti. ca. cũ ex iniũcto. 21. q 1. c. parat' de decimis. cap. cum. 2. de no to. c. magnæ — 2. q. 7. c. accu latio. 2 — 23. q. 4. c. ne emisso — 11. q. 3. ca. pau per — De cõ. di. 1. c omnis Christianus

Right margin notes: Hę, super q̃li bet re iniq̃ su per boue, su per asino, su per oue, su per veste, su per q̃libz dã no quo dicit hic ẽ ille (re' sci) ad iudi ces perueni et cũ ambo rũ & quẽcũq illi damnaue rint, duplum restituet ꝓxi mo suo — Leui. 19. g — Zach. 7. c. — Acto. 23. a — Leui. 22. b — Ezech. 44. g — Deu. 16. f — Deut. 16. d — Eccl. 20. d — Dē. cessaturus q (alioq) fueris subleuãdo eũ sub leuans subleuabis (.s. onus cum eo.) — Et nõ sã alio rũ deorũ ne reducetis ad memoriam. — Supra. 12. b — Infra. 34. d — Deut. 16. d — Eccle. 35. a. — Heb. meæ. — Infra. 34. d — Deut. 14. d — Infra 33. a. — Iosue. 24. d — Deut. 7. d.

Ponam aũt terminos tuos à mari rubro vſq; ad mare Palęſtinorũ, & à deſerto vſq; ad fluuiũ.
Deut. 7. a / infra. 34
Quia tradã in manibus veſtris habitatores terræ, & eijciã eos de conſpectu veſtro. Non inibis cũ eis fœdus, nec cũ dijs eorũ. Non habitent in terra tua, ne forte peccare faciãt in me ſi ſeruieris dijs eorũ, quod tibi certe erit in ſcandalum.

¶ Moyſes ſcãdit rurſus montẽ, ſcribit, cõſecratq; volumen fœderis, rurſus ſcandit, acceptisq; tabulis manet in monte quadraginta diebus. Ca. XXIIII.

A
Moyſi quoq; dixit: Aſcende ad dominum tu & Aaron, Nadab, & Abihu, & ſeptuaginta ſenes ex Iſrahel, & adorabitis procul. Solusq; Moyſes aſcendet ad dominum, & illi non appropinquabunt, nec populus aſcendet cũ eo. Venit ergo Moyſes, & narrauit plebi omnia verba domini atq; iudicia. Reſponditq; cunctus populus vna voce. Omnia verba domini quæ locutus eſt, faciemus. Scripſit autem Moyſes vniuerſos ſermones domini, & mane conſurgens ædificauit altare domino ad radices mõtis, & duodecim titulos, per duodecim tribus Iſrahel. B Miſitq; iuuenes de filijs Iſrahel, & obtulerunt holocauſta, immolauerũtq; victimas pacificas domino vitulos * duodecim. Tulit itaq; Moyſes dimidiam partem ſanguinis, & miſit in crateras, partem aũt reſiduã fudit ſuper altare. Aſſumensq; volumen fœderis, legit audiente populo. Qui dixerũt: Omnia quæ locutus eſt dominus, faciemus, & erimus obedientes. Ille vero ſumptũ ſanguinem reſperſit in populũ, & ait: Hic eſt ſanguis fœderis quod pepigit dominus vobiſcũ ſuper cunctis ſermonibus his. C Aſcenderuntq; Moyſes & Aaron, Nadab, & Abihu, & ſeptuaginta de ſenioribus Iſrahel, & viderunt deũ Iſrahel. Sub pedibus eius quaſi opus lapidis ſaphyrini, & quaſi cœlũ cum ſerenũ eſt. Nec ſuper * eos qui procul receſſerant de filijs Iſrahel miſit manum ſuam. Videruntq; deũ, & comederunt ac biberũt. Dixit autem dominus ad Moyſen: Aſcende ad me in montem, & eſto ibi. Daboq; tibi tabulas lapideas & legem, ac mandata quæ ſcripſi: * vt doceas filios Iſrahel. Surrexerũt Moyſes & Ioſue miniſter eius. Aſcendensq; Moyſes in montem dei, ſenioribus ait: D Expectate hic donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron & Hur vobiſcũ. Si quid natũ fuerit quęſtionis, referetis ad eos. Cũq; aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem, & habitauit gloria domini ſuper Synai, tegens illũ nube ſex diebus. Septimo autem die vocauit eũ dominus de medio caliginis, erat autem ſpecies gloriæ domini, quaſi ignis ardens ſuper verticem montis, in cõſpectu filiorũ Iſrahel. Ingreſſusq; Moyſes medium nebulæ aſcendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

Duodecim nõ eſt in hebręo.

Heb. 9. c

Hebr. magnates de filiis Iſr. ego malim, ſuper eos qui propter ac ceſſerant

He. ad abij ciẽdũ eos, id eſt, ut cognito per legẽ peccato ſciãt ſe eſſe abiectos peccatores ſola gratia per fidẽ iuſtificãdos.

Ecc. di. c. 8. de re. c. nũc auẽ §. ſinem.

¶ Forma ſanctuarij, arcæ teſtimonij, propitiatorij, menſæ, ſacrorum vaſorum, candelabri, & lucernarum.

¶ Forma altaris thymiamatis, cũ ſuis cornibus & corona, infra capite. xxx. deſcripta.

Ca. XXV.

A
Locutusq; eſt dñs ad Moyſen, dicens: Loquere filijs Iſrahel, vt tollãt mihi * primitias. Ab omni homine qui offeret vltroneus, accipietis eas. Hęc ſunt autem quæ accipere debetis. Aurũ, & argentum, & æs, hyacinthum, & purpuram, coccumq; bis tinctũ, & byſſum, & pilos caprarũ, & pelles arietũ rubricatas, pellesq; hyacinthinas, & ligna ſethim, oleum ad luminaria concinnanda, aromata in vnguentũ, & thymiamata boni odoris, lapides onychinos, & gemmas, ad ornandũ ephot ac rationale. Facientq; mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorũ * iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi quod oſtendã tibi B & omniũ vaſorũ in cultũ eius. Sicq; facietis illud. Arcã de lignis ſethim compingite, cuius longitudo habeat duos & ſemis cubitos, latitudo cubitum & dimidiũ, altitudo cubitũ ſimiliter ac ſemiſſem, & deaurabis eam auro mundiſſimo, intus & foris. Faciesq; ſupra coronã aureã per circũitum quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos. Duo circuli ſint in latere

He. oblationem.

Heb. iuxta oia quæ oſtẽdero tibi, ſimilitudinẽ ſ. tabernaculi & ſimilitudinẽ oium vaſorũ eius, ſic facietis.

96.dis.c. qui ecclesiast. ix. §. hinc etiã.

C

¶Hęc est forma arcæ testimonij, cũ corona, circulis, & vectibus suis, supimposito sibi ꝓpitiatorio cũ duobus cherubim.

D

¶Mẽsa ꝓpositiõis, cũ suo labio, coronis, vectibus, panibusq; impositis, & vasis ad eã ꝑtinentibus.

latere vno & duo in altero. Facies quoque vectes de lignis sethim & operies eos auro. Inducesqúe per circulos qui sunt in arcæ lateribus, vt portetur in eis. Qui semper erunt in circulis, nec vnquàm extrahentur ab eis. Ponesq; in arca testificationem quam dabo tibi. Facies & ꝓpitiatoriũ de auro mundissimo. Duos cubitos & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitũ ac semissem latitudo. Duos quoq; cherubim aureos, & productiles facies ex vtraq; parte oraculi. Cherub vnus sit in latero vno, & alter in altero, Vtrunque latus propitiatorij tegant, expandentetes alas, & operientes oraculum, respiciantq; se mutuo versis vultibus in propitiatorium, quo operienda est arca, in qua pones testimoniũ quod dabo tibi. Inde præcipiã & loquar ad te supra ꝓpitiatoriũ scilicet de medio duorum Cherubim, qui erunt super arcam testimonij, cunctaqúe mandabo per te filijs Israhel. Facies & mensam de lignis Sethim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac semissem, & inaurabis eam auro purissimo.

Faciesq; illi labiũ aureũ per circuitũ, & ipsi labio coronam interrasilem, altam quatuor digitis, & sup illam alterã coronam aureolam. Quatuor quoque circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis eiusdem mensæ, p singulos pedes eius. Subter coronã erũt circuli, vt mittant vectes p eos & possit mensa portari. Ipsos quoq; vectes facies de lignis Sethim, & circundabis auro, ad subuehendam mensam, * Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerenda sunt libamina ex auro purissimo, & pones super mensam panes * propositionis in conspectu meo semper. Montana De.faciem

Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius & calamos, scyphos & sphærulas, ac lilia ex ipso procedentia. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex vno latere, & tres ex altero. Tres scyphi quasi in nucis modum per calamos singulos, sphærulæqúe simul & lilia, & tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæqúe simul & lilia. Hoc erit opus sex calamorum qui producendi sunt de hastili. In ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæq; per singulos & lilia, sphærulæ sub duobus calamis per tria loca: qui simul sex fiunt, procedentes de hastili

vno

Hebr.8.b
Acto.7.f



¶Forma aurei candelabri, cum suis lucernis & emunctorijs, & cætera.

Hebr. fibulas aureas
He. cortinas caprarum.

¶Forma decem cortinarum tabernaculi, cũ suis Cherubim, quinquaginta ansulis, & totidem circulis aureis, excepto operimento sagorum, pelliumq́ rubricatarum, & hyacinthinarum.

vno. Et sphęrulæ igit̃ & calami ex ipso erunt vniuersa ductilia de auro purissimo. Facies & lucernas septem, & pones eas sup candelabrũ vt luceãt ex aduerso. Emunctoria quoq; & vbi ea quę emuncta sunt extinguant̃, fiãt de auro purissimo. Omne pondus cãdelabri cũ vniuersis vasis suis habebit talentum auri purissimi. Inspice, & fac secundũ exemplar quod tibi in monte monstratum est.

¶Forma tabernaculi, & veli, Situs arcæ, ꝓpitiatoriũ mensæ & candelabri. Ca.XXVI.

TAbernaculũ vero ita fiet Decem cortinas de bysso retorta & hyacintho, ac purpura coccoq; bis tincto variatas ope plumario facies. Longitudo cortinæ vnius, habebit vigintiocto cubitos, latitudo quatuor cubitorũ erit, vnius mensuræ fient vniuersa tentoria. A
Quinque cortinæ subiungent̃ mutuo, & aliæ quinq; nexu simili cohærebunt Ansulas hyacinthinas in lateribus ac summitatibus facies cortinarũ, vt possint inuicem copulari. Quinquagenas B
ansulas cortina habebit in vtraq; parte ita insertas, vt ansa contra ansam veniat, & altera alteri possit adaptari. Facies quinquaginta * circulos aureos, q̃bus cortinarum vela iungenda sunt vt vnũ tabernaculũ fiat. Facies &* saga cilicina vndecim, ad operiendũ tectũ tabernaculi. Longitudo sagi vnius habebit triginta cubitos, & latitudo quatuor. Aequa erit mensura sagorum omnium. E quibus quinq; iunges seorsum, & sex sibi mutuo copulabis, ita vt sextum sagum in fronte tecti duplices.

Facies & quinquaginta ansas in ora C
sagi vnius, vt coniungi cum altero queat, & quinquaginta ansas in ora sagi alterius, & cum altero copuletur. Facies & quinquaginta fibulas æneas, quibus iungantur ansæ, vt vnum ex omnibus operimentum fiat. Quod autem superfuerit in sagis quæ parantur tecto, id est, vnum sagum quod amplius est, ex medietate eius operies tabernaculi posteriora, & cubitus ex vna parte pendebit, & alter ex altera qui plus est in sagorum longitudine, vtrunq; latus tabernaculi protegens. Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis, & super hoc rursum aliud operimentum de hyacinthinis pellibus. Facies & tabulas stãtes tabernaculi, de lignis sethim, quæ singulæ denos cubitos in longitudine

habe



¶ Forma duarum priorum tabularum tabernaculi, cum suis incastraturis, annulis, vectibus, & basibus.

¶ Forma sex & duarum posteriorum tabularum tabernaculi, cũ suis annulis, vectibus, & basibus.

habeant, & in latitudine singulos, ac semissem.* In laterib⁹ tabulæ duę incastraturæ fient, qbus tabula alteri tabulæ connectatur. Atq; in hunc modum cunctæ tabulæ parabũtur. Quarum viginti erunt in latere meridiano, quod vergit ad austrũ, quibus quadraginta bases argenteas fundes, vt binæ bases singulis tabulis p* duos angulos subijciantur. In latere quoq; secundo tabernaculi, quod vergit ad aquilonem, viginti tabulæ erunt, quadraginta habẽtes bases argenteas. Binæ bases singulis tabulis supponẽtur.

He. duæ manus erũt uni tabulæ, qbus &c. quidam incrustaturas legunt.

He. per duas manus.

Ad occidẽtalem vero plagã tabernaculi facies sex tabulas, & rursum alias duas quæ in angulis erigantur post tergum tabernaculi. Eruntq; sibi coniunctæ à deorsum vsq; sursum, & vna omnes compago retinebit. Duabus quoq; tabulis, quæ in angulis ponẽdę sunt, similis iunctura seruabitur. Et erunt simul tabulæ octo, bases earum argenteæ sedecim, duabus basibus per vnã tabulã supputatis. Facies & vectes de lignis sethim, quinq; ad continendas tabulas in vno latere tabernaculi, & quinq; alias in altero, & eiusdẽ numeri ad occidentalẽ plagã, * q mittentẽ per medias tabulas a summo vsq; ad summum. Ipsas quoq; tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos, per quos vectes tabulata contineant: quos operies laminis aureis. Et eriges tabernaculum iuxta exemplar quod tibi in monte monstratum est.

He. & vectis uel tign⁹ medius in medio tabularum erit cõtignãs a fine usque ad finem.

Facies & velum de hiacintho & purpura, coccoq; bis tincto, & bysso retorta, opere plumario, & pulchra varietate cõtextum quod appendes ante quatuor colũnas de lignis sethim: quæ ipsæ quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea, & bases argenteas. Inseretur autẽ velũ per circulos. Intra quod pones arcam testimonij: quo & sanctuarium, & sanctuarij sanctuaria diuidentur. Pones & propitiatorium super arcam testimonij in sancta sanctorum, mẽsamq; extra velum, & contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano. Mensa enĩ stabit in parte aquilonis. Facies & tentoriũ in introitu tabernaculi de hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & bysso retorta, ope plumario, & qnq; colũnas deaurabis lignorum sethim, añ quas ducet tentoriũ quarum erũt capita aurea & bases æneę.

¶ Forma altaris atrij, tentoriũ colũnarum, ac de oleo lucernę. Ca. XXVII.

 Facies

FAcies & altare de lignis ſethī, A
quod habebit quinq; cubitos
in longitudine, & totidē in la
titudine, id eſt quadrū, & tres
cubitos in altitudine. Cornua aūt per
quatuor angulos ex ipſo erunt, & ope
ries illud ære. Facieſq; in vſus eius le-
betes ad ſuſcipiēdos cineres, & forci-
pes atq; fuſcinulas, & igniū receptacu
la. Oīa vaſa ex ære fabricabis. Crati-
culāq; in modū rhetis æneā, per cuius
quatuor angulos erūt quatuor annu-
li ænei, q̄s pones ſubter arulam altaris.
Eritq; craticula vſq; ad altaris mediū.
Facies & vectes altaris de lignis ſe-
thim duos, quos operies laminis æne-
is, & induces per circulos, eruntq; ex
vtroq; latere altaris ad portandū. Nō
ſolidū, ſed inane & concauū intrinſe-
cus facies illud, ſicut tibi in monte mō B
ſtratum eſt. Facies & atriū taberna
culi, in cuius auſtrali plaga contra me
ridiem erunt tentoria de byſſo retor-
ta, centū cubitos vnū latus tenebit in
longitudine, & columnas viginti cū
baſibus totidē æneis, quæ capita cum
cælaturis ſuis habebunt argentea.
Similiter & in latere aquilonis per lō-
gum erunt tentoria centū cubitorum
columnæ viginti & baſes æneę eiuſdē
numeri, & capita earū cum cælaturis
ſuis argētea. In latitudine vero atrij
quod reſpicit ad occidentē, erunt ten- C
toria per quinquaginta cubitos, & co
lumnæ decem, baſeſq; totidē. In ea
quoq; atrij latitudine quæ reſpicit ad
orientē, quinquaginta cubiti erunt in
quibus quindecim cubitorū tentoria
lateri vno deputabuntur, columnæq;
tres, & baſes totidē, & in latere altero
erunt tētoria, cubitos obtinētia quin-
decim, columnæ tres, & baſes totidē.
In introitu vero atrij fiet tentoriū cu-
bitorum viginti, ex hyacintho & pur
pura, coccoq; bis tincto, & byſſo re-
torta, opere plumario. Columnas ha
bebit quatuor, cū baſibus totidē. Om
nes colūnę atrij, per circumitū veſtitę
erūt argēteis laminis, capitibus argē-
teis, & baſibus æneis. In lōgitudine oc
cupabit atriū cubitos cētū, in latitudi- D
ne quinquaginta, altitudo qnq; cubi-
torū erit. Fietq; de byſſo retorta, & ha
bebit baſes æneas. Cuncta vaſa taber-
naculi in oēs vſus & cerimonias tā pa-
xillos eius q̄ atrij ex ære facies. Præci-
pe filijs Iſrael, vt afferāt tibi oleū de ar
boribus oliuarū puriſſimū, piloq; cōtu
ſum, vt ardeat lucerna ſemp in taber-
naculo teſtimonij extra velum, quod
oppan-

¶ Forma labij ænei, cum baſi ſua, quam habes deſcriptam infra, Cap. XXXIX.

¶ Forma altaris tabernaculi, quod eſt holocauſti, cum ſuis cornibus, annulis, vectibus, craticula, vaſibuſq; ad id pertinentibus.

A

21. dist. §. 1. 75. dist. ca. 1. oct. Moys.

23. dist. ca. 1. 16. dist. c. qui ecclesiasticis. §. ecce.

B

¶Dispositio totius atrij cũ suis tẽtorijs, colũnis & basibus p circuitũ, in quo primũ est tabernaculũ, cũ area, & altari thymiamatis, & mẽsa propositionis, deinde labrũ æneũ, & altare holocausti cum vasis suis.

C

¶Descriptio Aaron sacerdotis, cũ rationali in pectore, & lamina sacra in fronte, &c.

oppansum est testimonio, & collocabũt eã Aarõ & filijs eius, vt vsq; mane luceat corã dño. Perpetuus erit cultus per successiones eoꝝ corã filijs Israel.

¶Ornatus Aaronis sacerdotis, ac filioꝝ eius. Cap. XXVIII.

APplicá quoque ad te Aaron fratrẽ tuum cũ filijs suis de medio filiorum Israel: vt sacerdotio fungantur mihi, Aaron, Nadab, & Abihu, Eleasar, & Ithamar, filij Aaron. Faciesq; vestem sanctam Aaron fratri tuo, in gloriam & decorem. Et loqueris cunctis sapientibus corde, quos repleui spiritu prudentiæ: vt faciant vestes Aaron, in quibus sanctificatus, ministret mihi. Hæc autẽ erunt vestimẽta, quæ facient.* Rationale & superhumerale tunicã & lineã strictã, cidarim & baltheum. Facient fratri tuo Aaron & filijs eius vestimenta sancta, vt sacerdotio fungantur mihi. Accipientq; aurum & hyacintũ & purpuram, coccumq; bis tinctũ & byssum. Facient aũt superhumerale de auro & hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & bysso retorta, opere polymito. Duas oras iunctas habebit in vtroq; latere summitatũ: vt in vnum redeant. Ipsa quoq; textura & cuncta operis varietas, erit ex auro & hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & bysso retorta. Sumesq; duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel, sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum. Opere sculptoris, & cælatura gemmaꝝ sculpes eos nominibus filiorum Israel: inclusos auro atq; circundatos, & pones in vtroque latere superhumeralis memoriale filijs Israel. Portabitq; Aaron nomina eoꝝ corã domino super vtrunq; humeꝝ * ob recordationem. Facies & vncinos ex auro, & duas catenulas auri purissimi sibi inuicem cohærentes, quas inseres vncinis. Rationale quoq; iudicij facies opere polymito: iuxta texturam superhumeralis, ex auro, hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & bysso retorta. Quadrangulum erit & duplex. Mensuram palmi habebit, tam in longitudine q̃ in latitudine. Ponesq; in eo quatuor ordines lapidũ. In primo versu erit lapis Sardius, & Topasius, & Smaragdus. In secundo, Carbunculus, Saphyrus, & Iaspis. In tertio, Ligurius, Achates, & Amethystus. In quarto, Chrysolit⁹

Heb. pectorale & superhumerale, chlamidẽ & tunicã intertextã, cid. &c.

Heb. in memoriale.

Sap. 18. d

Onychinus & Beryllus: Incluſi auro erunt per ordines ſuos. Habebuntq́ nomina filiorum D
Iſrael. Duodecim nominibus cælabuntur: ſinguli lapides nominibus ſingulorum per duode-
cim tribus. Facies in rationali catenas ſibi inuicem cohærentes ex auro puriſſimo, & duos an
nulos aureos, quos pones in vtraq; rationalis ſummitate, catenasq́ aureas iunges annulis qui
ſunt in marginibus eius, & ipſarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis in vtroq;
latere ſuperhumeralis, quod rationale reſpicit. Facies & duos annulos aureos, quos pones E
in ſummitatibus rationalis, & in oris quæ è regione ſunt ſuperhumeralis, & poſteriora eius
aſpiciunt, necnon & alios duos annulos aureos, qui ponendi ſunt in vtroq; latere ſuperhu-
meralis deorſum, quod reſpicit contra faciem iuncturæ inferioris, vt aptari poſſit cum ſuper-
humerali, vt ſtringatur rationale annulis ſuis cum annulis ſuperhumeralis, vitta hyacinthina
vt maneat iunctura fabrefacta, & à ſeinuicem rationale & ſuperhumerale nequeant ſeparari.
Portabitq́ Aaron nomina filiorum Iſrael in rationali iudicij ſuper pectus ſuum, quando 96. diſt. c. qui
ingredietur ſanctuarium memoriale coram domino in æternum. Pones autem in rationa eccleſiaſticæ, § . ecce.
li iudicij doctrinam & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur corã do
mino, & geſtabit iudicium filiorum Iſrael in pectore ſuo in conſpectu domini ſemper. Fa-
cies & tunicam ſuperhumeralis, totam hyacinthinam, in cuius medio ſupra erit capitium, &
ora per gyrum eius textilis, ſicut fieri ſolet in extremis veſtium partibus, ne facile rumpãtur.
Deorſum vero ad pedes eiuſdem tunicæ per circuitum, quaſi mala punica facies ex hyacin F
tho, & purpura, & cocco bis tincto, & byſſo retorta, mixtis in medio tintinabulis, ita vt tin-
tinabulum ſit aureum & malum punicum. Rurſumq́ tintinabulum aliud aureum & malũ pu 41. diſt. c. ſi
Eccle. 45. b nicum, & veſtietur ea Aaron in officio miniſterij, vt audiatur ſonitus quando ingredietur & rector. uerſ.
egredietur ſanctuarium in conſpectu domini, & non moriatur. Facies & laminam de au- hinc Moyſ.
ro puriſſimo, in qua ſculpes opere cælatoris ſanctum domino. Ligabisq́ eam vitta hyacin- uer. hinc m
thina, & erit ſuper tiaram imminens fronti pontificis. Portabitq́ Aaron iniquitates eorũ cordia.
quæ obtulerunt & ſacrificauerunt filij Iſrael in cunctis muneribus & donarijs ſuis. Erit au- G
tem lamina ſemper in fronte eius, vt placatus ſit ei dominus, ſtringesq́ tunicam byſſo & tia-
ram biſſynam facies & baltheum opere plumarij. Porrò filijs Aaron tunicas lineas parabis
& baltheos ac tiaras in gloriam & decorem. Veſtiesq́ his omnibus Aaron fratrem tuum, &
filios eius cum eo, & cunctorum conſecrabis manus, ſanctificabisq́ illos vt ſacerdotio fungã-
tur mihi. Facies & fœminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis ſuæ, à renibus vſq; ad
fœmora, vt vtentur eis Aaron & filij eius, quãdo ingredientur tabernaculum teſtimonij, vel
quando appropinquant ad altare vt miniſtrent in ſanctuario, ne iniquitatis rei moriantur.
Legitimum ſempiternum erit Aaron, & ſemini eius poſt eum.

¶ Sanctificatio ſacerdotis dei, ritusq́ offerendi pro eo. Cap. XXIX.

Leuit. 9. a SEd & hoc facies vt mihi ſacerdotio conſecrentur. Tolle vitulũ de armento, & arietes A
duos immaculatos, panesq́ azymos, & cruſtulam abſq; fermento, quæ cõſperſa ſint
oleo, lagana quoq; azyma, oleo lita. De ſimila triticea cuncta facies, & poſita in cani-
ſtro, offeres. Vitulũ autẽ & duos arietes, & Aaron ac filios eius applicabis ad oſtiũ ta-
bernaculi teſtimonij. Cumq́ laueris patrem cum filijs ſuis aqua, indues Aaron veſtimentis
ſuis, id eſt linea & tunica ſuperhumerali & rationali, quod conſtringes baltheo, & pones tia-
ram in capite eius, laminam ſanctam ſuper tiaram, & oleum vnctiõis fundes ſuper caput eius
atq; hoc ritu cõſecrabitur. Filios quoq; illius applicabis & indues tunicis lineis, cingesq́ bal B
theo, Aaron ſcilicet & liberos eius, & impones eis mitras, eruntq́ ſacerdotes mihi, religione
Leuit. 8. b perpetua. Poſtquã initiaueris manus eorum, applicabis & vitulum coram tabernaculo te-
Leuit. 8. a ſtimonij. Imponentq́ Aaron & filij eius manus ſuper caput illius, & mactabis eum in conſpe
ctu domini, iuxta oſtiũ tabernaculi teſtimonij. Sumptũq; de ſanguine vituli, pones ſup cor-
nua altaris digito tuo, reliquũ autẽ ſanguinẽ fundes iuxta baſim eius. Sumes & adipẽ totũ, qui
operit inteſtina & reticulũ iecoris, ac duos renes, & adipẽ qui ſuper eos eſt, & offeres incen- C
ſum ſuper altare. Carnes vero vituli & corium & fimum cõbures foris extra caſtra, eo quod pro
peccato ſit, vnum quoq; arietem ſumes, ſuper cuius caput ponent Aaron & filij eius manus.
Quem cum mactaueris, tolles de ſanguine eius, & fundes circa altare. Ipſum aũt arietẽ ſecabis
in fruſta, lotaq́ inteſtina eius & pedes, pones ſuper cõciſas carnes, & ſuper caput illius, & offe
res totũ arietẽ in incenſum ſuper altare. Oblatio eſt domino odor ſuauiſſimus victimæ do
mini. Tolles quoq; arietem alterum, ſuper cuius caput Aaron & filij eius ponent manus. D
Quem cum immolaueris, ſumes de ſanguine eius, & pones ſuper extremum auriculæ dextræ de cõſ. diſt. 1 c. nõ oportet
Aaron, & filiorũ eius, & ſuper pollices manus eorũ, ac pedis dextri, fundesq́ ſanguinẽ ſup al-
tare per circuitũ. Cũq; tuleris de ſanguine, qui eſt ſuper altare, & de oleo vnctionis, aſperges
Aaron & veſtes eius, filios & veſtimenta eorum. Conſecratisq́ ipſis & veſtibus, tolles adipẽ 21. diſt. c. 6. in principio
de ariete, & caudam & aruinam quę operit vitalia, ac reticulũ iecoris, & duos renes atq; adipẽ
qui ſuper eos eſt, armumq́ dextrũ, eo quod ſit aries conſecrationis, tortãq́ panis vnius cruſtulã
cõſperſam

E consparsam oleo,laganũ de canistro azymoꝝ,quod positũ est in cõspectu domini,ponesq;
omnia sup manus Aaron & filioꝝ eius,& sanctificabis eos eleuans corã domino.Suscipiesq;
vniuersa de manibus eoꝝ,& incendes super altare in holocaustũ,odorẽ suauissimũ in cõspe
ctu dñi,quia oblatio eius est. Sumes quoq; pectusculũ de ariete,quo initiatus est Aarõ,san
ctificabisq; illud eleuatũ corã dño,& cædet in partẽ suã.Sanctificabisq; & pectusculũ conse
cratũ & armũ,quẽ de ariete separasti,quo initiatus est Aaron & filij eius,cædetq; in partem
Aaron & filioꝝ eius iure ꝑpetuo à filijs Israel,qa primitiua sunt & initia de victimis eoꝝ pa-
cificis quæ offerunt dño. Vestẽ autẽ sanctã qua vtetur Aaron habebunt filij eius post eum
vt vngantur in ea,& cõsecrent manus eoꝝ.Septẽ diebus vtetur illa qui pontifex pro eo fue-
F rit cõstitutus de filijs eius,& qui ingredietur tabernaculũ testimonij,vt ministret in sanctua- Leui.8.g
rio. Arietẽ autem cõsecrationis tolles,& coques carnes eius in loco sancto,quibus vescetur
Aaron & filij eius.Panes quoq; qui sunt in canistro,in vestibulo tabernaculi testimonij co-
medẽt,vt sit placabile sacrificiũ,& sanctificentur offerentiũ manus. Alienigena nõ vescetur
ex eis,quia sancti sunt. Quod si remanserit de carnibus cõsecratis,siue de panibus vsq; ma-
ne,cõbures reliquias igni.Nõ comedentur,quia sanctificata sunt. Omnia quæ præcepi tibi
facies sup Aaron & filijs eius.Septẽ diebus cõsecrabis manus eoꝝ,& vitulũ pro peccato offe-
res per singulos dies ad expiandũ.Mundabisq; altare,cum immolaueris expiationis hostiã,
& vnges illud in sanctificationẽ. Septẽ diebus expiabis altare,& sanctificabis,& erit sanctũ
sanctoꝝ.Omnis qui tetigerit illud,sanctificabitur.Hoc est quod facies in altari. Agnos an-
G niculos duos ꝑ singulos dies iugiter,vnũ agnũ mane,& alteꝝ vespere , decimã partẽ similæ
cõsperso oleo tuso,quod habeat mensurã quartã partem hin,& vinum ad libandum eiusdẽ
mensuræ in agno vno. Alteꝝ vero agnũ offeres ad vesperã iuxta ritũ matutinæ oblatiõis,
& iuxta ea quæ diximus in odorẽ suauitatis.Sacrificiũ est domino deo,oblatione pepetua in
generationes vestras,ad ostiũ tabernaculi testimonij coram dño vbi cõstituam vt loquar ad
te,ibiq; præcipiã filijs Israel,& sanctificabitur altare in gloria mea.Sanctificabo & taberna-
culũ testimonij cũ altari:& Aaron cũ filijs eius,vt sacerdotio fungantur mihi.Et habitabo in
medio filiorum Israel,eroq; eis deus,& scient quia ego dñs deus eoꝝ,qui eduxi eos de terra
Aegypti,vt manerem inter illos,ego dominus deus ipsorum.

¶Forma altaris thymiamatis,situsq; eiusdẽ,Labiũ æneũ,cõfectio thymiamatis.Cap.XXX.

A FAcies quoq; altare ad adolendũ thymiama,de lignis sethim,habens cubitũ lõgitudi
de cõs.dist.1. ca.altaria in glo. nis,& alterũ latitudinis,id est quadrangulũ,& duos cubitos in altitudine. Cornua ex
ipso procedẽt.Vestiesq; illud auro purissimo,tam craticulã eius ꝗ parietes,ꝑ circui-
tũ,& cornua.Faciesq; ei coronã aureolã per gyrum,& duos annulos aureos sub co-
rona ꝑ singula latera,vt mittantur in eos vectes & altare portetur. Ipsos quoq; vectes fa-
cies de lignis sethim,& inaurabis.Pones altare cõtra velum quod ante arcã pendet testimo-
nij,corã propitiatorio,quo tegitur testimoniũ,vbi loquar tibi.Et adolebit incensum sup eo
Aaron suaue fragrãs.Mane quãdo cõponet lucernas incendet illud,& quãdo collocat eas ad
B vesperum,vret thymiama sempiternũ coram dño in generatiões vestras.Nõ offeretis super
eo thymiama compositionis alterius,nec oblationẽ & victimam,nec libabitis libamina.
Et deprecabitur Aarõ super cornua altaris semel per annũ in sanguine,quod oblatũ est pro
peccato,& placabit super eo in generatiõibus vestris,sanctum sanctorum erit dño. Locu-
tusq; est dñs ad Moysen,dicens.Quando tuleris summam filioꝝ Israel,iuxta numerũ dabũt Num.1.b
singuli pretium ꝓ animabus suis dño,& nõ erit plaga in eis,cum fuerint recensiti. Hoc autẽ
dabit omnis qui transit ad nomen,dimidium sicli iuxta mensurã tẽpli.Siclos viginti obolos Leui.27.e
habet.Media pars sicli offeretur dño.Qui habetur in numero à viginti annis,& supra , dabit Num.3.g
pretium.Diues nõ addet ad mediũ sicli,& pauper nihil minuet.Susceptamq; pecuniam quæ Ezech.45.d
collata est à filijs Israel,trades in vsus tabernaculi testimonij,vt sit monumentum eorũ corã
C dño,& ꝓpitietur animabus eorum. Locutusq; est dñs ad Moysen,dicens. Facies & labiũ Inf.40.d
æneũ cũ basi sua ad lauandũ,ponesq; illud inter tabernaculum testimonij & altare. Et missa
aqua lauabunt in ea Aarõ & filij eius manus suas,ac pedes,quãdo ingressuri sunt tabernaculũ
testimonij,& qñ accessuri sunt ad altare,vt offerant in eo thymiama dño , ne forte morian-
tur.Legitimũ sempiternũ erit ipsi & semini eius per successiões.Locutusq; est dñs ad Moy-
sen,dicens.Sume tibi aromata primæ myrrhæ & electæ,quingẽtos siclos & cinnamomi me
dium,id est ducenros quinquaginta siclos,calami similiter ducentos quinquaginta siclos, ca- Inf.40.b
siæ aũt quingentos siclos in põdere sanctuarij,oleũ de oliuetis mensurã hin.Faciesq; vnctiõis
oleum sanctũ,vnguentũ cõpositũ opere vnguentarij,& vnges ex eo tabernaculũ testimonij
& arcã testamẽti,mensamq; cum vasis suis,candelabrũ & vtensilia eius, altaria thymiamatis
& holocausti,& vniuersam supellectilẽ quæ ad cultũ eoꝝ pertinet,sanctificabisq; omnia , &
D erunt sancta sanctoꝝ.Qui tetigerit ea,sanctificabit.Aarõ & filios eius vnges,sanctificabisq;
eos vt sacerdotio fungantur mihi. Filijs quoq; Israel dices.Hoc oleũ vnctiõis sanctum erit

mihi in generationes vestras. Caro hominis non vngetur ex eo,& iuxta cōpositionem eius
nō facietis aliud, quia sanctificatū est,& sanctū erit vobis. Homo quicunq; tale cōposuerit &
dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo. Dixitq; dominus ad Moysen. Sume
tibi aromata, stacten & onychā, galbanū boni odoris,& thus lucidissimū. Aequalis ponde-
ris erūt omnia. Faciesq; thymiama, cōpositū opere vnguentarij, mixtū diligenter,& purū &
sanctificatione dignissimū. Cumq; in tenuissimū puluerē vniuersa contuderis, pones ex eo
corā tabernaculo testimonij in loco quo apparebo tibi. Sanctū sanctorū erit vobis thymia-
ma. Talem cōpositionē nō facietis in vsus vestros, quia sanctum est domino. Homo quicūq;
fecerit simile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis suis.

¶ Vocatio artificum Beseleel & Ooliab, praeceptum sabbati, dantur
Moysi tabulae lapideae. Cap. XXXI. A

Locutusq; est dominus ad Moysen, dicēs: Ecce vocaui ex nomine Beseleel filiū Huri
filij Hur de tribu Iuda & impleui eū spiritu dei, sapientia & intelligentia,& sciētia in
omni opere, ad excogitandum quicquid fabrefieri potest ex auro & argento & aere, de con. dist.
marmore & gēmis,& diuersitate lignorū, dediq; ei sociū Ooliab filium Achisamech c. 2. in prin.
de tribu Dan. Et in corde hominis eruditi posui sapientiā, vt faciant cuncta quae praecepi ti- B
bi, tabernaculū foederis & arcā testimonij,& propinatoriū quod super eā est,& cuncta vasa de fac. un. c. 8
tabernaculi, mensamq; & vasa eius, candelabrū purissimū cū vasis suis,& altaria thymiamatis
& holocausti & omnia vasa eorū, labiū cū basi sua, vestes sanctas in ministerio Aaron sacer-
doti & filijs eius vt fungantur officio suo in sacris, oleum vnctiōis & thymiama aromatū in
Sup. 20. b sanctuario. Omnia quae praecepi tibi, facient. Et locutus est dominus ad Moysen, dicens: C
Loquere filijs Israel,& dices ad eos, Videte vt sabbatum meū custodiatis, quia signū est inter
me & vos in generatiōibus vestris, vt sciatis qa ego dn̄s qui sanctifico vos. Custodite sabba-
tum meū, Sanctū est enī vobis. Qui polluerit illud, morte morietur. Qui fecerit in eo opus,
peribit anima illius de medio populi sui. Sex diebus facietis opus, in die septimo sabbatū est,
requies sancta dn̄o. Omnis qui fecerit opus in hac die, morietur. Custodiāt filij Israel sabba-
tum,& celebrent illud in generationibus suis. Pactū est sempiternū inter me & filios Israel, si
Gene. 2. d gnūq; perpetuum. Sex enim diebus fecit dn̄s coelum & terram,& in septimo ab omni opere
Sup. 24. c cessauit. Dedit quoq; dominus Moysi completis huiuscemodi sermonibus in monte Sinai
deut. 9. b duas tabulas testimonij, scriptas digito dei.

¶ Morante Moyse, adorāt vitulū, frangunt tabulae, interficiunt idololatrae. Cap. XXXII.

Videns aūt populus q moram faceret Moyses descendendi de mōte, congregatus A
Act. 7. e aduersus Aaron, dixit: Surge, fac nobis deos qui nos pcedant. Moysi enī huic vi-
ro qui nos eduxit de terra Aegypti ignoramus quid acciderit. Dixitq; ad eos Aa-
ron: Tollite inaures aureas de vxorū filiorumq; & filiarum vestrarum auribus,&
afferte ad me. Fecitq; populus quae iusserat, deferens inaures ad Aaron. Quas cum ille acce
Psal. 105. b pisset, formauit opere fusorio,& fecit ex eis vitulum conflatilem. Dixeruntq;: Hi sunt dij tui
Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Quod cum vidisset Aaron, aedificauit altare coram
1. Cor. 10. b eo,& praeconis voce clamauit, dicens: Cras solennitas domini est. Surgētesq; mane obtule- de per. dist. 4
runt holocausta & hostias pacificas. Et sedit populus manducare & bibere,& surrexerunt lu c. intermund
deut. 9. b dere. Locutus est autē dn̄s ad Moysen, dicens. Vade, descende, peccauit populus tuus quē B ter. §. filius
eduxisti de terra Aegypti, recesserunt cito de via quā ostendisti eis. Feceruntq; sibi vitulum
3. Reg. 12. g conflatilem,& adorauerunt, atq; immolantes ei hostias, dixerunt: Isti sunt dij tui Israel qui te
eduxerūt de terra Aegypti. Rursumq; ait dn̄s ad Moysen, Cerno q populus iste durę cer-
uicis sit. Dimitte me vt irascatur furor meus cōtra eos,& deleā eos, faciamq; te in gentem ma
gnam. Moyses autem orabat dominum deum suum, dicens, Cur domine irascitur furor C
tuus cōtra populum tuum quem eduxisti de terra Aegypti, in fortitudine magna,& in ma-
num. 14. c nu robusta? Ne quaeso dicant Aegyptij, callide eduxit eos, vt interficeret in mōtibus & dele
ret de terra. Quiescat ira tua,& esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abrahā
Isaac & Israel, seruorū tuorū, quibus iurasti per temetipsum, dicens. Multiplicabo semen ve-
Gene. 48. c strum sicut stellas coeli,& vniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro,&
Gene. 12. b possidebitis eā semper. Placatusq; est dominus ne faceret malum quod locutus fuerat ad- D
uersus populū suum. Et reuersus est Moyses de mōte portans duas tabulas testimonij ī ma
nu sua, scriptas ex vtraq; parte,& factas opere domini. Scriptura quoq; dei erat sculpta in tabu
lis. Audiens autem Iosue tumultum populi vociferātis, dixit ad Moysen: Vlulatus pugnae
auditur in castris. Qui respōdit: Nō est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio
cōpellentium ad fugam, sed vocem cantantium ego audio. Cumq; appropinquasset ad ca
stra, vidit vitulum & choros. Iratusq; valde, proiecit de manu tabulas,& cōfregit eas ad radi E
cem mōtis. Arripiensq; vitulum quem fecerant, cōbussit,& cōtriuit vsq; ad puluerem quem
sparsit in aquā,& dedit ex eo potū filijs Israel. Dixitq; ad Aarō: Quid tibi fecit hic populus
vt indu

F vt induceres super eum peccatum maximū? Cui ille respondit: Ne indignetur dñs meus. Tu
em̃ nosti pp̃lm istum q̃d ꝑnus sit ad malum. Dixerunt mihi: Fac nobis deos qui nos præce-
dant. Huic em̃ Moysi q nos eduxit de terra Aegypti, nescimus qd acciderit. Quibus ego di-
xi. Quis vestrũ habet aurũ? Tulerunt & dederũt mihi, & pieci istud in ignẽ, egressusq́ʒ est hic Num. 25.a
vitulus. Videns ergo Moyses populũ q̃d eẽt nudatus, spoliauerat em̃ eũ Aaron ꝓpter igno-
45. dist. c. di- miniã sordis, & iter hostes nudũ cõstituerat, & stans in porta castrorũ, ait: Si q̃s ẽ dñi iungat
sciplin. §. cer- mihi. Cõgregatiq́ʒ sunt ad eũ oẽs filij Leui. Quibus ait: Hæc dicit dñs deus Israhel. Ponat vir
te &c. gladiũ sup fœmur suũ. Ite & redite de porta vsq́ʒ ad portã p mediũ castrorũ, & occidat vnus-
23. q. 4. c. Na- quisq́ʒ frẽm, & amicũ, & ꝓximũ suũ. Fecerũtq́ʒ filij Leui iuxta sermonẽ Moysi, cecideruntq́ʒ in
buchodono- die illa quasi triginta milia hoĩm. Et ait Moyses: Cõsecrastis manus vestras hodie dño, vnus-
sor §. cũ sup. G quisq́ʒ in filio & fratre suo, vt det vobis bñdictio. Facto aũt altero die, locutus est Moyses ad
no. c. Guilra populũ: Peccastis pc̃tm̃ maximũ, ascẽdã ad dñm, si q̃ mõ quiuero eũ depcari ꝓ scelere vr̃o. Re
ri². §. sed & uersusq́ʒ ad dñm, ait: Obsecro, peccauit populus iste pc̃tm̃ maximum, fecerũtq́ʒ sibi deos aure
hic. c. qd cru
dele. q. 5. c. te os. Aut dimitte ei hãc noxã: aut si nõ facis, dele me de libro tuo quẽ scripsisti. Cui r̃ndit dñs. Eccl. 45.a
os. de. pe. dis. Qui peccauerit mihi, delebo eũ de libro meo. Tu aũt vade, & duc populũ istũ, q̃ locutus sum
3. c. illd'. 50. tibi. Angelus meus p̃cedet te. Ego aũt in die vltiõis visitabo & hoc pc̃tm̃ eorũ. Percussit ergo
di. c. siqs p̃po
stera in fine dominus populum ꝓ reatu vituli quem fecerat Aaron.
de pe. dis. 4
ca. penu.

¶ Populus luget delictum adorati vituli, Moyses vidẽtibus cũctis loquit̃ cũ deo, optat
videre dei faciem, iubetur stare in petra. Ca. XXXIII.

A LOcutus est dñs ad Moysen, dicens: Vade, ascẽde de loco isto, tu & populus tuus quẽ Gen. 12.b
eduxisti de terra Aegypti, in terrã quã iuraui Abrahã, Isaac, & Iacob, dicens: Semini Supra. 13.e
tuo dabo eã. Et mittã p̃cursorem tui angelum, vt eijciã Chananæũ, & Amorræũ, & Iosue. 24.c
Ethæũ, & Pherezæũ, & Heuæũ, & Iebusæũ, vt intres in terrã fluentẽ lacte & melle. Deut. 7.c
Nõ em̃ ascẽdã * tecũ, qa populus duræ ceruicis est, ne forte disperdã te in via. Audiẽsq́ʒ popu Heb. in me-
lus sermonẽ hũc pessimũ luxit, & null' ex more ĩdutus ẽ cultu suo. Dixitq́ʒ dñs ad Mosen: Lo dio tui
B querefilijs Israhel. Populus duræ ceruicis es, semel ascendã in medio tui, & delebo te. Iã nunc
depone ornatũ tuũ vt sciã qd faciã tibi. Deposuerũt ergo filij Israhel ornatũ suũ à mõte Oreb
96. dis. c. fin. Moyses quoq́ʒ tollẽs tabernaculũ tetẽdit extra castra ꝑcul, vocauitq́ue nomẽ eius tabernaculũ
11. q. 3. c. sum fœderis. * Et oĩs populus q habebat aliquã quæstionẽ, egrediebat̃ ad tabernaculũ fœderis ex- Heb. & q̃sq̃s
mopere uer- tra castra. Cũq́ʒ egrederet̃ Moyses ad tabernaculũ, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusq̃s interrogatu-
hic ẽ, de inia q́ʒ in ostio * papilionis sui, respiciebãtq́ʒ tergũ Mosi, donec ingrederet̃ tentoriũ. Ingresso aũt rus erat deũ
& re iu. c. 1. et illo tabernaculũ fœderis, descẽdebat columna nubis, & stabat ad ostiũ. Loquebat̃q́ue dñs cũ Heb. taberna
83. d. c. 1. uer. Moyse cernẽtibus vniuersis, q̃ colũna nubis staret ad ostiũ tabernaculi. Stabãtq́ue ipsi & ado culi
nõ te. 3. q. 1. c rabãt per fores tabernaculorũ suorũ. Loquebat̃ autẽ dominus ad Moysen facie ad faciẽ, sicut
Moses de pe- solet loqui hõ ad amicũ suũ. Cũq́ʒ ille reuerteret̃ in castra, minister eius Iosue filius Nun, puer,
di. c. 1. c. ut co nõ recedebat de tabernaculo. Dixit autẽ Moyses ad dominũ. Pręcipis vt educã populum istũ
gnouerũt. § C & nõ indicas mihi, quẽ missurus es mecum, p̃sertim cum dixeris noui te ex nomĩe, & inuenisti
itẽ opponi. gratiã corã me. Si ergo inueni gratiã in cõspectu tuo, * ostẽde mihi faciẽ tuã vt sciã te, & inue He. doce me
niã grãm ante oculos tuos. Respice populũ tuũ, gentẽ hanc. Dixitq́ue dominus: Facies mea p̃ uias tuas
cedet te, & requiẽ dabo tibi. Et ait Moyses: Si nõ tuipse præcedas, ne educas nos de loco isto
In quo em̃ scire poterimus ego & populus tuus inuenisse nos grãm ĩ cõspectu tuo, nisi ambu heb. segrege-
D laueris nobiscum, vt * glorificemur ab oĩbus populis, q habitãt super terrã? Dixit autẽ do mur.
minus ad Moysen: Et verbum istud q̃d locutus es faciã. Inuenisti em̃ grãm corã me, & teipsũ
noui ex nomine. Qui ait, Ostende mihi gloriã tuã. Respõdit: * ego ostendã oẽ bonum tibi, He. ego ducã
& vocabor in noĩe domini corã te, & miserebor cui voluero, & clemẽs ero in quẽ mihi pla- oẽ bonitatẽ
cuerit. Rursumq́ue ait: Nõ poteris videre faciẽ meã. Nõ em̃ videbit me hõ & viuet. Et iterum. meã sup faci
24. q. 1. c. q̃ Ecce, inquit, est locus apud me, & stabis supra petrã. Cũq́ʒ trãsibit gloria mea, ponã te in * fo- em tuam
ex sola ramine petræ, & ꝓtegã dextera mea, donec transeã. Tollamq́ue manum meã, & videbis po- Iohan. 17
0. q. 1. c. Moy steriora mea, faciem autem meam videre nõ poteris. heb. scissura
ses uel dentes.

¶ Instaurant̃ tabulæ, ꝓhibet̃ societas gentiũ & idololatria, de solennitate azymorũ, de
primogenitis, de sabbato, de festo triũ hebdomadarũ, de primitijs, facies Moysi
cornuta, populo nõ ferente, velatur. Ca. XXXIIII.

A AC deinceps præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas, instar priorũ. & scribã super eas Deut. 10.a
verba q̃ habuerunt tabulæ quas fregisti. Esto paratus mane vt ascẽdas statim in mõ
tem Synai, stabisq́ue mecum sup verticẽ mõtis. Nullus ascẽdat tecum nec videat̃ q̃s
piã per totum mõtem, oues quoq́ʒ & boues nõ pascant̃ ecõtra. Excidit ergo duas ta-
bulas lapideas, quales antea fuerant, & de nocte cõsurgens ascẽdit in mõtem Synai, sicut præ-
ceperat ei dominus, portans secum tabulas. Cumq́ʒ descendisset dominus p nubẽ, stetit Moy
ses cum eo, inuocãs nomen domini. Quo transeunte coram eo, ait: Dominator, domine de-
us, misericors, & clemens, patiens & multæ miserationis ac verax, qui custodis misericor-

Hie.32. Deut.5.a. diam in milia, q aufers iniqtatem & scelera atq; peccata, nullusq; apud te per se innocens est, B
q reddis iniqtatem patrũ filijs ac nepotibus in tertiã & quartã ,pgeniem. Festinusq; Moyses
incuruatus est ,pnus in terrã, & adorans, ait Si inueni gratiã in cõspectu tuo dñe, obsecro vt
gradiaris nobiscũ, pp̃ls em̃ duræ ceruicis est, vt auferas iniqtates nr̃as atq; peccata, nosq; possi
deas. Respõdit dñs: Ego inibo pactũ videntibus cũctis, signa faciã q̃ nunq̃ visa sunt sup terrã
nec in vllis gentibus, vt cernat pp̃lus iste in cuius es medio, opus dñi terribile, q̃d facturus sum
Deut.7.a. Obserua cuncta, quæ hodie mdaui tibi. Ego ipse ejciam ante faciem tuam Amorræum, &
3.Reg.11.a Chananæũ, & Ethæũ, Pherezæũ quoq;, & Heuæũ, & Iebusæũ. Caue ne vnq̃ cũ habitatori- C
bus terræ illius iũgas amicitias, quæ sunt tibi in ruinam. Sed & aras eoꝝ destrue, cõfringe sta-
tuas, lucosq; succide. Noli adorare deũ alienũ. Dñs zelotes, nomen eius, deus est æmulator.
Ne ineas pactũ cũ hominibus illaꝝ regionũ, ne cũ fornicati fuerint cũ dijs suis, * & adorauerint simulachra eoꝝ, vocet te q̃spiam vt comedas de immolatis. Nec vxorem de filiabus eo-
rum accipies filijs tuis, ne postq̃ ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in deos
suos. Deos cõflatiles nõ facies tibi. Solennitatem azymoꝝ custodies. Septem diebus ve-
Eccl.35.a sceris azymis, sicut præcepi tibi in tempore messis nouoꝝ. Mense enim verni tp̃is egressus es
de Aegypto. Omne quod aperit vuluam generis masculini, meũ erit. De cunctis animanti-
bus, tam de bobus q̃ ouibus, meũ erit. Primogenitũ asini redimes oue. Si autem nec pretium
,p eo dederis, occidetur. Primogenitum filioꝝ tuoꝝ redimes, nec apparebis in cõspectu meo
vacuus. Sex diebus operaberis, die septimo cessabis arare, & metere. Solennitatem heb-
domadaꝝ facies tibi in primitijs frugũ messis tuæ triticeæ, & solennitatem quando redeunte
anni tempore cuncta cõduntur. Tribus temporibus anni apparebit omne masculinũ tuũ
in cõspectu omnipotentis domini dei Israhel. Cum enim tulero gentes à facie tua, & dilataue
ro terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te, & apparente in cõspectu domi D
ni dei tui ter in anno. Nõ immolabis super fermento sanguinem hostiæ * tuæ, neq; residebit
mane de victimis solennitatis Phasæ. Primitias frugũ terræ tuæ offeres in domo dñi dei
tui, Non coques hœdum in lacte matris suæ. Dixit dñs ad Moysen: Scribe tibi verba hęc
quibus & tecũ, & cum Israhel pepigi fœdus. Fuit ergo ibi cum dño Moyses quadraginta
dies, & quadraginta noctes. Panem nõ comedit, & aquam nõ bibit, & scripsit in tabulis ver-
ba fœderis decem. Cumq; descenderet Moyses de mõte Synai, tenebat duas tabulas lapi-
deas testimonij, & ignorabat q̃d * cornuta esset facies sua, ex cõsortio sermonis dñi. Videntes
autem Aaron & filij Israhel * cornutam Moysi faciem, timuerunt ,ppe accedere. Vocatiq; ab
2.Cor.3.c eo reuersi sunt tam Aaron q̃ principes synagogæ. Et postq̃ locutus est ad eos, venerunt ad
eum etiam omnes filij Israhel. Quibus præcepit cuncta quæ audierat à dño in mõte Synai.
Impletisq; sermonibus, posuit velamen super faciem suam. Qui ingressus ad dñm, & loquens
cum eo, auferebat donec exiret, & tũc loquebatur ad filios Israhel omnia, quæ sibi fuerant im
perata. Qui videbant faciem egredientis Moysi esse * cornutam, sed operiabat ille rursus faci
em suam, si quando loquebatur ad eos.

¶ Præcipit sabbatũ, exigũtur primitiæ & donaria. Deuota prõptitudo pp̃li offerentis vocatio Beseleel & Ooliab artificum. Ca. XXXV

IGitur congregata omni turba filioꝝ Israhel, dixit ad eos: Hæc sunt quæ iussit dñs fieri. A
Sex diebus facietis opus, Septimus dies erit vobis sanctus, sabbatũ & requies domini.
Qui fecerit opus in eo, occidet. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris
per diem sabbati. Et ait Moyses ad omnem caterua filiorum Israhel. Iste est sermo
Supra.25.a quem præcepit dñs. Separate apud vos primitias dño. Omnis voluntarius, & prono animo
offerat eas dño. Auꝝ, & argentũ, æs, hyacinthũ, & purpuram, coccũq; bis tinctũ, & byssum,
pilos capraꝝ, pellesq; arietũ rubricatas & hyacinthinas, ligna Sethim, & oleũ ad luminaria cõ
cinnanda, & vt conficiat vnguentũ & thymiama suauissimũ, lapides onychinos, & gemmas
ad ornatũ superhumeralis & rationalis. Quisquis vestrũ sapiens est, veniat & faciat quod do B
minus imperauit, tabernaculũ scilicet, & tectũ eius, atq; operimentũ, annulos & tabulata cũ
vectibus, paxillos & bases, arcam & vectes, ,ppitiatoriũ, & velum q̃d ante illud oppãdit, men
sam cũ vectibus & vasis, & ,ppositionis panibus, candelabrũ ad luminaria sustentanda, vasa il
lius, & lucernas, & oleũ ad nutrimenta igniũ, altare thymiamatis, & vectes, & oleũ vnctionis,
& thymiama ex aromatibus, tentoriũ ad ostiũ tabernaculi, altare holocausti, & craticulã eius
æneã cũ vectibus & vasis suis, labrũ & bases eius, cortinas atrij cũ colũnis & basibus, tentoriũ
in foribus vestibuli, paxillos tabernaculi atrij cũ funiculis suis, vestimenta, quorum vsus est in
ministerio sanctuarij. Vestes Aarõ põtificis ac filioꝝ eius vt sacerdotio fungat mihi. Egres C
saq; omnis multitudo filioꝝ Israhel de cũspectu Moysi, obtulerũt mente prõptissima atq; de-
uota primitias dño, ad faciendũ opus tabernaculi testimonij. Quicqd ad cultũ & ad vestes san
ctas necessariũ erat, viri cũ mulieribus p̃buerũt armillas & inaures, annulos & dextralia. Om̃e
vas aureũ in donaria dñi separatum est. Si quis habebat auꝝ, hyacinthum & purpuram eoc-

cum'q; bis tinctũ,byssum & pilos capraꝝ,pelles arietũ rubricatas, & hyacinthinas,argenti,&
auri,æris'q; metalla obtulerũt dño,ligna'q; Sethim in varios vsus.Sed & mulieres doctæ neue-
D rãt q̃ dederẽt hyacinthũ,purpurã,& vermiculũ,ac byssum,& pilos capraꝝ,sponte ꝓpria cũcta
tribuentes. Principes vero obtulerẽt lapides onychinos,& gẽmas ad suphumerale & rõnale.
Aromata'q; & oleũ ad luminaria cõcinnãda, & ad ꝑparãdum vnguentũ, & thymiama odoris
suauissimi cõponendũ.Oẽs viri & mulieres mẽte deuota obtulerẽt donaria,vt fierent opa quæ
iusserat dñs p manus Moysi.Cuncti filij Israhel voluntaria dño dedicauerẽt. Dixit'q; Moyses Supra.3.a
ad filios Israhel.Ecce vocauit dñs ex noĩe Beseleel filiũ Huri filij Hur de tribu Iuda,impleuit'q;
eũ spũ dei,sapĩa,& intelligẽtia,& scĩa,& omĩ doctrina ad excogitãdũ & faciẽdũ opus in auro
& argẽto,& ære.& ferro,sculpẽdis'q; lapidibus & ope carpentario . Quicq̃d fabre adinueniri
põt,dedit in corde eius.Ooliab quoq; filiũ Achisamech de tribu Dan ambos erudiuit sapĩa vt
faciãt opa Abietarij, Rolymitarij, ac Plumarij, de hyacintho,& purpura,cocco'q; bis tincto,
& bysso,& texãt omnia,ac noua quæ'q; reperiant.

¶Fabricatio tabernaculi,cortinaꝝ,sagoꝝ,opertorij,tabularꝝ,veli, & tentorij.

Caput XXXVI.

A FEcit ergo Beseleel & Ooliab,& oĩs vir sapiens q̃bus dedit dñs sapiẽtiã & intellectũ vt
sciirẽt fabre opari q̃ in vsu sanctuarij necessaria sunt,& q̃ ꝓcepit dñs fieri. Cũ'q; vocas-
set eos Moyses,& oẽm eruditũ viꝝ cui dederat dñs sapiẽtiã , & q spõte sua obtulerãt
se ad faciẽdũ opus,tradidit eis vniuersa donaria filioꝝ Israhel.Qui cũ instarẽt operi q̃-
tidie,mane vota ppl'ls offerebat.Vnde artifices venire cõpulsi,dixerũt Moysi.Plus offert pplus
q̃ necessariũ est.Iussit ergo Moyses ꝓconis voce cãtari . Nec vir nec mulier q̃cq̃ offerat vltrà,
B in ope sanctuarij.Sic'q; cessatũ est à muneribus offerẽdis, eo q̃ oblata sufficerẽt & superabũda
rent. Fecerũt'q; oẽs corde sapiẽtes ad explendũ opus tabernaculi,cortinas decẽ de bysso re-
torta,& hyacintho,& purpura,cocco'q; bis tincto,ope vario,& arte polymita.Quaꝝ vna ha
bebat in longitudine vigintiocto cubitos,& in latitudine q̃tuor.Vna mensura erat oĩm corti-
naꝝ.Coniunxit'q; cortinas quinq;,alterã alteri,& alias quinq; sibi inuicem copulauit. Fecit
& ansas hyacinthinas in ora cortinæ vnius ex vtroq; latere,& in ora cortinæ alterius similiter
vt cõtra se inuicẽ venirẽt ansæ,& mutuo iungerent.Vñ & quinq̃ginta fudit circulos aureos,q̃
morderẽt cortinaꝝ ansas,& fieret vnũ tabernaculũ.Fecit & saga vndecim de pilis caproꝝ,ad
operiendũ tectũ tabernaculi.Vnũ sagũ in longitudine habebat cubitos triginta,& in latitudi-
ne cubitos q̃tuor Vnius mensuræ erãt oĩa saga.Quoꝝ quinq; iunxit seorsum,& sex alia separa
tim. Fecit'q; ansas quinq̃ginta in ora sagi vnius,& quinq̃ginta in ora sagi alterius,vt sibi inui
cem iungerent,& fibulas æneas quinq̃ginta,quibus necterent tectũ,vt vnũ palliũ ex oĩbus sa
gis fieret.Fecit & optorium tabernaculi de pellibus arietũ rubricatis,aliud'q; desup velamentũ
C de pellibus hyacinthinis. Fecit'q; & tabulas tabernaculi de lignis Sethim stãtes. Decem cubi
toꝝ erat longitudo tabulæ vnius,& vnũ ac semis cubitũ latitudo retinebat.Binæ incastraturæ
erãt p singulas tabulas,vt alteri altera iungerent.Sic fecit in oĩbus tabernaculi tabulis. E quibus
viginti ad plagã meridianã erãt contra austrum cum q̃draginta basibus argenteis. Duæ bases
sub vna tabula ponebant ex vtraq; parte anguloꝝ,vbi incastraturæ lateꝝ in angulis terminã
tur.Ad plagã quoq; tabernaculi quę respicit ad aquilonem fecit viginti tabulas,cum q̃dragin
ta basibus argenteis,duas bases p singulas tabulas.Cõtra occidentem vero, id est, ad eã ptem
tabernaculi quę mare respicit,fecit sex tabulas & duas alias p singulos angulos tabernaculi re-
tro,q̃ iũctæ erãt à deorsum vsq; sursum,& in vnã cõpaginẽ,pariter ferebant.Ita fecit ex vtra-
q; pte p singulos angulos,vt octo eẽnt sil' tabulæ, & haberẽt bases argẽteas sexdecim binas.s.
D bases sub singulis tabulis.Fecit & vectes de lignis Sethim,quinq; ad cõtinendas tabulas vnius
ro.dis.c. qui ecclesiasticis §. hinc etiã lateris tabernaculi,& quinq; alios ad alterius lateris coaptãdas tabulas,& extra hos quinq; ali
os vectes ad occidentalẽ plagã tabernaculi cõtra mare,fecit quoq; vectẽ aliũ qui p medias ta-
bulas ab ãgulo vsq; ad angulũ pueniret.Ipse ãt tabulata deaurauit, fusis basis eaꝝ argẽteis.Et
circulos eoꝝ fecit aureos p quos vectes induci possent,q̃s & ipsos laminis aureis operuit. Fe
cit & velũ de hyacintho,purpura, vermiculo, ac bysso retorta opere polymitario, variũ atq;
distinctũ,& q̃tuor columnas de lignis Sethim, quas cũ capitibus deaurauit, fusis basibus eaꝝ
argẽteis. Fecit & tentoriũ in introitu tabernaculi ex hyacintho,purpura, vermiculo,bysso'q;
retorta,ope plumario,& columnas quinq; cum capitibus suis,quas operuit auro,bases'q; eaꝝ
fudit æneas,quas & operuit auro.

¶Fabricatio arcæ testimonij,ꝓpitiatorij,mensæ,cãdelabri,altaris,& cõpositio thymiamatis.

Caput XXXVII.

A FEcit autem Beseleel , & arcam de lignis Sethim , habentem duos & semis cubitos in
longitudine,& cubitum & semissem in latitudine. Altitudo quoque vnius cubiti fuit
& dimidij.Vestiuit'q; eam auro purissimo intus ac foris.Et fecit illi coronam auream
per gyrum,conflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos eius , duos annu-
los in

los in latere vno, & duos in altero. Vectes quoq; fecit de lignis Sethim, quos vestiuit auro, &
quos misit in annulos, q erant in lateribus arcæ ad portandū eam. Fecit & ꝓpitiatoriū, id est ps. dist. c. qui ecclesiasticis
oraculū de auro mundissimo, duorꝫ cubitorꝫ & dimidij longitudine, & cubiti ac semis in lati- §. hinc etiā.
tudine. Duos etiam Cherubim ex auro ductili, quos posuit ex vtraq; parte ꝓpitiatorij Che B
rub vnū in summitate vnius partis, & Cherub alterꝫ in summitate partis alterius. Duos Cheru
bim in singulis summitatibus ꝓpitiatorij, extendētes alas & tegentes ꝓpitiatoriū, seq́ꝫ mutuo
& illud respicientes. Fecit & mensam de lignis Sethim in lōgitudine duorꝫ cubitorꝫ, & in la
titudine vnius cubiti, quæ habebat in altitudine cubitū ac semissem. Circūdeditq́ꝫ eā auro mū-
dissimo, & fecit illi labiū aureū p gyrꝫ, ipsi quoq; labio coronā aureā interrasilem quatuor di-
gitorꝫ, & sup eandem alterā coronā aureā. Fudit & quatuor circulos aureos, quos posuit in
quatuor angulis p singulos pedes mensæ contra coronā, misitq́ꝫ in eos vectes, vt possit mensa
portari. Ipsos quoqꝫ vectes fecit de lignis Sethim, & circūdedit eos auro. Et vasa ad diuersos C
vsus mensæ, acetabula, phialas, & cyathos, & thuribula ex auro puro, in qbus offerenda sunt li
bamina. Fecit & cādelabrū ductile, de auro mūdissimo. De cuius vecte, calami, scyphi, sphæ
rulæq́ꝫ simul, & lilia ꝓcedebāt, sex in vtroqꝫ latere. Tres calami ex parte vna, & tres ex altera.
Tres scyphi in nucis modū p calamos singulos, sphærulæq́ꝫ simul & lilia, & tres scyphi instar
nucis in calamo altero, sphærulæq́ꝫ simul & lilia. Aequū erat opus sex calamorꝫ qui ꝓcedebāt
de stipite cādelabri. In ipso aūt vecte erāt quatuor scyphi in nucis modū, sphærulæq́ꝫ p singu-
los, & lilia. Et sphærulæ sub duobus calamis per loca tria q simul sex fiunt calami ꝓcedentes
de vecte vno. Et sphærulæ igiť & calami ex ipso erant, vniuersa ductilia ex auro purissimo.
Fecit & lucernas septem, cū emunctorijs suis, & vasa vbi ea quæ emuncta sunt, extinguanť D
de auro mundissimo. Talentū auri appendebat cādelabrū cū omnibus vasis suis. Fecit & al-
tare thymiamatis de lignis Sethim p quadrū singulos habens cubitos, & in altitudine duos, è
cuius angulis ꝓcedebāt cornua, vestiuitq́ꝫ illud auro purissimo, cum craticula ac parietibus &
cornibus. Fecitq́ꝫ ei coronā auream p gyrꝫ, & duos annulos aureos sub corona p singula la-
tera, vt mittanť in eos vectes, & possit altare portari. Ipsos aūt vectes fecit de lignis Sethim, &
operuit laminis aureis. Composuit & oleū ad sanctificationis vnguentū & thymiamata, de
aromatibus mundissimis, opere pigmentarij.

¶ Fabricatio altaris holocausti, labri ænei, atrij, supputatio ꝓtij p populum oblati.

Caput XXXVIII.

1. Para. 1. a FEcit & altare holocausti de lignis Sethim, quinqꝫ cubitorꝫ p quadrū, & triū in altitudi A
ne cuius cornua de angulis ꝓcedebāt, operuitq́ꝫ illud laminis æneis. Et in vsus eius pa de cō. di. 1. c. altare in gl.
rauit ex ære vasa diuersa, lebetes, forcipes, fuscinulas, vncinos, & ignium receptacula.
Craticulamq́ꝫ eius in modū retis fecit æneā, & subter eā in altaris medio arulam, fusis
quatuor æneis annulis p totidem retiaculi summitates, ad immittendos vectes, ad portandū.
Quos & ipsos fecit de lignis sethim, & opuit laminis æneis, induxitq́ꝫ in circulos, q in lateribus
altaris eminebāt. Ipsum autem altare non erat solidū, sed cauū ex tabulatis, & intus vacuum.
Fecit & labrū æneū cū basi sua de speculis mulierꝫ, quæ excubabāt in ostio tabernaculi. Fe B
cit & atriū, in cuius australi plaga erāt tentoria de bysso retorta, cubitorꝫ centū, colūnæ æneæ ps. dist. c. qui ecclesiastic. §. hinc etiam.
viginti cū basibus suis, capita columnarꝫ, & tota operis cælatura argentea. Aeque ad septētrio
nalem plagā tentoria, colūnæ, basesq́ꝫ, & capita columnarꝫ, eiusdem mensuræ. & operis ac me
talli erāt. In ea vero plaga quæ ad occidentem respicit, fuerūt tentoria cubitorꝫ quinquaginta
colūnæ decem cū basibus suis, æneæ, & capita columnarꝫ, & tota operis cælatura argentea.
Porrò contra orientem quinquaginta cubitorꝫ parauit tentoria, è quibus quindecim cubitos
columnarꝫ triū cū basibus suis, vnū tenebat latus, & in parte altera, quia inter vtraqꝫ introitum
tabernaculi fecit, quindecim æque cubitorꝫ erāt tentoria colūnæq́ꝫ tres, & bases totidem. Cun
cta atrij tentoria byssus retorta texuerat. Bases columnarꝫ fuere æneæ, capita aūt earꝫ cū cun- C
ctis cælaturis suis argentea, sed & ipsas columnas atrij vestiuit argento. Et in introitu eius
ope plumario fecit tentoriū ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta, quòd habe-
bat viginti cubitos in longitudine, altitudo vero quinqꝫ cubitorꝫ erat, iuxta mensurā quā cun
cta atrij tentoria habebāt. Colūnæ āt in ingressu fuere quatuor cū basibus æneis, capitaq́ꝫ earꝫ
He. hec sunt cōputatiões taber. &c. & cælaturæ argenteæ. Paxillos quoqꝫ tabernaculi & atrij p gyrꝫ fecit æneos. *Hæc sunt instru
menta tabernaculi testimonij quę enumerata sunt iuxta ꝓceptū Moysi, in cerimonijs Leuitarꝫ
p manū Ithamar filij Aaron sacerdotis, quæ Beselecl filius Huri, filij Hur de tribu Iuda, domi-
no p Moysen iubente compleuerat, iuncto sibi socio Ooliab filio Achisamech de tribu Dan,
qui & ipse artifex lignorꝫ egregius fuit, & polymitarius atqꝫ plumarius ex hyacintho, purpu-
ra, vermiculo, & bysso. Omne aurꝫ quod expensum est in opere sanctuarij, & quod oblatū D
est in donarijs, viginti & nouem talentorꝫ fuit, & septingentorꝫ triginta siclorꝫ ad mensuram
sanctuarij. Oblatū est aūt ab his q transierunt ad numerꝫ à viginti annis & supra, de sexcen-
tis tribus milibus & qngentis quinquaginta armatorꝫ. Fuerūt ꝓterea centum talenta argenti,

è quibus conflatæ sunt bases sanctuarij,& introitus vbi velũ pendet. Centũ bases factæ sunt
de talentis centũ,singulis talentis p bases singulas supputatis. De mille autem septingentis &
septuagita quinq; siclis fecit capita columnaꝝ,quas & ipsas vestiuit argento. Aeris q̃q; oblata
sunt taleta septuagintaduo milia,& quadringenti supra sicli,ex qbus fusæ sunt bases in itroitu
tabernaculi testimonij,& altare æneũ cũ craticula sua,oĩa'q; vasa quæ ad vsum ptinẽt,& bases
atrij tã in circũitu q̃ in egressu eius,& paxilli tabernaculi atq; atrij p gyrum.

¶ Ornatus vestimentoꝝ Aaron, suphumerale, rõnale, tunica, lamina sacra & cætera.

Caput XXXIX.

A DE hyacintho vero & purpura,vermiculo ac bysso fecit vestes,qbus indueret Aaron
quãdo ministrabat in sanctis,sicut p̃cepit dominus Moysi. Fecit igit & suphume
rale de auro hyacintho & purpura,cocco'q; bis tincto,& bysso retorta, ope poly-
mitario. Incidit'q; bracteas aureas,& extenuauit in fila vt possent torqueri cũ prio
B rum coloꝝ subtegmine, duas'q; oras sibi inuicem copulatas in vtroq; latere summitatũ,& bal
theũ ex eisdem coloribus,sicut p̃cepit dñs Moysi. Parauit & duos lapides onychinos astri-
ctos & inclusos auro,& sculptos arte gemmaria nominibus filioꝝ Israhel. Sex nomina in lapi-
de vno,& sex in altero,iuxta ordinem natiuitatis eoꝝ. Posuitq; eos in lateribus suphumeralis
in monimentũ filioꝝ Israhel,sicut p̃ceperat dñs Moysi. Fecit & rõnale ope polymito iuxta
C opus suphumeralis,ex auro,hyacintho,purpura,cocco'q; bis tincto,& bysso retorta,quadrã-
gulũ duplex,mensuræ palmi,& posuit in eo gemmaꝝ ordines q̃tuor. In primo versu erat sar-
dius,topazius,smaragdus. In secundo carbunculus,saphyrus,iaspis. In tertio ligurius,achates,
& amethystus. In q̃rto chrysolitus,onychinus,& berillus,circũdati & inclusi auro p ordines su
os. Ipsi'q; lapides duodecim sculpti erãt nominibus duodecim tribuũ Israhel,singuli p nomi
D na singuloꝝ. Fecerũt in rõnali & catenulas, sibi inuicem cohærentes de auro purissimo, &
duos vncinos,totidem'q; annulos aureos. Porrò annulos posuerunt in vtroq; latere rõnalis è
quibus penderent duæ catenæ aureæ, quas inseruerũt vncinis q in suphumeralis angulis emi-
nebãt. Hæc & ante & retro ita conueniebãt sibi, vt suphumerale & rõnale mutuo necterent,
stricta ad baltheum,& annulis fortius copulata,quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxa flue-
E rent,& à se inuicẽ mouerent,sicut p̃ceperat dominus Moysi. Fecerunt'q; tunicã suphumera
lis totã hyacinthinã, & capitium in superiori parte contra mediũ, orã'q; p gyrum capitij te-
xtilem,deorsum autem ad pedes mala punica ex hyacintho,purpura,vermiculo,ac bysso re-
torta,& tintinnabula de auro purissimo,quæ posuerũt inter malogranata in extrema pte tu-
nicæ,p gyrũ,tintinabulũ autem aureũ,& malumpunicũ, quibus ornatus incedebat pontifex,
quãdo ministerio fungebat,sicut præceperat dominus Moysi. Fecerũt & tunicas byssinas
opere textili Aaron & filijs eius, & mitras cũ coronulis * suis ex bysso, fœmoralia quoq; linea Heb. pileorũ
byssina,cingulũ vero de bysso retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo, distinctũ arte plu-
F maria, sicut p̃ceperat dominus Moysi. Fecerunt & laminã sacræ venerationis de auro pu-
rissimo,scripserũt'q; in ea ope gemmario sc̃tm̃ domini,& struxerũt eã cũ mitra,& vitta hyacin
de cõ. dis. 1. thina,sicut p̃ceperat dñs Moysi. Perfectũ est igit oĩne opus tabernaculi,& tecti testimonij.
ca. 1. in prin. Fecerunt'q; filij Israhel cuncta quæ p̃ceperat dñs Moysi,& obtulerunt tabernaculũ,& tectũ,&
vniuersam supellectilem,annulos,tabulas,vectes,colũnas,ac bases,opertoriũ de pellibus arie-
tum rubricatis,& aliud operimentũ de hyacinthinis pellibus,velũ,arcã, vectes, ꝓpitiatoriũ,
mensam cũ vasis suis,& ꝓpositionis panibus,cãdelabrũ, lucernas, & vtensilia eaꝝ,cũ oleo,al-
G tare aureũ,& vnguentũ,& thymiama ex aromatibus,& tentoriũ in introitu tabernaculi,alta-
re æneũ,retiaculum,vectes,& vasa eius omnia, labrũ cum basi sua, tentoria atrij, & columnas
cum basibus suis,tentoriũ in introitu atrij,funiculos'q; illius & paxillos. Nihil ex vasis defuit q̃
in ministerium tabernaculi,& in tectum fœderis iussa sunt fieri. Vestes quoq; qbus sacerdotes
vtunt in sanctuario Aaron scilicet & filij eius,obtulerunt filij Israhel,sicut p̃ceperat dominus.
Quæ postq̃ Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis.

¶ Erigitur tabernaculum,apparet gloria domini,nube operiente tabernaculum.

Caput .XL.

A LOcutus'q; est dñs ad Moysen,dicens: Mense primo,prima die mensis,eriges taberna
culũ testimonij,& pones in eo arcã,dimittes'q; ante illã velũ,& illata mẽsa pones sup
eã q̃ rite p̃cepta sunt. Cãdelabrũ stabit cũ lucernis suis, & altare aureũ in q̃ adolet in-
censum corã arca testimonij. Tentoriũ in introitu tabernaculi testimonij pones,&
ante illud altare holocausti. Labrũ inter altare & tabernaculũ q̃d implebis aqua. Circũdabis'q; Supra. 30. c.
B atriũ tentorijs,& ingressum eius. Et assumpto vnctionis oleo,vnges tabernaculũ cũ vasis suis
vt sc̃tificent altare holocausti,& oĩa vasa eius,labrũ cũ basi sua,oĩa vnctiõis oleo cõsecrabis,vt
De cõse. dis. sint sc̃tã sanctoꝝ. Applicabis'q; Aaron,& filios eius ad fores tabernaculi testimonij,& lotos
ii. aq̃ indues sanctis vestibus vt ministrent mihi,& vnctio eoꝝ in sacerdotiũ sempiternũ ꝓficiat
Fecit'q; Moyses oĩa quæ præceperat dñs, Igit mense primo anni secũdi in prima die mensis.

colle

Num.7.a collocatũ est tabernaculũ. Erexitq́; Moyses illud,& posuit tabulas ac bases,& vectes, statuitq́;
colũnas & expãdit tectũ sup tabernaculũ, imposito desup operimento sicus dñs imperauerat. C
Posuit & testimoniũ in arca subditis infra vectibus,& oraculũ desup. Cũq́; intulisset arcã
in tabernaculũ testimonij, appendit ante eam velũ, vt expleret domini iussionem. Posuit
& mensam in tabernaculo testimonij ad plagam septentrionalem extra velũ, ordinatis corã
ppositionis panibus, sicut pceperat dñs Moysi. Posuit & candelabrũ in tabernaculo testi-
monij è regione mensæ in parte australi, locatis p ordinem lucernis iuxta pceptum domini.
Posuit & altare aureũ sub tecto testimonij contra velũ, & adoleuit sup eo incensum aroma-
Supra.30.a tum, sicut iusserat dominus Moysi. Posuit & tentoriũ in introitu tabernaculi testimonij; &
altare holocausti in vestibulo testimonij, offerens in eo holocaustũ & sacrificia, vt dñs impe-
rauerat. Labrũ quoq; statuit inter tabernaculũ testimonij,& altare implens illud aqua. La- D
ueruntq́; in eo Moyses & Aaron ac filij eius manus suas, ac pedes, cũ ingrederent tectũ fœde-
Num.9.c ris & accederent ad altare, sicut pceperat dñs Moysi. Erexit & atriũ per gyrũ tabernaculi &
3.Reg.8.b altaris, ducto in introitu eius tentorio. Postq̃ omnia pfecta sunt, operuit nubes tabernacu-
lum testimonij,& gloria dñi impleuit illud. Nec poterat Moyses ingredi tectũ fœderis, nube
operiente omnia,& maiestate dñi coruscãte, quia cũcta nubes operuerat. Si qñ nubes taber-
naculũ deserebat, pficiscebant filij Israhel p turmas suas. Si pendebat desup manebãt in eodẽ
loco, nubes quippe domini incumbebat p diem in tabernaculo, ignis in nocte, videntibus cũ-
ctis populis Israhel, per cunctas mansiones suas.

FINIS.

LIBER LEVITICVS QVI ויקרא

Vaiicra Hebræis dicitur.

¶ Ritus offerendi, armenta, pecudes, aues. Ca. I.

OCAVIT AVTEM MOYSEN, ET LOCVTVS A
est ei dñs de tabernaculo testimonij, dicens: Loquere filijs Israhel, &
dices ad eos. Homo q obtulerit ex vobis hostiã dño de pecoribus, id
est, de bobus & ouibus, offerens victimas, si holocaustum fuerit eius
oblatio de armento masculũ immaculatũ offeret ad ostiũ tabernacu-
Exo.20.b li testimonij, ad placandũ sibi dñm. Ponetq́; sup caput hostiæ manus
Infra.3.a & acceptabilis erit, atq; in expiationem eius pficiens. Immolabitq́;
vitulũ corã dño,& offerent filij Aaron sacerdotis, sanguinẽ eius fun-
dẽtes p altaris circuitũ, qd est ante ostiũ tabernaculi. Detractaq́; pelle B
hostiæ, artus in frusta cocidẽt,& subijciẽt filij Aaron sacerdotis in altari ignẽ, strue lignorũ
ante cõpositamẽbra q̃ sunt cæsa desup ordinãtes, caput videlicet & cũcta quæ adhærẽt iecori
He.masculũ intestinis & pedibus lotis aqua, adolebitq́; ea sacerdos sup altare in holocaustũ,& suauẽ odo-
absq; macula rem dño. Quod si de pecoribus oblatio est, de ouibus siue de capris holocaustũ, * agnũ annicu C
Offeret lum & absq; macula offeret, immolabitq́; ad latus altaris, qd respicit ad aquilonem corã domi
no. Sanguinem vero illius fundent sup altare filij Aaron p circumitũ. Diuidentq́; membra, ca
put & omnia quæ adhærent iecori,& imponent sup ligna qbus subijciendus est ignis. Intesti De ob.dis.5.
na vero & pedes lauabũt aqua,& oblata oĩa adolebit sacerdos sup altare, in holocaustũ & odo c.2.in glo. D
rem suauissimũ dño. Sin aũt de auibus holocausti oblatio fuerit dño, de turturibus & pullis co dist.2.c.non
lumbæ, afferet eã sacerdos ad altare,& retorto ad collũ capite, ac rupto vulneris loco decurre- oportet.
re faciet sanguinem sup crepĩdinem altaris, vesiculã vero gutturis,& plumas pijciet ppe alta- De pe.dist.1.
re ad orientalem plagã, in loco in quo cineres effundi solent. Confringetq́; ascellas eius,& nõ c.liber ibi.
secabit, neq; ferro diuidet ea,& adolebit sup altare, lignis igne supposito. Holocaustum est & in lege sacri
oblatio suauissimi odoris domino. ficium

¶ De oblatione sacrificiorũ, similæ, thuris, panum, laganorũ &c. absq; fermento,& mel-
le,& non sine sale. Caput .II.

ANima cũ obtulerit oblationẽ sacrificij dño, simila erit eius oblatio. Fundetq́; sup eã A
oleũ,& ponet thus, ac deferet ad filios Aaron sacerdotis. Quorũ vnus tollet pugillũ
plenũ similæ & olei, ac totũ thus,& ponet memoriale sup altare in odorẽ suauissimũ
Eccle.7.d dño. Qd aũt reliquũ fuerit de sacrificio, erit Aaron & filiorũ eius,& sanctũ sanctorũ
de oblationibus dñi. Cũ aũt obtuleris sacrificiũ coctũ in clibano de simila, panes.s. absq; fer- B
mento cõspersos oleo,& lagana azyma oleo lita. Si oblatio tua fuerit de sartagine similæ con-
He.caldario. spersæ oleo,& absq; fermento, diuides eã minutatim,& fundes sup eã oleũ. Sin aũt de * crati-
cula fuerit sacrificiũ, æque simila oleo cõsperget, quã offerẽs dño trades in manibus sacerdotis C
Qui cũ obtulerit eã, tollet memoriale de sacrificio,& adolebit sup altare in odorem suauitatis
dño. Quicqd aũt reliquũ est, erit Aaron & filiorũ eius sanctũ sanctorũ de oblatõibus dñi. Omnis
oblatio

37.dist.c.legi mus. §. sed econtra. de consec. 4 dist.c. sal. oblatio quæ offertur domino, absq; fermento fiet, nec quicq̃ fermenti ac mellis, adolebit in sacrificio domini. Primitias tantum eorũ offeretis ac munera, super altare vero nõ imponentur in odorem suauitatis. Quicquid obtuleris sacrificij, sale cõdies, nec auferes sal fœderis dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatiõe offeres sal. Si autẽ obtuleris munus primitiarum frugum tuarum dño, de spicis adhuc virentibus, torrebis eas igni, & cõfringes in morem farris, & sic offeres primitias tuas dño, fundens sup ea oleũ & thus imponẽs: quia oblatio dñi est de qua adolebit sacerdos in memoriam muneris, partem farris fracti, & olei, ac totum thus.

¶Hostiæ pacificorũ, de bobus, de ouibus, de agnis, de capris. Cap. III.

A QVod si hostia pacificorũ fuerit eius oblatio, & de bobus voluerit offerre marẽ siue fœminã, immaculata offeret corã dño. Ponetq; manũ sup caput victimę suæ, quę Exo.29.b immolabit in introitu tabernaculi testimonij. Fundẽtq; filij Aarõ sacerdotes sanguinẽ per altaris circuitũ, & offerẽt de hostia pacificorũ in oblationẽ domĩo, adipẽ qui operit vitalia, & quicqd pinguedinis est intrinsecus, duos renes cũ adipe quo tegũ

B tur ilia & reticulũ iecoris cũ renũculis, adolebũtq; ea sup altare in holocaustũ, lignis igne sup

6.dist.c.nõ & §.his itaque ibi.ut de agno. posito, in oblationẽ suauissimi odoris dño. Si vero de ouibus fuerit eius oblatio & pacificorũ hostia: siue masculũ obtuleris: siue fœminã, immaculata erũt omnia. Si agnũ obtulerit corã dño, ponet manũ suã super caput victimæ suæ, quæ immolabit in vestibulo tabernaculi testimonij. Fundẽtq; filij Aarõ sanguinẽ eius p circuitũ altaris, & offerẽt de pacificorũ ho- Sup. eodem Inf. eodem

C stia sacrificiũ dño, adipẽ & caudã totã* cũ renibus, & pinguedinẽ quæ operit ventrẽ atq; vniuersa vitalia, & vtrunq; renũculũ cũ adipe, qui est iuxta ilia, reticulũq; iecoris cũ renunculis, Heb.e regione spinę dor si remouebit eam, Et adolebit ea sacerdos super altare, in pabulũ ignis & oblatiõis dñi. Si capra fuerit eius oblatio & obtulerit eã dño, ponet manũ suã sup caput eius, immolabitq; eã in introitu taberna Sup. eodem

D culi testimonij. Et fundẽt filij Aarõ sanguinẽ eius per altaris circuitũ. Tollentq; ex ea in pastum ignis dominici adipẽ, q operit ventrẽ, & qui tegit vniuersa vitalia duos renunculos cũ reticulo qd est super eos iuxta ilia, & aruinã iecoris cũ renũculis, adolebitq; ea sup altare sacerdos in alimoniã ignis & suauissimi odoris. Omnis adeps dñi erit iure perpetuo in genera- Inf. eodem tionibus & cunctis habitaculis vestris, nec sanguinem, nec adipem omnino comedetis.

¶Hostiæ pro peccatis per ignorantiam. Cap. IIII.

A LOcutusq; est dñs ad Moysen, dicẽs: Loquere filijs Israel. Anima quæ peccauerit per ignorantiã, & de vniuersis mandatis domini quæ præcepit, vt nõ fierẽt, quippiam

n.q.4.c.præcipue, ibi ad finẽ, fecerit. Si sacerdos qui vnctus est peccauerit delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatũ dño. Et adducet illum ad ostium tabernaculi Sup.1.b Sup.3.a Inf. eodem testimonij coram dño. Ponetq; manum super caput eius, & immolabit eum domino. Hau-

B riet quoq; de sanguine vituli, inferens illum in tabernaculũ testimonij. Cumq; intinxerit digitum in sanguinem, asperget eum septies coram dño cõtra velum sanctuarij, ponetq; de eodem sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi dño, quod est in tabernaculo testimonij. Omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris holocausti in introitu

C tabernaculi. Et adipem vituli offeret pro peccato, tam eum qui vitalia operit q̃ omnia quę intrinsecus sunt, duos renunculos & reticulũ quod est super eos iuxta ilia, & adipem iecoris cũ renunculis, sicut offertur de vitulo hostia pacificorũ, & adolebit ea super altare holocausti. Pellẽ vero & oẽs carnes cũ capite & pedibus & intestinis & fimo & reliquo corpore, efferet extra castra in locũ mundũ, vbi cineres effundi solent, incẽdetq; ea super lignorũ struem quę

D in loco effusorũ cinerũ cremabunt. Quod si omnis turba filiorũ Israel ignorauerit, & per imperitiã fecerit, qd cõtra mandatũ dñi est, & postea intellexerit peccatũ suũ, offeret p peccato suo vitulũ. Adducetq; eũ ad ostiũ tabernaculi, & ponẽt seniores populi manus super caput eius corã dño. Immolatoq; vitulo in cõspectu dñi, inferet sacerdos, q vnctus est, de sanguine Sup. eodem eius in tabernaculũ testimonij. Tincto digito aspergẽs septies cõtra velũ. Ponetq; de eodem sanguine ĩ cornibus altaris qd est corã dño, in tabernaculo testimonij. Reliquũ aũt sanguinẽ

E fundet iuxta basim altaris holocaustorũ, qd est in ostio tabernaculi testimonij. Omnẽq; eius adipẽ tollet, & adolebit sup altare, sic faciẽs & de hoc vitulo quõ fecit & prius. Et rogante p Sup.3.d

de pæ.dist.1 ca.Inter hæc hircũ i glo.1. eis sacerdote, ppitius erit eis dñs. Ipsum autẽ vitulũ efferet extra castra, atq; cõburet, sicut & Inf. eodem priorẽ vitulũ, qa est p pctõ multitudinis. Si peccauerit princeps, & fecerit vnũ ex pluribus p ignorantiã, qd dñi lege phibet, & postea intellexerit peccatũ suũ, offeret hostiã corã dño, hircũ de capris immaculatũ, ponetq; manũ suã sup caput eius. Cumq; immolauerit eũ in lo-

F co, vbi solet mactari holocaustũ corã dño, quia p pctõ est, tinget sacerdos digitũ in sanguine hostiæ p pctõ, tangens cornua altaris holocausti, & reliquum fundens ad basim eius, adipem vero adolebit supra, sicut in victimis pacificorum fieri solet. Rogabitq; p eo sacerdos, & pro pctõ eius dimittet ei. Quod si peccauerit aĩa p ignorantiam de pplo terræ, vt faciat quicquã de his quæ dñi lege phibent, atq; delinquat & cognouerit peccatũ suũ, offeret caprã imma- Sup.5.d Supra eo.a. culatã ponetq; manus sup caput hostiæ, quæ p pctõ est, & immolabit eã in loco holocausti. Inf. eodem

Tolletq́; sacerdos de sanguine in digito suo,& tangēs cornua altaris holocausti, reliquū fun G
det ad basim eius. Omnē aūt adipem auferens,sicut auferri solet de victimis pacificorū, adole
Ios. eodem bit super altare in odorē suauitatis dño,rogabitq́; ꝓ eo,& dimittetur ei. Si aūt de pecori-
bus obtulerit victimā pro peccato,ouem scilicet immaculatā,ponet manū super caput eius,
& immolabit eā in loco,vbi solēt cædi holocaustorū hostiæ. Sumetq́; sacerdos de sanguine
eius digito suo,& tangēs cornua altaris holocausti,reliquū fundet ad basim eius. Omnē quoq;
adipē auferens,sicut auferri solet adeps arietis,qui immolatur pro pacificis,& cremabit super
altare incensum dñi. Rogabitq́; pro eo & ꝓ peccato eius,& dimittetur ei.

¶De iuramentis. Expiatio tangentis immundum, expiatio iuramenti,expiatio peccati per ignorantiam. Cap. V.

A SI peccauerit anima,& audierit vocē iurantis,testisq́; fuerit quod aut ipse vidit, aut cō
scius est,nisi indicauerit,portabit iniquitatē suā. Anima quæ tetigerit aliquid im- 22.q.2. c.si quis cōuictus.
mundū,siue quod occisum à bestia est,aut per se mortuū,aut quodlibet aliud reptile,
& oblita fuerit immūditiæ suæ,rea est,& deliquit,& si tetigerit quicq̄ de immunditia
hominis iuxta omnē impuritatē,qua pollui solet,oblitaq́; cognouerit,postea subiacebit deli
Deut. 18.c Luc. 2.d cto. Anima quæ iurauerit,& protulerit labijs suis,vt vel male quid faceret,vel bene ,& nō B
fecerit,& idipsum iuramento,& sermōe firmauerit,oblitaq́; postea intellexerit delictū suū,
agat pœnitentiā pro peccato,& offerat de gregibus agnū siue caprā. Orabitq́; pro ea sacer-
dos,& ꝓ pro peccatis eius. Sin aūt nō potuerit offerre pecus,offerat duos turtures vel duos
pullos colūbarū dño,vnū pro pctō,& alterū in holocaustū,dabitq́; eos sacerdoti. Qui primū
offerens pro pctō retorquebit caput eius ad pēnulas,ita vt collo adhæreat,& nō penitus ab- C
rumpat,& asperget de sanguine eius parietē altaris. Quicqd aūt reliquū fuerit,faciet distilla-
re ad fundamentū eius,quia ꝓ peccato est. Alterū vero in holocaustū adolebit, vt fieri solet,
rogabitq́; ꝓ eo sacerdos,& pro peccato eius & dimittetur ei. Quod si nō quiuerit manus eius
duos offerre turtures,aut duos pullos columbarum,offeret ꝓ peccato suo similæ partē ephi
decimam. Nō mittet in eam oleum,nec thuris aliquid imponet,quia ꝓ peccato est , tradetq́;
eam sacerdoti. Qui plenū ex ea pugillū hauriens cremabit sup altare in monimētū eius q ob- D
tulit,rogans pro illo & expians,reliquam vero partem ipse habebit in munere. Locutusq́;
est dñs ad Moysen,dicens: Anima si præuaricans cerimonias per errorem in his quæ dño
sunt sanctificata,peccauerit,offeret pro delicto suo arietem immaculatū de gregibus, q emi
potest duobus siclis iuxta pondus sanctuarij,ipsumq; quod intulit damni restituet,& quintā
partem ponet supra,tradens sacerdoti. Qui rogabit pro eo,offerens arietem,& dimittet ei.

Anima quæ peccauerit per ignorantiā,feceritq́; vnū ex his quæ domini lege ꝓhibent ,&
peccati rea,intellexerit iniquitatem suam,offeret arietem immaculatū de gregibus sacerdoti
iuxta mensuram æstimationemq; peccati. Qui orabit pro eo,quia nesciens fecerit, & dimit-
tetur ei,quia per errorem deliquit in domino.

¶Hostia ꝓ peccato vltroneo,lex holocausti,de igne pepetuo,de oblatiōe sacerdotum ꝓ peccato & delicto eorundem. Cap. VI.

A LOcutusq; est dñs ad Moysen,dicēs: Anima quæ peccauerit & cōtempto dño nega
uerit ꝓximo suo depositū q̄d fidei eius creditū fuerat,vel vi aliquid extorserit, aut ca
Hoc non est, nisi alibi de furtū, q̄ hebræa uerba Iudicie eū, q̄ sua sponte peccati agnoscit. & dimittē dicū concludit lūniam fecerit,siue rem perditā inuenerit,& inficians insuper peierauerit,& quodli-
bet aliud ex pluribus fecerit,in qbus solent peccare homines, *cōuicta delicti,reddet
omnia quæ per fraudem voluit obtinere integra,& quintam insuper partem dño, cui dam-
num intulerat. Pro peccato autem suo offeret arietem immaculatū de grege , & dabit eū sa-
cerdoti,iuxta æstimationem mensuramq; delicti. Qui rogabit pro eo coram dño , & dimit- B
tetur illi pro singulis quæ faciendo peccauit. Locutusq; est dñs ad Moysen,dicens: Præci-
pe Aarō & filijs eius. Hæc est lex holocausti. Cremabitur in altari tota nocte vsque mane. de cons. dist. 3 c.2. post prim
Ignis ex eodem altari erit. Vestieturq; tunica sacerdos & fœminalibus lineis,tollet cineres,q̄s ibi dño cū ue
vorans ignis exussit,& ponēs iuxta altare spoliabit priorib⁹ vestimentis,indutusq; alijs,effe- stib⁹ sanctis.
ret eos extra castra,& in loco mūdissimo vsq; ad fauillā cōsumi faciet. Ignis aūt in altari sem de pe. dist. 3
per ardebit,quem nutriet sacerdos,subijciēs ligna mane per singulos dies,& imposito holo- ca. inter hæc hircū i. 2. gl.
causto desup adolebit adipes pacificorū. Ignis est iste perpetuus q nunq̄ deficiet in altari. C
Hæc est lex sacrificij & libamentorū quæ offerent filij Aarō coram dño & coram altari. Tol- de celebrat. miss. c. si.
let sacerdos pugillū similæ, quæ cōspersa est oleo,& totū thus quod super similam positū est,
adolebitq; illud in altari in monimentū odoris suauissimi dño. Reliquam aūt partē similæ
comedet Aarō cū filijs suis absq; fermēto,& comedet in loco sanctuarij tabernaculi. Ideo nō
fermentabit,quia pars eius in domini offertur incensum. Sanctum sanctorum erit, sicut pro
peccato atq; delicto. Mares tantum stirpis Aarō comedent illud . Legitimū ac sempiternū
erit in generatiōibus vestris de sacrificijs dñi. Omnis qui tetigerit illa sanctificabitur. Locu D
tusq; est dominus ad Moysen,dicens: Hæc est oblatio Aarō & filiorū eius, quā offerre debēt
domino

domino in die vnctionis suæ. Decimā partem ephi offerent similæ in sacrificio sempiterno.
Medium eius mane, & medium eius vespere, quæ in sartagine oleo cōspersa frigetur. Offeret
autē eam calidā in odorē suauissimū domino sacerdos qui iure patri successerit. Et tota cre-
mabitur in altari. Omne enī sacrificiū sacerdotū igne cōsumetur, nec quisq̄ comedet ex eo.
Locutus est autē dominus ad Moysen, dicēs: Loquere Aarō & filijs eius. Ista est lex hostię
pro peccato. In loco vbi offertur holocaustū immolabitur corā domino. Sanctū sanctorum
est. Sacerdos qui offeret, comedet eā in loco sancto in atrio tabernaculi. Quicquid tetigerit
carnes eius, sanctificabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto. inf.14.e.& infra.15.b
Vas aūt fictile in quo cocta est, cōfringetur. Quod si vas æneū fuerit, defricabitur & lauabit
aqua. Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius, quia sanctū sanctorū
est. Hostia enī quæ cæditur pro pctō, cuius sanguis infertur in tabernaculū testimonij ad ex-
piandum in sanctuario, nō comedetur, sed cōburetur igni. Hæc quoque est lex hostiæ pro
delicto, sancta sanctorꝝ est. Idcirco vbi immolabitur holocaustū, mactabitur & victima pro
E delicto. Sanguis eius per gyrꝝ altaris fundetur. Offerent ex ea caudā & adipē, q̄ operit vita-
lia, duos renunculos, & pinguedinē, q̄ iuxta ilia est, reticulūq; iecoris cū renūculis & adolebit
ea sacerdos super altare. Incensum est dn̄i pro delicto. Omnis masculus de sacerdotali genere
in loco sancto vescetur his carnibus, quia sanctū sanctorꝝ est. Sicut pro pctō offertur hostia,
ita & pro delicto. Vtriusq; hostiæ lex vna erit. Ad sacerdotē qui eā obtulerit pertinebit. Sa-
cerdos qui offeret holocausti victimā, habebit pellē eius. Et omne sacrificiū similæ q̄d coquit
in clybano, & quicq̄d in craticula vel in sartagine præparat, eius erit sacerdotis à quo offert,
siue oleo cōspersa, siue arida fuerit. Cunctis filijs Aarō mēsura æqua per singulos diuidet.

¶Lex oblatiōis pacificorum, sanguis & adeps nō comedendus. Cap. VII.

A HAec est lex hostiæ pacificorꝝ, quæ offertur domino. Si pro gratiarum actiōe obla-
tio fuerit, offerēt panes absq; fermēto, cōspersos oleo, & lagana azyma vncta oleo,
coctamq; similam & collyridas olei admixtiōe cōspersas, panes quoq; fermentatos
cum hostia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis, ex quibus vnus pro primitijs
offeretur domino, & erit sacerdotis qui fundet hostiæ sanguinē. Cuius carnes eadem come
dentur die, nec remanebit ex eis quicquam vsq; mane. Si voto vel spōte quispiam obtule-
rit hostiam, eadem similiter edetur die. Sed & si quid in crastinum remanserit, vesci licitum
est. Quicquid autē tertius inuenerit dies, ignis absumet. Si quis de carnibus victimæ pacifico
rum die tertio comederit, irrita fiet eius oblatio, nec proderit offerenti, quin potius quæcun
B q; anima tali se edulio cōtaminauerit, præuaricatiōis rea erit. Caro quæ aliquid tetigerit im-
mundum, nō comedetur, sed comburetur igni. Qui fuerit mundus vescetur ex ea. Anima
polluta quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorꝝ, quæ oblata est dn̄o, peribit de populis suis,
& quæ tetigerit immunditiam hominis vel iumenti, siue omnis rei quæ polluere potest, &
comederit de huiuscemodi carnibus, interibit de populis suis. Locutusq; est dn̄s ad Moy-
sen, dicens: Loquere filijs Israel. Adipem ouis & bouis & capræ nō comedetis. Adipem
cadaueris morticini, & eius animalis quod à bestia captū est, habebitis in varios vsus. Si qs
30.dist.c.§ quæ carnem adipē qui offerri debet in incēsum dn̄i comederit, peribit de populo suo. Sanguinē quoq; Sup.3.d
omnis animalis nō sumetis in cibo, tam de auibus q̄ de pecoribus. Omnis anima quæ ederit
sanguinē, peribit de populis suis. Locutusq; est dn̄s ad Moysen, dicēs: Loquere filijs Israel,
dicēs: Qui offeret victimā pacificorꝝ dn̄o, offerat simul & sacrificiū, id est libamenta eius. Te
C nebit manibus adipē hostiæ & pectusculū. Cumq; ambo oblata dn̄o cōsecrauerit, tradet sa-
cerdoti. Qui adolebit adipē super altare, pectusculū aūt erit Aarō & filiorꝝ eius. Armus q̄q;
dexter de pacificorꝝ hostijs, cedet in primitias sacerdotis. Qui obtulerit sanguinē & adipē fi-
liorꝝ Aarō, ipse habebit & armū dextrū in portiōe sua. Pectusculū enī eleuatiōis & armū sepa
ratiōis tuli à filijs Israel de hostijs eorꝝ pacificis, & dedi Aarō sacerdoti & filijs eius, in lege p-
petua ab omni populo Israel. Hæc est vnctio Aarō & filiorꝝ eius in cerimonijs dn̄i ī die quo
obtulit eos Moyses vt sacerdotio fungerent, & quæ præcepit eis dari dn̄s à filijs Israel, religi-
one perpetua in generatiōibus suis. Ista est lex holocausti & sacrificij ꝓ pctō atq; delicto,
& pro cōsecratiōe & pacificorꝝ victimis, quā cōstituit dn̄s Moysi in mōte Sinai, quādo man-
dauit filijs Israel, vt offerrent oblatiōes suas dn̄o in deserto Sinai.

¶Cōsecratio Aarō sacerdotis & filiorum eius. Cap. VIII

A LOcutusq; est dn̄s ad Moysen, dicēs: Tolle Aarō cū filijs suis, vestesq; eorꝝ & vnctio
nis oleū, vitulum ꝓ pctō, duos arietes, canistrū cum azymis, & cōgregabis omnem
coetū Israel ad ostiū tabernaculi. Fecitq; Moyses vt dn̄s imperauerat, cōgregataq;
11.distin.c.§ post. omni turba ante fores tabernaculi, ait: Iste est sermo quem iussit dn̄s fieri. Statimq;
8.q.1.c.i. scri obtulit Aarō & filios eius. Cumq; lauasset eos, vestiuit pōtificem subucula linea, accingens
pturis§.et si eum baltheo, & induens eum tunica hyacintina, & desuper humerale imposuit, quod astrin-
eos scripsi č. gens cingulo aptauit rationali, in quo erat doctrina & veritas. Cidari q̄q; texit caput & su-

per eam cõtra frontem posuit laminam auream cõsecratam in sanctificatione, sicut præcepe 56. dist. c. qui
Eccle. 45. c rat ei dominus. Tulit & vnctiõis oleum quo liniuit tabernaculum cum omni supellectile Ecclesiasticis
sua. Cum'q; sanctificans aspersisset altare septem vicibus, vnxit illud, & oĩa vasa eius, labrũ'q; §. eccr.
cum basi sua sanctificauit oleo. Quod fundens super caput Aaron vnxit eum & cõsecrauit. de cõs. di. 1. c. 1. in prin.
Filios quoq; eius oblatos cõsecrauit, vestiuit'q; tunicis lineis, & cinxit baltheis, imposuit'q; mi C
tras, vt iusserat dominus. Obtulit & vitulũ pro peccato. Cũ'q; super caput eius posuisset
Aarõ & filij eius manus suas immolauit eum hauriens sanguinẽ, & tincto digito tetigit cor-
nua altaris per gyrũ. Quo expiato & sanctificato, fudit reliquũ sanguinẽ ad fundamenta eius.
Adipẽ vero qui erat super vitalia, & reticulum iecoris duos'q; renunculos cum aruinulis suis
adoleuit super altare, vitulũ cũ pelle & carnibus, & fimo cremans extra castra, sicut præcepe
rat dominus. Obtulit & arietẽ in holocaustũ. Super cuius caput cũ imposuissent Aarõ & D
filij eius manus suas, immolauit eũ, & fudit sanguinem eius per circuitũ altaris, ipsum'q; arie-
tẽ in frusta cõcidẽs, caput eius & artus & adipem adoleuit igni, lotis prius intestinis & pedi-
bus. Totũ'q; simul arietẽ incẽdit super altare, eo q̃ esset holocaustũ suauissimi odoris dño, si-
cut præceperat ei. Obtulit & arietẽ secũdũ, in cõsecrationẽ sacerdotũ, posuerũt'q; super ca
put eius Aarõ & filij eius manus suas. Quẽ cũ immolasset Moyses, sumẽs de sanguine eius, teti E
git extremũ auriculæ dextræ Aarõ, & pollicẽ manus eius dextræ, similiter & pedes. Obtulit
& filios Aarõ. Cũ'q; de sanguine arietis immolati tetigisset extremũ auriculæ singulorũ dex-
træ, & pollices manus ac pedis dextri, reliquũ fudit sup altare per circuitũ. Adipẽ vero & cau
dã, omnẽ'q; pinguedinẽ quæ operit intestina, reticulũ'q; iecoris & duos renes cũ adipibus
suis & armo dextro, separauit. Tollẽs aũt de canistro azymorũ q̃d erat corã dño panes abs- F
q; fermẽto & colyridã cõspersam oleo, laganũ'q; posuit sup adipes, & armũ dextrũ, tradẽs si-
mul oĩa Aarõ & filijs eius. Qui postq̃ leuauerũt ea corã dño, rursum sucepta de manibus eorũ
adoleuit sup altare holocausti, eo q̃d cõsecratiõis esset oblatio in odorẽ suauitatis sacrificij do
mini. Tulit'q; pectusculũ eleuãs illud corã dño de ariete cõsecratiõis in partẽ suã, sicut pcepe-
rat ei dñs: Assumẽs'q; vnguentũ & sanguinẽ q erat in altari aspersit sup Aarõ & vestimenta
eius, & sup filios illius ac vestes eorũ. Cũ'q; sanctificasset eos in vestitu suo, pcepit eis dicens. G
Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas. Panes q̃q; cõsecratiõis edite, q po
Exo. 29. f siti sunt in canistro, sicut præcepit mihi dñs dicens: Aarõ & filij eius comedẽt eos. Quicq̃d aũt
reliquũ fuerit de carne & panibus, ignis absumet. De ostio quoq; tabernaculi nõ exibitis se-
ptẽ diebus, vsq; ad diẽ q̃ cõplebit tẽpus cõsecratiõis vestræ. Septẽ eñ diebus finit cõsecratio,
sicut & in psentiarũ factũ est vt ritus sacrificij cõplerent. Die ac nocte manebitis in tabernacu
lo, obseruãtes custodias dñi ne moriamini. Sic eñ mihi præceptũ est. Fecerunt'q; Aarõ &
filij eius cuncta quæ locutus est dominus per manum Moysi.

¶Prima Aaronis oblatio, pro se & populo, benedicit populo, apparet glo
ria dñi: ignis à dño egressus, deuorat holocaustum. Cap. IX.

Exo. 29. a FActo autem octauo die, vocauit Moyses Aarõ & filios eius, ac maiores natu Israel, A
dixit'q; ad Aarõ. Tolle de armento vitulum ꝓ peccato, & arietem in holocaustum,
vtrunq; immaculatum, & offer illos coram domino, & ad filios Israel loqueris. Tol 6. dist. c. nõ
lite hircum ꝓ peccato, & vitulum atq; agnum anniculum sine macula in holocau- §. his ita. de agno. 11. dis. 1. c. s q̃
stum, bouem & arietem ꝓ pacificis, & immolate eos coram domino in sacrificio singulorũ,
similam cõspersam oleo offerẽtes. Hodie enim dominus apparebit vobis. Tulerunt ergo B
cuncta quæ iusserat Moyses ad ostiũ tabernaculi. Vbi cũ omnis multitudo astaret, ait Moy- fuerit. §. sed
ses. Iste est sermo quem pcepit vobis dñs, facite, & apparebit vobis gloria eius. Et dixit ad obiicitur ibi
Aarõ: Accede ad altare, & immola ꝓ peccato tuo. Offer holocaustum, & deprecare ꝓ te, & permisit
ꝓ populo. Cum'q; mactaueris hostiã populi, ora ꝓ eo, sicut præcepit dñs. Statim'q; Aarõ ac
cedens ad altare, immolauit vitulum ꝓ peccato suo, cuius sanguinem obtulerunt ei filij sui.
In q̃ tingens digitum, tetigit cornua altaris, & fudit residuũ ad basim eius: Adipem'q; & renũ
culos ac reticulũ iecoris quæ sunt ꝓ peccato, adoleuit super altare, sicut præceperat dñs Moy C
si. Carnes vero & pellẽ eius extra castra cõbussit igni. Immolauit & holocausti victimã. Ob-
tulerũt'q; ei filij sui sanguinẽ eius, quẽ fudit per altaris circuitũ. Ipsam etiã hostiã in frusta cõ-
cisam cũ capite & membris singulis obtulerunt, quæ omnia super altare cremauit igni, lotis
aqua prius intestinis & pedibus. Et ꝓ peccato populi offerens mactauit hircũ, expiato'q; de pe. dist. 3 ca. inter hæc
altari fecit holocaustũ, addens in sacrificio libamenta, quæ pariter offerũtur, & adolens ea su hircũ. s. in s.
per altare, absq; cerimonijs holocausti matutini. Immolauit'q; bouem atq; arietẽ hostias gl. 1. in prin.
pacificas populi Obtulerũt'q; ei filij sui sanguinẽ, quẽ fudit sup altare in circuitu, adipes aũt bo
uis & caudã arietis, renũculos'q; cũ adipibus suis, & reticulũ iecoris posuerũt super pectora. D
Cũ'q; cremati essent adipes super altare, pectora eorũ & armos dextros separauit Aarõ, ele-
uans corã dño, sicut præceperat Moyses. Et extẽdẽs manũ ad pplm benedixit ei. Sicq; cõple
tis hostijs ꝓ peccato & holocaustis & pacificis, descendit. Ingressi autem Moyses & Aaron
in ta-

in tabernaculum testimonij,& deinceps egressi benedixerunt populo. Apparuitq; gloria dñi
omni multitudini,& ecce egressus ignis à domino deuorauit holocaustum,& adipes quæ erãt
super altare. Quod cum vidissent turbæ, laudauerunt dñm, ruentes in facies suas.

¶ Nadab & Abihu, filij Aaron, oblato igne alieno, occiduntur, interdicitur sacerdotibus vino. Cap. X.

A Rreptisq; Nadab & Abihu filij Aaron thuribulis, imposuerũt ignem & icensum, de
super offerentes coram dño ignẽ alienũ, qđ eis præceptũ nõ erat. Egressusq; ignis à
dño, deuorauit eos & mortui sunt coram dño. Dixitq; Moses ad Aaron. Hoc est
qđ locutus est dñs dicens. Sanctificabor in his qui appropinquãt mihi, & ĩ cõspectu
omnis populi glorificabor. *Quod audiens tacuit Aaron. Vocatis autem Moses Mysahele &
Elysaphan filijs Oziel patrui Aaron, ait ad eos. *Ite & tollite fratres vestros de conspectu san-
B ctuarij, & asportate extra castra. Cõfestimq; pergentes, tulerũt eos sicut iacebãt, vestitos lineis
tunicis, & eiecerunt foras, vt sibi fuerat imperatum. Locutusq; est Moses ad Aaron, & ad Ele
azar & Ithamar, filios eius. Capita vestra nolite nudare, & vestimenta nolite scindere* ne foe-
te moriamini & super omnẽ cœtum oriatur indignatio. Fratres vestri & omnis domus Israel
plangãt incẽdium qđ dñs suscitauit, vos autẽ nõ egrediemini fores tabernaculi, alioquin pibitis
Oleũ quippe sanctæ vnctionis est super vos. Qui fecerũt oĩa iuxta præceptũ Mosi. Dixitq;
dñs ad Aaron. Vinũ & omne qđ inebriare potest nõ bibetis, tu & filij tui tecũ, quãdo intrabitis
in tabernaculũ testimonij, ne moriamini: quia præceptũ sempiternũ est in generationes vr̃as,
& vt habeatis scientiã discernẽdi inter sanctũ & prophanũ, inter pollutũ & mundũ, doceatisq;
filios Israel oĩa legitima mea, quæ locutus sum ad eos pee manũ Mosi. Locutusq; est Moses
C ad Aaron & Eleazar & Ithamar filios eius, qui erant residui. Tollite sacrificium qđ remansit de
oblatione dñi, & comedite illud absq; fermento iuxta altare: quia sanctũ sanctorũ est. Comede
tis autẽ in loco sacro* qđ datũ est tibi & filijs tuis de oblationibus dñi, sicut præceptũ est mihi.
Pectusculũ quoq; qđ oblatũ est, & armũ qui separatus est, edetis in loco mundissimo, tu & filij tui
& filiæ tuæ tecũ. Tibi enĩ ac liberis tuis reposita sunt de hostijs salutaribus filiorũ Israel, eo q̃ ar
mũ & pectus & adipes qui cremant in altari eleuauerunt corã dño, & pertineãt ad te, & ad fili-
os tuos lege perpetua, sicut præcepit dñs. Inter hæc hircũ q oblatus fuerat pro peccato cũ q-
D reret Moses, exustũ reperit: Iratusq; cõtra Eleazar & Ithamar filios Aaron q remanserant, ait.
Cur non comedistis hostiã pro peccato in loco sancto qui sancta sanctorũ est, & data vobis, vt
portetis iniquitatẽ multitudinis, & rogetis pro ea in conspectu domini *præsertim cum de san
guine illius non sit illatum intra sancta, & comedere debueratis eam in sanctuario, sicut præce-
ptũ est mihi. Respondit Aaron. Oblata est hodie victima pro peccato, & holocaustũ coram do
mino, mihi autẽ accidit quod vides. Quomodo potui comedere eã, aut placere domino in ce-
rimonijs mẽte lugubri? Quod cum audisset Moses, recepit satisfactionem.

¶ Quæ animalia munda, quæ immunda. Cap. XI.

A Locutusq; est dñs ad Mosen & Aaron, dicẽs ad eos. Dicite filijs Israel. *Custodite oĩa
quæ scripsi vobis, vt sim deus vester. Hæc sunt animalia quæ comedere debetis de cũ-
ctis animãtibus terræ. Omne quod habet diuisam vngulam & ruminat in pecoribus
comedetis. *Quicquid autẽ ruminat & habet vngulã sed nõ diuidit eã, sicut camelus,
&c. non comedetis illud, & inter immunda reputabitis. Chœrogylius qui ruminat, vngulãq;
non diuidit, immundus est. Lepus quoq;, nã & ipse ruminat* sed vngulã nõ diuidit, & sus qui cũ
vngulam diuidat non ruminat, [immundus est.] Horum carnibus non vescemini, nec cadaue
ra contingetis, qa immũda sunt vobis. Hæc etiã sunt quæ gignunt in aquis, & vesci licitum est.
B Omne quod habet pennulas & squamas, tã in mari, q̃ in fluminibus & stagnis, comedetis. Qui c-
quid autem pennulas & squamas non habet eorũ quæ in aquis mouent & viuũt, abominabile
vobis execrandũq; erit. Carnes eorum nõ comedetis, & morticina vitabitis. Cuncta q̃ non ha
bẽt pennulas & squamas in aquis polluta erũt. Hæc sunt quæ de auibus comedere nõ debetis, &
C vitanda sunt vobis. Aquilam & Gryphem & Haliætum, & Miluũ, ac vulturẽ, iuxta genus suũ,
& õne coruini generis in similitudinẽ suã, Struthionẽ, & Noctuã, & Larũ, & Accipitrem iuxta
genus suũ, Bubonẽ, & Mergulũ, & Cygnũ, & Ibim, & Onocrotalũ, & Porphirionẽ, Herodionẽ,
D & Charadrion, iuxta genus suũ, Vpupam quoq; & Vespertilionẽ. Omne de volucribus quod
gradit super quatuor pedes, abominabile erit vobis. * Quicquid aũt ambulat quidẽ sup q̃tuor
pedes, sed habet longiora retro crura pee quæ salit super terrã, comedere debetis ut est brucus
in genere suo, & attachus atq; ophiomachus ac locusta, singula iuxta genus suum. Quicquid ãt
ex volucribus quatuor tantũ habet pedes execrabile erit vobis, & quicunq; morticina eorũ te-
tigerit, polluet, & erit immũdus usq; ad vesperũ. Et si necesse fuerit ut portet quippiã horum
mortuũ, lauabit vestimenta sua, & immũdus erit usq; ad occasum solis. Omne animal qđ habet
quidẽ vngulã, sed nõ diuidit eã, nec ruminat, immundũ erit, & quisqs tetigerit illud cõtamina-
bit. Quod ambulat sup manus ex cũctis animãtibus, quæ incedũt q̃drupedia, immundum erit.

f 3 Qui

Marginal notes (left): de pæ. dist. 3 c. inter hæc hircũ. 1. & 2. in glo. — 82. dist. c. pro posuisti. 35. di. §. 1. & c. unoiencũ — 9. dist. c. cene re. lib. q. ex alia tribu. 81. dist. c. p posuisti. c. plurimos ibi generãdi fa- cultas. 32. q. 4. c. re- currat. § . hus ita — de pæ. dist. 3 c. inter hircũ 1. Reg. in glo. pri. — 32. q. 1. c. nu- ptiæ. in 3. glo

Marginal notes (right): 2. Mach. 2. c — Infra. 16. g Nume. 3. a & 26. g Psal. 105 1. Paral. 24. a — Quod audiẽs interpres ad didit. — Heb. accedite — Heb. & nõ moriemini; — Heb. Quoniã præceptũ . . . & præcep . . . li. . . — qm sic præce ptũ est mihi 2. M. c. 4 — Heb. ecce nõ est illatũ de sanguine, in sanctuarium corã comedẽ do comedẽs eã, ĩ sanctua rio quemad- modũ pcepi — Custo. oĩa q̃ scri. uo. ut sim deus vester nõ est in He bræo — Heb. verũtamen hoc nõ comedetis de ruminãti bus & habẽ tibus vngu- lã camelum qm ruminat & vngulam non diuidit, immũd⁹ erit vobis. — Heb. & diui dens vngulã non habet — Heb. verũtamen hoc co- medẽs de o- mni genere volucris q̃ gradiẽt qua tuor pedibus cuius nõ sũt lõga crura su perne, ut sa-

Qui tetigerit morticina eorum polluetur vſq; ad veſperum. Et qui portauerit huiuſcemodi cada E
uera lauabit veſtimenta ſua,& immundus erit vſq; ad veſperũ,quia omnia hæc immunda ſunt
vobis. Hæc quoq; inter polluta repuiabuntur de his quæ mouentur in terra. Muſtela & mus
& crocodilus,ſingula iuxta genus ſuum,migale & Chamæleon,& ſtellio,& lacerta,& talpa,oia
hæc immunda ſunt:Qui tetigerit morticina eorum,immũdus erit vſq; ad veſperum,& ſuper q̃d
ceciderit quicq̃ de morticinis eorum polluet,tam vas ligneum & veſtimentũ,q̃ pelles & cilicia,&
in quocunq; ſit opus,tingentur aqua,& polluta erunt vſq; ad veſperum,& ſic poſtea munda-
buntur. Vas autẽ fictile in q̃d horum quicq̃ intro ceciderit polluetur,& idcirco frangẽdum eſt F
Omnis cibus quem comedetis ſi fuſa fuerit ſuper eum aqua, immuudus erit,& omne liquens
quod bibitur de vniuerſo vaſe immundũ erit. Et quicquid de morticiuis huiuſcemodi cecide-
rit ſuper illud,immundum erit,ſiue clibani,ſiue ſytropodes deſtruẽt,& immundi erunt. Fon-
tes vrro & ciſternæ & oĩs aq̃rum congregatio munda erit. Qui morticinũ eorum tetigerit,polluet.
Si ceciderit ſuper ſrmentem,non pollurt eam:Si autem quiſpiam aqua ſementem perfuderit,
& poſtea morticinis tacta fuerit,ilico polluetur. Si mortuum fuerit animal quod licet vobis co
medrre,q cadauer eius tetigerit,immundus erit vſq; ad veſperum. Et qui comederit ex eo quip
piam[ſiue portauerit]lauabit veſtimenta ſua,& immundus erit uſq; ad veſperum. Omne quod G
reptat ſupet terram,abominabile rrit,nrc aſſumet in cibũ. *Quicquid ſuper prctus quadrupes
graditur,& multos habet pedrs,ſiue per humum trahitur,non comrdetis:quia abominabile ẽ.
Nolite contaminare animas veſtras,nec tãgatis quicq̃ eorum,ne immũdi ſitis. Ego ſum dominus
deus veſter. Sancti eſtote:quia ego ſanctus ſum,ne polluatis animas veſtras in omni reptili
q̃d mouet ſuper terrã. Ego enim ſum dñs:qui eduxi vos de terra Aegypti,ut eſſem vobis in de-
um. Sancti eritis:quia ego ſanctus ſum. Iſta eſt lrx animantium ac volucrum,& omnis animæ
viuentis quæ mouetur in aqua & reptat in terra,ut differentias noueritis mundi & immundi,
& ſciatis quid comedere & reſpurre drbeatis.

[Margin: liant ſup terrã,hęc ex eis comederit brucum &c. — Supra .6.d infra .15.b — Abũdar. ſiue portauerit Heb. — Heb. q̃cq̃d ſup pectus gradi: & quicq̃d quatuor pedibus graditur uſq; ad q̃uis multitudinẽ pedum. — Infra.19.a — 1 Petri.1.c]

¶Lex purgandæ mulieris poſt partum. Cap, XII.

LOcutusq; rſt dominus ad Moyſen,dicens. Loquere filijs Iſrael,& dices ad eos. Muli- A
er ſi ſuſcrpto ſemine pepererit maſculum,immunda erit ſeptem diebus iuxta dies ſepa
rationis menſtruæ,& die octauo circũdetur *inſantulus,ipſa vero trigintatribus die-
bus manebit in ſanguine purificationis ſuæ:Omne ſanctum non tanget,nec ingredie
tur in ſanctuarium,donec impleantur dies purgationis ſuæ. Sin autem fœminã pepererit, im- B
munda erit duabus hrbdomadibus iuxta riũ fluxus menſtrui, & ſexagtaſex diebus manebit
in ſanguine purificationis ſuæ. Cumq; expleti fuerint dies purgationis ſuæ pro filio ſiue pro fi
lia, deferet agnum anniculum in holocauſtum,& pullum columbæ ſiue turturem pro peccato, C
ad oſtium taberrnaculi trſtimonij,& tradet ſacerdoti. Qui offeret illa coram domino,& roga-
bit pro ea,& ſic mundabit à profluuio ſanguinis ſui. Iſta eſt lex parirntis maſculum aut fœ-
minam. Quod ſi non inuenerit manus eius,nec poterit offerre agnum, ſumet duos turtures vł
duos pullos columbarum,vnum in holocauſtum,& alterum pro peccato. Orabitq; pro ea ſa- D
cerdos,& ſic mundabitur.

[Margin: Heb. caro pręputii ipſius — Lucæ.2.d — Supra.5.b — Lucæ.2.d — 5.diſt.c.a.& c.cum enim 75.q.1.c.ſive gentes &c. — his in verſ. mf cum legit 31.q.4.c. — cauſa de poſt partum c.1.]

¶Conſidrratio,& diſtinctio lepre à lepra. Cap. XIII.

LOcutusq; eſt dominus ad Moyſen & Aaron,dicens. Homo in cuius cute & carne or- A
tus fuerit(*diuerſus color)ſiue puſtula:aut(*quaſi lucens quippiam) id eſt plaga lepræ,
adducetur ad Aaron ſacrrdotrm vel ad vnum quemlibet filiorum eius. Qui cum uide
rit lrpram in cute,& pilos in album mutatos colorem:ipſamq; ſpeciem lepræ humi-
liorem cute & carne reliqua,plaga lepræ eſt:& ad arbitrium eius ſrparabitur. Sin autrm lucens
candor fuerit in cute:nrc humilior carne reliqua,& pili coloris priſtini, recludet eum ſacerdos
ſeptem diebus:& conſiderabit die ſeptimo. Et ſi quidem lepra vltra non creuerit:nec tranſi-
erit in cute priores terminos,rurſum recludet eum ſeptem diebus alijs,& die ſeptimo contem-
plabitur. Si obſcurior fuerit lepra,& non creuerit in cute mundabit eam: quia ſcabies eſt,laua
uabitq; homo veſtimenta ſua:& mundus erit. *Quod ſi poſtq̃ à ſacerdote viſus eſt,& reddi-
tus mũditiei,iterum lepra creuerit,adducet ad eũ:& immũditiei cõdemnabit. Plaga lepræ ſi fuerit B
in hoĩe,adducet ad ſacerdotẽ,& videbit eũ Cũq; color albus iu cute fuerit:& capillorum mutaue
rit aſpectũ ipſa q̃q; caro viua apparuerit,lepra vetuſtiſſima iudicabit,atq; inolita cuti. Conta-
minabit itaq; eũ ſacerdos:& non recludet:quia perſpicuæ immũditiæ eſt. Sin ãt effloruerit diſ-
currens lepra in cute:& operuerit omnẽ carnẽ à capite uſq; ad pedes, quicquid ſub aſpectu o-
culorum cadit:cõſiderabit eũ ſacerdos,& teneri lepra mũdiſſima iudicabit,eo q͏ omnis cutis ĩ cã-
dorem verſa ſit:& idcirco homo mundus erit. Quãdo vero caro viuens in ea apparuerit: tunc
ſacerdotis iudicio pollurt:& inter immundos reputabitur. Caro enim viua ſi lepra aſpergitur,
immũda eſt. *Quod ſi rurſum verſa fuerit in alborẽ,& totum hominẽ operuerit, conſiderabit C
eum ſacerdos:& mundum eſſe decernet. Caro autem & cutis in qua vlcus natum eſt & ſana
tum,& in loco vlceris cicatrix alba apparuerit ſiue ſubruffa,adducetur homo ad ſacerdotem.

[Margin: Heb. tumor. Heb. candor — He. Quod ſi creſcẽdo creuerit puſtula poſtq̃ cõſideratus fuerit a ſacerdote ob mundiciã ſuã: denuo conſiderauit eũ ſacerdos, & cũ uiderit ſacerdos q͏ puſtula creuerit in cute immundũ iu- — 11.q.3.c.quid de per.diſt.1.c.voluiſſent §.denique in uer. Moyſi quoque 97.di. c.ecce.§.presbyteri.9.q.1 c.alios. Qd ſi.ſunt.p ue nerabilem.uer.ſi diffi le & ambiguum.]

Qui cum viderit locũ lepræ humiliorẽ carne reliqua:& pilos versos in candorẽ, contaminabit eum. Plaga enim lepræ orta est in vlcere. Quod si pilus coloris est pristini:& cicatrix subobscura & vicina carne non est humilior: recludet eum septem diebus. Et si quidem creuerit, adiudicabit eum lepræ. Sin autem steterit in loco suo, vlceris est cicatrix, & homo mundus erit. Caro
D autem & cutis, quam ignis exusserit, & sanata albã siue ruffam habuerit cicatricem, considerabit eam sacerdos. Et ecce si uersa est in alborem:& locus eius reliqua cute est humilior, contaminabit eum: quia plaga lepræ in cicatrice orta est. Quod si pilorũ color non fuerit immutatus, nec humilior plaga carne reliqua:& ipsa lepræ species fuerit subobscura, recludet eum septem diebus, & die septimo contemplabitur. Si creuerit in cute lepra, contaminabit eum. *Sin aũt
E in loco suo candor steterit non satis clarus, plaga combustionis est, & idcirco mundabitur, quia cicatrix est combusturæ. Vir siue mulier, in cuius capite vel barba germinauerit lepra, videbit eos sacerdos. Et si quidem humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus flauus, solitoq́ subtilior, contaminabit eos, quia lepra capitis ac barbæ est. Sin autem viderit locum maculæ æqualem vicinæ carni, & capillum nigrum, recludet eos septem diebus, & die septimo intuebit. Si non creuerit macula, & capillus sui coloris est, & locus plagæ carni reliquæ æqualis, radetur homo absq; loco maculæ, & includetur septem diebus alijs. Si die septimo visa fuerit stetisse plaga in loco suo, nec humilior carne reliqua, mundabit eum, lotisq́ vestibus suis mundus erit. Sin autem post emundationem rursus creuerit macula in cute, non quæret amplius, vtrum capillus in flauum colorem sit commutatus, quia aperte immundus est. Porro si steterit macula, & capilli nigri fuerint, nouerit hominem sanatum esse, & confidenter eũ pronuntiet mũ-
F dum. Vir siue mulier in cuius cute candor apparuerit, intuebitur eos sacerdos. Si deprehẽderit subobscurum alborem lucere in cute, sciat non esse lepram, sed maculam coloris candidi, & hominem mundum. Vir de cuius capite capilli fluunt, caluus & mundus est. Et si à fronte ceciderint pili, recaluaster & mundus est. Sin autem in caluitio siue in recaluatione albus vel ruffus color fuerit exortus, & hoc sacerdos viderit, condemnabit eum haud dubie lepræ quæ orta est in caluitio. Quicunq; ergo maculatus fuerit lepra, & separatus est ad arbitrium sacerdotis, habebit vestimẽta dissuta, caput nudum, os veste cõtectum, contaminatũ ac sordidum se clamabit. Omni tẽpore, quo leprosus est & immũdus, solus habitabit extra castra. Vestis lanea siue
G linea quæ leprã habuerit in stamine atq; subtegmine aut certe pellis vel quicquid ex pelle cõfectum est: si alba vel ruffa macula fuerit, infecta lepra reputabit, ostendeturq́ sacerdoti. Qui cõsideratã, recludet septẽ diebus, & die septimo rursus aspiciẽs, si deprehẽderit creuisse, lepra perseuerans est, pollutũ iudicabit vestimentũ, & omne in quo fuerit inuenta, & idcirco cõburet flãmis. Quod si eã viderit nõ creuisse, præcipiet & lauabũt id in quo lepra est, recludetq́ illud septẽ diebus alijs, & cũ viderit faciẽ quidẽ pristinã nõ reuersam, nec tñ creuisse leprã, immũdũ iudicabit, & igne cõburet, eo quod infusa sit in superficie vestimẽti, vel per totũ lepra. Sin aũt obscurior fuerit locus lepræ, postquã vestis est lota abrumpet eũ, & à solido diuidet, quod si vltra apparuerit in his locis quæ prius immaculata erant, lepra volatilis & vaga debet igne cõburi, si cessauerit, lauabit aqua ea quæ pura sunt secundo, & munda erunt. Ista est lex lepræ vestimenti lanei & linei, staminis atq; subtegminis, omnisq́ supellectilis pelliceæ, quomodo mundari debeat vel contaminari.

¶ Lex mũdandi hominis leprosi, cõsideratio & purgatio domus leprosæ. Cap. XIIII

A Locutusq; est dominus ad Mosen, dicens. Hic est ritus leprosi quando mũdandus est. Adducetur ad sacerdotẽ. Qui egressus de castris, cũ inuenerit lepram esse mundatam, præcipiet ei qui purificatur, ut offerat duos passeres viuos pro se, quos vesci licitum est & lignũ cedrinũ, vermiculumq;, & hysopum. Et vnũ ex passeribus immolari iubebit in vase fictili, super aquas viuentes: aliũ autẽ viuũ cum ligno cedrino, & cocco, & hysopo tinget in sanguine passeris immolati, quo asperget illũ qui mundandus est septies, ut iure purgetur, & dimittet passerẽ viuum, ut in agrum auolet. Cumq́ lauerit homo vestimenta sua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua, purificatusq́ ingredietur castra, ita duntaxat, ut maneat extra tabernaculum suũ septẽ diebus, & die septimo radet capillos capitis, barbamq́ & supercilia, ac totius corporis pilos. Et lotis rursum vestibus & corpore, die octauo sumet duos agnos im-
B maculatos, & ouem anniculam absq; macula & tres decimas similæ in sacrificiũ quæ conspersa sit oleo, & seorsum olei sextarium. Cumq́ sacerdos purificans hominẽ, statuerit eum, & hæc omnia corã dño in ostio tabernaculi testimonij, tollet agnum, & offeret eũ pro delicto, oleiq;
C sextariũ. Et oblatis ante dominũ omnibus, immolabit agnũ, vbi solet immolari hostia pro peccato, & holocaustũ. i. in loco sancto. Sicut enim pro peccato ita & pro delicto, ad sacerdotem ptinet hostia. Sancta sanctorum est. Assumensq́ sacerdos de sanguine hostiæ quæ immolata est pro delicto, ponet super extremum auriculæ dextræ eius qui mũdatur, & super pollices manus dextræ & pedis, & de olei sextario mittet in manũ suã sinistrã tingetq́ digitũ dextrũ in eo & asperget corã dño septies. Quod aũt reliquũ est olei, in leua manu fundet super extremũ auriculæ dextræ eius qui mundat, & sup pollices manus ac pedis dextri, & sup sanguinẽ qui effusus est

dicabit eũ sacerdos, quoniam lepra est. Heb. Quod si tuerit caro cuius cõuersa fuerit in albedine & uenerit ad sacerdotẽ, uiderit sacerdos quod cõuersa sit plaga in album, mundum iudicabit eum, mũdus erit. Heb. quia plaga lepræ est

Dist. 4. c. conuertimini. ibi sacrificiũ ex lege offerre, c. quẽ pœnitet. in prin.

Math 8. a. Marc. 1. d Luc. 5 c

pro delicto,& sup caput eius. Rogabitq; pro eo sacerdos corã domino,& faciet sacrificiũ pro
peccato. Tunc immolabit holocaustũ & ponet illud in altari cum libamentis suis,& homo rite
Supra.l.b. mũdabitur. Quod si pauper est,& non potest manus eius inuenire quæ dicta sunt pro delicto,
Sup.12. assumet agnũ ad oblationẽ,vt roget pro eo sacerdos, decimamq; partẽ similæ conspersæ oleo,
in sacrificiũ & olei sextariũ,duosq; turtures siue duos pullos columbæ, quorũ vnus sit pro peccato,& alter in holocaustũ,offeretq; ea die octauo purificationis suæ sacerdoti ad ostiũ tabernaculi testimonij,corã domino. Qui suscipiens agnũ pro delicto,& sextariũ olei, leuabit simul, D
immolatoq; agno de sanguine eius ponet super extremũ auriculæ dextræ illius qui mundatur,
& super pollices manus eius, ac pedis dextri. Olei vero partẽ mittet in manũ suã sinistrã,in q̃
tingens digitũ dextræ manus,asperget septies contra dominũ,tangetq; extremũ dextræ auriculæ illius qui mundatur,& pollices manus ac pedis dextri in loco sanguinis qui effusus est pro delicto. Reliquã aũt partẽ olei quæ est in sinistra manu,mittet super caput purificati, vt placet pro eo dominũ, & turturẽ siue pullũ columbæ offeret, vnũ pro delicto & alterũ in holocaustũ cũ libamentis suis. Hoc est sacrificiũ leprosi,qui habere non potest omnia in emundatione sui.
Locutusq; est dominus ad Mosen & Aaron dicens. Cumq; ingressi fueritis terrã Chanaan, E
quã ego dabo vobis in possessionẽ,si fuerit plaga lepræ in ædibus,ibit cuius est domus nuntiãs sacerdoti,& dicet: Quasi plaga lepræ videtur mihi esse in domo mea. At ille præcipiet, vt efferantur vniuersa de domo,priusq̃ ingrediatur eam,& videat vtrũ leprosa sit:ne immunda fiant omnia quæ in domo sunt:intrabitq; postea vt consideret leprã domus. Et cũ viderit in parietibus illius quasi valliculas pallore siue rubore deformes & humiliores superficie reliqua: egredietur ostiũ domus,& statim claudet illã septẽ diebus. Reuersusq; die septimo considerabit eam. F
Si inuenerit creuisse leprã,iubebit erui lapides in quibus lepra est,& proijci eos extra ciuitatem in locũ immundũ,domũ aũt ipsam radi intrinsecus per circuitũ & spargi puluerẽ rasuræ extra vrbẽ in locũ immũdũ:lapidesq; alios reponi pro his qui ablati fuerint:& luto alio liniri domũ. Sin aũt postq̃ eruti sunt lapides & puluis elatus:& alia terra lita,ingressus sacerdos,viderit reuersam leprã,& parietes respersos maculis:lepra est perseuerans,& immunda domus. Quã statim destruẽt,ac lapides eius ac ligna,atq; vniuersum puluerẽ proijcient extra oppidũ in locũ immundũ. Qui intrauerit domũ quando clausa est,immundus erit vsq; ad vesperũ: & qui dormierit in ea & comederit quippiã,lauabit vestimenta sua. Quod si introiens sacerdos, viderit leprã G
non creuisse in domo postq̃ denuo lita fuerit,purificabit eã reddita sanitate. Et in purificatiõe eius sumet duos passeres lignumq; cedrinũ,& vermiculũ atq; hysopũ. Et immolato vno passere in vase fictili super aquas viuas,tollet lignũ cedrinũ & hysopũ,& coccũ & passerẽ viuũ,& tinget omnia in sanguine passeris immolati,atq; in aquis viuentibus,& asperget domũ septies purificabitq; eã tã in sanguine passeris q̃ in aquis viuentibus & in passere viuo lignoq; cedrino & hysopo atq; vermiculo. Cumq; dimiserit passerẽ auolare in agrũ libere:orabit pro domo & iure mundabitur. Ista est lex omnis lepræ & percussure lepræ vestiũ & domorũ cicatricis & erũpentium papularum,lucentis maculæ:& in varias species coloribus immutatis:vt possit scire quo tempore mundum quid,vel immundum sit.

¶De viro seminifluo,de muliere mẽstrua,& sanguiflua,& purgatiõe eorũdẽ. Cap. XV. A

LOcutusq; est dominus ad Mosen & Aaron,dicens. Loquimini filijs Israel:& dicite eis
o.di.ca.2.in
Vir qui patitur fluxũ seminis,immundus erit:& tunc iudicabitur huic vitio subiacere 1.glo.45.di.
cum per singula momenta adhæserit carni eius,atq; concreuerit fœdus humor. Omne c.1.vñ si,vel
stratum in quo dormierit immundum erit,& vbicunq; sederit. Si quis hominum te- unde hũ per
tigerit lectum eius,lauabit vestimenta sua,& ipse illotus aqua immundus erit usq; ad vesperum. Moysen.
Si sederit vbi ille sederat,& ipse lauabit vestimenta sua,& lotus aqua immundus erit usq; ad vesperum. Qui tetigerit carnẽ eius,lauabit vestimenta sua,& ipse lotus aqua immundus erit usq; ad vesperũ. Si saliuã huiuscemodi homo eiecerit super eum,qui mundus est,lauabit vestimenta sua,& lotus aqua immundus erit usq; ad vesperũ. Sagma super quod sederit,immundũ erit,& B
quicquid sub eo fuerit qui fluxũ seminis patitur, pollutum erit usq; ad vesperũ. Qui portauerit horũ aliquid,lauabit vestimenta sua,& ipse lotus aqua, immundus erit usq; ad vesperũ. Omnis quẽ tetigerit qui talis est non lotis ante manibus,lauabit vestimenta sua,& lotus aqua immundus erit usq; ad vesperũ. Vas fictile quod tetigerit confringetur, vas aũt ligneũ lauabitur aqua.
Si sanatus fuerit,qui huiuscemodi sustinet passionẽ,numerabit septẽ dies post emũdationem
De pœ. di.4.
sui,& lotis vestibus,& toto corpore in aquis viuentibus,erit mundus. Die aũt octauo sumet cdaet hec hac
duos turtures aut duos pullos columbæ,& veniet in conspectu domini ad ostiũ tabernaculi te- cũ si in vero
stimonij,dabitq; eos sacerdoti, qui faciet vnũ pro peccato,& alterũ in holocaustũ. Rogabitq; nõ relinquit
pro eo corã domino,vt emundetur à fluxu seminis sui. Vir de quo egredietur semen coitus, in glo.ibi sicut est.
lauabit aqua omne corpus suũ & immundus erit usq; ad vesperũ. Vestẽ & pellẽ quã habuerit,
lauabit aqua,& immunda erit usq; ad vesperũ. Mulier cũ qua coierit,lauabit aqua, & immũda erit usq; ad vesperũ. Mulier quæ redeũte mẽse patitur fluxũ sanguinis,septẽ diebus separa 5.dist.c.1.&
bitur,

32.q.4.ca.8 bitur. Omnis qui tetigerit eam, immundus erit vſq; ad veſpe℞, & locus in q̄ dormierit vel ſe-
di.1.q.1.c.vl derit diebus ſeparatiõis ſuæ, polluetur. Qui tetigerit lectũ ſuũ, lauabit veſtimenta ſua, & ipſe lo-
ti.& c.Arra tus aqua, immundus erit vſq; ad veſpe℞. Omne vas ſuper q̄d illa ſederit, quiſquis attigerit, la-
nos.de pe.d. uabit veſtimẽta ſua, & ipſe lotus aqua, pollutus erit vſq; ad veſpe℞. Si coierit cũ ea vir tp̄e ſan-
5.c.baptiſmal. guinis menſtrualis, immundus erit ſeptem diebus, & omne ſtratũ in q̄ dormierit, polluetur.
33.q.4.c.ſã cta ſi. Mulier quæ patiť multis diebus fluxum ſanguinis, nõ in tp̄e menſtruali, vel quę poſt menſtruum ſanguinem fluere nõ ceſſat, q̄diu ſubiacet huic paſſiõi, immunda erit quaſi ſit in tp̄e menſtruo. Omne ſtratũ in q̄ dormierit, & vas in q̄ ſederit, pollutũ erit. Quicũq; tetigerit eam, lauabit veſtimenta ſua, & ipſe lotus aqua, immundus erit vſq; ad veſpe℞. Si ſteterit ſanguis, & fluere ceſſauerit, numerabit ſeptem dies purificatiõis ſuæ, & die octauo offeret ꝓ ſe ſacerdoti duos turtures, aut duos pullos columba℞, ad oſtiũ tabernaculi teſtimonij. Qui vnum faciet ꝓ pctõ, & alterum in holocauſtum. Rogabitq; ꝓ eo coram dño, & ꝓ fluxu immunditiei eius.

Docebitis ergo filios Iſrahel vt caueant immunditias, & nõ moriantur in ſordibus ſuis, cum polluerint tabernaculum meum, quod eſt inter eos. Iſta eſt lex eius qui patitur fluxum ſeminis, & q polluitur coitu, & quæ menſtruis tp̄ibus ſeparatur, vel quæ iugi fluit ſanguine, & hominis qui dormierit cum ea.

A ¶ Sacerdos nõ ſemp ingrediať ſanctuariũ, expiatio ſanctuarij, feſtũ expiatõis. Ca. XVI.

Locutusq; eſt dñs ad Moyſen: poſt mortẽ duo℞ filio℞ Aarõ, qñ offerẽtes ignem alienum interfecti ſunt. Et præcepit ei, dicens: Loquere ad Aarõ fratrem tuum, ne omni tp̄e ingrediatur ſanctuarium q̄d eſt intra velum coram ꝓpitiatorio q̄ tegitur arca, vt nõ moriatur, quia in nube apparebo ſuper oraculum, niſi hæc ante fecerit. Vitulum ꝓ pctõ offeret & arietem in holocauſtum: Tunica linea veſtietur, fœminalibus lineis verenda celabit: Accingetur zona linea, cydarim lineam imponet capiti. Hæc eñi veſtimenta ſunt
B ſancta quibus cunctis cũ lotus fuerit, induetur. Suſcipietq; ab vniuerſa multitudine filiorum Iſrahel duos hircos ꝓ peccato, & vnum arietem in holocauſtũ. Cũq; obtulerit vitulum & orauerit ꝓ ſe, & ꝓ domo ſua, duos hircos ſtare faciet coram dño in oſtio tabernaculi teſtimonij, mittens ſuper vtrunq; ſortem vnam dño, & alteram capro emiſſario. Cuius exierit ſors domino, offeret illum ꝓ peccato: cuius autem in caprum emiſſarium, ſtatuet eum viuum coram
C dño, vt fundat preces ſuper eo, & emittat eum in ſolitudinem. His rite celebratis offeret vi- Exo.30
tulum, & rogans ꝓ ſe, & ꝓ domo ſua, immolabit eum: Aſſumptoq; thuribulo, q̄d de prunis Heb.6
altaris impleuerit, & hauriens manu cõpoſitũ thymiama in incenſum vltra velum intrabit in ſancta, vt poſitis ſuper ignem aromatibus nebula eo℞, et vapor operiat oraculum, q̄d eſt ſupra teſtimonium, & nõ moriatur. Tollet quoq; de ſanguine vituli, & aſperget digito ſepties
cõtra ꝓpitiatorium ad orientem. Cumq; mactauerit hircum ꝓ peccato populi, inferet Hebr.9.d,& 10.a
ſanguinem eius intra velum, ſicut præceptum eſt de ſanguine vituli, vt aſpergat ẽ regione
D oraculi, & expiet ſanctuarium ab immunditijs filio℞ Iſrahel, & à præuaricatiõibus eo℞ cunctiſq; peccatis. Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo teſtimonij q̄d fixum eſt inter eos in medio ſordium habitatiõis eo℞. Nullus hominum ſit in tabernaculo quando põtifex ſanctua- Luca.1.a
rium ingreditur, vt roget ꝓ ſe, & ꝓ domo ſua, & ꝓ vniuerſo cœtu Iſrahel, donec egrediať tabernaculum. Cum autem exierit ad altare quod coram domino eſt, oret ꝓ ſe, & ſumptum ſanguinem vituli atq; hirci fundat ſuper cornua eius per gyrum, aſpergenſq; digito ſepties,
E expiet & ſanctificet illud ab immunditijs filio℞ Iſrahel. Poſtquam emundauerit ſanctuarium & tabernaculum, & altare, tunc offerat hircum viuentem. Et poſita vtraq; manu ſuper caput eius cõfiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrahel, & vniuerſa delicta atq; peccata eo℞, quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratum in deſertum. Cũq; portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram ſolitariam, & dimiſſus fuerit in deſerto, reuertetur Aarõ in tabernaculũ teſtimonij. Et depoſitis veſtibus quibus prius indutus erat cũ intraret ſanctuariũ, relictiſq; ibi, lauabit carnem ſuam in loco ſancto induturq; veſtibus ſuis. Et
F poſtquam egreſſus obtulerit holocauſtum ſuum ac plebis, rogabit tam ꝓ ſe q̄ pro populo, & adipem qui oblatus eſt ꝓ peccatis adolebit ſuper altare. Ille vero qui dimiſerit caprum emiſſarium, lauabit veſtimenta ſua & corpus aqua, & ſic ingredietur in caſtra, vitulum autem & hircum qui ꝓ peccato fuerant immolati, & quorum ſanguis illatus eſt in ſanctuariũ vt expiatio compleretur, aſportabunt foras caſtra, & cõburent igni tam pelles q̄ carnes eo℞ ac fimum. Et quicunq; cõbuſſerit ea, lauabit veſtimẽta ſua, & carnẽ aqua, & ſic ingredietur caſtra. Eritq;
vobis hoc legitimũ ſempiternũ. Menſe aũt ſeptimo, decima die menſis affligetis animas ve- Infra.23.a
ſtras, nullumq; opus facietis, ſiue indigena, ſiue aduena qui peregrinatur inter vos. In hac die expiatio erit veſtri, atq; mundatio, ab omnibus peccatis veſtris, coram dño mũdabimini. Sab-
G batum eñi requietiõis eſt, & affligetis animas veſtras religione perpetua. Expiabit aũt ſacerdos qui vnctus fuerit, & cuius manus initiatæ ſunt, vt ſacerdotio fungatur pro patre ſuo, induetur q; ſtola linea, & veſtibus ſanctis, & expiabit ſanctuarium & tabernaculum teſtimonij,

atq;

atq; altare,sacerdotes ꝗꝙ & vniuersum pplm. Eritq; vobis hoc legitimũ sempiternũ,vt ore-
tis ꝑ filijs Israhel & ꝑ cũctis peccatis eorꝫ semel in anno. Fecit igit sicut ꝑceperat dñs Moysi.

¶Nõ occidenda aĩalia nisi offerant,nõ offerendum dæmonibus, nõ comeden-
dus sanguis,aut morticinum. Ca.XVII.

ET locutus est dñs ad Moysen,dicens:Loquere Aaron & filijs eius,& cunctis filijs Israhel,dicens ad eos:Iste est sermo quem mandauit dñs,dicens:Hõ quilibet de domo Israhel,si occiderit bouẽ,aut ouẽ,siue caprã in castris vel extra castra,& non obtulerit ad ostiũ tabernaculi oblationẽ dño,sanguinis reus erit,quasi si sanguinem fuderit,sic peribit de medio populi sui.Ideo sacerdoti offerre debẽt filij Israhel hostias suas quas occidũt in agro,vt sanctificentur dño ante ostiũ tabernaculi testimonij,& immolent eas hostias pacificas dño. Fundetq; sacerdos sanguinem super altare dñi ad ostiũ tabernaculi testimonij, & adolebit adipem in odorem suauitatis dño,& nequaq̃ vltra immolabunt hostias suas dæmonibus cũ qbus fornicati sunt. Legitimũ sempiternũ erit illis & posteris eorꝫ. Et ad ipsos dices Hõ de filijs Israhel,& de aduenis qui peregrinantur apud vos qui obtulerit holocaustum siue victimã,& ad ostiũ tabernaculi testimonij,nõ adduxerit eam,vt offerat dño,interibit de populo suo.Hõ quilibet de domo Israhel,& de aduenis qui peregrinantur inter vos si comederit sanguinem,obfirmabo faciem meã cõtra animã illius,& disperdã eam de pplo suo,qa anima carnis in sanguine est,& ego dedi illum vobis,vt super altare meum expietis ꝑ animabus vestris,& sanguis ꝑ animæ piaculo sit.Idcirco dixi filijs Israhel.Omnis anima ex vobis nõ comedet sanguinem,nec ex aduenis qui peregrinantur apud vos.Hõ quicunq; de filijs Israhel, & de aduenis qui peregrinantur apud vos si venatiõe atq; aucupio cœperit feram vel auem, quibus vesci licitum est,fundat sanguinem eius,& operiat illum terra. Anima em oĩs carnis in

A — B — De cõ. dist. 5 c. nõ oportet — C

Supra 7.c
sanguine est. Vnde dixi filijs Israhel,Sanguinem vniuersæ carnis nõ comedetis,quia aĩa carnis D
infra 19.c
in sanguine est,& quicũq; comederit illum,interibit. Anima quę comederit morticinũ vel ca 12.q.2.c.Mo
Sup. eodem.
ptum à bestia tam de indigenis q̃ de aduenis,lauabit vestimenta sua, & semetipsum aqua, & ses 30. dist. c.
Num. 35.c.
cõtaminatus erit vsq; ad vesperꝫ,& hoc ordine mũdus fiet.Quod si nõ lauerit vestimenta sua siqs carnẽ, de
vel corpus,portabit iniquitatem suam. cõs. dist. 4. c. nec quęq. §. item si fide

¶Qui sint concubitus illiciti. Ca.XVIII.

LOcutus est dñs ad Moysen,dicens:Loquere filijs Israhel,& dices ad eos:Ego sum dñs A
deus vester.Iuxta cõsuetudinem terræ Aegypti,in qua habitastis nõ facietis,& iuxta
morem regiõis Chanaan ad quam ego introducturus sum vos,nõ agetis,nec in legi
Rom.10.a
timis eorꝫ ambulabitis.Facietis iudicia mea,& præcepta mea seruabitis,& ambulabi
Ezech.20.b.
tis in eis.Ego dñs deus vester. Custodite leges meas atq; iudicia, quæ faciens homo viuet in
Gala.3.b
eis.Ego dñs deus vester.Omnis hõ ad ꝓximam sanguinis sui nõ accedat vt reuelet turpitudi-
nem eius.Ego dñs. Turpitudinem patris tui,& turpitudinem matris tuæ nõ discooperies. 30.q.3.c.pia
Mater tua est,nõ reuelabis turpitudinẽ eius. Turpitudinẽ vxoris patris tui nõ discooperies; cũ.§.sed hõ
Turpitudo em patris tui est. Turpitudinẽ sororis tuæ ex patre,siue ex matre, quæ domi vel 35.q.1.c.1. in
foris genita ẽ,nõ reuelabis.Turpitudinẽ filiæ filij tui vel neptis ex filia, nõ reuelabis,quia tur- fi.11.q.8. ca.
pitudo tua ẽ. Turpitudinẽ filiæ vxoris pr̃is tui quã peperit pr̃i tuo,& est soror tua,nõ reuela hæc salubri-
bis.Turpitudinẽ sororis patris tui nõ discooperies, quia caro est patris tui. Turpitudinẽ so- B ter ibi omnis
roris matris tuæ nõ reuelabis,eo ꝙ caro sit matris tuæ. Turpitudinẽ fratris patris tui nõ reue hõ,&.13.q.2
labis,nec accedas ad vxorẽ eius,quæ tibi affinitate cõiungit. Turpitudinẽ nurus tuæ nõ reue c.siqs cũ duabus de testi.
labis,quia vxor filij tui est,nec discoperies ignominiã eius. Et vxorẽ fratris sui nullus accipi spõl.c.literas
at. Turpitudinẽ vxoris fratris tui nõ reuelabis, quia turpitudo fratris tui est. Turpitudinẽ in ver. diuina lege
vxoris tuæ & filiæ eius nõ reuelabis. Filiã filij eius,& filiã filiæ illius nõ sumes,vt reuelẽs igno
miniã eius,quia caro illius sunt,& talis coitus incestus est. Sororẽ vxoris tuæ in pellicatũ illi- C
infra.20.a
us nõ accipies,nec reuelabis turpitudinẽ eius adhuc illa viuente. Ad mulierẽ quæ patit men-
3.Re.18.c
strua nõ accedes,nec reuelabis fœditatem eius. Cum vxore ꝓximi tui nõ coibis nec seminis
cõmixtione maculaberis. De semine tuo nõ dabis vt consecretur idolo moloch,nec pollues Di.5.c.ad eĩ
nomen dei tui.Ego dñs. Cum masculo nõ cõmisceãris coitu fœmineo,quia abominatio est ueĩ.qppe. 32
Cum omni pecore nõ coibis,nec maculaberis cum eo. Mulier non succumbet iumento, q.1.c. qđ aũt
nec miscebitur ei,quia scelus est. Nec polluamini in omnibus his quibus contaminatæ sunt in ver. mũda
vniuersæ gentes quas ego eijciã ante cõspectũ vestrũ,& in quibus polluta est terra,cuius ego bel.35.q.8.c.
scelera visitabo vt euomat habitatores suos. Custodite legitima mea atq; iudicia,vt nõ fa- hæc salubriter
infra.20.c
ciatis ex omnibus abominatõibus istis,tam indigena q̃ colonus,qui peregrinatur apud vos.
Omnes enim execratiões istas fecerunt accolæ terræ qui fuerunt ante vos,& polluerũt eam.
Cauete ergo,ne & vos similiter euomat cum paria feceritis,sicut euomuit gentem quæ fuit
ante vos. Omnis anima quæ fecerit de abominationibus his quippiam,peribit de medio po-
puli sui.Custodite mandata mea.Nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerũt ante vos. Et ne pol
luamini in eis. Ego dominus deus vester.

¶Repe

¶Repetitio quorundam præceptorum decalogi, cura pauperum, amor proximi, iuste iudicandum, non vlciscendum, non augurandum, cauendum ab hariolis, de barba non radenda & cætera. Ca. XIX.

A L Ocutus est dñs ad Moysen, dicens: Loqueris ad omnem cœtũ filiorũ Israhel, & dices Supra.11.B
ad eos. Sancti estote, quia ego sanctus sum dñs deus vester. Vnusquisq; patrem suũ 1.Pet.1.c
& matrem suam timeat. Sabbata mea custodite. Ego dñs deus vester. Nolite cõ
uerti ad idola, nec deos cõflatiles faciatis vobis. Ego dñs deus vester. Si immolaue
ritis hostiã pacificorũ dño vt sit placabilis, eo die q̃ fuerit immolata, comedetis eam, & die al-
tero. Quicqd aũt residuũ fuerit in diem tertiũ, igne cõburetis. Si qs post biduũ comederit ex
B ea, pphanus erit, & impietatis reus, portabitq; iniquitatem suam, qa sanctũ dñi polluit, & pe-
ribit anima illius de pplo suo. Cũq; messueris segetes terræ tuæ, nõ tõdebis vsq; ad solũ su- Infra.23.d
perficiem terræ, nec remanentes spicas colliges, neq; in vinea tua racemos & grana deciden-
tia cõgregabis, sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes. Ego dñs deus vester. Non Mat.5.e Deut.5.b
facietis furtum. Nõ mentiemini, nec decipiet vnusquisq; proximũ suũ. Nõ periurabis in Exod.20.b
C nomine meo, nec pollues nomen dei tui. Ego dñs. Nõ facies calumniam pximo tuo, nec vi Eccl.10.a
opprimes eum. Nõ morabitur opus mercenarij tui apud te vsq; mane. Nõ maledices sur Deut.24.c Tob.4.c
do, nec coram cæco pones offendiculũ, sed timebis dñm deum tuum, quia ego sum dñs. Nõ Deut.1.c,&
facies quod iniquum est, nec iniuste iudicabis. Nõ cõsideres personam pauperis, nec hono- 16.d
res vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Nõ eris criminator, nec susurro in populis. Roma.2.b Ephe.6.b
Nõ stabis cõtra sanguinem pximi tui, Ego dñs. Nõ oderis fratrem tuũ in corde tuo, sed Acto.10.e.f.
D publice argue eum, nec habeas super illo peccatum. Nõ quæres vltionem, nec memor eris Iac.2.d
iniuriæ ciuium tuorũ. Diliges amicum tuum sicut teipsum, Ego dñs. Leges meas custodite. 1.Pet.1.c
Iumenta tua nõ facies coire cum alterius generis animantibus. Agrũ tuũ nõ seres diuer- Eccl.19.b Mat.13.c
so semine. Veste quæ ex duobus texta est non indueris. Hõ si dormierit cũ muliere coitu Lucæ.17.a
seminis quæ sit ancilla etiam nobilis, & tamen pretio nõ redempta, nec libertati donata, *va- Mat.5.g
pulabunt ambo, & nõ morientur: quia nõ fuit libera. Pro delicto aũt suo offeret dño ad osti- Mar.12.c Gala.5.c.
E um tabernaculi testimonij arietem. Orabitq; p eo sacerdos, & p peccato eius coram dño, & Iaco.2.b
repropitiabitur ei, dimittetur'q; peccatum. Quãdo ingressi fueritis terram, & plantaueritis in Deut.22
ea ligna pomifera, auferetis præputia eorũ. *Poma quæ germinant, immũda erunt vobis, nec
edetis ex eis. Quarto anno omnis fructus eorũ sanctificabitur laudabilis dño. Quinto aũt an- Supra.17.d
no comedetis fructus, cõgregantes poma quę pferunt, Ego dñs deus vester. Nõ comedetis Heb. trib⁹ an nis erũt sibi
carnem cũ sanguine. Nõ augurabimini, nec obseruabitis somnia. Neq; in rotundũ attõde cia(fruct⁹). i. abominatio-
bitis comam, nec radetis barbam. Et super mortuo nõ incidetis carnes vestras, neq; figuras nes
F aliquas aut stigmata facietis vobis. Ego dñs. Ne pstituas filiam tuam, ne cõtaminetur ter- Exo.22.c
ra, & impleat piaculo. Sabbata mea custodite, & sanctuariũ meũ metuite. Ego dñs. Non
declinetis ad magos, nec ab hariolis aliquid sciscitemini vt polluamini per eos. Ego dñs deus
vester. Coram cano capite cõsurge, & honora personam senis, & time dominũ deũ tuum.
Ego sum dñs. Si habitauerit aduena in terra vestra, & moratus fuerit inter vos, nõ exprobre
tis ei, sed sit inter vos quasi indigena, & diligetis eũ quasi vosmetipsos. Fuistis enim & vos
aduenæ in terra Aegypti, Ego dominus deus vester. Nolite facere iniquũ aliquid in iudicio,
in regula, in põdere, in mensura. Statera iusta, & æqua sint põdera, iustus modus, æquusq; se-
xtarius. Ego dominus deus vester, qui eduxi vos de terra Aegypti. Custodite omnia præce-
pta mea, & vniuersa iudicia, & facite ea, Ego dominus.

¶De quibusdam sceleribus, morte puniendis. Ca. XX.

A L Ocutusq; est dominus ad Moysen, dicens: Hæc loqueris filijs Israhel. Hõ de filijs Isra-
hel, & de aduenis qui habitant in Israhel. Si quis dederit de semine suo idolo Moloch Supra.18.d
morte moriatur. Populus terræ lapidabit eum & ego ponã faciem meam cõtra illum
succidamq; eũ de medio ppli sui, eo q dederit de semine suo Moloch, & cõtaminaue
rit sanctuariũ meũ, ac polluerit nomen sanctũ meũ. Qđ si negligens pplus terræ, & quasi par-
uipendens imperiũ meum, dimiserit hominem qui dedit de semine suo Moloch, nec voluerit
eũ occidere, ponam faciem meam super hominem illũ, & cognatõem eius, succidamq; & ipsu Nume.11.d
B & omnes qui cõsenserunt ei vt fornicarentur cũ Moloch, de medio ppli sui. Anima quæ de- Iosue.3.b
clinauerit ad magos & hariolos, & fornicata fuerit cũ eis, ponam faciem meam cõtra eam, & 1.Regũ.16.b Exo.21.c
interficiam illam de medio ppli sui. Sanctificamini & estote sancti, quia & ego sanctus sum Prouer.20.a
dominus deus vester. Custodite præcepta mea, & facite ea. Ego dominus q sanctifico vos. Mat.15.a Mar.7.b
Qui maledixerit patri suo aut matri, morte moriatur. Patri matriq; qui maledixerit, sanguis Iohan.8.a
eius sit super eũ. Si mœchatus quis fuerit * cum vxore alterius, & adulterium perpetraue- He. cum mu
rit cum cõiuge pximi sui, morte moriãtur, & mœchus, & adultera. Qui dormierit cum no liere uiri
uerca sua, & reuelauerit ignominiã patris sui, morte moriant ambo. Sanguis eorũ sit sup eos.
Si quis dormierit cũ nuru sua, vterq; moriat, quia scelus operati sunt. Sanguis eorũ sit sup eos.

Qui

ctuario cũ polluerint illud, Ego dñs qui sanctifico eos. Omnis alienigena nõ comedet de sanctificatis. Inquilinus sacerdotis & mercenarius nõ vescet ex eis. Quẽ aũt sacerdos emerit, & qui vernaculus domus eius fuerit, hi comedent ex eis. Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit, de his q̃ sanctificata sunt & de primitiis nõ vescet. Sin aũt vidua vel repudiata & absq; liberis reuersa fuerit in domũ patris sui sicut puella cõsueuerat aletur cibis patris sui. Oĩs alienigena comedẽdi ex eis nõ habet potestatẽ. Qui comederit de sanctificatis ꝑ ignorantiã, addet quintã partẽ cũ eo q̃d comedit, & dabit sacerdoti in sanctuariũ. Nec cõtaminabũt sanctificata filioꝝ Israel, q̃ offerunt dño, ne forte sustineãt iniquitatẽ delicti sui, cũ sancti-
C ficata comederint. Ego dñs q sanctifico eos. Locutusq; est dñs ad Moysen, dicẽs: Loquere ad Aarõ & filios eius, & ad oẽs filios Israel, dicesq; ad eos. Homo de domo Israel, & de aduenis q habitãt apud vos, qui obtulerit oblationẽ suã, vel vota soluens, vel sponte offerens, quicq̃d illud obtulerit in holocaustũ dñi, * vt offerat per vos, masculus immaculatus erit ex bobus & ouibus, & ex capris. Si maculã habuerit, nõ offeretis, neq; erit acceptabile. Homo q obtulerit victimã pacificoꝝ dño, vel vota * soluẽs, vel spõte offerẽs, tã de bobus q̃ de ouib⁹ immaculatũ offeret, vt acceptabile sit. Omnis macula nõ erit in eo. Si cæcũ fuerit, si fractũ, si cicatricẽ habẽs, si papulas aut scabiẽ, aut impetiginẽ, nõ offeretis ea dño, nec adolebitis ex
D eis sup altare dñi. Bouẽ & ouẽ * aure & cauda amputatis, volũtarie offerre potes, votũ aũt ex his solui nõ potest. Omne animal quod vel cõtritis, vel tõsis, vel sectis ablatisq; testiculis est, nõ offeretis dño: & in terra vestra hoc omnino nõ faciatis. De manu alienigenæ nõ offeretis panes deo vestro, & quicquid aliud dare voluerit: quia corrupta & maculata sunt omnia, nõ suscipietis ea. Locutusq; est dñs ad Moysen, dicens: Bos, ouis & capra, cũ genita fuerint septem diebus erũt sub vbere matris suæ. Die aũt octauo & deinceps offerri poterũt domĩo. Siue illa bos, siue ouis, nõ immolabunt vna die cũ fœtibus suis. Si immolaueritis hostiã pro gratiaꝝ actiõe dño, vt possit esse placabilis, eodẽ die comedetis eam. Nõ remanebit quicq̃ in mane. Ego dominus. Custodite mandata mea, & facite ea. Ego dñs. Ne polluatis nomen meum sanctũ, vt sanctificer in medio filioꝝ Israel. Ego dominus qui sanctifico vos, & eduxi de terra Aegypti, vt essem vobis in deũ. Ego dominus.

He. ad volũtatem uestrã. Deut. 15. d Eccle. 35. b He. segregãs

He. inæqualiũ uel cõcretorum membrorum.

¶ De feriis, de paschate, de pentecoste, de festo tubarum, de festo expiationis, de festo tabernaculorum. Cap. XXIII.

A LOcutusq; est dñs ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos. Hæ sunt feriæ domini, quas vocabitis sanctas. Sex diebus facietis opus, dies septimus, quia sabbati requies est, vocabitur sanctus. Omne opus nõ facietis in eo. Sabbatum domini est, in cunctis habitatiõibus vestris. Hæ sunt ergo feriæ domini sanctæ, quas celebrare debetis temporibus suis. Mense primo quartadecima die mensis ad vesperũ, phase domini est: & quintadecima die mensis huius solennitatis azymorum domini est. Septem diebus azyma comedetis. Dies primus erit vobis celeberrimus, sanctusq;. Omne opus seruile nõ facietis in eo, sed offeretis sacrificium in igne domino, septem diebus. Dies autem septimus
B erit celebrior & sanctior, nullumq; seruile opus facietis in eo. Locutusq; est dñs ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos. Cum ingressi fueritis terram quã ego dabo vobis, & messueritis segetem, feretis manipulos spicarum primitias messis vestrę ad sacerdotem Qui eleuabit fasciculũ coram domino, vt acceptabile sit pro vobis, * altero die sabbati, & sanctificabit illũ. Atq; in eodem die quo manipulus cõsecratur, cædetur agnus immaculatus, anniculus, in holocaustum domini, & libamenta offerentur cum eo duæ decimæ similæ, con-
C spersæ oleo, in incensum domini, odoremq; suauissimũ, liba quoq; vini quarta pars Hin. Panem & polentã, & pultes nõ comedetis ex segete vsq; ad diem quo offeretis ex ea deo vestro. Præceptum est sempiternum in generatiõibus, cunctisq; habitaculis vestris. Numerabitis ergo ab * altero die sabbati in quo obtulistis manipulũ primitiaꝝ septem hebdomadas plenas vsq; ad alterã diem expletiõis hebdomadæ septimæ, id est, quinquaginta dies, & sic offeretis sacrificiũ nouum domino, ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos, de duabus decimis similæ fermentatæ, quos coquetis in primitias dñi. Offeretisq; cũ panibus septẽ agnos immaculatos anniculos, & vitulũ de armento vnũ, & arietes duos, & erũt in holocaustũ cũ libamentis suis, in odorẽ suauissimũ dño. Facietis & hircũ pro peccato, duosq; agnos anni-
D culos, hostias pacificoꝝ. Cumq; eleuauerit eos sacerdos cum panibus primitiaꝝ coram dño * cedent in vsum eius. Et vocabitis hunc diem celeberrimũ atq; sanctissimũ. Omne opus seruile nõ facietis in eo. Legitimũ sempiternũ erit in cunctis habitaculis & generationibus vestris. Postq̃ autẽ messueritis segetem terræ vestræ, nõ secabitis eam vsq; ad solũ: nec remanentes spicas colligetis, sed pauperibus & peregrinis dimittetis eas. Ego sum dñs deus vester
Locutusq; est dñs ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israhel. Mense septimo, prima die
E mensis, erit vobis sabbatũ memoriale, clangentibus tubis, & vocabitur sanctũ. Omne opus seruile nõ facietis in eo, & offeretis holocaustũ dño. Locutusq; est dñs ad Moysen, dicens:

De fe. c. hec 25. q. 1. c. ideo §. his ita, in prin. ubi. contra literam legis est.

Infra eodem Exo. 12. c Nume. 28. c

He. crastino

He. crastino

He. cũ duob⁹ agnis. sancti tas erũt dño p sacerdote. Sup. 19. b

Sup. 16. f

Decimo die mensis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus: & vocabitur sanctus, affligetisq; animas vestras in eo, & offeretis holocaustũ dño. Omne opus seruile non facietis in tẽpore diei huius, qa dies propitiatiõis est, vt propitiet vobis dñs deus vester. Omnis anima q̃ afflicta nõ fuerit die hac, peribit de populis suis: & quæ operis quippiã fecerit, delebo eã de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo. Legitimũ sempiternũ erit vobis in cunctis generationibus & habitatiõibus vestris. Sabbatũ requietiõis est, affligetisq; aĩas vestras. Die nono mẽsis septimi, à vespere vsq; ad vesperã celebrabitis sabbata vestra. Et locutus est dñs ad Moysen, dicẽs: Loquere filijs Israel. A quintodecimo die mẽsis huius septimi, erũt feriæ tabernaculorũ, septẽ diebus dño. Dies primus vocabit̃ celeberrimus atq; sanctissimus. Omne opus F seruile nõ facietis in eo, & septẽ diebus offeretis holocausta dño.* Dies quoq; octauus erit celeberrimus atq; sanctissimus, & offeretis holocaustũ dño. Est enĩ cœtus atq; collectæ. Omne opus seruile nõ facietis in eo. Hæ sunt feriæ dñi, quas vocabitis celeberrimas atq; sanctissimas offeretisq; in eis oblatiões dño holocausta & libamenta iuxta ritũ vniuscuiusq; diei, exceptis sabbatis dñi, donisq; vestris, & q̃ offeretis ex voto, vel q̃ spõte tribuetis dño. A qntodecimo ergo die mẽsis septimi, qñ cõgregaueritis oẽs fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias dñi septẽ diebus. Die primo & die octauo erit sabbatũ. Sumetisq; vobis die primo fructus arboris G pulcherrimæ, spatulasq; palmarũ & ramos ligni densarũ frondiũ, & salices de torrẽte: & lætabimini corã dño deo vr̃o, celebrabitisq; solẽnitatẽ ei⁹, septẽ diebus p annũ. Legitimũ & sempiternũ erit in generatiõibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis, & habitabitis in vmbraculis septẽ diebus. Oĩs * q de genere est Israel, manebit in tabernaculis, vt discant posteri vestri q in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cũ educerẽ eos de terra Aegypti. Ego dñs deus vester. Locutusq; est Moyses super solennitatibus dñi ad filios Israel.

de con. dist. 3 c. a in princ. de ferijs c. a

He. die octauo erit cõuocatio uobis sancta & oblationẽ offeretis dño, coetus est.

He. habitator in Israel.

¶Cõpositio lucernarũ, panes propositiõis, pœna blasphemi, pœna talionis Cap. XXIIII.

ET locutus est dñs ad Moysen, dicẽs: Præcipe filijs Israel, vt offerãt tibi oleũ de oliuis A purissimũ ac * lucidũ, ad cõcinnãdas lucernas iugiter extra velũ testimonij, in tabernaculo fœderis. Ponetq; eas Aarõ à vespere vsq; in mane corã dño, cultu rituq; ppetuo in generatiõibus vestris. Sup candelabrũ mundissimũ ponent semp in cõspectu dñi. Accipies quoq; similã, & coques ex ea duodecim panes, q singuli habebũt duas decimas. Quorũ senos altrinsecus sup mensam purissimã corã dño statues, & pones sup eos thus lucidissimũ, vt sit panis in monumentũ oblatiõis dñi. Per singula sabbata * mutabunt corã dño, B suscepti à filijs Israel fœdere sempiterno. Erũtq; Aaron & filiorũ eius, vt comedãt eos in loco sancto, quia sanctũ sanctorũ est de sacrificijs dñi, iure perpetuo. Ecce aũt egressus filius mulieris Israelitidis, quẽ pepererat de viro Aegyptio inter filios Israel, iurgatus est in castris cũ viro Israelitã. Cumq; blasphemasset nomen dñi, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. Vocabat aũt mater eius Salumith filia Dabri, de tribu Dan. Miseruntq; eũ in carcerẽ, donec C nossent quid iuberet dñs. Qui locutus est ad Moysen, dicẽs: Educ blasphemũ extra castra, & ponãt omnes q audierũt manus suas super caput eius, & lapidet eũ populus vniuersus. Et ad filios Israel loqueris. Homo qui maledixerit deo suo, portabit peccatũ suũ. Et q blasphemauerit nomẽ domini, morte moriat. Lapidibus opprimet eũ omnis multitudo populi. Siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit. Qui blasphemauerit nomen dñi, morte moriat. Qui percusserit & occiderit hominẽ, morte moriat. Qui percusserit animal, reddet vicariũ. i. animã pro anima. Qui irrogauerit maculã cuilibet ciuiũ suorũ, sicut fecit, sic fiet ei. Fracturã pro fractura, oculũ pro oculo, dentẽ pro dente restituet. Qualẽ inflixerit maculã, talẽ sustinere coget. D Qui percusserit iumentũ, reddet aliud. Qui percusserit hominẽ, punietur. Aequũ iudicium sit inter vos, siue peregrinus siue ciuis peccauerit: quia ego sum dñs deus vester. Locutusq; est Moyses ad filios Israel: & eduxerũt eũ qui blasphemauerat extra castra, ac lapidibus oppresserunt. Feceruntq; filij Israel, sicut præceperat dominus Moysi.

He. expressũ ad accẽdẽdũ lucer. &c.

Heb. ordinabuntur.

22. q. 1. ca. qd ergo in fi. b. Israelitis maledixerunt. de pœ. dist. 3. ca. ignis succensus in fi. c. quia in princ. 23. q. 5. post c reos. §. q coierit. 14. q. 1. ca. qd debet. 23. q. 4. c. sex. q. 4. c cũ inuira. § ex his.

Exo. 21. b Deut. 19. b Mat. 5. c

¶De sabbato anni septimi, & iubilæo. Cap. XXV.

LOcutusq; est dñs ad Moysen in mõte Sinai, dicẽs: Loquere filijs Israel, & dices ad eos. A Quãdo ĩgressi fueritis terrã quã ego dabo vobis, sabbatizetis sabbatũ dño. Sex annis seres agrũ tuũ, & sex annis putabis vineã tuã, collígesq; fruct⁹ ei⁹. Septimo aũt anno sabbatũ erit terræ requietiõis domini. Agrũ non seres, & vineã non putabis. Quæ sponte gignit humus non metes, & vuas primitiarũ tuarũ non colliges quasi vindemiam. Annus enim requietionis terræ est. Sed erũt vobis in cibũ, tibi & seruo tuo, ancillæ & mercenario tuo, & aduenæ qui peregrinat apud te, iumẽtis tuis, & pecoribus, oĩa quæ nascuntur, præbebunt cibũ. Numerabis quoq; tibi septẽ hebdomadas annorũ. i. septies septẽ, quæ simul fa B ciũt quadragintanouẽ, & clanges buccina mense septimo, decima die mensis, propitiatiõis tẽpore, in vniuersa terra vestra. Sãctificabisq; annũ qnquagesimũ: & vocabis remissionẽ cũctis habitatoribus terræ vestræ. Ipse ẽ enĩ iubilæus. Reuertet homo ad possessionẽ suã, & vnusqsq; rediet ad familiã pristinã q̃a iubilæus est, & qnquagesimus annus. Nõ seretis atq; metetis,

de pœ. dist. 4 c. qt aliqã. § q domũ. uer. in iubilæo

sponte

ſponte in agro naſcentia,& primitias vindemiæ nõ colligetis ob ſanctificationẽ iubilæi, ſed
ſtatim oblata comedetis. Anno iubilæi redient omnes ad poſſeſſiones ſuas. Quando vendes
quippiã ciui tuo, vel emes ab eo, ne cõtriſtes fratrẽ tuũ, ſed iuxta numerꝝ annoꝝ iubilæi emes
ab eo,& iuxta ſupputationẽ frugũ vendet tibi. Quãto plures anni remanſerint poſt iubilæũ,
tanto creſcet & pretiũ, quãto minus tẽporis numeraueris, tãto minoris emptio cõſtabit. Tẽ
D pus eñ frugũ vendet tibi. Nolite affligere cõtribules veſtros, ſed timeat vnuſquiſq; deũ ſuũ,
quia ego dominus deus veſter. Facite præcepta mea & iudicia cuſtodite,& implete ea, vt ha
bitare poſſitis in terra abſq; vllo pauore,& gignat vobis humus fructus ſuos, qbus veſcamini
vſq; ad ſaturitatẽ, nullius impetum formidãtes. Quod ſi dixeritis, quid comedemus anno ſe-
ptimo, ſi nõ ſeuerimus, neq; colligerimus fruges noſtras? Dabo benedictionẽ meã uobis an-
no ſexto,& faciet fructus triũ annoꝝ ſeretiſq; anno octauo,& comedetis veteres fruges, vſ-
q; ad nonũ annũ, donec noua naſcant̃, edetis vetera. Terra quoq; nõ vendetur in perpetuũ,
quia mea eſt,& vos aduenæ & coloni mei eſtis: Vnde cuncta regio poſſeſſionis veſtræ, ſub re
demptionis cõditione vendetur. Si attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſſiunculã ſuam
& voluerit propinquus eius poteſt redimere, quod ille vendiderat. Sin autẽ nõ habuerit ꝓ-
ximum,& ipſe pretiũ ad redimendũ potuerit inuenire, cõputabuntur fructus ex eo tempo-
E re quo vendidit,& quod reliquũ eſt reddet emptori, ſicq; recipiet poſſeſſionẽ ſuã. Quod ſi nõ
inuenerit manus eius vt reddat pretiũ, habebit emptor quod emerat vſq; ad annũ iubilæum.
In ipſo eñ omnis venditio redibit ad dominũ,& ad poſſeſſionẽ priſtinã. Qui vendiderit
domum intra vrbis muros, habebit licentiã redimendi donec vnus impleatur annus. Si non
redemerit & anni circulus fuerit reuolutus, emptor ꝑ poſſidebit eã,& poſteri eius in perpetuũ
& redimi nõ poterit, etiã in iubilæo. Sin autem in villa fuerit domus, quæ muros non habet,
agroꝝ iure vẽdetur. Si ante redempta nõ fuerit, in iubilæo reuertetur ad dominũ ſuum. Ae-
des leuitaꝝ quæ in vrbibus ſunt, ſemper poſſunt redimi. Si redemptæ nõ fuerint in iubilæo,
reuertentur ad dominos, quia domus vrbiũ leuitaꝝ pro poſſeſſiõibus ſunt inter filios Iſrael.
Suburbana autẽ eoꝝ nõ veneant, quia poſſeſſio ſempiterna eſt. Si attenuatus fuerit frater tu-
F us & infirmus manu, * & ſuſceperis eum quaſi aduenã & pegrinũ, & vixerit tecũ, ne accipias — ne. & cõfirmabis eum (& ſi) aduenam &c.
i.q.ſ.c.pu-ant. vſuras ab eo, nec amplius q̃ dediſti. Time deũ tuũ, vt viuere poſſit frater tuus apud te. Pecuniã
tuã nõ dabis ei ad vſurã,& frugũ ſuperabundantiã nõ exiges, Ego dominus deus veſter qui
eduxi vos de terra Aegypti, vt darẽ vobis terrã Chanaan,& eſſem veſter deus. Si pauper-
tate compulſus vendiderit ſe tibi frater tuus, nõ eum opprimes ſeruitute famuloꝝ, ſed quaſi
mercenarius & colonus erit, vſq; ad annũ iubilæũ operabitur apud te,& poſtea egrediet̃ cũ
liberis ſuis,& reuertetur ad cognationẽ & ad poſſeſſionem patrũ ſuoꝝ. Mei eñ ſerui ſunt,& — Inf. eodem
ego eduxi eos de terra Aegypti. Non veneant cõditione ſeruoꝝ, nec affligas eum per poten
tiam, ſed metuito deũ tuũ. Seruus & ancilla ſint vobis de nationibus quæ in circumitu veſtro
ſunt,& de aduenis qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra veſtra. Hos
habebitis ſamulos,& hæreditario iure tranſmittetis ad poſteros, ac poſſidebitis in æternum
Fratres autẽ veſtros filios Iſrael ne opprimatis per potentiã. Si inualuerit apud vos manus
aduenæ atq; peregrini,& attenuatus frater tuus vendiderit ſe ei, aut cuiq̃ de ſtirpe eius, poſt
G venditionẽ poteſt redimi. Qui voluerit ex fratribus ſuis, redimat eum,& patruus & patrue-
lis,& cõſanguineus & affinis. Sin autẽ & ipſe potuerit, redimet ſe, ſupputatis duntaxat annis
à tempore venditiõis ſuæ, vſq; in annũ iubilæũ,& pecunia qua venditus fuerat, iuxta annoꝝ
numeꝝ & ratiõe mercenarij ſupputata. Si plures fuerint anni qui remanent vſq; ad iubilæũ,
ſecundũ hos reddet & pretiũ. Si pauci, ponet rationem cũ eo iuxta annoꝝ numeꝝ,& reddet
emptori q̃d reliquũ eſt annoꝝ, quibus ante ſeruiuit mercedibus imputatis, nõ affliget eũ vio
lenter in cõſpectu tuo. Quod ſi per hæc redimi nõ potuerit, anno iubilæo egredietur cũ libe — Sup. eo.
ris ſuis. Mei enim ſunt ſerui filij Iſrael, quos eduxi de terra Aegypti.

¶ Promiſſio benedictiõis ſeruantibus ꝓcepta,& maledictiõis nõ ſeruãtibus. Cap. XXVI.

A EGo dominus deus veſter. Nõ facietis vobis idolum & ſculptile, nec titulos erigetis, — Exo. 20. a
nec inſignem lapidẽ ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum, Ego enim ſum domi- — Deut. 5. a
nus deus veſter. Cuſtodite ſabbata mea,& pauete ſanctuarũ meum. Ego dominus — Pſal. 96. b
Si in præceptis meis ambulaueritis & mandata mea cuſtodieritis & feceritis ea, da
bo vobis pluuiam temporibus ſuis,& terra gignet germen ſuũ,& pomis arbores replebun- — Deut. 28. a
tur. Apprehendet meſſium tritura vindemiam,& vindemia occupabit ſementem. Et come
detis panem veſtrũ in ſaturitate,& abſq; pauore habitabitis in terra veſtra. Dabo pacem in — Iob. 11. d
finibus veſtris. Dormietis & nõ erit qui exterreat. Auferã malas beſtias,& gladius nõ tranſi-
B bit terminos veſtros. Perſequemini inimicos veſtros,& corruent coram vobis. Perſequent̃
quinq; de veſtris centũ alienos,& centum de vobis decem milia. Cadent inimici veſtri gla-
dio in cõſpectu veſtro. Reſpiciam vos & creſcere faciam, multiplicabimini,& firmabo pactũ
u. Aiſ. c. eiki meũ vobiſcũ. Comedetis vetuſtiſſima veterum & vetera nouis ſuperuenientibus proijcietis.

g 2 Ponam

2.Cor.6.d Ponã tabernaculũ meũ in medio vestri,& nõ abijciet vos anima mea. Ambulabo inter vos, *et in s. bl. nouo testamento.*
Deut.28.b & ero deus vester, vosq; eritis populus meus. Ego dominus deus vester qui eduxi vos de ter
Thren.2.f ra Aegyptiorũ, ne seruiretis eis, & qui confregi catenas ceruicũ vestrarũ, vt incederetis ere-
Malac.2.a cti. Quod si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, sed spreueritis leges meas
& iudicia mea cõtempseritis, vt nõ faciatis ea quæ à me constituta sunt, & ad irritũ perducatis
pactũ meũ, ego quoq; hæc faciã vobis, Visitabo vos velociter in egestate & ardore, qui consi
ciat oculos vestros, & cõsumat animas vestras. Frustra seretis sementẽ quæ ab hostibus deuo
Deut.28.c rabitur. Ponã faciẽ meã contra vos, & corruetis corã hostibus vestris, & subijciemini his qui
oderunt vos. Fugietis nemine persequente. Sin aũt nec sic obedieritis mihi, addã correptiões C
vestras septuplũ propter peccata vestra, & conterã superbiam duritiæ vestræ, Daboq; vobis
cœlũ desuper sicut ferrũ, & terrã æneã. Consumetur incassum labor vester, nõ proferet terra
germen, nec arbores poma præbebũt. Si ambulaueritis ex aduerso mihi, nec volueritis audi-
re me, addã plagas vestras vsq; in septuplũ propter peccata vestra, Emittamq; in vos bestias
agri, quæ cõsumant vos & pecora vestra, & ad paucitatẽ cuncta redigãt, Desertæq; fiant viæ
vestræ. Quod si nec sic volueritis recipe disciplinã, sed ambulaueritis ex aduerso mihi, Ego
quoq; contra vos aduersus incedã, & percutiã vos septies propter peccata vestra, Inducamq; D
super vos gladiũ vltorẽ fœderis mei, Cumq; cõfugeritis in vrbes, mittã pestilentiã in medio
vestri, & trademini in manus hostiũ. Postq̃ cõfregero baculũ panis vestri, ita vt decẽ mulie-
res in vno clybano coquãt panes, & reddãt eos ad pondus & comedetis, & nõ saturabimini.
Sin aũt nec per hæc audieritis me, sed ambulaueritis cõtra me. Et ego incedã aduersus vos
in furore cõtrario, Et corripiã vos septẽ plagis propter peccata vestra, ita vt comedatis car- E
nes filiorũ vestrorũ, & filiarũ vestrarũ, Destruã excelsa vestra, & simulachra cõfringã, Cadetis
inter ruinas idolorũ vestrorũ, & abominabit vos anima mea, intantũ vt vrbes vestras redigã
He. nõ odorabo odorem quietis uestræ in solitudinẽ, & deserta faciã sanctuaria vestra, *nec recipiã vltra odorẽ suauissimũ, disperdã-
q; terrã vestrã, & stupebũt super ea inimici vestri cũ habitatores illius fuerint. Vos aũt disper
gã in gentes, & euaginabo post vos gladiũ, Eritq; terra vestra deserta, & ciuitates vestrę, Tũc
placebũt terræ sabbata sua cunctis diebus solitudinis suæ, Quãdo fueritis in terra hostili sab- F
batizabit, & requiescet in sabbatis solitudinis suæ, eo ꝙ non requieuerit in sabbatis vestris,
quando habitabitis in ea. Et qui de vobis remanserint dabo pauorẽ in cordibus eorũ, in regio
Heb. impulsi nibus hostiũ, Terrebit eos sonitus folij * volantis, & ita fugient quasi gladiũ, Cadent nullo p-
sequente, & corruent singuli super fratres suos, quasi bella fugientes, Nemo vestrũ inimicis
audebit resistere. Peribitis inter gentes, & hostilis vos terra consumet. Quod & si de his aliq
remanserint, tabescẽt in iniquitatibus suis in terra inimicorũ suorũ, & propter peccata patrũ
suorũ & sua affligent, donec confiteant iniquitates suas, & maiorũ suorũ recordent, quibus p-
uaricati sunt in me, & ambulauerunt ex aduerso mihi: Ambulabo igitur & ego contra eos, &
He. placebũt iniquitates suę inducã illos in terrã hostilẽ, *donec erubescat incircũcisa mens eorũ, Tunc * orabũt pro im-
2.Cor.6.d pietatibus suis, & recordabor fœderis mei quod pepigi cũ Iacob & Isaac & Abrahã, terrę quoq; G
memor ero, Quæ cũ relicta fuerit ab eis, cõplacebit sibi in sabbatis suis, patiẽs solitudinẽ pro-
pter illos: Ipsi vero rogabunt pro peccatis suis, eo ꝙ abiecerint iudicia mea, & leges meas de-
spexerint. Attamen etiam cum essent in terra hostili nõ penitus abieci eos, neq; sic despexi vt
consumerent, & irritũ facerẽ pactũ meũ cum eis: Ego enim sum dominus deus eorũ, & recor
dabor fœderis mei pristini, quando eduxi eos de terra Aegypti in cõspectu gentiũ, vt essem
deus eorũ, Ego dominus deus. Hæc sunt iudicia atq; præcepta & leges quas dedit domin⁹
inter se & inter filios Israel in monte Sinai per manum Moysi.

¶De varijs votis, & redemptione eorundem, de decimis Cap. XXVII.

LOcutusq; est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Ho-
mo qui votũ fecerit, & spoponderit deo animã suã, sub æstimatione dabit pretiũ. Si A
fuerit masculus à vicesimo anno vsq; ad sexagesimũ annũ, dabit qnquaginta siclos *De por. dis.s. c. qs aliqui. § qui domum*
argẽti ad mẽsurã sanctuarij, si mulier triginta. A quinto aũt anno vsq; ad vicesimum
masculus dabit viginti siclos, fœmina decẽ. Ab vno mẽse vsq; ad annũ quintũ, pro masculo
dabunt quinq; sicli, pro fœmina tres. Sexagenarius & vltra, masculus dabit quindecim siclos,
fœmina decẽ. Si pauper fuerit, & æstimationem reddere non valebit, stabit coram sacerdote
& quantũ ille æstimauerit & viderit eũ posse reddere, tantũ dabit: Animal autẽ quod immo-
lari potest domino, si quis vouerit, sanctũ erit, & mutari nõ poterit, id est nec melius malo,
nec peius bono. Quod si mutauerit, & ipsum q̃d mutatũ est, & illud pro quo mutatũ est, cõse-
cratũ erit domino. Animal immundũ quod immolari domino non potest, si quis vouerit,
adducetur ante sacerdotem, qui dijudicans vtrum bonum an malũ sit, statuet pretium. Quod B
si dare voluerit is qui offert, addet super æstimationem quintam partem. Homo si vouerit
domum suã & sanctificauerit domino, considerabit eam sacerdos, vtrum bona sit an mala, &
iuxta pretiũ q̃d ab eo fuerit cõstitutũ venũdabitur: Sin aũt ille qui vouerat, voluerit redimere
eam

eam,dabit quintã partẽ æstimationis supra,& habebit domum. Quod si agrũ possessionis suæ
C vouerit,& consecrauerit domino,iuxta mensurã sementis æstimabit pretiũ. Si triginta modijs
ordei seritur terra,quinquaginta siclis venundetur argenti. Si statim ab anno incipientis iubi-
læi vouerit agrũ,quanto valere potest,tanto æstimabitur. Sin autẽ post aliquantulum tempo-
ris supputabit sacerdos pecũniã iuxta annorũ qui reliqui sunt numerũ,usq; ad iubilæũ,& detra-
hetur ex pretio. Quod si voluerit redimere agrũ ille qui vouerat,addet quintã partẽ æstimatæ
pecuniæ,& possidebit eũ. Sin autem noluerit redimere,sed alteri cuilibet fuerit venũdatus vltra
eũ qui vouerat,redimere non poterit,quia cũ iubilæi venerit dies,sanctificatus erit dño,& pos-
sessio cõsecrata,ad ius pertinebit sacerdotũ. Si ager emptus est,& non de possessione maiorum Exo.30.b.
sanctificatus fuerit dño,supputabit sacerdos,iuxta annorũ numerũ usq; ad iubilæũ pretiũ,& da Num.3.g
bit ille qui vouerat eũ dño. In iubilæo autẽ reuertetur ad priorẽ dñm qui vendiderat eum,& ha- Ezech.45.d.
buerat in sortẽ possessionis suæ. Omnis æstimatio siclo sanctuarij ponderabitur. Siclus viginti
obulos habet. Primogenita quæ ad deũ pertinent,nemo sanctificare poterit,& vouere,siue
D bos siue ouis fuerit domini sunt. Quod si immundum est animal redimet qui obtulit iuxta æsti-
mationẽ suã,& addet quintã partẽ pretij. Si redimere noluerit,vendetur alteri quantũcunq; fue-
12.q.2.c.nul li. rit ante æstimatũ. Omne quod dño consecratur siue homo fuerit,siue animal,siue ager,nõ veniet,
nec redimi poterit. Quicquid semel fuerit cõsecratũ,sanctũ sanctorũ erit dño. Et omnis cõsecra
16.q.7.c.oẽs decimæ de deci.c.tua.c in aliqbus.x cum non sic tio quæ offertur ab homine,nõ redimetur,sed morte morietur. Omnes decimæ terræ,siue de pomis
arborũ siue de frugibus,dñi sunt,& illi sanctificantur. Si quis autẽ voluerit redimere decimas suas,ad-
det quintã partẽ earũ. Omniũ decimarũ bouis & ouis,& capræ quæ sub pastoris virga trãseũt quic-
quid decimũ venerit,sanctificabitur dño. Non eligetur nec bonũ nec malũ,nec altero cõmutabitur.
Si quis mutauerit,& quod mutatũ est,& pro quo mutatũ est,sanctificabitur dño,& nõ redimetur.
Hæc sunt præcepta quæ mandauit dñs Moysi ad filios Israel in monte Sinai.

FINIS LIBRI LEVITICI.

LIBER NVMERORVM וידבר
Vaiedaber Hebraicæ.

¶Iubentur numerari ad pugnam apti. Cap. I.

A LOCVTVSQVE EST DOMINVS AD MO-
sen in deserto Sinai,in tabernaculo fœderis, prima die mẽsis secũdi, Infra.26.a
anno altero egressionis eorũ ex Aegypto,dicẽs. Tollite summã vni- Exod.30.b
uersæ cõgregationis filiorũ Israel per cognationes & domos *suas, patrũ suorũ.
& noĩa singulorũ quicquid sexus ẽ masculini à vicesimo anno & supra,
omniũ virorũ fortiũ ex Israel,& numerabitis eos per turmas suas,tu
& Aaron. *Eruntq; vobiscũ principes tribuũ ac domorũ in cogna-
tiõibus suis,quorũ ista sunt noĩa. De tribu Ruben Elizur filius Sede Heb. Eruntq; uobiscũ singuli e singulis tribubus quorum quisq; princeps sit domus patris sui
ur. De tribu Symeon,Salumihel filius Surisaddai. De tribu Iu-
da,Naason filius Aminadab. De tribu Isaschar, Nathanael filius Suar. De tribu Zabulon,
Heliab filius Helon. Filiorũ autẽ Ioseph de tribu Effraim,Elisama filius Ammiud. De tribu
B Manasse, Gamaliel filius Phadassur. De tribu Beniamin,Abidan filius Gedeonis. De tribu
Dan,Ahiezer filius Amisaddai. De tribu Aser,Phegiel filius Ochran. De tribu Gad,He-
liasaph filius Duel. De tribu Nephthali,Ahira filius Henan. Hi *nobilissimi principes mul Heb. noĩati
titudinis,per tribus & cognationes suas,& capita exercitus Israel,quos tulerunt Moyses & A-
aron cũ omni vulgi multitudine,& cõgregauerunt primo die mẽsis secũdi recẽsentes eos,per
cognationes,& domos ac familias,& capita,& nomina singulorũ,à vicesimo anno & supra,si-
cut præceperat dñs Moysi. Numeratiq; sunt in deserto Sinai,de Ruben primogenito Israelis,per
generationes & familias,ac domos suas,ac nomina capitũ singulorũ,omne quod sexus est mascu
C lini,à vicesimo anno & supra,procedentiũ ad bellũ, quadraginta sex milia quingẽti. De filijs
Symeon per generationes & familias,ac domos cognationũ suarũ,recensiti sunt per nomina,
& capita singulorũ,omne quod sexus est masculini,à vicesimo anno & supra,procedentium ad
bellum,quinquagintanouẽ milia trecenti. De filijs Gad per generationes & familias ac domos
cognationũ suarũ,recẽsiti sunt per nomina singulorũ à viginti annis & supra,oẽs qui ad bella pro-
cederẽt,quadragintaquinq; milia sexcẽti quinquaginta. De filijs Iuda,per generationes & familias,
ac domos cognationũ suarũ,per noĩa singulorũ,à vicesimo anno & supra,oẽs qui poterãt ad bella
D procedere,recẽsiti sunt septuagintaquatuor milia,sexcẽti. De filijs Isaschar per generationes
& familias,ac domos cognationũ suarũ,per nomina singulorũ à vicesimo anno & supra, oẽs qui ad
bella procederẽt, recensiti sunt quinquagintaquatuor milia quadringenti. De filijs Zabulon
per generationes & familias ac domos cognationũ suarũ,recensiti sunt per nomina singulorũ,à vi-
cesimo anno & supra,oẽs qui poterãt ad bella procedere,quinquaginta septẽ milia quadringenti.
De filijs Ioseph filiorũ Effraim,per generationes & familias ac domos cognationũ suarũ, recẽsiti sunt

per nomina ſingulorũ à viceſimo anno & ſupra, omnes qui poterant ad bella procedere, qua-
draginta milia quingenti. Porro filiorũ Manaſſe per generationes & familias ac domos co- E
gnationũ ſuarũ, recenſiti ſunt per nomina ſingulorũ, à viginti annis & ſupra, omnes qui pote-
rant ad bella procedere, trigintaduo milia ducenti. De filijs Beniamin, per generationes & fa
milias, ac domos cognationũ ſuarũ, recenſiti ſunt nominibus ſingulorũ à viceſimo anno, & ſu-
pra, om̃es qui poterant ad bella procedere, trigintaquinq; milia q̃dringenti. De filijs Dan, p
generationes & familias ac domos cognationum ſuarũ, recenſiti ſunt nominibus ſingulorum,
à viceſimo anno & ſupra, omnes qui poterant ad bella procedere, ſexagintaduo milia ſeptingẽ
ti. De filijs Aſer per generationes & familias, ac domos cognationũ ſuarũ, recenſiti ſunt per F
Heb. vnũ & quadraginta milia qngẽti — nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſupra, omnes qui poterant ad bella procedere *quadra
ginta milia & mille quingenti. De filijs Nephthalim, per generationes & familias, ac domos
cognationum ſuarum, recenſiti ſunt nominibus ſingulorum à viceſimo anno & ſupra, omnes
qui poterant ad bella procedere, quinquagintatria milia quadringenti. Hi ſunt quos numera-
uerunt Moyſes & Aaron, & duodecim principes Iſrael, ſingulos per domos cognationũ ſua-
rum. Fuerunt omnes filij Iſrael per domos & familias ſuas, à viceſimo anno & ſupra, q pote-
rant ad bella procedere, ſexcentatria milia virorum, quingenti quinquaginta. Leuitæ autem
in tribubus familiarũ ſuarũ non ſunt numerati cũ eis. Locutusq; eſt dominus ad Moyſen, di- G
cẽs. Tribum Leui noli numerare, neq; pones ſummã eorũ cũ filijs Iſrael, ſed conſtitues eos ſup
tabernaculũ teſtimonij, & cuncta vaſa eius, & quicquid ad cerimonias pertinet. Ipſi portabunt
tabernaculũ, & omnia vtenſilia eius, & erunt in miniſterio, ac per gyrũ tabernaculi metabunt.
Cum proficiſcendũ fuerit, deponent Leuitæ tabernaculũ, cum caſtrametanda, erigent. Quiſqs
externorum acceſſerit, occidetur. Metabuntur autẽ caſtra filij Iſrael vnuſquiſq; per turmas &
cuneos atq; exercitũ ſuũ. Porro Leuitæ per gyrũ tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio
ſuper multitudinẽ filiorũ Iſrael, & excubabunt in cuſtodijs tabernaculi teſtimonij. Fecerunt
ergo filij Iſrael iuxta omnia quæ præceperat dñs Moyſi.

¶Ordinantur ſtationes caſtrorum, recenſitis familiarum principibus. Cap II.

LOcutusq; eſt dominus ad Moyſen & Aaron, dicens. Singuli per turmas, ſigna atq; ve- A
xilla, & domos cognationũ ſuarũ caſtrametabuntur filij Iſrael per gyrum tabernaculi [illegible margin note]
fœderis. Ad orientẽ Iudas figet tentoria per turmas exercitus ſui, eritq; princeps fi
liorũ eius Naaſon filius Aminadab. Et omnis de ſtirpe eius ſumma pugnantiũ, ſeptua-
gintaquatuor milia ſexcenti. Iuxta eum caſtrametati ſunt de tribu Iſſachar, quorũ princeps
fuit Nathanael filius Suar, & omnis numerus pugnatorũ eius, quinquagintaquatuor milia qua-
dringenti. In tribu Zabulon, princeps fuit Heliab filius Helon, omniſq; de ſtirpe eius exer-
citus pugnatorũ, quinquagintaſeptẽ milia quadringenti. Vniuerſi qui in caſtris Iudæ annu-
merati ſunt, fuerunt centũ octoginta ſex milia quadringenti. Et per turmas ſuas primi egrediẽ- B
tur. In caſtris filiorũ Ruben, ad meridianã plagã erat princeps Eliſur, filius Sedeur, & cunctus
exercitus pugnatorum eius, qui numerati ſunt quadragintaſex milia quingenti. Iuxta eum
caſtrametati ſunt de tribu Symeon, quorũ princeps fuit Salumihel filius Suriſaddai, & cunctus
exercitus pugnatorũ eius, qui numerati ſunt quinquagintanouẽ milia trecẽti. In tribu Gad,
princeps fuit Eliaſaph, filius Duel, & cunctus exercitus pugnatorũ eius, qui numerati ſunt qua-
dragintaquinq; milia ſexcenti quinquaginta. Omnes qui recenſiti ſunt in caſtris Ruben centũ
Heb. qnquagĩta unũ milia quadrin. &c. — *quinquaginta milia & mille quadringenti quinquaginta, per turmas ſuas in ſecũdo loco pro-
ficiſcẽtur. Leuabitur aũt tabernaculũ teſtimonij per officia Leuitarũ, & turmas eorũ: Quomo-
do erigetur ita & deponetur. Singuli per loca & ordines ſuos proficiſcentur. Ad occidenta C
lem plagã erunt caſtra filiorũ Effraim, quorũ princeps fuit Heliſama filius Ammiud: Cũctus ex-
ercitus pugnatorum eius, qui numerati ſunt quadraginta milia quingenti. Et cum eis tribus
filiorũ Manaſſe, quorũ princeps fuit Gamaliel, filius Phadaſſur, cunctuſq; exercitus pugnatorũ
eius q numerati ſunt trigintaduo milia ducenti. In tribu filiorũ Beniamin, princeps fuit Abi-
dan, filius Gedeonis & cunctus exercitus pugnatorũ eius qui recenſiti ſunt, triginta quinq; mi-
lia quadringenti Omnes q numerati ſunt in caſtris Effraim, centũ octo milia. Per turmas ſuas
tertij proficiſcent. Ad aquilonis partẽ caſtrametati ſunt filij Dan, quorũ princeps fuit Ahie
zer, filius Amiſaddai. Cũctuſq; exercitus pugnatorũ eius qui numerati ſunt, ſexagintaduo mi-
lia ſeptingenti. Iuxta eũ fixere tẽtoria de tribu Aſer, q̃rũ princeps fuit Phegiel, filius Ochran. D
Cunctuſq; exercitus pugnatorũ eius qui numerati ſunt, quadraginta milia & mille quingenti.
De tribu filiorũ Nephthalim princeps fuit Ahira, filius Enan: Cunctus exercitus pugnatorum
eius, quinquagintatria milia quadringẽti: Oẽs q numerati ſunt in caſtris Dan, fuerũt centũ qn-
q̃gintaſeptẽ milia ſexcẽti: Et nouiſſimi pficiſcent. Hic numerus filiorũ Iſrael p domos cogna
tionũ ſuarũ & turmas diuiſi exercitus, ſexcẽta tria milia qngẽti qnq̃ginta. Leuitæ aũt non ſunt
nũerati inter filios Iſrael: Sic em̃ pcepat dñs Moyſi. Fecerũtq; filij Iſrael iuxta oĩa q̃ manda-
uerat dñs: Caſtrametati ſunt per turmas ſuas, & profecti per familias ac domos patrũ ſuorum.

Leuitis

¶Leuitis ad pugnã nõ nũeratis, daſ adminiſtratio ſacroꝝ, ſtatioq́ȝ circa tabernaculũ. Cap. III.

A H Ae ſunt generationes Aaron & Moyſi, in die qua locutus eſt dominus ad Moyſen,
in monte Sinai. Et hæc noĩa filioꝝ Aaron, Primogenitus eius Nadab, deinde Abihu
& Eleazar, & Ithamar. Hæc nomina filioꝝ Aaron ſacerdotum qui vncti ſunt, & q̃. Leuit.10.b
rum repletæ & cõſecratæ manus, vt ſacerdotio fungerenſ. Mortui ſunt em̃ Nadab infra.26.g Para.24.a
B & Abihu cũ offerrent ignẽ alienũ in cõſpectu dñi, in deſerto Sinai abſq́ȝ liberis. Functiq́ȝ ſunt ſa
cerdotio, Eleazar & Ithamar, corã Aaron patre ſuo. Locutusq́ȝ eſt dominus ad Moyſen, di
32.diſt.c.4.§ omnium. cens. Applica tribũ Leui, & fac ſtare in conſpectu Aaron ſacerdotis, vt miniſtrẽt ei, & excubẽt
& obſeruent quicquid ad cultũ pertinet multitudinis, corã tabernaculo teſtimonij, & cuſtodi-
ant vaſa tabernaculi, ſeruientes in miniſterio eius: Dabisq́ȝ dono Leuitas Aaron & filijs eius, q.
51.di.c.tenere.ibi.qa ex a ia tribu eſt 62.diſt.c.pro poſuiſti.&c. bus traditi ſunt à filijs Iſrael. Aaron aũt & filios eius conſtitues ſuper cultum ſacerdotij: Exter-
nus qui ad miniſtrandũ acceſſerit, morieſ. Locutusq́ȝ eſt dñs ad Moyſen, dicẽs: Ego tuli Le-
uitas à filijs Iſrael pro omni primogenito q̃ aperit vuluã in filijs Iſrael, erũtq́ȝ Leuitæ mei. Me-
um eſt em̃ omne primogenitũ. Ex q̃ percuſſi primogenita in terra Aegypti, ſanctificaui mihi
C quicq̃d primũ naſcitur in Iſrael: Ab homine vſq́ȝ ad pecus mei ſunt. Ego dominus. Locutus-
p'urimos.15.q.1.c.nec is. q́ȝ eſt dñs ad Moyſen in deſerto Sinai, dicẽs. Numeraui filios Leui per domos patrũ ſuoꝝ, &
familias. Omnẽ maſculũ ab vno mẽſe & ſupra. Numerauit Moyſes vt præceperat dñs, & in- Exod.13.a
uenti ſunt filij Leui per nomina ſua, Gerſom & Caath & Merari. Filij Gerſom, Lobni & Se- infra.8.
mei. Filij Caath, Amram & Ieſſaar, Hebron & Oziel. Filij Merari, Mooli & Muſi. De
D Gerſom fuere familiæ duæ, Lobnitica & Semeitica, quaꝝ nũeratus eſt populus ſexus maſculini
ab vno menſe & ſupra, ſeptẽ milia quingenti. Hi poſt tabernaculũ metabũtur, ad occidentem
ſub principe Eliaſaph filio Iahel, & habebunt excubias in tabernaculo fœderis, ipſum taberna-
culum & operimentum eius, tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis, & cortinas a-
trij, tentorium quoq́ȝ quod appenditur in introitu atrij tabernaculi, & quicquid ad ritum alta-
ris ptinet, funes tabernaculi, & omnia vtenſilia eius. Cognatio Caath habebit populos Am-
ramitas & Ieſſaaritas, & Hebronitas, & Ozileitas. Hæ ſunt familiæ Caathitarum, recenſitę per
nomina ſua omnes generis maſculini ab vno mẽſe & ſupra octo milia ſexcenti. Habebunt ex-
E cubias ſanctuarij, & caſtrametabuntur ad meridianam plagam. Princepsq́ȝ eorum erit, Eliſa-
pham filius Oziel, & cuſtodient arcam menſamq́ȝ, & candelabrum, altaria, & vaſa ſanctuarij,
in quibus miniſtratur, & velum, cunctamq́ȝ huiuſcemodi ſuppellectilem. Princeps autẽ princi
pum Leuitaꝝ Eleazar, filius Aaron ſacerdotis, erit ſuper excubitores cuſtodiæ ſanctuarij. At
vero de Merari erunt populi Moolitæ & Muſitæ, recenſiti per noĩa ſua, oẽs generis maſculini
ab vno mẽſe & ſupra, ſex milia ducenti. Princeps eoꝝ Suriel, filius Abiaiel in plaga ſeptentrio-
nali caſtrametabunſ. Erunt ſub cuſtodia eoꝝ tabulæ tabernaculi, & vectes, & colũnæ, ac baſes
eaꝝ, & oĩa quæ ad cultũ huiuſmodi pertinent, colũnæq́ȝ atrij per circuitũ, cũ baſibus ſuis, & pa
xilli cũ funibus. Caſtrametabunſ ante tabernaculũ fœderis. i. ad orientalem plagã Moyſes
& Aaron cũ filijs ſuis, habẽtes cuſtodiam ſanctuarij in medio filioꝝ Iſrael. Quiſquis alienus ac-
ceſſerit, morieſ. Oẽs Leuitæ q̃s numerauerũt Moyſes & Aaron iuxta præceptũ dñi, per famili
as ſuas in gñe maſculino, à mẽſe vno & ſupra, fuerũt vigintiduo milia. Et ait dñs ad Moyſen.
Numera primogenitos ſexus maſculini de filijs Iſrael, & ab vno mẽſe & ſupra, & habebis ſum-
de uoꝝ.c.magis.§.cũ igiſ mã eoꝝ. Tollesq́ȝ Leuitas mihi ꝓ omni primogenito filioꝝ Iſrael. Ego ſum dñs. Et pecora eo
rum pro vniuerſis primogenitis pecoꝝ filioꝝ Iſrael. Recenſuit Moyſes ſicut p̃ceperat dñs
primogenitos filioꝝ Iſrael: & fuerũt maſculi per nomina ſua, à menſe vno & ſupra, vigintiduo
F milia ducenti ſeptuagintatres. Locutusq́ȝ eſt dñs ad Moyſen, dicẽs: Tolle Leuitas ꝓ primo-
genitis filioꝝ Iſrael, & pecora Leuitaꝝ, pro pecoribus eoꝝ. Eruntq́ȝ Leuitę mei. Ego ſum do-
minus. In pretio aũt ducentoꝝ ſeptuagintatriũ, qui excedunt numeꝝ Leuitaꝝ, de primogeni
tis filioꝝ Iſrael, accipies quinq́ȝ ſiclos per ſingula capita, ad menſuram ſanctuarij. Siclus habet
viginti obolos, Dabisq́ȝ pecuniã Aaron & filijs eius, pretiũ eoꝝ q̃ ſupra ſunt. Tulit igiſ Moy-
ſes pecuniã eoꝝ q̃ fuerat amplius, & quos redemerat à Leuitis pro primogenitis filioꝝ Iſrael, Exod.13.a Leuit.27.c
mille trecentoꝝ ſexagintaquinq́ȝ ſicloꝝ, iuxta pondus ſanctuarij, & dedit eam Aaron & filijs Ezech.45.d
eius, iuxta verbum quod præceperat ſibi dominus.

¶Officia Leuitarum, iuxta cuiuſq́ȝ familiam. Cap. IIII.

A L Ocutusq́ȝ eſt dñs ad Moyſen, & Aaron, dicens: Tolle ſummã filioꝝ Caath de medio
93.diſt.c.diaconi ſũt uero ſuſcipit. Leuitaꝝ per domos & familias ſuas, à triceſimo anno & ſupra, vſq́ȝ ad quinquageſi-
mum annũ, omnium q̃ ingrediuntur, vt ſtent, & miniſtrent in tabernaculo fœderis.
Hic eſt cultus filioꝝ Caath. Tabernaculum fœderis & ſanctum ſanctorum ingrediẽ-
tur Aaron & filij eius, quando mouẽda ſunt caſtra, & deponẽt velum quod pendet ante fores
inuoluentq́ȝ eo arcam teſtimonij, & operient rurſum velamine hyacinthinarũ pellium, extẽ-
dentq́ȝ deſuper pallium totum hyacinthinum, & inducent vectes. Menſam quoque pro-
poſitionis inuoluent hyacinthino pallio, & ponent cum ea thuribula & mortariola, cyathos,

 & cra-

& crateras, ad liba fundenda. Panes semper in ea erunt. Extendentq; desuper pallium coccine- B
um, quod rursum operient velamento hyacinthinarum pellium, & inducent vectes. Sumēt
Thuribulis. & pallium hyacinthinum, quo operient cādelabrum cum lucernis & forcipibus suis & *emū-
ctorijs, & cunctis vasis olei, quæ ad cōcinnādas lucernas necessaria sunt, & super omnia ponēt
operimētum hyacinthinum pellium, & inducent vectes. Nec nō & altare aureum inuoluēt
hyacinthino vestimento, & extendent desuper operimentum hyacinthinarū pellium, indu-
centq; vectes. Omnia vasa quibus ministratur in sanctuario inuoluent hyacinthino pallio, &
extendent desuper operimētum hyacinthinarū pelliū, inducētq; vectes. Sed & altare mūda-
bunt cinere, & inuoluent illud purpureo vestimento, ponentq; cum eo omnia vasa, quibus in
Heb. thuribula, fuscinulas, scopas, & pelues. ministerio eius vtuntur, * id est ignium receptacula, fuscinulas, ac tridētes, vncinos, & batilla.
Cuncta vasa altaris operient simul velamine hyacinthinarū pellium, & inducent vectes. Cūq;
inuoluerint Aaron & filij eius sanctuarium, & omnia vasa eius in commotione castrorū, tūc in-
trabunt filij Caath, ut portent inuoluta, & non tangēt vasa sanctuarij, ne moriātur. Ista sunt
onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis super q̄s erit Eleazar filius Aarō sacerdotis, ad cu
ius pertinet curam, oleum ad concinnandas lucernas, & compositionis incensum, & sacrificiū
quod semper offertur, & oleum vnctionis, & quicquid ad cultū tabernaculi pertinet, omniūq;
vasorū quæ in sanctuario sunt. Locutusq; est dn̄s ad Moysen & Aaaron dicēs. Nolite pdere
populum Caath de medio Leuitarū: sed hæc facite eis, vt viuant, & nō moriantur: si tetigerint
sancta sanctorū, Aaron & filij eius intrabūt, ipsiq; disponent onera singulorū, & diuident quid C
portare quis debeat. Alij nulla curiositate videant quæ sunt in sanctuario, priusq̄ inuoluantur,
alioquin morient. Locutusq; est dominus ad Moysen dicēs: Tolle summā etiā filiorū Gersom
per domos ac familias & cognationes suas, à triginta annis & supra usq; ad annos quinquagin-
ta. Numera omnes qui ingrediuntur & ministrāt in tabernaculo fœderis, hoc est officiū fami-
liæ Gersomitarū, ut portent cortinas tabernaculi, & tectū fœderis, operimentū aliud, & sup oīa
velamen hyacinthinū, tentoriūq; quod pendet in introitu tabernaculi fœderis, cortinas atrij,
& velū in introitu, quod est ante tabernaculū. Omnia quæ ad altare pertinēt, funiculos, & va-
sa ministerij, iubente Aaron & filijs eius portabūt filij Gersom, & sciēt singuli cui debeant one-
ri mācipari. Hic est cultus familiæ Gersomitarū in tabernaculo fœderis. Erūtq; sub manu Itha
mar filij Aaron sacerdotis. Filios quoq; Merari per familias & domos patrū suorū recense-
bis, à triginta annis & supra, usq; ad annos quinquaginta, omnes qui ingrediuntur ad officium
ministerij sui, & cultū fœderis testimonij. Hæc sunt onera eorū. Portabunt tabulas tabernaculi
& vectes eius, columnas ac bases earū, columnas quoq; atrij per circuitum cum basibus & paxil
lis & funibus suis. Omnia vasa, & supellectilem ad numerum accipient, sicq; portabūt. Hoc est
officiū familiæ Meraritarū, & ministeriū, in tabernaculo fœderis. Eruntq; sub manu Ithamar D
filij Aaron sacerdotis. Recensuerunt igitur Moyses & Aaron & principes sinagogæ filios Ca-
ath, per cognationes, & domos patrū suorū à triginta annis & supra, usq; ad annū quinquagesi
mū, omnes qui ingrediuntur ad ministeriū tabernaculi fœderis, & inuenti sunt duo milia sep-
tingenti quinquaginta. Hic est numerus populi Caath, qui intrāt tabernaculū fœderis. Hos
numerauit Moyses & Aaron iuxta sermonē dn̄i per manū Moysi. Numerati sunt & filij Ger
som per cognationes & domos patrū suorū, à triginta annis & supra, usq; ad quinquagesimum
annū oēs q̄ ingrediuntur, ut ministrēt in tabernaculo fœderis & inuenti sunt duo milia sexcen
ti triginta. Hic est populus Gersomitarū, quos nūerauerūt Moyses & Aaron, iuxta verbū dn̄i
Numerati sunt & filij Merari, per cognationes & domos patrum suorū, à triginta annis & su
pra, usq; ad annū quinquagesimū, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœ-
deris, & inuenti sunt tria milia ducenti. Hic est numerus filiorū Merari, quos recēsuerūt Moy-
ses & Aaron, iuxta imperiū dn̄i per manū Moysi, oēs qui recensiti sunt de Leuitis, & quos re-
censeri fecit ad nomē Moyses & Aaron & principes Israel, per cognationes & domos patrum
suorū, à triginta annis & supra, usq; ad annū quinquagesimū, ingredientes ad ministeriū taber-
naculi, & onera portāda, fuerūt simul octo milia quingenti octoginta, iuxta verbū dn̄i recēsuit
eos Moyses vnūquēq; iuxta officiū suū: & onera sua, sicut præceperat ei dn̄s.

¶ Qui e castris eijciendi, expiatio trāsgressionis per ignorantiam, lex primitia-
rum, lex zelotypiæ. Cap. V.

LOcutusq; est dominus ad Moysen, dicens: Præcipe filijs Israel, ut eijciant de castris A
omnem leprosum & qui semine fluit, pollutusq; est super mortuo, tam masculum q̄
fœminam eijcite de castris, ne contaminent ea cum habitauerint vobiscum. Fecerūt-
q; ita filij Israel & eiecerunt eos extra castra, sicut locutus erat dominus Moysi. Lo
cutusq; est dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad filios Israel. Vir siue mulier cum fecerint
ex omnibus pc̄tis quæ solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint man-
datum domini, atq; deliquerint, confitebuntur peccatum suum, & reddent ipsum caput, quin-
tāq; partem desuper ei, in quem peccauerint. Si autem non fuerit qui recipiat, dabunt domino,
& erit

B &erit sacerdotis, excepto ariete, qui offertur pro expiatione: vt sit placabilis hostia. Omnes
quoq; primitiæ quas offerunt filij Israhel ad sacerdotẽ pertinet, & quicquid in sanctuarium
a. q. 4. c. cõsu luisti. §. hoc offertur à singulis & traditur manibus sacerdotis ipsius erit. Locutusq; est dñs ad Moysen;
aũt in palea dicens: Loquere ad filios Israhel, & dices ad eos. Vir cuius vxor errauerit, maritũq; cõtemnẽs
dormierit cum altero viro, & hoc maritus deprehendere non quiuerit, sed latet adulterium,
& testibus argui nõ põt, quia nõ est inuenta in stupro, si spiritus zelotypiæ cõcitauerit virũ
cõtra vxorẽ suã, quæ vel polluta est, vel falsa suspiciõe appetit, adducet eã ad sacerdotẽ, & offe
ret oblationẽ pro illa, decimã partẽ sati farinæ ordeaceæ. Nõ fundet super eã oleũ, nec impo-
nent thus, quia sacrificiũ zelotypiæ est, & oblatio inuestigans adulteriũ. Offeret igit̃ eã sacer-
dos, & statuet corã dño. assumetq; aquã sanctã in vase fictili, & pauxillũ terræ de pauimento
tabernaculi mittet in eã. Cũq; steterit mulier in cõspectu dñi, discooperiet caput eius, & po-
C net sup manus illius sacrificiũ recordatiõis, & oblationẽ zelotypiæ. Ipse aũt tenebit aquas ama
rissimas, in quibus cũ execratiõe maledicta cõgessit, adiurabitq; eã, & dicet. Si non dormiuit
vir alienus tecũ, & si nõ polluta es, deserto mariti thoro: nõ te nocebunt aquę istæ amarissimę
in quas maledicta cõgessi. Sin aũt declinasti à viro tuo, atq; polluta es, & cõcubuisti cũ altero
viro, his maledictiõibus subiacebis. Det te dñs in maledictiões: exemplumq; cunctorũ in po
pulo suo. Putrescere faciat fẹmur tuũ, & tumẽs vterus tuus disrumpat. Ingrediãtur aquæ male
dictæ in ventrem tuũ, & vtero tumescẽte putrescat fœmur tuũ. Et respõdebit mulier: Amen,
amen. Scribetq; sacerdos in libello ista maledicta, & delebit ea aquis amarissimis in quas male-
D dicta cõgessit, & dabit ei bibere. Quas cũ exhauserit, tollet sacerdos de manu eius sacrificiũ ze-
lotypiæ, & eleuabit illud corã dño: imponetq; illud super altare, ita dũtaxat, vt prius pugillũ
sacrificij tollat de eo qđ offert, & incẽdat sup altare, & sic potũ det mulieri aquas amarissimas,
Quas cũ biberit, si polluta est, & cõtempto viro adulterij rea est, pertrãsibunt eã aquæ maledi
ctiõis, & inflato ventre cõputrescet fœmur, eritq; mulier in maledictionẽ, & in exemplũ oĩm
pplo. Quod si polluta nõ fuerit, erit innoxia, & faciet liberos. Ista est lex zelotypiæ. Si declina
uerit mulier à viro suo, & si polluta fuerit, maritusq; zelotypiæ spiritu concitatus adduxerit
eã in conspectu dñi, & fecerit ei sacerdos iuxta oĩa quę scripta sunt, maritus absq; culpa erit
& illa recipiet iniquitatem suam.

¶ Lex consecratorum seu Nazaræorum, Modus benedicendi populum.

Caput VI.

A LOcutusq; est dñs ad Moysen, dicens: Loquere ad filios Israhel, & dices ad eos. Vir si
37. dis. §. 1. & c. uinolentũ. ue mulier cũ fecerit votũ vt sanctificent, & se voluerint dño cõsecrare, à vino & oĩ
quod inebriare põt, abstinebunt. Acetũ ex vino, & ex qualibet alia potione, & qcqd
de vna exprimitur, nõ bibent, vuas recentes, siccasq; nõ comedent cũctis diebus, qui
bus ex voto dño cõsecrãtur, quicquid ex vinea esse põt, * ab vua passa, vsq; ad acinũ nõ come He. ab acinis
B dent. Oĩ tpe separationis suæ, nouacula nõ trãsibit p caput eius, vsq; ad cõpletũ diem, q̃ dño usq; ad follicultũ uel corticem
cõsecrat. Sãctus erit crescente Cæsariæ capitis eius. Omi tpe consecrationis suæ super mor-
tuũ non ingredietur, nec super pr̃is quidem & m̃ris, & fratris, sororisq; funere contaminabit:
quia cõsecratio dei sui super caput eius est. Omnibus diebus separationis suæ sanctus erit do-
mino. Sin aũt mortuus fuerit subito quispiã corã eo, polluetur caput consecrationis eius. Qđ
radet ilico, & in eadẽ die purgationis suæ, & rursum in septima. In octaua aũt die offeret duos
turtures, vel duos pullos columbę sacerdoti, in introitu fẹderis testimonij: facietque sacerdos
vnũ pro pctõ, & alterũ in holocaustũ, et depcabitur p eo, quia peccauit super mortuo. Sãctifi
cabit caput eius in die illo, & consecrabit dño die separationis illius, offerens agnũ anniculum
C p pctõ: ita tñ vt dies priores irriti fiãt, qm̃ polluta est sanctificatio eius. Ista ẽ lex cõsecratõis.
Cum dies quos ex voto deuote decreuerat, cõplebunt, adducet eum ad ostiũ tabernaculi fę
deris, & offeret oblationem eius dño, agnũ anniculũ, immaculatũ, in holocaustũ, & ouem an-
niculã, immaculatã, pro pctõ, & arietem immaculatum, hostiã pacificã, canistrũ quoq; panũ
azymorũ, qui conspersi sint oleo, & lagana absq; fermento functa oleo, libamina singulorum
quæ offeret sacerdos corã dño, & faciet tãm pro pctõ q̃ in holocaustũ. Arietem vero immo-
labit hostiã pacificã dño, offerens simul canistrũ azymorũ & libamenta quæ ex more deben-
tur. Tunc radetur Nazaræus ad ostiũ tabernaculi fœderis, cæsariẹ consecrationis suæ. Tol-
D letque capillos eius, & ponet super ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorũ, & armum
coctũ arietis, tortãque absq; fermento, vnã de canistro, & laganũ azymũ vnum, & tradet in
manus Nazaræi, postquã rasum fuerit caput eius. Susceptaque rursum ab eo, eleuabit in con-
spectu domini, & sanctificata sacerdotis erunt, sicut pectusculum quod separari iussum est, &
fœmur. Post hæc potest bibere Nazaræus vinum. Ista est lex Nazaræi, cum vouerit oblatio-
nem suam domino, tempore consecratiõis suæ, exceptis his quæ inuenerit manus eius, iuxta
quod mente deuouerat, ita faciet ad perfectionem sanctificationis suæ. Locutusque est do
11. distinc. c. minus ad Moysen, dicẽs Loquere Aaron & filijs eius: Sic bñdicetis filijs Israhel, & dicetis eis. Eccl. 36. 4.

Bene-

He.ponit. Benedicat te dominus,& custodiat te:Ostendat dñs faciem suam tibi,& misereatur tui: Con
uertat dominus vultum suum ad te,& det tibi pacem.* Inuocabuntq́ꝫ nomen meũ super fili-
os Israhel,& ego benedicam eis.

ꝑsim'ibi generãdi faculta cũ e,ꝑcu. §.his.12.q.4. l.q.1.c.dictũ est a domino in pun.

¶Oblatões singulorꝫ ducũ ppl'i Israhelitici,in dedicatõe tabernaculi. Ca.VII.

Exod.40.b. FActum est aũt in die qua cõpleuit Moyses tabernaculũ,& erexit illud:vnxitq́ꝫ,& san A
ctificauit cũ omnibus vasis suis,altare similiter,& om̃ia vasa eius. Obtulerũtq́ꝫ princi
pes Israhel,& capita familiarꝫ quæ erant per singulas tribus,præfecti eorꝫ q̃ numerati
fuerant,munera corã dño,sex plaustra tecta cũ duodecim bobus,vnũ plaustrũ obtu-
lere duo duces,& vnũ bouẽ singuli. Obtuleruntq́ꝫ ea in cõspectu tabernaculi. Ait aũt dñs ad
Moysen Suscipe ab eis vt seruiant in ministerio tabernaculi,& trades ea Leuitis,iuxta ordi-
nẽ ministerij sui.Itaqꝫ cũ suscepisset Moyses plaustra,& boues, tradidit ea Leuitis.Duo plau-
stra & quatuor boues dedit filijs Gersom,iuxta id q̃d habebant necessariũ. Quatuor alia plau
stra,& octo boues dedit filijs Merari,secundũ officia & cultum suum, sub manu Ithamar filij
Aarõ sacerdotis. Filijs aũt Caath nõ dedit plaustra,& boues,quia in sanctuario seruiũt,& one
ra ꝓprijs portant humeris.Igitur obtulerũt duces in dedicatiõem altaris, die qua vnctum est
oblationem suam ante altare. Dixitq́ꝫ dñs ad Moysen:Singuli duces per singulos dies offe- B
rant munera,in dedicatiõem altaris. Primo die obtulit oblatiõem suam Naason, filius Ami
nadab,de tribu Iuda. Fueruntq́ꝫ in ea,accetabulũ argenreũ,põdo centum triginta siclorum,
phiala argentea habens septuaginta siclos,iuxta põdus sanctuarij, vtrũqꝫ plenum simila con-
spersa oleo in sacrificiũ,*mortariolũ ex decem siclis aureis,plenũ incenso.Bouẽ de armẽto,&
arietem,& agnũ anniculũ in holocaustũ,hircumq́ꝫ ꝑ pctõ. Et in sacrificio pacificorꝫ boues
duos,arietes quinqꝫ,hircos quinqꝫ,agnos anniculos qnqꝫ.Hæc est oblatio Naason filij Ami-
nadab. Secũdo die obtulit Nathanael filius Zuar,dux de tribu Isaschar: acetabulum argen-
teum,appendens centũ triginta siclos,phialã argenteã,habentẽ septuaginta siclos, iuxta põ-
dus sanctuarij,vtrũqꝫ plenum simila cõspersa oleo in sacrificiũ, mortariolũ aureũ habens de-
cem siclos,plenũ incenso.Bouem de armento,& arietem,& agnũ anniculũ in holocaustũ, hir
cumq́ꝫ ꝑ pctõ.Et in sacrificio pacificorꝫ,boues duos,arietes qnqꝫ, hircos qnqꝫ, agnos anni-
culos qnqꝫ.Hæc fuit oblatio Nathanael,filij Zuar. Tertio die princeps filiorum Zabulon, C
Eliab,filius Helon,obtulit acetabulũ argenreũ,appendens centũ triginta siclos,Phialã argen-
teã,habentem septuaginta siclos,ad põdus sanctuarij, vtrũqꝫ plenũ simila cõspersa oleo,in sa
crificiũ.Mortariolũ aureũ,appendens decem siclos,plenũ incenso. Bouem de armẽto,& arie
tem,& agnũ anniculũ,in holocaustũ,hircumq́ꝫ ꝑ peccato. Et in sacrificio pacificorꝫ, boues
duos,arietes qnqꝫ,hircos quinqꝫ,agnos anniculos quinqꝫ.Hæc est oblatio Eliab,filij Helon.

Heb.cochlear uel uasculus thuris

Die quarto princeps filiorꝫ Ruben,Elizur,filius Sedeur, obtulit acetabulũ argenteũ,appẽ
dens centũ triginta siclos,phialam argenteã habentẽ septuaginta siclos,ad põdus sanctuarij,
vtrũqꝫ plenũ simila cõspersa oleo in sacrificiũ,mortariolũ aureũ,appendens decẽ siclos,plenũ
incenso,bouem de armento,& arietem & agnũ anniculũ,in holocaustũ,hircumq́ꝫ ꝑ pctõ.Et
in hostias pacificorꝫ boues duos,arietes qnqꝫ, hircos qnqꝫ, agnos anniculos qnqꝫ. Hæc fuit
oblatio Elizur,filij Sedeur. Die q̃nto pricepsfiliorꝫ Symeon,Salumiel filius Surisaddai:ob-
tulit acetabulũ argenteũ,appendens centũ triginta siclos, phialam argenteam habentem se-
ptuaginta siclos,ad põdus sanctuarij,vtrũqꝫ plenũ simila cõspersa oleo,in sacrificiũ,mortario
lum aureũ,appendens decem siclos,plenũ incenso,bouem de armento,& arietem,& agnum D
anniculũ,in holocaustũ,hircumq́ꝫ ꝑ pctõ.Et in hostias pacificorꝫ, boues duos, arietes qnqꝫ,
hircos qnqꝫ,agnos anniculos qnqꝫ.Hęc fuit oblatio Salumiel,filij Surisaddai. Die sexto prin
cepsfiliorꝫ Gad.Eliasaph,filius Duel,obtulit acetabulũ argenteũ,appendens centũ triginta si
clos,phialã argenteã,habentẽ septuaginta siclos ad põdus sanctuarij,vtrũqꝫ plenũ simila cõ-
spersa oleo,in sacrificiũ,mortariolũ aureũ,appendẽs decem siclos,plenũ incenso,bouem de ar
mento,& arietem,& agnũ anniculũ,in holocaustũ,hircumq́ꝫ ꝑ pctõ.Et in hostias pacificorꝫ
boues duos,arietes qnqꝫ,hircos qnqꝫ,agnos anniculos qnqꝫ. Hæc fuit oblatio Eliasaph, filij
Duel. Die septio priceps filiorꝫ Effraim,Elisama,fili' Ammiud,obtulit acetabulũ argenteũ,
appendens centũ triginta siclos. phialã argenteã,hñtẽ septuaginta siclos, ad põdus sanctua-
rij, vtrũqꝫ plenũ simila cõspersa oleo,in sacrificiũ,mortariolũ aureũ,appendens decem siclos
plenũ incenso,bouem de armento,& arietem,& agnũ anniculũ,in holocastũ, hircũq́ꝫ ꝑ pctõ E
Et in hostias pacificorꝫ,boues duos,arietes qnqꝫ,hircos qnqꝫ,agnos anniculos quinqꝫ.Hęc fu
it oblatio Elisama,filij Ammiud. Die octauo princeps filiorꝫ Manasse,filius Gamaliel Phada
zur,obtulit acetabulũ argenteũ,appendens centũ triginta siclos,phialam argenteam, haben
tem septuaginta siclos,ad pondus sanctuarij,vtrunqꝫ plenum simila conspersa oleo,in sacrifi
cium,mortariolum aureum,appendens decem siclos, plenum incenso, bouem de armento,
& arietem,& agnum anniculum,in holocaustum,hircumq́ꝫ pro peccato. Et in hostias pacifi
corum,boues duos,arietes quinqꝫ,hircos quinqꝫ,agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio

Gama

Gamaliel,filij Phadazur Die nono princeps filioꝝ Beniamin,Abidan,filius Gedeonis,obtu
lit acetabulũ argenteũ,appendens centũ triginta ſiclos, phialã argenteã ,hñtem ſeptuaginta
ſiclos,ad põdus ſanctuarij,vtrũq; plenũ ſimila cõſperſa oleo,in ſacrificiũ,mortariolũ aureũ,ap
pendens decẽ ſiclos,plenũ incenſo,bouẽ de armẽto,& arietem,& agnũ anniculũ, in holocau
F ſtũ,hircumq; ꝓ pctõ. Et in hoſtias pacificoꝝ,boues duos,arietes qnq;,hircos qnq;, agnos an
niculos qnq;. Hęc fuit oblatio Abidan,filij Gedeonis: Die decimo prĩceps filioꝝ Dan,Ahie
zer,filius Amiſaddai,obtulit acetabulũ argẽteum,appendẽs centũ triginta ſiclos.phialã argẽ
teã,hñtem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij,vtrũq; plenũ ſimila cõſperſa oleo,in ſacri-
ficiũ,mortariolũ aureũ,appendens decem ſiclos,plenũ incenſo , bouẽ de armẽto, arietem,&
agnũ anniculũ,in holocauſtũ,hircumq; ꝓ pctõ . Et in hoſtias pacificoꝝ, boues duos,arietes
qnq;,hircos qnq;,agnos anniculos qnq;.Hæc fuit oblatio Ahiezer,filij Amiſaddai. Die vn
decimo princeps filioꝝ Aſer,Phegiel,filius Ochran,obtulit acetabulũ argenteũ, appendens
centũ triginta ſiclos,phialã argenteã, hñtem ſeptuaginta ſiclos,ad pondus ſanctuarij , vtrũq;
plenũ ſimila cõſperſa oleo,in ſacrificiũ,mortariolũ aureũ,appendens decem ſiclos,plenũ incẽ
ſo,bouem de armento,& arietem,& agnum anniculum,in holocauſtũ, hircumq; pro pecca-
to. Et in hoſtias pacificoꝝ,boues duos,arietes qnq; , hircos qnq; , agnos anniculos quinque;
Hæc fuit oblatio Phegiel,filij Ochran. Die duodecimo princeps filioꝝ Nephthali, Ahira,fi-
lius Henan:obtulit acetabulum argenteum,appendens centũ triginta ſiclos, phialã argenteã
hñtem ſeptuaginta ſiclos,ad põdus ſanctuarij,vtrũq; plenum ſimila oleo conſperſa,in ſacrifi-
G cium,mortariolum aureũ,appendens decem ſiclos,plenũ incenſo,bouẽ de armento,& arie-
tem,& agnũ anniculũ,in holocauſtũ,hircumq; ꝓ pctõ . Et in hoſtias pacificoꝝ, boues duos,
arietes qnq;,hircos qnq; , agnos anniculos qnq;. Hæc fuit oblatio Ahira filij Henan. Hæc in
dedicatione altaris oblata ſunt à principibus Iſrahel,in die qua conſecratum eſt,acetabula ar
gentea duodecim,phialæ argenteæ duodecim,mortariola aurea duodecim,ita vt centum tri
ginta ſiclos argenti haberet,vnum acetabulũ,& ſeptuaginta ſiclos vna phiala,id eſt,in cõmu-
ne vaſoꝝ omniũ ex argento ſicli,duo milia,quadringenti,pondere ſanctuarij,mortariola au
rea duodecim,plena incenſo,denos ſiclos appendentia,pondere ſanctuarij,id eſt,ſimul auri ſi
cli centũ viginti,boues de armento in holocauſtũ duodecim,arietes duodecim,agni anniculi
duodecim,& libamenta eoꝝ,hirci duodecim pro pctõ,hoſtiæ pacificoꝝ, boues vigintiqua-
tuor,arietes ſexaginta,hirci ſexaginta,agni anniculi ſexaginta.Hæc oblata ſunt in dedicatõe
altaris quãdo vnctum eſt. Cũq; ingrederetur Moyſes tabernaculũ fœderis , vt conſuleret
oraculum,audiebat vocem loquentis ad ſe de ꝓpitiatorio,qđ erat ſuper arcã teſtimonij,inter
duos Cherubim vnde & loquebatur eis.

¶Diſpoſitio cãdelabri,oblatio ꝓ Leuitis,ætas eorundem. Ca.VIII.

A LOcutusq; eſt dñs ad Moyſen,dicens:Loquere ad Aaron,& dices ad eum. *Cum po- ne.Cũ accen
ſueris ſeptẽ lucernas,cãdelabrũ in auſtrali parte erigatur. Hoc igitur præcipe,vt lu- deris,7 lucer
cernæ cõtra boreã è regione reſpiciãt ad menſam panum ꝓpoſitionis,contra eã par nas, e regio-
tẽ quã cãdelabrũ reſpicit,lucere debebũt.Fecitq; Aaron & ĩpoſuit lucernas ſuper can ne cãdelabrũ illuminẽt ſe
delabrum,vt præceperat dñs Moyſi.Hæc autem erat factura cãdelabri , ex auro ductili , tam ptẽ lucernæ.
medius ſtipes,q̃ cuncta quę ex vtroq; calamoꝝ latere naſcebãtur.Iuxta exemplũ quod oſten
B dit dominus Moyſi,ita operatus eſt candelabrum. Et locutus eſt dominus ad Moyſen, di-
de ci.di.4.c. nec quiſquã. cens:Tolle Leuitas de medio filioꝝ Iſrahel,& purificabis eos , iuxta hunc ritum. Aſpergan-
tur aqua luſtrationis,& radãt omnes pilos carnis ſuæ.Cũq; lauerint veſtimenta ſua , & mun-
b dati fuerint,tollent bouem de armentis,& libamentũ eius,ſimilã oleo conſperſam,bouem aũt
alteꝝ de armento accipies pro pctõ,& applicabis Leuitas corã tabernaculo fœderis, conuo-
cata omni multitudine filioꝝ Iſrahel. Cũq; Leuitę fuerint corã dño,ponent filij Iſrahel ma
nus ſuas ſuper eos,& offeret Aaron Leuitas,munus in conſpectu dñi à filijs Iſrahel,vt ſeruiãt
in miniſterio eius . Leuitæ quoq; ponent manus ſuas ſuper capita boum, è quibus vnũ facies
C ꝓ pctõ,& alteꝝ in holocauſtũ dñi,vt dep̃ceris pro eis. Statuesq; Leuitas in cõſpectu Aaron,
& filioꝝ eius,& cõſecrabis oblatos dño,ac ſeparabis de medio filioꝝ Iſrahel,vt ſint mei,& po
ſtea ingrediãtur tabernaculum fœderis,vt ſeruiãt mihi.Sicq; purificabis & cõſecrabis eos, in
oblationẽ dñi,qm̃ dono donati ſunt mihi à filijs Iſrahel. Pro primogenitis q̃ aperiũt omnem Supra.3.b
vuluã Iſrahel,accepi eos.Mea ſunt em̃ omnia primogenita filioꝝ Iſrahel , tã ex hoibus q̃ ex Exo.13.a &.33.c
[illegible] nec la de vot.ca. magnæ.§. cum igitur iumentis.Ex die quo percuſſi omne primogenitũ in terra Aegypti, ſanctificaui eos mihi, & Luc.2.d
tuli Leuitas ꝓ cũctis primogenitis filioꝝ Iſrahel,tradidiq; eos dono Aaron,& filijs eius de me
dio populi,vt ſeruiãt mihi pro Iſrahel,in tabernaculo fœderis,& orent pro eis,ne ſit in popu
D lo plaga,ſi auſi fuerint accedere ad ſanctuariũ. Feceruntq; Moyſes & Aaron,& om̃is multi- Exo.3.c. Supra.3.f
tudo filioꝝ Iſrahel ſuper Leuitas quæ præceperat dñs Moyſi,purificatiq; ſunt,& lauerunt ve
ſtimenta ſua,eleuauitq; eos Aaron in conſpectu domini,& orauit pro eis,vt purificati ingre-
derent ad officia ſua in tabernaculum fœderis corã Aaron & filijs eius. Sicut præceperat dñs

Moyſi

Moysi Leuitis, ita factū est. Locutusq; est dñs ad Moysen, dicēs: Hæc est lex Leuitaꝝ: A vi- 77. dist. hu
gintiqnq; annis & supra, ingrediēt vt ministrēt in tabernaculo fęderis. Cūq; qnquagesimū ieri. de conf.
annū ætatis impleuerint, seruire cessabūt. Erūtq; ministri fratrū suoꝝ in tabernaculo fęderis, dist. 1. c. 1. pst
vt custodiāt q̄ sibi fuerint cōmēdata, opa aūt ipsa nō faciāt. Sic dispones leuitas ī custodijs suis. princip.

¶ Phase mūdoꝝ & immūdoꝝ. Nubes operiēs tabernaculū, ducit exercitū. Ca. IX.

LOcutusq; est dñs ad Moysen in deserto Synai, anno secūdo, postq̄ egressi sunt de ter A
ra Aegypti, mēse primo, dicēs: Faciāt filij Israhel phase in tpe suo, q̄rtadecima die mē
sis huius ad vesperā, iuxta oēs cerimonias & iustificatiōes eius. Præcepitq; Moyses
filijs Israhel vt facerēt phase. Qui fecerūt tpe suo, q̄rtadecima die mēsis, ad vesperā in
mōte Synai. Iuxta oīa quæ mādauerat dñs Moysi, fecerunt filij Israhel. Ecce aūt quidā im
mundi super anima hominis qui nō poterant facere phase in die illo accedentes ad Moysen,
& Aaron, dixerunt eis. Immundi sumus super anima hominis, quare fraudamur, vt nō valea- B
mus oblationē offerre dño, in tpe suo, inter filios Israhel? Quibus respōdit Moyses: State vt
cōsulā, qd præcipiat dñs de vobis. Locutusq; est dñs ad Moysen, dicens: Loquere filijs Isra
hel. Hō qui fuerit immundus super anima, siue in via pcul, siue in gēte vestra, faciat phase dño
in mense secūdo, quartadecima die mensis, ad vesperā, cū azymis & lactucis agrestibus come
Exo. 12. g dent illud. Nō relinquent ex eo quippiā vsq; mane, & os eius nō cōfringent. Omnē ritū pha-
Iohan. 19. f se obseruabunt. Si qs aūt mundus est, & in itinere nō fuit, & tñ nō fecit phase, exterminabitur
anima illa de pplis suis: quia sacrificiū dño nō obtulit tpe suo. Peccatū suū ipse portabit. Pere- C
grinus q̄q; & aduena, si fuerint apud vos, facient phase dño, iuxta cerimonias & iustificatiōes
Exo. 40. d suas, pręceptū idem erit apud vos tam aduenæ q̄ indigenæ. Igitur die qua erectū est taberna
culū, operuit illud nubes: A vespere aūt super tentoriū erat, quasi species ignis vsq; mane. Sic
fiebat iugiter. Per diem operiebat illud nubes, & per noctem quasi species ignis. Cūq; ablata
fuisset nubes quæ tabernaculū ptegebat, tunc pficiscebant filij Israhel, & in loco vbi stetisset
I. Cor. 10. a nubes, ibi castrametabant. Ad imperiū dñi pficiscebant, & ad imperiū illius figebāt taberna-
culū. Cūctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculū, manebant in eodē loco. Et si eue- D
nisset vt multo tpe maneret super illud, erāt filij Israhel in excubijs dñi, & nō pficiscebant, q̄t-
q̄t diebus fuisset nubes super tabernaculū. Ad imperiū dñi erigebant tentoria, & ad imperium
illius deponebant. Si fuisset nubes à vespere vsq; ad mane, & statim diluculo tabernaculum
reliquisset, pficiscebantur, & si post diem & noctem recessisset, dissipabant tentoria. Si vero
biduo, aut vno mense, vel lōgiori tpe fuisset super tabernaculū, manebant filij Israhel in eodē
loco, & nō pficiscebantur. Statim aūt vt recessisset, mouebant castra. Per verbū dñi figebant
tentoria, & per verbum illius proficiscebantur. Erantq; in excubijs dñi, iuxta imperium eius
per manum Moysi.

¶ Ad tubæ clangorem mouenda castra. Recensentur castroꝝ duces. Ca. X.

LOcutusq; est dñs ad Moysen, dicens: Fac tibi duas tabulas argenteas, ductiles, qbus A
cōuocare possis multitudinem, qñ mouenda sunt castra. Cūq; increpueris tubis, cō-
gregabitur ad te omnis turba, ad ostiū tabernaculi fœderis. Si semel clangueris, veni
ent ad te principes, & capita multitudinis Israhel. Sin aūt plixior, atq; cōcisus clan-
gor increpuerit, mouebunt castra primi qui sunt ad orientalem plagam. In secūdo aūt sonitu
& pari vlulatu tubæ, leuabūt tentoria q habitāt ad meridiem, & iuxta hūc modū reliq facient
vlulantibus tubis, in pfectionē. Qñ aūt congregandus est pplus, simplex tubaꝝ clangor erit,
& nō cōcisæ vlulabunt. Filij aūt Aaron sacerdotis clangent tubis, eritq; hoc legitimū sempi-
ternū in generatiōibus vestris. Si exieritis ad bellum de terra vestra, cōtra hostes, qui dimi- B
cant aduersum vos, clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri corā dño deo vestro
vt eruamini de manibus inimicoꝝ vestroꝝ. Si quādo habebitis epulū, & dies festos, & ca-
lendas, canetis tubis, super holocaustis & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationē dei
vestri. Ego dñs deus vester. Anno secundo, mense secūdo, vicesima die mensis, eleuata est
nubes de tabernaculo fœderis. Profectiq; sunt filij Israhel p turmas suas de deserto Synai, &
recubuit nubes in solitudine Pharan. Mouerūtq; castra primi, iuxta imperiū dñi per manum
Moysi. Filij Iuda per turmas suas, quoꝝ princeps erat, Naason, filius Aminadab. In tribu fi
lioꝝ Isaschar fuit princeps Nathanael, filius Zuar, In tribu Zabulon, erat princeps Eliab, fi
lius Helon. Depositumq; est tabernaculū, q̄d portantes, egressi sunt filij Gersom & Merari.
Profectiq; sunt & filij Ruben, per turmas, & ordinem suū, quoꝝ princeps erat Elizur, filius
Sedeur. In tribu aūt filioꝝ Symeon, princeps fuit Salumiel filius Surisaddai. Porrò in tri-
bu Gad, erat princeps Eliasaph, filius Duel. Profectiq; sunt & Caathitæ, portantes sanctua C
riū. Tādiu tabernaculū portabat, donec venirent ad erectiōis locū. Mouerunt castra & filij
Effraim per turmas suas, in quoꝝ exercitu princeps erat Elisama filius Ammiud. In tribu au
tem filioꝝ Manasse, princeps fuit Gamaliel, filius Phadazur. Et in tribu Beniamin erat dux
Abidā, filius Gedeonis. Nouissimi castroꝝ omniū profecti sunt filij Dan, per turmas suas in

quorum exercitu princeps fuit Ahiezer, filius Amisaddai. In tribu autem filiorum Aser, erat
princeps Phegiel filius Ochran. Et in tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira, filius He
nan. Hæc sunt castra & profectiones filiorum Israel, per turmas suas, quando egrediebātur.
Dixitq; Moyses Obab filio Raguel Madianitæ cognato suo: Proficiscimur ad locū quē do
minus daturus est nobis, veni nobiscum, vt beneficiamus tibi, quia dñs bona promisit Israel.
Cui ille respondit. Nō vadam tecum, sed reuertar in terram meam, in qua natus sum. Et ille.
Noli, inquit, nos relinquere. Tu enī nosti in quibus locis per desertū castra ponere debeamus,
& eris ductor noster. Cumq; nobiscū veneris, quicquid optimum fuerit ex opibus quas no-
bis traditurus est dñs, dabimus tibi. Profecti sunt ergo de monte dñi viam triū dierum, arcaq;
fœderis domini præcedebat eos per dies tres, prouidens castrorum locum. Nubes quoq; do Psal. 67.b
mini super eos erat per diem cum incederent. Cumq; eleuaretur arca, dicebat Moyses. Sur-
ge domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te, à facie tua. Cum autem depo
neretur, aiebat. Reuertere domine, ad multitudinem exercitus Israel.

¶ Murmurat populus, punitur igne, fastidit manna, optat carnes, ordinantur
septuaginta seniores, Eldad & Medad prophetant in castris, pluunt
coturnices, puniuntur carniuoræ. Cap. XI.

INterea ortum est murmur populi, quasi dolentiū præ labore, cōtra dominū. Quod cū
A audisset iratus est, & accensus in eos ignis domini, deuorauit extremā castrorum partem.
Cumq; clamasset populus ad Moysen, orauit Moyses ad dñm, & absorptus est ignis.
Vocauitq; nomen loci illius incēsio, eo q succēsus fuisset contra eos ignis domini: Vul-
gus quippe promiscuū, quod ascēderat cū eis, flagrauit desiderio carniū, sedens & flens, iun- Exo. 16.g
B ctis sibi pariter filijs Israel, & ait, Quis dabit nobis ad vescendū carnes? Recordamur piscium, 1.Cor. 10.a
quos comedebamus in Aegypto gratis, in mentem nobis veniūt cucumeres & pepones, por Exo. 16.c
riq;, & cæpe, & allia. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciūt oculi nostri, nisi Man. Erat Sap. 16.c
aūt Man quasi semē coriandri, coloris bdelij. Circuībatq; populus, & colligēs illud, frāgebat Psal. 77.c
mola siue terebat in mortario, cōquens in olla, & faciens ex eo tortulas, saporis quasi panis olea Iohan. 6.d
C ti. Cūq; descēderet nocte super castra ros, descēdebat pariter & Man. Audiuit ergo Moy
ses flentem populū, per familias singulas, per ostia tētorij sui. Iratusq; est furor domini valde
sed & Moysi intoleranda res visa est, & ait ad dñm. Cur afflixisti seruū tuū? Quare non inue-
nio gratiā corā te? Et cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? Nunquid ego
concepi omnē hāc multitudinē, vel genui eam, vt dicas mihi: porta eos in sinu tuo, sicut por
tare solet nutrix infantulū, & defer in terrā pro qua iurasti patribus eorum? Vnde mihi carnes,
vt dem tantæ multitudini? Flent coram me, dicentes. Da nobis carnes vt comedamus. Non
possum solus sustinere omnē hūc populū, quia grauis est mihi. Sin aliter tibi videtur, obsecro
D vt interficias me, & inueniā gratiā in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. Et dixit dñs ad Moy Iosue. 10.b
de per. dist. 2 c. ut cogno- sen. Cōgrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel quos tu nosti, q senes populi sint ac 1.Reg. 16.b
uerunt. § id magistri, & duces eos ad ostiū tabernaculi fœderis, faciesq; ibi stare tecū, & descendam, & lo
opponit. uel quar tibi, & auferā de spū tuo, tradāq; eis, vt sustentēt tecū onus populi, & nō tu solus graue-
cipio tibi.Sin aūt dixerit,nolo egredi eo q diligat te,& domū tuā,& bene sibi apud te eē sen
tiat,assumes subulā,& perforabis aurē eius in ianua domus tuæ,& seruiet tibi vsq; in æternū,
ancillæ quoq; similiter facies.Nō auertas ab eis oculos tuos quando dimiseris eos liberos,q̄-
Heb. dupliciter mercenarius per, &c. niā * iuxta mercedē mercenarij per sex annos seruiuit tibi,vt benedicat tibi dn̄s deus tuus in D
cunctis operibus quæ agis. De primogenitis tuis quæ nascuntur in armentis,& ouibus tuis,
quicquid est sexus masculini,sanctificabis dn̄o deo tuo.Nō operaberis in primogenito bo-
uis,& nō tondebis primogenita ouiū.In cōspectu dn̄i dei tui comedes ea,per annos singulos,
in loco quē elegerit dn̄s,tu & domus tua.Sin aūt habuerit maculā,vel claudū fuerit,vel cæcū,
aut in aliqua parte deforme,vel debile,non immolabitur dn̄o deo tuo,sed intra portas vrbis
tuæ comedes illud,tā mūndus q̄ immūdus similiter vescent eis,quasi capræa & ceruo.Hoc so
Sup.12.c lū obseruabis,vt sanguinē eorū non comedas,sed effundas in terram quasi aquam.

¶De paschate,& pentecoste,& tabernaculorum solennitate.Quales magistratus constituendi. Cap. XVI.

OBserua mensem nouarū frugum,& verni primum temporis,vt facias Phase domi- A
no deo tuo,quoniā in isto mense eduxit te dominus deus tuus de Aegypto,nocte.
Immolabisq; Phase domino deo tuo,de ouibus,& de bobus,in loco quem elegerit
dominus deus tuus,vt habitet nomē eius ibi.Nō comedes in eo panē fermentatū.
Septem diebus comedes absq; fermento afflictionis panem, quoniā in pauore egressus es de
Aegypto,vt memineris diei egressionis tuæ de Aegypto,omnibus diebus vitæ tuæ. Nō ap-
parebit fermentatū in omnibus terminis tuis,septē diebus,& nō remanebit de carnibus eius,
quod immolatum est vespere,in die primo,vsq; ad mane. Non poteris immolare Phase in B
qualibet vrbium tuarum,quas dominus deus tuus daturus est tibi,sed in loco quē elegerit do
minus deus tuus,vt habitet nomē eius ibi.Immolabisq; Phase vespere ad solis occasum quan
do egressus es de Aegypto,& coques,& comedes in loco quē elegerit dn̄s deus tuus, maneq;
cōsurgēs,vades in tabernacula tua.Sex diebus comedet azyma,& in die septima(qa collecta
est dn̄i dei tui)nō facies opus. Septē hebdomadas numerabis tibi ab ea die, qua falcē in se-
getē miseris,& celebrabis diē festū hebdomadarū,dn̄o deo tuo, oblationē spontaneā manus
tuæ,quā offeres iuxta bn̄dictionē dn̄i dei tui,& epulaberis corā dn̄o deo tuo,tu,& filius tuus,
& filia tua,& seruus tuus,& ancilla tua,& Leuites,q est intra portas tuas,& aduena, ac pupil-
lus,& vidua,qui morant vobiscū in loco quē elegerit dn̄s deus tuus,vt habitet nomē eius ibi,
& recordaberis quoniā seruus fueris in Aegypto,custodiesq; ac facies quæ tibi pcepta sunt.
Solennitatē quoq; tabernaculorū celebrabis per septē dies,quādo collegeris de area & tor C
culari fruges tuas,& epulaberis in festiuitate tua,tu & filius tuus,& filia,& seruus tuus, & an-
cilla,Leuites quoq;,& aduena,& pupillus,ac vidua,qui intra portas tuas sunt.Septem diebus
domino deo tuo festa celebrabis,in loco quē elegerit dominus,benedicetq; tibi dn̄s deus tu-
us in cūctis frugibus tuis,& omni opere manuū tuarū erisq; in lætitia. Tribus vicibus p an-
num apparebit omne masculinum tuum in conspectu domini dei tui,in loco quem elegerit,
in solennitate azymorum,& in solennitate hebdomadarum,& in solennitate tabernaculorū.
Non apparebit ante dominum vacuus,sed offeret vnusquisq; secūdum quod habuerit, iuxta
benedictionem domini dei sui quam dederit ei. Iudices & magistros constitues in omnib9 D
Exod.23.b & 34.c portis tuis,quas dominus deus tuus dederit tibi,per singulas tribus tuas,vt iudicent populum de cōs.dist.2. c.omnis Christianus.
Eccle.16.d iusto iudicio,nec in alteram partem declinent.Non accipies personā,nec munera, quia mu-
Heb. peruertūt, supplantant. nera excæcant oculos sapientum,& * mutant verba iustorū.Iuste quod iustum est,perseque- 11.q.3.c.pauper.
Exo.23.a ris,vt viuas,& possideas terrā quā dn̄s deus tuus dederit tibi. Nō plātabis lucū,& oēm arbo-
Eccle.20.d rē iuxta altare dn̄i dei tui,nec facies tibi atq; cōstitues statuā,quæ odit dominus deus tuus.

¶Vitio-

¶Vitiosa hostia non offerenda, pœna idololatriæ, ambigua sentẽtia ad summos iudices deferenda, plectendus rebellis, institutio regis. Cap. XVII.

A Non immolabis domino deo tuo bouem & ouem, in quo est macula, aut quippiã vitij, quia abominatio est dño deo tuo. Cumq́ reperti fuerint apud te intra vnam portarum tuarum, quas dominus deus tuus dabit tibi, vir aut mulier, qui faciant malum in conspectu domini dei tui, & transgrediantur pactum illius, vt vadãt, & seruiãt dijs alienis, & adorẽt eos, solẽ, & lunã, & omnẽ militiã cœli, quæ nõ præcepit, & hoc tibi fuerit nuntiatũ, audiẽsq́ inquisieris diligẽter, & verum esse repereris: & abominatio facta est in Israel, B educes virum ac mulierẽ, qui rẽ sceleratissimã perpetrarũt, ad portas ciuitatis tuæ, & lapidibus obruent. In ore duorum vel triũ testiũ peribit qui interficiet. Nemo occidat vno cõtra se dicente testimoniũ. Manus testiũ prima interficiet eũ, & manus reliqui populi extrema mittetur, vt auferas malũ de medio tui. Si difficile & ambiguũ apud te iudiciũ esse prospexeris, inter sanguinẽ & sanguinẽ, causam & causam, leprã & nõ leprã, & iudiciũ intra portas tuas videris verba variari: surge, & ascẽde ad locũ quẽ elegerit dominus deus tuus, veniesq́ ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicẽ qui fuerit illo tẽpore, quæresq́ ab eis, qui iudicabũt tibi iudicij veritatẽ, & facies quodcunq́ dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legẽ eius, sequerisq́ sententiã eorum, nec declinabis ad dextrã, neq; ad sinistram. Qui aũt superbierit, nolẽs obedire sacerdotis imperio, qui eo tẽpore ministrat domino deo C tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malũ de Israel, cũctusq́ populus audiens, timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. Cũ ingressus fueris terrã, quã dñs deus tuus dabit tibi, & possederis eã, habitauerisq́ in illa, & dixeris: constituam super me regem, sicut habent omnes per circumitũ nationes, eum constitues, quem dominus deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere qui non sit frater tuus. Cumq́ fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Aegyptum, equitatus numero subleuatus, præsertim cum dominus præceperit vobis, vt ne D quaquam amplius per eandem viam reuertamini. Non habebit vxores plurimas, quæ alliciant animũ eius, neq; argenti & auri immensa pondera. Postquam autem sederit in solio regni sui, describet sibi * Deuteronomiũ legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, legetq́ illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere dominũ deum suum, & custodire verba, & cerimonias eius, quæ in lege præcepta sunt. Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neq; declinet in partẽ dextram vel sinistram, vt longo tempore regnet, ipse, & filij eius, super Israel.

¶Leuitis nulla datur possessio: De fugienda omni idololatria: De suscitando propheta Christo: De pseudopropheta interficiendo. Cap. XVIII.

A Non habebũt sacerdotes & Leuitæ & oẽs q de eadẽ tribu sunt, partẽ & hæreditatẽ cũ reliquo populo Israel, quia sacrificia dñi, & oblatiões eius comedẽt, & nihil aliud accipiẽt de possessiõe fratrũ suorum. Dñs enĩ ipse est hæreditas eorum, sicut locutus est illis: Hoc erit iudiciũ sacerdotũ à populo, & ab his qui offerũt victimas, siue bouẽ, siue ouẽ immolauerint, dabũt sacerdoti armũ ac ventriculũ, primitias frumẽti, vini & olei, & lanarum partẽ ex ouiũ tonsione: Ipsum enĩ elegit dñs deus tuus de cũctis tribubus tuis, vt stet & ministret nomini dñi dei tui, ipse, & filij eius in sempiternũ. Si exierit Leuites ex vna vrbium B tuarum ex omni Israel, in q habitat, & voluerit venire, desiderãs locũ quẽ elegerit dñs, ministrabit in noĩe dñi dei sui, sicut oẽs fratres eius Leuitæ, q stabũt eo tpe corã dño. Partẽ ciborum eandẽ accipiet, quã & cæteri, excepto eo qd in vrbe sua, ex paterna ei successiõe debetur. Qñ ingressus fueris terrã quã dñs deus dabit tibi: caue ne imitari velis abominatiões illarum gentium, nec inueniatur in te, q lustret filiũ suũ, aut filiã, ducẽs p ignẽ: aut q hariolos sciscitetur, & obseruet C somnia, atq; auguria, ne sit maleficus, nec incãtator, neq; phitones cõsulat, neq; diuinos, & quærat à mortuis veritatẽ; Oĩa enĩ hæc abominatur dñs, & propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo: Perfectus eris, & absq; macula, cũ dño deo tuo. Gẽtes istæ quarum possidebis terrã, augures & diuinos audiũt, tu aũt à dño deo tuo aliter institutus es. Prophetã de gẽte tua & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi dñs deus tuus, ipsum audies, vt petisti à dño deo tuo in Horeb, qñ cõtio cõgregata est, atq; dixisti: Vltra nõ audiã vocẽ dñi dei mei, & ignẽ hũc maximũ amplius nõ videbo, ne moriar. Et ait dñs mihi: Bene oĩa sunt locuti: Prophetã suscitabo eis de medio fratrũ suorum similẽ tui, & ponã verba mea in ore eius, loqueturq́ ad eos omnia quæ pcepero illi. Qui aũt verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor D existam. Propheta aũt qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non pcepi illi, vt diceret, aut ex nomine aliorum deorum, interficiatur. Quod si tacita cogitatione responderis, quomodo possum intelligere verbum, quod dominus non est locutus? hoc habebis signũ. Quod in nomine domini propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc dñs non est locutus, sed per tumorẽ animi sui propheta confinxit, & idcirco non timebis eum.

Inf. 19. Mat. 18.b Iohan. 8.c 2. Cor. 13.a Heb. 10.e 2. Timo. 5.d Sup. 1.d Inf. 25.a 1. Reg. 8.c Heb. duplicẽ legẽ ut una domi maneret, ac altera cũ rege peregrinetur 1. Cor. 9.b Num. 18.c Num. 18.c Leui. 20.d 1. Reg. 28.a Acto. 3. d. & 7.e Exod. 20.e

¶De ciuitatibus refugij ob homicidium. De pœna falsi testis. Cap. XIX.

Sup. 12. d Exo. 21. Num. 35. b Iosue. 20
CVm disperdiderit dominus deus tuus gētes, quarū tibi traditurus est terrā, & posse A [margin: 35. q. 1. c. ...]
deris eam, habitaueris'q; in vrbibus eius, & in ædibus, tres ciuitates separabis tibi, in
medio terræ, quā dominus deus tuus dabit tibi in possessionem, sternes diligenter
viam, & in tres æqualiter partes totam terræ prouinciā diuides, vt habeat è vicino
qui propter homicidiū profugus est, quo possit euadere. Hæc erit lex homicidæ fugientis
cuius vita seruāda est. Qui percusserit proximū suū nesciens, & qui heri, & nudiustertius nul- B
lū contra eū odiū habuisse cōprobat, sed abijsse cū eo simpliciter in syluā ad ligna cædenda, &
in succisione lignorū securis fugerit manū, ferrū'q; lapsum de manubrio, amicū eius percusse-
rit, & occiderit, hic ad vnā supradictarū vrbiū cōfugiet, & viuet, ne forsan proximus eius cu-
ius effusus est sanguis, dolore stimulatus persequatur, & apprehendat eū, si longior via fuerit,
& percutiat animā eius, qui non est reus mortis, quia nullū contra eum qui occisus est, odium
prius habuisse monstratur. Idcirco præcipio tibi, vt tres ciuitates æquales intra se spatij di C
Sup. 12. d uidas. Cum aūt dilatauerit dominus deus tuus terminos tuos, sicut iurauit patribus tuis, & de
derit tibi cunctā terrā quā eis pollicitus est, si tamen custodieris mandata eius, & feceris quæ
hodie præcipio tibi, vt diligas dominū deū tuū, & ambules in vijs eius omni tempore, addes
Hebr. ad tres illas Numer. 35. c tibi tres alias ciuitates, *& supradictarū triū vrbiū nūerū duplicabis, vt nō effundatur sanguis in-
noxius in medio terræ, quā dominus deus tuus dabit tibi possidendā, ne sis sanguis reus. Si 23. q. 4. c. f in iusta in pric.
quis aūt odio habens proximū suū, insidiatus fuerit vitæ eius surgens'q; percusserit illū, & mor
tuus fuerit, fugerit'q; ad vnā de supradictis vrbibus, mittent seniores ciuitatis illius, & arripi- D
ent eū de loco effugij, tradēt'q; in manu proximi, cuius sanguis effusus est, & morietur. Nō mi
sereberis eius, & auferes noxiū sanguinē de Israel, vt bene sit tibi. Non assumes & transfe- 9. q. 2. c. 1. &
Prouer. 22. c res terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua, quā dominus deus tuus da 12. q. 2. c. in le
Inf. 27. c bit tibi in terra quā acceperis possidendā. Non stabit testis vnus cōtra aliquē quicquid il- gibus. 24. q.
sup. 17. c Mat. 18 b lud peccati & facinoris fuerit, sed in ore duorū aut triū testiū stabit omne verbū. Si steterit 3. c. transferte 35. q. 1. c. 3. &
Iohan. 8. c testis mendax contra hominē, accusans eum præuaricationis, stabunt ambo, quorū causa est 7. q. 1. c. Il qs
2. Cor. 13. a ante dominū, in conspectu sacerdotū, & iudicum, qui fuerint in diebus illis. Cum'q; diligen- episco. 33. q. 1.
1. Tim. 5. d Heb. 10. c tissime perscrutantes inuenerint falsum testem, dixisse contra fratrem suū mendaciū, reddent c. d. de verbo. si
Exo. 21. c ei sicut fratri suo facere cogitauit, & auferes malū de medio tui, vt audientes cæteri timorem gnifi. c. forus
Leui. 24. c habeant, & nequaq̄ talia audeant facere: Non misereberis eius, sed animā pro anima, oculum in glo.
Mat. 5. f pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, exiges. 2 q. 3. c. 1. 33. q 5. c. sciuis hmc

¶Qui ad bella procedere debeant, ius belli in expugnandis vrbibus. Cap. XX.

SI exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus & currus, & maiorē quàm A
tu habeas aduersarij exercitus multitudinē, non timebis eos, quia dominus deus tuus
tecū est, qui eduxit te de terra Aegypti. Appropinquāte aūt iam prælio, stabit sacer-
dos ante aciem, & sic loquetur ad populū: Audi Israel: Vos hodie cōtra inimicos vestros
pugnam committitis, non pertimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formi
detis eos, quia dominus deus vester in medio vestri est, & pro vobis cōtra aduersarios dimi-
cabit, vt eruat vos de periculo. Duces quoq; per singulas turmas audiente exercitu, procla
mabunt: Quis est homo qui ædificauit domū nouā, & nō dedicauit eam: Vadat & reuertatur in B
Inf. 4. a 1. Machab. 3. g domū suā, ne forte moriatur in bello, & alius dedicet eam. Quis est homo qui plantauit vineā
& necdū facit eam esse communem, & de qua vesci omnibus liceat: Vadat & reuertatur ī do-
mum suam, ne forte moriatur in bello, & alius homo eius fungatur officio. Quis est homo q 35. q. 2. c. ...
desponsauit vxorem, & non accepit eam: Vadat & reuertatur in domum suā, ne forte moria
tur in bello, & alius homo accipiat eam. His dictis addent reliqua, & loquentur ad populū,
Iud. 7. a Quis est homo formidolosus, & corde pauido, vadat, & reuertatur in domum suam, ne paue C
re faciat corda fratrū suorū, sicut ipse timore perterritus est. Cum'q; siluerint duces exercitus,
& finem loquendi fecerint, vnusquis'q; suos ad bellandum cuneos præparabit. Si quando ac-
cesseris ad expugnandā ciuitatē, offeres ei primū pacem. Si receperit, & aparuerit tibi por-
tas, cūctus populus qui in eo est saluabitur, & seruiet tibi sub tributo: Sin aūt fœdus inire no-
luerit, & cœperit contra te bellum, oppugnabis eam. Cum'q; tradiderit dominus deus tuus il
lam in manu tua, percuties omne quod in ea generis masculini est, in ore gladij, absq; mulie-
ribus, & infantibus, iumentis, & cæteris quæ in ciuitate sunt: Omnē prædā exercitui diuides,
& comedes de spolijs hostium tuorū, quæ dominus deus tuus dederit tibi. Sic facies cūctis ci-
uitatibus, quæ à te procul valde sunt, & non de his vrbibus, quas in possessionem accepturus
es. De his autem ciuitatibus quæ dabuntur tibi, nullum omnino permittes viuere, sed īter- D
ficies in ore gladij, Ethæum videlicet & Amorræū, & Chananæū, Pherezæum & Heuæū &
Iebusæū, sicut præcepit tibi dominus deus tuus, ne forte doceāt vos facere cūctas abomina-
tiones, quas ipsi operati sunt dijs suis, & peccetis in dñm deū vestrū. Quādo obsederis ciui
tatē multo tpe, & munitionibus circundederis, vt expugnes eam, nō succides arbores de qui-
bus

bus vesci potest, nec securibus p circuitũ debes vastare regionẽ, qm̃ lignũ est & nõ homo, nec põt bellantiũ cõtra te augere numerũ. Si qua aũt ligna nõ sunt pomifera, sed agrestia, & in cæteros apta vsus, succide, & extrue machinas, donec capias ciuitatẽ q̃ cõtra te dimicat.

¶ Expiatio hominis mortui, cuius ignorat occisor. Q̃uo ducenda captiua, ius primogeniturae, pœna filij inobedientis. Ca. XXI.

A Qvando inuentũ fuerit in terra quã dñs deus tuus daturus est tibi, hominis cadauer occisi, & ignorabit cædis reus, egredient maiores natu, & iudices tui, & metient à loco cadaueris singulaꝝ p circuitũ spatia ciuitatũ, & quã viciniorẽ cæteris esse pspexerint, seniores ciuitatis illius tollent vitulã de armẽto, quæ nõ traxit iugũ, nec terrã scidit vomere, & ducent eã ad vallẽ asperã, atq; saxosam, quæ nunq̃ arata est, nec sementẽ recepit, & cædent in ea ceruices vitulæ. Accedentq; sacerdotes filij Leui, quos elegerit dñs deus tuus, vt ministrẽt ei, & benedicãt in noĩe eius, & ad verbũ eoꝝ oẽ negotiũ pẽdet, &

B quicqd mũdũ vel imũdũ est iudicet. Et venient maiores natu ciuitatis illius ad interfectũ, lauabuntq; manus suas sup vitulã, quæ in valle pcussa est, & dicent. Manus nostræ nõ effuderũt sanguinẽ hũc, nec oculi viderũt. Propitius esto populo tuo Israhel quẽ redemisti dñe, & ne reputes sanguinẽ innocentẽ in medio populi tui Israhel. Et auferet ab eis reatus sanguinis, tu aũt alienus eris ab innocentis cruore q fusus est, cũ feceris q̃d pcepit dñs. Si egressus fueris ad pugnã cõtra inimicos tuos, & tradiderit eos dñs deus tuus in manu tua, captiuosq; duxeris, & vi

C deris in numero captiuoꝝ mulierẽ pulchrã, & adamaueris eã, volueris q; habere vxorẽ, introduces eã in domũ tuã. Quæ radet cæsariẽ, & * circũcidet vngues, & deponet vestẽ in qua capta est, sedensq; in domo tua, flebit patrẽ & matrẽ suã vno mense, & postea intrabis ad eã, * dormiesq; cũ illa, & erit vxor tua. Si aũt postea nõ sederit in animo tuo, dimittes eã liberã, nec vẽdere poteris pecunia, nec opprimere p potentiã, qa humiliasti eã. Si habuerit homo vxores duas, vnã dilectã & alterã odiosam, genuerintq; ex eis ei liberos, & fuerit filius odiosæ primogenitus, volueritq; substantiã inter filios suos diuidere, nõ poterit filiũ dilectæ facere primogenitũ, & pferre filio odiosæ, sed filiũ odiosæ agnoscet primogenitũ, dabitq; ei de his quæ habue

D rit cũcta duplicia. Iste est enĩ principiũ liberoꝝ eius, & huic debent primogenita. Si genuerit hõ filiũ cõtumacẽ & pteruũ, qui non audiat patris ac matris imperiũ, & coercitus obedire cõtempserit, apphendent eũ, & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portã iudicij, dicẽtes ad eos. Filius noster iste pteruus & cõtumax est, monita nr̃a audire cõtemnit, comessatiõibus vacat & luxuriæ atq; cõuiuijs, lapidibus obruet eũ populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malũ de medio vestri, & vniuersus Israhel audiẽs ptimescat. Q̃n peccauerit homo q̃d morte plectẽdũ est, & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur: quia maledictus à deo est q pendet in ligno, & nequaq̃ cõtaminabis terrã tuã quã dñs deus tuus dederit tibi in possessionem.

¶ Res proximi seruanda, Vestes iuxta cuiusq; sexum non mutandæ, Res diuersorum generum non miscendæ, Pœna accusantis vxorem iniuste, Pœna adulterij, Pœna corruptæ virginis. Ca. XXII.

A Non videbis bouẽ fratris tui, aut ouẽ errantẽ, & præteribis: sed reduces fratri tuo, etiãsi non est ppinquus frater tuus, nec nosti eũ: duces in domũ tuam, & erũt apud te, donec q̃rat ea frater tuus & recipiat. Similiter facies de asino, & de vestimento, & de omni re fratris tui: quæ perierit, si inueneris eã, ne negligas quasi alienã. Si videris asinũ fratris tui, aut bouẽ cecidisse in via, non despicies, sed subleuabis cũ eo. Nõ induet mulier veste virili, nec vir vtet veste fœminea. Abominabilis enim apud deũ est, qui facit hæc. Si ambulans p viam in arbore, vel in terra nidũ auis inueneris, & matrẽ pullis vel ouis desuper incubantem, nõ tenebis eam cũ filijs, sed abire patieris, captos tenens filios vt bene sit tibi,

B & lõgo viuas tp̃e. Cum ædificaueris domũ nouã, facies murũ tecti per circuitũ, ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio, & in pceps ruente. Non seres vineam tuam altero semine, ne & sementis quam seuisti, & quæ nascuntur ex vinea, pariter * sanctificentur. Non arabis in boue simul & asino. Non indueris vestimento q̃d ex lana linoq; contextũ est. Funiculos in fimbrijs facies p quatuor angulos pallij tui quo operiris. Si duxerit vir vxorem, & postea odio habuerit eã, quæsieritq; occasiones quibus dimittat eã, obijciẽs ei nomen pessimũ, & dixerit vxorẽ hãc accepi, & ingressus ad eã, non inueni virginẽ, tollẽt eã pater, & mater eius, & ferẽt secũ signa virginitatis eius ad seniores vrbis, qui in porta sunt, & dicet pater: Filiã meã dedi huic vxorẽ, quam quia odit, imponit ei nomen pessimũ, vt dicat: nõ inueni filiã tuã virginem, & ecce hæc sunt signa virginitatis filiæ meæ. Expandẽt vestimentũ corã senioribus ciuitatis, apphendentq; senes vrbis illius virũ, & verberabũt illum, condemnantes insuper centũ siclis argenti, quos dabit patri puellæ, quoniam diffamauit nomen pessimũ sup virginẽ Israhel, habebitq; eam vxorẽ, & nõ poterit dimittere oĩbus diebus vitæ suæ. Quod si verum est quod obijcit, & non est in puella inuenta virginitas ejcient eã extra fores domus

Marginal notes: Iohan. 19.d · Heb. parabit adaptabit · Heb. maritabis eam · 1. Corin. 5 · Iohan. 19.d · Gala. 3.b · Exo. 23.a · 1. vel. 19 · He. pollueatur; contaminetur · His sanctificatis; his faciunt · Num. 15.d · 41. dist. c. sed illud · 24. q. 4 · multi · 26. q. 4 · Et canonib · 17. q. 4 · 30. q. 4 c. secundae; et post decollo · 30. q. 4 · 6. sacerdotes · 6. his ita · mulier · 6. dist. 6. his · 7. c. in nona · 27. q. 1 · hunc

Leui.20.b. patris sui,& lapidibus obruent viri ciuitatis illius,& morietur: quoniam fecit nephas in Israhel, vt for
nicaretur in domo patris sui,& auferes malũ de medio tui. Si dormierit vir cum vxore alterius D
vterq; morietur, id est, adulter & adultera,& auferes malũ de Israhel. Si puellã virginẽ despõ 32.q.5.c.p̃ ca. reos,ibi adul
derit vir,& inuenerit eam aliqs in ciuitate,& concubuerit cũ ea,educes vtrũq; ad portã ciui terii,27.q.2.c.
tatis illius,& lapidibus obruent: puella, quia nõ clamauit cũ esset in ciuitate: vir, qa humiliauit omne
vxorem pximi sui,& auferes malũ de medio tui. Sin aũt in agro reppererit vir puellã q̃ de 27.q.2.c.qui
spõsata est,& apprehendẽs concubuerit cũ ea, ipse morietur solus: puella nihil patietur, nec est rea despõsatã ca.
mortis: qm̃ sicut latro consurgit cõtra fratrẽ suũ,& occidit animã eius, ita & puella ppessa est. inuẽta,in gl.
Sola erat in agro, clamauit,& nullus affuit qui liberaret eam. Si inuenerit vir puellã virginẽ 34.q.2.c.nõ
quæ nõ habet sponsum,& apphendens cõcubuerit cũ illa,& res ad iudiciũ venerit, dabit qui sunt,in prin.
dormiuit cum ea patri puellæ quiquaginta siclos argenti,& habebit eam vxorẽ, quia humilia 30.q.5.c.q̃uis
uit illã. Nõ poterit dimittere eam cũctis diebus vitæ suæ. Nõ accipiet homo vxorẽ patris sui 32.q.4.c.ne
nec reuelabit operimentum eius. rettnces,i gl.

¶Qui admittendi in ecclesiã dei, Pollutio nocturna, Non fœnerandũ, Votum seruãdũ.

Caput XXIII.

Esa.56 NOn intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis,& abscisso veretro, ecclesiã A
Neem.13.a dñi. Non ingredietur mamzer, hoc est, de scorto natus in ecclesiam dñi, vsq; ad de De remi.c.ad
Num.22.a cimã generationem. Ammonites & Moabites etiam post decimã generationẽ 56 p̃sentis
nõ intrabunt ecclesiam dñi in æternũ: quia noluerunt vobis occurrere cum pane q.1.c.cũ
& aqua in via, quando egressi estis de Aegypto & quia conduxerunt contra te Balaam filium
Beor, de Mesopotamia Syriæ, vt malediceret tibi,& noluit dñs deus audire Balaã, vertitq; ma B
ledictionem eius in benedictionẽ tuã, eo q̃ diligeret te. Non facies cum eis pacem, nec quæras
eis bona, cũctis diebus vitæ tuæ in sempiternũ. Non abominaberis Idumæũ, quia frater tuus
est, nec Aegyptũ, quia aduena fuisti in terra eius. Qui nati fuerint ex eis tertia generatione in
trabunt in ecclesiã dñi. Quando egressus fueris aduersus hostes tuos in pugnam, custodias te
ab omni re mala. Si fuerit inter uos homo qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra 6.dist.ca.3,in
castra,& non reuertetur prius q̃ ad vesperam lauetur aqua,& post solis occasum regredietur in ca i.glo.
He. Et erit ti stra. Habebis locũ extra castra ad quem egrediaris ad requisita naturæ,* gerens paxillũ bal
bi paxillus p theo. Cũq; sederis, fodies p circũitum,& egesta humo operies quo releuatus es. Dñs enĩ deus C
annis tuis tuus ambulat in medio castrorum vt eruat te,& tradat tibi inimicos tuos, vt sint castra tua san
cta & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te. Non trades seruũ dño suo, q ad te cõ
fugerit. Habitabit tecũ in loco qui ei placuerit,& in vna vrbiũ tuarum requiescet, ne contristes
eum. Nõ erit meretrix de filiabus Israhel, nec scortator de filijs Israhel. Non offeres merce 14.q.5.c.non
domo dem pstibuli, nec pretium canis in dño dñi dei tui ad om̃e votũ, quia abominatio est vtrũq; sãs,dedecĩ.c.
apud dñm deũ tuũ. Non fœnerabis fratri tuo ad vsurã pecuniã, nec fruges nec quãlibet aliã ex trãsmissa
rem, sed alieno. Fratri aũt tuo absq; vsura, id quo indiget cõmodabis, vt benedicat tibi domi D
Eccl.5.a nus deus tuus in omni ope tuo, in terra ad quã ingredieris possidendã. Cũ votũ voueris dño in glo,
Baruch.6.d deo tuo, nõ tardabis reddere, quia requiret illud dñs deus tuus. Et si moratus fueris, reputabit 14.q.3.ca.pu
tibi in peccatũ. Si nolueris polliceri, absq; peccato eris. Quod autem semel egressum est de la tant
bijs tuis, obseruabis,& facies sicut promisisti domino deo tuo,& propria voluntate,& ore 17.q.1.c.fi.in
tuo locutus es. Ingressus vineam proximi tui, comede vuas quantum tibi placuerit, foras gl.ibi.redde
He. decerpes autem ne efferas tecum. Si intraueris segetem amici tui,* franges spicas,& manu conteres, domino iura
spicas manu falce autem non metes. menta
tua 22.q.5.c.iura

¶Permissio repudij, Indulgẽtia nuper cõiugati. Quõ accipiendũ pignus, Nõ detinẽda mẽtũ ibi.& in
merces, Reliquiæ frugũ pauperibus relinquendæ. Ca. XXIIII. quolum

Math.5.et SI acceperit homo vxorẽ,& habuerit eam,& nõ inuenerit gratiã ante oculos eius pro 32.q.1.§. er
19.a pter aliquã fœditatẽ, scribet libellũ repudij,& dabit in manu illius & dimittet eã de do go, 6.q.4.c A
Mar.10.a mo sua. Cũq; egressa alterum maritũ duxerit,& ille quoq; oderit eam, dederitq; ei libel scriptũ.25.q.
lum repudij,& dimiserit de domo sua, vel certe mortuus fuerit, non poterit prior ma 1.c.vlt. & illa
ritus recipere eam in vxorẽ, quia polluta est,& abominabilis facta est corã dño, ne peccare fa lis.11.q.3.c.
cias terrã tuam quam dñs deus tuus tradiderit tibi possidendã. Cum acceperit homo nuper quæ fuerit,&
vxorem, nõ pcedet ad bellũ, nec ei quippiam necessitatis iniungetur publicæ, sed vacabit absq; hac rõne.
culpa domui suæ, vt vno anno lætetur cũ vxore sua. Non accipies loco pignoris inferiorem & gl.25.dist.ab B
He. furans superiorem molam, quia animam suam apposuit tibi. Si dephensus fuerit homo * solicitans exordio.54.
fratrem suũ de filijs Israhel,& vẽdito eo acceperit pretiũ, interficietur,& auferes malũ de medio q.1.ca.non
tui. Obserua diligenter ne incurras plagam lepræ, sed facies quæcũq; docuerint te sacerdotes sane
Leuitici generis, iuxta id quod præcepi eis,& imple solicite. Memẽtote quæ fecerit dñs deus De pe.dis.1.
Nume.12.a vester Mariæ in via, cum egrederemini de Aegypto. Cũq; repetes à proximo tuo rem aliquã ca.serpens in
quam debet tibi, non ingredieris domum eius vt pignus auferas, sed stabis foris,& ille tibi p glo.
feret quod habuerit, sin autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes

ei ante

ei ante solis occasum, vt dormiens in vestimento suo benedicat tibi, & habeas iustitiam corã
dño deo tuo. Nõ negabis mercedẽ indigẽtis, & pauperis fratris tui, siue aduenæ q tecũ mora Leui.19.c
tur in terra, & intra portas tuas ẽ: sed eadẽ die reddes ei ꝓtiũ laboris sui ante solis occasum, qa 4.Reg.4.a
D pauper est, & ex eo sustẽtat aĩam suã, ne clamet cõtra te ad dñm, & reputet tibi in peccatum. 2.para.25.b
Nõ occident patres ꝓ filiis, nec filii ꝓ patribus: sed vnusqsq; ꝓ peccato suo moriet. Non ꝑ-
uertes iudiciũ aduenæ, & pupilli, nec auferes pignoris loco viduæ vestimẽtũ. Memento ꝙ ser Leui.19.b
uieris in Aegypto, & eruerit te dñs deus tuus inde. Idcirco ꝓcipio tibi, vt facias hãc rem. Qñ &.23.d
messueris segetẽ in agro tuo, & oblitus manipulũ reliqueris, nõ reuerteris vt tollas illũ, sed ad- Ezech.18.c
uenã, & pupillũ, & viduã auferre patieris, vt benedicat tibi dñs deus tuus in ope manuũ tuaꝝ.
Si fruges collegeris oliuaꝝ, qcqd remanserit in arboribus, nõ reuerteris vt colligas, sed relin
ques aduenæ, pupillo, ac viduæ. Si vindemiaueris vineã tuã, non colliges remanentes race-
mos, sed cedent in vsus aduenæ, pupilli, ac viduæ. Memento ꝙ & tu seruieris in Aegypto, &
idcirco præcipio tibi, vt facias hanc rem.

¶ Lex flagellãdi, Lex suscitãdi semẽ fraternũ, De põderis & mẽsuræ eqtate. Ca. XXV.

A SI fuerit causa inter aliqs, & interpellauerint iudices, quẽ iustũ esse ꝑspexerint, illi iusti-
tiæ palmã dabũt: quẽ impiũ, cõdemnabũt impietatis. Sin aũt eum q peccauit, dignũ vi
derint plagis, ꝓsternẽt, & corã se faciẽt verberari. Pro mẽsura peccati erit, & plagaꝝ
modus: ita dũtaxat, vt quadragenariũ numeꝝ nõ excedãt, ne fœde laceratus ante ocu
los tuos abeat frater tuus. Nõ ligabis os bouis triturantis in area fruges tuas. Qñ habitaue- 1.Cor.9.a
rint fratres simul, & vnus ex eis absq; liberis mortuus fuerit, vxor defuncti nõ nubet alteri, sed 1.Tim.5.c
accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui, & primogenitũ ex ea filiũ, noĩe illius ap Mat.22.c
pellabit, vt nõ deleat nomen eius ex Israhel. Sin aũt noluerit accipere vxorẽ fratris sui, q̃ ei le- Mar.12.b
ge debet, ꝓget mulier ad portã ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetq;. Nõ vult frater Luc.20.d
viri mei suscitare semẽ fratris sui in Israhel, nec me in cõiugem sumere. Statimq; accersiri eum Ruth.4.b
faciẽt, & interrogabũt. Si respõderit, nolo eam vxorẽ accipere, accedet mulier ad eũ corã se-
nioribus, & tollet calceamentũ de pede eius, spuetq; in faciẽ illius, & dicet: Sic fiet homini qui
nõ ædificat domũ fratris sui. Et vocabit nomen illius in Israhel, domus discalceati. Si habue- Luc.20
C rint inter se iurgiũ viri duo, & vnus cõtra alteꝝ rixari cœperit, volensq; vxor alterius eruere
virũ suũ de manu fortioris, miseritq; manũ, & apphenderit verenda eius, abscindes manũ illi-
us, nec flecteris sup eã vlla misericordia. Non habebis in sacculo diuersa põdera, maius & mi-
nus, nec erit in domo tua modius maior & minor. Põdus habebis iustũ & veꝝ, & modius ęqua
lis, & verus erit tibi, vt multo viuas tpe sup terrã, quam dñs deus tuus dederit tibi. Abominat
eñ dñs eum q facit hæc, & auersat omnẽ iniustitiã. Memento q̃ fecerit tibi Amalech in via Exo.17.d
D qñ egrediebaris ex Aegypto: quõ occurrerit tibi, & extremos agminis tui q lassi residebãt ce-
ciderit: qñ tu eras fame & labore cõfectus, & nõ timuerit deũ. Cũ ergo dñs deus tuus dederit ti
bi requiẽ, & subiecerit cũctas per circuitũ nationes in terra quã tibi pollicitus est, delebis no
men eius de sub cœlo. Caue ne obliuiscaris.

¶ De primitiis & decimis. Ca. XXVI. Supra.18

A CVmq; intraueris terrã quã dñs deus tuus tibi daturus ẽ possidendã, & obtinueris eã,
atq; habitaueris in ea, tolles de cũctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo ꝑ-
gesq; ad locũ quem dñs deus tuus elegerit, vt ibi inuocet nomen eius, accedesq; ad
sacerdotem q fuerit in diebus illis, & dices ad eum. Profiteor hodie corã dño deo
tuo, ꝙ ingressus sum in terrã ꝓ qua iurauit patribus nostris, vt daret eã nobis. Suscipiensq; sa
cerdos cartallũ de manu tua, ponet ante altare dñi dei tui, & loqueris in conspectu dñi dei tui.
B Syrus ꝑsequebat patrem meũ, qui descendit in Aegyptum, & ibi peregrinatus est in paucissi-
mo numero, creuitq; in gentem magnã ac robustã, & infinitæ multitudinis. Afflixerũtq; nos
Aegyptii, & persecuti sunt, imponentes onera grauissima, & clamauimus ad dñm deum patrũ
nostroꝝ, qui exaudiuit nos, & respexit humilitatem nostrã & laborẽ atq; angustias, & eduxit
nos de Aegypto in manu forti & brachio extento, in ingenti pauore, in signis atq; portentis,
& introduxit ad locũ istũ, & tradidit nobis terrã lacte & melle manantẽ. Et idcirco nũc offe-
ro primitias frugũ terræ, quam dñs deus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu dñi dei tui,
& adorato dño deo tuo, epulaberis in omnibus bonis, quæ dñs deus tuus dederit tibi, & do-
C mui tuæ, tu & Leuites, & aduena qui tecũ est. Quando compleueris decimam cunctaꝝ fru-
gum tuaꝝ, anno decimaꝝ tertio, dabis Leuitæ & aduenæ, & pupillo, & viduæ: vt comedant
intra portas tuas, & saturent, loquerisq; in conspectu dñi dei tui. * Attuli quod sanctificatum He. separaui
est de domo mea, & dedi illud Leuitæ, & aduenæ, & pupillo, ac viduæ, sicut iussisti mihi. Non
ꝓteriui mãdata tua, nec oblitus sum imperii tui, nõ comedi ex eis in luctu meo, nec separaui ea
D in qualibet immũditia, nec expẽdi ex eis quicq̃ in re funebri. Obediui voci dñi dei mei, & feci Esa.58.d
oĩa sicut ꝓcepisti mihi. Respice de sanctuario tuo, & de excelso celoꝝ habitaclo, & bñdic pplo Baruch.2.d
tuo Isrl, & terrę quã dedisti nobis, sicut iurasti pr̃ibus nr̃is, terræ, lacte & melle manãti. Hodie
Dñs

Heb. magnificasti Dñs deus tuus præcepit tibi, vt facias mandata hæc atq; iudicia, vt custodias & impleas ex to
Supra,7,a to corde tuo,& ex tota anima tua, Dñm * elegisti hodie, vt sit tibi deus,& ambules in viꝭs eius
Supra,14,a & custodias cerimonias illius,& mandata atq; iudicia,& obedias eius iperio. En dñs * elegit te
He. magnificauit,selegit. hodie, vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi,& custodias oīa pcepta illius,& faciet
te excelsiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem,& nomen & gloriam suam, vt sis po-
pulus sanctus domini dei tui sicut locutus est.

¶ Altare (transmisso Iordane) extruendum, benedictiones in monte Garizim, maledi-
ctiones in monte Hebal. Ca. XXVII.

Iosue.4.a PRæcepit aūt Moyses & seniores populo Israhel, dicentes. Custodite omne mandatū A
qd præcipio vobis hodie. Cūq; transieris Iordanē in terrā quā dñs deus tuus dabit ti
bi, eriges ingentes lapides,& calce leuigabis eos, vt possis in eis scribere oīa verba le-
gis huius, Iordane transmisso, vt introeas terrā quā dñs deus tuus dabit tibi, terram la
Exo.20.d. cte & melle manantē, sicut iurauit patribus tuis. Quando ergo transieris Iordanem, erige lapi
Iosue,8.f des q̄s ego hodie præcipio tibi in monte Hebal,& leuigabis eos calce,& ædificabis ibi alta-
re dño deo tuo de lapidibus quos ferrū non tetigit,& de saxis informibus & impolitis,& offe
res sup eo holocausta dño deo tuo,& immolabis hostias pacificas, comedesq; ibi & epulabe- B
ris corā dño deo tuo. Et scribes sup lapides oīa verba legis huius, plane & lucide. Dixerūtq;
Moyses & sacerdotes Leuitici generis, ad omnē Israhelem. Attende & audi Israhel. Hodie fa
ctus es populus dñi dei tui. Audies vocē eius,& facies mandata atq; iustitias quas ego pcipio 23.q.4.sc.sig
tibi. Præcepitq; Moyses populo in die illo dicens: Hi stabūt ad benedicendū dño sup mōtem tur,c.cū ergo
Garizim, Iordane transmisso, Symeon, Leui, Iudas, Issachar, Ioseph & Beniamin. Et è regiōe §.sed qui
isti stabūt ad maledicendū in monte Hebal, Rubē, Gad,& Aser, Zabulon, Dan,& Nephthali.
Deut.9.c Et pnūtiabūt Leuitæ, dicētq; ad oēs viros Israhel, excelsa voce. Maledictus hō q facit scul-
ptile,& conflatile, abominationē dñi, opus manuū artificū, ponitq; illud in abscōdito,& rñde C
bit omnis populus & dicet, amen. Maledictus q non honorat patrē suū & matrē suā. Et di-
Supra.19.d cet oīs populus, amen. Maledictus q transfert terminos proximi sui. Et dicet oīs popu-
lus, amen. Maledictus q errare facit cæcū in itinere. Et dicet omnis populus, amen. Maledi
ctus q peruertit iudiciū aduenæ, pupilli & viduæ. Et dicet oīs populus, amen. Maledictus q
dormit cū vxore patris sui,& reuelat operimentū lectuli eius. Et dicet omnis populus, amen.
Maledictus q dormit cū omni iumento. Et dicet omnis pplus, amen. Maledictus q dor- D
mit cū sorore sua, filia patris sui, vel matris suæ. Et dicet omnis pplus, amen. Maledictus qui
dormit cū socru sua. Et dicet omnis pplus, amen. Maledictus q clàm pcusserit proximū suū.
non est in hebræo. Et dicet omnis populus, amen. * Maledictus q dormit cū vxore proximi sui. Et dicet oīs
populus, amen. Maledictus q accipit munera, vt pcutiat animam sanguinis innocētis. Et di
Gala.3,b, cet omnis pplus, amen. Maledictus q non permanet in sermonibus legis huius, nec eos ope
perficit. Et dicet omnis populus, amen.

¶ Promissiones benedictionum seruantibus mandata. Maledictionum non seruantibus.
Caput XXVIII.

SI autem audieris vocem dñi dei tui, vt facias atq; custodias omnia mandata eius, quæ A
ego præcipio tibi hodie, faciet te dñs deus tuus excelsiorē cūctis gentibus quæ versant
in terra. Venientq; super te vniuersæ benedictiones istæ,& apprehendent te. si tamen
præcepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate,& benedictus in agro. Benedictus
fructus ventris tui,& fructus terræ tuæ, fructusq; iumentorū tuorū, greges armentorū tuorū,
He.corbes tui & caulæ ouiū tuarū. Benedicta * horrea tua,& benedictæ reliquiæ tuæ. Benedictus eris in-
grediens & egrediens. Dabit dñs inimicos tuos qui consurgent aduersum te, corruentes in
conspectu tuo. Per vnā viam venient contra te,& p septem fugient à facie tua. Emittet do-
minus benedictionem super cellaria tua,& sup omnia opera manuū tuarū, benedicetq; tibi in
terra quā acceperis. Suscitabit te dñs sibi in populū sanctū; sicut iurauit tibi, si custodieris man
data domini dei tui,& ambulaueris in viꝭs eius. Videbuntq; omnes terrarū populi, q nomen
domini inuocatum sit super te,& timebunt te. Abundare te faciet dominus omnibus bonis,
fructu vteri tui,& fructu iumentorum tuorum, fructu terræ tuæ quam iurauit dominus patri-
bus tuis, vt daret tibi. Aperiet dñs thesaurū suū optimū cœlum: vt tribuat pluuiam terræ tuæ
Supra,25.a in tempore suo, benedicetq; cunctis operibus manuū tuarū. Et fœnerabis gentibus multis,
He. & tu nō accipies mutuum * & ipse à nullo fœnus accipies. Constituet te dominus deus tuus in caput,& nō in caudam, B
& eris semper supra,& non subter, si tamen audieris mandata domini dei tui, quæ ego præci-
Leui.26.b, pio tibi hodie,& custodieris & feceris, ac nō declinaueris ab eis, nec ad dexterā nec ad sinistrā
Thren.2.f nec secutus fueris deos alienos, neq; colueris eos. Quod si audire nolueris vocē dñi dei tui, vt
Mala.2.a custodias & facias omnia mandata eius,& cerimonias, quas ego præcipio tibi hodie, venient
Baruch.1 d super te omnes maledictiones istæ,& apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledi-
2.Cor.11.f, ctus in agro. Maledictū horreū tuū,& maledictæ reliquiæ tuæ. Maledictus fructus ventris
tui,

tui,& fructus terræ tuæ,armenta boum tuorum,& greges ouium tuarum. Maledictus eris ingrediens,& maledictus egrediens. Mittet dñs super te * famem & esuriem, & increpationẽ in oĩa opera tua quæ tu facies:donec conterat te, & perdat velociter: ꝑpter adinuentiões tuas pessimas in quibus reliquisti me. Adiungat tibi dñs pestilentiam, donec consumat te de terra,ad quã ingredieris possidendam. Percutiat te dñs * egestate,febri, & frigore,ardore,& æstu,& aere corrupto,ac rubigine,& persequat donec pereas. Sit cœlũ quod supra te est æneum, & terra quã calcas ferrea. Det dñs imbrem terræ tuæ puluerem,& de cœlo descendat super te cinis,donec conteraris. Tradat te dñs corruentẽ ante hostes tuos,per vnã viã egrediaris cõtra eos,& ꝑ septem fugias,& dispergaris ꝑ omnia regna terræ. Sitq́ cadauer tuũ in escam cun
C ctis volatilibus cœli,& bestijs terræ,& non sit q abigat. Percutiat te dñs vlcere Aegypti,& partem corporis ꝑ quam stercora digerunt,scabie quoq; & prurigine:ita vt curari nequeas.

Heb. maledictionẽ & conturbationes.

Heb tumore & febri & ardore & æstu & gladio, ac uredine & cru bi, &c.

Percutiat te dñs amentia,& cæcitate,ac * furore mentis & palpes in meridie,sicut palpare solet cæcus in tenebris,& non dirigas vias tuas. Omniq́ tempore calumniam sustineas,& opprimaris violentia,nec habeas qui liberet te. Vxorem accipias,& alius dormiet cum ea. Domũ ædifices,& non habites in ea. Plantes vineã, & non vindemies eam. Bos tuus immolet coram te,& non comedas ex eo. Asinus tuus rapiat in cõspectu tuo,& nõ reddat tibi. Oues tuæ dent inimicis tuis,& non sit qui te adiuuet. Filij tui & filiæ tuæ tradant alteri populo, vid

Heb. stupore cordis

dentibus oculis tuis,& deficientibus ad conspectũ eorum tota die, & non sit fortitudo in manu
D tua. Fructus terræ tuæ,& omnes labores tuos comedat populus quem ignoras,& sis semper calumniã sustinens,& oppressus cũctis diebus & * stupens ad terrorẽ eorum quæ videbũt oculi tui. Percutiat te dñs hulcere pessimo in genibus,& in suris,sanariq́ non possis à planta pedis vsq; ad verticẽ tuũ. Ducetq́ te dñs & regẽ tuũ quẽ cõstitues sup te, in gentẽ quã ignoras,tu & patres tui,& seruies ibi dijs alienis,ligno & lapidi:& eris ꝑditus, in prouerbiũ ac fabulã oĩbus populis ad quos te introduxerit dñs. Sementẽ multã iacies in terrã,& modicũ cõgregabis,quia locustæ deuorabũt omnia. Vineã plantabis,& fodies,& vinũ nõ bibes, nec colliges
E ex ea quippiã,qm̃ vastabit vermibus. Oliuas habebis in oĩbus terminis tuis, & non vngeris oleo,qa defluent & deperibũt. Filios generabis & filias,& nõ frueris eis,qm̃ ducent in captiuitatẽ. Omnes arbores tuas,& fruges terræ tuæ,rubigo cõsumet. Aduena q tecũ versat in terra ascendet sup te,eritq́ sublimior:tu aũt descẽdes,& eris inferior. Ipse fœnerabit tibi, & tu nõ fœnerabis ei. Ipse erit in caput,& tu eris in caudã. Et venient sup te oẽs maledictiones istæ & ꝑsequentes apprehendẽt te,donec intereas:quia nõ audisti vocẽ dñi dei tui,nec seruasti mãdata eius,& ceremonias quas ꝓcepit tibi. Et erũt in te signa atq; ꝓdigia,& in semĩe tuo vsq; in sempiternũ,eo q nõ seruieris dño deo tuo in gaudio,cordisq́; lætitia,ꝓpter rerum oĩm abundãtiam. Seruies inimico tuo quẽ emittet tibi dñs,in fame,& siti,& nuditate, & oĩni penuria,& ponet iugũ ferreũ sup ceruicẽ tuã,donec te cõterat. Adducet dñs sup te gentẽ de longinquo de extremis terræ finibus,in similitudinẽ aquilæ volantis cũ impetu, cuius linguã intelligere nõ possis,gentem ꝓcacissimã,quæ nõ deferat seni,nec misereat paruuli,& deuoret fructum iumentorum tuorum ac fruges terræ tuæ,donec intereas, & non relinquat tibi triticũ,vinũ,& oleũ, armenta boum,& greges ouiũ,donec te disperdat,& conterat,in cũctis vrbibus tuis,& destru
F ant muri tui firmi atq; sublimes,in quibus habebas fiduciã in omni terra tua. Obsideberis intra portas tuas in omni terra tua,quam dabit tibi dñs deus tuus,& comedes fructũ vteri tui,& carnes filiorum tuorum,& filiarum tuarum,quas dederit tibi dñs deus tuus in angustia,& vastitate, qua opprimet te hostis tuus. Homo * delicatus in te,& luxuriosus valde,inuidebit fratri suo,& vxori quæ cubat in sinu suo,ne det eis de carnibus filiorum suorum quas comedet, eo q nihil aliud habeat in obsidione & penuria,qua vastauerunt te inimici tui intra oẽs portas tuas. Tenera mulier delicata,quæ super terrã ingredi non valebat,nec pedis vestigiũ figere ꝓpter mollitiẽ & teneritudinẽ nimiã,inuidebit viro suo qui cubat in sinu eius,super filij & filiæ carnibus, & illuuie secundarum quæ egrediunt de medio fœminũ eius,& sup liberis,& * qui eadem hora nati sunt. Comedent enim eos clam ꝓpter rerum omniũ penuriam in obsidione & vastitate,qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas. Nisi custodieris & feceris oĩa verba legis huius quæ scripta sunt in hoc volumine,& timueris nomen eius gloriosum & terribile, hoc est, dñm deũ tuũ,augebit dñs plagas tuas,& plagas seminis tui,plagas magnas & perseuerãtes,in-
G firmitates pessimas,& ꝑpetuas,& cõuertet te in oẽs afflictiões Aegypti,quas timuisti,& adhærebũt tibi. Insup & vniuersos lãguores & plagas,q̃ nõ sunt scriptæ in volumine legis huius, inducet dñs sup te,donec te cõterat. Et remanebitis pauci numero,q prius eratis sicut astra cœli ꝓ multitudine,quoniã nõ audistis vocẽ dñi dei vestri. Et sicut añ lætatus est dñs sup vos,bene vobis faciẽs,vosq́; multiplicãs,sic lætabit disperdẽs vos atq; subuertens, vt auferamini de terra ad quã ingredìemini possidendã. Disperdet te dñs in oẽs populos à summitate terræ vsq; ad terminos eius,& seruies ibi dijs alienis, quos & tu ignoras, & patres tui,lignis & lapidibus. In gentibus quoque illis non quiesces, neque erit requies vestigio pedis tui,dabit enim

Heb. insania ad uisionem

Leui.26.b
Aggei.1.b
Mich.6.d

4.Reg.6.f.

Ezech.4.b
tener in te et delicatus legunt hebræi

Heb. quos pariet.

tibi dñs ibi cor pauidũ,& deficiẽtes oculos,& aĩam cõſumptã mœrore,& erit via tua quaſi pẽ
dens ante te. Timebis nocte & die,& nõ credes vitæ tuæ. Mane dices,qs mihi det veſpeꝝ? &
veſpere,qs mihi det mane? ꝓpter cordis tui formidinẽ qua terreberis,& ꝓpter ea q̃ tuis vide
bis oculis. Reducet te dñs claſſibus in Aegyptũ,ꝑ viã de qua dixit tibi,vt eã amplius nõ vide-
res. Ibi vẽderis inimicis tuis in ſeruos & ancillas, & nõ erit qui emat.

¶Cõmemoratõe beneficioꝝ,ad mãdata ſeruanda hortat̃. Ca.XXIX.

Exo.19.a HAec ſunt verba fœderis, q̃d præcepit dñs Moyſi,vt feriret cum filijs Iſrahel in terra A
Moab præter illud fœdus quod cum eis pepigit in monte Horeb,vocauitq́ Moyſes
omnem Iſrahel,& dixit ad eos: Vos vidiſtis vniuerſa q̃ fecit dñs corã vobis in terra
Aegypti,Pharaoni & omnibus ſeruis eius, vniuerſæq́ terræ illius,tentatões magnas
quas viderũt oculi tui,ſigna illa portentaq́ ingentia,& non dedit vobis dñs cor intelligens &
oculos videntes,& aures quæ poſſint audire,vſq́ in præſentem diem. Adduxit vos quadra-
ginta annis ꝑ deſertũ,non ſunt attrita veſtimenta veſtra, nec calceamenta pedũ veſtroꝝ ve- B
Num.21.g tuſtate conſumpta ſunt. Panem non comediſtis,vinũ & ſiceram non bibiſtis,vt ſciretis,quia
ipſe eſt dñs deus veſter. Et veniſtis ad hũc locum,egreſſuſq́ eſt Seon rex Heſebon,& Og rex
Baſan occurrentes nobis ad pugnã,& ꝑcuſſimus eos,& tulimus terrã eoꝝ,ac tradidimus poſſi
dendam Ruben & Gad,& dimidiæ tribui Manaſſe. Cuſtodite ergo verba pacti huius,& im
plete ea,vt intelligatis vniuerſa quæ facitis. Vos ſtatis hodie cũcti coram dño deo veſtro prin
cipes veſtri & tribus ac maiores natu,atq́ doctores,om̃is populus Iſrahel, liberi & vxores ve
ſtræ,& aduenæ q tecũ morant̃ in caſtris,exceptis lignoꝝ cæſoribus,& his q cõportãt aquas,
vt tranſeas in fœdere dñi dei tui, & in iureiurando quod hodie dñs deus tuus percutit tecũ, vt
ſuſcitet te ſibi in populũ,& ipſe ſit dñs deus tuus,ſicut locutus eſt tibi, & ſicut iurauit patribus
tuis Abraham,Iſaac,& Iacob. Nec vobis ſolis ego hoc fœdus ferio, & hæc iuramenta confir-
mo,ſed cunctis præſentibus & abſentibus. Vos enim noſtis quomodo habitauerimus in ter C
ra Aegypti,& quomodo tranſierimus per mediũ nationũ,quas tranſeuntes vidiſtis abomina
tiones & ſordes,id eſt,idola eoꝝ,lignũ,& lapidem,argentũ,& auꝝ,quæ colebant,ne forte ſit
inter vos vir aut mulier,familia aut tribus cuius cor auerſum eſt hodie à dño deo veſtro,vt va
dat & ſeruiat dijs illaꝝ gentiũ,& ſit inter vos radix germinans fel & amaritudinem. Cũq́ au-
dierit verba iuramenti huius benedicat ſibi in corde ſuo,dicens: Pax erit mihi,& ambulabo in
prauitate cordis mei,& aſſumat ebria ſitientem,& dñs non ignoſcat ei, ſed tũc q̃ maxime fu-
ror eius fumet,& zelus contra hominem illũ,& ſedeant ſuper eum omnia maledicta quæ ſcri
pta ſunt in hoc volumine,& deleat dñs nomen eius de ſub cęlo,& cõſumat eũ in ꝑditionem,
ex omnibus tribubus Iſrahel, iuxta maledictiones quæ in libro legis huius ac fœderis con-
tinent̃. Dicetq́ ſequens generatio,& filij qui naſcent̃ deinceps, & peregrini qui de longe ve- D
nerint,videntes plagas terræ illius,& infirmitates,quibus afflixerit dñs, ſulphure & ſolis ardo
re comburens,ita vt vltra non ſerat̃,nec virens quippiam germinet in exemplũ ſubuerſionis
Sodomæ & Gomorræ, Adamæ,& Seboim,quas ſubuertit dñs in ira, & furore ſuo. Et dicent
3.Reg.9.b omnes gentes,quare ſic fecit dñs terræ huic? quæ eſt hæc ira furoris eius immenſa? Et reſpon-
Hiere.22.c debunt: quia dereliquerunt pactũ domini quod pepigit cũ patribus eoꝝ, quando eduxit eos
de terra Aegypti,& ſeruierũt dijs alienis,& adorauerũt eos quos neſciebant, & quibus nõ fue
rant attributi,idcirco iratus eſt furor domini contra terram iſtam,vt induceret ſuper eã om̃ia
maledicta,quæ in hoc volumine ſcripta ſunt,& eiecit eos de terra ſua in ira & in furore, & in
indignatione maxima,proiecitque in terram alienam,ſicut hodie comprobatur. Abſcondi-
ta à domino deo noſtro,quæ manifeſta ſunt nobis & filijs noſtris vſq́ in ſempiternum,vt fa-
ciamus vniuerſa legis huius.

¶Verbũ dei quærentibus nõ eſſe remotũ,ſed ꝓpinquũ in ore & in corde. Ca.XXX.

CVm ergo venerint ſuper te omnes ſermones iſti,benedictio ſiue maledictio, quam A
propoſui in conſpectu tuo,& ductus pœnitudine cordis tui in vniuerſis gentibus in
quas diſperſerit te dñs deus tuus, & reuerſus fueris ad eũ, & obedieris eius imperijs,
ſicut ego hodie præcipio tibi,& filijs tuis in toto corde tuo,& in tota anima tua,re-
ducet te dominus deus tuus de captiuitate tua,ac miſerebitur tui,& rurſum congregabit te de
cunctis populis,in quos te ante diſperſit. Si ad cardines cœli fueris diſſipatus, inde te retrahet
dñs deus tuus,& aſſumet atq́ introducet in terrã quam poſſederũt patres tui,& obtinebis eã,
& benedicens tibi maioris numeri te eſſe faciet, q̃ fuerint patres tui. Circũcidet dñs deus tuus B
cor tuũ,& cor ſeminis tui,vt diligas dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo, & in tota anima tua,
Rom.10.b vt poſſis viuere? Omnes aũt maledictiones has conuertet ſuper inimicos tuos,& eos q oderũt
te, & perſequunt̃. Tu aũt reuerteris,& audies vocem domini dei tui,faciesq́ vniuerſa manda
ta quæ ego præcipio tibi hodie,& abundare te faciet dominus deus tuus in cunctis operibus
manuũ tuaꝝ,in ſobole vteri tui,& in fructu iumentoꝝ tuoꝝ,in vbertate terræ tuæ,& in rerũ
omniũ largitate. Reuertetur enim dñs vt gaudeat ſuper te in omnibus bonis,ſic gauiſus eſt in

patri-

patribus tuis, si tñ audieris vocē dñi dei tui, & custodieris præcepta eius, & cerimonias, quæ
in hac lege cōscripta sunt, & reuertaris ad dñm deū tuum, in toto corde tuo, & in tota anima Rom.10.b
C tua. Mandatū hoc quod ego præcipio tibi hodie, nō supra te est, neq; procul positū, nec in
cœlo sitū, vt possis dicere: Quis nostrū valet ad cœlū cōscendere, vt deferat illud ad nos, vt
audiamus atq; opere cōpleamus? neq; trans mare positū vt causeris & dicas: Quis ē nobis po
terit mare trāsfretare, & illud ad nos vsq; deferre, vt possimus audire, & facere qđ ꝓceptū est?
Sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illū. Cōsidera ꝙ hodie pro
posuerim ī cōspectu tuo vitā & bonū, & ecōtrario mortē & malū vt diligas dñm deū tuū, &
ambules in vijs eius, & custodias mādata illius, ac cerimonias atq; iudicia, & viuas atq; multi-
D plicet te, bñdicatq; tibi in terra, ad quā ingredieris possidēdā. Sin aūt auersum fuerit cor tuū,
& audire nolueris, atq; * errore deceptus, adoraueris deos alienos, & seruieris eis, ꝓdico tibi ho He. depulsus
die ꝙ pereas, & paruo tēpore moreris in terra ad quā (Iordane transmisso) ingredieris possi- Sup.4.d
dendā. Testes inuoco hodie cœlū & terrā, ꝙ proposuerim vobis vitā & bonū, benedictio
nē & maledictionē. Elige ergo vitā, vt & tu viuas & semē tuū, & diligas dñm deum tuū, atq;
obedias voci eius, & illi adhæreas. Ipse est eñ vita tua, & longitudo dierꝫ tuorꝫ, vt habites in
terra, pro qua iurauit dñs patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob, vt daret eam illis.

¶ Iosue ꝑficit populo loco Moysi, scribit Deuteronomiū, ponitúrq; in arca. Cap. XXXI.

A Bijt itaq; Moyses, & locutus est omnia verba hæc ad vniuersum Israel, & dixit ad
eos: Centū viginti annorꝫ sum hodie, non possum vltra egredi & ingredi, ꝑsertim Sup.3.d
cū & dñs dixerit mihi, non transibis Iordanē istū. Dominus ergo deus tuus transi- Num.27.c
bit ante te. Ipse delebit omnes gentes has in cōspectu tuo, & possidebis eas. Et Io-
sue iste transibit ante te, sicut locutus est dominus. Faciétq; dñs eis sicut fecit Seon & Og re-
gibus Amorræorꝫ, & terræ eorꝫ, delebítq; eos. Cū ergo & hos tradiderit vobis, similiter facie
tis eis sicut præcepi vobis. Viriliter agite & cōfortamini. Nolite timere, nec paueatis ad con
B spectū eorꝫ, quia dñs deus tuus ipse est ductor tuus, & nō dimittet nec derelinquet te. Voca- Inf.eo.
uítq; Moyses Iosue, & dixit ei corā omni Israel. Confortare & esto robustus: Tu eñ introdu Iosue.1.b
ces populū istū in terrā, quā daturꝫ se patribus eorꝫ iurauit dñs, & tu eā diuides sorte. Et dñs 3.Reg.2.a
qui ductor est vester, ipse erit tecū, nō dimittet nec derelinquet te, Noli timere, nec paueas.
Scripsit itaq; Moyses legē hanc, & tradidit eā sacerdotibus filijs Leui, q portabant arcā fœde
C ris dñi, & cunctis senioribus Israel. Præcepítq; eis dicens: Post septē annos, anno remissionis
in solennitate tabernaculorꝫ conuenientibus cunctis ex filijs Israel, vt appareant in cōspectu
domini dei tui, in loco quē elegerit dñs, leges verba legis huius corā omni Israel audientibus
eis, & in vnū omni populo cōgregato, tam viris ꝙ̄ mulieribus, paruulis, & aduenis, qui sunt
intra portas tuas, vt audientes discant, & timeant dñm deū vestrū, & custodiant impleantq;
omnes sermones legis huius. Filij quoq; eorꝫ qui nunc ignorant, vt audire possint, & timeant
dñm deū suū, cunctis diebus quibus versantur in terra, ad quā vos (Iordane transmisso) pergi
tis obtinēdā. Et ait dominus ad Moysen: Ecce prope sunt dies mortis tuæ, voca Iosue, & sta-
D te in tabernaculo testimonij, vt præcipiā ei. Abierūt ergo Moyses & Iosue, & steterūt in ta-
bernaculo testimonij. Apparuítq; dñs ibi in columna nubis, quæ stetit in introitu tabernacu
li. Dixítq; dñs ad Moysen: Ecce tu dormies cū patribus tuis, & populus iste consurgēs for-
nicabitur post deos alienos, in terra ad quā ingredieť * vt habitet in ea, ibi derelinquet me, & Heb. in me-
irritū faciet fœdus quod pepigi cū eo. Et irascetur furor meus contra eū in die illo, & derelin dium eius.
quam eū, & abscondā faciē meā ab eo, & erit in deuorationē. Inueniēt eū omnia mala & affli
E ctiones, ita vt dicat in die illo. Vere quia non est deus mecum, inuenerunt me hæc mala. Ego
aūt abscondā & cælabo faciem meam in die illo, propter omnia mala quæ fecit, quia secutus
est deos alienos. Nunc itaq; scribite vobis canticū istud, & docete filios Israel, * vt memori- He. ponite in
ter teneant, & ore decātent, & sit mihi carmen istud pro testimonio, inter filios Israel. Intro- os eorum.
ducā eñ eū in terrā pro qua iuraui patribus eius, lacte & melle manantē. Cūq; comederint &
F saturati crassíq; fuerint, auertentur ad deos alienos, & seruient eis, detrahentq; mihi, & irritū
facient pactū meū. Postq̄ inuenerint eum mala multa & afflictiones, respondebit ei canticū
istud pro testimonio, quod nulla delebit obliuio, ex ore seminis tui. Scio enim cogitatiōes
eius quæ facturus sit hodie anteq̄ introducā eum in terram, quam ei pollicitus sum. Scripsit
quoq; Moyses canticū, & docuit filios Israel. Præcepítq; dñs Iosue filio Nun, & ait. Cōforta- Sup. eo.
re & esto robustus. Tu eñ introduces filios Israel in terrā quā pollicitus sum, & ego ero tecū.
Postq̄ ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atq; compleuit, præcepit Leui
tis, qui portabāt arcā fœderis dñi, dicēs: Tollite librū istū & ponite eū in latere arcæ fœderis
dñi dei vestri, vt sit ibi cōtra te in testimoniū. Ego eñ scio * cōtentionē tuā, & ceruicē tuā du He. rebellionē
G rissimā. Adhuc viuēte me & ingrediēte vobiscū, * semp cōtētiose egistis cōtra dñm. Quanto- He. hodie re-
magis cū mortuus fuero? Cōgregate ad me oēs maiores natu p tribus vestras, atq; doctores, belles fuistis.
& loquar audientibus eis sermones istos, & inuocabo cōtra eos cœlū & terrā. Noui enim ꝙ

post mortē meam inique agetis, & declinabitis cito de via quam præcepi vobis, & occurrēt
vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu domini, vt irritetis
eum per opera manuum vestrarum. Locutus est ergo Moyses audiente vniuerso cœtu Is-
raeli, verba carminis huius, & ad finem vsq; compleuit.

¶Canticum Deuteronomij Moysi, Moyses iubetur scandere montem Aba-
rim, consideraturus terram promissam. Cap. XXXII. A

Heb. stilles AVdite cœli quæ loquar, audiat terra verba oris mei, * concrescat vt pluuia doctrina De.per.dil.s
mea, fluat vt ros eloquium meum. Quasi imber super herbam, & quasi stillę super §.auctoritas
gramina: quia nomen domini inuocabo, date magnificētiam deo nostro, Dei per-
fecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia. Deus fidelis & absq; vlla iniquitate, iu-
stus, & rectus. Peccauerunt ei & nō filij eius, in sordibus. Generatio praua atq; peruersa,
hæccine reddis domino, popule stulte & insipiēs? Nunquid nō ipse est pater tuus, q pos-
Inf.eo. sedit te, & fecit & creauit te? Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas
Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicēt tibi. Quando diuide- de cō.dil.s.
bat altissimus gentes, quando separabat filios Adam. Constituit terminos populorū iuxta B
numerum filiorum Israel. Pars aūt domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. ca.lai dum.
Inuenit eū in terra deserta, in loco horroris & vastæ solitudinis. Circūduxit eum, & do
cuit, & custodiuit quasi pupillā oculi sui. Sicut aquila prouocans ad volandū pullos suos, &
super eos volitans expandit alas suas, & assumpsit eū, atq; portauit in humeris suis. Domi-
nus solus dux eius fuit, & nō erat cū eo deus alienus. Constituit eū super excelsam terram, vt
comederet fructus agroꝝ. Vt sugeret mel de petra, oleumq; de saxo durissimo. Butyrū
de armento, & lac de ouibus, cū adipe agnoꝝ & arietū filioꝝ Basan. Et hircos cū medulla
He. impinguatus Israel, & recalcitrauit, impinguatus es incrassatus, operuisti se te pinguedine. tritici, & sanguinē vuæ biberent meracissimum. * Incrassatus est dilectus & recalcitrauit,
incrassatus, impinguatus, dilatatus. Dereliquit deū factorē suū, & recessit à deo salutari suo.
Prouocauerunt eum in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiā cōcitauerūt. Im C
molauerunt dæmonijs, & non deo, dijs quos ignorabant. Noui recentesq; venerūt, quos
nō coluerūt patres eoꝝ. Deū qui te genuit dereliquisti, & oblitus es dñi creatoris tui. Vidit
dominus & ad iracundiā concitatus est, quia prævaricauerunt eū filij sui, & filiæ. Et ait. Ab-
Sup. eodem. Roma. 10.d Hiere. 10.f scondam faciē meā ab eis, & considerabo nouissima eoꝝ. Generatio eñi peruersa est, & in
fideles filij. Ipsi me prouocauerūt in eo qui nō erat deus, & irritauerunt in vanitatibus suis.
Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gēte stulta irritabo illos. Ignis suc 2.q.7.c.accusatio ibi & in dict' similis
cēsus est in furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima. Deuorabitq; terrā cū germine
suo, & montiū fundamēta cōburet. Cōgregabo super eos mala, & sagittas meas cōplebo in
eis. Cōsumentur fame, & deuorabūt eos aues, morsu amarissimo. Dentes bestiaꝝ immittā
in eos, cū furore trahentiū sup terrā atq; serpentiū. Foris vastabit eos gladius, & intus pa- D
uor, iuuenē simul ac virginē lactantē cū homine sene, & dixi. Vbinā sunt? Cessare faciā ex
hominibus memoriā eoꝝ. Sed propter irā inimicoꝝ distuli ne forte superbirēt hostes eo-
rū, & dicerēt. Manus nostra excelsa, & nō dñs fecit hæc omnia. Gens absq; concilio est &
sine prudētia, vtinā saperēt & intelligerent, ac nouissima prouiderēt. Quomodo persequē
batur vnus mille, & duo fugarūt decē milia. Nōne ideo quia deus suus vendidit eos, & dñs E
conclusit illos? Non enim est deus noster vt dij eoꝝ, & inimici nostri sunt iudices. De vi-
nea Sodomoꝝ vinea eoꝝ, & de suburbanis Gomorræ. Vua eoꝝ, vua fellis, & botrus ama-
Eccle. 18.a Roma. 12.d Hiere. 10.f rissimus. Fel draconū vinū eoꝝ, & venenū aspidū insanabile. Nōne hæc cōdita sunt apud
me, & signata in thesauris meis? Mea est vltio, & ego retribuā eis in tēpore, vt labatur pes eo-
rū. Iuxta est dies perditionis, & adesse festināt tēpora. Iudicabit dñs populū suū, & in ser
Hiere. 13.f uis suis miserebitur. Videbit q infirmata sit manus, & clausi quoq; defecerūt, residuiq; con
sumpti sunt. Et dicent. Vbi sunt dij eoꝝ in quibus habebant fiduciā? De quoꝝ victimis
comedebāt adipes, & bibebāt vinū libaminū. Surgant & opitulentur vobis, & in necessitate
vos protegant. Videte q ego sim solus, & nō sit alius deus pręter me. Ego occidā, & ego F
viuere faciā, percutiā, & ego sanabo, & nō est q de manu mea possit eruere. Leuabo ad cœ
lū manū meā, & dicā. Viuo ego in æternū. Si acuero vt fulgur gladiū meū, & arripuerit iu-
diciū manus mea. Reddā vltionē hostibus meis, & his qui oderunt me retribuā. Inebria-
bo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. De cruore occisoꝝ, & de ca-
ptiuitate nudati inimicoꝝ capitis. Laudate gentes populū eius, quia sanguinē seruoꝝ suoꝝ
vlciscet. Et vindictā retribuet in hostes eoꝝ, & propitius erit terræ populi sui. Venit er- G
go Moyses & locutus est oīa verba cantici huius in auribus populi, ipse & Iosue filius Nun.
Cōpleuitq; oēs sermones istos, loquēs ad vniuersum Israel, & dixit ad eos. Ponite corda ve-
stra in oīa verba mea, q ego testificor vobis hodie, vt mādetis ea filijs vestris custodire, & fa-
cere & implere vniuersa q scripta sunt in volumine legis huius, qa nō incassum pręcepta sunt
vobis: sed vt singuli in eis viuerēt, quæ facientes longo perseueretis tēpore in terra, ad quam

(Iordane

(Iordane transmisso) ingrediemini possidendam. Locutusq; est dñs ad Moysen in eadem
die, dicens: Ascẽde in montem istum Abarim, id est transituum, in montem Nebo, qui est in
terra Moab, contra Hiericho, & vide terram Chanaan, quam ego tradam filijs Israel obtinẽ- Num. 20. d
dam, & morere in monte. Quem cõscendens iungeris populis tuis, sicut mortuus est Aaron
frater tuus, in monte Hor, & appositus populis suis, quia præuaricati estis cõtra me in medio
filiorum Israel, ad aquas cõtradictionis, in Cades deserti Syn, & non sanctificastis me inter fi
lios Israel. Econtra videbis terram, & non ingredieris in eam, quã ego dabo filijs Israel.

¶ Moyses moriturus, benedicit singulis tribubus Israel. Cap. XXXIII.

A HAec est benedictio qua benedixit Moyses homo dei filijs Israel, ante mortẽ suã. Et
ait: Dñs de Sina venit, & de Seir ortus est * nobis. Apparuit de monte Pharan, & cũ Heb. ipsis.
eo sanctorum milia. In dextera eius ignea lex, dilexit populos. Omnes sancti in
manu illius sunt, & qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius.
Legẽ præcepit nobis Moyses hæreditatẽ multitudinis Iacob. Erit apud rectissimũ rex, cõ
gregatis principibus populi, cũ tribubus Israel. Viuat Ruben & non moriatur, & sit paruus
in numero. Hæc est Iudæ benedictio. Audi domine vocẽ Iudæ, & ad populũ suũ introduc
eum. Manus eius pugnabũt pro eo, & adiutor illius cõtra aduersarios eius erit. Leui quoq;
ait. Perfectio tua, & doctrina tua à viro sancto tuo, quẽ probasti in tentatione, & iudicasti ad Mat. 16. d
B aquas cõtradictionis. Qui dixit patri suo, & matri suæ, nescio vos: & fratribus suis, ignoro il- He. docebůt
los, & nescierũt filios suos. Hi * custodierũt eloquiũ tuũ, & pactũ tuũ, seruauerunt iudicia tua He. ponent
o Iacob, & legẽ tuã o Israel. Ponẽt thymiama * in furore tuo, & holocaustũ super altare tuũ.
Benedic domine fortitudini eius, & opera manuũ illius suscipe. Percute dorsa inimicorũ eius
& qui oderũt eum, non consurgant. Et Beniamin ait. Amantissimus domini habitabit con
fidẽter in eo, quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet. Ioseph
quoq; ait, de benedictiõe domini terra eius, de pomis cœli, & rore, atq; abysso subiacẽte. De He. a deliciis
pomis fructuũ solis ac * lunæ, de uertice antiquorũ mõtiũ, de pomis colliũ æternorũ, & de fru fructuũ mensium.
gibus terræ, & de plenitudine eius. Benedictio illius qui apparuit in rubo, veniat sup caput Io
C seph, & sup verticẽ Nazaræi inter fratres suos. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius cor
nua rhinocerotis cornua illius. In ipsis ventilabit gẽtes, vsq; ad terminos terræ. Hæ sunt mul
titudines Ephraim, & hæc milia Manasse. Et Zabulon ait. Lætare Zabulon in exitu tuo,
& Isaschar in tabernaculis tuis, populos ad montẽ vocabũt, ibi immolabũt victimas iustitiæ. quasi lac, nõ
Qui inundationẽ maris (* quasi lac) sugent & thesauros absconditos arenarũ. Et Gad ait. Be est in hebræ.
nedictus in latitudine Gad, quasi leo requieuit, cœpitq; brachiũ, & verticẽ. Et vidit principa
tũ suũ, φ in parte sua doctor esset repositus, qui fuit cũ principibus populi, & fecit iustitias dñi
& iudiciũ suũ cũ Israel. Dan quoq; ait. Dan catulus leonis, fluet largiter de Basan. Et Ne-
D phthali dixit. Nephthali abundantia perfruetur & plenus erit benedictionibus domini. Ma-
re & meridiẽ possidebit. Aser quoq; ait. Benedictus in filijs Aser. Sit placẽs fratribus suis, &
tingat in oleo pedẽ suũ. Ferrũ & æs calciamentũ * eius. Sicut dies iuuẽtutis tuæ, ita & senectus He. tuũ, & si-
tua. Nõ est deus alius, vt deus rectissimi. Ascensor cœli auxiliator tuus. Magnificẽtia eius dis- cut dies tui,
currunt nubes, habitaculũ eius sursum, & subter brachia sempiterna. Ejiciet à facie tua inimi- fortitudo
cũ, dicetq;, cõtere. Habitabit Israel cõfidenter & solus. Oculus Iacob in terra frumenti & tua.
vini, cœliq; caligabũt rore. Beatus es tu Israel: Quis similis tui popule, qui saluaris in dño? Scu
tũ auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ: Negabunt te inimici tui, & tu eorũ * colla calcabis. Heb. excelsa.

¶ Moysi ostenditur terra promissa, Moritur, sufficitur ei Iosue. Cap. XXXIIII.

A ASCendit ergo Moyses de campestribus Moab, super mõtẽ Nebo, in verticẽ * Phas- Heb. collis
ga, contra Hierico, ostẽditq; ei dñs omnẽ terrã Galaad, vsq; Dan, & vniuersum Ne 2. Mac. 2. a
phthali, terramq; Ephraim & Manasse, & omnẽ terrã Iuda, vsq; ad mare nouissi-
B mũ & australẽ partẽ, & latitudinẽ campi Hiericho ciuitatis palmarũ, vsq; Segor.
Dixitq; dominus ad eum. Hæc est terra pro qua iuraui Abrahã, Isaac, & Iacob, dicẽs. Semini Gene. 12. b
tuo dabo eam. Vidisti eam oculis tuis, & nõ transibis ad illã. Mortuusq; est ibi Moyses ser- & 15. a
uus domini in terra Moab, iubente dño, & sepeliuit eum in valle terræ Moab, cõtra Phogor.
C Et nõ cognouit homo sepulchrum eius vsq; in præsentem diem. Moyses centũ & viginti
Ec. 45. c. quia alij. annorũ erat quando mortuus est. Non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt. Fle
uerũtq; eum filij Israel in campestribus Moab, triginta diebus. Et completi sunt dies plan-
ctus lugentium Moysen. Iosue vero filius Nun repletus est spiritu sapientiæ, quia Moyses
posuit super eum manus suas. Et obedierunt ei filij Israel, feceruntq; sicut præcepit dñs Moy
D si. Et non surrexit vltra propheta in Israel sicut Moyses, quem nosset dominus facie ad faciẽ,
in omnibus signis atq; portentis, quæ misit per eum, vt faceret in terra Aegypti, Pharaoni &
omnibus seruis eius, vniuersæq; terræ illius, & cunctam manum robustam, magnaq; mirabi-
lia, quæ fecit Moyses coram vniuerso Israel.

FINIS DEVTERONOMII.

IN LIBRVM IOSVE.

TAndē finito Pentateucho Moysi velut grandi fœnore liberati,ad Iesum filiū Naue manū mittamus,quē Hebræi Iosue ben Nun,id est Iosue filiū Nun vocāt: & ad Iudicū librū,quē sophtim appellāt,ad Ruth quoq; & Hester,quos eisdē noībus efferunt. Monemusq; lectorē vt syluā Hebraicoꝝ noīm & distinctiōes p mēbra diuisas diligēs scriptor cōseruet,ne & noster labor & illius studiū pereat. Et vt in primis(q̄d sæpe testatus sum)sciat me nō in reprehēsionē veteꝝ,noua cudere:sicut amici mei criminant, sed pro virili portiōe offerre linguæ meę hoībus,q̄s tñ nr̄a delectāt,vt pro Gręcoꝝ hexaplis,q̄ & sumptu & labore maxīo īdigēt,æditionē nostrā habeāt. Et sicubi in antiq̄ꝝ voluminū lectiōe dubitarint,hæc illis cōferētes inueniāt q̄d requirūt. Maxīe cū apud Latinos tot sint exēplaria q̄t codices,& vnusq̄sq; ꝓ arbitrio suo vel addiderit vel subtraxerit q̄d ei visum est,& vtiq; nō possit veꝝ eē q̄d dissonat. Vnde cesset arcuato vulnere cōtra nos īsurgere scorpi⁹ & sc̄tm̄ op⁹ venenata carpe lingua desistat,vel suscipiēs si placet,vel cōtemnēs si displicet,memineritq; il

Psal. 49 lorū versuū,Os tuū abūdauit malitia,& lingua tua cōcinnabat dolos. Sedēs aduersus fratrem tuū loquebaris,& aduersus filiū matris tuæ ponebas scandalū. Hæc fecisti & tacui. Existimasti inique ꝙ ero tui similis:arguā te & statuā cōtra faciē tuā. Quæ eñ audiētis vel legētis vtilitas est nos laborādo sudare,& alios detrahēdo laborare,dolere Iudæos ꝙ calūniandi eis & irridēdi Chr̄ianos sit ablata occasio:& ecclesiæ hoīes id despicere ,imò lacerare,vnde aduersarij torqueātur. Quod si vetus eis tantū interpretatio placet,q̄ & mihi nō displicet,& nihil extra recipiendū putāt,cur ea q̄ sub asteriscis & obelis vel addita sunt vel amputata legūt & negligunt? Quare Danielē iuxta Theodotionis traditionē ecclesiæ susceperūt? Cur Origenem mirant,& Eusebiū Pamphili cūctas æditiōes silr̄ differētes? Aut q̄ fuit stultitia postq̄ vera dixerint,proferre q̄ falsa sunt? Vnde aūt in nouo testamēto probare poterūt,assumpta testimonia q̄ in libris veteribus nō habent. Hæc dicimus,ne oīno calūniantibus tacere videamur. Cęteꝝ post sanctæ Paulæ dormitionē,cuius vita virtutis exēplū est:& hos libros q̄s Eustachio virgini Christi negare nō potui:decreuimus dū sp̄us hoc regit artus,prophetaꝝ explanationi incūbere,& omissum iam diu opus q̄si quodā postliminio repetere. Præsertim cū & admirabilis sanctusq; vir Pammachius:hoc idem literis flagitet & nos ad patriam festinantes,mortiferos sirenarum cantus,surda debeamus aure transire.

ARGVMENTVM.

¶Iesus filius Naue,typū dñi nō solū in gestis,verūetiā in noīe gerēs,transit Iordanē,hostiū regna subuertit:diuidit terrā victori populo,& per singulas vrbes,viculos,montes,flumina,torrentes,atq; confinia ecclesiæ,cœlestisq; Hierusalem spiritalia regna describit.

LIBER IOSVE.

Hebraice Iehosuah.

¶Dominus animat Iosue,ad inuadendam terram promissam. Cap. I.

T FACTVM EST POST MORTEM MOYSI A
serui dñi,vt loqueretur dominus ad Iosue,filiū Nun, ministrū Moy
si,& diceret ei,Moyses seruus meus mortuus est. Surge & trāsi Ior-
Deut. 11.c danē istū,tu,& omnis populus tecū,in terrā quā ego dabo filijs Isra-
el. Omnē locū quē calcauerit vestigiū pedis vestri vobis tradam,si-
cut locutus sum Moysi. A deserto & Lybano vsq; ad fluuiū magnū
Eufratem,oīs terra Ethæoꝝ vsq; ad mare magnū, cōtra solis occa-
sum erit terminus vester. Nullus poterit vobis resistere, cūctis die-
bus vitæ tuæ. Sicut fui cū Moyse,ita ero tecū,nō dimittā nec derelin
Inf. 3.b quā te. Cōfortare,& esto robustus. Tu eñ sorte diuides populo huic terrā pro qua iuraui pa-
Heb. 13.b tribus tuis,vt traderē eā illis,Cōfortare igit,& esto robustus valde:vt custodias & facias om B
Inf. 10. nē legē,quā ꝑcepit tibi Moyses seruus meus. Nō declines ab ea ad dextrā vel ad sinistrā,vt in
Deut. 31.b telligas cūcta quæ agis. Nō recedat volumē legis huius ab ore tuo,sed meditaberis in eo die-
3.Reg. 2.a bus ac noctibus,vt custodias & facias oīa quæ scripta sunt in eo. Tunc diriges viā tuā,& intel
Sup. 10. liges eā. Ecce ꝑcipio tibi,cōfortare,& esto robustus. Noli metuere,& noli timere,quoniā est
tecū dñs deus tuus in oībus ad quæcūq; perrexeris. Præcepitq; Iosue principibus populi, C
Num. 32.d dicens. Transite per mediū castroꝝ,& imperate populo,ac dicite,Præparate vobis cibaria,
Inf. 4.c quoniam post diē tertiū transibitis Iordanē,& intrabitis ad possidendā terrā quam dñs deus
vester daturus est vobis. Rubenitis quoq; & Gadditis,& dimidiæ tribui Manasse ait: Me-
mētote sermonis,quē præcepit vobis Moyses famulus dñi,dicens. Dñs deus vester dedit vo
bis requiem,& omnē terram. Vxores vestræ & filij vestri,ac iumēta,manebunt in terra quā D
tradidit

tradidit vobis Moyses trans Iordanē. Vos autē transite armati ante fratres vestros: omnes for-
tes manu, & pugnate pro eis, donec det dominus requiē fratribus vestris: sicut & vobis dedit,
& possideant ipsi quoq; terrā, quā dominus deus vester daturus est eis: & sic reuertimini in ter-
ram possessionis vestræ, & habitabitis in ea, quā vobis dedit Moyses famulus domini, trās Ior Mach.2.c
danē, contra solis ortū. Responderuntq́; ad Iosue atq; dixerunt. Omnia quæ præcepisti no
bis faciemus: & quocunq; miseris, ibimus. Sicut obediuimus in cūctis Moysi, ita obediemus &
tibi, tantū sit dominus deus tecū, sicut fuit cū Moyse. Qui contradixerit ori tuo, & non obedie
rit cunctis sermonibus, quos pceperis ei, moriatur. Tu tantū confortare, & viriliter age.

¶ Iosue mittit exploratores, qui ueniunt in Hiericho, absconduntúrq́; à
A Rahab meretrice. Cap II. Iaco.2.d

MIsit igitur Iosue filius Nun, de Sethim, duos viros exploratores in abscōdito. Et di- Heb.11.f
xit eis. Ite & considerate terram, vrbemq́; Hiericho. Qui pergentes ingressi sunt He.cauponæ
domū mulieris meretricis, nomine Rahab, & quieuerunt apud eam. Nuntiatumq́;
est regi Hiericho, & dictum. Ecce viri ingressi sunt huc per noctem de filijs Israel,
vt explorarent terram. Misitq́; rex Hiericho ad Rahab meretricem, dicens. Educ viros qui ve- Infra.6.e
B nerunt ad te, & ingressi sunt domum tuam. Exploratores quippe sunt, & omnem terram con-
siderare venerunt. Tollensq́; mulier uiros, abscondit, & ait. Fateor uenerunt ad me: sed nescie-
bam vnde essent. Cumq́; porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt, nescio quo abie-
runt. Persequimini cito, & comprehendetis eos. Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium
domus suæ, operuitq́; eos stipula lini, quæ ibi erat. Hi autem qui missi fuerant, secuti sunt eos p
uiam quæ ducit ad uada Iordanis. Illisq́; egressis, statim porta clausa est. Necdum obdormi-
uerant qui latebant. Et ecce mulier ascendit ad eos, & ait. Noui ꝙ dominus tradiderit vobis ter
ram. Etenim irruit in nos terror uester, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Audiuimus Exod.14
ꝙ siccauerit dominus aquas maris rubri, ad vestrum introitum, quando egressi estis ex Aegyp
to, & quæ feceritis duobus Amorræorū regibus, qui erant trans Iordanem, Seon & Og, quos supra.6.e
interfecistis. Et hæc audientes, pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remāsit in nobis spi
ritus, ad introitum uestrum Dominus enim deus uester, ipse est deus in cœlo sursum, & in ter-
ra deorsum. Nunc ergo iurate mihi per dominum, ut quomodo ego misericordiam feci uobis
cum, ita & uos faciatis cum domo patris mei, detisq́; mihi verum signum, ut saluetis patrē me-
um & matrem, fratres ac sorores meas, & omnia quæ illorum sunt, & eruatis animas nostras à
morte. Qui responderunt ei. Anima nostra sit pro uobis in mortem, si tamen non prodide-
ris nos. Cumq́; tradiderit nobis dominus terram, faciemus in te misericordiam & veritatem.
C Demisit ergo eos per funem de fenestra. Domus enim eius hærebat muro. Dixitq́; ad eos.
n .q.a.c.inte grias. §. cū ergo. Ad montana conscendite, ne forte occurrant uobis reuertentes, ibiq́; latitate tribus diebus, do-
nec redeant: & sic ibitis per uiam uestram. Qui dixerunt ad eam. Innoxij erimus à iuramento
hoc, quo adiurasti nos, si ingredientibus nobis terram, signum non fuerit funiculus iste cocci-
neus, & ligaueris eum in fenestra per quam demisisti nos, & patrem tuum ac matrem, fratresq́;
& omnem cognationem tuam congregaueris in domum tuam. Qui ostiū domus tuę egressus
D fuerit, reus sibi erit, sanguis ipsius erit in caput eius, & nos erimus alieni. Cūctorum autem san
guis qui tecum in domo fuerint, redundabit in caput nostrum, si eos aliquis tetigerit. Quod si
nos prodere volueris, & sermonem istum proferre in medium, erimus mundi ab hoc iuramen
to, quo adiurasti nos. Et illa respondit. Sicut locuti estis, ita fiat. Dimittensq́; eos ut perge-
rent, appendit funiculum coccineum in fenestra. Illi vero ambulantes, peruenerunt ad montā
na, & manserunt ibi tres dies, donec reuerterentur qui fuerant persecuti. Quærentes enim per
omnem viam, non repererunt eos. Quibus urbem ingressis, reuersi sunt, & descenderunt ex-
ploratores de monte, & transmisso Iordane, venerunt ad Iosue filium Nun, narraueruntq́; ei
omnia quæ acciderant sibi, atq; dixerunt. Tradidit dominus omnem terrā hanc in manus no-
stras, & timore prostrati sunt cuncti habitatores eius.

A ¶ Venit Iosue cū populo ad Iordanē, siccantur aquæ, populus transit. Cap. III. Heb. mane;

IGitur Iosue* de nocte consurgens, mouit castra. Egredientesq́; de Sethim, uenerunt ad
Iordanem, ipse, & omnes filij Israel, & morati sunt ibi per tres dies. Quibus euolutis trās-
ierunt præcones per castrorum medium, & * clamare cœperunt. Quando uideritis arcam Heb. mādaū
fœderis domini dei uestri, & sacerdotes stirpis Leuiticæ portantes eam, uos quoq; cōsur- rūt populo di
gite, & sequimini præcedentes, sitq́; inter uos & arcam, spatium cubitorū duū miliū, ut procul cendo.
magis uidere possitis, & nosse per quam uiam ingrediamini: quia prius non ambulastis per eā. Leui.20.b
B Et cauete ne appropinquetis ad arcam. Dixitq́; Iosue ad populum. Sanctificamini, cras enī Num.1.d
faciet dominus inter uos mirabilia. Et ait ad sacerdotes. Tollite arcā fœderis, & præcedite po- 1.Reg.6.b
pulum. Qui iussa complentes, tulerunt, & ambulauerūt ante eos. Dixitq́; dominus ad Iosue. Sup.1.a
Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel, vt sciant, ꝙ sicut cū Moyse fui, ita & tecum sum
Tu autē præcipe sacerdotibus qui portant arcā fœderis: & dic eis, cum ingressi fueritis partem

aquæ Iordanis, state in ea. Dixitq; Iosue ad filios Israel. Accedite huc, & audite verbũ dñi dei C
vestri. Et rursum. In hoc (inquit) scietis, ꝙ dñs deus viuens in medio vestri est: & disperdet in
conspectu vestro Chananæũ, & Ethæũ, Heuæũ, & Pherezæũ, Gergesæũ quoq; & Iebusæũ, &
Amorræũ. Ecce arca fœderis dñi omnis terræ antecedet vos per Iordanẽ. Parate duodecim
viros de duodecim tribubus Israel, singulos per singulas tribus. Et cum posuerint vestigia pe-
dũ suorũ sacerdotes q portant arcã fœderis dñi dei vniuersæ terræ, in aquis Iordanis, aquæ quę
inferiores sunt decurrent, atq; deficient: quæ autẽ desuper veniũt, in vna mole cõsistent. Igi D
tur egressus est populus de tabernaculis suis, ut trãsirent Iordanem: & sacerdotes qui portabãt
arcã fœderis pergebant ante eũ. Ingressisq; eis Iordanẽ, & pedibus eorũ in parte aquæ tinctis De conf. dñ
Ecde.24.c (Iordanis autem ripas aluei sui tempore messis impleuerat) steterunt aquæ, descendentes in lo 2. c. reuera.
Adam. q̃ est co uno, & instar montis intumescentes apparebant procul ab vrbe, *quæ uocat* Edom usq; ad uer circũda
oblar Sarthã locũ Sarthã. Quæ autẽ inferiores erant, in mare solitudinis, quod nunc vocatur mortuum de- uit.
He. Hiericho. scenderunt, usq; quo omnino deficerent. Populus autẽ incedebat contra *Iordanẽ, & sacerdo-
n br. parati. tes qui portabant arcã fœderis domini, stabant super siccã humũ, in medio Iordanis* accincti.
Omnisq; populus per arentem alueum transibat.

¶ Ponuntur duodecim lapides in alueo, & duodecim in sicco Iordanis, in monumentum siccati Iordanis. Cap. IIII.

A
QVibus transgressis, dixit dominus ad Iosue. Elige duodecim viros singulos, per sin-
gulas tribus, & præcipe eis, ut tollant de medio Iordanis alueo ubi steterũt pedes sa
He. peratos duodecim la pides. cerdotum*, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorũ, vbi fixeri-
tis, hac nocte tentoria. Vocauitq; Iosue duodecim viros quos elegerat de filijs
Israel, singulos de singulis tribubus, & ait ad eos. Ite ante arcã domini dei vestri ad Iordanis me
diũ, & portate inde singuli, singulos lapides, in humeeis vestris, iuxta numerũ filiorũ Israel: ut sit
Deut.27.a signum inter vos. Et quãdo interrogauerint uos filij vestri cras, dicentes. Quid sibi volunt isti B
lapides? respondebitis eis. Defecerunt aquæ Iordanis ante arcã fœderis dñi, cum transiret eum
Idcirco positi sunt lapides isti in monumentũ filiorũ Israel, usq; in æternũ. Fecerunt ergo filij
Iseael sicut præcepit eis Iosue, portantes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, ut dñs ei
imperarat, iuxta numerũ filiorũ Israel, usq; in locũ in quo castrametati sunt, ibiq; posuerunt eos.
Alios quoq; duodecim lapides posuit Iosue in medio Ioedanis alueo, vbi steterunt saceedotes,
qui portabant arcã fœderis domini: & sunt ibi usq; in præsentem diẽ, sacerdotes autẽ qui por-
rabant arcam, stabant in Ioedanis medio, donec omnia complerẽtur: quæ Iosue ut loqueretur
Num.32.d ad populũ, præceperat dominus, & dixeeat ei Moyses. Festinauitq; populus & trãsiit. Cũq;
transissent omnes, teansiuit & aeca domini: sacerdotes quoq; pergebant ante populum. Filijq;- C
q; Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse armati præcedebant fratres suos filios Israel: sicut
eis præceperat Moyses: & quadraginta pugnatorũ milia per turmas, & cuneos, incedebanr ꝑ
plana atq; campestria vrbis Hiericho. In die illo magnificauit dominus Iosue coram omni Isea
el, vt timerent eum sicut timuerant Moysen, dum adhuc viueret. Dixitq; ad eum. Præcipe sa-
ceedotibus qui portant arcam fœderis dñi, vt ascendant de Iordane. Qui præcepit eis dicẽs. As
cendite de Iordane. Cumq; ascendissent portãtes arcam fœderis domini, & siccã humum cal
caee cœpissent, reuersæ sunt aquæ in alueũ suũ, & fluebant sicut ante consueuerant. Populus D
autẽ ascendit de Iordane, decimo die mensis primi, & castrametati sunt in Galgalis contra ori-
entalem plagã vrbis in Hiericho. Duodecim quoq; lapides quos de Iordanis alueo sumpserant
Exod.14.c posuit Iosue in Galgalis, & dixit ad filios Israel. Quando interrogauerint filij vestri cras patres
suos, & dixerint eis: quid sibi uolũt lapides isti? docebitis eos, atq; dicetis. Per arentẽ alueũ trã-
siuit Israel Iordanẽ istũ, siccante domino deo nostro aquas eius in cõspectu nostro, donec trã-
siremus, sicut fecerat prius in mari rubro, quod siccauit donec trãsiremus, ut discant omnes ter-
rarũ populi fortissimã dei manũ, vt & vos timeatis deum vestrũ omni tpe.

¶ De secunda circuncisione sub Iosue. Cap. V.

POstquam ergo audierunt omnes eeges Amorræorũ, qui habitabant trans Iordanem, A
ad occidentalem plagam, & cnncti reges Chanaan, qui propinqua possidebãt magni
maris loca, ꝙ siccasset dominus fluenta Iordanis coram filijs Israel, donec transieer,
dissolutum est coe eorum, & non eemansit in eis spiritus, timentium introitũ filiorũ B
Iseael. Eo tempore ait dominus ad Iosue. Fac tibi cultros lapideos, & circuncide secundo fili
os Israel. Fecit quod iusserat dominus, & circuncidit filios Israel in colle præputiorum Hæc au-
tem causa est secundæ circuncisionis. Omnis populus qui egressus est de Aegypto generis ma
sculini, vniuersi bellatores viri, mortui sunt in deserto per longissimos vię ciecuitus, qui omnes
circuncisi erant. Populus autem qui natus est in deserto per quadraginta annos, itineris latissi-
mæ solitudinis, inciecuncisus fuit: donec consumerentur qui non audierant vocem domini, & C
quibus ante iurauerat ut ostenderet eis terram lacte & melle manantem. Horum filij in locum
successerunt patrum, & circuncisi sunt à Iosue: quia sicut nati fuerant in præputio erant ꝫ

nec

ae.q.2.c.sed & illud. nec eos in via aliquis circunciderat. Postquam autem omnes circuncisi sunt, manserunt in eodem ca-
strorum loco, donec sanarentur. Dixitque dominus ad Iosue: Hodie abstuli opprobrium Aegypti à vo-
D bis. Vocatumque est nomen loci illius Galgala, vsque in præsentem diem. Manseruntque filij Israel in Galga-
lis, & fecerunt phase quartadecima die mensis ad vesperam, in campestribus Hiericho, & comede-
runt de frugibus terræ die altero, & azymos panes, & polentam eiusdem anni. Defecitque manna
postquam comederunt de frugibus terræ, nec vsi sunt vltra cibo illo filij Israel, sed comederunt de fru
gibus præsentis anni, terræ Chanaan. Cum autem esset Iosue in agro vrbis Hiericho, leuauit ocu
los, & vidit virum stantem contra se, euaginatum tenentem gladium. Perrexitque ad eum, & ait: Noster es, an
aduersariorum? Qui respondit: Nequaquam, sed sum princeps exercitus domini, & nunc venio. Cecidit Io- Exod.3.b act.7.d
sue pronus in terram, & adorans ait: Quid dominus meus loquitur ad seruum suum? Solue, inquit, calceamen-
tum tuum de pedibus tuis. Locus enim in quo stas, sanctus est. Fecitque Iosue, vt sibi fuerat imperatum.

¶ Cadentibus muris capitur & destruitur Hiericho: Seruatur Rahab meretrix. Cap. VI.

A Hiericho autem clausa erat atque munita, timore filiorum Israel, & nullus egredi audebat,
ae.q.5.c.si.§ per scientes. aut ingredi. Dixitque dominus ad Iosue: Ecce dedi in manus tuas Hiericho, & regem
eius, omnesque fortes viros. Circuite vrbem cuncti bellatores, semel per diem. Sic facie-
tis sex diebus. Septimo autem die sacerdotes tollent septem buccinas, quarum vsus est in
iubilæo, & præcedent arcam fœderis. Septiesque circuibitis ciuitatem, & sacerdotes clangent bucci-
nis. Cumque insonuerit vox tubæ longior atque concisior, & in auribus vestris increpuerit, concla
mabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis. Ingredien-
turque singuli per locum contra quem steterint. Vocauit ergo Iosue filius Nun sacerdotes, & dixit ad
eos. Tollite arcam fœderis, & septem alij sacerdotes tollent septem iubilæorum buccinas, & ince
dant ante arcam domini. Ad populum quoque ait. Ite & circumite ciuitatem armati, præcedentes
B arcam domini. Cumque Iosue verba finisset, & septem sacerdotes septem buccinis clangerent an
te arcam fœderis domini, omnisque populus præcederet armati exercitus, reliquum vulgus ar-
cam sequebatur, ac buccinis omnia concrepabant. Præceperat autem Iosue populo, dicens:
Non clamabitis, nec audietur vox vestra, neque vllus sermo ex ore vestro egredietur, donec ve-
nia dies in quo dicam vobis. Clamate & vociferamini. Circuiuit ergo arca domini ciuitatem, se-
mel per diem, & reuersa est in castra, remansitque ibi. Igitur Iosue de nocte consurgente, tulerunt
sacerdotes arcam domini, & septem ex eis septem buccinas, quarum in iubilæo usus est, præcedebantque arcam
domini, ambulantes atque clangentes, & armatus populus ibat ante eos, vulgus autem reliquum
sequebatur arcam, & buccinis personabat. Circuieruntque ciuitatem secundo die semel, & re-
C uersi sunt in castra. Sic fecerunt sex diebus. Die autem septimo diluculo consurgentes, circuie
runt vrbem, sicut dispositum erat septies. Cumque septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes,
v.q.4.c.eccle sia in prin. dixit Iosue ad omnem Israel: Vociferamini. Tradidit enim vobis dominus ciuitatem, sitque ciuitas hæc
anathema, & omnia quæ in ea sunt domino. Sola Rahab meretrix viuat cum vniuersis, qui cum
ea in domo sunt. Abscondit enim nuntios quos direximus. Vos autem cauete, ne de his quæ præ-
cepta sunt vobis quippiam contingatis, & sitis præuaricationis rei, & omnia castra Israel sub Supra.2.a
peccato sint, atque turbentur. Quicquid autem auri & argenti fuerit, & vasorum æneorum, ac
ferri domino consecretur, repositum in thesauris eius. Igitur omni populo vociferante, & clangentibus
tubis, postquam in aures multitudinis vox, sonitusque increpuit, muri ilico corruerunt, & ascendit Heb.11.c
vnusquisque per locum, qui contra se erat. Ceperuntque ciuitatem, & interfecerunt omnia quæ erant
in ea, à viro vsque ad mulierem, ab infante usque ad senem. Boues quoque, & oues, & asinos, in ore Supra.2.c
gladij percusserunt. Duobus autem viris qui exploratores missi fuerant, dixit Iosue: Ingredimi-
D ni domum mulieris meretricis, & producite eam, & omnia quæ illius sunt, sicut illi iuramento Heb.11.f
firmastis. Ingressique iuuenes eduxerunt Rahab, & parentes eius, fratres quoque, & cunctam su
pellectilem, ac cognationem illius, & extra castra Israel manere fecerunt. Vrbem autem & omnia
quæ inuenta sunt in ea, succenderunt, absque auro & argento, & vasis, æneis ac ferro, quæ in æra
rium domini consecrarunt. Rahab vero meretricem, & domum patris eius, & omnia quæ ha-
bebat, fecit Iosue viuere, & habitauerunt in medio Israel vsque in præsentem diem, eo quod ab-
sconderit nuntios quos miserat, ut explorarent Hiericho. In tempore illo imprecatus est Io
sue, dicens. Maledictus vir coram domino qui suscitauerit & ædificauerit ciuitatem Hiericho. In
primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius. Fuit ergo
dominus cum Iosue, & nomen eius vulgatum est in omni terra.

¶ Exploratur Hai: Lapidatur Aachan pro furto anathematis. Cap. VII.

A Filij autem Israel præuaricati sunt mandatum & vsurpauerunt de anathemate. Nam Achan filius Char Infra.22.d
23.q.5.c.sed illud. ibi. uno peccante, 50. dist.c. si quis diaconus... 24.q.4.ca.si ca. mi, filij Zabdi, filij Zare, de tribu Iuda, tulit aliquid de anathemate. Iratusque est dominus contra
filios Israel. Cumque mitteret Iosue de Hiericho viros contra Hai, quæ est iuxta Bethauen ad
orientalem plagam oppidi Bethel, dixit eis: Ascendite & explorate terram. Qui præcepta complen
tes explorauerunt Hai. Et reuersi dixerunt ei: Non ascendat omnis populus, sed duo uel tria milia virorum
pergant & deleant ciuitatem. Quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes paucissimos? Ascende

runt ergo tria milia pugnatorum. Qui statim terga vertentes percussi sunt à viris vrbis Hai. Et [illegible]
corruerunt ex eis triginta & sex homines. Persecutiq; sunt eos aduersarij de porta vsq; ad Sa- [illegible]
barim, & ceciderunt per prona fugientes. Pertimuitq; cor populi, & ad instar aquæ liquefactũ [illegible]
est. Iosue vero scidit vestimenta sua, & pronus cecidit in terram coram arca domini vsq; ad [illegible]
vesperã, tã ipse q̃ omnes senes Israel. Miseruntq; puluerẽ super capita sua. Et dixit Iosue: Heu B
domine deus. Quid voluisti traducere populũ istũ Iordanem fluuiũ, vt traderes nos in manus [illegible]
Amorræi, & perderes? Vtinã vt cœpimus, mansissemus trans Iordanẽ. Mi domine deus, qd Achan.
dicã, videns Israelẽ hostibus suis terga vertentẽ? Audient Chananæi & omnes habitatores ter
ræ & pariter conglobati circundabunt nos, atq; delebunt nomen nostrũ de terra. Et quid facies
magno nomini tuo? Dixitq; dñs ad Iosue, Surge, cur iaces pronus in terra. Peccauit Israel, &
Supra. 7. b præuaricatus est pactum meum, tuleruntq; de anathemate, & furati sunt, atq; mentiti, & abscõ
Leuit. 10. b derunt inter vasa sua. Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosq; fugiet, quia pollutus est de C
Numer. 11. d
1. Reg. 16. b anathemate. Non ero vltra vobiscum, donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est. Surge
sanctifica populum, & dic eis. Sanctificamini in crastinum. Hæc enim dicit dominus deus Isra
el: Anathema in medio tui est Israel: Non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex
te qui hoc cõtaminatus est scelere. Accedetisq; mane singuli per tribus vestras, & quãcunq; tri [illegible]
bum sors inuenerit, accedet per cognatiões suas, & cognatio per domos, domusq; per viros. [illegible]
Et quicunq; ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substantia sua, [illegible]
quoniã præuaricatus est pactũ domini, & fecit nephas in Israel. Surgens itaq; Iosue mane, ap- Achan. 26. q. 2. §. 4.
plicuit Israel per tribus suas, & inuenta est tribus Iuda. Quæ cum iuxta familias suas esset oblata,
inuenta est familia Zare. Illam quoq; per domos offerens, repperit Zabdi. Cuius domum in sin
gulos diuidens viros, inuenit Achan filiũ Charmi, filij Zabdi, filij Zare, de tribu Iuda. Et ait Io-
sue ad Achan. Fili mi da gloriã domino deo Israel & cõfitere, atq; indica mihi qd feceris, ne ab- D
scondas. Responditq; Achan Iosue, & dixit ei. Vere ego peccaui domino deo Israel, & sic, &
sic feci. Vidi enĩ inter spolia pallium coccineũ valde bonũ, & ducẽtos siclos argẽti, regulãq; au
ream quinquaginta siclorum, & concupiscens abstuli, & abscondi in terra, cõtra medium taberna
culi mei, argentũq; fossa humo operui. Misit ergo Iosue ministros, qui currentes ad taberna-
culũ illius, repererunt cuncta abscondita in eodẽ loco, & argẽtũ simul. Auferentesq; de tẽtorio
tulerunt ea ad Iosue, & ad omnes filios Israel, proiecerũtq; ante dominum. Tollens itaque
2. Reg. 8. d Iosue Achan filiũ Zaræ, argentũq; & palliũ, & aureã regulã, filios quoq; & filias eius, boues &
asinos & oues, ipsumq; tabernaculũ, & cunctã supellectilẽ, & omnis Israel cũ eo, duxerunt eos
Iudic. 2. a ad vallẽ Achor, vbi dixit Iosue. Quia turbasti nos, exturbet te dominus in die hac. Lapidauitq;
eũ omnis Israel, & cuncta quæ illius erant, igne consumpta sunt. Congregauerũtq; super eum
aceruũ magnũ lapidũ, qui permanet vsq; in præsentem diẽ. Et auersus est furor domini ab eis
Vocatumq; est nomen illius vallis Achor vsq; hodie.

¶ Expugnatur Hai: Cõstruitur altare lapideum cui inscribitur
Deuteronomium. Benedicit populo Iosue. Cap. VIII.

DIxit autem dominus ad Iosue: Ne timeas, neq; formides. Tolle tecũ omnẽ multitu A
dinẽ pugnatorum, & cõsurgens ascende in oppidũ Hai. Ecce tradidi in manũ tuã re-
gẽ eius, & populũ, vrbẽq; & terrã. Faciesq; vrbi Hai, & regi eius, sicut fecisti Hieri-
cho & regi illius. Prædam vero & omnia animantia diripietis vobis. Pone insidias
vrbi post eã. Surrexitq; Iosue & omnis exercitus bellatorum cũ eo, vt ascenderẽt in Hai. Et ele
cta triginta milia virorum fortiũ, misit nocte, præcepitq; eis, dicens: Ponite insidias post ciuitatẽ, 23. q. 2. c. dũs
nec longius recedatis, & eritis omnes parati. Ego aũt, & reliqua multitudo quæ mecũ est, ac-
Supra. 7. a cedemus ex aduerso contra vrbẽ. Cumq; exierint contra nos, sicut ante fecimus, fugiemus, &
terga vertemus, donec persequentes ab vrbe longius protrahantur. Putabunt enim nos fuge-
re sicut prius. Nobis ergo fugientibus, & illis persequentibus, consurgetis de insidijs, & vasta- B
bitis ciuitatẽ, tradetq; eã dominus deus vester in manus vestras. Cumq; cœperitis, succendite
eã, & sic omnia facietis vt iussi. Dimisit eos & perrexerũt ad locũ insidiarum, sederuntq; inter Be-
thel & Hai, ad occidentalẽ plagã vrbis Hai. Iosue aũt nocte illa in medio mãsit populi. Surgẽsq;
diluculo, recensuit socios, & ascendit cum senioribus in fronte exercitus, vallatus auxilio pu
gnatorum. Cumq; venissent, & ascendissent ex aduerso ciuitatis, steterunt ad septentrionalẽ vr-
bis plagã, inter quã, & eos, erat vallis media. Quinq; aũt milia virorum elegerat, & posuerat in in- C
sidijs, inter Bethel & Hai, ex occidentali parte eiusdẽ ciuitatis. Omnis vero reliquus exercitus
ad aquilonẽ aciẽ dirigebat, ita vt nouissimi multitudinis occidentalẽ plagã vrbis attingerent.
Abijt ergo Iosue nocte illa, & stetit in vallis medio. Quod cũ vidisset rex Hai, festinauit ma-
ne, & egressus est cũ omni exercitu ciuitatis, direxitq; aciẽ cõtra desertũ, ignorãs q; post tergũ
laterẽt insidiæ. Iosue vero & omnis Israel cesserunt loco, simulãtes metũ, & fugientes per soli-
tudinis viã. At illi vociferãtes pariter, & se mutuo cohortãtes, persecuti sunt eos. Cumq; reces
sissent à ciuitate, & ne vnus quidem in vrbe Hai, & Bethel remãsisset, qui non persequerentur
Israel,

Israhel, sicut eruperant aperta oppida relinquentes, dixit dominus ad Iosue: Leua clypeum q
in manu tua est, contra vrbem Hai, quoniã ibi tradã eam. Cũq; eleuasset clypeum ex aduer-
so ciuitatis, insidiæ quæ latebant, surrexerunt confestim, & pergentes ad ciuitatem, ceperunt
& succenderunt eam. Viri aũt ciuitatis qui psequebant Iosue, respicientes & videntes fumũ vr
E bis ad cœlũ vsq; conscendere, nõ potuerũt vltra huc illucq; diffugere, psertim cum qui simu-
lauerãt fugã, & tendebãt ad solitudinẽ, contra psequentes fortissime restitissent. Vidẽsq; Io-
sue, & oĩs Israhel q̃d capta esset ciuitas, & fumus vrbis ascẽderet, reuersus pcussit viros Hai.
Siquidẽ & illi q ceperant & succenderãt ciuitatẽ, egressi ex vrbe cõtra suos, medios hostiũ fe-
rire cœperũt. Cũ ergo ex vtraq; parte aduersarij cæderent, ita vt nullus de tanta multitudine
A saluaret, regem quoq; vrbis Hai apphenderunt viuentem, & obtulerunt Iosue. Igit omnibus
interfectis qui Israhelem ad deserta tendentem fuerãt psecuti, & in eo loco gladio corruenti-
bus, reuersi filij Israhel, pcusserunt ciuitatem. Erant aũt q in eodẽ die conciderant à viro vsq;
ad mulierẽ, duodecim milia hoĩm omnis vrbis Hai. Iosue vero non contraxit manũ quã in Exo.10.d.
sublime porrexerat, tenens clypeum, donec interficerent oẽs habitatores Hai. Iumenta aũt Deut.27.a
F & prædã ciuitatis diuiserũt sibi filij Israhel, sicut pceperat dñs Iosue. Qui succendit vrbẽ, & fe-
cit eã in tumulũ sempiternũ. Regem quoq; eius suspendit in patibulo, vsq; ad vesperũ, & solis
occasum, præcepitq; Iosue, & deposuerunt cadauer eius de cruce, pieceruntq; in ipso introitu
ciuitatis, congesto super eo magno aceruo lapidum, qui pmanet vsque in præsentem diem.
Tunc ædificauit Iosue altare dño deo Israhel in monte Hebal, sicut præceperat Moyses fa-
mulus dñi filijs Israhel, & scriptũ est in volumine legis Moysi, altare de lapidibus impolitis, qs
ferrũ nõ tetigit, & obtulit sup eo holocausta dño, immolauitq; pacificas victimas. Et scripsit
super lapides Deuteronomium legis Moysi, quod ille digesserat corã filijs Israhel. Oĩs aũt
G Israhel, & omnes maiores natu, ducesq; ac iudices, stabãt ex vtraq; parte arcæ, in cõspectu sa
cerdotũ qui portabãt arcã fœderis dñi, vt aduena, ita & indigena. Media pars eorũ iuxta mon
tem Garizim, & media iuxta mõtem Hebal sicut præceperat Moyses famulus domini. Et pri-
mum quidem benedixit populo Israhel. Post hæc legit omnia verba benedictionis, & male-
dictionis, & cuncta quæ scripta fuerãt in legis volumine. Nihil ex his quæ Moyses iusserat, re-
liquit intactum: sed vniuersa replicauit corã oĩ multitudine Israhel, mulieribus ac paruulis,
& aduenis, qui inter eos morabantur.

¶ De industria & simulatione Gabaonitarum. Ca. IX.

A QVibus auditis cuncti reges trãs Iordanem, qui versabant in montanis, & cãpestri-
bus, in maritimis, à littore magni maris, hi quoq; qui habitabãt iuxta Lybanum,
Ethæus, & Amorræus, Chananæus, Pherezæus, & Heuæus, & Iebusæus, congrega
ti sunt pariter, vt pugnarent contra Iosue & Israhel, vno animo, eademq; sentẽ-
tia. At qui habitabãt in Gabaon, audientes cuncta quæ fecerat Iosue Hiericho & Hai, callide
cogitãtes tulerunt sibi cibaria, saccos veteres asinis imponentes, & vtres vinarios, scissos atq; Hic egerit & [illegible]
B consutos, calceamentaq; perantiqua: quæ ad indiciũ vetustatis pitacijs consuta erãt induti ve [illegible]
teribus vestimentis, panes quoq; quos portabãt ob viaticũ, duri erãt, & in frusta comminuti.
Perrexeruntq; ad Iosue q tunc morabat in castris Galgalæ, & dixerunt ei, atq; oĩ Israheli.
De terra longinqua venimus, pacẽ vobiscũ facere cupiẽtes. Responderũtq; filij Israhel ad* eos
atq; dixerũt. Ne forte in terra quæ nobis sorte debet, habitetis, & nõ possimus fœdus inire vo
22.q.4.c.[illegible] biscũ. At illi ad Iosue, serui (inquiũt) tui sumus. Quibus Iosue ait: Qui nã estis vos, aut vnde ve
nistis? Responderũt, de terra longinqua valde venerũt serui tui, in nomine dñi dei tui. Audiui
mus eñ famã potentiæ eius, cũcta quæ fecit in Aegypto & duobus regibus Amorræorũ, q fue
runt trãs Iordanẽ, Seon regi Hesebon, & Og regi Basan: q erãt in Astaroth, dixeruntq; nobis
seniores, & omnes habitatores terræ nostræ. Tollite in manibus vestris cibaria ob longissimã
viã, & occurrite eis, & dicite: Serui vestri sumus, fœdus inite nobiscũ. En panes qñ egressi su-
mus de domibus nr̃is vt veniremus ad vos, calidos sumpsimus, nũc sicci facti sunt, & vetustate
C nimia comminuti. Vtres vini nouos impleuimus, nũc rupti sunt, & soluti. Vestes & calceamẽ
ta quibus induimur, & quæ habemus in pedibus ob longitudinẽ longioris viæ trita sunt, & pe
ne cõsumpta. Susceperũt igit de cibarijs eorũ, & os dñi nõ interrogauerũt. Fecitq; Iosue cũ eis
pacem, & inito fœdere pollicitus est, vt nõ occiderent. Principes quoque multitudinis iurauer 1.Reg.21.a
rũt eis. Post dies aũt tres initi fœderis, audierũt q̃d in vicino habitarẽt, & inter eos futuri eẽnt.
Mouerũtq; aũt castra filij Israhel, & venerunt in ciuitates eorũ die tertio: quarũ hæc vocabula
sunt, Gabaon, & Caphira, & Beeroth, & Cariath Iarim. Et non pcusserũt eos, eo q̃d iurassent
eis principes multitudinis in noĩe dñi dei Israhel. Murmurauit itaque omne vulgus contra
principes Israhel. Qui responderũt eis: Iurauimus eis in nomine dñi dei Israhel, & idcirco nõ
D possumus eos contingere. Sed hoc faciemus eis. Reseruent quidem vt viuãt, ne contra nos ira
dñi cõcitet si peierauerimus: sed sic viuãt, vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna cędãt, aquasq;
cõportẽt. Quibus hęc loqñtibus vocauit Gabaonitas Iosue, & dixit eis: Cur nos decipe fraude
voluistis,

voluiſtis, vt diceretis procul valde habitamus à vobis, cum in medio noſtri ſitis. Itaq; ſub maledictione eritis, & non deficiet de ſtirpe veſtra ligna cędẽs, aquasq; comportãs, in domũ dei mei. Qui reſponderũt: Nuntiatũ eſt nobis ſeruis tuis, q́ ꝓmiſiſſet dñs deus tuus Moyſi ſeruo ſuo, vt traderet vobis omnẽ terrã, & diſperderet cũctos habitatores eius. Timuimus igit̃ valde, & ꝓuidimus animabus noſtris, veſtro terrore cõpulſi, & hoc cõſiliũ iniuimus. Nũc aũt in manu tua ſumus, q̃d tibi bonũ, & rectũ videt̃: fac nobis. Fecit ergo Ioſue vt dixerat, & liberauit eos de manibus filioꝝ Iſrahel, vt non occiderent. Decreuitq; in illo die eos eſſe in miniſterio cuncti populi, & altaris domini, cędentes ligna, & aquas cõportantes, vſq; in pręſens tempus, in loco quem dominus elegiſſet.

¶ Pugnat̃ in Gabaon cõtra quinq; reges, ſiſtit̃ ſol, prolongat̃ dies. Ca. X. A

QVæ cũ audiſſet Adonizedech rex Hieruſalẽ, q́ ſcilicet cœpiſſet Ioſue Hai, & ſubuertiſſet eã, ſicut em̃ fecerat Hiericho, & regi eius, ſic fecit Hai, & regi illius, & q̃d transfugiſſent Gabaonitæ ad Iſrahel, & eſſent fœderati eoꝝ, timuit valde. Vrbs em̃ magna erat Gabaon, & vna ciuitatũ regaliũ, & maior oppido Hai, omnesq; bellatores eius fortiſſimi. Miſit ergo Adonizedech rex Hieruſalẽ, ad Oham regem Hebron, & ad Pharã regẽ Hierimoth, ad Iaphie quoq; regẽ Lachis, & ad Dabir regẽ Eglon, dicens: Ad me aſcendite, & ferte præſidiũ, vt expugnemus Gabaon: quare transfugerit ad Ioſue, & ad filios Iſrahel. B Congregati igit̃ aſcenderũt quinq; reges Amorræoꝝ, rex Hieruſalem, rex Hebron, rex Hierimoth, rex Lachis, rex Eglon, ſimul cũ exercitibus ſuis, & caſtrametati ſunt circa Gabaon, oppugnantes eam. Habitatores aũt Gabaon vrbis, obſeſſi, miſerũt ad Ioſue: qui tunc morabat̃ in caſtris apud Galgalã, & dixerũt ei. Ne retrahas manus tuas ab auxilio ſeruoꝝ tuorum. Aſcende cito, & libera nos, ferq; ꝑſidium. Conuenerunt em̃ aduerſum nos omnes reges Amorræoꝝ, q habitant in montanis. Aſcenditq; Ioſue de Galgalis, & omnes exercitus bellatoꝝ cum eo, viri fortiſſimi. Dixitq; dñs ad Ioſue: Ne timeas eos. In manus enim tuas tradidi illos. Nullus em̃ ex eis tibi reſiſtere poterit. Irruit itaq; Ioſue ſup eos repente, tota nocte aſcẽdens de Galgalis. Et conturbauit eos dominus à facie Iſrahel, contriuitq; à plaga magna in Gabaon, ac perſecutus eſt eos per viam aſcenſus Bethoron, & ꝑcuſſit vſque Azecha, & Maceda. C Cumq; fugerent filios Iſrahel, & eſſent in deſcenſu Bethoron, dñs miſit ſup eos lapides magnos de cœlo, vſq; ad Azecha. Et mortui ſunt multo plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio ꝑcuſſerant filij Iſrahel. Tunc locutus eſt Ioſue dño in die qua tradidit Amorræum in conſpectu filioꝝ Iſrahel. Dixitq; coram eis. Sol *contra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallem Aialon. Steterũtq; ſol & luna donec vlciſceret̃ ſe gens de inimicis ſuis. Nõne ſcriptum eſt hoc in libro iuſtoꝝ? Stetit itaq; ſol in medio cœli, & non feſtinauit occũbere ſpatia vnius diei. Non fuit antea, & poſtea tam longa dies, obediente domino voce hominis, & pugnante ꝓ Iſrahel. Reuerſusq; eſt Ioſue cũ oĩ Iſrahel in caſtra Galgalæ. Fugerant em̃ quinq; reges, & ſe abſconderant in ſpelunca vrbis Maceda. Nuntiatumq; eſt Ioſue quod inuenti eſſent quinq; D reges, latentes in ſpelunca vrbis Maceda. Qui præcepit ſocijs, & ait: Voluite ſaxa ingentia ad os ſpeluncæ, & ponite viros induſtrios qui clauſos cuſtodiant. Vos aũt nolite ſtare: ſed ꝑſequimini hoſtes, & extremos quosq; fugientiũ cædite. Nec dimittatis eos vrbiũ ſuaꝝ intrare pręſidia: quos tradidit dñs deus in manus veſtras. Cæſis ergo aduerſarijs plaga magna, & vſque ad internitionem penè conſumptis, hi q Iſrahel effugere potuerũt, ingreſſi ſunt ciuitates munitas. Reuerſusq; eſt omnis exercitus ad Ioſue in Maceda, vbi tũc erant caſtra, ſani & integro numero. Nullusq; contra filios Iſrahel mutire auſus eſt. Præcepitq; Ioſue dicens. Aperite os ſpeluncæ, & producite ad me quinq; reges: qui in ea latitant. Fecerũtq; miniſtri, vt ſibi fuerat imperatũ. Et adduxerũt ad eũ quinq; reges de ſpelunca, regem Hieruſalem, regem Hebron, regem Hierimoth, regem Lachis, regem Eglon. Cũq; adducti eſſent ad eũ, vocauit omnes viros Iſrahel, & ait ad principes exercitus: q ſecũ erant. Ite & ponite pedes ſup colla regũ iſtoꝝ. E

Qui cum pręxiſſent, & ſubiectoꝝ colla pedibus calcarent, rurſum ait ad eos: Nolite timere, nec paueatis, confortamini & eſtote robuſti. Sic enim faciet dñs cunctis hoſtibus veſtris, aduerſum quos dimicabitis. Percuſſit Ioſue, & interfecit eos, atq; ſuſpendit ſuper quinq; ſtipites fuerũtq; ſuſpenſi vſq; ad veſpeꝝ. Cũq; occumberet ſol, pręcepit ſocijs, vt deponerent eos de patibulis. Quibus depoſitis, ꝓiecerũt in ſpeluncam in qua latuerant, & poſuerũt ſuper os eius ſaxa ingentia: quæ permanent vſq; in præſens. Eodem die Macedan quoque cœpit Ioſue, & ꝑcuſſit in ore gladij, regemq; illius interfecit, & omnes habitatores eius. Non dimiſit in ea ſaltem paruas reliquias. Fecitq; regi Maceda, ſicut fecerat regi Hiericho. Tranſiuit aũt cum omni Iſrahel de Maceda in Lebna, & pugnabat contra eã. Quã tradidit dñs cũ rege ſuo in manus Iſrahel. Percuſſerũtq; vrbem in ore gladij, & omnes habitatores eius. Non dimiſerũt in ea vllas reliquias. Fecerũtq; regi Lebna, ſicut fecerant regi Hiericho. De Lebna tranſiuit in Lachis, cũ omni Iſrahel. F Et exercitu per gyrũ diſpoſito, oppugnabãt eã, tradiditq; dominus Lachis in manus filioꝝ Iſrahel, & cœpit eam die altero, atq; percuſſit in ore gladij omnẽ animã, quæ

Marginal notes: He. in Gabaon expecta. Eſaiæ. 28. f — Deut. 21. b

quæ fuerat in ea:sicut fecerat Lebna. Eo tempore ascendit Hyram rex Gaser: vt auxiliaret La
chis. Quē pcussit Iosue cū oῖ ppl'o eius vsq; ad internitionē. Transiuitq; de Lachis in Eglon
& circūdedit, atq; expugnauit eā in eadē die: pcussitq; in ore gladij oēs animas q̄ erāt in ea, iu-
xta oīa q̄ fecerat Lachis. Ascēdit quoq; cū oῖ Israhel de Eglon in Hebron, & pugnauit con
tra eā, cepitq; & pcussit in ore gladij regē quoq; eius, & oīa oppida regionis illius, vniuersasq;
animas q̄ in ea fuerāt cōmoratæ. Nō reliquit in ea vllas reliquias. Sicut fecerat Eglon: sic fecit
& Hebron, cūcta quæ in ea repperit cōsumēs gladio. Inde reuersus in Dabir, cœpit eā, atque
vastauit, regē quoq; eius, atq; oīa p circuitū oppida pcussit in ore gladij. Nō dimisit in ea vllas
reliquias. Sicut fecerat Hebron, & Lebna, & regibus earū: sic fecit Dabir, & regi illius. Per-
cussit itaq; Iosue oēm terrā montanā & meridianā, atq; cāpestrē, & *Aseroth cū regibus suis He. Asedoth
Non dimisit in ea vllas reliquias: sed oῖe q̄d spirare poterat, interfecit: sicut pceperat ei dn̄s de
us Israhel à Cadesbarne vsq; Gazan. Oēm terrā Gosen vsq; Gabaon vniuersosq; reges, & re-
giones eorū vno impetu cœpit, atq; vastauit. Dn̄s em̄ deus Israhel pugnabat p eo. Reuersusq;
est cum omni Israhel ad locum castrorū in Galgala.

¶ Pugna Iosue contra diuersos reges. Ca. XI.

A QVæ cū audisset Iabin rex Asor, misit ad Iobab regem Madon, & ad regem Some-
ron, atq; ad regem Achsaph, ad reges quoq; aquilonis, q habitabant in montanis,
& in planitie, contra meridiem Ceneroth, in cāpestribus quoq;, & regiōibus Dor,
iuxta mare, Chananæū quoq; ab oriente & occidente: & Amorræū, atq; Ethe
um, ac Pherezæū, & Iebusæū in montanis, Heuæū quoq; q habitabat ad radices Hermon in
terra Maspha. Egressiq; sunt omnes cū turmis suis, populus multus nimis, sicut arena quæ est
in littore maris: equi q̄s, & currus, īmēsę multitudinis. Conuenerātq; omnes reges isti in vnū
B ad aquas Meron vt pugnarent contra Israhel. Dixitq; dn̄s ad Iosue. Ne timeas eos. Cras
em̄ hac eadem hora ego tradā omnes istos vulnerādos in conspectu Israhel. Equos eorū sub-
neruabis: & currus igne combures. Venitq; Iosue & oῖs exercitus eius cū eo, aduersus illos
ad aquas Meron subito: & irruerūt sup illos, tradiditq; illos dn̄s in manus Israhel. Qui pcusse-
runt eos, & psecuti sunt vsq; ad Sydonē magnā & aquas Masserephoth. Cāpumq; Maspha, q
est ad orientalem illius partē. Itaq; pcussit oῖes, vt nullas dimitteret ex eis reliquias. Fecitq;
sicut pceperat ei dn̄s. Equos eorū subneruauit, currusq; combussit igni. Reuersusq; statim cę
pit Hasor: & regem eius pcussit gladio. Hasor enim antiquitus inter omnia regna hæc princi
C patū tenebat. Percussitq; omnes animas, quæ ibidem morabant. Non dimisit in ea vllas reliq-
as sed vsq; ad internitionem vniuersa vastauit. Ipsamq; vrbem peremit incendio, & omnes
p circumitum. Reges quoq; earū cœpit, pcussit atq; deleuit, sicut præceperat ei Moyses famu
lus domini. Absq; vrbibus quæ erant in collibus, & in tumulis sitæ, cæteras succendit Israhel,
vnā tantum Hasor munitissimā flamma consumpsit. Omnemq; prædā istarū vrbium, atq; iu-
mēta, diuiserūt sibi filij Israel, cūctis hoīb' interfectis. Sicut pceperat dn̄s Moysi seruo suo, ita Exo. 14. b.
præcepit Moyses Iosue: & ille vniuersa compleuit. Non præterijt de vniuersis mandatis: ne Leui. 7. a.
vnum quidem verbum, quod iusserat dominus Moysi. Cœpit itaq; Iosue omnē terrā mon-
tanam. & meridianā, terramq; Gosen, & planitiem, & occidentalem plagam, montemq; Isra-
hel, & cāpestria eius, & partē montis, quæ ascendit Seyr, vsque Baalgad p planitiē Lybani, sub-
ter montē Hermon omnes reges eorū cœpit, pcussit, & occidit Multo tempore pugnauit Io-
D sue contra reges istos. Non fuit ciuitas quæ se non traderet filijs Israhel, præter Heuæum qui Sapie. 10. g.
habitabat in Gabaon. Omnes enī bellando cœpit. Dn̄i em̄ sentētia fuerat, vt indurarent cor
da eorū, & pugnarent contra Israhel, & caderent, & non mererent vllam clementiam, ac peri-
rent, sicut præceperat dominus Moysi. In tempore illo venit Iosue, & interfecit Enachim de
montanis Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni monte Iuda, & Israhel, vrbesq; eorum dele
uit. Non reliquit vllum de stirpe Enachim, in terra filiorum Israhel, absque ciuitatibus Gaza,
& Geth, & Azoto, in quibus solis relicti sunt. Cepit ergo Iosue omnem terram sicut locutus
est dn̄s ad Moysen, & tradidit eam in possessionem filijs Israhel secundum partes & tribus su-
as, quieuitq; terra à prælijs.

¶ Catalogus regū pcussorū à filijs Israhel trās Iordanē numero. xxxi. Ca. XII.

A HI sunt reges quos percusserunt filij Israhel, & possederunt terram eorū trans Iordanē
ad solis ortum, à torrente Arnon, vsque ad montem Hermon, & omnem oriētalem
plagā, quæ respicit solitudinem. Seon rex Amorræorū q habitabat in Hesebon do-
minatus est ab Aroer, quæ sita est sup ripā torrentis Arnon, & mediæ partis in valle,
dimidiæq; Galaad, vsq; ad torrentem Ieboch, q est terminus filiorū Ammon, & à solitudine
vsq; ad mare Ceneroth contra orientē, & vsq; ad mare deserti, q̄d ē mare salsissimū ad orienta
lem plagam per viam quæ ducit Beth, Iesimoth, & ab australi parte quæ subiacet Aseroth vs-
B que Phasga terminus Og regis Basan, de reliquijs Raphaim, qui habitauit in Astaroth & in
Edrai, & dn̄atus est in monte Hermon, & in Salacha, atq; in vniuersa Basan, vsq; ad terminos

Gessuri,& Machati,& dimidiæ partis Calaad,& terminũ Seon regis Hesebon. Moyses famu
lus dñi & filij Israhel, pcusserunt eos,tradiditq́ꝫ terram eorꝫ Moyses in possessionem Rube- C
nitis,& Gadditis,& dimidiæ tribui Manasse. Hi sunt reges terræ quos percussit Iosue,& filij
Israhel trans Iordanem ad occidentalem plagam à Baalgad in campo Lybani, vsqꝫ ad montẽ
Lybani,cuius pars ascẽdit in Seyr. Tradiditq́ꝫ eam Iosue in possessionem tribubus Israhel, sin
gulis partes suas,tam in montanis q̃ in planis,atqꝫ campestribus. In Aseroth & in solitudine,
ac in meridie Ethæus fuit, & Amorræus, Chananæus, & Pherezæus, Heuæus, & Iebusæus.
Rex Hiericho vnus. Rex Hai, quæ est ex latere Bethel, vnus. Rex Hierusalem, vnus. Rex He-
bron, vnus. Rex Ierimoth, vnus. Rex Lachis, vnus. Rex Eglon, vnus. Rex Gazer, vnus. Rex
Dabir, vnus. Rex Gader, vnus. Rex Herma, vnus. Rex Hereth, vnus. Rex Lebna, vnus. Rex
Odollã, vnus. Rex Maceda, vnus. Rex Bethel, vnus. Rex Taphua, vnus. Rex Heser, vnus. Rex
Aphec, vnus. Rex Saron, vnus. Rex Madan, vnus. Rex Hasor, vnus. Rex Someron, vnus. Rex
Achsaph, vnus. Rex Thenach, vnus. Rex Mageddo, vnus. Rex Cedes, vnus. Rex Iacganẽ Car
meli, vnus. Rex Dor, & prouinciæ Dor, vnus. Rex gentium Galgal, vnus. Rex Thersa, vnus.
Omnes reges triginta & vnus.

¶ Iubetur Iosue diuidere terram. Caput XIII.

ne. omnes li mites Philistiim &c. IOsue senex, prouectæq́ꝫ ætatis erat, & dixit dñs ad eum. Senuisti, & longæuus es, terraq́ꝫ A
latissima derelicta est, quę necdũ sorte diuisa est, *oĩs videlicet Galilæa, Philistijm, & vni-
uersa Gessuri, à fluuio Turbido, qui irrigat Aegyptũ, vsqꝫ ad terminos Accaron, contra
aquilonem, terra Chanaan quæ in qnqꝫ regulos Philistijm diuidit, Gazæos, & Azotios,
Ascalonitas, Gethæos, & Accaronitas. Ad meridiem vero sunt Heuæi, omnis terra Chanaan,
& Maara Sydoniorꝫ, vsqꝫ Afeca, & terminos Amorræi, eiusq́ꝫ confinia, Lybani quoqꝫ regio,
contra orientem à Baalgad, sub monte Hermon, donec ingrediaris Hemath. Omniũ qui ha-
bitabant in monte, à Lybano vsqꝫ ad aquas Masserephoth, vniuersiq́ꝫ Sydonij. Ego sum q de
lebo eos à facie filiorꝫ Israhel. Veniat ergo in partem hæreditatis Israhel: sicut pcepi tibi. Et B
nũc diuide terram in possessionem nouem tribubus, & dimidiæ tribui Manasse, cũ qua Ruben
& Gad possederunt terram, quam tradidit eis Moyses famulus dñi trans fluenta Iordanis, ad
orientalem plagam, ab Aroer quæ sita est in ripa torrentis Arnon, & vallis medio vniuersaq́ꝫ
campestria Medaba, vsqꝫ ad Dibon: & cũctas ciuitates Seon regis Amorræi, qui regnauit in
Hesebon, vsqꝫ ad terminos filiorꝫ Ammon, & Galaad, ac terminũ Gessuri, & Machati, & oẽm
montem Hermon, & vniuersam Basan, vsqꝫ ad Salecha, omne regnũ Og in Basan, q regnauit
in Astaroth, & Edrai. Ipse fuit de reliquijs Raphaim, pcussitq́ꝫ eos Moyses, atqꝫ deleuit. No-
lueruntq́ꝫ disperdere filij Israhel Gessuri, & Machati, & habitauerunt in medio Israhel vsqꝫ in
præsentem diem. Tribui aũt Leui non dedit possessionem: sed sacrificia & victimæ dñi dei If-
rahel, ipsa est eius hæreditas, sicut locutus est illi. Dedit ergo Moyses possessionem tribui fi-
liorꝫ Ruben iuxta cognationes suas, fuitq́ꝫ terminus eorꝫ ab Aroer, quæ ẽ sita in ripa torrentis C
Arnõ. Et ciuitatẽ in valle eiusdẽ torrentis media, vniuersamq́ꝫ planitiẽ q̃ ducit Medaba, &
Hesebon, cũctosq́ꝫ viculos earꝫ, qui sunt in campestribus: Dibon quoqꝫ, & Abamoth Baal, &
Hebr. nhaon oppidum Baalmaon, & *Gessa, & Cedimoth, & Mephaath, & Chariathaim, & Sabama, & Sa
rathasaar, in monte conuallis Bethphogor, & Aseroth, Phasga, & Bethiasimoth, omnes vrbes
campestres, vniuersaq́ꝫ regna Seon regis Amorræi, qui regnauit in Hesebon, quem percussit
Moyses cum principibus Madian, Heuæum, & Recen, & Sur, & Hur, & Reboc duces Seon, ha
bitatores terræ: & Balaam filium Beor hariolum occiderunt filij Israhel gladio, cũ cæteris in-
terfectis. Factusq́ꝫ est terminus filiorꝫ Ruben, Iordanis fluuius. Hæc est possessio Rubenita-
rum per cognationes suas, vrbium & viculorum. Deditq́ꝫ Moyses tribui Gad, & filijs eius
cuius hæc diuisio est abũdat. per cognationes suas possessionem: *cuius hæc diuisio est fuitq́ꝫ terminus eorum Gazer.
Et omnes ciuitates Galaad, & dimidiam partem terræ filiorꝫ Ammon, vsque ad Aroer, quæ D
est contra Rabba, & ab Hesebon vsque Ramoth, Maspha, & Betonim, & Amahanaim vsque
ad terminos Dabir. In valle quoqꝫ Betharam, & Bethnemra, & Soccoth, & Saphon reliquam
partem regni Seon, regis Hesebon. Huius quoqꝫ finis Iordanis est, vsqꝫ ad extremam par-
tem maris Cenereth, trans Iordanem, ad orientalem plagam. Hæc est possessio filiorꝫ Gad, per
familias suas, & ciuitates, & villas earum. Dedit & dimidiæ tribui Manasse, filijsq́ꝫ eius, iu- A
xta cognatiões suas, possessionem, cuius hoc principium est: Amahanaim, vniuersam Basan:
& cuncta regna Og regis Basan: omnesq́ꝫ vicos Iair, qui sunt in Basan, sexaginta oppida. Et
dimidiam partem Galaad, & Astaroth: & Edrai, vrbes regni Og in Basan: filij Machir, filij
Manasse, dimidiæ parti filiornm Machir, iuxta cognationes suas. Hanc possessionem diui-
sit Moyses in campestribus Moab: trans Iordanem, contra Hiericho, ad orientalem plagam.
Nume. 18.c Tribui autem Leui non dedit possessionem, quoniam dominus deus Israhel, ipse est possessio
eius, vt locutus est illi.

¶ Caleb postulat sibi promissam hæreditatem, datur ei Hebron. Ca. XIIII.

Hoc

A HOc est quod possederunt filij Israel in terra Chanaan, quam dederunt eis Eleazar sa- Num.34.d
cerdos, & Iosue filius Nun, & principes familiarum per tribus Israel, sorte omnia di
uidentes, sicut præceperat dñs in manum Moysi, nouem tribubus, & dimidiæ tri-
bui Manasse. Duabus enĩ tribubus, & dimidiæ dederat Moyses trans Iordanẽ pos-
sessionẽ, absq; Leuitis, qui nihil terræ acceperunt inter fratres suos, sed in eorũ successerant lo
cum filij Ioseph, in duas diuisi tribus, Manasse & Ephraim. Nec acceperũt Leuitæ aliã in ter-
B ra partẽ, nisi vrbes ad habitandũ, & suburbana earũ, ad alenda iumenta, & pecora sua. Sicut p-
ceperat dñs Moysi, ita fecerũt filij Israel & diuiserũt terrã. Accesserũt itaq; filij Iuda ad Io-
sue in Galgala, locutusq; est ad eũ Caleb, filius Iephonne Cenezæus. Nosti, quid locutus sit Num.14.d
dñs ad Moysen, hominẽ dei, de me, & te, in Cadesbarne. Quadraginta annorũ eram, qñ misit
me Moyses famulus dñi dei, de Cadesbarne, vt considerarẽ terrã, nuntiauiq; ei quod mihi ve
rũ videbat. Fratres aũt mei q ascenderãt mecũ, dissoluerũt cor populi, & nihilominus ego se Sup.1.a
C cutus sum dñm deũ meũ. Iurauitq; Moyses in die illo, dicẽs: Terra quã calcauit pes tuus, erit
possessio tua, & filiorũ tuorum in æternum, quia secutus es dominum deum tuum. Concessit
ergo dominus uitam mihi, sicut pollicitus est, vsq; in præsentem diẽ. Quadraginta & quinq;
anni sunt, ex quo locutus est dominus verbum istud ad Moysen, quãdo ambulabat Israel per
solitudinem. Hodie octogintaquinq; annorum sum, sic valens, vt eo valebam tẽpore, quã- Eccle.46.b
do ad explorandum missus sum, illius in me temporis fortitudo vsq; hodie perseuerat, tã ad
D bellandum q̃ ad gradiendum. Da ergo mihi montem istum, quem pollicitus est dominus, te
quoq; audiente, in quo Enachim sunt, & vrbes magnæ atq; munitæ, si forte sit dominus me-
cum, & potuero delere eos, sicut promisit mihi. Benedixitq; ei Iosue, & tradidit ei Hebrõ, in
possessionem, atq; ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephonne Cenezæo vsq; in præsentẽ diem,
quia secutus est dominum deum Israel. Nomen Hebron ante vocabatur Cariath Arbe. Adã
maximus ibi inter Enachim situs est, & terra cessauit à prælijs.

¶ Sors filiorum Iuda, & catalogus ciuitatũ & villarũ eiusdem tribus. Cap. XV.

A IGitur sors filiorũ Iudæ per cognationes suas, ista fuit. A termino Edom vsq; ad desertũ
Syn cõtra meridiem, & vsq; ad extremã partem australis plagæ. Initiũ eius à summita-
te maris salsissimi, & à lingua eius quæ respicit meridiẽ. Egredieturq; contra ascensum
scorpionis, & pertransibit in Sina, ascẽditq; in Cadesbarne, & puenit in Hesron, ascẽdẽs
Adaram, & circumiens Carcara, atq; inde pertrãsiens in Asemona, & perueniens ad torren-
tem Aegypti, eruntq; termini eius mare magnum. Hic erit finis meridianæ plagæ. Ab orien
te vero erit initiũ mare salsissimũ vsq; ad extrema Iordanis, & ea quæ respiciunt ad aquilonẽ,
B à lingua maris vsq; ad eundẽ Iordanis fluuiũ: Ascenditq; terminus in Beth Hagla. Et trãsit ab
aquilone in Betharaba, ascendens ad lapidẽ Bohem filij Ruben, & tendens vsq; ad terminos
Debera, de valle Achor, cõtra aquilonẽ respiciẽs Galgala, quæ est ex aduerso ascẽsionis Ado-
mim, ab australi parte torrentis, transitq; aquas quæ vocant fons solis, & erunt exitus eius ad
fontẽ * Rogel, ascenditq; per conuallẽ filij Ennon, ex latere Iebusæi ad meridiẽ, hæc est Hie- Heb. fullonis
rusalem, & inde se erigens ad verticẽ montis, qui est contra Geennon, ad occidẽtem in sum-
mitate vallis Raphaim, contra aquilonẽ, pertransitq; à vertice montis, vsq; ad fontem aquæ
Nepthoa, & peruenit vsq; ad vicos mõtis Ephrõ, inclinatq; in Bala q̃ est Cariathiarim, id est
vrbs syluarũ, & circuit de Bala cõtra occidentẽ, vsq; ad montẽ Seir, trãsitq; iuxta latus montis
C Iarim ad aquilonẽ in Chesalum, & descẽdit in Bethsames, transitq; in Thamna, & puenit con
tra aquilonẽ partis Accaron ex latere, inclinaturq; Secrona, & transit montẽ Baala, peruenit-
q; Iabneel, & magni maris cõtra occidẽtem fine cõcluditur. Hi sunt termini filiorũ Iuda p cir-
cuitũ in cognationibus suis. Caleb vero filio Iephonne dedit partẽ in medio filiorũ Iuda, si
cut pceperat ei dñs Cariath Arbe patris Enach, ipsa est Hebron. Deleuitq; ex ea Caleb tres Iudic.1.b
filios Enach, Sesai & Achiman, & Thalmai de stirpe Enach, atq; inde cõscendẽs, venit ad ha-
D bitatores Dabir, q̃ prius vocabat Cariathsepher .i. ciuitas literarũ. Dixitq; Caleb: Qui pcusse-
rit Cariathsepher, & ceperit eã, dabo ei Axam filiã meã vxorẽ. Cepitq; eam Othoniel filius
Cenez, frater Caleb iunior. Deditq; ei Axam filiã suã vxorẽ. Qui cũ pergerẽt simul, suasa est
à viro suo, vt peteret à patre suo agrũ. Suspirauitq; vt sedebat in asino. Cui Caleb: Quid habes
inquit? At illa respõdit: Da mihi benedictionẽ. Terrã australẽ & arentẽ dedisti mihi, iunge
& irriguam. Dedit itaq; ei Caleb irriguũ, superius & inferius. Hæc est possessio tribus filio-
rũ Iuda, per cognationes suas. Eruntq; ciuitates ab extremis partibus filiorũ Iuda, iuxta termi
nos Edom, à meridie, Cabseel, & Eder, & Iagur, & Cina, & Dimona, & Adada, & Cedes, &
E Hasor, & Ieth Nan, Ziph, & Telem, & Baloth, Hasor, Hadatha, & Carioth, Hesron, hæc est
Hasor, Oman, Same, & Molada, & Hasar, Gadda, & Hassemon, & Bethphelet, & Hasersual,
& Bersabee, & Baziothia, & Baala, & Iim, & Ezez, & Eltholad, & Xil, & Horma, & Sicelag,
& Medemena, & Sensenna, Lebaoth, & Selim, & Ain, & Remmon, omnes ciuitates vigin-
ti nouem, & villæ earum. In campestribus vero, Esthaol, & Sarea, & Asena, & Zonea, & En-

m gannim

gannim,& Taphua,& Enam,& Ierimoth,& Adulā socho,& Azeca,& Saarim,& Adithaim
& Gedera,& Gederothaim, vrbes q̃tuordecim,& villę eaꝝ. Sanan,& Hadasa,& Magdalgad,
Deleā,& Maspha,& Iecteel, Lachis,& Baschat,& Eglon,& Cabon,& Lahamā, Tebbon,&
Ieheman,& Cethlis,& Gideroth, Bethdagon,& Naama,& Maceda, ciuitates sedecim & vil F
læ eaꝝ. Labana,& Ether,& Asan,& Iephtath,& Asna,& Nesib,& Ceila,& Achzib,& Ma-
resa, ciuitates nouē & villæ eaꝝ. Accaron, cū vicis,& villulis suis. Ab Accaron vsq; ad mare
omnia quæ vergunt ad Azotum & viculos eius, Azotus cū vicis & villulis suis. Gaza cum vi
cis & villulis suis, vsque ad torrentē Aegypti,& mare magnū terminus eius. Et in monte Sa-
mir,& Iatir,& Socho,& Danna Cariathsanna, hæc est Dabir, Anab,& Estemo,& Anim,
Hebr. Duma Gosen,& Holon,& Gilo, ciuitates vndecim,& villæ eaꝝ. Hrag,& * Ruma,& Esaan,& Ianū,
& Beththaphua,& Aseca,& Humata,& Cariath Arbe, hæc est Hebron,& Sior, ciuitates no G
uem & villę eaꝝ. Maon,& Chermel,& Ziph,& Iuta, Iezrael,& Iucadam,& Zanoe, Cain,
Gabaa,& Thamna, ciuitates decem & villæ eaꝝ. Halhul,& Bethsor,& Gedor, Maarath,
& Bethanoth,& Eltecon, ciuitates sex & villæ eaꝝ. Cariathbaal hæc est Cariath Iarim, id
est vrbis syluaꝝ,& Rabba, ciuitates duæ,& villæ eaꝝ. In deserto Betharaba, Meddin,& Sa
chacha,& Nebsan, ciuitates Salis,& Engaddi, ciuitates sex,& villæ eaꝝ. Fiunt simul centum
quindecim. Iebusæum autem habitatorem Hierusalem nō potuerunt filij Iuda delere, Habi
tauitq; Iebusæus cum filijs Iuda in Hierusalem, vsq; in præsentem diem.

¶De sorte Ephraim. Cap. XVI. A

Cecidit quoq; sors filioꝝ Ioseph, ab Iordane, cōtra Hiericho,& aquas eius ab oriēte,
solitudo quæ ascēdit de Hiericho ad montē Bethel,& egreditur de Bethel Luzam,
trāsitq; terminum Archi Atharoth,& descendit ad occidentē iuxta terminum Ie- B
fleti, vsq; ad terminos Bethhoron inferioris,& Gazer, finiuntq; regiones eius mari
magno, possederuntq; filij Ioseph Manasses & Ephraim. Et factus est terminus filioꝝ Ephra
im p cognatiōes suas,& possessio eoꝝ cōtra orientē Atharoth Adar, vsque ad Bethhoron su C
periorē, egrediunturq; cōfinia ī mare. Machmathah vero aquilonē respicit,& circuit terminos
cōtra orientē in Thaanathsilo,& pertrāsit à torrēte Ianohæ, descenditq; de Ianohe in Atha-
roth,& Naaratha,& peruenit in Hiericho, egrediturq; ad Iordanem de Taphua, pertrāsitq; D
contra mare in villā arundineti, suntq; egressus eius in mare salsissimum. Hæc est possessio tri
bus filioꝝ Ephraim per familias suas, vrbesq; separatæ sunt filijs Ephraim, in medio possessi-
onis filioꝝ Manasse,& villæ eaꝝ. Et nō interfecerūt filij Effraim Chananęū, qui habitabat in
Gaser, habitauitq; Chananæus in medio Effraim, vsque in diem hāc tributarius.

¶De sorte dimidiæ tribus Manasse. Cap. XVII. A

Num. 26. d Cecidit autem sors tribui Manasse, ipse enim est primogenitus Ioseph, Machir pri
mogenito Manasse, patre Galaad, qui fuit vir pugnator, habuitq; possessionē Ga-
laad,& Basan,& reliquis filiorum Manasse, iuxta familias suas, filijs Abiezer,& fi-
lijs Helec,& filijs Ariel,& filijs Sichem,& filijs Hepher,& filijs Semida. Isti sunt filij
Manasse filij Ioseph mares per cognatiōes suas. Salphaad vero filio Hepher, filij Galaad, filij
Machir, filij Manasse, non erāt filij, sed solæ filiæ, quaꝝ ista sunt nomina: Mahala,& Noa,&
Num. 27. & 36. a Hegla,& Melcha,& Tersa. Venerūtq; in conspectu Eleazari sacerdotis,& Iosue filij Nun,& B
principū dicentes: dñs præcepit per manū Moysi, vt daretur nobis possessio in medio fratrū
nostrorum. Deditq; iuxta imperium domini possessionem in medio fratrū patris eaꝝ & ce-
ciderunt funiculi Manasse decē, absq; terra Galaad,& Basan, trās Iordanem. Filiæ enim Ma-
nasse possederunt hæreditatē in medio filioꝝ eius. Terra autē Galaad cecidit in sorte filiorū
Manasse, qui reliqui erāt. Fuitq; terminus Manasse, ab Aser Machmathah quæ respicit Si
chem,& egreditur ad dextrā iuxta habitatores fontis Taphuæ. Etenim in sorte Manasse ceci
derat terra Taphuæ, quę ē iuxta terminos Manasse filioꝝ Ephraim: descēditq; terminus val
lis arūdineti, in meridiem torrētis ciuitatum Ephraim, quæ in medio sunt vrbium Manasse. C
Terminus Manasse ab aquilōe torrētis,& exitus eius, pgit ad mare: ita vt possessio Ephra-
im sit ab austro,& ab aquilone Manasse: vt vtrāq; claudat mare,& coniungātur sibi in tribu
Aser, ab aquilone,& in tribu Isaschar ab oriēte. Fuitq; hæreditas Manasse in Isaschar,& in
Aser: Bethsean,& viculi eius,& Ieblaā cū viculis suis,& habitatores Dor, cū oppidis suis: habi
tatores q̃q; Endor cū viculis suis, similiterq; habitatores Thaanach cū viculis suis:& habita-
tores Mageddo cū viculis suis,& tertia pars vrbis Nopheth. Nec potuerūt filij Manasse has
ciuitates subuertere, sed cœpit Chananæus habitare in terra sua. Postq̃ aūt cōualuerūt filij
Israel, subiecerūt Chananæos,& fecerunt sibi tributarios, nec interfecerunt eos. Locutiq;
sunt filij Ioseph ad Iosue,& dixerūt. Quare dedisti mihi terrā in possessionē sortis,& funiculi D
vnius, cū sim tātæ multitudinis,& bñdixerit mihi dñs? Ad quos Iosue ait. Si populus multus
es, ascēde in syluā,& succide tibi spatia ī terra Pherezæi,& Raphaim, qa angusta est tibi pos
sessio montis Effraim. Cui responderūt filij Ioseph, non poterimus ad montana conscēdere,
cum

cum ferreis vtantur curribus Chananæi,,qui habitant in terra campestri,in qua siti sunt Beth
Sean,cũ viculis suis,& Laaser mediã possidẽs vallẽ.Dixitq; Iosue ad domũ Ioseph,& Ephra-
im,& Manasse.Populus multus es & magnæ fortitudinis,nõ habebis sortẽ vnã,sed transibis
ad montem,& succides tibi,atq; purgabis ad habitandum spatia:& poteris vltra procedere,
cum subuerteris Chananæum,quem dicis ferreos habere currus,& esse fortissimum.

¶Mittuntur qui describane terram pro reliquis septem tribubus. Cap. XVIII.

A CONgregatiq; sunt omnes filij Israel in Silo, ibiq; fixerunt tabernaculũ testimonij,
& fuit eis terra subiecta.Remanserũt aũt filiorum Israel,septẽ tribus,quæ necdũ acce-
perant possessiones suas.Ad quos Iosue ait.Vsquequo marcetis ignauia,& non in-
tratis ad possidendã terrã,quã dominus deus patrum vestrorum dedit vobis? Eligite
de singulis tribubus ternos viros,vt mittã eos,& pergant,atq; circũeant terrã,& describant
eã iuxta numerum vniuscuiusq; multitudinis,referantq; ad me,quod descripserint.Diuidite vo
bis terram in septem partes. Iudas sit in terminis suis ab australi plaga,& domus Ioseph ab
aquilone,mediam inter hos terram in septem partes describite,& huc venietis ad me, vt co-
rã dño deo vestro mittam vobis hic sortem,quia non est inter vos pars Leuitarum, sed sacer
dotium domini est eorum hæreditas. Gad autem & Ruben,& dimidia tribus Manasse iam
acceperunt possessiones suas trans Iordanem ad orientalem plagam quas dedit eis Moyses fa
B mulus domini. Cumq; surrexissent viri,& pergerent ad describẽdam terram, præcepit eis
Iosue,dicens:Circuite terram,& describite eam,ac reuertimini ad me,vt hic coram domino
deo vestro in Silo mittam vobis sortem. Itaq; perrexerunt,& lustrantes eam,in septẽ par-
tes diuiserunt,scribẽtes in volumine,reuersiq; sunt ad Iosue in castra Silo.Qui misit sortes co
ram domino in Silo,diuisitq; terrã filijs Israel in septẽ partes. Et ascendit sors prima filiorũ
Beniamin per familias suas,vt possiderent terrã inter filios Iuda,& filios Ioseph. Fuitq; ter-
minus eorum contra aquilonẽ,à Iordane pergens,iuxta latus Hiericho septentrionalis plagæ,
& inde cõtra occidentẽ,ad montana cõscendens,& perueniẽs ad solitudinem Bethauen, atq;
pertransiens iuxta Luzan ad meridiẽ,ipse est Bethel,descenditq; in Ataroth Adar,in montẽ
qui est ad meridiẽ Bethhoron inferioris,& inclinatur circũiens cõtra mare ad meridiẽ mõtis:
C qui respicit Bethhoron cõtra Africũ.Suntq; exitus eius in Cariathbaal:quæ vocat Cariath Ia
rim,vrbẽ filiorum Iuda.Hæc est plaga cõtra mare ad occidẽtẽ.A meridie aũt ex parte Cariath
Iarim egreditur terminus cõtra mare,& peruenit vsq; ad fontem aquarum Nephthoa. Descen
ditq; in partẽ montis qui respicit vallem filiorum Ennon & est contra septentrionalem plagã
in extrema parte vallis Raphaim.Descenditq; in Geennon,id est vallis Ennon,iuxta latus Ie
busæi ad austrũ,& peruenit ad fontẽ Rogel,transiens ad aquilonem,& egrediẽs ad Ensemes,
* id est fontẽ solis,& pertransit vsq; ad tumulos:qui sunt è regione ascensus Adomim,descen
ditq; Ebenbohen,id est lapidẽ Bohen,filij Ruben,& pertransit ex latere aquilonis ad campe — Hebræi hæc
stria,descẽditq; in planitiẽ,& prætergredit contra aquilonẽ Bethhagla,suntq; exitus eius cõ- — uerba nõ ha-
D tra linguam maris salsissimi ab aquilone,in fine Iordanis ad australem plagam: qui est termi- — bẽt, est tamẽ interpretatio
nus illius ab oriente.Hæc est possessio filiorum Beniamin,per terminos suos,in circuitu,& fami — vocis Ense-
lias suas.Fueruntq; ciuitates eius Hierichò,& Bethhagla,& vallis Casis, Betharaba, & Sama- — mes.
raim,& Bethel,& Auim,& Para,& Offora villa Hainmonai,& Offni,& Gabee,ciuitates duo
decim,& villæ earum.Gabaon,& Rama,& Beroth,& Maspha,& Caphaira,& Amosa,& Re
cem,Iarephel,& Tarela,& Sela,& Eleph,& Iebus:quæ est Hierusalẽ,& Gabaath, & Cariath,
ciuitates quatuordecim,& villæ earum,fueruntq; omnes ciuitates vigintisex.Hæc est posses
sio filiorum Beniamin iuxta familias suas.

¶Sortes reliquorum tribuũ,Symeon,Zabulon,Isaschar,Aser,Nephthali,& Dan. Cap. XIX.

A ET egressa est sors secunda filiorum Symeon,per cognatiões suas.Fuitq; hæreditas eorum
in medio possessionis filiorũ Iuda,Bersabee,& Sabee,& Molada. & Hasersual, Bala,
& Asem,& Eltholad,Bethul,& Horma,& Sicelag,& Bethmarcaboth, & Hasersusa,
& Beth Lepaboth,& Saruhen,ciuitates tredecim,& villæ earũ.Ahim,& Remmon,
& Ether,& Asan:ciuitates quatuor,& villæ earum.Omnes viculi per circuitũ vrbium istarum
vsq; ad Balaathbeer Ramath,cõtra australẽ plagã.Fueruntq; omnes ciuitates decẽ & septem.
Hæc est hæreditas filiorum Symeon,iuxta cognatiões suas,in possessione,& funiculo filiorum Iu-
da,quia maior erat.Et idcirco filij Symeon possederũt in medio hæreditatis eius. Ceciditq;
sors tertia filiorum Zabulon per cognatiões suas.Et factus est terminus possessionis filiorum Za-
bulon vsq; Sarid. Ascẽditq; de mari,& Marala,& peruenit in Debbaseth vsq; ad torrentẽ,q
est cõtra Iocniã,& reuertit de Sarid contra orientẽ,in finẽ Ciseloth Thabor,& egreditur ad
Dabereth:ascẽditq; contra Iaphia,& inde pertransit vsque ad oriẽtalẽ plagã Gethhepher,&
B Tachasin,& egredit in Remmon Amthoar Nea,& circuit ad aquilonem,& Nathan.Suntq;
egressus eius vallis Iephtahel,& Carath,& Naalol & Semron,& Iedala,& Bethlehem, ciuita-
tes duodecim,& villæ earum.Hæc est hæreditas tribus filiorũ Zabulon,per cognationes suas,

vrbes & viculi earũ. Issachar egressa est sors quarta, per cognationes suas. Fuitq́ eius hære-
ditas Iezrael, & Casuloth, & Sunem, & Hapharaim, & Seon, & Naharath, & Rabith, & Cisi-
on, & Abes, & Rameth, & Engannim, & Enhadda, & Bethpases, & puenit terminus eius vsq;
Thabor, & Saasima, & Bethsames: erãtq́ exitus eius Iordanis: ciuitates sedecim, & villæ earũ.
Hæc est possessio filiorũ Issachar, per cognationes suas, vrbes & viculi earũ. Ceciditq́ sors
quinta tribui filiorũ Aser, per cognationes suas. Fuitq́ terminus eorũ, Helchath, & Chali, &
Beten, & Axaph, & Elammelech, & Amaad, & Miseal, & peruenit vsq; ad carmelũ maris, &
Sihor, & Labanath, ac reuertit̃ cõtra orientẽ Bethdagon, & pertrãsit vsq; Zabulon, & vallẽ
Iephthahel, cõtra aquilonẽ in Bethemech, & Neiel, egredit̃q; ad leuã, & Cahul, & Ebron, &
sup. Rama Rohob, & Ammon, & Chana, vsq; ad Sydonẽ magnã, reuertit̃q; in * Horma, vsq; ac ciuitatẽ C
munitissimã Tyrũ, & vsq; Hosa. Erãtq́ exitus eius in mare de funiculo Aachziba, & Amma,
& Afec, & Rohob, ciuitates vigintiduæ, & villæ earũ. Hæc est possessio filiorũ Aser, p cogna-
tiones suas, vrbesq́ & viculi earũ. Filiorũ Nephthali sexta pars: cecidit per familias suas. Et
cœpit terminus de Heleph, & Elon, Saanannim, & Edami, quæ est Neceb, & Iabneel, vsque
Lecũ, & egressus eorũ vsq; ad Iordanẽ, reuertit̃q; terminus cõtra occidẽtẽ, & Azanoth Tha-
bor, atq; inde egredit̃ in Hucoca, & pertrãsit in Zabulon cõtra meridiẽ, & in Aser cõtra occi
dentẽ, & in Iuda ad Iordanẽ, cõtra ortũ solis, ciuitates munitissimæ, Assidim, Ser, & Ammath
& Racath, & Cenereth, & Adama, & Arama, & Hasor, & Cedes, & Edrai, & Enhasor, & Ie-
ron, & Magdelel, Horẽ, & Bethanath, & Bethsames, ciuitates decẽ & nouẽ, & villæ earũ. Hæc
est possessio tribus filiorũ Nephthali, p cognatiões suas, vrbes & viculi earũ. Tribui filiorũ D
Dan, p familias suas egressa est sors septima. Et fuit terminus possessionis eius, Saraa, & Estaol
& Irsemes. i. ciuitas solis, Salabin, & Aialon, & Iethela, Elon, Themnata, & Acarõ, & Eltece,
& Gibthõ, & Baalath, & Iud, & Bane, Barac, & Gathrẽmon, atq; Iericon & Aracon, cũ termi
no q respicit Ioppen, & in ipso fine cõcludit̃. Ascẽderũtq́ filij Dan, et pugnauerũt cõtra Le-
sem, cæperũtq́ eã, et pcusserũt eã in ore gladij, et possederũt, et habitauerũt in ea, vocãtes no
mẽ eius Lesemdan, ex noĩe Dan patris sui. Hæc est possessio tribus filiorũ Dan, p cognationes
suas, vrbes et viculi earũ. Cũq́ cõplesset sorte diuidere terrã, singulis p tribus suas, dederũt
filij Israel possessionẽ Iosue, filio Nun, in medio sui, iuxta præceptũ dñi, vrbẽ quã postulauit
Thãnathasaraa, in mõte Effraim. Et ædificauit ciuitatẽ, habitauitq́ in ea. Hæ sunt possessi-
ones quas sorte diuiserũt Eleazar sacerdos, et Iosue filius Nun, et principes familiarũ, ac tribu-
um filiorũ Israel, in Silo corã dño, ad ostiũ tabernaculi testimonij, partitiq́ sunt terrã.

¶ De ciuitatibus refugij, et morte summi sacerdotis. Cap. XX.

Num. 35.a Deut. 19.a ET locutus est dñs ad Iosue, dicẽs: Loquere filijs Israel, et dic eis. Separate vrbes fugiti A
uorũ, de quibus locutus sum ad vos per manũ Moysi, vt cõfugiat ad eas quicũq; ani- 15.q.1.c.Ille in glo.
mã percusserit nescius et possit euadere irã proximi, q vltor est sanguinis, cũ ad vnã
harũ cõfugerit ciuitatũ. Stabitq́ ante portã ciuitatis et loquet̃ senioribus vrbis illius,
ea q̃ se cõprobẽt innocentẽ, sicq́ suscipiẽt eũ, et dabũt ei locũ ad habitãdũ. Cũq́ vltor sangui B
nis eũ fuerit persecutus, nõ tradẽt in manus eius, quia ignorãs percussit proximũ eius, nec an-
te biduũ triduumve eius probat̃ inimicus. Et habitabit in ciuitate illa, donec stet ante iudiciũ
causam reddẽs facti sui, et moriat̃ sacerdos magnus q fuerit in illo tẽpore. Tunc reuertet̃ ho-
micida, et ingrediet̃ ciuitatẽ, et domum suã de qua fugerat. Decreuerũtq́ Cedes in Galilæa C
mõtis Nephthali, et Sichem, in mõte Effraim, et Cariath Arbe, ipsa est Hebron, in monte Iu-
da. Et trãs Iordanẽ contra orientalem plagã Hiericho, statuerunt Bosor, quæ est sita in cãpe
stri solitudine de tribu Ruben, et Ramoth, in Galaad, de tribu Gad, et Gaulon in Basan de tri-
bu Manasse. Hæ ciuitates cõstitutæ sunt cũctis filijs Israel et aduenis, q habitabãt inter eos, vt D
fugeret ad eas, q animã nescius percussisset, et nõ moreret̃ im manu proximi, effusum sangui-
nẽ vindicare cupientis, donec staret ante populũ expositurus causam suã.

¶ Ciuitates filij Leui traditæ, quadragintaocto. Cap. XXI.

ACcesseruntq́ principes familiarũ Leui, ad Eleazarũ sacerdotẽ, et Iosue filiũ Nun, et A
ad duces cognationũ per singulas tribus filiorũ Israel, locutiq́ sunt ad eos in Silo ter
Num. 35.a ræ Chanaã, atq; dixerunt. Dñs præcepit p manũ Moysi, vt darent̃ nobis vrbes ad
habitãdũ, et suburbana earũ, ad alenda iumẽta. Dederũtq́ filij Israel de possessioni-
bus suis iuxta imperiũ dñi ciuitates, et suburbana earũ. Egressaq́ est sors in familia Chaath, fi-
liorũ Aaron sacerdotis, de tribu Iuda, et Symeon, et Beniamin ciuitates tredecim. Et reliquis
filiorũ Chaath. i. Leuitis q superfuerãt, de tribubus Effraim, et Dan, et dimidiæ tribus Manas
se, ciuitates decẽ. Porrò filijs Gerson egressa est sors, vt acciperẽt de tribubus Issachar, et Aser
1. par. 6.c et Nephthali, dimidiaq́ tribu Manasse, in Basan, ciuitates numero tredecim. Et filijs Merari
p cognatiões suas, de tribubus Ruben, et Gad, et Zabulon, vrbes duodecim. Dederuntq́ filij B
Israel Leuitis ciuitates et suburbana earũ sicut pcepit dñs p manũ Moysi, singulis sorte tribuẽ
tes. De tribub' filiorũ Iuda, et Symeõ, dedit Iosue ciuitates quarũ ista sunt noĩa filijs Aaron p fa

milias Chaath Leuitici generis. Prima enim sors illis egressa est, Cariath Arbe patris Enach, q̄
vocatur Hebron, in monte Iuda, & suburbana eius, per uircumitum. Agros vero, & villas eius
dederat Caleb filio Iephonne, ad possidendum. Dedit ergo filijs Aaron sacerdotis Hebron, cō
fugij ciuitatem, ac suburbana eius, & Lobnam cū suburbanis suis, & Iathir, & Estimoa, & Ho-
lon, & Dabir, & Ain, & Iuttan, & Bethsames cū suburbanis suis, ciuitates nouē, de tribubus (vt
C dictum est) duabus. De tribu aūt filioꝝ Beniamin, Gabaon, & Gaba, & Anathoth, & Almon
cū suburbanis suis, ciuitates quatuor. Oēs simul ciuitates filioꝝ Aaron sacerdotis, tredecim cū
suburbanis suis. Reliquis vero per familias filioꝝ Chaath Leuitici generis, hæc est data posses-
sio. De tribu Effraim vrbes cōfugij Sichem, cū suburbanis suis, in mōte Effraim, & Gazer, &
Cabsaim, & Bethoron, cū suburbanis suis, ciuitates quatuor. De tribu q̊q; Dan, Heltheco, &
Gibthon, & Aialon, & Gathrēmon, cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. Porro de dimidia
tribu Manasse, Taanach, & Gathrēmon, cū suburbanis suis: ciuitates duæ, oēs ciuitates decē,
& suburbana eaꝝ, data sunt filijs Chaath, īferioris gradus. Filijs q̊q; Gerson Leuitici generis,
dedit de dimidia tribu Manasse cōfugij ciuitates, Gaulon in Basan, & Boesthra cum suburbanis
suis: ciuitates duas. Porro de tribu Isaschar, Cision, & Daberath, & Iaramoth, & Engannim cū
suburbanis suis: ciuitates quatuor. De tribu autē Aser, Miscal, & Abdon, & Eleath, & Rohob,
cū suburqanis suis: ciuitates quatuor. De tribu q̊q; Nephthali: ciuitates confugij. Cedes in Gali
læa, & Hāmothdor, & Carthori cū suburbanis suis: ciuitates tres. Oēs vrbes familiaꝝ Gerson
tredecim cū suburbanis suis. Filijs aūt Merari Leuitis inferioris gradus p familias suas, data est
de tribu Zabulon, Iecnal, & Charta, & Danna, & Nahalol, ciuitates quatuor cum suburbanis
D suis: De tribu Gad ciuitates cōfugij, Ramoth, in Galaad, & Mahanaim, & Hesebon, & Iazer, ci
uitates q̄tuor cū suburbanis suis. *De tribu Rubē (vltra Iordanē contra Hiericho ciuitates refu Heb: de tribu Rubē bezer etiā hasa & cademoth & mephaad cū suburbāis suis ciuitates q̄tuor
gij) Bosor in solitudine Misor, & Iazer, & Iedson, & Maspha, ciuitates q̄tuor, cū suburbanis su-
is. Oēs vrbes filioꝝ Merari, p familias & cognationes suas, duodecim. Itaq; ciuitates vniuersæ
Leuitaꝝ in medio possessiōis filioꝝ Israel fuerūt q̄dragintaocto cū suburbanis suis, singulæ per
familias distributæ. Deditq́; dn̄s deus Isreal omnē terrā, quam traditurꝫ se patribus eoꝝ iuraue
rat, & possederūt illā, atq; habitauerūt in ea. Dataq; est ab eo pax in oēs p circuitū nationes, nul
lusq; eis hostiū resistere ausus est: sed cuncti in eoꝝ dirionē redacti sunt. Ne vnū quidē verbū
quod illis præstaturū se esse, pmiserat: irritū fuit, sed rebus expleta sunt omnia.

¶Remittūt duę trib⁹ & semis in possessionē suā, de altari extructo in monimētū. Cap. XXII.

A EOdem tempore vocauit Iosue Rubenitas & Gadditas, & dimidiam tribum Manasse: Nume. 32. c
dixitq́; ad eos. Fecistis omnia quę præcepit vobis Moyses famulus dn̄i: mihi quoq; in
omnibus obedistis: nec reliquistis fratres vestros longo tēpore vsq; in præsentem diē
custodientes imperium domini dei vestri. Quia igitur dedit dominus deus vester fra
tribus vestris quietem & pacem: sicut pollicitus est: reuertimini, & ite in tabernacula vestra, &
in terram possessionis, quam tradidit vobis Moyses famulus domini trans Iordanem: ita dun-
taxat, vt custodiatis attente, & opere compleatis mandatum, & legem quā pcepit vobis Moy-
ses, famulus domini: vt diligatis dominum deum vestrum, & ambuletis in omnibus vijs eius;
& obseruetis mādata illius, adhæreatisq́; ei, ac seruiatis in omni corde, & in omni anima vestra
B Benedixitq́; eis Iosue, & dimisit eos. Qui reuersi sunt in tabernacula sua. Dimidiæ autē tribui
Manasse possessionē Moyses dederat in Basan, & idcirco mediæ quæ superfuit dedit Iosue sor
tem inter cæteros fratres suos, trans Iordanem, ad occidentalem eius plagam. Cumq́; dimit
teret eos in tabernacula sua, & benedixisset eis: dixit ad eos. In multa substantia, atq; diuitijs
C reuertimini ad sedes vestras, cum argento & auro, ære ac ferro, & veste multiplici. Diuidite p-
dam hostium cum fratribus vestris. Reuersiq́; sunt & abierūt filij Ruben, & filij Gad & dimi
dia tribus Manasse, à filijs Israel, de Silo, quæ sita est in Chanaan: vt intrarent Galaad terram
possessionis suæ, quā obtinuerūt iuxta imperiū dn̄i in manu Moysi. Cumq́; venissent ad *tu- Heb. milites.
mulos Iordanis in terra Chanaan, edificauerunt iuxta Iordanē altare *infinitæ magnitudinis. Heb. magnū aspectu.
Quod cū audissent filij Israel, & ad eos certi nuntij detulissent, ædificasse filios Ruben & Gad &
dimidiā tribū Manasse altare in terra Chanaan, super Iordanis tumulos, contra filios Israel, cō
uenerūt oēs in Silo, vt ascenderent, & dimicarēt cōtra eos. Et interim miserunt ad illos in terrā
Galaad Phinehes filiū Eleazari sacerdotis: & decē principes cum eo, singulos de singulis tribu
bus. Qui venerūt ad filios Ruben, & Gad, & dimidiā tribū Manasse, in terrā Gallaad, dixerūtq́; Numer. 25. a
D ad eos. Hæc mādat omnis populus dn̄i. Quæ est ista trāsgressio? Cur reliquistis dn̄m deum
Israel, ædificātes altare sacrilegū, & à cultu illius recedētes? An parum vobis est, q̄d peccastis in Supra. 2. a
Beelphogor, & vsq; in præsentē diē macula huius sceleris in vobis permanet, multiq́; de popu
lo corruerūt? Et vos hodie reliquistis dominum: & cras in vniuersum Israel ira eius desæuiet.
Quod si putatis immūdā esse terrā possessionis vestræ: trāsite ad terrā in qua tabernaculū dn̄i
est, & habitate inter nos: tantū vt à dn̄o, & à nostro cōsortio nō recedatis, ædificato altari præ-
E ter altare domini dei vestri. Nonne Achan filius Zare præterijt mandatum domini: & super

omnē populū Israel ira eius incubuit. Et ille erat vnus homo atque utinā solus perijsset in scele-
te suo. Respōderūtq; filij Ruben, & Gad. & dimidia tribus Manasse, principibus legatiōis Is-
rael. Fortissimus dñs deus Israel ipse nouit, & Israel simul intelligat, si prçuaricationis animo hoc
altare cōstruximus, non custodiat nos, sed puniat nos in præsenti. Et si ea mēte fecimus, vt ho-
locausta, & sacrificiū, & pacificas victimas super eo imponeremus, ipse q̃rat, & iudicet, & non ea
magis cogitatione atq; tractatu vt diceremus: Cras dicēt filij vr̃i, filijs nr̃is. Quid vobis, & dño
deo Israel? Terminū posuit dñs inter nos & vos o filij Ruben, & filij Gad, Iordanē fluuiū, & id- F
circo partē nō habetis in dño. Et per hanc occasionē auertent filij vestri filios nostros à timore
dñi. Putauimus itaq; melius, & diximus. Extruamus nobis altare, non in holocausta, neq; ad vi-
ctimas offerendas, sed in testimoniū inter nos & vos, & sobolem nostrā, vestrāq; progeniem,
vt seruiamus domino, & iuris nostri sit offerre holocausta, & victimas, & pacificas hostias, &
nequaq̃ dicant cras filij vestri filijs nostris, non est vobis pars in dño. Quod si voluerint dicere,
respondebunt eis. Ecce altare dñi quod fecerunt patres nostri, non in holocausta, neq; in sacri-
ficiū, sed in testimoniū nostrū, ac vestrum, Absit à nobis hoc scelus, vt recedamus à dño, & eius
vestigia relinquamus, extructo altari ad holocausta & sacrificia & victimas offerendas præter G
altare dñi dei nostri, quod extructū est ante tabernaculū eius. Quibus auditis Phinehes sacer-
dos & principes legationis Israel, qui erant cum eo placati sunt: & verba filiorū Ruben & Gad
& dimidiæ tribus Manasse libētissime susceperūt. Dixitq; Phinehes filius Eleazari sacerdos
ad eos. Nunc scimus ꝙ nobiscū sit dñs: quoniā alieni estis à præuaricatione hac: & liberastis fi-
lios Israel de manu domini. Reuersusq; est cū principibus à filijs Rubē & Gad de terra Galaad
finium Chanaan ad filios Israel, & retulit eis. Placuitq; sermo cunctis audientibus. Et laudaue-
runt deum filij Israel: & nequaq̃ vltra dixerunt, vt ascenderent contra eos: atq; pugnarēt & de-
lerent terram possessionis eorum. Vocaueruntq; filij Ruben & filij Gad altare quod extruxe-
rant: testimonium nostrum quod dominus ipse sit deus.

¶Iosue dehortatur populum à commixtione gentium. Cap. XXIII.

E Voluto aūt multo tēpore postq̃ pacem dederat dominus Israeli, subiectis in gyro na- A
tionibus vniuersis: & Iosue iā longæuo & persenilis ætatis. Postq̃ diuiserat terrā filijs
Israel secundum quod dñs imperauerat, vocauit Iosue omnē Israelem maioresq; natu,
& principes, ac duces, ac magistros, dixitq; ad eos. Ego senui & progressioris ætatis
sum, uosq; cernitis omnia quæ fecerit dñs deus vester cunctis per circuitū nationibus quomo-
do pro nobis ipse pugnauerit. Et nunc quia vobis sorte diuisit omnem terram, ab orientali pte
Iordanis usq; ad mare magnum: multæq; adhuc supersunt nationes: dominus deus vester di-
sperdet eas, & auferet à facie uestra, & possidebitis terram, sicut uobis pollicitus est. Tantū cō- C
fortamini: & estote soliciti, ut custodiatis cuncta quæ scripta sunt in volumine legis Moysi: &
non declinetis ab eis, neq; ad dextrā, neq; ad sinistrā: ne postq̃ intraueritis ad gentes quæ inter
vos futuræ sunt, iuretis in nomine deorū earum, & seruiatis eis, & adoretis illos: sed adhæreatis
dño deo vestro, quod fecistis usq; in diē hāc. Et nūc auferet dominus deus in cōspectu vestro
gentes magnas, & robustissimas, & nullus uobis resistere poterit. Vnus e vobis persequet ho-
stium mille viros: quia dñs deus vester pro uobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est. Hoc tantum
diligentissime præcauete: ut diligatis dominū deū vestrū. Quod si volueritis gentiū harū, quæ
inter vos habitant, erroribus adhærere: & cū eis miscere connubia, atq; amicitias copulare, iam
nunc scitote, ꝙ dñs deus vester non eas deleat ante faciē vestrā: sed erunt vobis in foueam, ac la-
queum, & offendiculum ex latere uestro, & sudes in oculis uestris, donec uos auferat, atque di-
sperdat de terra hac optima, quā tradidit uobis. En ego hodie ingrediar uiā uniuersæ terræ, & D
3.Reg.2.a tote animo cognoscetis, ꝙ de omnibus uerbis quæ se dñs præstiturū vobis esse pollicitus est,
ur.. non præterierit incassum. Sicut ergo impleuit opere, quod promisit & prospera cuncta ue
r.. ..ant, sic adducet super uos quicquid malorū cōminatus est, donec uos auferat, atq; disperdat
de terra hac optima, quam tradidit uobis, eo quod præterieritis pactū dñi dei uestri, quod pepi-
git uobiscum: & seruieritis dijs alienis, & adoraueritis eos. Cito atq; uelociter consurget in uos
furor domini, & auferemini ab hac terra optima quam tradidit uobis.

¶Iosue hortatur populum ad legis obseruantiam, moriturq; Sepeliuntur ossa
Ioseph, moritur Eleazar. Cap. XXIIII.

C Ongregauitq; Iosue omnes tribus Israel in Sichem, & vocauit maiores natu, ac pri- A
Ac. 5.postros. cipes, & iudices, & *magistros, steteruntq; in conspectu domini, & ad populum sic
Gene. 11.a locutus est. Hæc dicit dominus deus Israel. Trans fluuium habitauerunt patres uestri
Gene. 21.b ab initio Thare pater Abraham, & Nabor, seruieruntq; dijs alienis. Tuli ergo patrē
Gene. 25.c uestrum Abraham de Mesopotamiæ finibus, & adduxi eum in terram Chanaan, multiplica-
Exod. 4.b uiq; semen eius, & dedi ei Isaac, illique rursum dedi Iacob, & Esau. E quibus Esau dedi montē
He. quæadmo Seir ad possidendū, Iacob ueto, & filij eius descenderunt in Aegyptum. Misiq; Moysen & Aa- B
dū feci in me ron, & percussi Aegyptū *multis signis, atq; portētis, eduxiq; vos, & patres vr̃os de Aegypto,
dio eius.

& veni-

& venistis ad mare. Persecutiq́ꝫ sunt Aegyptij patres vestros cum curribus & equitatu, vsq; ad
mare rubrũ. Clamauerunt aũt ad dñm filij Israel. Qui posuit tenebras inter vos & Aegyptios,
& adduxit super eos mare & operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta q̃ in Aegypto fecerim,
& habitastis in solitudine multo tẽpore, & introduxi vos in terrã Amorræi qui habitabat trãs Num. 21. b
Iordanẽ. Cumq́ꝫ pugnarent contra vos, tradidi eos in manus vestras, & possedistis terrã eoꝶ.
atq; interfecistis eos. Surrexit aũt Balach filius Sephor rex Moab, & pugnauit contra Israelẽ.
C Misitq́ꝫ & vocauit Balaã filiũ Beor vt malediceret vobis, & ego nolui audire eũ, sed econtrario
per illũ benedixi vobis, & liberaui uos de manu eius. Transistisq́ꝫ Iordanẽ, & venistis ad Hieri- Infra. eod.
ni,& trãseamus ad stationem Philistinoꝝ, quæ est trãs locũ illũ. Patri autem suo hoc
ipsum non indicauit. Porrò Saul morabat in extrema parte Gabaa, sub malograna-
ta, quæ erat * in agro Gabaa. Et erat populus cum eo, quasi sexcentoꝝ virorum. Et Hebr. in Mi
Achias filius Achitob, fratris Icabod, filij Phinches, qui ortus fuerat ex Eli sacerdote domini gron,
in Silo, portabat Ephod. Sed & populus ignorabat quo isset Ionathas. Erãt autem inter ascen
sus, per quos nitebatur Ionathas transire ad stationem Philistinoꝝ, eminentes petræ ex vtra-
que parte,& quasi in modum dentium scopuli, hucinde prærupti. Nomen vni Boses,& no-
men alteri Sene. Vnus scopulus prominẽs ad aquilonem ex aduerso Machmas,& alter ad me
B ridiem contra Gabaa. Dixit autẽ Ionathas ad adolescentẽ armigeꝝ suũ. Veni, trãseamus ad
stationẽ incircũcisoꝝ hoꝝ, si forte faciat dominus ꝓ nobis, quia non est domino difficile sal-
uare, vel in multis, vel in paucis. Dixitq; ei armiger suus. Fac omnia quæ placent animo tuo,
Perge quo cupis,& ero tecum vbicunq; volueris. Et ait Ionathas: Ecce nos trãsimus ad ui-
ros istos. Cumq; apparuerimus eis, si taliter loquuti fuerint ad nos, manete donec veniamus
ad vos

ad uos, ſtemus in loco noſtro, nec aſcendamus ad eos. Si autem dixerint: aſcēdite ad nos, aſcē-
damus ad eos, quia tradidit eos dñs in manibus noſtris. Hoc erit vobis ſignum. Apparuit igit
Iud.14.c vterq; ſtationi Philiſtinorum. Dixeruntq; Philiſthijm: En Hebræi egrediunt de cauernis, in qui-
bus abſconditi fuerāt, & locuti ſunt viri de ſtatione Ionathā, & ad armigerum eius. Dixeruntq;
Aſcendite ad nos, & oſtendemus vobis rem. Et ait Ionathas ad armigerum ſuum. Aſcendamus:
1.Mach.4.d Sequere me: tradidit enim dominus eos in manus Iſrael. Aſcendit autem Ionathas manibus
& pedibus reptās, & armiger eius poſt eum. Itaq; cum vidiſſent faciem Ionathæ, alij cadebāt
ante Ionathā, alios armiger eius poſt eum interficiebat, ſequens eum. Et factū eſt plaga pri-
ma q̄ percuſſit Ionathas & armiger eius, quaſi viginti virorum, in media parte iugeris, quā par
boum in die arare conſueuit. Et factum eſt miraculum in caſtris & p agros. Sed & omnis po C
pulus ſtationis eorum qui erāt ad prædādum, obſtupuit: & conturbata ſunt caſtra. Et accidit q̄ſi
miraculum à deo. Et reſpexerunt ſpeculatores Saul, qui erāt in Gabaa Beniamin: & ecce mul-
titudo pſtrata, & huc illucq́ue diffugiens. Et ait Saul populo qui erat cum eo. Requirite & vi
dete quis abierit ex nobis. Cumq; requiſiſſent, repertum eſt non adeſſe Ionathā, & armigerum
eius. Et ait Saul ad Achiā: Applica arcā domini. Erat enī ibi arca domini in die illa cū filijs Iſ-
rahel. Cumq; loqueret Saul ad ſacerdotem, tumultus magnus exortus eſt in caſtris Philiſtino
rum. Creſcebatq; paulatim, & clarius reſonabat. Et ait Saul ad ſacerdotem: Contrahe manū
tuā. Conclamauit ergo Saul, & omnis populus qui erat cum eo, & venerunt vſque ad locum
certaminis. Et ecce verſus fuerat gladius vniuſcuiuſq; ad proximū ſuum, & cædes magna ni-
mis. Sed & Hebræi qui fuerāt cum Philiſthijm heri & nudiuſtertius, aſcenderātq; cum eis in ca
ſtris, reuerſi ſunt vt eſſent cum Iſrahel, & his qui erāt cum Saul & Ionatha. Omnes quoq; Iſra
helitæ qui ſe abſconderāt in monte Ephraim, audientes quod fugiſſent Philiſtæi, ſociauerunt
ſe cum ſuis in prælio. Et erāt cum Saul quaſi decem milia virorum. Et ſaluauit dominus deus Iſ-
rahel in die illa. Pugna autē peruenit vſq; ad Bethauen. Et viri Iſrahel ſociati ſunt ſibi in die illa. D
Adiurauit autem Saul populum, dicens: Maledictus vir qui comederit panem vſque ad ve
Infra eodem ſperum, donec vlciſcar de inimicis meis. Et non mādúcauit vniuerſus populus panem. Omniſq; 22.q.1.c.vlt. § ſi.in f. de iureiu.c.& II
terræ vulgus venit in ſaltum, in quo erat mel, ſup faciem agri. Ingreſſus eſt itaq; populus ſal- Chris.26.q.
tum, & apparuit fluens mel, nullusq; applicuit manum ad os ſuum. Timebat enim populus iu 2.§.d.de in
ramentum. Porrò Ionathas non audierat, cum adiuraret pr̄ eius populum. Extenditq; ſum- 10.& obe.
mitatem virgæ quā habebat in manu, & intinxit in fauum mellis. Et conuertit manum ſuā [illegible]
os ſuum, & illuminati ſunt oculi eius. Reſpondenſq; vnus de populo, ait: Iureiurādo conſtrin
xit pater tuus populum, dicēs: Maledictus vir qui comederit panem hodie. Defecerat aūt
Supra eodē populus. Dixitq; Ionathas: Turbauit pater meus terrā. Vidiſtis ipſi quod illum [illegible] ocu
li mei, eo q̄ guſtauerim paululum de melle iſto, quāto magis ſi comediſſet populus de præda
inimicorum ſuorum, quā repperit. Nonne maior plaga facta fuiſſet in Philiſthijm? Percuſſerunt E
ergo in die illa Philiſtæos, à Machmas vſq; in Aialon. Defatigatus eſt autem populus nimis,
& uerſus ad prædā tulit oues, & boues, & vitulos, & mactauerunt in terra. Comeditq; popu-
lus cum ſanguine. Nuntiauerūt aūt Sauli, dicētes, q̄ populus peccaſſet domino, comedēs cū
ſanguine, Qui ait: Præuaricati eſtis, voluite ad me iā nūc ſaxū grāde. Et dixit Saul: Diſpergi-
mini in vulgus, & dicite eis, vt adducat ad me vnuſquiſq; bouē ſuū, & arietē. & occidite ſuper
iſtud, & veſcimini, & non peccabitis dño, comedētes cū ſanguine. Adduxit itaq; oīs populus
vnuſquiſq; bouē in manu ſua, vſq; ad noctē, & occiderūt ibi. Aedificauit aūt Saul altare domi
no. Tuncq; primū cœpit ædificare altare dño. Et dixit Saul: Irruamus ſup Philiſtæos nocte
& vaſtemus eos vſquedum illuceſcat mane, nec relinquamus ex eis virum. Dixitq; populus: omē
quod bonum tibi videt in oculis tuis, fac. Et ait ſacerdos: Accedamus huc ad deū. Et conſu- F
luit Saul dñm, dicens: Num perſequar Philiſthijm? Si trades eos in manus Iſrael? Et non reſpō
dit ei in die illa. Dixitq; Saul: Applicate huc vniuerſos angulos populi, & ſcitote & videte p
quem acciderit hoc pctm̄ hodie. Viuit dominus ſaluator Iſrahel, quia ſi per Ionathā filium me
um factū eſt, abſq; retractatione moriet. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo. Et
ait ad vniuerſum Iſrahel. Separamini vos in partem vnā, & ego cum Ionatha filio meo ero in
parte altera. Reſponditq; populus Iſrahel ad Saul. Quod bonum tibi videt in oculis tuis, fac.
Et dixit Saul ad dñm deū Iſrahel. Dñe deus Iſrahel, da iudiciū, quid eſt q̄d non reſponderis ſer
uo tuo hodie? Si in me, aut in Ionatha filio meo eſt iniqtas hæc, da oſtenſionē. Aut ſi hæc ini- 2.q.7.c.vlt.§
quitas ē in populo tuo, da ſanctitatem. Et dephenſus eſt Ionathas & Saul, populus aūt exiuit. ſi.ibi.Saul vo
Et ait Saul: Mittite ſortem inter me, & inter Ionathā filiū meū, & captus eſt Ionathas. Dixit āt dicitur pp̄lus
Ioſue.7.c Saul ad Ionathā. Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathas, & ait: Guſtās guſtaui in
Infra.22.c ſummitate virgæ q̄ erat in manu mea paululū mellis, & ecce ego morior? Et ait Saul. Hæc fa-
ciat mihi deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha. Dixitq; populus ad Saul. Ergo ne
Ionathas moriet, q fecit ſalutē hāc magnā in Iſrahel? Hoc nephas eſt. Viuit dñs ſi ceciderit ca-
pillus de capite eius in terrā, quia cū deo operatus eſt hodie. Liberauit ergo populus Ionathā

vt non

vt nõ moreret. Recessitq; Saul, nec psecutus est Philisthijm. Porrò Philisthijm abiere in loca sua.
At Saul cõfirmato regno sup Israhel pugnabat p circuitũ aduersum oẽs inimicos eius cõtra
Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philistæos, & q̃cũq; se verterat, * supera- Hebr. impie
bat. Cõgregatoq; exercitu pcussit Amalech, & eruit Israhel de manu vastatorũ eius. Fuerunt agebat
aũt filij Saul, Ionathas & Iesui, & Melchisua, & noĩa duarũ filiarũ eius, nomẽ primogenitæ Me
rob, & nomẽ minoris Michol, & nomẽ vxoris Saul Achinoem, filia Achimaas. Et nomẽ prin
cipis militiæ eius, Abner, filius Ner, patruelis Saul. Porrò Cis fuerat pr̃ Saul, & Ner pr̃ Abner Supra. c. 9
filius Abiel. Erat aũt bellũ potẽs aduersum Philistæos, oĩbus diebus Saul. Nã quẽcunq; vi- 1. Paral. 8. c
derat Saul virũ fortẽ, & aptũ ad præliũ, sociabat eum sibi.

¶Saul iubet pcutere Amalech, trãsgredit mãdatũ, non occiso rege, & seruatis victimis,
prædicit scissura regni eius. Ca. XV.

A ET dixit Samuel ad Saul: Me misit dñs, vt vngerem te in regem, sup populũ eius Israel.
Nunc ergo audi vocem dñi. Hæc dicit dñs exercituũ: Recensui quæcunq; fecit Ama- Exo. 17. d
1. q. 40. §. ite lech Israheli. Qũo restitit ei in via, cũ ascenderet de Aegypto, nũc ergo vade, & pcute
pctõ Amalechitarum, 2. q. 7 Amalech, & demolire vniuersa eius. Non parcas ei, & non cõcupiscas ex rebus ipsius
c. nos si § his aliqd, sed interfice à viro vsq; ad mulierẽ. Et paruulũ atq; lactãtẽ, bouẽ & ouem, camelũ & asi
ita rñdetur num. Præcepit itaq; Saul populo, & recensuit eos q̃si agnos, ducenta milia peditũ, & decem
24. qu. 3. §. milia virorũ Iuda. Cumq; venisset Saul vsq; ad ciuitatem Amalech, tetendit insidias in torrẽ
l. in prin. te. Dixit Saul Cineo: Abite, recedite, atq; discedite ab Amalech, ne forte inuoluã te cũ eo. Tu
eñi fecisti misericordiã cũ oĩbus filijs Israhel, cũ ascenderent de Aegypto. Et recessit Cinæus
B de medio Amalech. Percussitq; Saul Amalech ab Heuila donec venit ad Sur, quæ est è regio
ne Aegypti. Et apprehendit Agag, regẽ Amalech viuũ. Omne aũt vulgus interfecit in ore
23. q. 4. c. ex illo ibi Saul ob gladij, & pepercit Saul & populus, Agag, & optimis gregibus ouiũ, & armentorũ vestibus, &
mansuetudinem offensum arietibus, & vniuersis quæ pulchra erãt, nec voluerunt disperdere ea. Quicquid vero vile fuit,
& reprobũ, hoc demoliti sunt. Factũ est aũt verbum domini ad Samuel, dicens: Pœnitet me
quod constituerim Saul regem: quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. Contri
statusq; est Samuel, & clamauit ad dominum tota nocte. Cũq; de nocte surrexisset Samuel, vt Gene. 6. b
C iret ad Saul, mane nuntiatũ est Samueli, q venisset Saul ad Carmelũ, & erexisset sibi fornicem infra eodem
triumphalem, & reuersurus trãsisset, descendissetq; in Galgala. Venit ergo Samuel ad Saul, Prouer. 10. d
& Saul offerebat holocaustũ dño, de initijs prædarũ, quæ attulerat de Amalech. Et cũ venisset
Samuel ad Saul, dixit ei Saul: Benedictus tu dño. Impleui verbũ dñi. Dixitq; Samuel: Et quæ
est vox gregũ, quę resonat in auribus meis, & armentorũ, quã audio? Et ait Saul, de Amalech
D adduxerunt ea. Pepercit eñi populus melioribus ouibus, & armentis, vt immolarent domi-
no deo tuo, reliqua vero occidimus. Ait aũt Samuel ad Saul. Sine me, & indicabo tibi quę lo-
cutus sit dominus ad me, nocte. Dixitq; ei: Loquere. Et ait Samuel: Nõne cum paruulus esses
in oculis tuis, caput in tribubus Israhel factus es? Vnxitq; te dominus in regem super Israhel,
E & misit te dominus in viã, & ait: Vade & interfice pctõres Amalech & pugnabis, contra eos
8. q. 1. c. sciendum dis. c. fere vsque ad internitionem eorũ? Quare ergo non audisti vocem domini, sed versus ad prædã
hoc § porro es, & fecisti malum in oculis domini? Et ait Saul ad Samuelem. Imò audiui vocem domini, &
in fi. 81. dis. c. ambulaui in via, per quã misit me dominus, & adduxi Agag regem Amalech, & Amalech in-
q uãt. 1. q. 4. terfeci. Tulit autem de præda populus, oues, & boues primitias eorũ, quæ cæsa sunt, vt immo-
ite pctõ amalechitarũ. 17. let domino deo suo in Galgalis. Et ait Samuel: Nunquid vult holocausta, & victimas, & non Eccle. 4. d
q. 7. c. si quis potius vt obediat voci domini? Melior est eñi obedientia, q̃ victimæ, & auscultare magis, q̃
deinceps, De offerrre adipem arietũ: qm̃ quasi pctm̃ ariolãdi est repugnare, & quasi scelus Idololatriæ, nol-
maio. & obe. le acquiescere. Pro eo ergo q abiecisti sermonẽ dñi, abiecit te dñs, ne sis rex. Dixitq; Saul ad
ca. illud
F Samuelem. Peccaui: quia præuaricatus sum sermonẽ dñi, & verba tua, timens populũ, & obe- supra. 11. c
3. q. 7. c. fi. §. diens voci eorũ. Sed nũc porta quæso pctm̃ meum, & reuertere mecũ, vt adorẽ dñm, & ait Sa
si obiicit ibi muel ad Saul: Non reuertar tecũ, quia piecisti sermonẽ dñi, & piecit te dñs, ne sis rex super Is-
Saul cũ esset a rahel. Et conuersus est Samuel vt abiret. Ille aũt apphendit summitatẽ pallij eius, quæ & scis
domino reprobatus sa est. Et ait ad eum Samuel. Scidit dominus regnum Israhel à te hodie, & tradidit illud proxi
mo tuo, meliori te. Porrò triumphator in Israhel non parcet, & pęnitudine non flectet. Neq;
eñi homo est, vt agat pœnitẽtiã. At ille ait: Peccaui: Sed nũc honora me corã senioribus po infra. 28. c.
puli mei, & corã Israhel, & reuertere mecũ, vt adorẽ dñm deũ tuum. Reuersus ergo Samuel
26. q. 5. c. nec mirum § p. sequutus est Saulem. Et adorauit Saul dñm. Dixitq; Samuel: Adducite ad me Agag regẽ Ama
terea. lech. Et oblatus est ei Agag * pinguissimus, tremens. Et dixit Agag: Siccine separat amara Hebr. delicate tremens sine
33. q. 5. post. mors? Et ait Samuel: Sicut fecit absq; liberis mulieres gladius tuus, sic absq; liberis erit inter mu peccato.
c. nos. 2. q. 7. lieres, mater tua. Et in frusta concidit eum Samuel, corã dño, in Galgalis. Abijt aũt Samuel
ca. nos si §. his ita rñdet in Ramatha. Saul vero ascendit in domũ suã in Gabaa. Et nõ vidit Samuel vltra Saul, vsque in
diem mortis suæ. Veruntamen lugebat Samuel Saul, quoniã dominum pœnitebat, quod cõ-
stituisset regem Saul super Israhel.

¶David

C Direxerat enim aciē Israel, sed & Philisthijm ex aduerso fuerant præparati. Derelinquens er
go Dauid vasa quæ attulerat, sub manu custodis, ad sarcinas, cucurrit ad locū certaminis & in
terrogabat, si omnia recte agerentur erga fratres suos. Cumq; adhuc ille loqueretur eis, appa
ruit vir ille spurius ascendēs, Goliath nomine, Philistæus, de Geth, de castris Philistinorū. Et
loquente eo hæc eadē verba, audiuit Dauid. Omnes aūt Israelitæ cum vidissent virū, fugerūt
à facie eius, timentes eū valde. Et dixit vnusquispiā de Israel. Num vidisti virū hūc qui ascen
dit? Ad exprobrandū enim Israel ascēdit. Virū ergo qui percusserit eū, ditabit rex diuitijs ma
gnis, & filiā suā dabit ei, & domū patris eius faciet absq; tributo in Israel. Et ait Dauid ad vi
ros qui stabant secū, dicēs: Quid dabitur viro qui percusserit Philisthęū hūc, & tulerit opprobriū
de Israel? Quis est enī hic Philistæus incircūcisus, qui exprobrauit aciē dei viuētis? Referebat
D aūt ei populus eundē sermonē, dicēs. Hæc dabuntur viro qui percusserit eū. Quod cū audisset
Eliab, frater eius maior, loquēte eo cū alijs, iratus est cōtra Dauid, & ait. Quare venisti? & q̄re
dereliquisti pauculas oues illas in deserto? Ego noui superbiā tuā, & nequitiā cordis tui, quia
vt videres prælīū, descēdisti. Et dixit Dauid: Quid feci? Nunquid nō verbū est? Et declinauit Infra.20.a
paululū ab eo ad aliū. Dixitq; eundē sermonē. Et rñdit ei populus verbū sicut prius. Audita &.26.c
sunt aūt verba quę loquutus est Dauid, & annuntiata in cōspectu Saul. Ad quē cū fuisset addu
ctus. loquutus est ei. Nō cōcidat cor cuiusq̄ in eo. Ego seruus tuus vadā, & pugnabo aduer-
sus Philistæū. Et ait Saul ad Dauid. Nō vales resistere Philistæo isti, nec pugnare aduersus eū:
quia puer es. Hic aūt vir bellator est ab adolescentia sua. Dixitq; Dauid ad Saul. Pascebat ser Eccle.47.a
uus tuus patris sui gregē, & veniebat leo, & vrsus, & tollebat arietē de medio gregis, & perse
quebar eos, & percutiebā, eruebamq; de ore eorū. Et illi consurgebāt aduersum me, & appre
hendebā mentū eorū, & suffocabā, interficiebamq; eos. Nā & leonem & vrsum interfeci ego
seruus tuus. Erit igitur & Philistæus hic incircūcisus, quasi vnus ex eis. Nunc vadā & auferam
opprobriū populi. Quoniā quis est iste Philistæus incircuncisus, qui ausus est maledicere ex-
E ercitui dei viuētis? Et ait Dauid. Dñs qui eripuit me de manu leonis, & de manu vrsi, ipse me
liberabit de manu Philistæi huius. Dixit aūt Saul ad Dauid. Vade, dñs tecū sit. Et induit Saul
Dauid vestimētis suis, & imposuit galeā æreā super caput eius, & vestiuit eū lorica. Accin-
ctus ergo Dauid gladio eius, super vestē suā, cœpit tentare, si armatus posset incedere. Non
enī habebat consuetudinē. Dixitq; Dauid ad Saul. Nō possum sic incedere, quia nō vsum ha-
beo. Et deposuit ea. Et tulit baculū suum, quē semp habebat in manibus, & elegit sibi quinq;
limpidissimos lapides de torrēte, & misit eos in perā pastoralē, quā habebat secū, & fundā ma
nu tulit, & processit aduersum Philistæū. Ibat aūt Philistæus, & incedēs appropinquās ad-
uersum Dauid, & armiger eius ante eum. Cūq; inspexisset eum Philistæus, & vidisset Dauid,
F despexit eū. Erat aūt adolescēs rufus, & pulcher aspectu. Et dixit Philistæus ad Dauid. Nū-
qd ego canis sum, q̄ tu venis ad me cū baculo? Et maledixit Philisthęus Dauid, in dijs suis. Dix
itq; ad Dauid. Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilib⁹ cœli, & bestijs terræ. Dixit aūt Da
uid ad Philisthęū: Tu venis ad me cū gladio, & hasta, & clypeo, ego autē veni ad te in nomine
dñi exercituū, dei agminū Israel, qbus exprobrasti hodie. Et dabit te dñs in manu mea, & pcu 1.Mach.4.d
tiā te, & auferā caput tuum à te. Et dabo cadauera castrorū Philisthijm hodie volatilibus cœli,
& bestijs terræ, vt sciat omnis terra, q a est dñs deus in Israel, & nouerit vniuersa ecclesia hęc,
quia non in gladio nec in hasta saluat dñs. Ipsius enī est bellū, & tradet vos in manus nostras.
Cum ergo surrexisset Philistæus, & veniret, & appropinquaret contra Dauid, festinauit
Dauid, & occurrit ad pugnā ex aduerso Philistæi. Et misit manum suā in perā, tulitq; vnum
lapidem, & funda iecit, & circunducens, percussit eum in fronte. Et infixus est lapis in fronte
2.4.f.c. monomachiam eius, & cecidit in faciem suam super terram. Præualuitq; Dauid aduersum Philistæū in fun- Eccle.47.a
2.4.4.c. noli. da & lapide, percussumq; Philistæum interfecit. Cumq; gladium non haberet in manu Da- 1.Mach.4.d
ibid. hic erat uid, cucurrit & stetit super Philistæum, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina sua, &
functus Da- interfecit eum, præciditq; caput eius. Vidētes autē Philisthijm q̄ mortuus esset fortissimus
G eorū, fugerunt. Et cōsurgentes viri Israel, & Iuda, vociferati sunt, & persecuti sunt Philistæos,
uid depurga. vsq; dum venirent in vallē, & vsq; ad portas Accaron. Cecideruntq; vulnerati de Philisthijm,
1d.c.b. in glo. in via Sarim, & vsq; ad Geth, & vsq; ad Accaron. Et reuertentes filij Israel, postq̄ persecuti fu
erāt Philistæos, inuaserunt castra eorū. Assumens autem Dauid caput Philistæi, attulit il-
lud in Hierusalem, arma vero eius posuit in tabernaculo suo. Eo autem tēpore quo viderat
Saul Dauid egredientem contra Philistæum, ait ad Abner principē militiæ suæ. De qua stir-
pe descendit hic adolescens? Dixitq; Abner. Viuit anima tua rex si noui. Et ait rex. Interroga
tu cuius filius sit iste puer. Cumq; regressus esset Dauid percusso Philistæo, tulit eū Abner &
introduxit coram Saule, caput Philistæi habentem in manu sua. Et ait ad eum Saul. De qua
progenie es tu o adolescens? Dixitq; Dauid. Filius serui tui Isai Bethlehemitæ, ego sum.

¶Fœdus Dauid cum Ionatha, Saul conatur occidere Dauid, dat ei filiam suam Michol in vxorem. Cap. XVIII.

ET factũ est cũ cõplesset loqui ad Saul, anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, A
& dilexit eũ Ionathas, quasi animã suã. Tulitq; eũ Saul in die illa, & nõ cõcessit ei, vt re
Inf. 19.a uerteret in domũ patris sui. Inierũt aũt Dauid & Ionathas fœdus. Diligebat enim
eũ quasi animã suã. Nã expoliauit se Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eã Da
uid, & reliqua vestimẽta sua vsq; ad gladiũ & arcũ suũ, vsq; ad baltheũ. Egrediebat quoq; Dauid
ad oĩa quæcũq; misisset eũ Saul & prudẽter se agebat. Posuitq; eũ Saul sup viros belli, & acce- B
ptus erat in oculis vniuersi populi, maximeq; in cõspectu famulorũ Saul. Porrò cũ reuerte-
ret percusso Philistæo Dauid, & ferret caput eius in Hierusalẽ, egressæ sunt mulieres de vni-
uersis vrbibus Israel, cãtãtes, chorosq; ducẽtes in occursum Saul regis, in typanis lætitię, & in
Eccle. 47.a systris, & pcinebãt mulieres, ludẽtes atq; dicẽtes. Percussit Saul mille, & Dauid decẽ milia.
Iratus est aũt Saul nimis, & displicuit in oculis eius iste sermo. Dixitq;. Dederunt Dauid decẽ Decẽ. illa c.i. in uers. p hibito i Regi.
milia, & mihi mille dederũt. Quid ei supest, nisi solũ regnũ? Nõ rectis ergo oculis Saul aspici-
ebat Dauid à die illa & deinceps. Post diẽ aũt alterã inuasit spũs dei malus Saul, & propheta C
bat in medio domus suæ. Dauid aũt psallebat manu sua, sicut p singulos dies. Tenebatq; Saul
lãceã, & misit eã, putãs quod configere posset Dauid in pariete. Et declinauit Dauid à facie eius
Heb. duabus uicibus. * secũdo. Et timuit Saul Dauid, eo quod dñs esset cũ eo, & à se recessisset. Amouit ergo eũ Saul à
se, & fecit eũ tribunũ sup mille viros. Et egrediebat & intrabat in conspectu populi. In oĩbus D
quoq; vijs suis Dauid prudẽter se agebat, & dñs erat cũ eo. Vidit itaq; Saul quod prudẽs esset nimis,
& cœpit cauere eũ. Oĩs aũt Israel & Iuda diligebat Dauid. Ipse eñi ingrediebat & egrediebat
ante eos. Dixitq; Saul ad Dauid. Ecce filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi vxorẽ, tãtũ-
2. Reg. 9.a modo esto vir fortis, & pliare bella dñi. Saul aũt reputabat, dicẽs. Nõ sit manus mea in eo, sed
sit sup eũ manus Philistinorũ. Ait aũt Dauid ad Saul: Quis ego sum, aut quę est vita mea, aut quę E
cognatio patris mei in Israel, vt fiã gener regis? Factũ est aũt tẽpus, cũ deberet dari Merob,
filia Saul Dauid, data est Adrieli Molathitæ vxor. Dilexit aũt Dauid Michol filiã Saul alterã
Et nũtiatũ est Saul, & placuit ei. Dixitq; Saul. Dabo eã illi, vt fiat ei in scãdalũ, & sit sup eũ ma
Heb. nõ hãc rebus, tñ sub audiunt filiabus nus Philistinorũ. Dixitq; Saul ad Dauid. In duabus *(rebus) generr meus eris hodie. Et mã-
dauit Saul seruis suis. Loquimini ad Dauid clã me, dicentes: Ecce places regi, & oẽs serui eius
diligũt te. Nũc ergo esto gener regis. Et locuti sunt serui Saul, in auribus Dauid oĩa uerba hęc F
Et ait Dauid. Nũ parũ videt vobis generũ esse regis? Ego aũt sum vir pauper & tenuis. Et re-
nũtiauerũt serui Saul, dicẽtes. Huiuscemodi verba locutus est Dauid. Dixit aũt Saul. Sic loq-
mini ad Dauid. Nõ habet rex sponsalia necesse, nisi tantũ centũ pputia Philistinorũ, vt fiat vl-
tio de inimicis regis. Porrò Saul cogitabat Dauid tradere in manus Philistinorũ. Cũq; renun
tiassent serui eius Dauid verba quę dixerat Saul, placuit sermo in oculis Dauid, vt fieret gener
regis. Et post paucos dies surgẽs Dauid, abijt in Accaron, cũ viris qui sub eo erãt, & percussit G
ex Philistijm ducẽtos viros, & attulit eorũ pputia, & annumerauit ea regi, vt esset gener eius. 12.q.1.c.qđ autem.
2. Reg. 3.e Dedit itaq; Saul ei Michol filiã suã vxorẽ. Et vidit Saul & intellexit quod dñs esset cũ Dauid. Mi
chol aũt filia Saul diligebat eũ, & Saul magis cœpit timere Dauid. Factusq; est Saul inimicus
Dauid, cũctis diebus. Et egressi sunt principes Philistinorũ. A principio aũt egressionis eorũ
prudentius se gerebat Dauid, quã omnes serui Saul, & celebre factũ est nomen eius nimis.

¶ Saul iubet occidi Dauid, Michol seruat eum demissum per fenestram,
prophetat Saul inter prophetas. Cap. XIX. C

LOcutus est autem Saul ad Ionatham filium suũ, & ad omnes seruos suos, vt occide-
rent Dauid. Porrò Ionathas filius Saul diligebat Dauid valde. Et indicauit Ionathas
Dauid, dicẽs: Quærit Saul pater meus occidere te. Quapropter obserua te quęso ma
ne, & manebis clam & absconderis. Ego autem egrediens stabo iuxta patrem meũ
in agro, vbicũq; fuerit, & ego loquar de te ad patrem meum, & quodcunq; videro nuntiabo
tibi. Locutus est ergo Ionathas de Dauid bona ad Saul patrem suũ, dixitq; ad eũ. Ne pec-
ces rex in seruũ tuum Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde, & po-
suit animam suam in manu tua, & percussit Philistæũ, & fecit dominus salutem magnam vni-
uerso Israeli. Vidisti & lætatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiẽs Dauid, B
qui est absq; culpa? Quod cum audisset Saul, placatus voce Ionathæ, iurauit. Viuit dominus
quia non occidetur. Vocauit itaq; Ionathas Dauid, & indicauit ei omnia verba hæc. Et in-
troduxit Ionathas Dauid ad Saul, & fuit ante eum sicut erat heri, & nudiustertius. Motum
est autem rursum bellũ, & egressus Dauid, pugnauit aduersum Philistijm, percussitq; eos pla
ga magna, & fugerũt à facie eius. Et factus est spiritus domini malus in Saul. Sedebat autem
in domo sua, & tenebat lanceam. Porro Dauid psallebat manu sua. Nisusq; est Saul cõfigere
Heb. percussit parietem. Dauid lancea, in pariete. Et declinauit Dauid a facie Saul. Lancea autẽ * casso vulnere plata
est in parietẽ, & Dauid fugit, & saluatus est nocte illa. Misit ergo Saul satellites suos nocte,
in domũ Dauid, vt custodirent eum, & interficeretur mane. Quod cum annuntiasset Dauid A
Michol vxor eius, dicens: Nisi saluaueris te nocte hac, cras morieris, deposuit eũ per fenestrã
Porro

Porrò ille abijt & aufugit, atq; saluatus est. Tulit aũt Michol statuã, & posuit eũ super lectum,
& pellem pilosam capraꝝ posuit ad caput eius, & operuit eam vestimẽtis. Misit autẽ Saul
apparitores, qui raperẽt Dauid. Et respõsum est, ꝙ ægrotaret. Rursumq; misit Saul nuntios,
vt viderẽt Dauid, dicens: Afferte eum ad me in lecto, vt occidatur. Cumq; venissent nuntij,
inuentũ est simulachrum super lectũ, & pelles caprarum ad caput eius. Dixitq; Saul ad Mi-
D chol. Quare sic illusisti mihi, & dimisisti inimicũ meum, vt fugeret? Et respondit Michol ad
Saul. Quia ipse locutus est mihi, dicẽs: Dimitte me, alioquin interficiã te. David autem fu- Heb. Ramã.
giens, saluatus est. Et venit ad Samuel in * Ramatha, & nuntiauit ei omnia quæ fecerat sibi Sa
ul. Et abierũt, ipse & Samuel, & morati sunt in Naioth. Nuntiatũ est aũt Sauli à dicẽtibus. Ec
ce Dauid in Naioth in * Ramatha. Misit ergo Saul lictores, vt raperẽt Dauid. Qui cũ vidis- Heb. Rama,
sent cuneũ prophetaꝝ vaticinantiũ, & Samuelẽ stantẽ super eos, factus est etiã spũs dñi in il- & ita in aliis
lis, & prophetare cœperũt etiã ipsi. Quod cũ nuntiatũ esset Sauli, misit & alios nuntios. Pro- locis sequentibus.
phetauerunt aũt & illi. Et rursum misit Saul tertios nuntios, qui & ipsi prophetauerunt. Et
iratus iracundia Saul, abijt & ipse in Ramatha, & venit vsq; ad cisternã magnã, quæ est in Soc
cho, & interrogauit, & dixit: In quo loco sunt Samuel & Dauid? Dictũq; est ei. Ecce in Na- Supr. 10. c
ioth sunt, in Ramatha. Et abijt in Naioth, in Ramatha. Et factus est etiã super eũ spiritus dñi,
& ambulabat ingrediens, & prophetabat vsq; dũ veniret in Naioth, in Ramatha. Et expolia
uit etiã ipse se vestimẽtis suis, & prophetauit cum cæteris corã Samuele, & cecinit nudus to-
s. q. 1. c. multi c. pphetauit ta die illa, & nocte. Vnde & exiuit prouerbiũ. Num & Saul inter prophetas?

¶ Morte Dauid diffinita, Ionathas eum tribus missis sagittis liberat. Cap. XX.

A FVgit autem Dauid de Naioth, quæ est in Ramatha, veniensq; locutus est coram Iona
7. q. 1. c. scisci tur is. ibi prophetas fugisse, de pœ. di. 2. c. ut cognouerunt § sugente autem tha. Quid feci? Quæ est iniquitas mea, & quod peccatũ meũ in patrẽ tuũ, quia quærit
animã meã? Qui dixit ei. Absit à te, nõ morieris. Neq; enim faciet pater meus quicq̃
grãde vel paruũ, nisi prius indicauerit mihi. Hunc ergo cælauit à me pater meus ser-
monem tãtummodo: nequaq̃ enim erit istud. Et iurauit rursum Dauid. Et ille ait. Scit profe-
cto pater tuus, ꝙ inueni gratiã in oculis tuis, & dicet: Nesciet hoc Ionathas, ne forte tristetur.
Quinimò, viuit dominus, & viuit anima tua: quia vno tantũ (vt ita dicam) gradu, ego, morsq;
diuidimur. Et ait Ionathas ad Dauid. Quodcunq; dixerit mihi anima tua, faciã tibi. Dixit
autem Dauid ad Ionathan. Ecce calendæ sunt crastino, & ego ex more sedere soleo iuxta re-
gem, ad vescendum. Dimitte ergo me, vt abscondar in agro, vsq; ad vesperã diei tertiæ. Si re-
B spiciens requisierit me pater tuus, respondebis ei. Rogauit me Dauid, vt iret celeriter in Beth
lehem, ciuitatem suam, quia victimæ solennes ibi sunt, vniuersis contribulibus suis. Si dixerit
bene, pax erit seruo tuo: Si aũt fuerit iratus, scito, quia completa est malitia eius. Fac ergo mise
ricordiam in seruum tuum, quia fœdus domini me famulum tuũ inire tecum fecisti. Si autem
est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me. Et ait Iona
thas. Absit hoc à me. Neq; enĩ fieri potest, vt si certe cognouero completã esse patris mei ma
litiam contra te, non annuntiem tibi. Respondítq; Dauid ad Ionathan. Quis renuntiabit mi
hi, si quid forte respõderit tibi pater tuus durè de me? Et ait Ionathas ad Dauid: Veni, & egre
diamur foras in agrũ. Cumq; exissent ambo in agrũ, ait Ionathas ad Dauid. Domine deus Is-
C rael, si inuestigauero sententiã patris mei crastino, vel perendie, & aliquid boni fuerit sup Da
uid, & nõ statim misero ad te, & notum tibi fecero, hæc faciat deus Ionathæ, & hæc augeat. Si
aũt perseuerauerit patris mei malitia aduersum te, reuelabo aurẽ tuã, & dimittã te, vt vadas in
pace, & sit dominus tecũ, sicut fuit cũ patre meo. * Et si vixero, facias mihi misericordiã dñi: si Heb. hũc sensum hẽt, ut Ionathæ misericordia fiat & uiuo & mortuo, ita ut dom⁹ eius maneat, q̃q̃ sit de inimicorum prosapia inimicis Dauid pditis.
vero mortuus fuero, non auferas misericordiã tuã à domo mea, vsq; in sempiternũ. Aut si nõ
fecero, quãdo eradicauerit dñs inimicos Dauid vnumquenq; de terra, auferat Dauid Ionathã
de domo sua, & requirat dñs de manu inimicoꝝ Dauid. Pepigit ergo Ionathas fœdus cum
domo Dauid. Et requisiuit dñs de manu inimicoꝝ Dauid. Et addidit Ionathas deierare Da-
uid, eo ꝙ diligeret illum, sicut enim animam suã, ita diligebat eum. Dixitq; ad eum Iona-
D thas: Cras calendæ sunt, & requireris. Requiret enim sessio tua, vsq; perendie. Descendes er-
go festinus, & venies in locũ vbi cælandus es, in die quando operari licet, & sedebis iuxta la-
pidem, cui nomen est * Ezel. Et ego tres sagittas mittã iuxta eum, & iaciã quasi exercens me
ad signũ. Mittã quoq; & pueꝝ, dicens ei: Vade & affer mihi sagittas. Si dixero puero: Ecce sa He. uiatorium uel indicii.
gittæ intra te sunt, tolle eas: tu veni ad me, quia pax tibi est, & nihil est mali. Viuit dñs. Si autẽ
sic locutus fuero puero, ecce sagittæ vltra te sunt, vade in pace, quia dimisit te dñs. De verbo
aũt quod locuti fuimus ego & tu, sit dñs inter me & te, vsq; in sempiternũ. Absconditus est
ergo Dauid in agro, & venerũt calẽdæ, & sedit rex ad comedẽdũ panẽ. Cũq; sedisset rex sup
cathedrã suã, secundũ consuetudinẽ, quæ erat iuxta parietẽ, surrexit Ionathas, & sedit Abner
ex latere Saul, vacuusq; apparuit locus Dauid, & nõ est locutus Saul quicq̃ in die illa. Cogita
bat enim ꝙ forte euenisset ei, vt non esset mundus, nec purificatus. Cumq; illuxisset dies se-
E cũda, post calendas, rursus apparuit vacuus locus Dauid. Dixitq; Saul ad Ionathan filiũ suum.

Cur non venit filius Isai, nec heri, nec hodie ad vescendū? Responditq; Ionathas Sauli: Roga-
uit me obnixe, vt iret in Bethlehē, & ait: Dimitte, quoniā sacrificiū solēne est in ciuitate mea,
vnus de fratribus meis accersiuit me. Nunc ergo si inueni gratiā in oculis tuis, vadā cito, & vi F
debo fratres meos. Ob hāc causam nō venit ad mensam regis. Iratus aūt Saul aduersum Io-
Heb. peruer- natham, dixit ei: Fili mulieris * vltro virū rapientis, nunquid ignoro, quia diligis filiū Isai, in cō
sæ rebelliōis fusionē tuā, & in cōfusionem ignominiosæ matris tuæ? Omnibus enim diebus quibus filius
Isai vixerit super terrā, nō stabilieris tu, neq; regnū tuū. Itaq; iam nūc mitte, & adduc eum ad
me, quia filius mortis est. Respondens aūt Ionathas Sauli patri suo, ait: Quare morietur? Quid
fecit? Et arripuit Saul lāceā vt percuteret eū. Et intellexit Ionathas, quod diffinitū esset à patre suo
vt interficeret Dauid. Surrexit ergo Ionathas a mensa, in ira furoris, & non comedit in die
calendarum secunda panē. Cōtristatus est enim super Dauid, eo quod confudisset eū pater suus.
Cumq; illuxisset mane, venit Ionathas in agrū, iuxta placitū Dauid, & puer paruulus cū eo.
Et ait ad puerum: Vade & affer mihi sagittas, quas ego iacio. Cumq; puer cucurrisset, iecit aliam
sagittā trans puerum. Venit itaq; puer ad locū iaculi, quod miserat Ionathas. Et clamauit Iona- G
thas post tergū pueri, & ait: Ecce ibi est sagitta, porrò vltra te. Clamauitq; iterum Ionathas post
tergū pueri, dicēs: Festina velociter, ne steteris. Collegit aūt puer Ionathæ sagittas, & attulit
ad dñm suum, & quid ageretur, penitus ignorabat. Tantummodo enim Ionathas & Dauid
rē nouerāt. Cedit ergo Ionathas arma sua puero, & dixit ei: Vade & defer in ciuitatē. Cūq;
abijsset puer, surrexit Dauid de loco qui vergebat ad austrum, & cadēs pronus in terram, ad-
orauit tertio. Et osculātes se alterutrum, fleuerunt pariter, Dauid autem amplius. Dixit er-
go Ionathas ad Dauid: Vade in pace, quæcūq; iurauimus ambo in nomine domini, dicentes:
Dominus sit inter te & me, & inter semen tuū & semen meum, vsq; in sempiternum. Et surre
xit Dauid & abijt, sed & Ionathas ingressus est ciuitatem.

¶ Dauid fugiens in Noben ad Achimelech sacerdotem, comedit panes pro-
positionis, inde fugiens ad regem Achis, insaniam simulat. Cap. XXI. A

VEnit aūt Dauid in Nobe, ad Achimelech sacerdotē. Et obstupuit Achimelech, eo
quod venisset Dauid, & dixit ei: Quare tu solus, & nullus est tecū? Et ait Dauid ad A-
Inf. 25. b chimelech sacerdotē. Rex præcepit mihi sermonē, & dixit: Nemo sciat rem pro-
pter quā missus es à me, & cuiusmodi præcepta tibi dederim. Nam & pueris meis
He. feci scire * condixi, in illū, & in illū locū. Nunc ergo si quid habes ad manū, vel quinq; panes, da mihi,
locū occultū aut quicquid inueneris. Et respondens sacerdos ad Dauid, ait illi: Non habeo laicos panes
non nomi- ab manū, sed tantum panem sanctum. Si mundi sunt pueri, maxime a mulieribus, manducēt. B
nandum Et respondit Dauid sacerdoti, & dixit ei: Et quidem si de mulieribus agitur, cōtinuimus nos
ab heri, & nudiustertius, quando egrediebamur, & fuerunt vasa puerorum sancta. Porro via
Matt. 12. a hæc polluta est, sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis. Dedit ergo ei sanctificatum panē.
Marci. 2. g Neq; enim erat ibi panis, nisi tantum panes propositionis, quia sublati fuerant a facie domi-
Luc. 6. a ni, vt ponerentur panes calidi. Erat aūt ibi vir quidā de seruis Saul in die illa, intus in taber-
Inf. 2. b naculo dñi, & nomen eius Doeg Idumæus, potentissimus pastorum Saul. * Hic pascebat mulas C
mulaꝝ nulla Saul. Dixit aūt Dauid ad Achimelech: Si habes hic ad manū hastā, aut gladiū, da mihi, quia gla-
mētio in He. dium meum, & arma mea non tuli mecū. Sermo enim regis vrgebat. Et dixit sacerdos: Ecce
Heb. quercus hic gladius Goliath Philistæi, quem percussisti in valle * terebinthi, est inuolutus pallio, post
Ephod. Si istū vis tollere, tolle. Neq; enim hic est alius absq; eo. Et ait Dauid: Non est huic al-
ter similis? Da mihi eū. Surrexit itaq; Dauid, & fugit in die illa a facie Saul, & venit ad Achis,
regē Geth. Dixeruntq; serui Achis, cū vidissent Dauid: Nunquid nō est iste Dauid rex terræ?
Sup. 18. b Nonne huic cantabāt per choros, dicentes: Percussit Saul mille, & Dauid decē milia? Posuit au- D
& inf. 29. b tē Dauid sermones istos in corde suo, & extimuit valde a facie Achis regis Geth. Et immuta-
Heb. stultus uit os suū corā Achis, & * collabebatur inter manus eorum, & * impingebat in ostia portæ, de-
erat. fluebantq; saliuæ eius in barbā. Et ait Achis ad seruos suos: Vidistis hominem insanū, quare
Heb. scripsit adduxistis eū ad me? An desunt nobis furiosi, quod introduxistis istum, vt fureret me præsente?
vel pinxit in Dimittite illum hinc, ne ingrediatur domum meam.
ostiis.

Dauid fugit in speluncā Odollam, deinde ad regem Moab in Maspha, deinde in
saltū Hareth: Occiduntur per Saul. LXXXV. sacerdotes dñi. Cap. XXII.

ABijt ergo Dauid inde, & fugit in speluncam Odollam. Quod cum audissent fratres A
Sup. 20. b eius, & omnis domus patris eius, descenderunt ad eum illuc. Et conuenerunt ad eū
omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo, &
factus est eorum princeps. Fueruntq; cum eo quasi quadringenti viri. Et profe-
ctus est Dauid inde in Maspha, quæ est Moab. Et dixit ad regem Moab: Maneat oro, pater
meus, & mater mea vobiscum, donec sciam quid faciat mihi deus. Et reliquit eos ante faci-
Marci. 2. b em regis Moab. Manseruntq; apud eum cunctis diebus, quibus Dauid fuit in præsidio. Di
Luc. 6. a xitq; Gad propheta ad Dauid: Noli manere in præsidio, proficiscere, & vade in terram
Iuda.

Iuda. Et profectus est Dauid,& venit in saltũ Hareth. Et audiuit Saul ꝙ apparuisset Dauid,&
viri qui erant cum eo. Saul autẽ cũ maneret in Gabaa,& esset in nemore, quod est in Ramatha,
B hastā manu tenens,cunctiq; serui eius circunstarent eum,ait ad seruos suos, qui assistebant ei.
Audite me nũc filij Iemini. Nunquid omnibus vobis dabit filius Isai agros & vineas, & vniuer
sos vos faciet tribunos,& centuriones, quoniã coniurastis omnes aduersum me, & non est qui 4.Reg.6.c
mihi renuntiet, maxime cum & filius meus fœdus inierit cum filio Isai? Non est qui vicẽ meam
doleat ex vobis, nec qui annuntiet mihi, eo ꝙ suscitauerit filius meus seruũ meũ aduersum me, Supra.21.b
insidiante mihi vsq; hodie. Respondens aũt Doeg Idumæus, qui assistebat,& erat primus in
C ter seruos Saul. Vidi(inquit) filiũ Isai, in Nobe, apud Achimelech filiũ Achitob, sacerdotẽ. Qui Gene.37.c
cõsuluit pro eo dñm,& cibaria dedit ei. Sed & gladiũ Goliad Philistęi dedit illi. Misit ergo rex Supra.21.c
ad accersendũ Achimelech sacerdotẽ, filiũ Achitob,& omnẽ domũ patris eius, sacerdotũ, qui Supra.21.c
erant in Nobe. Qui vniuersi venerunt ad regẽ. Et ait Saul ad Achimelech: Audi fili Achitob.
Qui respondit: Præsto sum dñe. Dixitq; ad eum Saul: Quare coniurastis aduersum me,& tu fi-
lius Isai,& dedisti eis panes,& gladiũ,& consuluisti pro eo dñm, vt consurgeret aduersum me,
insidiator vsq; hodie permanens? Respondensq; Achimelech regi, ait: Et quis in omnibus ser
uis tuis sicut Dauid fidelis,& gener regis,& pergens ad imperiũ tuũ,& gloriosus in domo tua?
Num hodie cœpi pro eo consulere dñm? Absit hoc à me. Ne suspicetur rex aduersus seruũ suũ
rem huiuscemodi, in vniuersa domo patris mei. Non enim sciuit seruus tuus quicq̃ super hoc
negotio, vel modicũ, vel grande. Dixitq; rex: Morte morieris Achimelech, tu & omnis do-
mus patris tui. Et ait rex emissarijs qui circunstabant eum: Conuertimini, & interficite sacer-
dotes dñi. Nam manus eorũ cum Dauid est, scientes ꝙ fugisset, & non indicauerũt mihi. No
luerunt aũt serui regis extendere manus suas in sacerdotes dñi. Et ait rex ad Doeg: Conuertere
& tu,& irrue in sacerdotes dñi. Cõuersusq; Doeg Idumeus, irruit in sacerdotes,& trucidauit in
D die illa octoginta quinq; viros, vestitos Ephod lineo. Nobe aũt ciuitatẽ sacerdotũ percussit
in ore gladij, viros & mulieres,& paruulos,& lactãtes, bouẽq;,& asinũ,& ouẽ in ore gladij. Eua
dens aũt vnus filius Achimelech, filij Achitob, cuius nomẽ erat Abiathar, fugit ad Dauid & nũ
tiauit ei ꝙ occidisset Saul sacerdotes dñi. Et ait Dauid ad Abiathar: Sciebam eñ in die illa, ꝙ cũ
ibi esset Doeg Idumæus, proculdubio annũtiaret Sauli. Ego sum reus omniũ animarũ domus
pr̃is tui. Mane mecũ, ne timeas. Si qs q̃sierit animã meã, q̃ret & animã tuã, mecũq; seruaberis.

¶ Dauid liberat ab obsidione vrbẽ Ceilam, psequẽte eũ Saul, fugit in solitudinẽ Ziph,
consolat à Ionatha, saluus euadit. Cap. XXIII.

A ET annuntiauerunt Dauid, dicentes: Ecce Philisthijm oppugnant Ceilam, & diripiunt
areas. Consuluit ergo Dauid dñm, dicens: Num vadã & percutiã Philistæos istos? Et
ait dñs ad Dauid: Vade, & percuties Philistæos,& saluabis Ceilã. Et dixerunt viri qui
erant cum Dauid, ad eum: Ecce nos, hic in Iudæa consistentes, timemus, quanto ma-
gis si erimus in Ceila, aduersum agmina Philistinorũ? Rursum ergo Dauid consuluit dñm.
Qui respondens, ait ei: Surge, descende in Ceilã. Ego enim tradã Philistæos in manu tua. Abijt
ergo Dauid & viri eius in Ceilã,& pugnauit aduersum Philistæos. Et abegit iumenta eorum,
& percussit eos plaga magna,& saluauit Dauid habitatores Ceilæ. Porro eo tempore, quo fu-
giebat Abiathar filius Achimelech ad Dauid in Ceilã, ephod secũ habẽs, descenderat. Nun-
tiatum est autẽ Sauli ꝙ venisset Dauid in Ceilam. Et ait Saul. Tradidit eum dominus in manus
meas: conclususq; est introgressus vrbẽ, in qua portæ & seræ sunt. Et præcepit Saul omni po-
B pulo, vt ad pugnam descenderet in Ceilã,& obsideret Dauid & viros eius. Quod cum Dauid
rescisset, quia præpararet ei Saul clam malum, dixit ad Abiathar sacerdotẽ. Applica Ephod. Et Infra.30.b
ait Dauid. Domine deus Israel, audiuit famã seruus tuus, ꝙ disponat Saul venire ĩ Ceilã, vt euer-
tat vrbem propter me. Si tradent me viri Ceilæ in manus eius,& si descendet Saul, sicut audiuit
seruus tuus? Domine deus Israel, indica seruo tuo. Et ait dominus. Descẽdet. Dixitq; Dauid rur
sum. Si tradent me viri Ceilæ,& viros qui sunt mecũ in manus Saul? Et dixit dñs. Tradent. Sur
rexit ergo Dauid,& viri eius quasi sexcenti,& egressi de Ceila, huc atq; illuc vagabãtur incerti.
Nuntiatumq; est Saul ꝙ fugisset Dauid de Ceila,& saluatus esset, quãobrem dissimulauit exire
Morabatur autẽ Dauid in deserto, in locis firmissimis, mansitq; in monte solitudinis Ziph, In
monte opaco. Quærebat eũ tamen Saul cunctis diebus,& non tradidit eum dñs in manus eius
Et vidit Dauid ꝙ egressus eẽt Saul vt q̃reret animã eius. Porro Dauid erat in deserto Ziph,
C in sylua. Et surrexit Ionathas filius Saul,& abijt ad Dauid in syluã,& confortauit manus eius in
deo, dixitq; ei. Ne timeas, neq; enim inueniet te manus Saul, patris mei. Et tu regnabis super If
rael,& ego ero tibi secũdus. Sed & Saul pater meus scit hoc. Percussit ergo vterq; fœdus corã
domino. Mansitq; Dauid in sylua. Ionathas autẽ reuersus est in domũ suã. Ascenderunt aũt
Ziphæi ad Saul, in Gabaa dicẽtes: Nonne ecce Dauid latitat apud nos, in locis tutissimis syluæ,
in colle Achilæ, quæ est ad dexterã deserti? Nunc ergo sicut desiderauit anima tua, vt descende
res, descende, nostrũ aũt erit, vt tradamus eũ in manus regis. Dixitq; Saul. Benedicti vos à dño,

nobiscũ in deserto. Nunq̃ eis molesti fuimus, nec aliq̃n defuit q̃cq̃ eis de grege, omni tpe q̃ fue- la superest,
rũt nobiscũ i Carmelo. Interroga pueros tuos, & indicabũt tibi. Nũc ergo iueniãt pueri tui gra
tiã in oculis tuis. (In die em̃ bona venimus ad te.) Quodcũq; inuenerit manus tua, da seruis tu-
is, & filio tuo Dauid. Cũq; venissent pueri Dauid, locuti sunt ad Nabal omnia verba, hæc ex
noie Dauid, & siluerunt. Respondens aũt Nabal pueris Dauid, ait. Quis est Dauid, & quis est fi-
lius Isai? Hodie increuerunt serui: qui fugiunt dominos suos. Tollã ergo panes meos, & aquas
C meas, & carnes pecoꝝ quæ occidi tonsoribus meis, & dabo viris, quos nescio, vnde sint? Re-
gressi sunt itaq; pueri Dauid per viam suam, & reuersi, venerũt, & annuntiauerũt ei oĩa ver-
ba quæ dixerat Nabal. Tunc ait Dauid pueris suis. Accingat vnusquisq; gladio suo. Et accincti
sunt singuli gladijs suis. Accinctusq; est & Dauid ense suo, & secuti sunt Dauid: quasi quadri-
genti viri. Porro ducenti remanserunt ad sarcinas. Abigail autem vxori Nabal nuntiauit v-
nus de pueris suis, dicens. Ecce Dauid misit nuntios de deserto, vt benediceret domino nostro, Heb. fecimus
& auersatus est eos. Homines isti boni satis fuerũt nobis, & non *molesti, nec quicq̃ aliquando confusi,
perijt omni tempore quo fuimus conuersati cum eis in deserto. Pro muro erant nobis, tam in
nocte q̃ in die, omnibus diebus quibus pauimus apud eos greges. Quamobrem considera & re
D cogita, quid facias: quoniã cõpleta est malitia aduersum viꝝ tuum, & aduersus domũ tuam, &
ipse est filius Belial, ita vt nemo possit ei loqui. Festinauit igitur Abigail, & tulit ducentos pa-
nes, & duos vtres vini, & quinq; *arietes coctos, & quinq; sata polentæ, & centũ ligaturas uuæ He. oues fac-
passæ, & ducẽtas massas caricaꝝ, & imposuit super asinos, dixitq; pueris suis: præcedite me, & tas.
ecce ego post tergũ sequar vos. Viro autẽ suo Nabal nõ indicauit. Cum ergo ascẽdisset asinũ,
& descenderet ad radicẽ montis, Dauid & viri eius descendebant in occursum eius. Quibus &
23.q.4.c.qd illa occurrit. Et ait Dauid. Vere frustra seruaui omnia: quæ huius erant in deserto, & non pe
Dauid.c.iu- rijt quicq̃ de cunctis quæ ad eũ pertinebant, & reddidit mihi malũ pro bono. Hæc faciat dñs
rauit.de iure inimicis Dauid, & hæc addat, si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinent vsq; mane min-
iuran.c.& si gentẽ ad parietẽ. Cum aũt vidisset Abigail Dauid, festinauit & descendit de asino, & proci-
Christus.] dit corã Dauid super faciẽ suã, & adorauit super terrã, & cecidit ad pedes eius & dixit. In me sit
domine mi, hæc iniquitas. Loquatur obsecro ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ
tuæ. Ne ponat oro dominus meus rex cor suum super viꝝ istum iniquũ Nabal: quia secũdum
E nomen suum stultus est, & stultitia est cum eo. Ego aũt ancilla tua non vidi pueros tuos, domi-
ne mi, quos misisti. Nũc ergo domine mi, uiuit dominus, & viuit anima tua, qui prohibuit te,
ne venires in sanguinem, & saluauit animã tuã tibi. Et nunc fiant sicut Nabal inimici tui, & qui
quærunt domino meo malũ. Quapropter suscipe benedictionẽ hanc, quã attulit ancilla tua ti- Gene. 33.b
bi dño meo, & da pueris qui sequuntur te dominũ meũ. Aufer iiquitatem famulæ tuæ, faciens
enim faciet dñs tibi domino meo domũ fidelẽ: quia prælia dñi, dñe mi tu præliaris. Malitia er-
go nõ inueniat in te omnibus diebus vitæ tuæ. Si em̃ surrexerit aliq̃n hõ psequẽs te, vel quęrens
animã tuã, erit anima dñi mei custodita, quasi in fasciculo, viuentiũ apud dominũ deũ tuũ. Por
ro iimicorum tuoꝝ anima rotabit quasi ipetu, & circulo fundæ. Cũ ergo fecerit tibi dñs dño
meo oĩa hæc: quæ locutus est bona de te, & cõstituerit te ducẽ super Israel, nõ erit tibi hoc in sin
gultum, & in scrupulum cordis dño meo, q̃d effuderis sanguinẽ innoxiũ, aut ipse te vltus fueris
F Et cũ benefecerit dñs dño meo, recordaberis ancillæ tuæ, & tu benefacies ei. Et ait Dauid ad Supra. 14.e
Abigail. Benedictus dñs deus Israel: qui misit te hodie in occursum meũ, & benedictũ eloquiũ Deut. 32.e
tuũ, & benedicta tu: quæ prohibuisti me hodie ne irẽ ad sanguinẽ, & vlciscerer me manu mea.
Alioquin viuit dñs deus Israel: q prohibuit me, ne malũ facerem tibi, nisi cito venisses in occur
sum mihi, nõ remãsisset Nabal usq; ad lucem matutinam mingens ad parietem. Suscepit er-
go Dauid de manu eius, omnia quæ attulerat ei. Dixitq; ei. Vade pacifice in domum tuam. Ec
ce audiui uocem tuam & honoraui faciem tuam. Venit autẽ Abigail ad Nabal. Et ecce erat
ei conuiuium in domo eius: quasi conuiuium regis, & cor Nabal iocundum. Erat enim ebrius
G nimis. Et non indicauit ei verbum, pusillum aut grande, vsq; mane. Diluculo autem cum di
gessisset vinum Nabal, indicauit ei vxor sua verba hæc. Et emortuum est cor eius itrinsecus, &
factus est quasi lapis. Cumq; pertransissent decem dies, percussit dominus Nabal, & mortu
us est. Quod cum audisset Dauid, mortuum Nabal, ait. Benedictus dñs q *iudicauit causam Heb. uindica
opprobrij mei, de manu Nabal, & seruũ suũ custodiuit à malo, & malitiã Nabal reddidit dñs in uit.
caput eius. Misit ergo Dauid, & locutus est ad Abigail, vt sumeret eam sibi vxorem. Et vene
runt pueri Dauid ad Abigail, in Carmelũ, & locuti sunt ad eã, dicẽtes. Dauid misit nos ad te, ut
accipiat te sibi in vxorẽ. Quę cõsurgens, adorauit prona in terram, & ait. Ecce famula tua sit in
ancillã, vt lauet pedes seruoꝝ dñi mea. Et festinauit, & surrexit Abigail, & ascendit super asinũ
& quinq; puellæ ierunt cũ ea, pedissequæ eius, & secuta est nuntios Dauid, & facta est illi vxor.
32.q.1.ca. Sed & Achinoem accepit Dauid de Iezrael, & fuit vtraq; vxor eius. Saul aũt dedit Michol filiã
quod aut. suã vxorẽ Dauid alio viro, Phalti, filio Lais: q erat de Gallim.

¶ Saule in castris dormiẽte Dauid hastã eius & scyphum aufert. Cap. XXVI.

ET venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes. Ecce Dauid absconditus est in colle A- A
chila, quæ est ex aduerso solitudinis, & surrexit Saul, & descendit in desertum Ziph, &
cum eo tria milia virorum de electis Israel, vt quæreret Dauid in deserto Ziph. Et ca-
strametatus est Saul in Gabaa Achila, quæ erat ex aduerso solitudinis in via. Dauid au
tem habitabat in deserto, Videns autem quod venisset Saul post se in desertū, misit explorato-
res: & didicit quod illuc venisset certissime. Et surrexit Dauid clam, & venit ad locū vbi erat
Saul. Cumq́ vidisset locū in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner, princeps militiæ eius, &
Saulem dormientem in tentorio, & reliquum vulgus per circuitum eius, ait Dauid ad Achime B
lech Hethæum, & Abisai filium Saruiæ fratrem Ioab, dicens. Quis descendet mecū ad Saul in
castra? Dixitq́ Abisai. Ego descendā tecum. Venerunt ergo Dauid & Abisai ad populū no
cte: & inuenerunt Saul iacentē & dormientē in tentorio, & hastā fixam in terra ad caput eius,
Abner aūt, & populū, dormientes in circuitu eius. Dixitq́ Abisai ad Dauid. Conclusit deus ini- .q.d.[illegible]
micū tuū hodie in manus tuas. Nūc ergo perfodiā eū lancea, in terra semel & secūdo opus nō qd in eo Da-
erit. Et dixit Dauid ad Abisai. Ne interficias eum. Quis enim extendat manū suā in Christum do uid [illegible]-
mini, & innocens erit? Et dixit Dauid. Viuit dominus: quia nisi dominus percusserit eum, aut batur.
dies eius venerit vt moriatur, aut in prælium descendens perierit, propitius mihi sit dn̄s, ne ex
tendam manū meā in Christū domini. Nunc igitur tolle hastā quæ est ad caput eius, & scyphū
aquæ, & abeamus. Tulit igitur Dauid hastā, & scyphū aquæ, qui erat ad caput eius, & abierūt
Et non erat quisq̄ qui videret, & intelligeret, & euigilaret: sed omnes dormiebant, quia sopor
domini irruerat super eos. Cumq́ transisset Dauid ex aduerso & stetisset in vertice mōtis de
longe, & esset grande interuallum inter eos, clamauit Dauid ad populū, & ad Abner filiū Ner, C
dicens. Nonne respondebis Abner? Et respondens Abner, ait. Quis es tu, qui clamas, & inqui-
etas regem? Et ait Dauid ad Abner, nunquid non vir es tu? Et quis alius similis tui in Israel?
Quare ergo non custodisti dominū tuū regē? Ingressus est enim vnus de turba, vt interficeret
regem dominū tuū. Non est bonū hoc quod fecisti. Viuit dominus: quoniā filij mortis estis vos
quia non custodistis dominū vestrū, Christū dn̄i. Nunc ergo vide, vbi sit hasta regis, & vbi sit
Supr. 20.d scyphus aquæ, qui erat ad caput eius. Cognouit aūt Saul vocē Dauid & dixit. Nunquid vox
hæc tua, fili mi Dauid? Et ait Dauid. Vox mea, domine mi rex. Et ait. Quā ob causam dn̄s me-
us persequitur seruum suū? Quid feci, aut quod est malū in manu mea? Nunc ergo audi oro dn̄e
mi rex verba serui tui. Si dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificiū. Si aūt filij homi-
num, maledicti sunt in conspectu domini, qui eiecerunt me hodie, vt nō habitem in hæredita- D
te domini, dicentes. Vade serui dijs alienis Et nunc non effundatur sanguis meus in terra corā
domino, quia egressus est rex Israel, vt quærat pulicem vnum, sicut persequitur *perdix in mō-
He.qs pdicē tibus. Et ait Saul. Peccaui. Reuertere fili mi Dauid. Nequaq̄ vltra tibi malefaciā, eo quod pretio-
sa fuerit anima mea in oculis tuis, hodie. Apparet enim quod stulte egerim, & ignorauerim multa
nimis. Et respondens Dauid ait. Ecce hasta regis, transeat vnus de pueris regis, & tollet eam.
Dominus autem retribuat vnicuiq́ secūdū iustitiā suā, & fidē, Tradidit enim te dn̄s hodie in ma-
nū meā, & nolui extendere manū meā in Christū domini. Et sicut magnificata est anima tua
hodie in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis domini, & liberet me de omni angu
stia. Ait ergo Saul ad Dauid. Benedictus tu fili mi Dauid. Et quidem faciens facies, & potēs po
teris. Abijt aūt Dauid in viam suam, & Saul reuersus est in locum suum.

¶ Dauid fugit ad Achis regē Geth, datur ei vrbs Sicelag, agit innumerā prædā. Ca. XXVII. A

Infra 30.a ET ait Dauid in corde suo. Aliquando incidā vna die in manus Saul. Nonne melius est
vt fugiam, & saluer in terra Philistinorum, vt desperet Saul, cesseťq́ me quærere in cun-
ctis finibus Israel? Fugiam ergo manus eius. Et surrexit Dauid, & abijt, ipse & sexcen
ti viri cum eo ad Achis filiū Maoch, regem Geth. Et habitauit Dauid cū Achis ī Geth B
ipse & viri eius, & domus eius, & duæ vxores eius, Achinoem Iezraelitis & Abigail vxor Na-
bal Carmeli. Et nuntiatum est Saul, quod fugisset Dauid in Geth, & nō addidit vltra quærere
eum. Dixit aūt Dauid ad Achis. Si inueni gratiā in oculis tuis, detur mihi locus in vna vrbium
regionis huius, vt habitem ibi. Cur enim manet seruus tuus in ciuitate regis tecū? Dedit itaq́ ei
Heb. aliquod Achis in die illa Sicelag. Propter quā causam factā est Sicelag regum Iuda, vsq́ in diem hanc.
dies & qua- Fuit aūt nūerus dierum quibus habitauit Dauid ī regiōe Philistinorum, *quatuor mēsiū. Et ascēdit Da- C
tuor mēsiū. uid, & viri eius, & agebāt prædas de Gessuri, & de Gerzi, & de Amalechitis. Hi enim *vagi habitabāt
vagi supest. in terra antiquitus, eūtibus Sur, vsq́ ad terrā Aegypti. Et percutiebat Dauid omnē terrā illorum: nec re-
linquebat viuētē virum, & mulierē, tollēsq́ boues, & oues, & asinos, & camelos, & vestes reuerteba-
tur, & veniebat ad Achis. Dicebat aūt ei Achis. In quē irruisti hodie? Respōdebat Dauid. Con D
tra meridiē Iudæ, & cōtra meridiē Ierahmeel, & cōtra meridiē Ceni. Virum & mulierē nō viuifi-
cabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicēs. Ne forte loquantur aduersum nos. Hæc fecit Dauid, &
hoc erat decretū illi oībus diebus quibus habitauit ī regiōe Philistinorum. Credidit ergo Achis
Dauid, dicēs. Multa enim mala operatus ē cōtra populū suū Israel. Erit igitur mihi seruus sempiternus.

¶ Saul

¶Saul interfectis magis & hariolis, orto aduersum se bello, consulit Pythonicã, suscitatur Samuel. Cap. XXVIII.

A FActũ est aũt in diebus illis, congregauerũt Philistĳm agmina sua, vt ppararent ad bel
lũ, contra Israhel. Dixitq; Achis ad Dauid. Sciens nũc scito, qm mecũ egredieris in ca
stris, tu & viri tui. Dixitq; Dauid ad Achis: Nunc scies quæ facturus est seruus tuus. Et Supra.27.a
ait Achis ad Dauid: Ego custodem capitis mei ponã te cũctis diebus. Samuel autem Heb. Rama
mortuus est, plãxitq; eũ omnis Israhel, & sepelierũt eũ in * Ramatha, vrbe sua. Et Saul abstulit hæc clausula
magos, & hariolos de terra, & interfecit eos, q Pythones habebãt in ventre. Congregatiq; e superest.
sunt Philistĳm, & venerũt, & castrametati sunt in Sunã. Cõgregauit aũt & vniuersum Saul Is
rahel, & venit, in Gelboe. Et vidit Saul castra Philistĳm, & timuit, & expauit cor eius nimis.
Consuluitq; dñm: & non rñdit ei, neq; p somnia, neq; p sacerdotes, neq; p pphetas. Dixitq; Supra.14.f
Saul seruis suis: Quærite mihi mulierẽ, habentem Pythonẽ, & vadã ad eã, & sciscitabor p illã. Leui.20.d
B Et dixerũt serui eius ad eum. Est mulier Pythonem habens, in Endor. Mutauit ergo habitũ Deut.18.b.
suũ, vestitusq; est alĳs vestimentis, & abĳt, ipse & duo viri cũ eo, venerũtq; ad mulierẽ nocte, Acto.16.c.
& ait illi: Diuina mihi in Pythone & suscita mihi quẽ dixero tibi. Et ait mulier ad eum. Ecce tu
nosti quãta fecerit Saul, & qũo eraserit magos, & hariolos de terra. Quare ergo insidiaris aĩæ
26.q.2.c.illud mez, vt occidar? Et iurauit ei Saul in dño, dicens: Viuit dñs, quia non eueniet tibi quicq̃ mali,
& ff.q.5.c.nec propter hãc rem. Dixitq; ei mulier: Quem suscitabo tibi? Qui ait: Samuelem mihi suscita. Cũ
mirum, §.sp aũt vidisset mulier Samulẽ, exclamauit voce magna, & dixit ad Saul: Quare imposuisti mihi?
terea. Tu es em̃ Saul. Dixitq; ei rex: Noli timere. Quid vidisti? Et ait mulier ad Saul: Deos vidi ascen
C dentes de terra. Dixitq; ei: Qualis est forma eius? Qui ait: Vir senex ascendit, & ipse amictus ẽ
pallio. Et intellexit Saul quod Samuel esset, & inclinauit se sup faciem suã in terra, & adorauit.
Dixit ãt Samuel ad Saul. Quare inquietasti me vt suscitarer? Et ait Saul: Coarctor nimis. Si
qdem Philistĳm pugnãt aduersum me & deus recessit à me, & exaudire me noluit, neq; in ma
nu pphetaꝝ, neq; p somnia. Vocaui ergo te, vt ostenderes mihi qd faciã. Et ait Samuel: Quid Supra.15.f
interrogas me, cũ dñs recesserit à te, & trãsierit ad æmulũ tuũ? Faciet em̃ tibi dñs, sicut locutus
est in manu mea, & scindet regnũ tuũ de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid, quia
non obedisti voci domini, neq; fecisti irã furoris eius in Amalech. Idcirco qd pateris, fecit ti
bi dñs hodie, & dabit dñs etiã Israhel tecũ in manu Philistĳm. Cras aũt tu & filĳ tui mecũ eritis
sed & castra Israhel tradet dñs in manu Philistĳm. Statimq; Saul cecidit porrectus in terram.
Extimuerat em̃ verba Samuelis, & robur non erat in eo, quia non comederat panem tota die
illa. Ingressa est itaq; mulier illa ad Saul, conturbatus em̃ erat valde. Dixitq; ad eũ. Ecce obe
D diuit ancilla tua voci tuæ, & posui animã meã in manu mea, & audiui sermones tuos, quos lo
cutus es ad me. Nũc igit audi & tu vocẽ ancillæ tuæ, & ponã corã te buccellã panis, vt come
dens conualescas, & possis iter agere. Qui renuit & ait: Non comedã. Coegerũt aũt eũ serui sui Gene.8.a
& mulier, & tandem audita voce eoꝝ. surrexit de terra, & sedit sup lectũ. Mulier aũt illa habe
bat vitulum * pascualem in domo, & festinauit, & occidit eum. Tollensq; farinã miscuit eam, [illegible]
& coxit azyma, & posuit ante Saul, & ante seruos eius. Qui cum comedissent, surrexerunt, &
ambulauerunt per totam noctem illam.

¶Dauid cũ Philistæis aduersum Saul pugnaturus, ab exercitu remittit. Ca. XXIX.

A COngregata sunt ergo Philistĳm vniuersa agmina in Aphec. Sed et Israhel castrame
tatus est sup fontẽ q erat in Iezrael. Et satrapæ qdem Philistĳm incedebãt in centu
rĳs, & milibus. Dauid aũt, & viri eius erãt in nouissimo agmine, cũ Achis. Dixerũtq;
principes Philistĳm ad Achis. Quid sibi volũt Hebræi isti? Et ait Achis ad pricipes
B Philistĳm. Nunqd ignoratis Dauid, q fuit seruus Saul regis Israhel, & est apud me multis die
bus, & annis? Et nõ inueni in eo quicq̃ mali, ex die qua trãsfugit ad me, vsq; ad diem hãc. Irati 1.Para.12.
sunt aũt aduersus eũ principes Philistĳm, & dixerũt ei. Reuertat vir, & sedeat in loco suo, in q̃
cõstituisti eũ, & non descẽdat nobiscũ in prælĩũ: ne fiat nobis aduersarius, cũ præliari cœperi
mus. Quo em̃ aliter poterit placare dñm suũ, nisi ĩ capitibus nostris? Nõne iste ẽ Dauid, cui cã
tabãt in choris, dicentes: Percussit Saul in milibus suis, & Dauid in decem milibus suis? Voca Supra.18.a
C uit ergo Achis Dauid, & ait ei. Viuit dñs, quia rectus es tu, & bonus in cõspectu meo, & exitus infra.21.d
tuus, & introitus tuus, mecũ est in castris. Et non inueni in te quicq̃ mali, ex die qua venisti ad
me, vsq; in diẽ hãc: sed satrapis nõ places. Reuertere ergo, & vade in pace, & nõ offendas ocu Eccle.47.a
los satrapaꝝ Philistĳm. Dixitq; Dauid ad Achis. Quid em̃ feci, & qd inuenisti in seruo tuo, à
die qua fuit in cõspectu tuo, vsq; in diem hãc, vt nõ veniã, & pugnem cõtra inimicos dñi mei
regis? Respondẽs aũt Achis, locutus est ad Dauid. Scio qa bonus es tu, in oculis meis, sicut an
D gelus dei, sed principes Philistinoꝝ dixerũt: Nõ ascendet nobiscũ in prælĩũ. Igit cõsurge ma
ne, tu & serui dñi tui, q venerũt tecũ, & cũ de nocte surrexeritis, & cœperit dilucescere, pgite.
Surrexit itaq; de nocte Dauid, ipse & viri eius, vt pficiscerent mane, & reuerterent ad terrã
Philistĳm, Philistĳm autem ascenderunt in Iezrael.

¶Dauid

¶David remissus, Sicelag succensam inuenit, persequuntur succensionis authores, recu
perat prædam. Caput .XXX.

CVmq; venissent Dauid & viri eius in Sicelag, die tertia, Amalechitæ impetum fece- A
rāt ex parte australi in Sicelag, & percusserāt Sicelag, & succenderāt eam igni. Et ca
ptiuas duxerūt mulieres ex ea, à minimo vsq; ad magnū, & non interfecerūt quenq;
sed secum duxerāt, & pergebāt itinere suo. Dum ergo venisset Dauid, & viri eius ad
ciuitatem, & inuenissent eā succensam igni, & vxores suas, & filios suos, & filias, ductas esse ca-
Supr. 27.a ptiuas, leuauerunt Dauid & populus qui erat cum eo, voces suas, & planxerunt, donec defice-
rent in eis lachrymæ. Siquidem & duæ vxores Dauid captiuæ ductæ fuerāt, Achinoem Iezra B
elitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli. Et contristatus est Dauid valde. Volebat eū eum po-
pulus lapidare, quia amara erat anima vniuscuiusq; viri super filijs suis, & filiabus. Conforta-
tus est autem Dauid in domino deo suo, & ait ad Abiathar sacerdotē, filium Achimelech. Ap
Supra.23.b plica ad me Ephod. Et applicuit Abiathar Ephod, ad Dauid, & consuluit Dauid dominū, di C
cens: Persequar latrūculos hos, & comprehendā eos, an non? Dixitq; ei dominus: Persequere-
re, absq; dubio enim comprehendes eos, & excuties prædā. Abijt ergo Dauid, ipse & sexcen
ti viri qui erāt cum eo, & venerunt vsque ad torrentem Besor, & lassi quidem substiterūt. Per-
secutus est autem Dauid, ipse & quadringenti viri cum eo. Substiterunt enim ducenti, q lassi
trāsire non poterāt torrentem Besor. Et inuenerunt virū Aegyptium in agro, & adduxerunt
eum ad Dauid. Dederuntq; ei panem vt comederet, & biberet aquā, sed & fragmen massæ ca-
ricarū, & duas ligaturas vuæ passæ. Qui cum comedisset, reuersus est spūs eius, & refocillatus
est. Non enim comederat panem, neq; biberat aquā, tribus diebus, & tribus noctibus. Dixit D
ei itaq; Dauid: Cuius es tu, vel vnde, & quo pergis? Qui ait: Puer Aegyptius ego sum, seruus vi
ri Amalechitæ. Dereliquit autem me dn̄s meus, quia ægrotare cępi nudiustertius. Siquidem
nos erupimus ad australem plagā Cerethi, & contra Iudā, & ad meridiem Caleph, & Sicelag
succendimus igni. Dixitq; ei Dauid: Potes me ducere ad cuneum istum? Qui ait: Iura mihi per
deum, quod non occides me, & non tradas me in manus domini mei, & ego ducā te ad cune-
um istum. Et iurauit ei Dauid. Qui cum duxisset eum, ecce illi discumbebāt super faciem vni-
uersæ terræ, comedentes & bibentes, & quasi festum celebrātes diem, pro cuncta præda, &
spolijs, quæ cęperāt de terra Philistijm, & de terra Iuda. Et percussit eos Dauid à vespere vsq; E
ad vesperā alterius diei, & non euasit ex eis quisquā, nisi tantum quadringenti viri adolescen-
tes, qui ascenderant camelos, & fugerant. Eruit ergo Dauid omnia quæ tulerant Amalechi-
tæ, & duas vxores suas eruit. Nec defuit quisquā à paruo vsq; ad magnum, tam de filijs quàm
de filiabus: & de spolijs, & quæcunq; rapuerāt, omnia reduxit Dauid, & tulit vniuersos greges
& armenta, & minauit ante faciem suā. Dixeruntq;: Hæc est præda Dauid. Venit aūt Dauid
ad ducentos viros, qui lassi substiterāt, nec sequi poterāt Dauid, & residere eos iusserat in tor-
rente Besor. Qui egressi sunt obuiā Dauid, & populo qui erat cum eo. Accedens aūt Dauid F
ad populū, salutauit eos pacifice. Respondensq; omnis vir pessimus. & iniquus de viris q erāt
cum Dauid, dixit: Quia non venerūt nobiscū, non dabimus eis quicquā de pda quā eruimus,
sed sufficiat vnicuiq; vxor sua, & filij, quos cum acceperint, recedāt. Dixit aūt Dauid: Nō sic
facietis frēs mei, de his quæ tradidit nobis dominus, & custodiuit nos, & dedit latrunculos, q
eruperāt aduersum nos in manus nostras, nec audiet vos quisquam sub sermone hoc. Aequa
Heb. priori enim pars erit descendentis ad plium, & remanentis ad sarcinas, & similiter diuident. Et fa-
ctum est hoc ex die illa, & * deinceps constitutum, & pfinitum, & quasi lex in Israhel vsque in
diem hāc. Venit ergo Dauid in Sicelag, & misit dona de pda senioribus Iuda, & proximis su- G
is, dicens: Accipite benedictionem de pda hostium domini. His qui erāt in Bethel, & q in Ra-
moth ad meridiem, & qui in Iathir, & qui in Aroer, & qui in Siphamoth, & qui in Esthamoa,
& qui in Rachal, & qui in vrbibus Ierahmeel, & qui in vrbibus Ceni, & qui in Horma, & qui in
lacu Asoam, & qui in Atach, & qui in Hebron, & reliquis qui erant in his locis in quibus com-
moratus fuerat Dauid & viri eius.

¶Saul, inita pugna cum Philistæis, cum liberis occidit. Ca. XXXI.

1.Para.10.a PHilistijm autē pugnabant aduersum Israhel. Et fugerūt viri Israhel ante faciem Phili- A
stijm, & ceciderunt interfecti in monte Gelboe. Irrueruntq; Philistijm in Saul, & in
filios eius, & pcusserunt Ionathā, & Abinadab, & Melchisua filios Saul, totūq;q; pon
dus plij versum est in Saul. Et consecuti sunt eum viri sagittarij, & vulneratus est vehe
Iudi.9.g menter à sagittarijs. Dixitq; Saul ad armigerū suum: Euagina gladium tuū, & percute me, ne B
1.Para.10.a forte veniant incircūcisi isti, & interficiant me, illudentes mihi. Et noluit armiger eius. Fuerat
enim nimio terrore perterritus. Arripuit itaque Saul gladium suum, & irruit super eū. Quod
cum vidisset armiger eius, videlicet quod mortuus esset Saul, irruit etiam ipse super gladium
suum, & mortuus est cum eo. Mortuus est ergo Saul, & tres filij eius, & armiger illius, & vni-
uersi viri eius, in die illa pariter. Videntes autem viri Israhel, qui erant trans vallem, & trans C
Iorda-

Iordanem, quod fugissent viri Israhelitæ, & quod mortuus esset Saul, & tres filij eius, reliquere
ciuitates suas, & fugierũt. Veneruntq; Philistijm, & habitauerũt ibi. Facta aũt die altera, vene
rũt Philistijm, vt expoliarent interfectos, & inuenerũt Saul, & tres filios eius, iacentes in mon
te Gelboe. Et p̃ciderunt caput Saul, & expoliauerũt eum armis, & miserunt in terrã Philisti-
D noꝝ p circuitũ, vt annũtiaret in templis idoloꝝ, & in populis. Et posuerũt arma eius in tẽplo 1.Reg.2.a
Astaroth: corpus vero eius suspenderũt in muro Beth Scan. Quod cũ audissent habitatores
Iabes Galaad, quæcũq; fecerãt Philistijm Saul, surrexerũt omnes viri fortissimi, & ambulaue-
rũt tota nocte, & tulerũt cadauer Saul, & cadauera filioꝝ eius de muro Bethesean. Venerũtq;
viri Iabes Galaad, & combusserunt ea igni, & tulerunt ossa eoꝝ, & sepelierunt in nemore Iabes
& ieiunauerunt septem diebus.

¶ Finis primi libri Samuelis, qui est primus Regum.

SECVNDVS LIBER

Samuelis, qui est Secundus Regum.

¶ Dauid, nuntium se Saulem interfecisse mentientem, occidi iubet, plangit Saulem & Ionathan. Caput Primum

A FACTVM EST AVTEM, POSTQVAM MOR-
tuus est Saul, vt Dauid reuerteretur à cæde Amalech, & maneret in Sice-
lag duos dies. In die autem tertia apparuit homo, veniens de castris 2.Reg.4.d.
Saul, veste conscissa, & puluere conspersus caput. Et venit ad Dauid
ceciditq; sup faciẽ suã, & adorauit. Dixitq; ad eũ Dauid: Vnde venis?
Qui ait ad eum: De castris Israhel fugi. Et dixit ad eum Dauid: Quod Infra.14.c 1.Para.12.b
est verbũ quod factũ est? Indica mihi. Qui ait: Fugit populus ex p̃lio,
& multi corruentes è populo, mortui sunt. Sed & Saul, & Ionathas fi
lius eius interierunt. Dixitq; Dauid ad adolescentem qui nuntiabat ei,
Vnde scis quia mortuus est Saul, & Ionathas filius eius? Ait adolescens
B qui nuntiabat ei: Casu veni in montem Gelboe, & Saul incumbebat sup hastã suã. Porrò cur
rus & equites appropinquabãt ei, & conuersus post tergũ suũ, vidensq; me vocauit. Cui cum
respondissem, adsum, dixit mihi: Quisnam es tu? Et aio ad eum: Amalechites ego sum. Et lo-
cutus est mihi: Sta sup me, & interfice me, quoniã tenent me angustiæ, & adhuc tota anima
mea in me est. Stansq; sup eum, occidi illum. Sciebã eñ quod viuere non poterat post ruinã.
Et tuli diadema quod erat in capite eius, & armillã de brachio illius, & attuli ad te dominũ me infra.3.f.& 11.f.
C meũ huc. Apprehendens aũt Dauid vestimenta sua scidit, omnesq; viri qui erãt cũ eo, & plã-
xerunt, & fleuerũt, & ieiunauerũt vsq; ad vespeꝝ sup Saul, & sup Ionathã filium eius, & super
populũ domini, & sup domũ Israhel, eo q corruissent gladio. Dixitq; Dauid ad iuuenem qui
nuntiauerat ei: Vnde es tu? Qui respõdit: Filius hominis aduenæ Amalechitæ ego sum. Et ait
de pr.di.1.c. ad eum Dauid: Quare non timuisti mittere manũ tuã, vt occideres Chr̃m domini? Vocansq;
ut cognoue- Dauid vnũ de pueris suis, ait: Accedens, irrue in eum. Qui pcussit illum, & mortuus est. Et ait
rũt, q, nõ qd ad eũ Dauid: Sanguis tuus sup caput tuũ. Os eñ tuũ locutũ est aduersum te, dicẽs: Ego interfe
erat ibi, mor- ci Chr̃m dñi. Planxit aũt Dauid planctũ huiuscemodi sup Saul, & sup Ionathan filiũ eius, & Heb. ecce scri-
tem inimici p̃cepit vt docerent filios Iuda arcũ, * sicut scriptũ est in libro iustoꝝ. Et ait: Considera Israhel ptũ in libro
grauissime tu p his q mortui sunt sup excelsa tua, vulnerati. Inclyti Israhel sup montes tuos interfecti sunt. recto. O desy-
lit 1.q.1.c. dñs Qũo ciderũt fortes? Nolite annũtiare in Geth, neq; annũtietis in cõpitis Ascalonis, ne forte derate Israhel
ibi. undiq- lætent filiæ Philistijm, ne exultẽt filiæ incircũcisoꝝ. Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia ve- i excelsis tuis
ue occisum. vulnerati
D niãt sup vos. Neq; sint agri primitiaꝝ, qa ibi abiectus est clypeus fortiũ, clypeus Saul, quasi nõ quõ ceci &c.
esset vnctus oleo, à sanguine interfectoꝝ, ab adipe fortiũ. Sagitta Ionathæ nunq̃ redijt retror-
sum, & gladius Saul nõ est reuersus inanis. Saul & Ionathas amabiles, & decori valde, in vita
sua, in morte quoq; nõ sunt diuisi. Aquilis velociores, leonibus fortiores. Filiæ Israhel super
Saul flete, q vestiebat vos coccino in delicijs, q p̃bebat ornamenta aurea cultui vr̃o. Qũo ceci-
derũt fortes in p̃lio? Ionathas in excelsis tuis occisus est. Doleo sup te frater mi Ionatha, de-
core nimis, * & amabilis sup amorẽ mulieꝝ. Sicut mater vnicũ amat filiũ suũ, ita ego te dilige- mirabilior fu
bam. Quomodo ceciderunt robusti, & perierunt arma bellica? it amor tuus mihi amore mulierum

¶ Vnctio Dauid in Hebron, conflictus militũ Dauid & Isboseth. Ca. II.

IGitur post hæc cõsuluit Dauid dñm, dicẽs: Nũ ascẽdã in vnã de ciuitatibus Iuda? Et ait dñs
A ad eũ: Ascende. Dixitq; Dauid: Quo ascendã? Et respondit ei: In Hebron. Ascendit ergo
Dauid, & duæ vxores eius, Achinoem Iezraelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli. Sed
& viros qui erãt cũ eo, duxit Dauid, singulos cũ domo sua, & manserunt in oppidis He-
bron. Veneruntq; viri Iuda, & vnxerunt ibi Dauid, vt regnaret super domũ Iuda. Et nun- 1.Mach.2.c
tiatũ est Dauid, q̃d viri Iabes Galaad sepelissent Saul. Misit ergo Dauid nuntios ad viros Iabes

Galaad

1.Re.31.g. Galaad,dixitq́ʒ ad eos:Benedicti vos à domino,qui fecistis misericordiā hāc cum domino ve
stro Saul,& sepelistis eum. Et nunc retribuet vobis quidem dominus misericordiā,& verita-
tem,sed & ego reddā grām,eo ꝙ fecistis verbū istud. Cōfortenť manus vestræ, & estote filij
fortitudinis. Licet enim mortuus sit dominus vester Saul, tamen me vnxit dominus Iuda in
regem sibi. Abner aūt filius Ner,princeps exercitus Saul tulit Isboseth filiū Saul, & circūdu- C
xit eum per castra,regemq́ʒ constituit super Galaad & super Assuri, & super Iezrael,& super
Ephraim,& super Beniamin,& super Israhel vniuersum. Quadraginta annoꝝ erat Isboseth
filius Saul,cum regnare cœpisset super Israhel,& duobus annis regnauit. Sola aūt domus Iu-
Infra.5.a da sequebať Dauid. Et fuit numerus dieꝝ quos commoratus est Dauid,imperās in Hebron
super domū Iuda,septem annoꝝ,& sex mensiū. Egressusq́ʒ est Abner,filius Ner, & pueri Is-
boseth,filij Saul,de castris in Gabaon. Porrò Ioab filius Saruiæ,& pueri Dauid, egressi sunt &
occurrerunt eis,iuxta piscinā Gabaon. Et cum in vnum conuenissent è regiōe, sederunt hi in
vna parte piscinæ,& illi ex altera. Dixitq́ʒ Abner ad Ioab. Surgāt pueri, & ludāt corā nobis. D
Et respondit Ioab. Surgāt. Surrexerunt ergo,& transierunt numero duodecim de Beniamin,
ex parte Isboseth filij Saul,& duodecim de pueris Dauid. Apprehensosq́ʒ vnusquisqʒ capite
comparis sui,defixit gladium in latus contrarij,& ceciderunt simul. Vocatumq́ʒ est nomen lo
ci illius,ager robustoꝝ in Gabaon. Et ortū est bellum duꝝ satis in die illa,fugatusq́ʒ est Abner
& viri Israhel à pueris Dauid. Erāt autem ibi tres filij Saruiæ,Ioab,& Abisai,& Asael. Por-
rò Asael cursor velocissimus fuit quasi vnus de capræis quæ morātur in syluis. Persequebatur
aūt Asael Abner,& non declinauit ad dexterā neqʒ ad sinistrā, omittens persequi Abner. Re-
spexit itaqʒ Abner post tergū suū,& ait: Tu ne es Asael? Qui respondit: Ego sum. Dixitq́ʒ ei E
Abner. Vade ad dexetrā,siue ad sinistrā,& apprehende vnū de adolescētibus,& tolle tibi spo
lia eius. Noluit aūt Asael omittere,quin vrgeret eū. Rursumq́ʒ locutus est Abner ad Asael. Re-
cede,& noli me sequi,ne forte compellar confodere te in terrā,& leuare non potero faciē meā
Infra.20.d ad Ioab fratrem tuū. Qui audire contempsit,& noluit declinare. Percussit ergo eum Abner
Heb. cuspide hastæ * auersa hasta in īguine,& trāsfodit,& mortuus ē in eodē loco. Oēsq́ʒ q trāsibāt ꝑ locū in quo F
ceciderat Asael,& mortuus erat,sustinebāt. Persequentibus autē Ioab & Abisai fugientē Ab-
ner,sol occubuit. Et venerāt vsqʒ ad collem aquæductus qui ex aduerso * vallis, & itineris de-
He.Ghiah. Nume.17.d serti,in Gabaon. Congregatiq́ʒ sunt filij Beniamin ad Abner,& conglobati in vnum cuneū,
steterunt in summitate tumuli vnius. Et exclamauit Abner ad Ioab, & ait. Num usque ad
Heb. æternū *internitionem tuus mucro desęuiet? An ignoras quod periculosa sit desperatio? Vsquequo
Heb.ß non non dicis populo,ut omittat persequi frēs suos? Et ait Ioab, Viuit dominus,* sicut locutus fu-
Infra.30.g isses mane,recessisset populus persequens frēm suū. Insonuit ergo Ioab buccina, & stetit oīs G
exercitus,nec ꝑsequuti sunt ultra Israhel,neqʒ iniere certamen. Abner aūt, & uiri eius abierūt
per cāpestria Moab,tota nocte illa,& trāsierunt Iordanem,& lustrata omni Bethhoron ue-
nerunt ad castra. Porrò Ioab reuersus,omisso Abner,congregauit omnem populū,& defue
runt de pueris Dauid decem & nouē viri,excepto Asaele. Serui aūt Dauid ꝑcusserūt de Benia
min,& de viris q erāt cū Abner,trecentos sexaginta: q & mortui sunt. Tulerūtq́ʒ Asael,& se-
pelierūt eum in sepulchro p̄ris sui,in Bethlehem,& ambulauerunt tota nocte,Ioab,& viri qui
erant cum eo,& in ipso crepusculo peruenerunt in Hebron.

¶ Ioab occidit Abner, Occisum plangit Dauid. Cap.III.

1.Para.3.a FActa est ergo longa concertatio inter domū Dauid,& inter domū Saulis. Dauid ꝓfi-
ciens,& semper seipso robustior,domus aūt Saul decrescēs quotidie. Natiq́ʒ sunt sex A
filij Dauid,in Hebron. Fuitq́ʒ primogenitus eius Ammon de Achinoem Iezraelitide,
& post eum Chelcab,de Abigail vxore Nabal Carmeli. Porrò tertius Absalon filius
Maacha,filiæ Tholmai regis Gessur. Quartus aūt Adonias filius Hagith. Et quintus Saphaci-
as filius Abithal. Sextus quoqʒ Iethraā,de Egla,vxore Dauid. Hi nati sunt Dauid in Hebron.
Hæc clausula superest, infra eodem Cum ergo esset præliū inter domū Saul,& domū Dauid,Abner filius Ner regebat domum
Saul. Fuerat aūt Sauli concubina nomine Respha,filia Aia. * Ingressusq́ʒ est ad eā Abner. Di
xitq́ʒ Isboseth ad Abner. Quare ingressus es ad concubinā p̄ris mei? Qui iratus nimis propter B
verba Isboseth,ait: Nunquid caput canis ego sum aduersum Iudā hodie: qui fecerim miseri-
cordiā super domū Saul p̄ris tui, & super fratres, & proximos eius,& non tradidi te in manus
Dauid,& tu requisisti in me,ꝙ argueres pro muliere hodie? Hæc faciat deus Abner,& hæc ad
dat ei nisi quomodo iurauit dominus Dauid,sic faciā cum eo,vt transferať regnum de domo
Saul,& eleueť thronus Dauid sup Israhel,& super Iudā,à Dan vsqʒ Bersabee. Et non potuit ei
respondere quicquā quia metuebat illū. Misit ergo Abner nuntios ad Dauid in Hebron ꝓ C
Heb. Percute fœdus mecū se dicentes,cuius est terra? Et vt loquerenť.* Fac mecum amicitias,& erit manus mea tecū, &
1.Reg.18.g reducā ad te vniuersum Israhel. Qui ait,optime. Ego faciā tecū amicitias. Sed vnā rem peto à
te,dicens. Non videbis faciem meā anteq̄ adduxeris Michol,filiā Saul,& sic venies,& videbis
me. Misit aūt Dauid nuncios ad Isboseth,filiū Saul,dicens: Redde vxorem meā Michol,quā
despō-

despondi mihi centũ præputijs Philistijm. Misit ergo Isboseth, & tulit eam à viro suo Phal-
tiel, filio Lais. Sequebaturq́; eã vir suus plorans, vsq; Bahurim. Et dixit ad eũ Abner. Vade,
reuertere. Qui reuersus est. Sermonẽ quoq; intulit Abner ad seniores Israel, dicẽs. Tam he
D ri q̃ nudiustertius quærebatis Dauid, vt regnaret sup vos. Nũc ergo facite, quoniã dñs loqu
tus est ad Dauid, dicens: In manu serui mei Dauid saluabo populũ meũ Israel, de manu Phili-
stijm, & omniũ inimicoꝝ eius: loquutus est aũt Abner etiã ad Beniamin. Et abijt vt loquere-
tur ad Dauid in Hebron, omnia quæ placuerant Israeli, & vniuerso Beniamin. Venitq́; ad Da
uid in Hebron, cũ viginti viris. Et fecit Dauid Abner, & viris eius q venerãt cũ eo, conuiuiũ.
Et dixit Abner ad Dauid. Surgã, vt congregẽ ad te dominũ meũ regẽ, omnẽ Israel, & ineam
tecũ fœdus, & imperes omnibus, sicut desiderat anima tua. Cũ ergo deduxisset Dauid Ab-
ner, & ille isset in pace, statim pueri Dauid, & Ioab venerũt cæsis latronibus, cũ præda magna
nimis. Abner aũt nõ erat cum Dauid in Hebron, quia iam dimiserat eũ, & profectus fuerat in
pace, & Ioab, & omnis exercitus qui erant cũ eo, postea venerant. Nuntiatum est itaq; Ioab, à
E narrãtibus. Venit Abner filius Ner ad regẽ, & dimisit eũ, & abijt in pace. Et ingressus est Ioab
ad regẽ, & ait. Quid fecisti? Ecce venit Abner ad te. Quare dimisisti eum, & abijt, & recessit?
Ignoras Abner filiũ Ner, quoniã ad hoc venit ad te, vt deciperet te, & sciret exitũ tuũ, & in- 1. R. cp. 2. e
troitũ tuum, & nosset omnia quæ agis? Egressus itaq; Ioab ad Dauid, misit nũtios post Ab Heb. sira spi-
ner, & reduxit eũ à cisterna * sira ignorãte Dauid. Cũq; redijsset Abner in Hebron seorsum, nã uel olium
adduxit eũ Ioab ad mediũ portæ, vt loqueretur ei in dolo, & percussit illũm ibi in inguine, & significat, ne
mortuus est in vltionẽ sanguinis Asael fratris eius. Quod cũ audisset Dauid rem iam gestã, ait q hic pprũ
Mundus ego sum, & regnũ meũ apud deũ, vsq; in sempiternũ, à sanguine Abner filij Ner, & nomen est
F veniat super caput Ioab, & super omnẽ domũ patris eius. nec deficiat de domo Ioab fluxũ se Heb. susten-
minis sustinens, & leprosus, & tenens * fusum, & cadens gladio, & indigens pane. Igit Ioab taculum
& Abisai frater eius interfecerũt Abner, eo q occidisset Asael fratrẽ eoꝝ, in Gabaon, in ꝓlio. Danie. 11. e
Dixit aũt Dauid ad Ioab, & ad omnẽ populũ qui erat cũ eo. Scindite vestimenta vestra, & Act. 20. f
accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner. Porrò rex Dauid sequebat feretrũ. Cũq; Sup. eo.
sepelissent Abner in Hebron, leuauit rex Dauid vocẽ suã, & fleuit super tumulũ Abner. Fle- Sup. 1. b
uit aũt & omnis populus. Plangensq́; rex, & lugens Abner, ait. * Nequaq̃, vt mori solẽt igna- Inf. 11. f
ui, mortuus es Abner. Manus tuæ ligatæ nõ sunt, & pedes tui non sunt cõpedibus aggrauati, Heb. Nũ sicut
G sed sicut solent cadere corã filijs iniquitatis, sic corruisti. Cõgeminãsq́; omnis populus, fleuit stultus mori
sup eũ. Cũq; venisset vniuersa multitudo cibũ capere cũ Dauid, clara adhuc die, iurauit Da- tur, mortuus
uid, dicens. Hæc faciat mihi deus, & hęc addat, si ante occasum solis gustauero panẽ, uel aliud est Abner.
quicq̃. Omnisq́; populus audiuit, & placuerũt eis cũcta quæ fecit rex in conspectu totius po-
puli. Et cognouit omne vulgus, & vniuersus Israel in die illa, quoniã nõ actũ fuisset à rege, vt
occideret Abner filius Ner. Dixit quoq; rex ad seruos suos. Nũ ignoratis quoniã princeps
& maximus cecidit in Israel? Ego aũt adhuc * delicatus sum, & vnctus rex. Porro viri isti filij Heb. tener
Saruiæ * duri sunt mihi: Retribuat mihi dñs facienti malum, iuxta malitiam suam. He. duriores me sunt.

Baana & Rechab occidunt Isboseth, filium Saul. Cap. IIII.

A A Vdiuit autem Isboseth filius Saul, quod cecidisset Abner in Hebrõ, & dissolutæ sunt
manus eius, omnisq́; Israel perturbatus. Duo aũt viri principes * latronũ erãt filio He. turmaꝝ
Saul. Nomen vni Baana, & nomẽ alteri Rechab, filij Remmon Beerothitæ, de filijs
Beniamin: Siquidem etiã Beeroth, reputata est in Beniamin. Et fugerunt Beerothi
B tæ in Gethaim, fueruntq́; ibi aduenæ, vsq; ad tẽpus illud. Erat aũt Ionathæ filio Saul, filius
debilis pedibus. Quinquennis enĩ fuit quãdo venit nũtius de Saul, & Ionatha ex Iezrael. Tol
lens itaq; eũ nutrix sua fugit. Cumq́; festinaret vt fugeret, cecidit, & claudus effectus est, ha-
buitq́; vocabulũ Mephiboseth. Venientes igitur filij Remmon Beerothitæ, Rechab, & Ba-
ana, ingressiq́; sunt feruente die domũ Isboseth. Qui dormiebat super stratum suum meridie, Hæc clausu-
C * & ostiaria domus purgãs triticũ, obdormiuit. Ingressi sunt aũt domũ latẽter, assumẽtes spi- la superest
cas tritici, & pcusserũt eũ in inguine Rechab & Baana frater eius, & fugerũt. Cum aũt ingressi
fuissent domũ, ille dormiebat super lectũ suũ in conclaui, & percutientes interfecerunt eum.
Sublatoq́; capite eius, abierũt per viã deserti, tota nocte, & attulerũt caput Isboseth ad Da
uid, in Hebron. Dixeruntq́; ad regem. Ecce caput Isboseth filij Saul, inimici tui; q quærebat
animã tuã. Et dedit dominus domino nostro regi vltionem hodie de Saul, & de semine eius
Respõdẽs aũt Dauid Rechab, & Baana fratri eius, filijs Rẽmon Beerothitæ, dixit ad eos. Viuit
D dñs q eruit animã meã de omni angustia, qm̃ eũ q annũtiauerat mihi, & dixerat, mortuus est Sup. 1. b
Saul, q putabat se prospera nũtiare, tenui & occidi eũ in Sicelag, cui oportebat me mercedẽ
dare pro nũtio. Quãto magis nunc cũ hoĩes impij interfecerunt viꝝ innoxiũ in domo sua su
per lectũ suũ, nõ quærã sanguinẽ eius de manu vestra, & auferã vos de terra? Præcepit itaq;
Dauid pueris suis, & interfecerũt eos, ꝓcidẽtesq́; manus, & pedes eoꝝ, suspẽderunt eos super
piscinã in Hebron. Caput aũt Isboseth tulerũt, & sepelierũt in sepulchro Abner in Hebron.

¶David secundo vngitur in regem, capit arcem Sion, eijcit cæcos & claudos, du-
cit vxores, gignit liberos, profligat Philistæos. Cap. V. A

1. para. 11. a ET venerũt vniuersæ tribus Israel ad Dauid, in Hebron, dicentes: Ecce nos os tuum, &
infra. 19. c caro tua sumus. Sed & heri & nudiustertius cũ esset Saul rex super nos, tu eras educẽs
Sup. 2. c & reducẽs Israel. Dixit aũt dñs ad te. Tu pasces populũ meũ Israel, & tu eris dux sup
Israel. Venerũt quoq; & seniores Israel ad regẽ, in Hebron, & percussit cũ eis rex
Dauid fœdus in Hebron, corã dño: vnxeruntq; Dauid in regẽ super Israel. Filius triginta
Sup. 2 annorũ erat Dauid cũ regnare cœpisset, & q̃draginta annis regnauit. In Hebron regnauit sup
Iudã, septẽ annis, & sex mẽsibus. In Hierusalẽ autẽ regnauit triginta tribus annis, super oẽm B
Israel, & Iudã. Et abijt rex & omnes viri qui erãt cum eo in Hierusalẽ, ad Iebusæũ habitato
rem terræ. Dictũq; est Dauid ab eis: nõ ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos, & claudos, dicẽ
Heb. arcem tes. Non ingredietur Dauid huc. Cæpit aũt Dauid arcẽ Sion: hæc est ciuitas Dauid. Proposue-
rat enim Dauid in die illa præmiũ: qui percussisset Iebusæũ, & tetigisset *domatum fistulas, &
Mat. 11. b abstulisset cæcos & claudos odientes animam Dauid, idcirco dicitur in prouerbio: Cæcus &
claudus nõ intrabunt in tẽplum. Habitauit autẽ Dauid in arce Sion, & vocauit eam ciuitatẽ
Dauid. Et ædificauit per gyrũ, a Mello, & intrinsecus. Et ingrediebatur proficiens atq; suc-
1. para. 14. a crescens, & dñs deus exercituum erat cum eo. Misit quoq; Hiram rex Tyri nuntios ad Da-
uid, & ligna cedrina, & artifices lignorũ, artificesq; lapidum ad parietes, & ædificauerunt do
mũ Dauid. Et cognouit Dauid q̃m confirmasset eum dñs regẽ super Israel, & quoniã exaltas C
set regnũ eius sup populum suũ Israel. Accepit ergo Dauid adhuc cõcubinas, & vxores de
Inf. eodem Hierusalẽ, postq̃ venerat de Hebron. Natiq; sunt Dauid & alij filij & filiæ, & hæc nomina eo-
rũ q nati sunt ei in Hierusalẽ, Samua, & Sobab, & Nathan, & Salomon, & Iabahar, & Elisua,
& Nepheg, & Iaphia, & Helisama, & Elida, & Eliphalet. Audierunt ergo Philistijm, q̃ vn
Hebr. propu- xissent Dauid in regẽ sup Israel, & ascenderunt vniuersi, vt quærerent Dauid. Quod cum au-
gnaculum dissent Dauid, descendit in *p̃sidiũ. Philistijm aũt venientes, diffusi sunt in valle Raphaim. Et
cõsuluit Dauid dñm, dicens: Si ascendã ad Philistijm, & si dabis eos in manu mea? Et dixit do
minus ad Dauid. Ascende, q̃a tradẽs dabo Philistijm in manu tua. Venit ergo Dauid in Ba D
alpharasim, & p̃cussit eos ibi, & dixit. Diuisit dñs inimicos meos corã me, sicut diuiduntur aquæ
propterea vocatũ est nomẽ loci illius Baalpharasim. Et reliquerũt ibi sculptilia sua, q̃ tulit Da
uid, & viri eius. Et addiderũt adhuc Philistijm, vt ascẽderẽt, & diffusi sunt in valle Raphaim.
Cõsuluit autẽ Dauid dñm. Si ascendam cõtra Philistæos, & trades eos in manus meas? Qui
He. arborum respõdit. Nõ ascendas cõtra eos, sed gyra post tergũ eorũ, & venies ad eos ex aduerso *pirorũ.
quarundam. Et cũ audieris sonitũ clamoris, gradientis in cacumine pirorũ, tunc inibis præliũ, q̃a tũc egre
dietur dñs ante faciẽ tuã, vt percutiat castra Philistijm. Fecit itaq; Dauid sicut præceperat ei
dñs, & percussit Philistijm, de Gabaa vsq; dum venias Gazer.

¶Reducitur arca de domo Abinadab, ob arcæ tactũ p̃cutitur Oza, ducitur in domũ Obe-
dedom, deinde in Hierusalẽ, Dauid saltat nudus, saltantẽ despicit Michol. Cap. VI.

1. para. 13. a COngregauit autẽ rursum Dauid oẽs electos ex Israel, triginta milia. Surrexitq; Da- A
uid, & abijt, & vniuersus populus q erat cũ eo, de viris Iuda, vt adducerẽt arcã dei,
sup quã inuocatũ est nomẽ dñi exercituũ, sedẽtis in Cherubim sup eã. Et imposue
runt arcã dei super plaustrũ nouũ. Tuleruntq; eã de domo Abinadab, q erat in Ga
baa. Oza autẽ & Ahaio, filij Abinadab, minabãt plaustrum nouũ. Cumq; tulissent eũ de do
mo Abinadab, q erat in Gabaa, custodiens arcã dei, Ahaio præcedebat arcã dei, Dauid autẽ
He. abiegnis & omnis Israel ludebãt corã dño, in oĩbus lignis *fabrefactis, & citharis, & lyris, & tympanis
Hebr. excussi & sistris, & cymbalis. Postq̃ aũt venerũt ad arcã Nachon, extẽdit Oza manũ ad arcã dei, & te B
sunt boues nuit eã quoniã *calcitrabãt boues, & declinauerant eã. Iratusq; est indignatione dñs contra 2. q. 7. c. plerumq. §. id obiicitur.
Ozam, & percussit eum sup temeritate. Qui mortuus est ibi, iuxta arcã dei. Contristatus est
He. diuisisset aũt Dauid, eo q̃ *p̃cussisset dñs Ozam. Et vocatũ est nomẽ loci illius, percussio Ozæ, vsq; in
diem hãc. Et extimuit Dauid dominum in die illa, dicens: Quómodo ingredietur ad me arca
domini? Et noluit diuertere ad se arcam domini, in ciuitatẽ Dauid, sed diuertit eã in domum
Obededom Gethæi. Et habitauit arca domini in dõmo Obededom Gethæi, tribus mẽsibus.
Et benedixit dñs Obededom, & omnẽ domũ eius. Nuntiatũq; est regi Dauid, q̃ benedixis C
set dñs Obededom, & oĩa eius, propter arcã dei. Dixitq; Dauid. Ibo, & reducã arcã cũ benedi
1. para. 15. d ctione in domũ meã. Abijt ergo Dauid, & adduxit arcã dei de domo Obededom in ciuita
hæc clausula superest. tẽ Dauid, cũ gaudio. *Et erãt cũ Dauid septẽ chori, & victima vituli. Cũq; trãscẽdissent q por
non habetur in hebræo tabãt arcã dñi sex passus, immolabãt bouẽ & ouem, & arietẽ, & Dauid (*percutiebat in orga-
nis armigatis) & saltabat totis viribus ante dñm. Porrò Dauid erat accinctus Ephod lineo,
& Dauid, & omnis domus Israel ducebãt arcam testamenti domini in iubilo, & in clangore
buccinæ. Cumq; intrasset arca dñi in ciuitatẽ Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fene-
stram, vidit regem Dauid subsilientẽ atq; saltãtẽ corã domino, & despexit eum in corde suo.

Et introduxerũt arcã dñi,& imposuerũt eã in loco suo,in medio tabernaculi qđ tetẽderat ei
D David.Et obtulit David holocausta,& pacifica corã dño. Cũq; cõplesset offerens holocau
sta,& pacifica:benedixit populo in nomine dñi exercituũ.Et partitus est vniuersæ multitu-
dini Israel,tã viro q̃ mulieri,singulis collyridã panis vnã,& assaturã bubulæ carnis vnã,& si-
milã frixã oleo.Et abijt ois populus vnusquisq; in domũ suã.Reuersusq; est David, vt bene-
diceret domui suæ.Et egressa Michol filia Saul in occursum David,ait.Quã gloriosus fuit ho
die rex Israel,discooperiẽs se ante ancillas seruorũ suorũ,& nudatus est,quasi si videt vnus de
scurris.Dixitq; David ad Michol *(Viuit dñs,qa ludã)ante dñm,q elegit me,potius q̃ patrẽ
tuũ,& q̃ omnẽ domũ eius,& pcepit mihi,vt essem dux sup omnẽ populũ dñi in Israel.Et lu-
dã,& vilior fiã,plus q̃ factus sum,& ero humilis in oculis meis,& cũ ancillis,de qbus loquuta
es gloriosior apparebo. Igit Michol filiæ Saul,nõ est natus filius vsq; in diem mortis suæ.

dr.per. di.s c.ut cognouerũt.Quum quod etiam David

In Heb.non habetur

¶David prohibet ædificare domũ dño,promittit æternus rex Christus. Cap. VII.

FActum est aũt cũ sedisset rex in domo sua,& dñs dedisset ei requiẽ vndiq; ab vniuer- 1.para.17.a
A sis inimicis suis,dixit ad Nathan prophetã.Vides ne q ego habitẽ in domo cedrina,
& arca dei posita sit in medio pelliũ? Dixitq; Nathan ad regẽ.Omne qđ est in corde
tuo,vade,& fac:quia dñs tecũ est. Factum est aũt in illa nocte,& ecce sermo dñi ad
Nathan,dicens;Vade,& loquere ad seruũ meũ David.Hæc dicit dñs. Nunquid tu ædificabis
mihi domũ ad habitandũ? Neq; eñi habitaui in domo,ex die illa qua eduxi Israel de terra Ae-
gypti,vsq; in diẽ hanc,sed ambulabã in tabernaculo,& in tẽtorio per cũcta loca quæ trãsiui,
cũ omnibus filijs Israel.Nunquid loquens loquutus sum ad vnã de tribubus Israel,cui præce-
pi vt pasceret populũ meũ Israel,dicens? Quare non ædificasti mihi domũ cedrinã? Et nunc
B hæc dices seruo meo David.Hæc dicit dñs exercituũ.Ego tuli te de pascuis sequentẽ greges, 1.Reg.16.
vt esses dux sup populũ meũ Israel,& fui tecũ in omnibus vbicũq; ambulasti,& interfeci vni 1.para.17.a
uersos inimicos tuos à facie tua,feciq; tibi nomẽ grãde iuxta nomẽ magnorũ q sunt in terra. 4.Reg.8.c
Et ponã locũ populo meo Israel,& plantabo eũ,& habitabo cũ eo, & nõ turbabit amplius,
nec addẽt filij iniquitatis,vt affligãt eũ sicut prius,ex die qua cõstitui iudices sup populũ meũ
Israel.Et requiem dabo tibi ab oibus inimicis tuis.Prædicitq; tibi dñs,quod domũ faciat tibi
C dñs. Cũq; cõpleti fuerint dies tui,& dormieris cũ patribus tuis,suscitabo semen tuũ post te
quod egredietur de vtero tuo,& firmabo regnũ eius.Ipse ædificabit domũ nomini meo,& sta
biliã thronũ regni eius,vsq; in sempiternũ.Ego ero ei in patrẽ,& ipse erit mihi in filiũ.Qui 1.para.22.c
si inique aliquid gesserit,arguã eũ in virga virorũ,& in plagis filiorũ hominũ. Misericordiam
aũt meã nõ auferã ab eo,sicut abstuli à Saul,quẽ amoui à facie mea.Et fidelis erit domus tua,
& regnũ tuũ vsq; in æternum ante faciẽ meã,& thronus tuus erit firmus iugiter.Secundũ oĩa
verba hæc,& iuxta vniuersam visionẽ istã,sic loquutus est Nathan ad David. Ingressus est
autẽ rex David & sedit corã domino,& dixit.Quis ego sum dñe deus,& quæ domus mea,qa
adduxisti me hucusq;? Sed & hoc parum uisum est in conspectu tuo dñe deus, nisi loquereris
etiã de domo serui tui in longinquum:Ista est eñi lex Adam dñe deus.Quid ergo addere po
terit adhuc David,vt loquat ad te? Tu enim scis seruum tuum dñe deus.Propter verbũ tuum
& secundum cor tuũ fecisti omnia magnalia hæc,ita vt notũ faceres seruo tuo.Idcirco magni
ficatus es domine deus,quia non est similis tui,neq; est deus extra te,in omnibus quæ audiui-
mus auribus nostris.Quæ est autẽ(vt populus tuus Israel)gens in terra,propter quã *iuit de- Exo.14.g
D us,vt redimeret eã sibi in populum,& poneret sibi nomẽ,faceretq; eis magnalia, & horribi- He,iuerũt dii
lia super terrã à facie populi tui,quẽ redemisti tibi ex Aegypto,gentẽ,& deum eius? Firmasti
eñi tibi populum tuum Israel,in populum sempiternum,& tu dñe deus factus es eis in deum.
Nunc ergo dñe deus verbum quod locutus es super seruum tuum,& super domũ eius,sus-
cita in sempiternũ,& fac sicut locutus es,vt magnificetur nomẽ tuum,vsq; in sempiternum,
atq; dicatur.Dñe deus exercituũ,deus super Israel.Et domus serui tui David erit stabilita co
ram dño,quia tu dñe exercituum,deus Israel reuelasti auriculam serui tui,dicens:domũ ædifi
cabo tibi.Propterea inuenit seruus tuus cor suum,vt oraret te oratione hac. Nunc ergo do
mine deus,tu es deus,& verba tua erunt vera.Locutus es eñi ad seruũ tuum bona hæc.Incipe
ergo,& benedic domui serui tui,vt sit in sempiternum coram te,quia tu dñe deus locutus es
hæc,& benedictione tua benedicetur domus serui tui in sempiternum.

de cons.di.4.c.8.uer.Qualiter ergo David.q.7.c.2.Quod dicitur

¶David vincit Philistæos,quos facit sibi tributarios,instituit officiarios. Cap. VIII.

FActum est autẽ post hæc,percussit David Philistijm,& humiliauit eos,& tulit David
A frenũ tributi de manu Philistijm,& percussit Moab,& mẽsus est eos, funiculo coæ-
quans terræ.Mensus est aũt duos funiculos,*vnũ ad occidendum,& vnũ ad viuificã hic unum superest
dum.Factusq; est Moab David seruiens sub tributo. Et percussit David Adadezer
filiũ Rohob regẽ Soba,quãdo profectus est vt*dominaret super flumẽ Euphratem.Et captis He.terminũ
David ex parte eius mille septingẽtis equitibus,& viginti milibus peditũ,subneruauit omnes suũ ussetret.
B iugales curruũ.Dereliquit autẽ ex eis centũ currus. Venit quoq; Syria Damasci,vt psidium

He. principes ferret Adadezer, regi Soba. Et pcussit de Syria vigintiduo milia virorũ, & posuit Dauid * psi-
dium in Syria Damasci, factáq; est Syria Dauid seruiẽs sub tributo. Seruauitq; dñs Dauid in
Heb. clypeos oĩbus, ad q̃cũq; profectus est. Et tulit Dauid * arma aurea, & torques aureos, q̃s habebãt serui
aureos Adadezer, & detulit ea in Hierusalẽ. Et de Betah & de Berothai ciuitatibus Adadezer, tulit de quo I.
in hebræo nõ rex Dauid æs multũ nimis *(de q̃ fecit Salomon oĩa vasa ærea in tẽplo, & mare æneũ, & colũ- I. c. 4.
habetur nas & altare.) Audiuit aũt Thoi rex Hemath, q̃ pcussisset Dauid omne robur Adadezer, & C
misit Thoi Iorã filiũ suũ ad regẽ Dauid, vt salutaret eũ, cõgratulãs, & gratias ageret, eo q̃ ex-
pugnasset Adadezer, & pcussisset eũ. Hostis quippe erat Thoi Adadezer, & in manu eius erãt
vasa aurea, & vasa argẽtea, & vasa ærea, q̃ & ipsa sanctificauit rex Dauid dño cũ argẽto & au-
ro, q̃ sanctificauerat de vniuersis gẽtibus, quas subegerat, de Syria & Moab, & filijs Ammon
Non est in & Philistijm, & Amalech, & de manubijs Adadezer, filij Rohob regis Soba. Fecit q̃q; sibi Da
hebræo. uid nomẽ, cũ reuerteret capta Syria, in valle salinarũ, cæsis decẽ & octo milibus (*& in Gebe- D
Inf. 20 g. lẽ ad vigintitria milia) & posuit in Idumæa custodes, statuitq; psidiũ. Et facta est vniuersa Idu
mæa seruiens Dauid. Et seruauit dñs Dauid in oĩbus ad quæcunq; profectus est. Et regnauit
Dauid super omnẽ Israel. Faciebat q̃q; Dauid iudiciũ & iustitiã omni populo suo. Ioab autẽ
filius Saruiæ erat sup exercitũ. Porrò Iosaphat filius Ahilud erat à cõmẽtarijs, & Sadoc filius
He. príncipes. Achitob, & Achimelech filius Abiathar, erant sacerdotes, & Saraias scriba. Banaias autem fi-
lius Ioiadæ, & Cerethi, & Phelethi, & filij Dauid * sacerdotes erant.

¶ Dauid filio Ionathæ omnes Saulis agros restituit. Cap. IX.

ET dixit Dauid. Putas ne est aliquis q remãserit de domo Saul, vt faciã cũ eo misericor A
diã, propter Ionathã? Erat aũt de domo Saul seruus, nomine Siba. Quẽ cũ vocasset
rex ad se, dixit ei. Tu ne es Siba? Et ille respondit. Ego seruus tuus. Et ait rex: Num-
quid superest aliqs de domo Saul, vt faciã cũ eo misericordiã dei? Dixitq; Siba regi:
Superest filius Ionathæ debilis pedibus. Vbi (inqt) est? Et Siba ad regẽ: Ecce (ait) in domo est B
Machir, filij Ammiel, in Lodabar. Misit ergo rex Dauid, & tulit eũ de domo Machir, filij
Ammiel, de Lodabar. Cũ aũt venisset Mephiboseth filius Ionathę, filij Saul, ad Dauid, corruit
Infr. 18. a in faciẽ suã, & adorauit. Dixit Dauid: Mephiboseth? Qui respõdit: Adsum seruus tuus. Et
4. Reg. 16. a ait ei Dauid: Ne timeas, qa faciẽs faciã in te misericordiã propter Ionathan patrẽ tuũ, & resti
tuã tibi oẽs agros Saul patris tui, & tu comedes panẽ in mẽsa mea semper. Qui adorãs, dixit. C
Quis ego sum seruus tuus, qm̃ respexisti super canẽ mortuũ similẽ mei? Vocauit itaq; rex Si
bã, puerũ Saul, & dixit ei: Oĩa quæcũq; fuerũt Saul, & vniuersam domũ eius, dedi filio dñi tui.
Operare igit ei terrã, tu & filij tui, & serui tui, & inferes filio dñi tui cibos, vt alat. Mephibo-
seth aũt filius dñi tui comedet semp panẽ sup mẽsam meã. Erãt aũt Sibæ quindecim filij, & vi
ginti serui. Dixitq; Siba ad regẽ: Sicut iussisti dñe mi rex seruo tuo, sic faciet seruus tuus. Et D
Heb. meã ut Mephiboseth comedet sup mẽsam * tuã q̃si vn⁹ de filijs regis. Habebat aũt Mephiboseth filiũ
sit dictũ Da- paruulũ, noĩe Micha. Oĩs vero cognatio dom⁹ Sibæ seruiebat Mephiboseth. Porrò Mephi
uid boseth habitabat in Hierusalẽ, qa de mẽsa regis iugiter vescebat, & erat claudus vtroq; pede.

¶ Nuntij Dauid ab Hanun rege Ammon barbarasa, & vestibus pręcisis, igno-
minia afficiuntur: Dauid vlciscitur ignominiam. Cap. X.

1. par. 19. a FActum est aũt post hæc vt moreret rex filiorũ Ammon, & regnauit Hanun, filius eius A
pro eo. Dixitq; Dauid: Faciã misericordiã cũ Hanun filio Nahas, sicut fecit pater eius
mecũ misericordiã. Misit ergo Dauid cõsolans eũ, per seruos suos, super patris interi
tu. Cum aũt venissent serui Dauid in terrã filiorũ Ammon. Dixerũt principes filio
rum Ammon ad Hanun dominum suum: Putas quod propter honorẽ patris tui miserit Da-
uid ad te consolatores, & non ideo vt te inuestigaret, & exploraret ciuitatẽ, & euerteret eam,
misit Dauid seruos suos ad te? Tulit itaq; Hanun seruos Dauid, rasitq; dimidiam partẽ bar-
bæ eorũ, & præcidit vestes eorũ medias, vsq; ad nates, & dimisit eos. Quod cũ nuntiatu[illegible]et B
Dauid, misit in occursum eorũ. Erãt eñ viri cõfusi turpiter valde. Et mãdauit eis Dauid[illegible]a-
nete in Hiericho donec crescat barba vestra, & tũc reuertimini. Videntes aũt filij Ammon
quod iniuriã fecissent Dauid, miserunt & cõduxerunt mercede Syrũ Rohob, & Syrũ Soba vi
Hebr. a ultis ginti milia peditũ, & à rege Maacha mille viros, & * ab Isthob duodecim milia virorũ. Quod
tob. cũ audisset Dauid, misit Ioab, & omnẽ exercitum bellatorũ. Egressi sunt ergo filij Ammon
& direxerunt aciem ante ipsum introitum portæ. Syrus autem Soba, & Rohob, & Isthob, &
Maacha seorsum erant in cãpo. Vidẽs ergo Ioab q̃ præparatũ esset aduersum se prælium, & ex
aduerso, & post tergũ elegit sibi ex omnibus electis Israel, & instruxit aciẽ cõtra Syrũ, reliquã
aũt partem populi tradidit Abisai fratri suo. Qui direxit aciem aduersus filios Ammon. Et C
ait Ioab: Si præualuerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutoriũ, si aũt filij Ammon præua-
luerint aduersum te, auxiliabor tibi. Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & ciuita
te dei nostri. Dominus autem faciet quod bonũ est in conspectu suo. Inijt itaq; Ioab, & po
pulus eius qui erant cum eo, certamen cõtra Syros, qui statim fugerunt à facie eius. Filij autẽ
Ammon

Ammon videntes, quia fugissent Syri, fugerũt & ipsi, à facie Abisai, & ingressi sunt ciuitatem. Reuersusq́ue est Ioab à filiis Ammon, & venit Hierusalem. Videntes igitur filii Ammon, quoniam Syrus expauit, & quoniam corruisset coram Israel, congregati sunt pariter. Misitq́ue Adadezer, & eduxit Syros, qui erãt trãs fluuiũ, & adduxit eorũ exercitũ. Sobach aũt magister mili-
D tiæ Adadezer, erat princeps eorum. Quod cũ nuntiatum esset Dauid, contraxit omnem Israelem, & transiuit Iordanem, venitq́ue in Helama. Et direxerũt aciẽ Syri ex aduerso Dauid, & pugnauerũt contra Israel. Fugerũtq́ue Syri à facie Israel, & occidit Dauid de Syris septingẽtos currus, & quadraginta milia equitũ, & Sobach principẽ militiæ percussit, qui statim mortuus est. Vidẽtes aũt vniuersi reges, q erant in præsidio Adadezer, se victos esse ab Israel, expauerũt, & fugerunt, quinquaginta & octo milia corã Israel. Et fecerunt pacẽ cũ Israel, & seruierunt eis, timueruntq́ue Syri auxilium præbere filiis Ammon.

¶ Adulterium Dauid cũ Bathsaba vxore Vriæ, Vrias subdole occiditur: Bathsaba fit vxor Dauid. Cap. XI. Para. 1. 20. a

A FActum est aũt vertente anno, eo tẽpore, quo solent reges ad bella procedere, misit Dauid Ioab, & seruos suos cũ eo, & vniuersum Israel, & vastauerunt filios Ammon, & obsederũt Rabbah: Dauid aũt remansit in Hierusalem, dum hæc agerent, accidit quadam die vt surgeret Dauid de stratu suo post meridiẽ, & deambularet i solario domus regiæ viditq́ue mulierem se lauantem ex aduerso super solarium suum. Erat autem mulier pulchra valde. Misit ergo rex, & requisiuit quæ esset mulier. Nuntiatumq́ue est ei, quod ipsa esset Bathsaba, filia Eliam, vxor Vriæ Hethæi. Missis itaq́ue Dauid nuntiis tulit eam. Quæ cum ingressa esset ad illum, dormiuit cum ea. Statimq́ue sanctificata est ab immunditia sua, & reuersa est in domũ suam concepto fœtu. Mittensq́ue nuntiauit Dauid, & ait: concepi. Misit autem Dauid ad Ioab dicens. Mitte ad me Vriam Hethæum. Misitq́ue Ioab Vriam ad Dauid. Et venit Vrias ad Da-
B uid. Quæsiuitq́ue Dauid, quàm rectè ageret Ioab, & populus, & quomodo administraret bellum. Et dixit Dauid ad Vriam. Vade in domum tuam, & laua pedes tuos. Et egressus est Vrias de domo regis, sequutusq́ue est eum cibus regius. Dormiuit autem Vrias ante portam domus regiæ, cum aliis seruis domini sui, & non descendit ad domum suam. Nuntiatumq́ue est Dauid à dicentibus: Non iuit Vrias ad domum suam. Et ait Dauid ad Vriam: Nunquid non de via venisti? Quare nõ descendisti in domum tuam? Et ait Vrias ad Dauid: Arca dei, & Israel, & Iuda habitant in papilionibus, & dominus meus Ioab, & serui domini mei super faciem terræ manẽt, & ego ingrediar domum meam, vt comedam, & bibam, & dormiam cum vxore mea? Per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ non faciam rem hanc. Ait ergo Dauid ad Vriam, Mane hic etiam hodie, & cras dimittam te. Mansit Vrias in Hierusalem ĩ die illa, & altera die, & vocauit eum Dauid vt comederet coram se, & biberet, & inebriauit eum. Qui egressus vespere Infra. 14. e Iudi. 19. e
C dormiuit in stratu suo, cũ seruis dñi sui, & in domũ suã nõ descendit. Factũ est ergo mane, & scripsit Dauid epistolã ad Ioab, misitq́ue per manũ Vriæ, scribẽs in epistola: Ponite Vriam ex aduerso belli, vbi fortissimũ est prælium, & derelinquite eũ, vt percussus intereat. Igitur cũ Ioab obsideret vrbẽ, posuit Vriã in loco ubi sciebat viros esse fortissimos. Egressiq́ue viri de ciuitate, bellabant aduersum Ioab. Et ceciderunt de populo seruorũ Dauid: & mortuus est etiã Vrias Hethæus. Misit itaq́ue Ioab, & nuntiauit Dauid omnia verba prælii, præcepitq́ue nuntio dicens: Cum compleueris vniuersos sermones belli ad regem, si eum videris indignari, & dixerit, quare accessistis ad murum, vt præliaremini? an ignorabatis quod omnia desuper ex muro tela mit-
D tantur? quis percussit Abimelech filium Ierobaal, nonne mulier misit super eum fragmen molæ de muro, & interfecit eum in Thebes? quare iuxta murũ accessistis? dices: Etiam seruus tuus Vrias Hethæus occubuit. Abiit ergo nuntius, & venit, & narrauit Dauid omnia quæ ei præceperat Ioab, & dixit nuntius ad Dauid: Præliauerũt aduersum nos viri, & egressi sunt ad nos in agrũ. Nos aũt facto impetu persequuti eos sumus vsq́ue ad portas ciuitatis, & direxerunt iacula sagittarii ad seruos tuos ex muro desuper, mortuiq́ue sunt de seruis regis. Quinetiam seruus tuus Vrias Hethæus mortuus est. Et dixit Dauid ad nũtium: Hæc dices Ioab: Non te frãgat ista res. Varius enim euentus est belli, & nunc hunc, & nunc illum consumit gladius. Cõforta bellatores tuos aduersus vrbem, vt destruas eam, & exhortare eos. Audiuit autem vxor Vriæ quòd mortuus esset Vrias. vir suus, & planxit eum. Transactoq́ue luctu misit Dauid, & introduxit eam in domum suam, & facta est ei vxor, peperitq́ue ei filium. Et displicuit verbum hoc quod fecerat Dauid, coram domino. Ie. Ierubbo-seth. Iudic. 9. d

¶ Dauid arguit homicidii Vriæ, pœnitet, moritur infans, nascitur Salomon. Cap. XII.

A MIsit ergo dñs Nathan ad Dauid. Qui cũ venisset ad eũ, dixit ei: Respõde mihi iudiciũ. Duo viri erãt in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper. Diues habebat oues, & boues plurimos valde, pauper aũt nihil habebat omnino, præter ouem vnã paruulã, quã emerat, & nutrierat, & quæ creuerat apud eũ cũ filiis eius, simul de pane Eccle. 47. a
B illius comedens & de calice illius bibẽs, & in sinu illius dormiẽs, eratq́ue illi sicut filia. Cũ aũt pere-

 grinus

de pœ. dist. 2 c. ut cognouerunt §. itẽ iudica. dist. 3. c. totã. dist. 4. c. ul. § fi. i fi. 1. q. 7. c. 1. §. si dicitur. de officio dele. c. cũ olim glo. in uerbo vriæ. 56. dist. c. dñs.

grinus quidam venisset ad diuitem, parcens ille sumere de ouibus, & de bobus suis, vt exhibe-
ret cōuiuium peregrino illi qui venerat ad se, tulit ouem viri pauperis, & præparauit cibos ho-
mini illi, qui venerat ad se. Iratus autem indignatiōe Dauid aduersum hominē illum nimis:
dixit ad Nathan: Viuit dn̄s quoniā filius mortis est vir, qui fecit hoc. Ouem reddet in quadru- 3.q.7.c.fi.§
plum, eo quod fecerit verbū istud, & non pepercerit. Dixit aūt Nathan ad Dauid: Tu es ille Dauid.
vir, qui fecisti hāc rem. Hæc dicit dn̄s deus Israel. Ego vnxi te in regē super Israel, & ego erui te
de manu Saul, & dedi tibi domū dn̄i tui, & vxores dn̄i tui in sinu tuo: dediq́ꝫ tibi domū Israel, &
Iuda, & si parua sunt ista, adijciā tibi multo maiora. Quare ergo cōtempsisti verbū dn̄i, vt face- C
res malū in cōspectu meo? Vriā Hethæū pcussisti gladio, & vxorē illius accepisti in vxorē tibi,
& interfecisti eū gladio filiorum Ammon. Quā ob rem non recedet gladius de domo tua usq; in
sempiternū, eo quod despexeris me, & tuleris vxorē Vriæ Hethæi, ut esset vxor tua. Itaq; hæc
dicit dn̄s: Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollā vxores tuas in oculis tuis, &
dabo proximo tuo, & dormiet cū vxoribus tuis in oculis solis huius. Tu em̄ fecisti abscondi- 2.q.7.c.non
Eccle.47.b te, ego aūt faciā verbū istud in cōspectu omnis Israel, & in cōspectu solis huius. Et dixit Da- fi.§.ne cum Dauid.
Heb.irritādo uid ad Nathan: Peccaui dn̄o. Dixit Nathan ad Dauid: dn̄s quoq; trāstulit peccatū tuū. Non mori- D
irritasti inimi eris. Veruntamē quia blasphemare fecisti inimicos nomē dn̄i propter verbū hoc, filius qui na- de pœ.dis.1.
cos dn̄i. tus est tibi, morte morietur. Et reuersus est Nathan in domum suam. Percussit quoque do- c.uoluissem.
minus paruulum, quē pepererat vxor Vriæ Dauid, & desperatus est. Deprecatusq́ꝫ est Dauid § denuq.c.si
dominum pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus seorsum, iacuit super terram. petrus.c.sicut
Venerunt autem seniores domus eius, cogentes eum, vt surgeret de terra. Qui noluit, nec co- primi. dis.2.
medit cum eis cibum. Accidit autem die septima, vt moreretur infans, timueruntq́ꝫ serui Da- c.ut cognouerint. §.id
uid nuntiare ei, quod mortuus esset paruulus, dixerunt enim. Ecce cum paruulus adhuc viue- iudica. dis.2.
ret, loquebamur ad eum, & non audiebat vocem nostram, quāto magis si dixerimus, mortu- E
us est puer: se affliget? Cū ergo Dauid audisset seruos suos mussitantes, intellexit quod mor- c.totā.c ille rex tātus. &
tuus esset infantulus. Dixitq́ꝫ ad seruos suos. Num mortuus est puer? Qui respōderūt ei. Mor- c.illud.1.q.7.
tuus est. Surrexit ergo Dauid de terra, & lotus vnctusq́ꝫ est. Cumq́ꝫ mutasset vestem, ingressus c.2.§.si dicit. 33.q.2.c.
est domum domini, & adorauit, & venit in domum suam, petiuitq́ꝫ vt ponerent ei panem, & hoc ipsum de
comedit. Dixerunt autem ei serui sui. Quis est sermo quem fecisti? Propter infantem, cum uerbo.sig.c.
adhuc viueret, ieiunasti & flebas, mortuo autē puero surrexisti, & comedisti panem. Qui ait. F
Propter infantem cum adhuc viueret, ieiunaui, & fleui. Dicebam enim. Quis scit si forte donet 3.in g'o.
eum mihi dominus & viuat infans? Nunc autem quia mortuus est quare ieiuno? Nunquid po
tero reuocare eum amplius? Ego vadam magis ad eum, ille uero nō reuertetur ad me. Et cō G
1.Paral.3.d solatus est Dauid Bathsaba vxorem suam, ingressusq́ꝫ ad eam, dormiuit cum ea. Quæ genuit
Matth.1.a filium, & vocauit nomen eius Salomon, & dominus dilexit eum. Misitq́ꝫ eum in manu Na-
H.b.iedidia than prophetæ, & vocauit nomē eius *amabilis domino, eo quod diligeret eum dominus. Igi-
ppter dn̄m. tur pugnabat Ioab contra Rabbath filiorum Amnon, & expugnabat vrbem regiam. Misitq́ꝫ
Ioab nuntios ad Dauid, dicens. Dimicaui aduersum Rabbath, & capienda est vrbs aquarum.
Nunc igitur cōgrega reliquam partem populi, & obside ciuitatē, & cape eā, ne cū à me vastata
fuerit vrbs, nomini meo ascribatur victoria. Congregauit itaq; Dauid omnē populū, & profe-
He.b.Malchā ctus ē aduersus Rabbath. Cūq; dimicasset, cœpit eā. Et tulit diadema *regis eorum de capite eius
pōdo auri talentū, habens gēmas pretiosissimas, & impositū est super caput Dauid. Sed & præ-
dam ciuitatis asportauit multā valde, populū quoq; eius abducens serrauit & circūegit sup eos
He.fornace. ferrata carpēta. Diuisitq́ꝫ cultris & traduxit in *typo laterum. Sic fecit vniuersis ciuitatibus filiorum
Ammon. Et reuersus est Dauid, & omnis exercitus in Hierusalem.

¶ Incestus Amnon filij Dauid cum sorore sua Thamar punitur, Absalom occiso Amnon, fugit. Cap. XIII.

FActum est aūt post hæc, vt Absalom filij Dauid sororē speciosissimā vocabulo Tha- A
mar, adamaret Amnon filius Dauid, & deperiret eam valde, ita vt propter amorem
eius ægrotaret: quia cum esset virgo, difficile ei videbatur vt quippiam inhoneste age
ret cū ea. Erat autē Amnon amicus, nomine Ionadab, filius Semma fratris Dauid,
vir prudēs valde. Qui dixit ad eum. Quare sic attenuaris macie, fili regis, per singulos dies? Cur
non indicas mihi? Dixitq́ꝫ ei Amnon. Thamar, sororē fratris mei Absalom amo. Cui respō-
dit Ionadab. Cuba sup lectū tuū, & lāguorē simula. Cūq; venerit pater tuus, ut visitet te, dic ei.
He.corā ocu- Veniat oro Thamar soror mea, vt det mihi cibū, & faciat *pulmentū, & comedā de manu eius.
lis meis pran Accubuit itaq; Amnon, & quasi ægrotare cœpit. Cūq; venisset rex ad visitandū eū, ait Am- B
diū ut uideā non ad regē. Veniat obsecro Thamar soror mea, vt faciat in oculis meis duas *sorbitiunculas, &
& come. &c cibum paratū capiā de manu eius. Misit ergo Dauid ad Thamar domū, dicēs. Veni in domū
He.placētas. Amnō fris tui, & fac ei *pulmētū. Venitq́ꝫ Thamar in domū Amnō fris sui. Ille autem iacebat.
He.prandiū.
He.placētas. Quæ tollēs farinā cōmiscuit, & liqfaciēs in oculis eius, coxit *sorbitiūculas. Tollēsq́ꝫ qd coxe- C
rat, effudit, & posuit coram eo, & noluit comedere. Dixitq́ꝫ Amnon. Eijcite vniuersos à me.
Cumq́ꝫ

C Cumq́ꝫ eiecissent omnes,dixit Amnon ad Thamar. Infer cibum in conclaui,vt vescar de ma-
nu tua. Tulit ergo Thamar sorbitiunculas quas fecerat,& intulit ad Amnon fratrē suū in cō
47.dist.c.si- claui. Cumq́ꝫ obtulisset ei cibum,apprehendit eam,& ait. Veni cuba mecū soror mea. Quæ re- Gen.34
cut hu.§.ne- spondit ei. Noli frater mi,noli opprimere me. Neqꝫ enim hoc fas est in Israel. Noli facere stulti
cesse. tiam hanc. Ego enim ferre non potero opprobriū meū. Et tu eris quasi vnus de insipientibus
in Israel. Quin potius loquere ad regē,& non negabit me tibi. Noluit autē Amnon acquiesce-
re precibus eius,sed prævalens viribus,oppressit eā,& cubauit cū ea. Et exosam eā habuit odio
magno nimis,ita ut maius esset odiū quo oderat eā,amore quo ante dilexerat. Dixitq́ꝫ ei Am
non. Surge & vade. Quæ respondit ei. Maius est hoc malū quod nunc agis aduersum me,q̄ q̄d
D ante fecisti,expellens me. Et noluit audire eam,sed vocato puero qui ministrabat ei,dixit. Ej- He.pol ymi-
ce hanc à me foras,& claude ostiū post eā. Quę induta erat* talari tunica. Huiuscemodi enim fi to.
liæ regis virgines vestibus vtebantur. Eiecit itaqꝫ eā minister illius foras, clausitq́ꝫ fores post
eam. Quę aspergens cinerē capiti suo,scissa talari tunica,impositisq́ꝫ manibus super caput suū,
ibat egrediens,& clamās. Dixit autē ei Absalom frater suus. Nunquid Amnon frater tuus cō-
cubuit tecū? Sed nunc soror tace,frater tuus est. Neqꝫ affligas cor tuū pro hac re. Mansit itaqꝫ
Thamar* cōtabescens in domo Absalom fr̄is sui. Cū aūt audisset rex Dauid verba hæc.cōtri- He.desolata.
status est ualde,& noluit cōtristare spiritū Amnon filij sui:quoniā diligebat eū,quia primoge-
nitus erat ei. Porro nō est loquutus Absalō ad Amnō,nec malū,nec bonū. Oderat enim Absa
lom Amnon, eo ꝙ violasset Thamar sororē suā. Factū est autē post tēpus biennij,vt tonde-
E rentur oues Absalom in Balahasor,q̄ ē iuxta Ephraim. Et uocauit Absalom oēs filios regis.
Venitq́ꝫ ad regē,& ait ad eū. Ecce tondent oues serui tui,ueniat oro rex cū seruis suis ad seruū
suū. Dixitq́ꝫ rex ad Absalō. Noli fili mi,noli rogare vt veniamus omnes,& grauemus te. Cum
aūt cogeret eū,& noluisset ire,benedixit ei. Et ait Absalom ad Dauid. Si nō vis venire, ueniat
obsecro nobiscū,saltē Amnō frater meus. Dixitq́ꝫ ad eū rex. Non est necesse ut uadat tecū. Co
egit itaqꝫ Absalom eū,& dimisit cū eo Amnon, & vniuersos filios regis. Fecitq́ꝫ Absalom cō-
uiuiū,q̄si conuiuiū regis. Præcepit aūt Absalom pueris suis, dicēs. Obseruate cū temulētus fue-
rit Amnon vino ,& dixero vobis,percutite eū & interficite,nolite timere. Ego enim sum qui
F p̄cipio vobis. Roboramini,& estote viri fortes. Fecerūt ergo pueri Absalō aduersum Amnō
sicut p̄ceperat eis Absalom. Surgentesq́ꝫ oēs filij regis,ascenderūt singuli mulas suas, & fuge-
runt. Cumq́ꝫ adhuc pergerēt in itinere,fama peruenit ad Dauid,dicens. Percussit Absalom o- Supra.1.b
mnes filios regis,& non remansit ex eis saltē vnus. Surrexit itaqꝫ rex Dauid,& scidit vestimē- &.1.1
ta sua,& cecidit super terrā,& omnes serui illius,qui assistebāt ei,sciderūt uestimēta sua. Respō
dens aūt Ionadab,filius Semna,fratris Dauid,dixit. Ne existimet dn̄s meus rex,ꝙ omnes pueri Heb.ore.
regis occisi sint,Amnon solus mortuus est,quoniā in* odio Absalom erat positus,ex die q̄ op-
G pressit Thamar sororē eius. Nunc ergo ne ponat dn̄s meus rex super cor suū uerbū istud,dicēs:
omnes filij regis occisi sunt:quoniā Amnon solus mortuus est. Fugit aūt Absalom. Et eleua
uit puer speculator oculos suos,& aspexit,& ecce populus multus ueniebat per iter deuiū, ex
latere mōtis. Dixit aūt Ionadab ad regē. Ecce filij regis adsunt. Iuxta verbū serui tui sic factū ē.
Cumq́ꝫ cessasset loqui,apparuerunt & filij regis. Et intrantes leuauerunt vocem suam,& fleue-
runt. Sed & rex & omnes serui eius fleuerunt,ploratu magno nimis. Porro Absalom fugiens
abijt ad Thalmai,filiū Ammihur,regē Gessur. Luxit ergo Dauid filiū suū Amnon, multis He. Cupiu't
diebus. Absalom autē cum fugisset,& venisset in Gessur,fuit ibi tribus annis.* Cessauitq́ꝫ rex rex Dauid e-
Dauid persequi Absalom,eo ꝙ consolatus esset super Amnon interitu. gredi ad Ab-
¶ Astu mulieris Thecuitidis,reuocat Absalō,& scribit pōdus capilloꝝ eius. Cap. XIIII. solom.
A INtelligens autem Ioab,filius Saruiæ,ꝙ cor regis uersum esset ad Absalom, misit Thecuā,
& tulit inde mulierē sapientē,dixitq́ꝫ ad eam. Lugere te simula,& induere veste lugubri,
& ne ungaris oleo,vt sis quasi mulier iam plurimo tempore lugens mortuū,& ingredieris
ad regem,& loqueris ad eū sermones huiuscemodi. Posuit autem Ioab verba in ore eius.
Itaqꝫ cum ingressa fuisset mulier Thecuitis ad regem,cecidit coram eo super terram,& ado-
B rauit,& dixit. Serua me rex. Et ait ad eam rex. Quid causæ habes? Quæ respondit. Heu mulier 4.Reg.6.a
vidua ego sum. Mortuus est enim vir meus,& ancillæ tuæ erant duo filij. Qui rixati sunt aduer
sum se in agro,nullusq́ꝫ erat qui eos prohibere posset, & percussit alter alterū, & interfecit eū.
Et ecce consurgens uniuersa cognatio aduersum ancillā tuā,dicit. Trade eum qui percussit fra
trem suum,vt occidamus eum pro anima fratris sui quem interfecit,& deleamus hæredem. Et
quærunt extinguere scintillam meam,quæ relicta est,vt non superfit viro meo nomen,& reli-
C quiæ super terram. Et ait rex ad mulierē. Vade in domum tuā,& ego iubebo pro te. Dixitq́ꝫ
mulier Thecuitis ad regē. In me domine mi rex sit iniquitas,& in domū patris mei, rex autem
& thronus eius sit innocens. Et ait rex. Qui contradixerit tibi, adduc eum ad me,& vltra non
addet,vt tangat te. Quæ ait. Recordetur rex dn̄i dei sui,vt non multiplicent proximi sanguinis
ad vlciscendum,& nequaq̄ interficiant filium meum. Qui ait. Viuit dominus,quia non cadet

Eccle.15.c de capillis filij tui ſuper terrã. Dixit ergo mulier. Loquatur ancilla tua ad dominum meum re- D
Heb. ſicut delinquens. gem verbũ. Et ait. Loquere. Dixitq́ mulier. Quare cogitaſti huiuſcemodi rem contra popu
lum dei,& locutus eſt rex verbũ iſtud,*ut peccet,& non reducat eiectum ſuum? omnes mori-
Ezech.18.g & 33.c mur,& quaſi aquæ dilabimur in terrã, quę non reuertuntur. Nec vult deus perire animam,ſed
He. quia terruit me populus. retractat cogitans,ne penitus pereat qui abiectus eſt. Nunc igitur veni vt loquar ad dñm meũ
regẽ verbũ hoc*præſente populo. Et dixit ancilla tua, Loquar ad regẽ,ſi quo modo faciat rex
Infra.19.d uerbũ ancillæ tuæ. Et audiuit rex verba vt liberaret ancillã ſuã de manu omniũ qui volebãt de
In requiem. hæreditate dñi delere me,& filiũ meũ ſimul. Dicat ergo ancilla tua, vt fiat verbũ dñi mei regis: E
Supr.11.b *ſicut ſacrificiũ. Sicut enim angelus dñi,ſic eſt dñs meus rex, vt nec benedictiõe, nec maledictio
ne moueatur. Vnde & dñs deus tuus eſt tecũ. Et reſpondens rex,dixit ad mulierẽ. Ne abſcõ-
das à me verbũ quod te interrogo. Dixitq́ ei mulier. Loquere dñe mi rex. Et ait rex. Nunquid
manus Ioab tecũ eſt in omnibus iſtis? Reſpondit mulier,& ait. Per ſalutem animæ tuæ dñe mi
rex, nec ad ſiniſtram nec ad dextram eſt, ex omnibus his quæ locutus eſt dñs meus rex. Seruus
enim tuus Ioab, ipſe præcepit mihi,& ipſe poſuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc, vt verte-
rem figurã ſermonis huius. Seruus enim tuus Ioab præcepit iſtud. Tu autẽ dñe mi rex ſapiens F
es,ſicut habet ſapientiã angelus dei, vt intelligas omnia ſuper terrã. Et ait rex ad Ioab. Ecce
placatus feci verbũ tuũ. Vade ergo & reuoca puerũ Abſalom. Cadensq́ Ioab ſuper faciẽ ſuã,
in terrã, adorauit & benedixit regi,& dixit Ioab. Hodie intellexit ſeruus tuus,quia inueni gra-
tiam in oculis tuis dñe mi rex. Feciſti enĩ ſermonem dñe mi rex ſerui tui. Surrexit ergo Ioab,
& abijt in Geſſur,& adduxit Abſalom in Hieruſalẽ. Dixit aũt rex. Reuertatur in domum ſuam
& faciem meã non videat. Reuerſus itaq; eſt Abſalom in domũ ſuã,& faciem regis non vidit.
Porro ſicut Abſalom, vir non erat pulcher in omni Iſrael,& decorus nimis. A veſtigio pedis G
vſq; ad verticẽ, non erat in eo vlla macula. Et quando tondebat capillum (ſemel autem in anno
tondebatur: quia grauabat eum cæſaries) ponderabat capillos capitis ſui, ducentis ſiclis ponde
re publico. Nati ſunt autẽ Abſalom filij tres,& filia vna nomine Thamar elegantis formæ.
Manſitq́ Abſalom in Hieruſalem duobus annis,& faciem regis non vidit. Miſit itaq; ad Io-
ab, vt mitteret eum ad regem. Qui noluit venire ad eum. Cumq́ ſecundo miſiſſet,& ille noluiſ
ſet venire ad eum, dixit ſeruis ſuis. Scitis agrũ Ioab iuxta agrũ meũ habentẽ meſſem hordei. Ite
igitur & ſuccendite eum igni. Succenderunt ergo ſerui Abſalom ſegetem igni. (*Et venientes
In Heb. non habetur. ſerui Ioab ſciſſis ueſtibus ſuis, dixerunt. Succenderunt ſerui Abſolom partem agri igni.) Sur-
rexitq́ Ioab & venit ad Abſalom in domũ eius,& dixit. Quare ſuccenderunt ſerui tui ſegetem
meam igni? Et reſpondit Abſalom ad Ioab. Miſi ad te obſecrãs vt venires ad me,& mitterem
te ad regem,& diceres ei. Quare ueni de Geſſur? Melius mihi erat ibi eſſe. Obſecro ergo ut ui
deam faciem regis: Quod ſi memor eſt iniquitatis meæ, interficiat me. Ingreſſus itaq; Ioab ad
regem, nuntiauit ei omnia hæc. Vocatusq́ eſt Abſalom,& intrauit ad regẽ,& adorauit ſup fa-
ciẽ terræ corã eo. Oſculatusq́ eſt rex Abſalom.

¶Abſalom coniurat aduerſus patrẽ ſuũ, regnũ occupat, pater fugit. Cap. XV.

IGitur poſt hæc fecit ſibi Abſalom currus,& equites,& quinquaginta viros,qui præcede- A
rent eum. Et mane conſurgens Abſalom, ſtabat iuxta introitum portæ in via,& omnem
uirum qui habebat negotium, ut ueniret ad regis iudiciũ, vocabat Abſalom ad ſe,& dice-
bat, de qua ciuitate es tu? Qui reſpondens aiebat. Ex vna tribu Iſrael ego ſum ſeruus tuus.
Reſpondebatq́ ei Abſalom. Videntur mihi ſermones tui boni,& iuſti: ſed non eſt qui te audi-
at conſtitutus à rege. Dicebatq́ Abſalom. Quis me conſtituat iudicẽ ſuper terrã, vt ad me ve-
niant omnes qui habent negotium,& iuſte iudicem? Sed & cum accederet ad eum homo, vt
ſalutaret illum, extendebat manũ ſuã,& apprehendens oſculabatur eum. Faciebatq́ hoc omni
Heb. furabat Iſrael, venienti ad iudiciũ, vt audiretur à rege,& *ſolicitabat corda viroꝝ Iſrael. Poſt quadra B
ginta autem annos, dixit Abſalom ad regem Dauid. Vadã,& reddã vota mea, quę voui domi-
no in Hebron. Vouens enim vouit ſeruus tuus, cum eſſet in Geſſur Syriæ, dicens. Si reduxerit
Supra.13 me dñs in Hieruſalẽ, ſacrificabo dño. Dixitq́ ei rex Dauid. Vade in pace. Et ſurrexit,& abijt in
Hebron. Miſit autẽ Abſalom exploratores in vniuerſas tribus Iſrael, dicens. Statim vt audie
ritis clangorẽ buccinæ, dicite. Regnauit Abſalom in Hebron. Porro cum Abſalom ierunt du-
centi viri de Hieruſalẽ vocati, euntes ſimplici corde,& cauſam penitus ignorantes. Accerſi- C
uit quoq; Abſalom Achitophel Gilonitem, cõſiliariũ Dauid, de ciuitate ſua Gilo. Cumq́ im
molaret victimas, facta eſt coniuratio valida, populusq́ concurrens augebatur cum Abſalom
Venit igitur nuntius ad Dauid, dicẽs. Toto corde vniuerſus Iſrael ſequitur Abſalom. Et ait
Dauid ſeruis ſuis, qui erant cum eo in Hieruſalẽ. Surgite & fugiamus. Neq; enim erit nobis ef- Heb.6.c. quia enim de pr. dil. 1.c. ſi per cari.ca. ſ... primi.
fugium à facie Abſalom. Feſtinate egredi, ne forte veniens occupet nos,& impellat ſuper nos
ruinã,& percutiat ciuitatem in ore gladij. Dixeruntq́ ſerui regis ad eum. Omnia quæcunque
præceperit dñs noſter rex, libẽter exequemur ſerui tui. Egreſſus eſt ergo rex & vniuerſa do-
mus eius, pedibus ſuis. Et dereliquit rex decẽ mulieres concubinas, ad cuſtodiendam domum

Egreſſusq́

Egressusq́ꝫ rex,& omnis Israhel pedibus suis,stetit ꝓcul à domo, & vniuersi serui eius ambula
bāt iuxta eū,& legiones Cerethi,& Phelethi,& omnes Gethæi pugnatores validi,sexcenti vi
ri,ꝗ sequuti eū fuerāt de Geth,pedites præcedebāt regem. Dixit aūt rex ad Ethai Gethæū.
Cur venis nobiscū? reuertere & habita cū rege:quia peregrinus es, & egressus es de loco tuo.
Heri venisti,& hodie compelleris nobiscū egredi.Ego aūt vadā quo iturus sum.Reuertere,&
reduc frēs tuos,& dn̄s faciet tecū misericordiā & veritatem: quia ostēdisti grām & fidem. Et
respondit Ethai regi,dicens:Viuit dn̄s,& viuit dn̄s meus rex:q̄niā in quocūqꝫ loco fueris do-
E mine mi rex,siue in morte,siue in vita,ibi erit seruus tuus. Et ait Dauid Ethai: Veni & trāsi.
Et trāsiuit Ethai Gethæus,& rex,& omnes viri ꝗ cū eo erāt, & reliqua multitudo. Omnesq́ꝫ
flebāt voce magna, & vniuersus populus trāsibat. Rex vero trāsgrediebaṫ torrentem Ce- Ruth.2.c
dron,& cūctus populus incedebat contra viā Oliuæ,quæ respicit ad desertū. Venit aūt & Sa-
doch sacerdos, & vniuersi Leuitæ cū eo,portātes arcā fœderis dei,& deposuerūt arcam dei.
Et ascendit Abiathar,donec expletus esset omnis populus, ꝗ egressus fuerat de ciuitate. Et
F dixit rex ad Sadoch.Reporta arcā dei in vrbem. Si inuenero grām in oculis domini, reducet
me,& ostendet mihi eā,& tabernaculū suū.Si aūt dixerit mihi,non places,p̄sto sum, faciat q̄d
bonū est corā se.Et dixit rex ad Sadoch sacerdotem.O videns reuertere in ciuitatem in pace,
& Achimaas filius tuus,& Ionathas filius Abiathar,duo filij vestri sint vobiscū.Ecce ego abs-
condar in cāpestribus deserti,donec veniat sermo à vobis indicās mihi. Reportauerūt ergo
Sadoch & Abiathar arcā dei in Hierusalem,& māserūt ibi. Porrò Dauid ascendebat cliuū oli
uarū scādens & flēs, & nudis pedibus incedens,& operto capite.Sed & om̄is populus ꝗ erat cū
G eo,operto capite ascendebat plorās. Nuntiatū est aūt Dauid,ꝙ Achitophel esset in coniura
tione cū Absalom.Dixitq́ꝫ Dauid.Infatua quæso domine consiliū Achitophel. Cūqꝫ ascen-
deret Dauid summitatem montis,in quo adoraturus erat dn̄m,ecce occurrit ei Chusai Arachi Infra.17.c
tes scissa veste,& terra pleno capite. Et dixit ei Dauid:Si veneris mecū,eris mihi oneri:si autē
in ciuitatem reuertaris,& dixeris Absalom,seruus tuus sum rex,patere me viuere:sicut fui ser-
uus pr̄is tui,sic ero seruus tuus,dissipabis consiliū Achitophel.Habet aūt tecū Sadoch & Abia-
thar sacerdotes,& omne verbū quodcūqꝫ audieris in domo regis, indicabis Sadoch & Abia-
thar sacerdotibus.Sūt em̄ cū eis duo filij eorū,Achimaas filius Sadoch,& Ionathā filius Abia-
thar,& mittetis ꝑ eos ad me omne verbū q̄d audieritis. Veniente ergo Chusai amico Dauid
in ciuitatem,Absalom quoqꝫ ingressus est ciuitatem,& Achitophel cum eo.

¶Semei maledicit fugienti Dauid, Absalom consilio Achitophel,concūbit cum concubinis patris. Cap.XVI.

A CVmq́ꝫ Dauid trāsisset paululū montis verticem apparuit Siba, puer Mephiboseth,
in occursum eius cū duobus asinis,ꝗ onerati erāt ducentis panibus,& centū alligatu
ris vuæ passæ,& septem massis ꝑ alatarū,& duobus vtribus vini. Et dixit rex Sibæ,
quid sibi volūt hæc? Responditq́ꝫ Siba. Domine mi rex,asini domesticis regis, vt se-
deāt:& panes,& palatæ ad vescendū pueris tuis:vinū aūt, vt bibat si quis defecerit in deserto.
Et ait rex:Vbi est filius domini tui? Respondítq́ꝫ Siba regi. Remāsit in Hierusalem,dicens,ho-
die restituet mihi dominus Israhel regnū patris mei. Et ait rex Sibæ. Tua sint omnia quæ fue-
B runt Mephiboseth. Dixitq́ꝫ Siba. Oro vt inueniā grām apud te domine mi rex. Venit ergo
rex Dauid vsqꝫ Bahurim. Et ecce egrediebaṫ inde vir de cognatione domus Saul,nomine Se- 1.Reg.2.b
mei,filius Gera,procedebatq́ꝫ egrediens,& maledicebat,mittebatq́ꝫ lapides contra Dauid, &
contra vniuersos seruos regis Dauid.Omnis aūt populus,& vniuersi bellatores à dextro, & à
sinistro latere regis incedebāt.Ita aūt loquebaṫ Semei,cū malediceret regi. Egredere,egrede-
Eccle.dist.3. re vir sanguinū,& vir Belial. Reddidit tibi dominus vniuersum sanguinem domus Saul,quoni
ca.in uer. [illegible] am inuasisti regnū pro eo,& dedit dominus regnū in manu Absalom filij tui,& ecce premunt
[illegible] te mala tua, quoniā vir sanguinū es. Dixit aūt Abisai filius Saruiæ regi. Quare maledicit ca- Infra.19.a.
nis hic mortuus,domino meo regi? Vadā & amputabo caput eius. Et ait rex. Quid mihi & vo Eccle.34.c
C bis est filij Saruiæ? Dimittite eū,vt maledicat.Dn̄s em̄ p̄cepit ei,vt malediceret Dauid. Et quis
est qui audeat dicere,quare sic fecerit? Et ait rex Abisai,& vniuersis seruis suis. Ecce filius me-
us qui egressus est de vtero meo,quærit animā meā,quanto magis hic filius Iemini maledicet
mihi? Dimittite eū,vt maledicat iuxta p̄ceptū dn̄i,si forte respiciat dn̄s afflictionē meā,& red-
dat mihi dn̄s bonū ꝓ maledictiōe hac hodierna Ambulabat itaqꝫ Dauid,& socij eius ꝑ viā cū
eo.Semei aūt ꝑ iugū montis ex latere cōtra illū gradiebaṫ maledicens, & mittens lapides ad-
uersum eū,terramq́ꝫ spargens. Venit itaqꝫ rex Dauid,& vniuersus populus cū eo,lassus,& re-
focillati sunt ibi. Absalom aūt & omnis populus eius ingressi sunt Hierusalem,sed & Achi-
tophel cū eo.Cū aūt venisset Chusai Arachites,amicus Dauid,ad Absalom,locutus est ad eū
D Salue rex,salue rex.Ad quem Absalom.Hæc est(inquit)gratia tua, ad amicum tuum? Quare
non iuisti cum amico tuo? Responditq́ue Chusai ad Absalom. Nequaquam: quia illius ero
quem elegerit dominus,& omnis hic populus,& vniuersus Israhel,& cū eo manebo.Sed vt &
hoc

hoc inferam, cui ego seruiturus sum? Nonne filio regis? Sicut parui patri tuo, ita parebo & tibi. Dixit autem Absalom ad Achitophel. Inite consilium, quid agere debeamus. Et ait Achitophel ad Absalom. Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domũ vt cum audierit omnis Israhel, q̃ fœdaueris patrem tuum, roborent tecum manus eorũ. Tetenderunt ergo Absalom tabernaculum in solario, ingressusq́ est ad concubinas patris sui, coram vniuerso Israhel. Consilium autem Achitophel quod dabat in diebus illis, quasi si quis cõsuleret deum, sic erat omne consilium Achitophel, & cum esset cum Dauid, & cum esset cum Absalom. [47 dist. 28. ca. [illegible]]

¶Achitophel dissipato, p Chusai suo cõsilio seipsm laqueo suspẽdit. Ca. XVII. A

DIxit ergo Achitophel ad Absalom. Eligam mihi duodecim milia virorũ, & consurgens persequar Dauid hac nocte, & irruens super eum (quippe qui lassus est & solutis manibus) percutiã eum. Cũq́ fugerit omnis populus, qui cum eo est, percutiã regem desolatum, & reducam vniuersum populum, q̃uo vnus homo reuerti solet. Vnum enim virũ tu quæris, & omnis populus erit in pace. Placuitq́ sermo eius Absalom, & cũctis maioribus natu Israhel. Ait autem Absalom. Vocate Chusai Arachitem, & audiamus quid etiã ipse dicat. Cumq́ venisset Chusai ad Absalom, ait Absalom ad eũ. Huiuscemodi sermonem locutus est Achitophel. Facere debemus, an non? Quod das consiliũ? Et dixit Chusai ad Absalom. Non est bonũ consilium quod dedit Achitophel, hac vice. Et rursum intulit Chusai. Tu nosti patrem tuũ, & viros qui cum eo sunt, esse fortissimos, & amaro animo, veluti si vrsa raptis catulis in saltu sæuiat. Sed & pater tuus vir bellator est: nec morabit cum populo. Forsitan nũc latitat in foueis, aut in vno quo voluerit loco. Et cum ceciderit vnus quilibet in principio, audiet quicunq́ audierit, & dicet. Facta est plaga in populo qui sequebat Absalom. Et fortissimus quisq́ cuius cor est quasi leonis, panore soluetur. Scit enim omnis populus Israhel, fortem esse patrem tuum, & robustos omnes qui cum eo sunt. Sed hoc mihi videt rectum esse consilium. Congreget ad te vniuersus populus Israhel, à Dan vsq́ Bersabee, quasi arena maris innumerabilis, & tu eris in medio eorũ: & irruemus super eum, in quocunq́ loco inuentus fuerit, & operiemus eum, sicut cadere solet ros super terrã, & non relinquemus de viris qui cum eo sunt, ne vnum q̃dem. Quod si vrbem aliquã fuerit ingressus, circũdabit omnis Israhel ciuitati illi funes, & trahemus eã in torrentem, vt non reperiat, nec calculus q̃dem ex ea. Dixitq́ue Absalom, & omnes viri Israhel. Melius est consilium Chusai Arachitæ consilio Achitophel. Domini aũt nutu dissipatũ est consiliũ Achitophel vtile: vt induceret dominus super Absalom malũ. Et ait Chusai Sadoch & Abiathar sacerdotibus. Hoc & hoc modo consiliũ dedit Achitophel Absalom, & senioribus Israhel & ego tale & tale dedi consiliũ. Nunc ergo mittite cito, & nũtiate Dauid, dicẽtes: Ne moreris nocte hac in cãpestribus deserti, sed absque dilatione trãsgredere, ne forte absorbeat rex, & omnis populus qui cum eo est. Ionathas autem & Achimaas stabãt iuxta fontem * Rogel. Abijtq́ue ancilla & nuntiauit eis. Et illi profecti sunt vt referrent ad regem Dauid nuntiũ. Non enim poterãt videri, aut introire ciuitatẽ. Vidit autem eos q̃dam puer, & indicauit Absalom. Illi vero concito gradu ingressi sunt domũ cuiusdã viri in Bahurim, qui habebat puteũ in vestibulo suo, & descenderunt in eum. Tulit autem mulier, & expandit velamen super os putei, * quasi siccãs ptisanas, & sic latuit res. Cumq́ venissent serui Absalom in domũ ad mulierem, dixerũt. Vbi est Achimaas & Ionathas? Et respondit eis mulier: Transierũt * festinanter, gustata paululũ aqua. At hi qui quærebãt cum nõ reperissent, reuersi sunt in Hierusalem. Cũq́ abijssent, ascenderũt illi de puteo, et p̃gentes nuntiauerũt regi Dauid, & dixerunt. Surgite & transite cito fluuiũ, quoniã huiuscemodi dedit consiliũ contra vos Achitophel. Surrexit ergo Dauid & omnis populus qui cũ eo erat, & transierunt Iordanem, donec dilucesceret, anteq̃ denudaret verbum, & nec vnus q̃dem residuus fuit q nõ transisset fluuiũ. Porrò Achitophel videns q̃d non fuisset factũ consiliũ suum, strauit asinum suũ, surrexitq́ue & abijt in domũ suam, & in ciuitatem suã, & disposita domo sua, suspendio interijt. & sepultus est in sepulchro patris sui. Dauid autem venit in * castra, & Absalom trãsijt Iordanem, ipse & omnes viri Israhel cũ eo. Amasam vero constituit Absalom pro Ioab super exercitũ. Amasa autem erat filius cuiusdã viri qui vocabat Iethra, de Iezrael, q ingressus est ad Abigail, filiã Nahas, sororem Saruiæ, quæ fuit mater Ioab. Et castrametatus est Israhel cũ Absalom, in terra Galaad. Cũq́ venisset Dauid in * castra, & Sobi filius Nahas, de Rabbath filiorũ Ammon, & Machir filius Ammiel de Lodabar, & Berzillai Galaadites, de Rogelim, obtulerunt ei * stratoria, & tapetia, & vasa fictilia, frumentum, & hordeum, & farinam; & polentam, & fabã, & lentem, & frixum oleo cicer, & mel, & butyrũ, oues, & * pingues vitulos, deduntq́ Dauid, & populo qui cum eo erat ad vescendum. Suspicati enim sunt populum fame & siti fatigari in deserto.

Margin notes: B; C; Sapien. 15. d; D; Hr. Fullonis; E; Heb. extendit super eum triticũ contusum; Hebr. riuum aquarum; F; Hebr. Mahanaim; Hebr. Mahanaim; G; Heb. lectum & hydrias; hebr. caseos vaccinos

Absalom prælio victus, in quercu pendens interimitur, projicitur in foueam.
Dauid accepto nuntio plangit. Cap. XVIII.

Igitur

A IGitur considerato Dauid populo suo, cõstituit super eos tribunos, & centuriones, & de-
dit populi tertiã partem sub manu Ioab, & tertiã partem sub manu Abisai, filij Saruiæ,
fratris Ioab, & tertiam partem sub manu Ethai, qui erat de Geth. Dixitq; rex ad popu-
lum. Egrediar, & ego vobiscũ. Et respondit populus: Non exibis. Siue enim fugerimus
non magnopere ad eos de nobis pertinebit, siue media pars ceciderit è nobis, non satis cura- Infra. 21.d. Infra eodem
bunt, quia tu vnus solus, p decem milibus computaris. Melius est igit, vt sis nobis in vrbe præ-
B sidio. Ad quos rex ait: Quod vobis videt rectũ, hoc faciã. Stetit ergo rex iuxta portã. Egre-
81.q.5.c. quis cum diebaturq; populus per turmas suas, centeni, & milleni. Et pcepit rex Ioab, & Abisai, & Ethai
dicẽs: Seruate mihi puerꝝ Absalom. Et omnis populus audiebat pcipientẽ regem, cũctis prin-
cipibus, p Absalom. Itaq; egressus est populus in campũ contra Israhel, & factum est prælí-
um in saltu Ephraim. Et cæsus est ibi populus Israhel ab exercitu Dauid, factaq; est plaga ma
gna in die illa, viginti miliũ. Fuit autem ibi præliũ dispersum super faciem omnis terræ, & mul
47.d.c. sicut hi, ꝙ necesse to plures erant quos saltus consumpserat de populo, q̃ hi quos vorauerat gladius in die illa.
Accidit autem, vt occurreret Absalom seruis Dauid, sedens mulo. Cumq; ingressus fuisset
C mulus subter condensam quercum & magnã, adhæsit caput eius quercui, & illo suspenso inter
cœlũ & terrã, mulus cui insederat, pertransiuit. Vidit aũt hoc quispiam, & nuntiauit Ioab, di-
cens: Vidi Absalom pendere de quercu. Et ait Ioab viro qui nũtiauerat ei: Si vidisti, quare
non confodisti eũ cum terra, & ego dedissem tibi decem argenti siclos, & vnũ baltheũ. Qui di
xit ad Ioab: Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaq̃ mitterem manũ meã in
filiũ regis. Audientibus enim nobis præcepit rex, tibi & Abisai, & Ethai, dicẽs: Custodite mi- Supra eodẽ
hi puerꝝ Absalom. Sed & si fecissem contra animã meã * audacter, nequaq̃ hoc regem latere he. mẽdaciũ
potuisset, & tu stares ex aduerso. Et ait Ioab: Non sicut tu vis, sed aggrediar eũ corã te. Tu-
lit ergo Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom. Cumq; adhuc palpita-
ret, herens in quercu, cucurrerũt decem iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt
eum. Cecinit aũt Ioab buccina, & retinuit populũ, ne psequeret fugientem Israhel, volens par
D cere multitudini. Et intulerunt Absalom, & proiecerũt eũ in saltu in foueã grãdem, & com
portauerũt super eum aceruũ lapidũ, magnũ nimis. Omnis autem Israhel fugit in tabernacu- Iosue.7.b
la sua. Porrò Absalom erexerat sibi, cum adhuc viueret, titulũ, qui est in valle regis. Dixerat
enim: Non habeo filiũ, & hoc erit monumentũ nominis mei. Vocauitq; titulũ nomine suo, & Heb. locus.
appellatur * manus Absalom, vsq; in hãc diem. Achimaas aũt filius Sadoch, ait: Curram &
E nuntiabo regi, quia iudiciũ fecerit ei deus de manu inimicoꝝ eius? Ad quem Ioab dixit: Non
eris nũtius in hac die, sed nuntiabis in alia, hodie nolo te nũtiare? Filius enim regis est mortu-
us. Et ait Ioab Cusi: Vade, & nũtia regi quæ vidisti. Adorauit Cusi Ioab, & cucurrit. Rursus au
tem Achimaas, filius Sadoch dixit ad Ioab: Quid impedit si etiã ego curro post Cusi? Dixitq;
ei Ioab. Quid vis currere fili mi? Veni huc, * non eris boni nuntij baiulus. Qui respondit. Quid He. nõ erit ti bi merces nuntij deferẽ enim si cucurrero? Et ait ei. Curre. Currẽs ergo Achimaas p viã compendij, trãsiuit Cusi. Da
uid aũt sedebat inter duas portas. Speculator vero, qui erat in fastigio portæ, sup muꝝ, ele- pato
F uãs oculos, vidit hominem currentem solũ. Et exclamãs, indicauit regi. Dixitq; rex: Si solus
est, bonus est nũtius in ore eius. Properãte aũt illo, & accedẽte ppius, vidit speculator homi-
nem alteꝝ currentem. Et vociferãs in culmine, ait. Apparet mihi alter homo currens solus.
Dixitq; rex. Et iste bonus est nũtius. Speculator aũt contemplor, ait, cursum prioris, quasi cur
sum Achimaas filij Sadoch. Et ait rex: Vir bonus ẽ, & nuntiũ portãs bonũ venit. Clamãs aũt
G Achimaas, dixit ad regem. Salue rex: Et adorãs regem corã eo pnus in terrã, ait: Benedictus
dñs deus tuus, q conclusit homines, q leuauerũt manus suas contra dñm meũ regẽ. Et ait rex
Est ne pax puero Absalom? Dixitq; Achimaas: Vidi tumultũ magnũ, cum mitteret Ioab * ser heb. seruũ regis, & seruũ tuum &c.
uus tu* (o rex) me seruũ tuũ, nescio aliud. Ad quẽ rex. Trãsi (ait) & sta hic. Cũq; ille trãsisset, &
staret, apparuit Cusi. Et veniẽs ait: Bonũ apporto nuntiũ domine mi rex. Iudicauit enim p te Infra.19.a
dñs hodie de manu omniũ qui surrexerũt contra te. Dixit aũt rex ad Cusi. Est ne pax puero
Absalom? Cui respodẽs Cusi: Fiãt (inquit) sicut puer inimici dñi mei regis, & vniuersi q con-
surgunt aduersus eũ in malũ. Contristatus itaq; rex, ascendit cœnaculũ portæ & fleuit. Et sic
loquebat vadens. Fili mi Absalom, Absalom fili mi. Quis mihi tribuat vt ego moriar pro te? Infra eodem
Absalom fili mi, fili mi Absalom.

¶ Dauid restitutus regno, reducit in Hierusalem. Cap. XIX.

A NVntiatum est aũt Ioab, q rex fleret, & lugeret filiũ suum. Et versa est victoria in lu
ctum, in die illa omni populo. Audiuit enim populus in die illa dici, dolet rex sup
filio suo. Et declinauit populus in die illa igre di ciuitatẽ, quomodo declinare solet
populus, versus & fugiens de plio. Porrò rex operuit caput suũ, & clamabat voce Supra.18.g
magna. Fili mi Absalom, Absalom fili mi. Ingressus ergo Ioab ad regẽ, in domũ, dixit. Con
fudisti hodie vultus omnium seruoꝝ tuoꝝ, qui saluam fecerunt animam tuam, & animam fi-
liorum tuorum, & filiarum tuarum, & animam vxorum tuarum, & animam concubinarum
tuaꝝ.

tuaꝝ. Diligis odientes te, & odio habes diligentes te. Et oſtendiſti hodie, quia non curas de B
ducibus tuis, & de ſeruis tuis. Et vere cognoui modo, quia ſi Abſalom viueret, & oẽs nos oc
cubuiſſemus, tũc placeret tibi. Nunc igit̃ ſurge, & procede, & alloquens ſatisfac ſeruis tuis. Iu-
ro enim tibi p dñm, ꝙ ſi non exieris, ne vnus qdem remanſurus ſit tecũ nocte hac, & peius erit
hoc tibi, q̃ omnia mala quæ venerũt ſuper te ab adoleſcentia tua vſq; in præſens. Surrexit er
go rex, & ſedit in porta. Et omni populo nuntiatũ eſt, ꝙ rex ſederet in porta. Venitq; vniuer
ſa multitudo corã rege, Iſrahel aũt fugit in tabernacula ſua. Omnis quoq; populus certabat in
cũctis tribubus Iſrahel, dicens: Rex liberauit nos de manu inimicoꝝ noſtroꝝ, ipſe ſaluauit nos
de manu Philiſtinoꝝ, & nũc fugit de terra propter Abſalom. Abſalom aũt quem vnximus ſu
per nos, mortuus eſt in bello. Vſquequo ſiletis & non reducitis regem? Et conſiliũ totius Iſra- C
hel venit ad regem. Rex vero Dauid miſit ad Sadoch & Abiathar ſacerdotes, dicens: Loqui
mini ad maiores natu Iuda, dicẽtes: Cur veniſtis nouiſſimi, ad reducendũ regem in domũ ſuã?
Sermo aũt omnis Iſrahel peruenerat ad regem, vt reducerẽt eũ in domũ eius, quia dixerat eis:
Hæc dicetis ad populũ Iuda: Frẽs mei vos, os meũ, & caro mea vos. Quare nouiſſimi reducitis
regem? Et Amaſæ dicite: Nonne os meũ, & caro mea es? Hæc faciat mihi deus, & hæc addat,
Si non magiſter militiæ fueris corã me omni tpe, pro Ioab. Et inclinauit cor omnium viroꝝ
1.Reg.1.b, Iuda, q̃ſi viri vnius. Miſerũtq; ad regem, dicentes: Reuertere tu & omnes ſerui tui. Et reuer-
ſus eſt rex. Et venit vſq; ad Iordanem, & omnis Iuda venit vſq; in Galgala, vt occurreret regi
& traduceret eũ Iordanem. Feſtinauit aũt Semei filius Gera, filij Iemini, de Bahurim, & deſcen
dit cũ viris Iuda in occurſum regis Dauid, cum mille viris de Beniamin, & Siba puer de domo
Saul, & qndecim filij eius, ac viginti ſerui erãt cũ eo, & irrũpentes Iordanem, ante regem trãſ- D
Supra.16.b ierũt vada, vt traducerent in domũ regis, & facerent iuſſionẽ eius. Semei aũt filius Gera pro-
ſtratus corã rege, cũ iam trãſiſſet Iordanem, dixit ad eũ: Ne reputes mihi dñe mi, iniqtatem,
neq; memineris iniuriaꝝ ſerui tui, in die qua egreſſus es domine mi rex de Hieruſalem, neque
ibidem ponas rex in corde tuo. Agnoſco enim ſeruus tuus pctm̃ meũ, & idcirco hodie primus veni de
omni domo Ioſeph, deſcendiq; in occurſum domini mei regis. Reſpondens vero Abiſai fili-
us Seruiæ, dixit: Nunqd pro his verbis nõ occidet Semei, q maledixit Chriſto domini? Et ait
Dauid: Quid mihi, & vobis filij Saruiæ? Cur efficimini mihi hodie in ſathan? Ergone hodie in
terficiet vir in Iſrahel? An ignoro hodie me factũ regem ſup Iſrahel? Et ait rex Semei: Nõ mo
rieris: Iurauitq; ei. Mephiboſeth quoq; filius Saul deſcẽdit in occurſum regis illotis pedibus, E
& intonſa barba, veſtesq; ſuas non lauerat à die qua egreſſus fuerat rex, vſq; in diem reuerſio-
nis eius in pace. Cũq; occurriſſet regi, dixit ei rex: Quare non veniſti mecũ Mephiboſeth? Et
Hebr. impoſuit mihi. reſpondens ait: Dñe mi rex ſeruus meus * contempſit me. Dixi enim: Ego ſum famulus tuus
Supra.16 vt ſtaturem mihi aſinũ, vt aſcendẽs abirẽ cũ rege, claudus eñ ſum ſeruus tuus. Inſup & accuſa
Supra.14.d uit me ſeruũ tuũ ad te dñm meũ regẽ. Tu aũt dñe mi rex, ſicut angelus dei es, fac q̃d placitũ eſt
Gene.33.b. Heſt.15.d tibi. Neq; eñ fuit domus pr̃is mei, niſi morti obnoxia dño meo regi, tu aũt poſuiſti me ſeruũ
Supra.9.b tuũ inter conuiuas menſæ tuæ. Quid ergo hodie habeo iuſtæ querelæ, aut qd poſſum vltra vo
ciferari ad regẽ? Ait ergo ei rex. Quid vltra loqueris? Fixũ eſt q̃d locutus ſum. Tu & Siba, diui-
dite poſſeſſiones. Rñditq; Mephiboſeth regi. Etiã cũcta accipiat, poſtq̃ reuerſus eſt dñs meus
3.Reg.2.b rex pacifice in domũ ſuã. Berzillai quoq; Galaadites, ſenex valde, deſcendẽs de Rogelim, tra F
duxit regẽ Iordanẽ, paratus etiã vltra fluuiũ ꝓſequi eũ. Erat ãt Berzillai Galaadites ſenex val
de, id eſt, octogenarius, & ipſe ꝓbuit alimẽta regi, cũ moraret in caſtris. Fuit qppe vir diues ni
mis. Dixit itaq; rex ad Berzillai. Veni mecũ, vt requieſcas ſecurus in Hieruſalẽ. Et ait Berzil-
lai ad regẽ. Quot ſunt dies annoꝝ vitæ meæ, vt aſcendã cũ rege in Hieruſalẽ? Octogenarius
ſum hodie. Nunqd vigent ſenſus mei ad diſcernendũ ſuaue aut amaꝝ, aut delectare pót ſeruũ
tuũ cibus aut potus, vel audire poſſum vltra vocẽ cantoꝝ atq; cantricũ? Quare ſeruus tuus ſit
oneri dño meo regi? Paululũ ꝓcedã famulus tuus ab Iordane tecũ. Non indigeo hac viciſſitu-
dine, ſed obſecro, vt reuertar ſeruus tuus, & moriar in ciuitate mea, & ſepeliar iuxta ſepulchrũ
patris mei, & matris meæ. Eſt aũt ſeruus tuus Chamaam, ipſe vadat tecũ domine mi rex, & fac G
ei qcqd tibi bonũ videt. Dixit itaq; ei rex. Mecũ tranſeat Chamaã, & ego faciã ei qcqd tibi
placuerit, & omne q̃d petieris à me, impetrabis. Cũq; trãſiſſet vniuerſus populus. & rex, Iorda
nem, reſtitit, & oſculatus eſt rex Berzillai, & benedixit ei, & ille reuerſus ẽ in locũ ſuũ. Trãſiuit
ergo rex in Galgalã, & Chamaã cũ eo. Omnis aũt populus Iuda traduxerat regẽ, & media tm̃
pars affuerat de populo Iſrahel. Itaq; oẽs viri Iſrahel cõcurrentes ad regẽ, dixerũt ei. Quare
te furati ſunt fratres noſtri viri Iuda, & traduxerũt regem, & domũ eius Iordanem, oẽsq; viros
Dauid cũ eo? Et reſpondit oẽs vir Iuda ad viros Iſrahel. Quia mihi ꝓpior eſt rex. Cur ira-
ſceris ſup hac re? Nunqd comedimus aliqd ex rege, aut munera nobis data ſunt? Et reſpondit
vir Iſrahel ad viros Iuda, & ait. Decem partibus maior ego ſum apud regẽ, magiſq; ad me pti
Heb. vilipendiſti me. net Dauid q̃ ad te. Cur * feciſti mihi iniuriã, & non mihi nuntiatũ eſt priori, vt reducerem re-
gem meum? Durius autem reſponderunt viri Iuda filijs Iſrahel.

¶Seba

¶ Seba filius Bochri ſeparat Iſrael à Dauid, Ioab doloſe interficit Amaſam, caput Sebæ traditur Ioab, numerantur officiarij regis. Cap. XX.

A ACcidit quoq;, vt ibi eſſet vir Belial, nomine Seba, filius Bochri, vir Iemineus, & ceci
nit buccina, & ait: Non eſt nobis pars in Dauid, neq; hæreditas in filio Iſai. Reuer-
tere in tabernacula tua Iſrael. Et ſeparatus eſt omnis Iſrael à Dauid, ſecutuſq; eſt Se
ba filiũ Bochri. Viri aũt Iuda adhæſerunt regi ſuo, à Iordane vſq; Hieruſalẽ. Cũq;
veniſſet rex in domũ ſuã in Hieruſalẽ, tulit decẽ mulieres cõcubinas ſuas, quas dereliquerat ad
B cuſtodiendã domũ, & tradidit eas in cuſtodiam, alimenta eis præbens. Et nõ eſt ingreſſus ad
eas, ſed erãt clauſæ vſq; in diem mortis ſuæ, in viduitate viuentes. Dixit autem rex Amaſæ
Conuoca mihi omnes viros Iuda in diẽ tertiũ, & tu adeſto præſens. Abijt ergo Amaſa, vt cõ- Sup. 19.
uocaret Iudã. Et moratus eſt * extra palatiũ, quod ei cõſtituerat rex. Ait aũt Dauid ad Abi Hebr. ultra
ſai: Nunc magis afflicturus eſt nos Seba, filius Bochri, q̃ Abſalom. Tolle ergo ſeruos domini tempus.
tui, & perſequere eũ, ne forte inueniat ciuitates munitas, & effugiat nos. Egreſſi ſunt ergo cũ
C eo viri, Ioab, Cerethi quoq;, & Phelethi, & omnes robuſti exierunt de Hieruſalẽ ad pſequen
dum Seba, filiũ Bochri. Cumq; illi eſſent iuxta lapidẽ grandẽ, qui eſt in Gabaon, Amaſa veni-
ens occurrit eis. Porrò Ioab erat veſtitus tunica ſtricta, ad menſurã habitus ſui, & deſuper ac-
cinctus gladio, dependente vſq; ad ilia, in vagina: qui * fabricatus leui motu egredi poterat, & Heb. exiit et cecidit
pcutere. Dixit itaq; Ioab ad Amaſam: Salue mi frater. Et tenuit manu dextera mentũ Ama 3. Reg. 2. a
ſæ, quaſi oſculans eũ. Porrò Amaſa nõ obſeruauit gladiũ quẽ habebat Ioab. Qui percuſſit eum
in latere, & effudit inteſtina eius in terrã, & mortuus eſt, nec ſecundũ vulnus appoſuit. Ioab
D aũt & Abiſai frater eius pſecuti ſunt Seba, filiũ Bochri. Interea quidã viri, cũ ſtetiſſent iuxta Sup. 2. f
cadauer Amaſæ, de ſocijs Ioab, dixerũt: Ecce qui eſſe voluit pro Ioab, comes Dauid. Amaſa
aũt conſperſus ſanguine, iacebat in media via. Vidit hoc quidã vir, q̃ ſubſiſteret omnis popu
lus ad vidẽdũ eũ, & amouit Amaſam de via in agrũ, operuitq; eũ veſtimẽto, ne ſubſiſterẽt trãſ
euntes propter eũ. Amoto ergo illo de via, trãſibat oĩs vir, ſequẽs Ioab, ad pſequendũ Seba,
E filiũ Bochri. Porrò ille [illegible] p oẽs tribus Iſrael, vſq; in Abelã, & in Bethmaacha, * oẽſq; vi Hebr. & oẽs loca Berim
ri electi, cõgregati fuerãt ad eũ. Venerũt itaq;, & oppugnabãt eũ in Abela, & in Bethmaa
cha, & circũdederũt munitiõibus ciuitatẽ, & obſeſſa eſt vrbs. Omnis aũt turba q̃ erat cũ Ioab
moliebaſ deſtruere muros. Et exclamauit mulier ſapiẽs de ciuitate: Audite, audite, dicite Io-
ab. Appropinqua huc, & loquar tecũ. Qui cũ acceſſiſſet ad eã, ait: Tu es Ioab? Et ille reſpõdit:
Ego. Ad quẽ ſic locuta eſt: Audi ſermones ancillæ tuæ. Qui reſpondit: Audio. Rurſumq; illa.
Sermo (inquit) dicebaſ in * veteri prouerbio. Qui interrogãt, interrogẽt in Abela, & ſic perfi He. principio
ciebant. * Nõne ego ſum q̃ reſpõdeo veritatẽ in Iſrael, & tu q̃ris ſubuertere ciuitatẽ, & euer- Heb. Ego pacifica ac fidelis.
F tere matrẽ in Iſrael? Quare pcipitas hæreditatẽ dñi? Rñdenſq; Ioab, ait: Abſit, abſit hoc à me
nõ pcipito, neq; demolior. Nõ ſe ſic habet res, ſed homo de mõte Ephraim, Seba, fili⁹ Bochri
cognomine, leuauit manũ ſuã cõtra regẽ Dauid. Tradite illũ ſolũ, & recedemus à ciuitate. Et
ait mulier ad Ioab: Ecce caput eius mitteſ ad te per murũ. Ingreſſa eſt ergo ad omnẽ populũ, Sup. 2. g
& locuta eſt eis ſapienter. Qui abſciſſum caput Sebæ, filij Bochri, proiecerũt ad Ioab. Et ille ce Sup. 8. d
cinit tuba, & receſſerũt ab vrbe, vnuſquiſq; in tabernacula ſua. Ioab aũt reuerſus eſt in Hieru-
ſalẽ ad regẽ. Fuit ergo Ioab ſup omnẽ exercitũ Iſrael. Bananias aũt filius Ioiadæ, ſup Cere-
thæos & Phelethæos, Adurã vero ſup tributa. Porro Ioſaphat filius Ahilud, à cõmẽtarijs. Si-
ba aũt ſcriba. Sadoch vero & Abiathar ſacerdotes, Hiram autẽ Iairites erat ſacerdos Dauid.

¶ Fames trium annorum, Vltio ſcelerum Saulis, in ſeptem filios eiuſdem cruce ſuffixos, Quatuor inſignia bella Dauid aduerſus Philiſtæos. Cap XXI.

A FActa eſt quoq; fames in diebus Dauid tribus annis iugiter. Et cõſuluit Dauid oracu-
lũ dñi. Dixitq; dñs: Propter Saul, & domum eius ſanguinũ: quia occidit Gabaonitas.
Vocatis ergo Gabaonitis, rex dixit ad eos. Porro Gabaonitæ non erãt de filijs Iſrael:
ſed reliquiæ amorræorũ. Filij quippe Iſrael iurauerãt eis, & voluit Saul percutere eos
zelo, q̃ſi pro filijs Iſrael & Iuda. Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas. Quid faciã vobis, & quod
erit veſtri piaculũ, vt benedicatis hæreditati dñi? Dixerũtq; ei Gabaonitæ: Nõ eſt nobis ſup
argẽto & auro quæſtio, ſed cõtra Saul & cõtra domũ eius, neq; volumus vt interficiaſ homo
B de Iſrael. Ad q̃s rex ait: Quid ergo vultis vt faciã vobis? Qui dixerũt regi: Virũ q attriuit nos,
& oppreſſit iniquè, ita delere debemus, vt nec vnus quidẽ reſiduus ſit de ſtirpe eius, in cunctis
finibus Iſrael. Dentur nobis ſeptẽ viri de filijs eius, vt crucifigamus eos dño, in Gabaa Saul quon
dã electi dñi. Et ait rex: Ego dabo. Pepercitq; rex Mephiboſeth filio Ionathæ, filij Saul, pro-
pter iuſiurãdum dñi, quod fuit inter Dauid & Ionathã, filiũ Saul. Tulit itaq; rex duos filios 1. Reg. 18. a
Reſpha, filiæ Aia, quos peperit Saul, Armoni, & Mephiboſeth, & quinq; filios Michol, filiæ
Saul, q̃s genuerat Hadrieli filio Berzillai, q fuit de Maholathi, & dedit eos in manu Gabaoni-
tarũ. Qui crucifixerũt eos in mõte corã dño. Et ceciderũt hi ſeptẽ, ſimul occiſi, in diebus meſ-
ſis primæ, incipiẽte meſſione hordei. Tollẽs aũt Reſpha, filia Aia, * ciliciũ, ſubſtrauit ibi ſupra Heb. ſaccum

r petram

petrã, ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de cœlo, & non dimisit aues lacerare eos
per diẽ, neqꝫ bestias per noctẽ. Et nuntiata sunt Dauid, quæ fecerat Respha, filia Aia, concu- C
bina Saul. Et abijt Dauid, & tulit ossa Saul, & ossa Ionathæ filij eius, à viris Iabes Galaad, qui
furati fuerãt ea de platea Bethsan, in qua suspenderãt eos Philistijm, cũ interfecissent Saul in
monte Gelboe. Et asportauit inde ossa Saul, & ossa Ionathæ filij eius, & colligentes ossa eoꝝ,
qui affixi fuerãt, sepelierũt ea cũ ossibus Saul, & Ionathæ filij eius, in terra Beniamin, in latere
in sepulchro Cis patris eius. Feceruntqꝫ omnia quæ pceperat rex. Et repropitiatus est deus
terræ post hæc. Factũ est aũt rursum præliũ Philistinoꝝ aduersum Israel, & descendit Da
uid, & serui eius cũ eo, & pugnabãt cõtra Philistijm. Deficiẽte aũt Dauid, Iesbidenob, qui fuit
He. gigãteo, & sic in aliis de genere * Arapha, cuius ferrũ hastæ trecentas vncias appẽdebat, & accinctus erat ense no-
uo, nisus est percutere Dauid. Præsidioqꝫ ei fuit Abisai, filius Seruiæ, & percussum Philistæũ
1. Reg. 17. a interfecit. Tunc iurauerunt viri Dauid, dicẽtes: Iam nõ egredieris nobiscũ in bellũ, ne extin-
Sup. 18. a guas lucernã Israel. Secundũ quoqꝫ bellũ fuit in Nob, cõtra Philistæos. Tunc percussit So- C
1. para. 20 bochai, de Husathi, Sephi de stirpe Arapha. Tertiũ quoqꝫ fuit bellum in Gob, cõtra Phili-
He. Elhanan stæos, in quo pcussit * Adeodatus, filius * saltus, polymitarius, Bethlehemites, Goliath Ge-
He. nemoris, i. sanctuarij textorum thæum, cuius hastile hastæ erat quasi liciatoriũ texentiũ. Quartũ bellũ fuit in Geth, in quo
vir fuit excelsus, q senos in manibus, pedibusqꝫ habebat digitos, id est vigintiquatuor, & erat
de origine Arapha, & blasphemauit Israel. Percussit aũt eũ Ionathas, filius Semmai, fratris Da
uid. Hi quatuor nati sunt de Arapha in Geth, & ceciderũt in manu Dauid, & seruoꝝ eius.

¶ Canticum Dauid pro liberatione ab omnibus inimicis suis. Cap. XXII.

LOcutus est aũt Dauid dño verba carminis huius, i die q̃ liberauit eũ dñs de manu oĩm A
inimicoꝝ suoꝝ, & de manu Saul. Et ait. Dñs petra mea, & robur meũ, & saluator
Psal. 17 meus. Deus dñs fortis meus, & sperabo in eũ. Scutũ meũ, & cornu salutis meæ, eleua
tor me°, & refugiũ meũ, saluator meus, de iniqtate liberabis me. Laudabilẽ iuocabo
dñm, & ab inimicis meis saluus ero. Quia circũdederũt me cõtritiões mortis, torrẽtes Belial
He. dolores terruerũt me. * Funes inferi circũdederũt me, pueneruntme laquei mortis. In tribulatione
mea inuocabo dñm, & ad deũ meũ clamabo. Et exaudiet de tẽplo sancto suo vocẽ meã, & cla
He. cœloꝝ mor meus veniat ad aures eius. Cõmota est & cõtremuit terra, & fundamẽta * montiũ con-
cussa sunt, & cõquassata: qm̃ iratus est eis dñs. Ascẽdit fumus de naribus eius, & ignis de ore
eius volauit, carbones succẽsi sunt ab eo. Et inclinauit cœlos & descẽdit, & caligo sub pedibus
eius. Et ascẽdit sup Cherubim & volauit, & lapsus est sup pennas venti. Posuit tenebras in B
circũitu suo latibulũ, cribrãs aquas de nubibus cœloꝝ. Præ fulgore in cõspectu eius, nubes,
succẽsi sunt carbones ignis. Tonabat de cœlo dñs, & excelsus dabat vocẽ suã. Misit sagittas
suas, & dissipauit eos, fulgura, & cõsumpsit eos. Et apparuerũt effusiões maris, & reuelata sunt
fundamẽta orbis ab increpatiõe dñi, ab inspiratiõe spũs furoris eius. Misit de cœlo & assum
psit me, & extraxit me de aquis multis. Liberauit me ab inimico meo potẽtissimo, & ab his
q oderãt me: qm̃ robustiores me erãt. Præuenit me in die afflictiõis meæ, & factus est dñs fir-
niamẽtũ meũ. Et eduxit me in latitudinẽ, liberauit me: qa cõplacui ei. Retribuet mihi dñs se
Ibidem cundũ iustitiã meã, & secũdũ mũditiã manuũ meaꝝ reddet mihi. Quia custodiui vias dñi, &
nõ egi impie a deo meo. Oĩa em̃ iudicia eius in cõspectu meo, & pcepta eius nõ amoui a me.
Et ero pfectus corã eo, & custodiã me ab iniqtate mea. Et restituet mihi dñs secũdũ iustitiã C
meã, & secũdũ mũditiã manuũ meaꝝ, in cõspectu oculoꝝ suoꝝ. Cũ sancto scũs eris, & cũ ro
busto pfectus, & cũ electo, electus eris, & cũ puerso puerteris. Et populũ pauperẽ saluũ fa-
cies, oculisqꝫ tuis excelsos humiliabis. Quia tu lucerna mea dñe, & tu dñe illuminabis tenebras
Psal. 17. & meas. In te em̃ currã accinctus, in deo meo trãsiliã muꝝ. Deus imaculata via eius, eloquiũ
Psal. 143 dñi, igne examinatũ, scutũ est oĩm sperantiũ in se. Quis est deus pter dñm, & qs deus fortis,
Psal. 17 præter deũ nostrũ? Deus q accinxit me fortitudine, & cõplanauit pfectã viã meã. Coæ-
He. contritus arcus, &c. quãs pedes meos ceruis, & sup excelsa mea statuẽs me. Docẽs manus meas ad pliũ, & * cõpo
Heb. tua nẽs quasi arcũ æreũ brachia mea. Dedisti mihi clypeũ salutis tuæ, & mãsuetudo * mea mul-
tiplicauit me. Dilatasti gressus meos subtus me, & nõ deficiẽt tali mei. Persequar inimicos
meos & cõterã, & nõ reuertar donec cõsumã eos. Cõsumã eos, & cõfringã, vt nõ cõsurgant
cadẽt sub pedibus meis. Accinxisti me fortitudine ad pliũ, incuruasti resistẽtes mihi, subtus D
me. Inimicos meos dedisti mihi dorsum, odiẽtes me, & disperdã eos. Clamabũt, & nõ erit
q saluet, ad dñm, & non exaudiet eos. Delebo eos vt puluerẽ terræ, q̃si lutũ plateaꝝ cõminuã
eos, atqꝫ cõfringã. Saluabis me a cõtradictiõibus populi mei, custodies me in caput gẽtium.
He. mouebuntur a clausuris suis Populus quẽ ignoro, seruiet mihi, filij alieni resistẽt mihi, auditu auris obedient mihi. Filij
alieni defluxerũt, & * cõtrahent in angustijs suis. Viuit dñs, & bñdictus deus meus, & exal-
tabit deus, fortis salutis meæ. Deus q das vindictas mihi, & deijcis populos sub me. Qui edu-
Roma. 15. b cis me ab inimicis meis, & a resistẽtibus mihi eleuas me, a viro iniquo liberabis me. Propterea
Psalmo. 17 cõfitebor tibi dñe in gẽtibus, & nomini tuo cãtabo. Magnificãs salutes regis sui, & faciẽs mi
sericordiã Christo suo Dauid, & semini eius vsqꝫ in sempiternum.

¶Nouissima verba humiliati Dauid, catalogus fortium eius. Cap. XXIII.

A HAec autem sunt verba nouissima, quæ dixit Dauid filius Isai. Dixit vir * cui cõsti-
tutum est de Christo dei Iacob, egregius psaltes Israel. Spiritus domini locutus est
per me, & sermo eius per linguã meam dixit. Deus Israel mihi locutus est, fortis
Israel. Dominatur hominum iustus, dominator in timore dei. Sicut lux auro-
ræ oriente sole mane absq; nubibus rutilat, & sicut pluuijs germinat herba de terra. Nec
* tanta est domus mea apud deum * vt pactum æternum iniret mecũ, firmum in omnibus, at-
q; munitum. Cuncta enim salus mea, & omnis voluntas: nec est quicq̃ ex eo quod nõ ger-
minet. Præuaricatores autem quasi spinæ euellẽtur vniuersi, quæ non tolluntur manibus.
Et si quis tãgere voluerit eas, armabitur ferro, & ligno lanceato, igneq; succensæ combu-
rentur vsq; ad nihilũ. Hæc sunt nomina fortiũ Dauid. Dauid sedet in cathedra sapientissi-
mus princeps inter tres. Ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfe-
B cit impetu vno. Post hunc Eleazar, filius patrui eius, Ahohites, inter tres fortes, qui erãt cũ
Dauid, quãdo exprobrauerunt Philistijm, & congregati sunt illuc in præliũ. Cũq; ascendis-
sent filij Israel, ipse stetit, & percussit Philistæos, donec deficeret manus eius, & obrigesceret
cũ gladio. Fecitq; dominus salutẽ magnã in die illa, & populus qui fugerat, reuersus est ad cæ
sorum spolia detrahenda. Et post hunc Semma filius Aghæ, * de Arari. Et cõgregati sunt
Philistijm in statione. Erat quippe ibi ager lente plenus. Cumq; fugisset populus à facie Phi
listijm, stetit ille in medio agri, & tutatus est eum. Percussitq; Philistæos, & fecit dñs salutem
magnã. Necnon & ante descenderãt tres qui erãt principes inter triginta, & venerãt tem-
pore messis ad Dauid, in speluncã Odollã. Castra aũt Philistinorum erãt posita in valle gigã-
tum, & Dauid erat in præsidio. Porro statio Philistinorũ tunc erat in Bethlehem. Desidera-
C uit ergo Dauid aquã de lacu, & ait. O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in
Bethlehem iuxta portã. Irruperunt ergo tres fortes castra Philistinorũ, & hauserũt aquã de ci
sterna Bethlehẽ, quæ erat iuxta portã, & attulerunt ad Dauid, at ille noluit bibere, sed libauit
eã dño, dicẽs: Propitius sit mihi dñs, ne faciã hoc. Nũ sanguinẽ hominũ istorũ q profecti sunt
& animarũ periculũ bibã? Noluit ergo bibere. Hæc fecerũt tres robustissimi. Abisai quoq; fra
ter Ioab, filius Saruiæ, princeps erat de tribus. Ipse est qui leuauit hastã suã contra trecentos,
quos interfecit, nominatus in tribus, & inter tres nobilior, eratq; eorũ princeps: sed vsq; ad
D tres * primos nõ puenerat. Et Banaias, filius Ioiadæ, viri fortissimi magnorũ operũ de Cab
seel. Ipse percussit duos leones Moab, & ipse descẽdit, & pcussit leonem in media cisterna, in
diebus niuis. Ipse quoq; interfecit virũ Aegyptiũ, virũ dignũ spectaculo, habentẽ in manu ha
stã. Itaq; cũ descẽdisset ad eũ in virga, vi extorsit hastã de manu Aegyptij, & interfecit eũ ha-
sta sua. Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ. Et ipse nominatus inter tres robustos, q erãt inter tri-
ginta nobiliores, verũtamen vsq; ad tres nõ peruenerat. Fecitq; eũ sibi Dauid auriculariũ a se
creto. Asael frater Ioab inter triginta Elhanan filius patrui eius de Bethlehem. Semma de
Arodi. Elica de Harodi. Heles de Phalti. Ira filius Acces de Thecua. Abiezer de Anathoth.
Mebõnai de Husathi, Selmon Ahohites. Maharai Netophathites. Heleb filius Banaa, & ipse
Netophathites. Itai filius Ribai de Gabaath filiorũ Beniamin. Banai Pharathonites. Hedai de
torrẽte Gaas. Abialbon Arbathites, Asamaueth de Berhaomi, Eliaba de Saalboni. Filij Iasen,
Ionathan, & Semma de Horodi. Ahiam filius Sarar Ararite. Eliphelet filius Ahasbai filij Ma
achati. Eliam filius Achitophel Gelonites. Hesrai de Carmelo. Phaarai de Arbi. Igaal filius
Nathan, de Soba. Boni de Gaddi. Selec de Ammoni. Naarai Berothites, armiger Ioab, filij
Saruiæ. Hira Iethrites. Gareb, & ipse Iethrites. Vrias Hethæus. Omnes triginta septem.

¶Israel ob numeratum a Dauid populum, percutitur peste, intereunt triduo se-
ptuaginta milia virorum. Cap. XXIIII.

A ET addidit furor dñi irasci contra Israel, commouitq; Dauid in eis, dicentem ad Ioab.
Vade numera Israel & Iudã. Dixitq; rex ad Ioab principem exercitus sui. Perambu
la omnes tribus Israel, a Dan vsq; ad Bersabee, & numera populum, vt sciam nume-
rum eius. Dixitq; Ioab regi. Adaugeat dominus deus tuus ad populum tuum quan-
tus nunc est, iterumq; centuplicet in cõspectu domini mei regis. Sed quid sibi dominus meus
rex vult in re huiuscemodi? Obtinuit autem sermo regis verba Ioab, & principũ exercitus.
B Egressusq; est Ioab & principes militũ a facie regis, vt numerarent populũ Israel. Cũq; per
transissent Iordanem, venerunt in Aroer, ad dextram vrbis quę est in valle Gad, & per Iazer
transierunt in Galaad, & in terrã inferiorem * Hodsi, & venerunt in Dan syluestria. Circum-
euntesq; iuxta Sydonem, trãsierunt prope mœnia Tyri, & omnem terrã Heuæi & Chana-
næi, veneruntq; ad meridiẽ Iuda in Bersabee. Et lustrata vniuersa terra affuerunt post nouẽ
menses, & viginti dies, in Hierusalem. Dedit ergo Ioab numerum descriptionis populi regi.
Et inuenta sunt de Israel octingenta milia virorum fortium, qui educerent gladiũ, & de Iuda
quingenta milia pugnatorũ. Percussit ergo cor Dauid eum, postq̃ numeratus est populus.

[Margin notes, left:] 93. dis. c. q ec clesiasticus. § hic etiã Dauid — 41. dist. ca. 2 de pæ. dist. 3 c. ut cogno- uerũt. § nõ- ne etiã Dauid — 1. q. 4. c. eccle sia. §. ubi Da uid.

[Margin notes, right:] He. constitu tus excelsus, Christus dei Iacob. — Hebr. sic — He. q pa- ctũ seculi po suit mihi — 1. para. 11. b — Heb. a mõ- tibus. — primos. He. nõ habet, sub audis tamen — 1. para. 21. a — Heb. nouã & venerunt in Danian,

Et dixit Dauid ad dñm: Peccaui valde in hoc facto, sed precor dñe vt transferas iniquitatem
serui tui: qa stulte egi nimis. Surrexit itaq; Dauid mane, & sermo dñi factus est ad Gad pro-
phetã, & videntẽ Dauid, dicens: Vade & loquere ad Dauid. Hæc dicit dñs. Trium tibi datur
optio. Elige vnũ quod volueris ex his, vt faciã tibi. Cũq; venisset Gad ad Dauid, nuntiauit ei
dicẽs: Aut septẽ annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus mẽsibus fugies aduersarios tuos
& isti te persequẽtur: aut certe tribus diebus erit pestilẽtia in terra tua. Nunc ergo delibera, C
& vide quẽ respondeã ei qui me misit sermonẽ. Dixit aũt Dauid ad Gad. Coartor nimis, De call. dist.
sed melius est vt incidã in manus dñi (multæ enĩ misericordiæ eius sunt) q̃ in manus hominũ. c.5. in uer. p
Danie. 13. c Immisitq; dñs pestilentiã in Israel, de mane vsq; ad tẽpus constitutũ. Et mortui sunt ex popu hibitus in gl.
Philip. 1. c lo à Dan vsq; ad Bersabee, septuaginta milia viroꝝ. Cumq; extendisset manũ suã angelus dñi de pe. dist. a
1. para. 21. b super Hierusalẽ, vt disperderet eã, misertus dñs super afflictionẽ, & ait angelo percutiẽti po- c. ut cogno-
pulũ. Sufficit nũc, cõtine manũ tuã. Erat aũt angelus dñi iuxta areã Araunæ Iebusæi. Dix- uerunt. §. fu
itq; Dauid ad dñm cũ vidisset angelũ cædentẽ populũ. Ego sum q peccaui, & ego iniquè egi: gerat autem
isti qui oues sunt, qd fecerunt? Vertatur, obsecro, manus tua cõtra me, & contra domũ patris & ca. nũquid D
mei. Venit aũt Gad propheta ad Dauid in die illa, & dixit ei. Ascẽde, & cõstitue altare dño in eCui Dauid.
area Araunæ Iebusæi. Et ascẽdit Dauid iuxta sermonẽ Gad, quẽ præceperat ei dñs. Conspi-
ciensq; Arauna, animaduertit regẽ & seruos eius trãsire ad se. Et egressus adorauit regẽ pro-
no vultu in terrã, & ait: Quid causæ est, vt veniat dñs meus rex, ad seruũ suũ? Cui Dauid ait.
Vt emã à te areã, & ædificem altare dño, & cesset interfectio quæ grassatur in populo. Et ait
Heb. tribulas Arauna ad Dauid. Accipiat & offerat dñs meus rex, sicut placet ei. Habes boues in holocaustũ
& instrumẽ- &* plaustrũ, & iuga boũ in vsum lignoꝝ. Omnia dedit Arauna regi. Dixitq; Arauna ad regẽ
ta boum in Dñs deus tuus suscipiat votũ tuũ. Cui respondẽs rex, ait. Nequaq̃ vt vis, sed emam pretio à te,
ligna. & non offerã dño deo meo holocausta gratuita. Emit ergo Dauid areã, & boues, argẽti si-
clis quinquaginta, & ædificauit ibi Dauid altare dño, & obtulit holocausta & pacifica. Et p-
pitiatus est dominus terræ, & cohibita est plaga ab Israel.

FINIS.

LIBER PRIMUS MALACHIM.

Id est, Regum Tertius.

¶Seni Dauid quæritur Abisag adulescentula, Adonias inscio patre occupat regnum, vngitur Salomon, fugit Adonias. Cap. .I.

Infr. eodem T REX DAVID SENVERAT, HABEBATQVE A
ætatis plurimos dies. Cũq; operiretur vestibus, nõ calefiebat. Dixe-
rũt ergo ei serui sui: Quæramus dño nr̃o regi adolescẽtulã virginẽ,
& stet corã rege & foueat eũ, dormiatq; ĩ sinu suo, & calefaciat dñm
nostꝝ regẽ. Quæsierunt igitur adolescẽtulã speciosam, in omnibus
finibus Israel, & inuenerunt Abisag Sunamitẽ, & adduxerunt eã ad
regẽ. Erat autẽ puella pulchra nimis. Dormiebatq; cum rege, & mi
nistrabat ei. Rex vero non cognouit eã. Adonias aũt filius Hagith
eleuabat, dicẽs: Ego regnabo. Fecitq; sibi currũ, & equites, & quin-
quaginta viros, qui currerent ante eũ. Nec corripuit eum pater suus aliquando, dicẽs: Quare 47. di. c. sicut
hoc fecisti? Erat aũt & ipse pulcher valde, secũdus natu post Absalom: & sermo eius cũ Ioab, hi. §. necessa
Heb. Rei & filio Saruiæ, & cũ Abiathar sacerdote, qui adiuuabãt partes Adoniæ. Sadoch vero sacerdos,
fortes Dauid & Banaias filius Ioiadæ, & Nathan propheta, & Simei, & * Cerethi, & Phelethi, & omne ro-
&c. & rei sic bur exercitus Dauid, nõ erãt cũ Adonia. Immolans ergo Adonias arietibus, & vitulis, & vni B
socii.
Infr. eodem uersis pinguibus, iuxta lapidẽ Zoheleth, qui erat vicinus fonti Rogel, vocauit vniuersos frẽs
suos, filios regis, & oẽs viros Iuda seruos regis. Nathan autẽ prophetã, & Banaiã, & robustos
quosq;, & Salomonẽ fratrẽ suũ nõ vocauit. Dixit itaq; Nathan ad Bathsaba matrẽ Salomo
nis: Nũ audisti q regnauerit Adonias filius Hagith, & dñs noster Dauid hoc ignorat? Nũc er
go veni, accipe cõsiliũ à me, & salua animã tuã, filijq; tui Salomonis. Vade, & ingredere ad re
gẽ Dauid, & dic ei. Nõne tu dñe mi rex iurasti mihi ancillæ tuæ, dicens, q Salomon filius tuus
regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo? Quare ergo regnat Adonias? Et adhuc ibi te
loquẽte cũ rege, ego veniã post te, & cõplebo sermões tuos. Ingressa est itaq; Bathsaba ad C
regem in cubiculo. Rex aũt senuerat nimis, & Abisag Sunamitis ministrabat ei. Inclinauit se
Bathsaba & adorauit regẽ. Ad quã rex: Quid tibi (inqt) vis? Quæ rñdens, ait: Dñe mi rex tu iu
rasti p dñm deũ tuũ ancillæ tuæ, Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio
meo, & ecce nũc Adonias regnat, te dñe mi rex ignorãte. Mactauit boues & pinguia q̃q;, &
arietes plurimos, & vocauit oẽs filios regis, Abiathar quoq; sacerdotẽ, & Ioab principẽ mili-
tiæ, Salomonẽ aũt seruũ tuũ non vocauit. Veruntamen dñe mi rex, in te oculi respiciũt totius
Israel,

Israel, vt indices eis, qs sedere debeat in solio tuo, dñe mi rex post te. Eritq; cũ dormierit dñs
meus rex cũ patribus suis, erimus ego & filius meus Salomon peccatores. Adhuc illa loquen-
D te cũ rege, Nathan propheta venit. Et nuntiauerunt regi, dicẽtes. Adest Nathan propheta.
Cumq; introisset in conspectu regis, & adorasset eum pronus in terrã, dixit Nathan. Domi-
ne mi rex, tu dixisti: Adonias regnet post me, & ipse sedeat super thronũ meũ? Quia descẽdit
hodie, & immolauit boues & pinguia, & arietes plurimos, & vocauit vniuersos filios regis, &
principes exercitus, Abiathar quoq; sacerdotẽ. Illisq; vescentibus & bibẽtibus corã eo, & di
centibus: Viuat rex Adonias, me seruũ tuũ, & Sadoch sacerdotẽ, & Banaiã filiũ Ioiadæ, & Sa
lomonẽ famulũ tuũ non vocauit. Nunquid à dño meo rege exiuit hoc verbũ, & mihi nõ indi
casti seruo tuo, quis sessurus esset super thronũ dñi mei regis post eũ? Et respõdit rex Dauid
v.q.i.c. Moyses ibi Salomonẽ instituit in glo. dicẽs: Vocate ad me Bathsaba, quæ cũ fuisset ingressa corã rege, & stetisset ante eũ, iurauit rex
& ait: Viuit dñs qui eruit animã meã de omni angustia, q a sicut iuraui tibi per dñm deũ meũ
Israel, dicens: Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super soliũ meũ pro me, sic
E faciã hodie. Summissoq; Bathsaba in terrã vultu, adorauit regẽ dicẽs: Viuat dñs meus rex Da
uid in æternũ. Dixit quoq; rex Dauid: Vocate mihi Sadoch sacerdotẽ & Nathã prophetã,
& Banaiam filiũ Ioiadæ. Qui cũ ingressi fuissent corã rege, dixit ad eos. Tollite vobiscũ ser-
uos dñi vestri, & imponite Salomonẽ filiũ meũ super mulã meã, & ducite eũ in Gihon, & vn
gat eũ ibi Sadoch sacerdos, & Nathan propheta, in regẽ super Israel. Et canetis buccina, atq;
dicetis: Viuat rex Salomon. Et ascendetis post eũ, & venietis in Hierusalẽ, & sedebit super so
lium meũ, & ipse regnabit pro me, illiq; præcipiã, vt sit dux super Israel, & super Iudã. Et res-
pondit Banaias, filius Ioiadæ, regi, dicens: Amẽ. sic loquatur dñs deus dñi mei regis. Quomo
do fuit dñs cũ dño meo rege, sic sit cũ Salomone, & sublimius faciat soliũ eius, à solio dñi mei
regis Dauid. Descendit ergo Sadoch sacerdos, & Nathan propheta, & Banaias filius Ioia-
dæ, & Cerethi, & Phelethi, & imposuerũt Salomonẽ super mulã regis Dauid, & adduxerunt
F eũ in Gihon. Sumpsitq; Sadoch sacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonẽ. Et
70. dist. c. presbyter. §. hoc regulare. cecinerunt buccina, & dixit ois populus: viuat rex Salomon. Et ascendit vniuersa multitudo
post eũ, & populus canẽtiũ tibijs, & lætantiũ gaudio magno, & insonuit terra à clamore eorũ.
Audiuit autẽ Adonias, & omnes qui inuitati fuerant ab eo. Iamq; conuiuiũ finitũ erat. Sed sup. eod.
& Ioab audita voce tubæ, ait: Quid sibi vult clamor ciuitatis tumultuãtis? Adhuc illo loquẽ
te Ionathã, filius Abiathar sacerdotis, venit. Cui dixit Adonias. Ingredere, quia vir fortis es,
& bona nuntians. Respõditq; Ionathan Adoniæ, Nequaq̃, dñs enĩ noster rex Dauid, regẽ cõ-
stituit Salomonẽ. Misitq; cũ eo Sadoch sacerdotẽ, & Nathan prophetã, & Banaiã filiũ Ioiadę
& Cerethi, & Phelethi, & imposuerunt eũ super mulã regis, vnxeruntq; eũ Sadoch sacerdos
& Nathan propheta regẽ, in Gihon, & ascenderunt inde lætantes, & insonuit ciuitas. Hęc est
vox quã audistis. Sed & Salomon sedet super soliũ regni, & ingressi serui regis, benedixerunt
dño nostro regi Dauid, dicentes. Amplificet deus nomen Salomonis super nomen tuum, &
G magnificet thronũ eius super thronũ tuũ. Et adorauit rex Dauid in lectulo suo, insup & hæc
locutus est: Benedictus dñs deus Israel, qui dedit hodie sedentẽ in solio meo videntibus ocu-
lis meis. Territi sunt ergo, & surrexerũt omnes qui inuitati fuerãt ab Adonia, & iuit vnus-
quisq; in viã suã. Adonias aũt timens Salomonẽ, surrexit, & abijt in tabernaculũ dñi, tenuitq;
cornu altaris. Et nuntiauerunt Salomoni, dicẽtes. Ecce Adonias timens regẽ Salomonem, te
net cornu altaris, dicens. Iuret mihi rex Salomon hodie, q non interficiat seruũ suum gladio.
Dixitq; Salomon. Si fuerit vir bonus, non cadet, nec vnus quidẽ capillus eius in terrã: sin aũt
malũ inuentũ fuerit in eo, morietur. Misit ergo Salomon, & eduxit eũ ab altari, & ingressus
adorauit regẽ Salomonem. Dixitq; ei Salomon. Vade in domum tuam.

¶ Moritur Dauid, Adonias petita Abisag concubina patris, occiditur. Abiathar
priuatur sacerdotio. Semei & Ioab interficiuntur. Cap. II.

A Appropinquauerunt aũt dies Dauid vt moreretur, præcepitq; Salomoni filio suo di- Iosue.23.d
cens. Ecce ego ingredior viã vniuersæ terræ. Cõfortare, & esto vir fortis, & obser- Deut.31.b
ua vt custodias mandata dñi dei tui, vt ambules in vijs eius, & custodias cerimonias Iosue.1.d
eius, & præcepta eius, & iudicia, & testimonia, sicut scriptũ est in lege Moysi, vt in-
telligas omnia quæ facis, & quocunq; te verteris, vt cõfirmet dñs sermones suos quos locutus Heb. suas.
est de me, dicens. Si custodierint filij tui vias * meas, & ambulauerint corã me in veritate in
omni corde suo, & in omni anima sua, nõ auferet tibi vir de solio Israel. Tu quoq; nosti quę 2.Reg.3.e
fecerit mihi Ioab, filius Saruiæ, q̃ fecerit duobus principibus exercitus Israel, Abner filio Ner &.20.c
& Amasæ filio Iether, quos occidit, & effudit sanguinẽ belli in pace, & posuit cruorẽ prælij in
baltheo suo, qui erat circa lumbos eius, & in calceamẽto suo, quod erat in pedibus eius. Facies
B ergo iuxta sapiẽtiã tuã, & nõ deduces caniciẽ eius pacifice ad *inferos. Sed & filijs Berzillai Infr.19.f
Galaaditæ reddes gratiã, eruntq; comedẽtes in mensa tua. Occurrerunt enĩ mihi qñ fugiebã He. sepulchrum
à facie Absolom fratris tui. Habes quoq; apud te Semei, filium Gera, filij Iemini de Bahurim,

He. vehementi 3. Reg. 16. b ibidem, 19. c qui maledixit mihi maledictione * pessima, quãdiu ibã ad castra, sed qa descẽdit mihi in oc-
cursum cũ transirẽ Iordanẽ, & iuraui ei per dñm, dicens: Non te interficiã gladio, tu noli pati
eũ esse innoxiũ. Vir aũt sapiens es, vt scias quæ facies ei, deducesq́ canos eius cũ sanguine ad C
inferos. Dormiuit igitur Dauid cũ patribus suis, & sepultus est in ciuitate Dauid. Dies autẽ 1. Par. 29. f
A 2. Reg. 2. e quibus regnauit Dauid super Israel, quadraginta anni sunt. In Hebron regnauit septẽ annis, 1. q. 1. c. vnaquæq. § so-
& 5. e in Hierusalẽ trigintatribus. Salomon aũt sedit super thronũ Dauid patris sui, & firmatũ est ror. ibi appositus est ad
1. par. 29. f regnũ eius nimis. Et ingressus est Adonias filius Hagith, ad Bathsaba, matrẽ Salomonis. Quæ patres.
1. Reg. 16. a dixit ei: Pacificus ne est ingressus tuus? Qui respõdit: Pacificus. Addiditq́: Sermo mihi est ad
te. Cui ait: Loquere. Et ille: Tu (inqt) nosti quia meũ erat regnũ, & me pposuerat oĩs Israel si
bi in regẽ, sed translatũ est regnũ, & factũ est fratris mei. A dño eñ constitutũ est ei. Nunc er
go petitionẽ vnã deprecor à te, ne cõfundas faciẽ meã. Quæ dixit ad eũ: Loquere. Et ille ait:
Precor vt dicas Salomoni regi (neq; eñ negare tibi quicq̃ potest) vt det mihi Abisag Suna-
mitẽ vxorẽ. Et ait Bathsaba: Bene ego loquar pro te regi. Venit ergo Bathsaba ad regẽ Sa- D
lomonẽ, vt loqueret ei pro Adonia. Et surrexit rex in occursum eius, adorauitq́ eã, & sedit
sup thronũ suũ. Positusq́ est thronus matri regis, q̃ sedit ad dexterã eius. Dixitq́ ei: Petitio-
nẽ vnã paruulã deprecor à te, ne cõfundas faciẽ meã. Et dixit ei rex: Pete mater mea, neq; eñ
fas est, vt auertã faciẽ tuã. Quæ ait: Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor. Res-
ponditq́ rex Salomon, & dixit matri suæ: Quare postulas Abisag Sunamitẽ Adoniæ? postu
la ei & regnũ. Ipse ẽ eñ frater me⁹ maior me, & habet Abiathar sacerdotẽ, & Ioab filiũ Saruię.
Iurauitq́ rex Salomon per dñm, dicẽs: Hæc faciat mihi deus, & hæc addat, qa contra animã
suã locutus est Adonias verbũ hoc. Et nũc viuit dñs qui firmauit, & collocauit me sup soliũ
Dauid patris mei, & qui fecit mihi domũ sicut locutus est, qa hodie occidet Adonias. Misitq́
He. & irruit in eum. rex Salomon per manũ Banaiæ filij Ioiadæ, * q interfecit eũ, & mortuus est. Abiathar quoq;
sacerdoti dixit rex: Vade in Anathot ad agrũ tuũ. Et quidẽ vir mortis es, sed hodie te non in-
terficiã, quia portasti arcã dñi dei corã Dauid patre meo, & sustinuisti laborẽ in oĩbus in qui-
bus laborauit pater meus. Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt nõ esset sacerdos dñi, vt implere E
1. Reg. 2. f Sup. 1. g tur sermo dñi, quẽ locutus est sup domũ Eli in Silo. Venit aũt * nũtius ad * Salomonẽ, q̃ Ioab Heb. rumor ad Ioab de hoc fuit
He. absalom declinasset post Adoniã, & post * Salomonẽ nõ declinasset. Fugit ergo Ioab in tabernaculũ
dñi, & apprehẽdit cornu altaris. Nuntiatũq́ est regi Salomoni, q̃ fugisset Ioab in tabernacu
lũ dñi, & esset iuxta altare. Misitq́ Salomon Banaiã filiũ Ioiadæ, dicẽs: Vade interfice eum. Et
2. Reg. 3. e venit Banaias ad tabernaculũ dñi, & dixit ei. Hæc dicit rex, Egredere. Qui ait. Non egrediar,
2. Reg. 20. c sed hic moriar. Renuntiauit Banaias regi sermonẽ, dicens: Hæc locutus est Ioab, & hæc respõ
dit mihi. Dixitq́ ei rex: Fac sicut locutus est, & interfice eũ, & sepeli, & amouebis sanguinem
innocentẽ, qui effusus est à Ioab à me, & à domo patris mei, & reddet dñs sanguinẽ eius super F
caput eius, qa interfecit duos viros iustos, melioresq́ se, & occidit eos gladio, patre meo Da-
uid ignorãte, Abner filiũ Ner, principẽ militiæ Israel, & Amasam filiũ Iether, principẽ exer-
citus Iuda. Et reuertet sanguis illorũ in caput Ioab, & in caput seminis eius in sempiternũ. Da
uid aũt & semini eius & domui, & throno illius, sit pax vsq; in æternũ à dño. Ascendit itaq;
Banaias filius Ioiadæ, & aggressus eũ, interfecit, sepultusq́ est ĩ domo sua in deserto. Et cõsti
tuit rex Banaiã filium Ioiadæ pro eo sup exercitũ, & Sadoch sacerdotẽ posuit pro Abiathar.
2. Reg. 9 Sup. 16. d Misit quoq; rex, & vocauit Semei, dixitq́ ei. Aedifica tibi domum in Hierusalẽ, & habita ibi. Et
nõ ingredieris inde huc atq; illuc. Quacũq; aũt die egressus fueris, & trãsieris torrẽtẽ Cedron
scito te interficiendũ. Sanguis tuus erit super caput tuũ. Dixitq́ Semei regi. Bonus sermo. Si-
cut locutus est dñs meus rex, sic faciet seruus tuus. Habitauit itaq; Semei in Hierusalẽ diebus
multis. Factũ est aũt post annos tres, vt fugerẽt serui Semei ad Achis, filiũ Maacha, regem
Geth. Nuntiatũq́ est Semei, q̃ serui eius essent in Geth. Et surrexit Semei, & strauit asinũ suũ G
1 Reg. 16. b iuitq́ ad Achis in Geth, ad requirendũ seruos suos, & adduxit eos de Geth. Nuntiatũ est aũt
regi Salomoni, q̃ isset Semei in Geth de Hierusalẽ, & redijsset, & mittẽs vocauit eũ, dixitq́ il-
li. Nõne testificatus sum tibi per dñm, & pdixi tibi, quacunq; die egressus fueris huc & illuc,
scito te esse moriturũ? Et respondisti mihi. Bonus sermo quẽ audiui. Quare ergo nõ custodi-
sti iusiurandũ dñi, & pceptũ quod præceperã tibi? Dixitq́ rex ad Semei. Tu nosti omne ma-
lũ cuius tibi cõsciũ est cor tuũ, quod fecisti Dauid patri meo. Reddidit dñs malitiã tuã in ca-
put tuũ, & rex Salomon bñdictus, & thronus Dauid stabilis erit corã dño, vsq; in sempiternũ
Iussit itaq; rex Banaiæ filio Ioiadæ, qui aggressus percussit eum, & mortuus est.

¶Salomon ducit filiam Pharaonis vxorem. Apparet ei dominus. Dat ei sapien-
tiam. Iudicium eius de duabus meretricibus. Cap. III.

2. par. 1. a CONfirmatũ est igitur regnũ in manu Salomonis, & affinitate cõiunctus est Pharao A
ni regi Aegypti. Accepit nanq; filiã eius, & adduxit in ciuitatẽ Dauid, donec com-
pleret ædificãs domũ suã, & domum domini, & murũ Hierusalem per circuitũ.
Attamen populus immolabat in excelsis. Non eñ ædificatũ erat tẽplũ nomini dñi
vsque

vsq; in diem illum. Dilexit autem Salomon dñm ambulãs in præceptis Dauid patris sui, exce-
pto q̃d in excelsis immolabat, & accendebat thymiama. Abijt itaq; Salomon in Gabaon, vt
immolaret ibi. Illud q̃ppe erat excelsum maximũ. Mille hostias in holocaustum obtulit Salo
mon sup altare illud, in Gabaon. Apparuit aũt dñs Salomoni, p somniũ nocte, dicẽs: Postu-
la q̃d vis, vt dem tibi. Et ait Salomon: Tu fecisti cũ seruo tuo Dauid pr̃e meo misericordiã ma
gnã, sicut ambulauit in conspectu tuo, in veritate, & iustitia, & recto corde tecũ. Custodisti ei
misericordiã tuã grãdem, & dedisti ei filiũ sedentẽ sup thronũ eius: sicut est hodie. Et nũc dñe 1.Para.2.a
deus tu regnare fecisti seruũ tuum, pro Dauid pr̃e meo. Ego aũt sum puer paruulus, & ignorãs 2.Para.1.a. Sapie.9.d
B egressum & introitũ meũ, & seruus tuus in medio est populi, quẽ elegisti, populi infiniti, q̃ nu-
merari & supputari non potest præ multitudine. Dabis ergo seruo tuo cor docile: vt populũ
tuũ iudicare possit, & discernere inter bonũ, & malũ. Quis enĩ iudicare p̃t populũ istũ: populũ
tuũ hunc multũ? Placuit ergo sermo corã dño, q̃ Salomon postulasset huiuscemodi rem. Et
dixit dñs Salomoni: Quia postulasti verbũ hoc, & nõ petisti tibi dies multos, nec diuitias, aut
animas inimicorũ tuorũ: sed postulasti tibi sapiẽtiã: ad discernendũ iudiciũ, ecce feci tibi scd̃m
sermones tuos. Et dedi tibi cor sapiens & intelligens, intantũ vt nullus ante te similis tui fuerit
nec post te surrecturus sit. Sed & hæc quę non postulasti dedi tibi, diuitias scilicet & gloriã, vt 2.Para.1.
C nemo fuerit similis tui in regibus, cũctis retro diebus. Si autẽ ambulaueris in vijs meis, & cu- Heb. ecce somnium.
stodieris p̃cepta mea, & mãdata mea, sicut ambulauit pr̃ tuus, longos faciã dies tuos. Igit̃ eui
gilauit Salomon, & * intellexit q̃d esset somniũ. Cũq; venisset Hier̃lm, stetit corã arca fœderis
dñi, & obtulit holocausta, & fecit victimas pacificas, & grãde conuiuiũ vniuersis famulis suis.
Tunc venerũt duæ mulieres meretrices ad regẽ, steteruntq; corã eo, quarũ vna ait: Obsecro mi
dñe, ego & mulier hæc habitabamus in domo vna, & peperi apud eã in cubiculo. Tertia autẽ
die postq̃ ego peperi, peperit & hæc. Et eramus simul, nullusq; alius nobiscũ in domo, exce-
ptis nobis duabus. Mortuus est aũt filius mulieris huius nocte. Dormiens q̃ppe, oppressit eũ. Et
cõsurgẽs intẽpestæ noctis silẽtio, tulit filium meũ de latere meo ancillæ tuæ dormiẽtis, & col-
locauit in sinu suo, suũ aũt filiũ q̃ erat mortuus posuit in sinu meo. Cũq; surrexissem mane, vt da
D rẽ lac filio meo, apparuit mortuus. Quẽ diligẽtius intuẽs, clara luce dep̃hẽdi, nõ esse meũ quẽ
genuerã. Respõditq; altera mulier: Nõ est ita vt dicis, sed filius tuus mortuus ẽ, meus ãt viuit.
Ecõtrario illa dicebat: Mẽtiris. Filius q̃ppe meus viuit, & filius tuus mortuus ẽ. Atq; in hũc mo
dũ cõtendebãt corã rege. Tũc rex ait. Hæc dicit: Filius meus viuit, & filius tuus mortuus est. Et
ista r̃ndit: Nõ, sed filius tuus mortuus ẽ, meus ãt viuit. Dixit ergo rex: Afferte mihi gladiũ. Cumq; Luce.7.b
attulissent gladiũ corã rege. Diuidite (inq̃t) ĩfantẽ viuũ in duas p̃tes, & date dimidiã p̃tẽ vni &
dimidiã p̃tẽ alteri. Dixit ãt mulier cuius filius erat viuus, ad regẽ (cõmota q̃ppe sunt viscera eius
sup filio suo.) Obsecro dñe, date illi infantẽ viuũ, & nolite interficere eũ. Ecõtrario illa dice
bat. Nec mihi, nec tibi sit, sed diuidat̃. R̃ndit rex, & ait: Date huic infantẽ viuũ, & non occidat̃.
Hæc est enĩ mater eius. Audiuit itaq; oĩs Israhel iudicium q̃d iudicasset rex, & timuer̃t regẽ,
videntes sapientiã dei esse in eo, ad faciendum iudicium.

¶ Salomonis principes & præfecti, apparatus ciborũ, numerus equorũ, numerus para-
bolarum, & cætera. Ca. IIII.

A ERat aũt rex Salomon regnãs sup oẽm Israhel, & hi principes q̃s habebat. Azarias fili-
us Sadoch sacerdotis, Elihoreph, & Ahia, filij Sesa scribæ Iosaphat filius Ahilud à cõ-
mentarijs. Banaias filius Ioiadæ, sup exercitũ. Sadoch ãt, & Abiathar sacerdotes, Aza
rias filius Nathan sup eos q̃ assistebãt regi. Sabud filius Nathan sacerdos, amicus regis
& Ahisar p̃positus domus, & Adonirã filius Abda sup tributa. Habebat ãt Salomõ duodecim
præfectos sup omnẽ Israhel, q̃ præbebãt annonã regi, & domui eius. Per singulos enĩ menses
in anno, singuli necessaria ministrabãt. Et nomina eorũ. Ben Hur in monte Ephraim. Ben
Decar in Maces, & in Saalebim, in Bethsames, & in Elon, & Bethhanan. Ben Hesed in Aru-
both. Ipsius enim erat Socho, & oĩs terra Hepher. Ben Abinadab, cuius oĩs Naphath, Dor,
B Tapheth filiã Salomonis habebat vxorẽ. Baana filius Ahilud regebat Thaanach, & Maged-
do, & vniuersam Bethseã: quæ est iuxta Sarthana, subter Iezrael, à Bethseã vsq; Abel Mohola
è regione Iecmaã. Ben Geber in Ramoth Galaad, habebat Auothiair, filius Manasse in Ga-
laad. Ipse præerat in oĩni regione Argob, quæ est in Basan, sexaginta ciuitatibus magnis atq;
muratis: quæ habebãt seras æreas. Abinadab filius Addo præerat in Manaim. Achimaas in
Nephthali. Sed ipse habebat Bathsemath, filiã Salomonis in coniugio. Baana filius Husai, in
Aser, & in Baloth Iosaphat filius Pharuhæ, in Isaschar. Semei filius Ela, in Beniamin. Geber
filius Vri in terra Galaad, & in terra Seon regis Amorræi, & Og regis Basan, sup oĩa q̃ erat in
C illa terra. Iuda & Israhel innũerabiles sicut arena maris in multitudine, comedẽtes & bibẽtes
atq; lætãtes. Salomon ãt erat in ditiõe sua h̃ns oĩa regna secũ, à flumine terræ Philistijm vsq;
ad terminũ Aegypti, offerentiũ sibi munera, & seruientiũ ei cũctis diebus vitæ eius. Erat autẽ
cibus Salomonis p dies singulos, triginta chori similæ, & sexaginta chori farinæ, decẽ boues

r 4 pingues

pingues,& viginti boues pascuales,& centũ arietes,excepta venatõe ceruoꝝ,capraꝝ,atq; bu
baloꝝ,& auiũ altiliũ. Ipse eñ obtinebat oẽm regionẽ quę erat trãs flumẽ,q̃si à Taphsa vsq; ad
Gazã,& cũctos reges illaꝝ regionũ,& habebat pacẽ ex oĩni pte in circũitu. Habitabatq; Iuda
& Israhel absq; timore vllo,vnusq̃sq; sub vite sua,& sub ficu sua,à Dan vsq; Bersabee,cũctis die
bus Salomonis. Et habebat Salomon q̃draginta milia p̃sepia equoꝝ curruliũ,& duodecim
milia equestriũ,nutriebãtq; eos supradicti regis p̃fecti:sed & necessaria mensæ regis Salomo-
nis cũ ingenti cura p̃bebãt in tpe suo. Hordeũ quoq;,& paleas equoꝝ,& iumentoꝝ deferebãt
in locũ vbi erat rex,iuxta constitutũ sibi. Dedit quoq; deus sapientiã Salomoni,& prudẽtiã D
multã nimis,& latitudinẽ cordis,q̃si arenã quæ est in littore maris. Et p̃cedebat sapĩa Salomo
nis,sapiam oĩm oriẽtaliũ & Aegyptioꝝ,& erat sapiẽtior cũctis hoĩbus. Sapiẽtior Ethã Ezrai-
Hebr. quinq; & mille ta,& Hemã,& Chalchal,& Dorda filijs Mahol,& erat noĩatus in vniuersis gẽtibus p circũitũ.
Locutus est quoq; Salomon tria milia parabolas,& fuerũt carmina eius *qnq; milia. Et dispu
tauit sup lignis,à cedro q̃ est in Lybano,vsq; ad hysopũ quæ egredit̃ de pariete. Et disseruit
de iumẽtis,& volucribus,& reptilibus,& piscibus. Et veniebãt de cũctis populis ad audien-
dum sapientiã Salomonis,& ab vniuersis regibus terræ,q audiebãt sapientiã eius.

¶ Mittuntur ab rege Hyram ad Salomonem ligna in ædificationem templi: Numerus artificum. Caput .V.

2. Par. 2, a MIsit quoq; Hyrã rex Tyri seruos suos ad Salomonem. Audiuit eñ q ipm vnxissent A
regem sup Israhel p patre eius:quia amicus fuerat Hirã Dauid,omni tpe. Misit
aũt Salomon ad Hirã,dicens:Tu scis voluntatem Dauid pr̃is mei,& quia non po
terat ædificare domũ nomini domini dei sui, pp̃ter bella imminentia p circũitũ:
donec daret dñs eos sub vestigio pedũ eius. Nũc aũt requiẽ dedit deus meus mihi p circũitũ,
& non est Sathan,neq; occursus malus,quãobrẽ cogito ędificare templũ,nomini dñi dei mei, de ed. d. i. c. 8. uer. Salom.
2. Reg. 7. b ficut locutus est Dauid pr̃i meo,dicens:Filius tuus quẽ dabo p te sup soliũ tuũ,ipse ædificabit
1. Para. 22. c domum nomini meo. Præcipe igitur vt p̃cidãt mihi serui tui cedros de Lybano,& serui mei B
sint cũ seruis tuis. Mercedẽ aũt seruoꝝ tuoꝝ dabo tibi,quãcunq; petieris. Scis eñ q̃uo non est
in populo meo vir q nouerit ligna cedere,sicut Sidonij. Cũ ergo audisset Hirã verba Salomo
nis,lætatus est valde,& ait:Benedictus dñs deus hodie,q dedit Dauid filiũ sapientissimũ,super
populũ hunc plurimũ. Et misit Hirã ad Salomonem,dicens:Audiui quæcũq; mãdasti mihi
Ego faciã omnẽ voluntatem tuã,in lignis cedrinis,& abiegnis. Serui mei deponent ea de Ly
bano ad mare,& ego cõponã ea in ratibus in mari,vsq; ad locũ quẽ significaueris mihi,& ap-
plicabo ea tibi,& tu tolles ea. Præbebisq; necessaria mihi,vt det̃ cibus domui meæ. Itaq; Hi
rã dabat Salomoni ligna cedrina,& ligna abiegna,iuxta omnẽ voluntatem eius. Salomon aũt C
p̃bebat Hirã viginti milia choros tritici,in cibũ domui eius,& viginti choros purissimi olei.
Hæc tribuebat Salomon Hiram per singulos annos. Dedit quoq; dominus sapientiã Salo-
moni,sicut locutus est ei. Et erat pax inter Hirã & Salomonem,& pcusserunt ambo fœdus. ps. di. l. eccle siastici §. Salomon:
Elegitq; rex Salomon operarios de omni Israhel,& erat indictio triginta milia viroꝝ. Mit-
tebatq; eos in Lybanũ decem milia,p menses singulos vicissim,ita vt duobus mẽsibus eẽnt in
domibus suis. Et Adonirã erat sup huiuscemodi indictionem. Fuerũt itaq; Salomoni septua
ginta milia eoꝝ qui onera portabãt,& octoginta milia latomoꝝ in monte,absq; præpositis
qui præerãt singulis operibus,numero triũ miliũ & trecentoꝝ,præcipientiũ populo,& his q
Hebr. ponderosos faciebãt opus. Præcepitq; rex vt tollerẽt lapides grãdes,lapides * p̃tiosos,in fundamentũ te
he. & Giblim cæsores lapidum sunt. pli,& q̃drarẽt eos,q̃s dolauerũt cęmentarij Salomonis,& cęmentarij Hiram. * Porrò Giblim
præparauerunt ligna,& lapides,ad ædificandam domum.

¶ Fabrica & forma templi,porticus,altaris,oraculi,&c. Ca. VI.

3. Para. 3. a FActũ est ergo quadringentesimo & octogesimo anno egressiõis filioꝝ Israhel de ter- A
ra Aegypti,in anno quarto mẽse Ziph,ipse est mensis secũdus regni Salomonis sup
Israhel,ædificare cœpit domũ dño. Domus aũt quã ædificabat rex Salomõ dño,ha
bebat sexaginta cubitos in longitudine,& viginti cubitos in latitudine,& triginta cu
bitos in altitudine. Et porticus erat ante templũ viginti cubitoꝝ longitudinis,iuxta mensurã
latitudinis templi. Et habebat decem cubitos latitudinis,ante faciẽ templi. Fecitq; in templo
Hebrę. thalamos fenestras obliquas. Et ædificauit sup parietem templi *tabulata per gyꝝ,in parietibus domus
Hebrę. thalamos. per circũitũ templi,& oraculi,& fecit * latera in circũitu. Tabulatum qd̃ subter erat,quinque
cubitos habebat latitudinis,& mediũ tabulatũ,sex cubitoꝝ latitudinis,& tertiũ tabulatum,se-
He. pminẽtias ac murorum coarctatiões. ptem habẽs cubitos latitudinis. *Trabes aũt posuit in domũ per circũitũ forinsecus,vt nõ hę-
rerent muris templi. Domus aũt cum ædificaret̃,de lapidibus dolatis atq; perfectis ædificata ẽ
& malleus,& securis,& omne ferramentũ non sunt audita in domo,cum ædificaret̃. Ostiũ la- B
teris medij in pariete erat domus dextro,& per cochleã ascendebant in medium cœnaculum,
& à medio in tertiũ,& ædificauit domum,& cõsummauit eã. Texit q̃q; domum laquearibus
cedrinis,& ædificauit tabulatum sup omnẽ domum,quinq; cubitis altitudinis,& operuit do-
mum

¶Descriptio domus dñi p Salomonẽ ædificatæ, cũ porticu, tabulatis, & parietibus forinsecus.

mum lignis cedrinis. Et factum est sermo domini ad Salomonem, dicens: Domus hæc quã ædificas: si ambulaueris in preceptis meis, & iudicia mea feceris, & custodieris omnia mandata mea, gradiens per ea, firmabo sermonem meum tibi quem locutus sum ad Dauid patrẽ tuũ & habitabo in medio filiorũ Israhel, & nõ derelinquã populũ meum Israhel. Igit ædificauit Salomon domũ, & consummauit eã. Et ædificauit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis, à pauimento domus vsque ad summitatem parietũ, & vsq; ad laquearia, & operuit lignis cedrinis intrinsecus, & texit pauimentum domus tabulis abiegnis Aedificauitq; viginti cubitorũ ad posteriorem partem templi tabulata cedrina, à pauimento vsque ad superiora, & fecit interiorem domum

C oraculi in sanctum sanctorũ. Porrò quadraginta cubitorũ erat ipsum templũ p foribus oraculi, & cedro omnis domus intrinsecus vestiebat, habens tornaturas & iuncturas suas fabrefactas, & cælaturas eminentes. Omnia cedrinis tabulis vestiebantur, nec omnino lapis apparere poterat in pariete. Oraculum autem in medio domus in ĩteriori parte fecerat, vt poneret ibi arcam fœderis dñi. Porrò oraculũ habebat viginti cubitos longitudinis, & viginti cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudĩs, & operuit illud, atq; vestiuit auro purissimo. Sed & altare vestiuit cedro. Domũ quoq; *ante oraculũ operuit auro purissimo, &* affixit laminas clauis aureis, nihilq; erat in tẽplo, qd non auro tegeretur, sed & totũ altare oraculi texit auro, & fecit in oraculo duos cherubim de lignis oliuarũ, decem cubitorũ altitudinis. Quinq; cubitorũ ala cherub vna, & quinq; cubitorũ ala cherub altera, id est, decẽ cubitos habentes à summitate alæ vnius, vsq; ad alæ alterius summitatem. Decẽ quoq; cubitorũ erat cherub secũdus in mensura pari, opus vnũ erat in duobus cherubim, id est, altitudinem habebat vnus cherub decem cubitorũ, & similiter cherub secundus. Posuitq; cherubim in medio templi interioris. Extendebãt aũt alas suas cherubim, & tangebat ala vna parietem, & ala cherub secũdi tãgebat parietẽ alterũ, alæ aũt alteræ in media pte

D templi se inuicem contingebãt. Texit quoq; cherubim auro. Et omnes parietes templi p circuitũ sculpsit varijs cęlaturis & torno. Et fecit in eis cherubim, & palmas, & picturas varias quasi prominentes de pariete, & egredientes. Sed & pauimentũ domus texit auro, intrinsecus & extrinsecus. Et in ingressu oraculi fecit duo ostiola de lignis oliuarũ, postesq; angulorũ quinq; & duo ostia de lignis oliuarũ. Et sculpsit in eis picturã cherubim, & * palmarũ species, & anaglypha, valde pminentia, & texit ea auro, & operuit tam cherubim, q̃ palmas q̃ cætera auro. Fecitq; in introitu templi postes de lignis oliuarũ quadrãgulatos, & duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus, & vtrũq; ostiũ duplex erat, & se inuicem tenens aperiebaẗ. Et sculpsit cherubim, & palmas, & cęlaturas valde eminentes, operuitq; omnia laminis aureis, ope quadro ad regulã. Et ædificauit atriũ interius tribus ordinibus lapidũ politorũ, & vno ordine lignorũ cedri. Anno quarto fundata est domus domini, in mense Ziph, & in anno vndecimo mense Bul, ipse est mensis octauus, pfecta est domus, in omni ope suo, & in vniuersis vtensilibus suis, ædificauitq; eam annis septem.

Heb. intrinsecus

He. vectibus aureis muniuit ante oraculum

Heb. [illegible] ac apertiões florum

¶Aedificatio domus Salomonis, domus saltus, domus filiæ Pharaonis, forma columnarum ænearum, maris fusilis, basium ænearum, & luterum.

Caput .VII.

A DOmum autem suam ædificauit Salomon tredecim annis, & ad pfectum vsq; perduxit. Aedificauit quoq; domũ saltus Lybani, centum cubitorũ longitudinis, & quinquaginta cubitorũ latitudinis, & triginta cubitorũ altitudinis, & q̃tuor deambulatoria inter columnas cedrinas. Ligna quippe cedrina exciderat in columnas, & tabulatis cedrinis vestiuit totam cameram, quæ quadraginta quinq; columnis sustentabaẗ.

Vnus

¶Situs & descriptio Salomõis, & saltus Lybani vna cũ domo filiæ Pharaonis, vxoris Salo monis, iuxta prospectũ exteriorem.



¶Forma duarũ colũnarũ æ̃rearũ, in porticu tẽpli positarũ, cũ suis capitellis fusilibus, liliis, retiaculis, & malogranatis superinductis.

Vnus autem ordo habebat columnas
quindecim, contra se inuicem positas, &
è regione se respiciẽtes ęquali spatio in-
ter columnas & sup columnas q̃drãgula
ta ligna, in cunctis æqualia. Et porti-
cũ columnarũ fecit, quinquaginta cubi-
torũ longitudinis, & triginta cubitorũ la
titudinis, & alterã porticũ in facie maio
ris porticus, & columnas, & epistilia sup
columnas fecit. Porticũ quoq; solij in q̃
tribunal est, fecit, & texit lignis cedrinis,
à pauimento vsq; ad summitatẽ. Et do-
muncula in qua sederet ad iudicãdũ, erat
in media porticu, simili ope. Domũ quo B
q; fecit filiæ Pharaonis, quã vxorem du-
xerat Salomon tali ope quali & hãc por
ticũ. Omnia lapidibus* ptiosis, q ad nor
mam quandã atq; mensurã tam intrinse
cus q̃ extrinsecus serrati erãt, à fundamẽ
to vsq; ad summitatem parietũ, & intrin
secus vsque ad atriũ maius. Fundamenta
autem de lapidibus ptiosis, lapidibus ma
gnis decem siue octo cubitorũ, & desup
lapides pretiosis æqualis mensuræ secti
erãt, similiter'q; de cedro. Et atriũ ma-
ius rotundum, trium ordinum de lapidi
bus sectis, & vnius ordĩs de dolata cedro
necnon & in atrio domus domini inte-
riori, & in porticu domus. Misit quoque
rex Salomon, & tulit Hiram de Tyro fi-
liũ mulieris viduæ, de tribu Nephthali
patre Tyrio, artificem ærariũ, & plenũ
sapientia & intelligentia, & doctrina, ad
faciendum omne opus ex ęre, Qui cum
venisset ad regem Salomonem fecit om
ne opus eius, & finxit duas columnas ære
as, decem & octo cubitorum altitudinis
columnam vnã, & linea duodecim cubi
torum ambiebat columnam vtranque.
Duo quoq; capitella fecit, quę ponerent C
sup capita columnarũ fusilia ex ære, quin
q; cubitorũ altitudinis capitellum vnũ, et
quinq; cubitorũ altitudinis capitellũ alte
rum, & quasi in modum retis & catenarũ
sibi inuicem miro opere contextarum.
Vtrũq; capitellum columnarũ fusile erat
Septena versuum retiacula in capitello
vno, & septena retiacula in capitello alte
ro. Et pfecit columnas, & duos ordines
p circuitum retiaculorũ singulorũ, vt te-
gerent capitella quæ erant sup summita-
te malogranatorũ. Eodem modo fecit
& capitello secundo. Capitella autẽ quæ
erant sup capita columnarum, quasi ope
re lilij fabricata erant in porticu, quatu-
or cubitorum, & rursum alia capitella in
summitate columnarum desuper, iuxta
mensuram columnæ contra retiacula.
Malogranatorũ autem ducenti ordines
erant, in circuitu capitelli secundi, Et si a D

Hebr. ponde rosis.

E ¶Forma maris fuſilis, cũ retiaculis & ſculptura cingentibus labrum eius, ſuppoſitis quaterno ordine duodecim bobus, mare ſuſtinentibus.

¶Forma luteris, id eſt, vaſis ablutorij, in templo poſiti, cũ ſuis baſibus æneis rotiſq; ſuſilibus cælaturis, ſculpturis, Cherubim, leonibus, & palmis.

tuit duas columnas in porticu templi. Cumq; ſtatuiſſet columnã dexteram vocauit eam nomine Iachin. Similiter erexit columnã ſecundã, & vocauit nomen eius Boas. Et ſup capita columnarum opus in modum lilij poſuit, perfectumq; eſt opus columnarum. Fecit quoq; mare fuſile decem cubitorum, à labio vſq; ad labium rotundum in circuitu. Quinq; cubitorum altitudo eius, & retiacula triginta cubitorum cingebat illud per circumitum, & ſculptura ſubter labium circumibat illud decem cubitis ambiens mare. Duo ordines *ſculpturarum ſtriatarum erant fuſiles, & ſtabant ſup duodecim boues. E quibus tres reſpiciebãt ad aquilonem, & tres ad occidentem, & tres ad meridiem, & tres ad orientem, & mare ſuper eos deſuper erat, quorum poſteriora vniuerſa intrinſecus latitabant. Groſſitudo autem luteris *triũ vnciarum erat, labiumq; eius quaſi labium calicis, & *folij repandi lilij. Duo milia batos capiebat (*& tria milia metretas) & fecit decem baſes æneas, quatuor cubitorum longitudinis, baſes ſingulas, & quatuor cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis, & ipſum opus baſium interraſile erat. Et *ſculpturæ inter iuncturas, & inter coronulas, & plectas, leones, & boues, & Cherubim, & in iuncturis ſimiliter deſup. Et ſubter leones, & boues, quaſi lora, ex ære dependentia. Et quatuor rotæ per baſes ſingulas, & axes ærei, & p quatuor partes quaſi humeruli ſubter luterem fuſiles, contra ſe inuicem reſpectantes. Os quoque *luteris intrinſecus erat, in capitis ſummitate, & quod forinſecus apparebat, vnius cubiti erat, totum rotundum, pariterq; habebat vnum cubitum & dimidium. In angulis aũt columnarum, variæ cęlaturæ erãt, & media inter columna q̃drata, non rotunda. Quatuor quoq; rotæ, quæ p quatuor augulos baſis erant, cohærebant ſibi ſubter baſim. Vna rota habebat altitudinis cubitum vnum, & ſemis. Tales autem rotæ erant, quales ſolent in curru fieri. Et axes earum, & radij, & canti, & modioli, omnia fuſilia. Nam & humeruli illi quatuor p ſingulos angulos baſis vnius ex ipſa baſi fuſiles, & coniuncti erant, in ſummitate autem baſis erat quædam rotunditas vnius, & dimidij cubiti, ita fabre facta vt luter deſuper poſſet imponi, habens cælaturas ſuas, variaſq; ſculpturas ex ſemetipſa. Sculpſit quoq; in tabulatis illis, quæ erãt ex ære, & in angulis cherubim, & leones, & palmas, quaſi in ſimilitudinem hominis ſtãtis, vt non cęlata, ſed appoſita per circumitum viderẽtur.

In hũc

He. figurarum oui
He. palmi.
He. flos lilij
He. ſupeſt.
Heb. ſuper clauſuras, quæ erãt inter ſcalarum ligna erant leones & cætera.
Heb. eius

In hunc modum fecit decem bases,fusura vna,& mensura sculpturaq́; consimili. Fecit quoq; F
decem luteres æneos.Quadraginta bathos capiebat luter vnus,eratq́; q̄tuor cubitorum.Singu-
los quoq; luteres p singulos,id est,decem bases,posuit & constituit decem bases,quinq; ad de
xterā partem templi,& quinq; ad sinistrā.Mare aūt posuit ad dexterā ptem templi,cōtra oriē
Heb. scopas vel pelues tem ad meridiem. Fecit ergo Hirā lebetes,& * scutras,& amulas,& pfecit omne opus regis
Salomonis in templo dñi.Colūnas duas,& funiculos capitellorum sup capitella columnarum duos
& retiacula duo,vt operirēt duos funiculos q erāt sup capita colūnarum, & malogranata q̄drin
genta in duobus retiaculis,duos versus malogranatorum in retiaculis singulis,ad operiendos fu
niculos capitellorum,q erant sup capita columnarum,& bases decem,& luteres decem,sup ba-
ses,& mare vnū,& boues duodecim subter mare & lebetes,& scutras,& amulas.Oīa vasa quæ G
fecit Hirā regi Salomoni in domo dñi,de aurichalco erāt. In cāpestri regione Iordanis fudit
ea rex in argillosa terra, inter Sochot & Sartā & posuit Salomon omnia vasa in domo dñi.Pro 16.dist.c.q ecclesiastica
pter multitudinē aūt nimiā non erat pondus æris. Fecitq́; Salomon omnia vasa in domo dñi §
altare aureū,& mensam sup quā ponerent panes ppositionis aureā,& cādelabra aurea,quinq; Salomō.De
ad dexterā,& quinque ad sinistrā contra oraculum ex auro puro,& quasi lilij flores,& lucer- cō.dist.1.c.altaria i glo.sa
nas desuper aureas,& forcipes aureos,& hydrias,& fuscinulas,& phialas,& mortariola,& thu q.2.c. gloria
2.Par.5.a ribula,de auro purissimo,& cardines ostiorum domus interioris sancti sanctorum,& ostiorum do
mus templi ex auro erant. Et perfecit omne opus quod faciebat Salomon in domo domi-
ni,& intulit quæ sanctificauerat Dauid pater suus,argentum,& aurum,& vasa reposuit in the
sauris domus domini.

¶ Relata in templū arca,nebula templū implet, benedicit templum,mactant victimæ,
2.Par.5.a fit ingens celebritas. Ca.VIII.

TVnc congregati sunt omnes maiores natu Israhel, cū principibus tribuū,& duces fa A
miliarum filiorum Israhel,ad regem Salomonem in Hierlm,vt deferrēt arcā fœderis do
mini,de ciuitate Dauid,id est,de Syon.Cōuenitq́; ad regē Salomonē vniuersus Isra
hel in mense Ethanim,in solenni die,ipse est mensis septimus. Veneruntq́; cuncti se-
nes de Israhel,& tulerunt arcā sacerdotes,& portauerunt arcā domini,& tabernaculū fœderis,& oīa
vasa sanctuarij,quæ erāt in tabernaculo,& ferebāt ea sacerdotes,& Leuitæ.Rex aūt Salomon
& omnis multitudo Israhel,quæ conuenerat ad eum,gradiebatur cum illo ante arcā,& immola-
bāt oues,& boues,absq; æstimatione,& numero. Et intulerunt sacerdotes arcā fœderis dñi in
locum suum,in oraculum templi,in sctm̄ sanctorum,subter alas Cherubim. Siquidem Cheru-
bim,expandebāt alas sup locum arcæ,& ptegebāt arcā, & vectes eius desup. Cumq́; emine-
rent vectes,& apparerent summitates eorum foris sanctuarium,ante oraculum, non apparebāt
vltra extrinsecus. Qui & fuerunt ibi vsque in psentem diem . In arca autem non erat aliud nisi B
Exo.34.d. duæ tabulæ lapideæ,q̄s posuerat in ea Moyses in Horeb, quādo pepigit dominus fœdus cum
filijs Israhel,cum egrederentur de terra Aegypti. Factum est autem cum exissent sacerdotes
de sanctuario,* nebula impleuit domū domini & non poterāt sacerdotes stare,& ministrare,
H.nubes ppter * nebulā.Impleuerat enim gloria domini domū domini. Tunc ait Salomon Dominus
He.nubem. 2.Par.6.a dixit,vt habitaret in * nebula.Aedificās ædificaui domū in habitaculū tuū, firmissimū soliū tu
He.caligine um in sempiternū.Conuertitq́; rex faciem suā,& benedixit omni ecclesiæ Israhel. Omnis enī
ut patet Exodi.19 ecclesia Israhel stabat. Et ait Salomon:Benedictus dominus deus Israhel, qui locutus est ore
suo ad Dauid patrem meū,& in manibus eius pfecit,dicens. A die qua eduxi populum meū Is-
rahel de Aegypto,nō elegi ciuitatem de vniuersis tribubus Israhel vt ædificaretur domus,& es-
2.Reg.7.a set nomen meū ibi,sed elegi Dauid,vt esset sup populum meum Israhel. Voluitq́; Dauid pa-
ter meus ædificare domum nomini domini dei Israhel,& ait dominus ad Dauid patrem meū
Quod cogitasti in corde tuo ædificare domū nomini meo,bene fecisti,hoc ipsum mente tra-
ctās. Veruntamen tu non ædificabis mihi domū, sed filius tuus qui egredietur de renibus tuis, 1.q.7.c.2.ibi
ipse ædificabit domum nomini meo.Confirmauit dominus sermonem suum quem loquutus non ædificabis,
est,stetiq́; p Dauid patre meo,& sedi sup thronum Israhel,sicut locutus est dominus. Et ædi-
ficaui domū nomini domini dei Israhel,& constitui ibi locum arcæ in qua fœdus domini est,
quod pcussit cum patribus nostris, quando egressi sunt de terra Aegypti. Stetit autem Salo
2.Mach.2.b mon ante altare domini,in conspectu ecclesiæ Israhel,& expādit manus suas in cœlum,& ait: C
Dñe deus Israhel,non est similis tui,deus in cœlo desup & sup terrā deorsum,q custodis pactū
& misericordiā seruis tuis,qui ambulāt corā te in toto corde suo, qui custodisti seruo tuo Da-
uid patri meo,quæ locutus es ei.Ore locutus es,& manibus psecisti:vt hæc dies probat,Nunc
2.Reg.7.b igitur domine deus Israhel conserua famulo tuo Dauid patri meo,quæ locutus es ei,dicēs.Non
auferetur de te vir corā me, qui sedeat sup thronū Israhel.Ita tamē si custodierint filij tui viā suā
vt ambulent corā me,sicut tu ambulasti in cōspectu meo. Et nūc dñe deus Israhel,firmentur ver
ba tua, quæ locutus es seruo tuo Dauid patri meo, Ergo ne putandū est,quod vere deus habi
tet sup terrā? Si enī cœlū,& cœli cœlorum te capere non possunt, quāto magis domus hæc, quā
ædifica

ædificaui tibi? Sed respice ad orationẽ serui tui,& ad preces eius domine deus meus. Audi hy
mnum & orationẽ quã seruus tuus orat corã te hodie, vt sint oculi tui aperti super domum
hanc, nocte ac die, super domũ de qua dixisti: erit nomen meũ ibi, vt exaudias orationẽ quã Deut.12.b
orat in loco isto ad te seruus tuus, vt exaudias deprecationẽ serui tui,& populi tui Israel, ꝗdcũ
D q; orauerit in loco isto,& exaudies in loco habitaculi tui in cœlo,& cũ exaudieris, propitius 2.para.6.d
eris. Si peccauerit homo in proximũ suũ,& habuerit aliquod iuramentũ quo teneatur astri
ctus,& venerit propter iuramentũ coram altari tuo, in domum tuã, tu exaudies in cœlo, & fa
cies,& iudicabis seruos tuos, condemnans impium,& reddens viam suã super caput eius, iu-
stificans'q; iustũ,& retribuens ei secundũ iustitiã suã. Si fugerit populus tuus Israel inimicos
suos, quia peccaturus est etiã tibi,& agentes pœnitentiã,& cõfitẽtes nomini tuo venerint &
adorauerint,& deprecati te fuerint in domo hac, exaudi in cœlo, & dimitte peccatũ populi
tui Israel,& reduces eos in terrã quã dedisti patribus eoꝝ. Si clausum fuerit cœlũ,& nõ plue
rit propter peccata eoꝝ,& orantes in loco isto pœnitentiã egerint nomini tuo,& à peccatis
suis cõuersi fuerint, propter afflictionẽ suã, exaudi eos in cœlo,& dimitte peccata seruoꝝ tu-
orum,& populi tui Israel,& ostẽde eis viã bonã, per quã ambulent,& da pluuiã super terrã,
quã dedisti populo tuo in possessionẽ. Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilẽtia, aut cor
ruptus aer, aut erugo, aut locusta, vel rubigo & afflixerit eũ inimicus eius, portas obsidẽs, om
nis plaga, vniuersa infirmitas, cũcta deuoratio & imprecatio, quæ acciderit omni homini de
populo tuo Israel: si quis cognouerit plagã cordis sui & expanderit manus suas in domo hac,
18.q.2.c.pnl- tu exaudies in cœlo, in loco habitationis tuæ,& repropitiaberis,& facies, vt des vnicuiq; se-
dosam ibi o- cundũ omnes vias suas, sicut videris cor eius: quia tu nosti solus cor omniũ filiorum hominũ,
culos iudicis vt timeant te, cunctis diebus quibus viuunt super faciem terræ, quã dedisti patribus nostris.
E Insuper & alienigena qui non est de populo tuo Israel, cũ venerit de terra longinqua, pro-
de cõ. dist.1. c.si.2.q.1.c. pter nomen tuũ, audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis,& brachiũ tuum
manifestũ. extentum vbiq;. Cum venerit ergo & orauerit in hoc loco, tu exaudies in cœlo, in firmamen
to habitaculi tui,& facies omnia, pro quibus inuocauerit te alienigena, vt discant vniuersi po
puli terraꝝ nomen tuũ timere, sicut populus tuus Israel,& probent, quia nomen tuum inuo-
catum est super domũ hanc, quã ædificaui. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum, cõtra
inimicos suos, per viã quocunq; miseris eos, orabunt te contra viã ciuitatis quã elegisti,& cõ-
tra domũ quã ædificaui nomini tuo,& exaudies in cœlo orationes eoꝝ,& preces eoꝝ,& fa-
cies iudiciũ eoꝝ. Quod si peccauerit tibi (non est enim homo qui non peccet) & iratus tra-
dideris eos inimicis suis,& captiui ducti fuerint in terrã inimicoꝝ, longe vel prope,& egerint 2.para.6.g
pœnitentiã in corde suo, in loco captiuitatis,& cõuersi, deprecati te fuerint in captiuitate sua Eccle.7.c 1.iohan.1.d
dicẽtes: peccauimus, iniquè egimus, impiè gessimus,& reuersi fuerint ad te, in vniuerso corde
suo,& tota anima sua, in terra inimicoꝝ suoꝝ, ad quã captiui ducti fuerint, & orauerint te cõ
tra viã terræ suæ, quã dedisti patribus eoꝝ,& ciuitatis quã elegisti,& tẽpli ꝗd ædificaui nomi Daniel.6.c
ni tuo, exaudies in cœlo, in firmamẽto solij tui orationes eoꝝ,& preces eoꝝ,& facies iudiciũ
eoꝝ,& propitiaberis populo tuo, qui peccauit tibi,& omnibus iniquitatibus eoꝝ, quibus ꝑ-
uaricati sunt in te,& dabis misericordiã corã eis, q eos captiuos habuerint, vt misereãtur eis.
F Populus enĩ tuus est,& hæreditas tua, ꝗs eduxisti de terra Aegypti, de medio fornacis ferreę.
vt sint oculi tui aperti ad deprecationẽ serui tui,& populi tui Israel,& exaudies eos in vniuer
sis, pro quibus inuocauerit te. Tu enĩ separasti eos tibi in hæreditatẽ, de vniuersis populis ter-
ræ, sicut locutus es ꝑ Moysen seruũ tuũ, quãdo eduxisti patres nostros de Aegypto dñe deus
Factũ est aũt cũ cõplesset Salomon, orans dominũ, omnẽ orationẽ, & deprecationẽ hanc,
surrexit de cõspectu altaris dñi. Vtrunq; enĩ genu in terrã fixerat,& manus expãderat in cœ
lum. Stetit ergo & benedixit omni ecclesiæ Israel, voce magna, dicẽs. Benedictus dñs deus, q
dedit requiẽ populo suo Israel, iuxta omnia quæ locutus est. Non cecidit ne vnus quidem ser
mo, ex omnibus bonis, quæ locutus est ꝑ Moysen seruũ suũ. Sit dñs deus noster nobiscũ, sicut
fuit cum patribus nostris, non derelinquẽs nos, neq; proijciens, sed inclinet corda nostra ad
se, vt ambulemus in vniuersis vijs eius,& custodiamus mandata eius,& cerimonias eius, & iu
dicia quæcunq; mãdauit patribus nostris,& sint sermões mei isti, quibus deprecatus sum co-
rã dño, appropinquãtes dño deo nostro, die ac nocte, vt faciat iudicium seruo suo,& populo
suo Israel per singulos dies, vt sciãt omnes populi terræ, quia dñs ipse est deus,& nõ est vltra
absq; eo. Sit ꝗq; cor nostrũ ꝑfectũ cũ dño deo nostro, vt ambulemus in decretis eius,& custo
G diamus mãdata eius, sicut & hodie. Igitur rex & omnis Israel cũ eo immolabant victimas
coram domino. Mactauit'q; Salomon hostias pacificas, quas immolauit domino, boum vi-
gintiduo milia,& ouium centũ viginti milia. Et dedicauerunt templum dñi, rex & filij Israel,
In die illa sanctificauit rex medium atrij, quod erat ante domũ domini. Fecit quippe holocau
stum ibi,& sacrificiũ,& adipem pacificorum, quoniam altare æreum quod erat coram domi
nominus erat,& capere non poterat holocaustum, & sacrificium,& adipem pacificorum.

Fecit ergo Salomon in tempore illo festiuitatem celebrem, & omnis Israel cũ eo multitudo magna, ab introitu Hemath, vsq; ad riuum Aegypti, coram domino deo nostro septem diebus, & septem diebus, id est quatuordecim diebus, & in die octauo dimisit populos. Qui benedicentes regi, profecti sunt in tabernacula sua, lætantes, & alacri corde, super omnibus bonis, quæ fecerat dominus Dauid seruo suo, & Israel populo suo.

[right margin: de cel. dd. a ca. uer. Salomon. & c. so lennitatem ... cum glo.]

¶Dominus apparet Salomoni secundo, dat oppida Hiram, ædificat ciuitates, facit Chananæos tributarios, mittit classem pro auro. Cap. IX. A

[left margin: sup. 6. b 2. para. 7. b] [right margin: de per. dd. a c. & em. uers. Salomon]

FActum est aũt cũ perfecisset Salomon ædificiũ domus dñi, & ædificiũ regis, & omne
quod optauerat, & voluerat facere, apparuit ei dñs secũdo, sicut apparuerat ei in Ga
baon. Dixitq; dñs ad eũ. Exaudiui orationẽ tuã, & deprecationẽ tuã quã deprecatus
es, corã me, sanctificaui domũ hanc quã ædificasti, vt ponerẽ nomẽ meũ ibi in sempi
ternũ, & erunt oculi mei, & cor meũ ibi cũctis diebus. Tu quoq; si ambulaueris corã me, sicut am
bulauit pater tuus, in simplicitate cordis, & in æquitate, & feceris oĩa quæ præcepi tibi, & iu-
dicia mea, & legitima mea seruaueris: ponã thronũ regni tui sup Israel in sempiternũ, sicut lo
[2. Reg. 7. b. c] cutus sum Dauid patri tuo dicẽs: Nõ auferetur vir de genere tuo, de solio Israel. Si aũt auersi-
one auersi fueritis, vos & filij vestri, nõ sequẽtes me, nec custodiẽtes mãdata mea, & cerimo- B
nias quas proposui vobis: sed abieritis, & colueritis deos alienos, & adoraueritis eos, auferam
Israel de supficie terræ quã dedi eis, & tẽplum qd sanctificaui nomini meo, proijciã à conspe
[Quidam, in destructionẽ] ctu meo, eritq; Israel in prouerbiũ, & in fabulã cũctis populis, & domus hæc erit in * exẽplũ.
[Deut. 29. d] Omnis q transierit per eã, stupebit, & sibilabit, & dicet: Quare fecit dñs sic terræ huic, & do-
[Hiere. 22. c] mui huic? Et respõdebũt, Quia dereliquerũt dñm deũ suũ, qui eduxit patres eorũ de terra Ae-
gypti, & sequuti sunt deos alienos, & coluerũt eos, & adorauerũt eos. Idcirco induxit dñs su-
[2. para. 8. a] per eos omne malũ hoc. Expletis aũt annis viginti postq̃ ædificauerat Salomõ duas dom⁹,
id est domũ dñi, & domũ regis, Hirã rege Tyri præbẽte regi Salomoni ligna cedrina, & abi-
egna, & aurũ, iuxta omne qd opus habuerat: tũc dedit Salomon Hirã viginti oppida, in terra
[Hebr. q̃ sunt ciuitates istæ,] Galilææ. Et egressus est Hirã de Tyro, vt videret oppida quæ dederat ei Salomon, & nõ pla- C
cuerũt ei. Et ait: * Hæccine sunt ciuitates quas dedisti mihi frater? Et appellauit eas terrã Cha-
[quoque.] bul, vsq; in diẽ hanc. Misit * ergo Hirã ad regẽ Salomonẽ cẽtũ viginti talẽta auri. * Hæc est
[hebr. hic est census quem &c.] summa expẽsarũ, quã obtulit Salomon rex, ad ædificandã domũ dñi & domũ suã, & Mello, &
murũ Hierusalẽ, & Haser, & Mageddo, & Gazer. Pharao rex Aegypti ascẽdit, & cæpit Ga
zer, succẽditq; eã igni, & Chananæũ, q habitabat in ciuitate, interfecit, & dedit eã in dotẽ fi-
liæ suæ vxori Salomonis. Aedificauit ergo Salomon Gazer, & Bethhoron inferiorẽ, & Ba
alad, & Palmirã in terra solitudinis, & oẽs vicos q ad se ptinebãt, & erãt absq; muro, muniuit
& ciuitates curruũ, & ciuitates equitũ, & quodcũq; ei placuit, vt ædificaret in Hierusalẽ, & in
Lybano, & in omni terra potestatis suæ. Vniuersum populũ qui remãserat de Amorræis,
& de Hethæis, & de Pherezæis, & Heuæis, & Iebusæis, q non sunt de filijs Israel, horũ filios q
remãserãt in terra, qs scilicet nõ potuerãt filij Israel exterminare, fecit Salomon tributarios, D
vsq; in diẽ hãc. De filijs aũt Israel nõ cõstituit rex Salomon seruire quenq̃: sed erãt viri bellato
res, & ministri eius, & principes, & duces, & pfecti curruũ & equorũ. Erant aũt principes sup
oĩa opera Salomonis, ppositi quingẽti quinquaginta, q habebãt subiectũ populũ, & statutis
operibus imperabãt. Filia aũt Pharaonis ascẽdit de ciuitate Dauid in domũ suã, quã ædifi-
cauerat ei Salomon. Tũc ædificauit Mello. Offerebat quoq; Salomon tribus vicibus p annos
singulos, holocausta, & pacificas victimas, super altare qd ædificauerat dño, & adolebat thy-
miama corã dño, perfectũq; est tẽplũ. Classem quoq; fecit rex Salomon in Asiongaber, q
est iuxta Eloth in littore maris rubri, in terra Idumææ. Misitq; Hirã in classe illa seruos suos,
viros nauticos, & gnaros maris, cũ seruis Salomonis. Qui cũ venissent in Ophir, sumptũ in-
de aurũ, quadringentorũ viginti talentorũ, detulerunt ad regem Salomonem.

¶De regina Saba, de scutis aureis, de throno eburneo, numerus curruum & equitum Salomonis. Cap. X.

[left margin: 2 para. 9. a Matt. 12. d Luc. 11. d] [right margin: 2. 4. 1. & ... ce.]

SEd & regina Saba audita fama Salomonis, in nomine dñi venit tẽtare eũ in ænigma- A
tibus. Et ingressa Hierusalẽ multo cũ comitatu & diuitijs, camelis portãtibus aromata
& aurũ infinitũ nimis, & gẽmas pretiosas, venit ad regẽ Salomonẽ, & locuta est ei vni
uersa quæ habebat in corde suo. Et docuit eã Salomon oĩa verba quæ proposuerat.
Nõ fuit sermo qui regẽ posset latere, & nõ responderet ei. Vidẽs aũt regina Saba omnẽ sa-
[heb. statum] piẽtiã Salomonis, & domũ quã ædificauerat, & cibos mẽsæ eius, & habitacula seruorũ, & * or
[heb. ascensum quo ascendebat in domũ domini.] dines ministrantiũ, vestesq; eorũ & pincernas, & * holocausta quæ offerebat in domo domi-
ni, nõ habebat vltra spiritum. Dixitq; ad regem: Verus est sermo quẽ audiui in terra mea, su-
per sermonibus tuis, & super sapientia tua, & non credebam narrantibus mihi, donec ipsa ve
ni, & vidi oculis meis, & probaui quod media pars mihi nuntiata non fuerit. Maior est sapi-
entia, & opera tua, quàm rumor quem audiui. Beati viri tui, & beati serui tui, qui hic stant B

coram

C

¶ Descriptio throni eburnei Salomonis, vndiq; auro circũtecti, cũ suis sex gradibus, & duodecim leũculis, stãtibus singulis ex vtraq; parte, super singulis gradibus.

corã te semper, & audiũt sapientiã tuam. Sit dñs deus tuus bñdictus, cui cõplacuisti, & posuit te sup thronũ Israel, eo q̃ dilexerit dñs Israel in sempiternũ, & cõstituit te regẽ, vt faceres iudiciũ, & iustitiã.
Dedit ergo regi cẽtũ viginti taẽta auri, & aromata mlta nimis, & gẽmas ptiosas. Nõ sunt allata vltra aromata tã multa, q̃ ea quæ dedit regina Saba, regi Salomoni. Sed & classis Hirã quæ portabat auʀ de Ophir, attulit ex Ophir ligna * thyina multa nimis, & gemmas pretiosas. Fecit rex de lignis thyinis fulcra domus dñi, & domus regiæ, & citharas, lyrasq; cantoribus. Nõ sunt allata huiuscemodi ligna thyina, neq; visa vsq; in præsentẽ diẽ. Rex aũt Salomon dedit reginæ Saba oĩa q̃ voluit, & petiuit ab eo, exceptis his q̃ vltro obtulerat ei, munere regio. Quæ reuersa est, & abijt in terrã suã, cũ seruis suis. Erat aũt põdus auri q̃d offerebat Salomoni p annos singulos, sexcẽtoʀ sexagintasex talẽtoʀ auri, excepto eo q̃d offerebãt viri q super vectigalia erãt, & negotiatores, vniuersiq; * scuta vendentes, & oẽs reges Arabiæ, ducesq; terræ. Fecit quoq; rex Salomon ducenta scuta de auro purissimo. Sexcẽtos auri siclos dedit in laminas scuti vnius, & trecentas peltas ex auro probato. Trecentæq; minæ auri vnam peltam vestiebant. Posuitq; eas rex in domo saltus Lybani. Fecit etiã rex Salomon thronũ de ebore grandem, & vestiuit eum auro fuluo nimis, q habebat sex gradus, & summitas throni rotũda erat in parte posteriori, & duæ manus hinc atq; inde tenẽtes sedile, & duo leones stabãt iuxta manus singulas, & duodecim leunculi stantes super sex gradus, hinc atq; inde. Non est factũ tale opus in vniuersis regnis. Sed & omnia vasa de quibus potabat rex Salomon, erãt aurea, & vniuersa supellex domus saltus Lybani de

Heb. cedrina & k mlu interpretatur coralii.

He. aromata & recti' scuta leguntur q̃ scuta.

D auro purissimo. Non erat argentũ, nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis, quia classis regis per mare cum classe Hirani semel per tres annos ibat in Tharsis, deferẽs inde auʀ & argentũ, & dentes elephantoʀ, & simias, & pauones. Magnificatus est ergo rex Salomon super oẽs reges terræ diuitijs & sapientia. Et vniuersa terra desiderabat vultũ Salomonis, vt audiret sapientiã eius, quã dederat deus in corde eius, & singuli deferebant ei munera, vasa argẽtea, & aurea, vestes, & arma bellica, aromata quoq;, & equos, & mulos, per annos singulos. Cõgregauitq; Salomon currus, & equites, & facti sunt ei mille quadringenti currus,

2. para. 9. e

E & duodecim milia equitũ. Et disposuit eos p ciuitates munitas, & cũ rege in Hierusalẽ. Feciq; vt tãta esset abundãtia argenti in Hierusalẽ, quãta & lapidũ, & cedroʀ præbuit multitudinẽ, quasi Sycomoros, quæ nascunt in cãpestribus. Et ducebãtur equi Salomonis de Aegypto, & * de Coha. Negotiatores enim regis emebãt de Coha: & statuto pretio perducebant. Egrediebatur aũt quadriga ex Aegypto, sexcẽtis siclis argenti, & equus centũ quinquaginta. Atq; in hunc modum cuncti reges Ethæorum, & Syriæ equos * venundabant.

He. multitudo mercatorũ regis accepit multitudinẽ (equorum) pretio.

Heb. p man' eorũ educebant, scilicet emendo.

¶ De septingentis vxoribus & trecentis concubinis Salomonis, & aduersarijs ei suscitatis, moritur Salomon, regnat Roboam pro eo. Cap. XI.

A REx aũt Salomon adamauit mulieres alienigenas multas. Filiam quoq; Pharaonis & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Sydonias, & Cethæas de gẽtibus, super quibus dixit dñs filijs Israel. Nõ ĩgrediemini ad eas, neq; de illis ingrediẽtur ad vestras. Certissime eñ auertẽt corda vestra, vt sequamini deos eaʀ. His itaq; copulatus est Salomon ardentissimo amore. Fueruñtq; ei vxores quasi reginæ septingentæ, & cõcubinæ trecentæ. Et auerterũt mulieres cor eius. Cũq; iã esset senex, deprauatũ est cor eius, per mulieres, vt sequeret deos alienos: nec erat cor eius perfectũ cũ dño deo suo, sicut cor Dauid patris eius. Sed colebat Salomon Astharten deam Sydonioʀ, & Chamos deum Moabitaʀ, & Moloch idolum Ammonitarum. Fecitq; Salomon quod non placuerat corã dño, & non

Eccle. 47. c
Exo. 14. b
Cant. 6. c

1. q. 7. c. illi.
6 si. 12. q. 4.
a. Salomon.

adimpleuit, vt sequeretur dominum, sicut Dauid pater eius. Tunc ædificauit Salomon pha B
num Chamos, idolo Moab, in monte qui est cõtra Hierusalem: & Moloch idolo filiorũ Am
mon. Atq; in hunc modũ fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, quæ adolebãt thura, & im
molabãt dijs suis. Igitur iratus est dñs Salomoni, quòd auersa esset mens eius à dño deo Israel,
Supra.9.b qui apparuerat ei secundo, & præceperat de verbo hoc, ne sequeretur deos alienos, & nõ cu-
stodiuit quæ mandauit ei dominus. Dixit itaq; dñs Salomoni. Quia habuisti hoc apud te, & C
nõ custodisti pactũ meũ, & præcepta mea, quæ mãdaui tibi, disrũpens scindã regnum tuũ, &
dabo illud seruo tuo. Veruntamẽ in diebus tuis nõ faciã, propter Dauid patrẽ tuũ. De manu
filij tui scindã illud, nec totũ regnũ auferã: sed tribũ vnã dabo filio tuo, propter Dauid seruum
4.Reg.8.d meũ, & Hierusalẽ quã elegi. Suscitauit aũt dñs aduersariũ Salomoni, Adad Idumæũ de semi
ne regio, q erat in Edom. Cũ eñ esset Dauid in Idumæa, & ascendisset Ioab princeps militiæ
ad srpeliendũ eos, qui fuerãt interfecti, & occidisset omne masculinũ in Idumæa. (Sex eñ mẽ
sibus ibi moratus est Ioab, & omnis Israel, donec interimeret omne masculinũ in Idumæa) fu
git Adad, ipse & viri Idumæi, de seruis patris eius cũ eo, vt ingrederetur Aegyptũ. Erat autẽ
Adad puer paruulus. Cumq; surrexissent de Madian, venerunt in Pharan. Tuleruntq; secum D
viros de Pharan, & introierũt Aegyptũ, ad Pharaonẽ regẽ Aegypti. Qui dedit ei domũ, &
cibos cõstituit, & terrã delegauit. Et inurnit Adad gratiã corã Pharaone valde, intantũ vt da
ret ei vxorẽ sororẽ vxoris suæ, germanã Thafnem reginę. Genuitq; ei soror Thafnem Ge
nebath filium: & nutriuit eũ Thafuem in domo Pharaonis. Eratq; Genebath habitans apud
Pharaonẽ cũ filijs eius. Cũq; audisset Adad in Aegypto, dormisse Dauid cũ patribus suis,
& mortuũ esse Ioab principẽ militiæ, dixit Pharaoni: Dimitte me, vt vadã in terrã meã. Di-
xitq; ei Pharao: Qua eñ re apud me indiges, vt quæras ire ad terrã tuã? At ille respondit: Nul
la, Sed obsecro te, vt dimittas me. Suscitauit quoq; ei deus aduersariũ Rason, filiũ Eliada, q
fugerat Adadezer regẽ Soba, dñm suum, & congrrgauit contra eum viros, & factus est prin-
ceps latronũ, cum interficeret eos Dauid. Abieruntq; Damascũ, & habitauerunt ibi, & consti
tuerũt eũ regẽ in Damasco. Eratq; aduersarius Israel cũctis diebus Salomonis. Et hoc est ma- E
lũ Adad, & odiũ contra Israel. Regnauitq; in Syria. Ieroboã quoq; filius Nabat Ephratæus
Heb. clausit de Sareda, seruus Salomonis, cuius mater erat nomine Serua mulier vidua, leuauit manũ con
secretũ quen tra regẽ. Et hæc est causa rebellionis aduersus eũ: qa Salomon ædificauit Mello, & * coæqua
dam exitum uit voraginẽ ciuitatis Dauid patris sui. Erat aũt Ieroboam vir fortis & potẽs. Vidensq; Salo
ciuit. &c. mon adolescentẽ bonæ indolis, & industriũ: cõstituerat eum præfectũ super tributa vniuer-
sæ domus Iosrph. Factũ est igitur in tẽpore illo, vt Ieroboã rgrederet de Hierusalẽ, & inue F
niret eũ Ahias Sylonites propheta in via, opertus pallio nouo. Erãt aũt duo tñ in agro. Ap-
Sup. eodem prehẽdensq; Ahias palliũ suũ nouũ, quo coopertus erat, scidit in duodecim partes, & ait ad Ie
roboã: Tolle tibi decẽ scissuras. Hæc eñ dicit dñs deus Israel. Ecce ego scindã regnum de ma
nu Salomonis: & dabo tibi decẽ tribus. Porrò vna tribus remanebit ei, propter seruũ meũ Da
uid, & Hierusalẽ ciuitatẽ, quã elegi ex omnibus tribubus Israel, eo quòd dereliquerit me, & ado-
rauerit Astharten deã Sydoniorũ, & Chamos deũ Moab, & Moloch deũ filiorũ Ammon, &
nõ ambulauerit in vijs meis, vt faceret iustitiã corã me, & præcepta mea, & iudicia, sicut Da-
uid pater eius. Nec auferã omne regnũ de manu eius: sed ducẽ ponã eũ cũctis diebus vitæ suæ
propter Dauid seruũ meũ, quẽ elegi, qui custodiuit madata mea, & præcepta mea. Auferã au G
tẽ regnũ de manu filij eius, & dabo tibi decem tribus, filio autem eius dabo tribum vnã, vt re
manrat lucerna Dauid seruo meo, cunctis diebus coram me, in Hierusalẽ ciuitate, quam elegi
vt esset nomen meũ ibi. Te autẽ assumam, & regnabis super omnia quæ desiderat anima tua,
erisq; rex sup Israel. Si igitur audieris omnia quæ præcepero tibi, & ambulaueris in vijs meis
& feceris quod rectũ est coram me, custodiens mandata mea & præcepta mea, sicut fecit Da
uid seruus meus, ero tecũ, & ædificabo tibi domum fidelem, quomodo ædificaui Dauid do-
2.para.9.g mum, & tradam tibi Israel, & affligã semen Dauid super hoc. Verũtamen nõ cunctis diebus.
Voluit ergo Salomon interficere Ieroboam. Qui surrexit, & aufugit in Aegyptũ ad Sesac
regẽ Aegypti, & fuit in Aegypto vsq; ad mortem Salomonis. Reliquũ autem verborũ Salo
monis, & omnia quæ fecit, & sapientia eius: ecce vniuersa scripta sunt in libro verborum die-
rum Salomonis. Dies autẽ quos regnauit Salomon in Hierusalẽ super omnem Israel, qua-
draginta anni sunt. Dormiuitq; Salomon cum patribus suis, & sepultus est in ciuitate Dauid
patris sui: regnauitq; Roboam filius eius pro eo.

¶ Scissio regni, Roboam filio Salomonis super duabus, Ieroboam super decem tribubus imperante, Ieroboam facit vitulos aureos. Cap. XII.

VEnit aũt Roboã in Sichẽ. Illic eñ cõgregatus erat oĩs populus Israel, ad cõstituen A
dũ eum regẽ. At vero Ieroboam filius Nabat, cũ adhuc esset in Aegypto, profugus
2.para.10.a à facie Salomonis regis, audita morte eius, reuersus est de Aegypto. Miseruntq;,
& vocauerũt eum. Venit ergo Ieroboam, & oĩs multitudo Israel, & locuti sunt ad
Roboam,

Roboam,dicẽtes. Pater tuus duriſſimum iugum impoſuit nobis:tu itaq; nunc imminue pau-
B lulũ de imperio patris tui duriſſimo,& de iugo grauiſſimo q̃d impoſuit nobis,& ſeruiemus ti-
bi. Qui ait eis. Ite vſq; ad tertiũ diem:& reuertimini ad me. Cumq; abijſſet populus, inijt cõſi
lium rex Roboam cũ ſenioribus,qui aſſiſtebant corã Salomone patre eius,cũ adhuc viueret,&
ait eis. Quod datis cõſiliũ,ut reſpondeã populo? Qui dixerunt ei. Si hodie obedieris populo
huic:& ſeruieris,& petitioni eorũ ceſſeris,locutusq; fueris ad eos verba lenia, erunt tibi ſerui cũ
C ctis diebus. Qui dereliquit cõſilium ſenum quod dederant ei:& adhibuit adoleſcentes qui nu-
triti fuerant cum eo:& aſſiſtebant illi,dixitq; ad eos. Quod datis mihi conſiliũ,vt reſpondeam
populo huic,qui dixerunt mihi:leuius fac iugũ quod impoſuit pater tuus ſuper nos? Et dixerũt
ei iuuenes,qui nutriti fuerant cum eo. Sic loquere populo huic,qui locuti ſunt ad te,dicentes.
Pater tuus aggrauauit iugũ noſtrũ,tu releua nos. Sic loqueris ad eos. Minimus digitus meus Eccle.47.d 2.Paral.10.b
7.q.1.c.deni. groſſior eſt* dorſo patris mei,& nunc pater meus poſuit ſuper uos iugũ graue,ego aũt addã ſu- Hic. lumbis.
9 in .4.q.1.c.ec ucis. per iugũ ueſtrũ. Pater meus cecidit uos flagellis,ego aũt cædã uos ſcorpionibus. Venit ergo
Ieroboam & omnis populus ad Roboam die tertia,ſicut locutus fuerat rex,dicens: Reuertimi-
ni ad me die tertia. Reſponditq; rex populo dura,derelicto conſilio ſeniorũ quod ei dederant,
& loquutus eſt eis ſecundũ conſiliũ iuuenũ,dicens: Pater meus aggrauauit iugũ ueſtrũ,ego au-
D tem addã iugo ueſtro. Pater meus cæcidit uos flagellis,ego aũt cædã ſcorpionibus. Et non ac-
quieuit rex populo,quoniã auerſatus fuerat eũ dñs ut ſuſcitaret verbũ ſuũ, quod locutus fuerat
in manu Ahiæ Silonitæ ad Ieroboam filium Nabat. Vidẽs itaq; populus quod noluiſſet eos
audire rex,reſpondit ei,dicens: Quæ nobis pars in Dauid,vel quæ hæreditas in filio Iſai? Vade 2.Paral.10.d
in tabernacula tua Iſrael. Nunc vide domum tuam Dauid. Et abijt Iſrael in tabernacula ſua. Su-
per filios autem Iſrael quicunq; habitabant in ciuitatibus Iuda regnauit Roboam. Miſit ergo
E Roboam Aduram,qui erat ſuper tributa,& lapidauit eum omnis Iſrael,& mortuus eſt. Porro
rex Roboam feſtinus aſcendit currum,& fugit in Hieruſalem. Receſſitq; Iſrael à domo Dauid
uſq; in præſentem diẽ. Factũ eſt autẽ,cũ audiſſet ōis Iſrael,q̃d reuerſus eẽt Ieroboam, miſerũt
& vocauerũt eũ cõgregato cœtu,& cõſtituerũt eũ regẽ ſup omnẽ Iſrael,nec ſequutus eſt quiſ- 2.Para.11.a
piã domũ Dauid,præter tribũ Iuda ſolã. Venit aũt Roboam Hieruſalẽ,& congregauit vniuer- Eccl.47.d
ſam domũ Iuda,& tribũ Beniamin in centũ octogiuta milia electorũ virorũ & bellatorũ, vt pu-
gnarẽt cõtra domũ Iſrael,& reducerẽt regnũ Roboam filio Salomonis. Factus eſt autẽ ſermo
domini ad Semeiã virũ dei,dicens: Loquere ad Roboam filiũ Salomonis regẽ Iuda,& ad omnẽ
F domũ Iuda,& Beniamin,& reliquos de populo,dicens: Hæc dicit dñs: Non aſcendetis, neque
bellabitis cõtra fratres veſtros filios Iſrael. Reuertatur vir in domum ſuã. A me enim factũ eſt
verbũ hoc. Audierunt ſermonem domini,& reuerſi ſunt de itinere,ſicut præceperat ei domi-
nus. Aedificauit autem Ieroboam Sichem in mõte Ephraim,& habitauit ibi. Et egreſſus in-
de ædificauit Phanuel. Dixitq; Ieroboam in corde ſuo: Nunc reuertetur regnum ad domum
Dauid. Si aſcenderit populus iſte,vt faciat ſacrificia in domo dñi,in Hieruſalẽ,& conuertetur
cor populi huius ad dominũ ſuũ Roboam,regẽ Iuda, interficientq; me,& reuertentur ad eum
1.q.1.c.ſi quis Et excogitato conſilio,fecit duos vitulos aureos,& dixit eis: Nolite vltra aſcendere in Hie,
G ruſalẽ. Ecce dñ tui Iſrael,qui te eduxerunt de terra Aegypti. Poſuitq; vnũ in Bethel,& alterũ in
Dan. Et factũ eſt verbũ hoc in peccatũ. Ibat enĩ populus ad orandũ vitulũ,vſq; in Dan. Et fe-
cit phana in excelſis,& ſacerdotes de extremis populi,q nõ erãt de filijs Leui. Conſtituitq; diẽ
ſolennẽ in menſe octauo,quintadecima die menſis,in ſimilitudinem ſolennitatis,quæ celebrabat
in Iuda. Et aſcendens altare,ſimiliter fecit in Bethel,vt immolaret vitulis,q̃s fabricatus fuerat.
Conſtituitq; in Bethel ſacerdotes excelſorũ,q̃ fecerat & aſcendit ſuper altare q̃d extruxerat in Exo.32.b
Bethel,quintadecima die mẽſis octaui,quẽ finxerat de corde ſuo. Et fecit ſolennitatẽ filijs Iſra 2.Para.11.a
el,& aſcendit ſuper altare,vt adoleret incenſum.

¶Ieroboam ſacrificãs vitulis,increpat à propheta,extendit in illũ manũ,areſcit
manus,propheta à leone diſcerpit. Cap. XIII.

A ET ecce vir dei venit de Iuda in ſermone dñi,in Bethel Ieroboam ſtante ſuper altare,&
thus iaciente,& exclamauit contra altare,in ſermone dñi,& ait. Altare altare. hæc dicit
dñs: Ecce filius naſceẽ domui Dauid,Ioſias nomine,& immolabit ſuper te ſacerdotes 4.Reg.23.d
excelſorũ,q nũc in te thura ſuccendunt,& oſſa hominum ſuper te incendet. Deditq; in
illa die ſignũ,dicens: Hoc erit ſignũ q̃d locutus eſt dñs: Ecce altare ſcindetur,& effundetẽ cinis q
B in eo eſt. Cumq; audiſſet rex ſermonem hominis dei,quem inclamauerat cõtra altare in Be-
thel,extendit manum ſuã de altari,dicens: Apprehendite eũ. Et exaruit manus eius quã exten-
derat cõtra eum,nec valuit eam retrahere ad ſe. Altare quoq; ſciſſum eſt,& effuſus eſt cinis de al-
tari,iuxta ſignũ q̃d prædixerat vir dei,in ſermone dñi. Et ait rex ad virũ dei. Deprecare faciẽ
dñi dei tui,& ora pro me. vt reſtituat manus mea mihi. Orauitq; vir dei faciẽ dñi,& reuerſa eſt
manus regis ad eum,& facta eſt ſicut prius fuerat. Locutus eſt autẽ rex ad virũ dei: Veni me-
C cum domum,vt prandeas,& dabo tibi munera. Reſpõditq; vir dei ad regem: Si dederis mihi

Infra eod. mediam partem domus tuæ non veniam tecum, nec comedam panem, neq; bibam aquam in
loco isto. Sic enim mandatũ est mihi in sermone dñi, præcipiẽtis: Non comedes panem, neq;
bibes aquã, nec reuerteris per viã qua venisti. Abijt ergo per aliã viã, & nõ est reuersus per iter
quo venerat in Bethel. Prophetes aũt quidã senex habitabat in Bethel, ad quẽ venerunt filij
sui, & narrauerunt ei omnia opera quæ fecerat vir dei illa die in Bethel. Et verba quæ locutus
fuerat ad regem, narrauerunt patri suo. Et dixit eis pater eorũ. Per quã viam abijt? Ostenderũt
ei filij sui viã per quã abierat vir dei, qui venerat de Iuda. Et ait filijs suis: Sternite mihi asinum. D
Qui cum strauissent, ascendit & abijt post virũ dei, & inuenit eũ sedẽtem subtus terebinthũ. Et
ait illi: Tu ne es vir dei, qui venisti de Iuda? Respondit ille: Ego sum. Dixitq; ad eum: Veni me-
cũ domum, vt comedas panẽ. Qui ait: Nõ possum reuerti, neq; venire tecũ nec comedã panẽ, 1.q.1.c. si quis
Supr. eod. neq; bibã aquã in loco isto, quia locutus est dominus ad me, in sermone domini, dicens: Nõ co quis in prin.
medas panem, & non bibas aquã ibi, nec reuerteris per viã qua ieris. Qui ait illi: Et ego prophe 7.q.1.c. dens
ta sum similis tui. Et angelus locutus est mihi in sermone domini, dicens: Reduc eum tecum E
in domũ tuã, vt comedat panẽ, & bibat aquã. Fefellit eũ, & reduxit secum. Comedit ergo panẽ 9.11.q.2.c. inquare. §.
in domo eius, & bibit aquã. Cumq; sederent ad mensam, factus est sermo domini ad prophe- itẽ dictum
tam, qui reduxerat eum. Et exclamauit ad virũ dei, qui venerat de Iuda, dicens: Hæc dicit dñs:
Quia non obediens fuisti ori dñi, & non custodisti mandatũ quod præcepit tibi dominus deus
tuus, & reuersus es, & comedisti panẽ, & bibisti aquã, in loco in quo præcepit tibi ne comede-
res panem, neq; biberes aquam, non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum.
Cumq; comedisset, & bibisset, strauit asinũ suum propheta quẽ reduxerat. Qui cũ abijsset, in-
uenit eum leo in via, & occidit. Et erat cadauer eius proiectum in itinere. Asinus autem stabat
iuxta illum, & Leo stabat iuxta cadauer. Et ecce viri transeuntes, viderunt cadauer proiectũ F
in via, & leonem stantem iuxta cadauer, & venerunt, & diuulgauerunt in ciuitate, in qua pro-
phetes ille senex habitabat. Quod cũ audisset propheta ille, qui reduxerat eũ de via, ait: Vir dei
est, qui inobediens fuit ori domini, & tradidit eum dominus leoni, & confregit eum, & occidit
iuxta verbũ domini, quod loquutus est ei. Dixitq; ad filios suos: Sternite mihi asinũ. Qui cum
strauissent, & ille abijsset, inuenit cadauer eius proiectũ in via, & asinũ, & leonẽ stantes iuxta ca G
dauer, nõ comedit leo de cadauere, nec læsit asinũ. Tulit ergo prophetes cadauer viri dei, & po
suit illud super asinũ, & reuersus intulit in ciuitatẽ prophetæ senis, vt plãgerent eum. Et posuit
cadauer eius in sepulchro suo. Et planxerũt eũ, heu heu mi frater. Cumq; planxissent eum, di-
xit ad filios suos: Cũ mortuus fuero, sepelite me in sepulchro, in quo vir dei sepultus est. iuxta ossa
eius, ponite ossa mea. Profecto enim veniet sermo quẽ prædixit in sermone dñi cõtra altare quod
est in Bethel, & cõtra oĩa phana excelsorũ quæ sunt in vrbibus Samariæ. Post verba hæc nõ est
reuersus Ieroboã de via sua pessima, sed ecõtrario fecit de nouissimis populis sacerdotes excel- 1.q.1.c. eos in uer. tertius I
sorũ. Quicũq; volebat, implebat manũ suã, & fiebat sacerdos excelsorũ. Et propter hãc causam gio.
peccauit domus Ieroboam, & euersa est, & deleta de superficie terræ.

¶ Vxor Ieroboam cõsulit Ahiam prophetã: ille prædicit filij eius mortẽ: totiusq;
regni exitium: moritur Ieroboam, Sezach rex Aegypti diripit domũ
domini: moritur Roboam, succedit Abia. Cap. IIII.

IN tempore illo ægrotauit Abia, filius Ieroboam. Dixitq; Ieroboam vxori suæ: Surge, & A
commuta habitũ, ne cognoscaris quod sis vxor Ieroboam, & vade in Silo, vbi est Ahias
propheta, qui locutus est mihi, quod regnaturus essem super populũ hũc. Tolle quoq; in 1.q.3.c. Iudices. & c. placuit. §. ifi.
4.Reg.5.c manu tua decẽ panes & crustulã, & vas mellis, & vade ad illum. Ipse enim indicabit tibi, quid
euenturum sit puero huic. Fecit vt dixerat Ieroboam vxor eius. Et consurgens, abijt in Silo, &
venit in domum Ahiæ. At ille non poterat videre, quia caligauerant oculi eius præ senectute.
Dixit autem dominus ad Ahiam. Ecce vxor Ieroboam ingreditur, ut consulat te super filio
suo, quia ægrotat. Hæc & hæc loqueris ei. Cum ergo illa intraret, & dissimularet se esse quæ B
erat, audiuit Ahias sonitum pedum eius introeuntis per ostium, & ait. Ingredere vxor Ierobo
am. Quare aliam te esse simulas? Ego autem missus sum ad te durus nuntius. Vade, & dic Iero-
boam. Hæc dicit dominus deus Israel. Quia exaltaui te de medio populi, & dedi te ducem su-
per populum meum Israel, & scidi regnum domus Dauid, & dedi illud tibi, & non fuisti sicut
seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, & secutus est me in toto corde suo, faciens quod
placitum esset in conspectu meo, sed operatus es male super omnes qui fuerunt ante te, & feci-
sti tibi deos alienos, & conflatiles, vt me ad iracundiam prouocares, me autem proiecisti post
Infra. 16.b Infra. 12.f tergũ tuũ. Idcirco ecce ergo inducã mala super domũ Ieroboam, & percutiã de Ieroboã min- C
gentem ad parietẽ, & clausum, & nouissimũ in Israel, & mũdabo reliquias domus Ieroboam, si-
cut mũdari solet fimus vsq; ad purum. Qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate, comedent
eos canes: qui aũt mortui fuerint in agro, vorabunt eos aues cœli, quia dominus locutus est. Tu D
igitur surge, & vade in domum tuam, & in ipso introitu pedum tuorum in vrbem morietur pu-
er, & plangent eũ omnis Israel, & sepeliet. Iste enim solus inferetur de Ieroboam in sepulchrum,

quia* inuentus est super eo sermo bonus à domino deo Israel in domo Ieroboam. Constituet *He. inuenta est in eo bona res.*
autem sibi dñs regẽ super Israel, qui percutiet domũ Ieroboam in hac die, & in hoc tempore, &
percutiet dñs deus Israel, sicut moueri solet arundo in aqua. Et euellet Israel de terra bona hac,
E quàm dedit patribus eorum, & ventilabit eos trans flumen, quia fecerunt sibi lucos, vt irrita-
rent dominum. Et tradet dominus deus Israel propter peccata Ieroboam, qui peccauit, & pec-
care fecit Israel. Surrexit itaq; vxor Ieroboam, & abijt, & venit in Thersa. Cũq; illa ingre
deretur limen domus, puer mortuus est, & sepelierunt eũ. Et planxit eũ omnis Israel iuxta ser-
monem dñi quẽ loquutus est in manu serui sui Ahiæ prophetæ. Reliqua ãt verboꝝ Ierobo-
am quomodo pugnauerit, & quomodo regnauerit, ecce scripta sunt in libro verboꝝ dierum re-
gũ Israel. Dies autẽ quibus regnauit Ieroboam, vigintiduo anni sunt. Et dormiuit Ieroboã cũ
F patribus suis, regnauitq; Nadab filius eius pro eo. Porro Roboam filius Salomonis regnauit *1. Paral. 12. c.*
in Iuda. Quadraginta & vnius anni erat Roboam, cũ regnare cœpisset, & decẽ & septẽ annos
regnauit in Hierusalẽ, ciuitate quã elegit dñs, vt poneret nomen suũ ibi, ex omnibus tribubus
Israel. Nomen aũt matris eius Naama Amanithis. Et fecit Iudas malũ corã dño, & irritaue
runt eum super omnibus quæ fecerant patres eoꝝ, in peccatis suis quæ peccauerunt. Aedifica-
uerunt enim & ipsi sibi aras, & statuas, & lucos sub omnem collem excelsum, & subter omnem
arborem frondosam, sed & effœminati fuerũt in terra, feceruntq; omes abominationẽ gentiũ
G quas attriuit dñs ante faciẽ filioꝝ Israel. In quinto autẽ anno regni Roboam, ascendit Sezah
rex Aegypti in Hierusalẽ, & tulit thesauros domus dñi, & thesauros regios, & vniuersa diripu
it. Scuta quoq; aurea quæ fecerat Salomon, pro quibus fecit rex Roboam scuta ærea, & tradidit
ea in manũ ducũ scutarioꝝ, & eoꝝ qui excubabant ante ostiũ domus regis. Cumq; ingredere-
tur rex in domũ dñi, portabant ea qui præeundi habebant officiũ, & postea reportabant ad ar-
mamentarium scutarioꝝ. Reliqua aũt sermonũ Roboã, & omnia quæ fecit, ecce scripta sunt
in libro sermonũ dieꝝ regũ Iuda. Fuitq; bellũ inter Roboã & Ieroboã cunctis diebus. Dormi-
uitq; Roboam cũ patribus suis, & sepultus est cũ eis in ciuitate Dauid. Nomen autẽ matris eius
Naama Amanithis, & regnauit Abia filius eius pro eo.

¶ Regnauit super Iudã impius Abia, succedit iustus Asa, bellũ inter Asa & Baasa regẽ Israel, Iosa
phat succedit Asæ, Nadab succedit Ieroboã, Baasa occidit Nadab. Cap. XV.

A IGitur in octauodecimo anno regni Ieroboã filij Nabath, regnauit Abia super Iudã. Tri- *2. Par. 13. a.*
bus annis regnauit in Hierusalẽ. Nomen matris eius Maacha, filia Abisalõ. Ambulauitq;
in omnibus peccatis patris sui, quæ fecerant ante eum, nec erat cor eius perfectũ cum dño
deo suo, sicut cor Dauid patris eius. Sed propter Dauid dedit ei dñs deus suus lucernam in
Hierusalem, vt suscitaret filium eius post eum, & staret in Hierusalem, eo ꝙ fecisset Dauid rectũ
in oculis dñi, & non declinasset ab omnibus quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ, exce-
pto sermone Vriæ Hethæi. Attamen bellum fuit inter Abiam, & Ieroboam, omni tempore
B vitæ eius. Reliqua autem sermonum Abiæ & omnia que fecit, nonne hæc scripta sunt in li-
bro verborum dierũ regum Iuda? Fuitq; præliũ inter Abiã, & inter Ieroboã. Et dormiuit Abia *2. Par. 14. a.*
cũ patribus suis, & sepelierunt eũ in ciuitate Dauid, regnauitq; Asa filius eius pro eo. In anno
ergo vicesimo Ieroboam regis Israel, regnauit Asa rex Iuda, & quadraginta & vno anno regna
uit in Hierusalem. Nomen matris eius Maacha filia Abi Salom. Et fecit Asa rectum ante con-
spectum dñi, sicut Dauid pater eius. Et abstulit effœminatos de terra, purgauitq; vniuersas sor
des idolorum, quæ fecerant patres eius. Insuper & Maacham matrem suam amouit, ne esset
C princeps in sacris priapi, & in luco eius, quem consecrauerat. Subuertitq; specum eius, & con-
fregit simulachrum turpissimum, & combussit in torrente Cedron. Excelsa autem non abstu-
lit. Veruntamen cor Asa perfectum erat cum dño deo suo, cunctis diebus suis, & intulit ea quæ
sanctificauerat pater suus, & vouerat in domũ dñi argentũ, & aurum, & vasa. Bellum autem
erat inter Asa, & Baasa regẽ Israel, cunctis diebus eorũ. Ascendit quoq; Baasa rex Israel in Iudã,
D & ædificauit Rama: vt non posset quispiã egredi vel ingredi de parte Asa, regis Iudæ. Tollens
itaq; Asa omne argentum, & aurũ, quod remanserat in thesauris domus domini, & in thesau-
ris domus regiæ: dedit illud in manus seruoꝝ suoꝝ, & misit ad Benadad, filium Tabrẽmon, fi-
lij Hezion regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicens. Fœdus est inter me & te, & inter pa
trem meum, & patrẽ tuũ, ideo misi tibi munera, argentũ & aurum, & peto vt venias, & irritũ
facias fœdus quod habes cũ Baasa, rege Israel, & recedat à me. Acquiescẽs Benadad regi Asa, misit
principes exercitus sui in ciuitates Israel, & percusserũt Ion, & Dan, & Abel, domum Maacha,
& vniuersam Cẽneroth, omnẽ scilicet terrã Nephthali. Quod cũ audisset Baasa, intermisit
ędificare Rama, & reuersus est in Thersa. Rex aũt Asa nuntiũ misit in omnẽ Iudã, dicẽs. Nemo
E sit excusat*. Et tulerũt lapides de Rama, & ligna eius, quibus ædificauerat Baasa, & extruxit de eis
rex Asa, Gabaa Beniamin, & Maspha. Reliqua aũt oĩm sermonũ Asa, & vniuersæ fortitudines
eius, & cuncta quæ fecit, & ciuitates quas extruxit, nonne hæc scripta sunt in libro verboꝝ dierũ
regũ Iuda? Veruntamẽ in tẽpore senectutis suæ doluit pedes, & dormiuit cum patribus suis, & *2. Par. 16. d.*

sepultus est cum eis, in ciuitate Dauid patris sui. Regnauitq́ Iosaphat filius eius pro eo. Nadab F
vero filius Ieroboam regnauit super Israel anno secundo Asa regis Iuda. Regnauitq́ super
Israel duobus annis. Et fecit quod malũ est in cõspectu dñi, & ambulauit in vijs patris sui, & in
peccatis eius quibus peccare fecit Israel. Insidiatus est autem ei Baasa, filius Achię de domo Isa-
schar, & percussit eum in Gabbethon quæ est vrbs Philistinorũ. Siquidem Nadab & omnis Is-
rael obsidebãt Gabbethon. Interfecit ergo illum Baasa in anno tertio Asa regis Iuda, & regna- G
uit pro eo. Cumq́ regnasset, percussit omnẽ domũ Ieroboam. Non dimisit ne vnã quidẽ ani-
Supra.14.c mam de semine eius, donec deleret eum, iuxta verbum dñi, quod locutus fuerat in manu serui
sui Ahiæ Silonitæ, propter peccata Ieroboam quæ peccauerat, & quibus peccare fecerat Israel
& propter delictum quo irritauerat dñm deum Israel. Reliqua autem sermonum Nadab &
omnia quæ operatus est, nonne hæc scripta sunt in libro verborũ dierũ regũ Israel? Fuitq́ bellũ
inter Asa, & Baasa regem Israel cunctis diebus eorũ. Anno tertio Asa regis Iuda, regnauit Ba-
asa, filius Achiæ super omnem Israel, in Thersa, vigintiquatuor annis. Et fecit malũ corã dño,
ambulauitq́ in vijs Ieroboam, & in pctis eius, qbus peccare fecit Israel.

¶ Iehu prophetat contra Baasa, à quo & occiditur, Hela succedit Baasæ, quo occiso succe
dit Zambri, illo contẽpto, eligitur Amri, à quo obsessus Zambri, incensa domo exurit seipsum
Eligitur Thibni, Amri succedit Achab, ducit in vxorem Iezabel Sidoniam, reædificatur Hie-
richo. Cap. XVI. A

FActus est autẽ sermo dñi ad Iehu, filium Anani, contra Baasa, dicens. Pro eo quod ex-
altaui te de puluere, & posui te ducem super populũ meũ Israel, tu autem ambulasti in
via Ieroboam, & peccare fecisti populũ meũ Israel, vt me irritares in peccatis eorũ, ec-
ce ego demetã posteriora Baasa, & posteriora domus eius, & faciã domũ tuã sicut do- B
Supra.14.c mum Ieroboam, filij Nabath. Qui mortuus fuerit de Baasa in ciuitate, comedent eum canes, &
& infra 21.f qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedent eum volucres cœli. Reliqua autem sermonũ
2. Para.16.a Baasa, & quæcunq́ fecit, & prælia eius: nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum re-
gũ Israel? Dormiuit ergo Baasa cum patribus suis, sepultusq́ est in Thersa, & regnauit Hela fi-
lius eius pro eo. Cum autem in manu Iehu filij Anani prophetæ, verbũ dñi factũ esset cõtra
Baasa & cõtra domũ eius, & cõtra oĩe malũ quod fecerat corã dño, ad irritandũ eum in ope-
ribus manuũ suarũ, vt fieret sicut domus Ieroboam, *ob hãc causam occidit eũ: hoc est Iehu fili C
He. & qp percussit eũ: scz Nadab, & sequẽs clausula superest. um Anani prophetam. Anno vicesimosexto Asa regis Iuda, regnauit Hela filius Baasa, super Heb. Zimri.
Israel, in Thersa, duobus annis. Et rebellauit cõtra eũ seruus suus* Zambri, dux mediæ partis e-
quitũ. Erat aũt Hela in Thersa, bibens, & temulentus, in domo Arsa præfecti Thersa. Irruẽs
ergo Zambri percussit & occidit eum, anno vicesimoseptimo Asa regis Iuda, & regnauit pro
eo. Cumq́ regnasset, & sedisset super soliũ eius, percussit omnẽ domũ Baasa, & non dereliquit
ex ea mingentẽ ad parietẽ, & propinquos & amicos eius. Deleuitq́ Zambri omnẽ domũ Baa-
sa, iuxta verbũ dñi quod locutus fuerat ad Baasa, in manu Iehu prophetæ, ꝓpter vniuersa pec-
4 Reg. 9.8 cata Baasa, & peccata Hela filij eius, qui peccauerunt, & peccare fecerunt Israel, prouocantes do D
minũ deũ Israel in vanitatibus suis. Reliqua aũt sermonũ Hela, & omnia quæ fecit: nonne hęc
scripta sunt in libro verborũ dierũ regũ Israel? Anno vicesimoseptimo Asa regis Iuda, regna-
uit Zambri, septẽ diebus in Thersa. Porro exercitus obsidebat Gabbethon, vrbẽ Philistinorũ.
Cumq́ audisset rebellasse Zambri, & occidisse regem, fecit sibi regem omnis Israel Amri: qui
erat princeps militiæ super Israel in die illa in castris. Ascendit ergo Amri, & omnis Israel cũ
eo, de Gabbethon, & obsidebant Thersa. Videns aũt Zambri q expugnanda esset ciuitas in-
gressus est palatiũ, & succendit se cum domo regia, & mortuus est in peccatis suis, quæ pecca-
uerat, faciens malũ corã dño, & ambulans in via Ieroboã, & in peccato eius quo fecit peccare
Israel. Reliqua aũt sermonũ Zambri, & insidiarũ eius, & tyrannidis: nonne hæc scripta sunt E
in libro verborũ dierum regũ Israel? Tunc diuisus est populus Israel in duas partes. Media pars
populi sequebatur Thibni filiũ Gineth: vt constitueret eum regẽ, & media pars Amri. Præua-
luit autẽ populus qui erat cum Amri, populo qui sequebatur Thibni, filiũ Gineth: mortuusq́ ẽ
Thibni, & regnauit Amri. Anno tricesimoprimo Asa regis Iuda, regnauit Amri super Isra-
el duodecim annis. In Thersa regnauit sex annis. Emitq́ montẽ Samariæ à Somer, duobus ta-
lentis argenti, & ædificauit eum. Et vocauit nomen ciuitatis quàm extruxerat nomine Somer F
dñi mõtis, Samariam. Fecit autem Amri malũ in conspectu dñi, & operatus est nequiter super
oĩes qui fuerunt ante eũ. Ambulauitq́ in oĩ via Ieroboã, filij Nabat, & in peccatis eius, q-
bus peccare fecerat Israel, vt irritaret dñm deum Israel in vanitatibus suis. Reliqua autem ser
monum Amri, & prælia eius quæ gessit: nonne hæc scripta sunt in libro verborũ dierũ regum
Israel? Dormiuitq́ Amri cum patribus suis, & sepultus est in Samaria. Regnauitq́ Achab fili- s.q.7.a.f.§ vlt.
us eius pro eo. Achab vero filius Amri, regnauit super Israel anno tricesimooctauo Asa re-
gis Iuda. Et regnauit Achab filius Amri super israel in Samaria viginti & duobus annis. Et fe G
cit Achab filius Amri malũ in conspectu dñi, super omnes qui fuerunt ante eum. Nec suffecit
ei, vt

ei, vt ambularet in pecatis Ieroboam, filij Nabat: insup duxit vxorem Iezabel, filiã Ethbaal re 4.Reg.10.A
gis Sydonioꝝ. Et abijt & seruiuit Baal, & adorauit eũ, & posuit arã Baal, in tẽplo Baal, qd̃ ędi
ficauerat in Samaria, & plantauit lucũ. Et addidit Achab in ope suo irritãs dominũ deũ Israhel Iosue.6.d
sup omnes reges Israhel q fuerãt ante eũ. In diebus eius ędificauit Hiel de Bethel Hiericho. In
Abirã primitiuo suo fundauit eã, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius, iuxta verbũ do
mini quod locutus fuerat in manu Iosue filij Nun.

¶ Elias pascit̃ à coruis, mittit̃ ad mulierem Sareptanã, suscitat filiũ eius. Ca. XVII

A Et dixit Elias Thesbytes, de habitatoribus Galaad, ad Achab. Viuit dñs deus Israhel, in Infra.18.e
cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba. Et factũ est 4.Re.sis
verbũ domini ad eũ, dicens: Recede hinc, & vade contra orientem, & abscondere in Iaco.5.d.
torrente Carith, q est contra Iordanem, & ibi de torrente bibes. Coruisq; pręcepi vt
pascãt te ibi. Abijt ergo, & fecit iuxta verbũ dñi. Cũq; abijsset, sedit in torrente Carith, q est cõ
tra Iordanẽ. Corui quoq; deferebant ei panẽ & carnes mane: similiter panẽ & carnes vesperi, &
bibebat de torrente. Post dies aũt aliquãtos siccatus est torrens. Non enim pluerat sup terrã.

41.dis c. deli-tis ibi Helias carnẽ comedit. 21.q.4.c. illic. 6. obseruat. 7. q.1.c. scitoratus, ibi pphetas fugisse.

B Factus est ergo sermo dñi ad eũ, dicens: Surge & vade in Sareptã Sydonioꝝ, & manebis ibi. Luc.4.d
Pręcepi enĩ ibi mulieri viduę, vt pascat te. Surrexit & abijt in Sareptã Sydonioꝝ. Cũq; ve- Iudi.4.e
nisset ad portã ciuitatis, apparuit ei mulier vidua, colligens ligna. Et vocauit eã. Dixitq; ei: Da
mihi paululũ aquę in vase, vt bibã. Cũq; illa pgeret, vt afferret, clamauit post tergũ eius, dicẽs.

De iureiu. c. & si Christus in uer. testis in glo.

C Affer mihi obsecro, & buccellã panis in manu tua. Quę respõdit: Viuit dñs deus tuus, qa non Eccle.48.a
habeo * panẽ, nisi quãtũ pugill⁹ capere potest farinę, in hydria, & paululũ olei, in lechyto. En He. subcine-
colligo duo ligna, vt ingrediar & faciã illud mihi & filio meo, vt comedamus, & moriamur. ricũ
Ad quã Elias ait: Noli timere, sed vade & fac sicut dixisti. Verũtamẽ mihi primũ fac de ipsa
farinula subcinericiũ panẽ paruulũ, & affer ad me, tibi aũt & filio tuo facies postea. Hęc aũt di
cit dñs deus Israhel. Hydria farinę nõ deficiet, nec lechytus olei minuet̃, vsq; in diẽ in qua dñs
daturus ẽ pluuiã sup faciẽ terrę. Quę abijt & fecit iuxta verbũ Elię. Et comedit ipse, & illa, & do
mus eius. Et ex illa die hydria farinę non defecit, & lechytus olei nõ ẽ imminutus, iuxta verbũ
D dñi qd̃ locutus fuerat in manu Elię. Factũ est aũt post verba hęc, ęgrotauit filius mulieris ma
trisfamilias, & erat lãguor fortissimus, ita vt non remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Eliã.
Quid mihi & tibi vir dei? ingressus es ad me, vt rememorarent̃ iniqtates meę, & interficeres fi
liũ meũ? Et ait ad eã Elias. Da mihi filiũ tuũ. Tulitq; eũ de sinu eius, & portauit in cęnaculũ vbi
ipse manebat, & posuit sup lectulũ suũ, & clamauit ad dñm, & dixit: Dñe deus meus, etiã ne vi-
duã * apud quã ego vtcũq; sustẽtor, afflixisti, vt interficeres filiũ eius? Et expãdit se atq; mẽsus He. cum qua tãq; peregri-
est sup pueꝝ trib⁹ vicibus. Et clamauit ad dñm, & ait: Dñe deus meus reuertat̃ obsecro aĩa pue nus moror
ri hui⁹ in viscera ei⁹. Et exaudiuit dñs vocẽ Elię, & reuersa ẽ aĩa pueri intra eũ, & reuixit. Tulitq; 4.Re.4.f
Elias pueꝝ, & deposuit eũ de cęnaculo in inferiorẽ domũ, & tradidit mr̃i suę. Et ait illi. En vi
uit filius tuus. Dixitq; mulier ad Eliã. Nũc in isto cognoui, qm̃ vir dei es tu, & verbũ dñi in ore

¶ Elias mittit̃ ad Achab, sacrificat, occidit omnes prophetas Baal, (tuo veꝝ est.
impetrat pluuiam. Caput XVIII.

A Post dies multos factũ est verbũ dñi ad Eliã in anno tertio, dicens: Vade & ostende te
Achab, vt dem pluuiã sup faciẽ terrę. Iuit ergo Elias, vt ostẽderet se Achab. Erat autẽ
fames vehemens in Samaria. Vocauitq; Achab Abdiã dispensatorẽ domus suę. Ab-
dias aũt timebat dñm deũ valde. Nam cũ interficeret Iezabel prophetas dñi, tulit ille

23.q.4.c. nimium, c. si illic § sed obucif

B centũ prophetas, & abscondit eos, quinquagenos & quinquagenos, in spelũcis, & pauit eos pa
ne & aqua. Dixit ergo Achab ad Abdiã. Vade in terrã ad vniuersos fontes aquaꝝ, & in cun-
ctas valles, si forte possimus inuenire herbã, & saluare equos, & mulos, & non penitus iumenta
intereãt. Diuiserũtq; sibi regiones, vt circũirent eas. Achab ibat p viã vnã, & Abdias p viã alte
ram seorsum. Cũq; esset Abdias in via. Elias occurrit ei. Qui cũ cognouisset eũ, cecidit sup fa
ciẽ suã, & ait: Num tu es dñe mi Elias? Cui ille respondit. Ego, & dixit: Vade, dic dño tuo, adest
Elias. Et ille. Quid peccaui, inqt, qm̃ trades me seruũ tuũ in manu Achab, vt interficiat me? Vi
uit dñs deus tuus, qa non est gens, aut regnũ, in quo nõ miserit dñs meus, te requirẽs. Et rñden
tibus cũctis, non est hic, adiurauit regna singula & gentes, eo ꝙ minime repertreris. Et nũc tu
C dicis mihi, vade, & dic dño tuo, adest Elias. Cumq; recessero à te, spũs dñi asportabit te in locũ
quẽ ego ignoro, & ingressus nũtiabo Achab, & nõ inueniẽs te, ĩterficiet me. Seruus aũt tuus ti
met dñm ab infantia sua. Nunqd nõ indicatũ est tibi dño meo qd fecerim, cũ interficeret Ieza- Supra.17.a
bel pphetas dñi, quod absconderim de prophetis dñi centũ viros, quinquagenos & qnquage 4.Re.4.b
nos in speluncis, & pauerim eos pane & aqua? Et nunc tu dicis, vade, & dic domino tuo, adest
Elias, vt interficiat me? Et dixit Elias. Viuit dominus exercituũ, ante cuius vultũ sto: qa hodie
apparebo ei. Abijt ergo Abdias in occursum Achab, & indicauit ei. Venitq; Achab in occur
sum Elię. Et cũ vidisset eũ, ait: Tu ne es ille q cõturbas Israhel? Et ille ait: Nõ ego turbaui Isra-
hel, sed tu & domus pr̃is tui, qui dereliquistis mãdata dñi, & secuti estis Baalim. Veruntamen

1.q.7.ca. ult § fi. 11.q.4. c. qui peccat

nunc

nunc mitte,& congrega ad me vniuersum Israhel in monte Carmeli, & prophetas Baal quadringentos quinquaginta, ꝓphetasq́; lucoꝝ quadringentos, q comedunt de mensa Iezabel. D
Heb.cogitationes — Misit Achab ad omnes filios Israhel, & congregauit ꝓphetas in monte Carmeli. Accedens aũt Elias ad omnem populũ Israhel, ait: Vsq; quo claudicatis in duas *partes? Si dñs est deus, sequimini eũ. Si aũt Baal, sequimini illũ. Et non respondit ei populus verbũ. Et ait rursus Elias — 49.dist.c.si. de regula. c. absq.i glo.
ad populũ. Ego remãsi ꝓpheta dñi solus, ꝓphetæ aũt Baal q̃dringenti & quinquaginta, prophetæq́; lucoꝝ q̃dringenti viri sunt. Dent nobis duo boues & illi eligãt sibi bouem vnũ, & in frusta cædentes ponãt sup ligna, ignem aũt non supponãt. Et ego faciã bouem alteꝝ, & imponã sup ligna, ignem aũt non supponã. Inuocate nomina deoꝝ vestroꝝ, & ego inuocabo nomen dei mei, & deus q exaudierit p ignem, ipse sit deus. Respondens omnis populus, ait: Optima ꝓpositio, quã locutus est Elias. — 3.Reg.9.b Supra.2.f
Dixit ergo Elias ꝓphetis Baal. Eligite vobis bouem vnũ E
& facite primi, quia vos plures estis, & inuocate nomina deoꝝ vestroꝝ, ignemq́; non supponatis. Qui cũ tulissent bouem quem dederat eis, fecerũt, & inuocabãt nomen Baal, de mane vsq; ad meridiem, dicẽtes: Baal exaudi nos. Et non erat vox, nec q responderet. Trãsiliebãtq́; altare quod fecerãt. Cumq́; esset iam meridies, illudebat illis Elias, dicens: Clamate voce maiore: Deus enim vester est, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur. Clamabãt ergo voce magna, & incidebãt se iuxta ritũ suũ cultris, & lãceolis: donec pfunderent sanguine. Postq̃ aũt trãsijt meridies, & illis ꝓphetãtibus venerat tp̃s quo sacrificiũ offerri solet: nec audiebatur vox, nec aliquis respondebat, nec attendebat, orãtes: Dixit Elias omni populo. Venite ad me. Et accedente ad se populo, curauit altare domini, quod destructum fuerat & tulit duodecim lapides iuxta numeꝝ tribuũ filioꝝ Iacob, ad quem factus est sermo domini, dicens. Israhel erit nomen tuũ, & ædificauit de lapidibus altare, in nomine domini. — Gene.32.f
Feciťq; * aquæductũ quasi p duas aratiunculas in circuitu altaris: & composuit ligna, diuisitq́; p membra bouem, & posuit sup ligna, & ait: Implete quatuor hydrias aqua, & fundite sup holocaustũ, & sup ligna. Rursumq́; dixit: Etiã secũdo hoc facite. Qui cũ fecisset secũdo, ait: Etiã tertio idipsum facite. Feceruntq́; & tertio, & currebãt aquæ circa altare, & fossa aquæductus repleta est. — F — ne, fossam secundũ locum duorũ satorũ sementis in circu. &c.
Cumq́; iam tempus esset, vt offerretur holocaustũ, accedens Elias ꝓpheta, ait: Domine deus Abrahã, Isaac, & Israhel, ostende hodie, quia tu es deus Israhel, & ego seruus tuus, & iuxta p̃ceptũ tuũ feci omnia verba hæc. Exaudi me domine, exaudi me, vt discat populus iste, quia tu es dñs deus, & tu conuertisti corda eoꝝ iteꝝ. Cecidit aũt ignis domini, deuorauit holocaustũ, & ligna, & lapides, puluerem quoq; & aquã quæ erat in aquæductu lambens. — G — 1.q.1.c. cum scriptura
Quod cũ vidisset omnis populus, cecidit in faciem suã, & ait: Dominus ipse est deus, dñs ipse est deus. G
Dixitq́; Elias ad eos: Apprehendite ꝓphetas Baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis. Quos cum apprehendissent, duxit eos Elias ad torrentem Cison. Et interfecit eos ibi. Et ait Elias ad Achab Ascende, comede, & bibe: quia sonus multæ pluuiæ ẽ. Ascendit Achab vt comederet, & biberet. Elias aũt ascendit in verticem Carmeli, & pronus in terrã posuit faciem suã inter genua sua, & dixit ad pueꝝ suũ. Ascende, & ꝓspice contra mare. Qui cũ ascendisset, & contemplatus esset, ait: Non est quicq̃. Et rursum ait illi: Reuertere septem vicibus. In septima aũt vice ecce nubecula parua, quasi * vestigiũ hominis, ascendebat de mari. Qui ait: Ascende, & dic Achab. Iunge currũ tuũ, & descende ne occupet te pluuia. Cũq́; se verterent huc atq; illuc, ecce cœli contenebrati sunt, & nubes, & ventus, & facta est pluuia grãdis. Ascendens itaque Achab, abijt in Iezrael, & manus domini facta est sup Eliam, accinctisq́; lumbis currebat ante Achab, donec veniret in Iezrael. — 23.q.4.c.ad-mitti. q.5.p' c.reos ibi monstros trucidasse, & q.4.c. q peccat &c. & illic § sed obijcit.i.ver. mõstrare & cetera, ea ut dicta — Supr.17.a Iacob.5.d ne.planta

¶Elias fugiens Iezabel, pascitur à domino p angelum, queritur se relictũ solũ, iubetur vngere Azahel, & Iehu, ac Elisæum. Ca.XIX.

NVntiauit aũt Achab Iezabel omnia quæ fecerat Elias, & quomodo occidisset vniuersos ꝓphetas Baal gladio. Misitq́; Iezabel nũtiũ ad Eliã dicẽs: Hęc mihi faciãt dij & hæc addãt, nisi hac hora cras posuero animam tuam sicut animã vnius ex illis. A
Timuit ergo Elias, & surgens abijt quocunq; eum ferebat voluntas. Venitq́; in Bersabee Iuda, & dimisit ibi pueꝝ suum, & ꝑrexit in desertũ, viã vnius diei. Cumq́; venisset, & sederet subter vnã iunipeꝝ, petiuit animæ suæ vt moreretur, & ait: Sufficit mihi domine, tolle animã meã. Neq; enim melior sum q̃ p̃res mei. Proiecitq́; se, & obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus domini tetigit eũ, & dixit illi: Surge, & comede. Respexit, & ecce ad caput suũ subcinericius panis, & vas aquæ. Comedit & bibit, & rursum obdormiuit. — 7.q.1.c.scitis, ibi. prophetas fugisse. — Iosue.4.a.
Reuersusq́; est angelus dñi secundo, & tetigit eũ, dixitq́; illi: Surge, comede. Grãdis enim tibi restat via. Qui cũ surrexisset, comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vsq; ad montem dei Horeb. Cũq; venisset illuc, mansit in spelunca. Et ecce sermo dñi ad eũ, dixitq́; illi. Quid hic agis Elia? At ille respondit. Zelo zelatus sum ꝓ dño deo exercituũ: quia dereliquerũt pactũ dñi filij Israhel. Altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærunt animã meã vt auferant eam. — B — De reliq.ca. unico.i pri. in Cle.p iohan.An. — Iosue ubi supra Rom.11.a

Et ait

Et ait ei: Egredere, & sta in monte corã domino. Et ecce dominus trãsit, & spũs grãdis, & for
tis subuertens montes, & cõterens petras ante dñm. Non in spũ dñs. Et post spm̃ commotio
C Non in cõmotione dñs. Et post cõmotionẽ ignis. Non in igne dñs. Et post ignẽ sibilus auræ
tenuis. Qđ cũ audisset Elias, operuit vultũ suũ pallio, & egressus stetit in ostio speluncæ, & ecce Supra eodẽ
vox ad eũ, dicẽs: Quid hic agis Elia? Et ille rñdit: Zelo zelatus sum ꝓ dño deo exercituũ, quia
dereliquerũt pactũ tuũ filij Israhel. Altaria tua destruxerũt, & ꝓphetas tuos occiderũt gladio,
& derelictus sum ego solus, & quærũt animã meã vt auferãt eã. Et ait dñs ad eũ: Vade, & reuer
tere in viã tuã p desertũ, in Damascũ. Cũq; perueneris illuc, vnges Hasael regẽ sup Syriã, & Iehu Eccle. 48. a
filiũ Namsi vnges regẽ sup Israhel. Elisęũ aũt filiũ Saphat, q est de Abel Mehola, vnges ꝓphe
tã pro te. Et erit qcunq; fugerit gladiũ Hasael, occidet eũ Iehu, & qcunq; fugerit gladiũ Iehu,
D interficiet eũ Elisęus. Et derelinquã mihi in Israhel septẽ milia viroꝝ, quoꝝ genua nõ sunt in- Roma. 11. a.
curuata ante Baal, & omne os qđ non adorauerit eũ, osculãs manũ. Profectus ergo inde Eli-
as, repperit Elisęũ, filiũ Saphat, arãtem in duodecim iugis boum, & ipse in duodecim iugis bo
um arãtibus vnus erat. Cũq; venisset Elias ad eũ, misit palliũ suũ sup illũ. Qui statim relictis bo
bus, cucurrit post Eliã, & ait: Osculer (oro te) p̃rem meũ, & matrẽ meã, & sic seq̃r te. Dixitq;
ei. Vade, & reuertere. Quod eñ meum erat, feci tibi. Reuersus aũt ab eo, tulit par boum, & ma
ctauit illud: & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederũt. Consurgensq;
abijt, & secutus est Eliã, & ministrabat ei.

¶ De vna & altera obsidione Samariæ, ꝑ Benadad regẽ Syriæ. Ca. XX.

A Porrò * Benadad rex Syriæ congregauit oẽm exercitũ suũ, & trigintaduos reges secũ, Hr. Benadar ben dũ legũs.
& equos & currus, & ascendẽs pugnauit contra Samariã, & obsedit eã. Mittensq; nũ-
cios ad Achab regem Israhel in ciuitatẽ, ait: Hæc dicit Benadad. Argentũ tuũ, & auꝝ
tuũ meũ est, vxores tuæ & filij tui optimi, mei sunt. Responditq; rex Israhel, iuxta ver
bum tuũ dñe mi rex tuus sum ego, & omnia mea. Reuertentesq; nuncij, dixerũt. Hæc dicit Be
nadad, q misit nos ad te. Argentũ tuũ, & auꝝ tuum, & vxores tuas, & filios tuos dabis mihi.
Cras igiť hac eadem hora mittã seruos meos ad te, & scrutabunť domũ tuã, & domũ seruoꝝ
B tuoꝝ, & omne quod * eis placuerit ponent in manibus suis, & auferent. Vocauit autem rex Hr. est desiderabile oculis tuis ponent & cætera
Israhel omnes seniores terræ, & ait: Animaduertite & videte quoniã insidiať nobis. Misit eñ
ad me pro vxoribus meis, & filijs, & pro argento, & auro, & non abnui. Dixeruntq; oẽs ma
iores natu, & vniuersus populus ad eum. Non audias, neq; acquiescas illi. Respondit itaq; nũ-
cijs Benadad: Dicite dño meo regi. Omnia propter quę misisti ad me seruũ tuũ in initio, faciã.
hãc aũt rem facere non possum. Reuersiq; nuncij retulerũt omnia ei. Qui remisit, & ait: Hæc fa
ciant mihi dij, & hæc addãt, si suffecerit puluis Samariæ pugillis omnis populi, qui sequiť me.
Et respondens rex Israhel, ait: Dicite ei: Ne gloriet accinctus, æque vt * discinctus. Factũ est Hr. victoria potens
C aũt cũ audisset Benadad verbũ istud, bibebat ipse & reges in vmbraculis, & ait seruis suis: * Cir- Hr. ponite, & obsidione eã
cundate ciuitatem. Et circundederunt eã. Et ecce ꝓpheta vnus accedens ad Achab regem Is-
rahel, ait ei: Hæc dicit dominus: Certe vidisti omnem multitudinem hãc nimiã. Ecce ego tra
dã eã in manũ tuã hodie, vt scias, quia ego sum dñs. Et ait Achab: Per quẽ? Dixitq; ei. Hæc di Heb. per pueros principũ & cætera
cit dñs: Per * pedissequos principũ ꝓuinciaꝝ. Et ait: Quis incipiet ꝓliari? Et ille dixit. Tu. Recẽ
suit ergo pueros principũ ꝓuinciaꝝ, & repperit numeꝝ ducentoꝝ trigintaduoꝝ. Et recẽsuit
post eos populũ omnes filios Israhel septem milia, & egressi sunt meridie. Benadad autem bi
bebat temulentus in vmbraculo suo, & reges trigintaduo cum eo, q ad auxiliũ eius venerant.
Egressi sunt autem pueri principum ꝓuinciaꝝ in prima fronte. Misit itaq; Benadad q nun-
tiauerunt ei, dicentes: Viri egressi sunt de Samaria. At ille ait. Siue pro pace veniunt, apprehen
D dite eos viuos, siue vt præliẽť viuos eos capite. Egressi sunt ergo pueri principum ꝓuin-
ciaꝝ, ac reliquus exercitus sequebatur. Et percussit vnusquisq; viꝝ, qui contra se veniebat. Fu-
gieruntq; Syri, & persecutus est eos Israhel. Fugit quoq; Benadad rex Syriæ in equo cũ equiti
bus suis. Necnon egressus rex Israhel, percussit equos & currus, & percussit Syriam plaga ma-
gna nimis. Accedens autem ꝓpheta ad regem Israhel, dixit ei. Vade, & confortare, & scito,
& vide quid facias. Sequenti enim anno rex Syriæ ascendet contra te. Serui vero regis Syriæ
dixerũt ei. Dij montium sunt dij eoꝝ, ideo superauerunt nos. Sed melius est, vt pugnemus cõ-
tra eos in cãpestribus, & obtinebimus eos. Tu ergo verbũ hoc fac. Amoue reges singulos ab Infra eodem
exercitu suo, & pone principes pro eis, & instaura numeꝝ militum, qui ceciderunt de tuis, &
equos scđm equos pristinos, & currus scđm currus quos ante habuisti, & pugnabimus contra
eos in cãpestribus, & videbis ꝙ obtinebimus eos. Credidit cõsilio eoꝝ, & fecit ita. Igiť postq̃
annus transierat, recensuit Benadad Syros, & ascendit in Aphec, vt pugnaret contra Israhel.
Porrò filij Israhel recensiti sunt, & * acceptis cibarijs, profecti ex aduerso castrametati sunt Heb. adfuerũt omnes
contra eos, quasi duo parui greges capraꝝ, Syri autẽ repleuerunt terrã. Et accedens vnus vir
E dei dixit ad regem Israhel. Hæc dicit dñs. Quia dixerũt Syri. Deus montium est dñs, & nõ est
deus valliũ, dabo oẽm multitudinẽ hãc grãdem in manu tua, & scietis, quia ego sum dominus

Dirige

Dirigebãt itaq; septem diebus ex aduerso, hi atq; illi acies, septima autem die commissum
est bellum. Percusseruntq; filij Israhel de Syris centũ milia peditũ in die vna. Fugerunt aũt Sy
ri, qui remanserunt in Aphec in ciuitatem, & cecidit murus super vigintiseptem milia homi-
num, qui remanserãt. Porrò Benadad fugiens, ingressus est ciuitatem, in cubiculũ quod erat
intra cubiculũ. Dixeruntq; ei serui sui: Ecce audiuimus quod reges domus Israhel clementes
sint. Ponamus itaq; saccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediamur
ad regem Israhel, forsitã saluabit animas nostras. Accinxerũt saccis lumbos suos, & posuerũt
funiculos in capitibus suis, venerũtq; ad regem Israhel, & dixerũt ei: Seruus tuus Benadad di-
cit: Viuat oro te anima mea. Et ille ait: Si adhuc viuit, frater meus est. Quod acceperũt viri ꝓ F
omine, & festinãtes rapuerũt verbũ ex ore eius, atq; dixerũt: Frater tuus Benadad viuit, & dixit eis
Ite & adducite eũ ad me. Egressus est ergo ad eum Benadad, & leuauit eũ in currũ suũ. Qui
dixit ei: Ciuitates quas tulit pater meus à patre tuo, reddã, & plateas fac tibi in Damasco, sicut
fecit pater meus in Samaria, & ego fœderatus recedã à te. Pepigit ergo fœdus, & dimisit eũ.
Tunc vir quidã de filijs prophetarũ dixit ad sociũ suũ in sermone domini. Percute me. At ille
noluit percutere. Cui ait: Quia noluisti audire vocem domini, ecce recedes à me, & percutiet
te leo. Cũq; paululũ recessisset ab eo, inuenit eũ leo atq; percussit. Sed & alterũ inueniens virũ,
dixit ad eũ: Percute me. Qui percussit eũ, & vulnerauit. Abijt ergo Propheta, & occurrit regi
He. texit ga- lero oculos suos — in via, &* mutauit aspersione pulueris os, & oculos suos. Cũq; rex trãsisset, clamauit ad regem G
& ait: Seruus tuus egressus est ad præliãdũ cominus. Cũq; fugisset vir vnus adduxit eũ quidã
ad me, & ait: Custodi virũ istũ. Qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentum
argenti appendes. Dum aũt ego turbatus huc illucq; me verterem, subito non comparuit. Et
He. festinauit ac remouit galerũ ab oculis suis — ait rex Israhel ad eũ. Hoc est iudiciũ tuũ, quod ipse decreuisti. At ille * statim abstersit puluerem de facie sua, & cognouit eũ rex Israhel, quod esset de prophetis. Qui ait ad eũ: Hæc dicit do-
minus: Quia dimisisti virũ dignũ morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & popu-
lus tuus pro populo eius. Reuersus est igit rex Israhel in domũ suam audire contemnens, &
furibundus venit in Samariam.

¶ Iezabel ob vineã negatam iubet occidi Naboth: Elias increpat Achab, ille pœnitentiam agit. Caput XXI.

POst verba aũt hæc, tempore illo vinea erat Naboth Iezraelitæ, qui erat in Iezrael iu- A
xta palatiũ Achab regis Samariæ. Loquutus est ergo Achab ad Naboth, dicens: Da
mihi vineã tuã, vt faciã mihi hortũ olerũ, quia vicina est, & prope domũ meã, daboq;
tibi pro eo vineã meliorẽ. Aut si commodius tibi putas, argenti pretiũ quantũ digna
est, dabo. Cui respondit Naboth: Propitius sit mihi dñs, ne dem hæreditatẽ patrũ meorũ tibi.
Venit ergo Achab in domũ suã, indignãs, & frendens super verbo, quod locutus fuerat ad eum
Naboth Iezraelites, dicens: Non dabo tibi hæreditatem patrũ meorũ. Et proijciens se in lectu- B
lum suũ, auertit faciem suã ad parietem, & non comedit panẽ. Ingressa est aũt ad eũ Iezabel
vxor sua, dixitq; ei: Quid est hoc, vnde anima tua contristata est, & quare non comedis panẽ.
Qui respondit ei: Loquutus sum Naboth Iezraelitæ, & dixi ei: Da mihi vineã tuã accepta pe
cunia, aut si tibi placet, dabo tibi vineã meliorẽ ꝓ ea. Et ille ait: Non dabo tibi vineã meã. Di-
xit ergo ad eũ Iezabel vxor eius. Grãdis autoritatis es, & bene regis regnũ Israhel: Surge & co C
mede panem, & æquo animo esto: Ego dabo tibi vineã Naboth Iezraelitæ. Scripsit itaq; lite
ras ex nomine Achab, & signauit eas annulo eius, & misit ad maiores natu, & optimates qui erãt
in ciuitate eius, & habitabãt cũ Naboth. Literarũ aũt hæc erat sententia: Prædicate ieiunium,
& sedere facite Naboth inter primos populi. Et submittite duos viros filios Belial, contra eũ,
He. maledixisti vel blasphemasti deum, & cætera — & falsum testimoniũ dicãt: * Benedixit Naboth deũ & regem. Et educite eũ, & lapidate, sicq;
moriat. Fecerunt ergo ciues eius, maiores natu. & optimates, qui habitabãt cum eo in vrbe
sicut præceperat eis Iezabel, & sicut scriptum erat in literis, quas miserat ad eos. Prædicauerũt D
ieiunium, & sedere fecerunt Naboth inter primos populi. Et adductis duobus viris, filijs dia-
boli, fecerunt eos sedere contra eum. At illi scilicet vt viri diabolici dixerunt contra eum testi
Acto. 6. 5 Heb. maledixit. — monium corã multitudine. * Benedixit Naboth deũ & regem. Quãobrẽ eduxerũt eum extra
ciuitatem, & lapidibus interfecerũt. Miserũtq; ad Iezabel, dicentes: Lapidatus est Naboth &
mortuus est. Factũ est autẽ cum audisset Iezabel lapidatũ Naboth, & mortuũ, loquuta est ad E
Achab: Surge, posside vineã Naboth Iezraelitæ, qui noluit tibi acquiescere, & dare eam, acce-
pta pecunia. Non enim viuit Naboth, sed mortuus est. Quod cum audisset Achab mortuũ vi
delicet Naboth, surrexit, & descendebat in vineã Naboth Iezraelitæ, vt possideret eam. Fa-
ctus est igit sermo dñi ad Eliã Thesbyten, dicens: Surge, & descende in occursum Achab re-
gis Israhel, qui est in Samaria. Ecce ad vineã Naboth descẽdit, vt possideat eã. Et loqueris ad
eum, dicens: Hæc dicit dñs deus. Occidisti, insuper & possedisti. Et post hæc addes: Hæc dicit F
dñs: In loco hoc in quo linxerũt canes sanguinẽ Naboth, lãbent quoq; sanguinem tuũ. Et ait
Achab ad Eliã. Num inuenisti me inimicũ tibi? Qui dixit: Inueni, eo quod venundatus sis, vt face

res ma

res malum in conspectu dñi. Hæc dicit dominus. Ecce ego inducã super te malum, & demẽ- 4.Reg.9.b
tam posteriora tua, interficiã dé Achab mingentẽ ad parietẽ, & clausum, & vltimũ in Israel.
Et dabo domũ tuã sicut domũ Ieroboam, filij Nabat, & sicut domũ Baasa, filij Ahia, qa egisti
vt me ad iracundiam prouocares, & peccare fecisti Israel. Sed & de Iezabel locutus est dñs
dicens: Canes comedent Iezabel, in agro Iezrael. Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, co-
medent eum canes. Si aũt mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cœli. Igitur nõ 4.Reg.9.g
fuit alter talis sicut Achab, qui venundatus est vt faceret malum in conspectu dñi. Concitauit Supra.15.g & 16.a
enim eum Iezabel vxor sua, & abominabilis factus est, intantum vt sequeretur idola, quæ fe- Infra.22.f
G cerant Amorræi, quos consumpsit dominus à facie filiorum Israel. Itaq; cũ audisset Achab
sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitq́;, & dormiuit
in sacco, & ambulauit demisso capite. Et factus est sermo domini ad Eliam Tesbiten, di-
cens: Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non 4.Reg.10.a
inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius.

¶Conueniunt Achab & Iosaphat, quadringentis pseudoprophetis, pphetantibus fal-
sa: Micheas vera prædicit, percutitur, incarceratur, Achab sagitta uulneratus morit̃ succedit
Ochozias, moritur quoq; Iosaphat, cui succedit Ioram. Cap. XXII.

A TRansierunt igitur tres anni absq; bello inter Syriam & Israel. In anno aũt tertio de 2.Par.18.a
scẽdit Iosaphat rex Iuda ad regẽ Israel. Dixitq́; rex Israel ad seruos suos: Ignoratis 4.Reg.4.a
q̃ nostra sit Ramoth Galaad, & negligimus tollere eam de manu regis Syriæ? Et
ait ad Iosaphat: Venies ne mecũ ad præliãdũ in Ramoth Galaad? Dixitq́; Iosaphat
ad regem Israel: Sicut ego sum, ita & tu. Populus meus & populus tuus vnum sunt: & equites
B mei equites tui. Dixitq́; Iosaphat ad regem Israel: Quære, oro te hodie sermonem dñi. Cõ
gregauit ergo rex Israel prophetas, quadringentos circiter viros, & ait ad eos: Ire debeo ĩ Ra
moth Galaad ad bellãdum, an quiescere? Qui respõderunt: Ascende, & dabit eam dñs in ma-
nu regis. Dixit autẽ Iosaphat. Nõ est hic propheta domini quispiã, vt interrogemus per eũ?
Et ait rex Israel ad Iosaphat. Remãsit vir vnus per quẽ possumus interrogare dñm. Sed ego
odi eum, quia nõ prophetat mihi bonũ, sed malũ, Micheas filius Iemla. Cui Iosaphat ait. Ne
loquaris ita rex. Vocauit ergo rex Israel eunuchum quẽdã, & dixit ei. Festina adducere Mi
cheam filium Iemla. Rex autẽ Israel & Iosaphat rex Iuda, sedebat vnusquisq; in solio suo, ve-
stitu* cultu regio, in area iuxta ostiũ portæ Samariæ, & vniuersi pphetæ prophetabant in cõ He. vestibus suis regiis.
spectu eorũ. Fecit quoq; sibi Sedechias, filius Chanaan cornua ferrea. Et ait. Hæc dicit dñs. His
C ventilabis Syriam, donec deleas eam. Omnesq́; prophetæ similiter prophetabant, dicentes.
Ascende in Ramoth Galaad, & vade prospere, & tradet eam dñs in manus regis. Nuntius
vero qui ierat vt vocaret Micheam, locutus est ad eum, dicens. Ecce sermones prophetarum
ore vno regi bona prædicant, sit ergo & sermo tuus similis eorum, & loquere bona. Cui Mi-
cheas ait. Viuit dñs, quia quodcunq; dixerit mihi dñs, hoc loquar. Venit itaq; ad regem, & ait
illi rex. Michea, ire debemus in Ramoth Galaad, ad præliandum, an cessare? Cui ille respõdit
Ascende, & vade prospere, & tradet dñs in manus regis. Dixit autem rex ad eũ. Iterum atq;
iterũ adiuro te, vt nõ loquaris mihi, nisi quod verum est, in nomine dñi. Et ille ait. Vidi cun- 2.Paral.18.d
ctum Israel dispersum in mõtibus, q̃si oues nõ habẽtes pastorẽ. Et ait dñs. Non habent isti do
minum. Reuertatur vnusquisq; in domũ suã in pace. Dixit ergo rex Israel ad Iosaphat. Nũ
quid nõ dixi tibi, quia nõ prophetat mihi bonum, sed semper malũ? Ille uero addens ait. Pro-
D pterea audi sermonem dñi. Vidi dñm sedentem super solium suum, & omnẽ exercitũ cœli
assistentẽ ei, à dextris & à sinistris. Et ait dñs. Quis decipiet Achab regem Israel, vt ascendat,
& cadat in Ramoth Galaad? Et dixit vnus verba huiuscemodi, & alius aliter. Egressus est aũt
spiritus, & stetit corã dño, & ait. Ego decipiã illum. Cui locutus est dñs. In q̃? Et ille ait. Egre- 2.Par.18.e
diar, & ero spiritus mendax in ore omniũ prophetarũ eius. Et dixit dñs. Decipies, & p̃uale-
bis. Egredere & fac ita. Nunc igit̃ ecce dedit dñs spiritũ mendacij in ore omniũ prophetarũ
tuorũ, q hic sunt. Et dñs locutus est contra te malũ. Accessit autẽ Sedechias filius Chanaan
& p̃cussit Micheã in maxillã, & dixit. Me ne ergo dimisit spiritus dñi, & locutus est tibi? Et
ait Micheas. Visurus es in die illa, q̃n ingredieris in cubiculũ, intra cubiculũ vt abscõdaris. Et
ait rex Israel. Tollite Micheã, & maneat apud Ammõ pricipẽ ciuitatis, & apud Ioas filiũ* A-
malech & dicite eis. Hæc dicit rex. Mittite virũ istũ in carcerẽ, & sustẽtate eũ pane tribulatio- Heb. regis.
nis, & aq̃ angustiæ, donec reuertar in pace. Dixitq́; Micheas. Si reuersus fueris in pace, nõ est
E locutus in me dñs. Et ait. Audite populi om̃es. Ascẽdit itaq; rex Israel, & Iosaphat rex iuda, He. ut nõ cognitus ueniret in p̃liũ, tu (Iosaphat) induere, &c.
in Ramoth Galaad. Dixit itaq; rex Israel ad Iosaphat. *Sume arma, & ingredere p̃liũ, & In-
duere vestibus tuis. Porro rex Israel* mutauit habitũ suũ, & ingressus ẽ bellũ. Rex aũt Syriæ p̃- Larua fuit.
ceperat principibus curruũ trigintaduobus, dicẽs. Non pugnabitis contra minorẽ & maiorẽ
quempiã, nisi contra regem Israel solum. Cum ergo vidissent principes curruũ Iosaphat,
suspicati sunt q̃ ipse esset rex Israel. Et impetu facto, pugnabant contra eum. Et exclamauit

Iosaphat. Intellexeruntq́ principes curruū, q̄ nō esset rex Israel, & cessauerunt ab eo. Vir aūt
quidam tetendit arcū,* in incertum sagittam dirigens, & casu percussit regē Israel,* inter pul
monē & stomachū. At ille dixit aurigæ suo. Verte manū tuā, & eijce me de exercitu, qa gra- F
uiter vulneratus sum.* Cōmissum est ergo prælium in die illa. Et rex Israel stabat in curru suo
contra Syrios. Et mortuus est vespere. Fluebat aūt sanguis plagæ in sinū currus, & præco in-
sonuit in vniuerso exercitu anteq̄ sol occumberet, dicens. Vnusquisq́ reuertatur in ciuitatē
& in terrā suā. Mortuus est aūt rex, & perlatus est in Samariā. Sepelieruntq́ regē in Sama-
ria, & lauerunt currū eius in piscina Samariæ, & linxerunt canes sanguinē eius, & * habenas la
uerunt: iuxta verbū dñi quod locutus fuerat. Reliqua aūt sermonū Achab, & vniuersa quæ
Sup. 21. c fecit, & domus eburnea quā ædificauit, cunctarumq́ vrbiū quas extruxit: nonne hæc scripta
sunt in libro sermonū dierū regum Israel? Dormiuit ergo Achab cū patribus suis, & regnauit
Ochozias filius eius pro eo. Iosaphat vero filius Asa regnare cœperat super Iudam, anno
quarto Achab, regis Israel. Trigintaquinq; annorū erat cum regnare cœpisset, & vigintiquin
q; annis regnauit in Hierusalē. Nomen matris eius Azuba, filia Salhi. Et ambulauit in omni
via Asa patris sui, & non declinauit ex ea. Fecitq́ quod rectū erat in conspectu dñi, veruntā G
men excelsa non abstulit. Adhuc enim populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis
Pacemq́ habuit Iosaphat cum rege Israel. Reliqua autē verborū Iosaphat, & opera eius quę
gessit, & prælia: nōne hæc scripta sunt in libro verborū dierū regū Iuda? Sed & reliquias effœ
minatorū, qui remanserant in diebus Asa patris eius, abstulit de terra. Nec erat tunc rex con-
stitutus in Edom. Rex vero Iosaphat fecerat classes in mari, quæ nauigarent in Ophir pro
pter aurū, & ire non potuerunt, quia confractæ sunt in Asiongaber. Tunc ait Ochozias filius
Achab ad Iosaphat. Vadāt serui mei cū seruis tuis in nauibus. Et noluit Iosaphat. Dormiuitq́
Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid patris sui, regnauitq́ Io-
rā filius eius pro eo. Ochozias autem filius Achab regnare cœperat super Israel in Samaria
anno septimodecimo Iosaphat regis Iuda, regnauitq́ super Israel duobus annis. Et fecit ma
lum in conspectu domini, & ambulauit in via patris sui, & matris suæ, & in via Ieroboam, filij
Nabat, qui peccare fecit Israel. Seruiuit quoq; Baal, & adorauit eum, & irritauit dominū deū
Israel, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

FINIS.

SECVNDVS LIBER MALACHIM,
id est, Quartus Regum.

¶ Ochozias lapsus è cœnaculo, ægrotans consulit Beelzebub, Quinquagenarij ad Eliam missi, consumuntur igne cœlesti, increpatur per Eliam, moriturq́ Ochozias, succedit Ioram frater eius. Cap. I.

Ræuaricatus est autem Moab in Israel, postq̄ mortuus est Achab, A
ceciditq́ Ochozias per cancellos cœnaculi sui, quod habebat in Sa
maria, & ægrotauit. Misitq́ nuntios, dicens ad eos. Ite consulite Be
elzebub deum Accaron, vtrum viuere queam de infirmitate mea
hac. Angelus autē domini locutus est ad Eliam Thesbiten, dicēs.
Surge & ascende in occursum nuntiorū regis Samariæ, & dices ad
eos. Nunquid non est deus in Israel, vt eatis ad consulendū Beelze-
bub deū Accaron? Quāobrē hæc dicit dñs. De lectulo sup quē ascē
disti, nō descēdes, sed morte morieris. Et abijt Elias. Reuersiq́ sunt
nuntij ad Ochoziā. Qui dixit eis. Quare reuersi estis? At illi responderunt ei. Vir occurrit no
bis, & dixit ad nos. Ite & reuertimini ad regē qui misit vos, & dicetis ei. Hæc dicit dñs. Nūqd B
quia nō erat deus in Israel, mittis vt consulatur Beelzebub deus Accaron? Idcirco de lectulo
super quē ascēdisti non descendes, sed morte morieris. Qui dixit eis. Cuius figurę & habitus
est vir ille q occurrit vobis, & locutus est verba hæc? At illi dixerunt. Vir pilosus, & zona pel
licea accinctus renibus. Qui ait. Elias Thesbites est. Misitq́ ad eū qnquagenariū principē,
& quinquaginta viros, qui erant sub eo. Qui ascēdit ad eū, sedentiq́ in vertice montis, ait. Ho
mo dei, rex pcepit vt descēdas. Respondēsq́ Elias, dixit quinquagenario. Si homo dei sum,
descēdat ignis de cœlo & deuoret te, & qnquaginta tuos. Descēdit ergo ignis de cęlo, & de-
uorauit eū, & qnq̄ginta q erāt cū eo. Rursumq́ misit ad eū principē qnquagenariū alterū, & C
qnquaginta cū eo. Qui locutus est illi. Homo dei, hæc dicit rex. Festina, descēde. Rñdēs Elias
ait. Si homo dei ego sum, descēdat ignis de cœlo, & deuoret te & qnquaginta tuos. Descēdit
ergo ignis de cœlo, & deuorauit illum & quinquaginta eius. Iterū misit principē quinqua-
genariū

gentarium tertiũ,& quinquaginta qui erant cum eo. Qui cum venisset curuauit genua contrã
Eliã,& precatus est eum,& ait. Homo dei noli despicere animã meã,& animas seruorũ tuorũ
D qui mecũ sunt. Ecce descẽdit ignis de cœlo,& deuorauit duos principes quinquagenarios pri-
mos,& quinquagenos q cum eis erant. Sed nunc obsecro vt miserearis animæ meæ. Locu
tus est aũt angelus dñi ad Eliã, dicẽs. Descende cũ eo: Ne timeas. Surrexit igitur & descendit
cum eo ad regẽ,& locutus est ei. Hæc dicit dñs. Quia misisti nuntios ad cõsulẽdũ Beelzebub,
deũ Accaron: q̃si nõ esset deus in Israel, à quo posses interrogare sermonẽ, ideo de lectulo su-
per quẽ ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Mortuus est ãt iuxta sermonẽ dñi,
quẽ locutus est Elias,& regnauit Iorã frater eius pro eo, anno secũdo Iorã filij Iosaphat regis
Iudæ. Non enim habebat filiũ. Reliqua aũt verborũ Ochoziæ q̃ operatus est, nonne hæc
scripta sunt in libro sermonũ dierũ regũ Israel.

¶Elias diuidit aquas pallio, in cœlum rapitur, Aquæ mortiferæ immisso per Eliseum sale sanant, Pueri Eliseũ ridentes, lacerant. Cap. II.

A FActũ est autem, cum leuare vellet dñs Eliam per turbinem in cœlum, ibant Elias &
Eliseus de Galgalis. Dixitq́ Elias ad Eliseũ. Sede hic: qa dñs misit me vsq; in Bethel.
Cui ait Eliseus. Viuit dñs,& viuit anima tua: qa non derelinquã te. Cumq́ descẽdis-
sent Bethel, egressi sunt filij prophetarũ qui erãt in Bethel ad Eliseum,& dixerunt ei.
Nunquid nosti, quia hodie dñs tollet dñm tuum à te? Qui respondit. Et ego noui. Silete. He. nõne. &c Heb. a capite tuo.
Dixit autem Elias ad Eliseum. Sede hic: qa dñs misit me in Hiericho: Et ille ait. Viuit dñs,&
viuit aĩa tua, qa non derelinquam te. Cumq́ venissent Hiericho, accesserunt filij prophetarũ
qui erant in Hiericho, ad Eliseum,& dixerunt ei. Nunquid nosti, quia dñs hodie tollet dñm
B tuum à te? Et ait. Et ego noui. Silete. Dixit autem ei Elias. Sede hic, quia dñs misit me vsq;
ad Iordanem. Qui ait. Viuit dñs,& viuit anima tua: quia non derelinquam te. Ierunt igitur
ambo pariter,& quinquaginta viri de filijs prophetarum secuti sunt eos. Qui & steterũt ecõ-
tra longe. Illi autẽ ambo stabant super Iordanem. Tulit Elias pallium suum,& inuoluit il-
lud,& percussit aquas, quæ diuisæ sunt in vtranq; partem,& transierũt ambo per siccũ. Cũq́
trãsissent, Elias dixit ad Eliseũ. Postula quod vis vt faciam tibi antequam tollar à te. Dixitq́
Eliseus. Obsecro vt fiat in me duplex spiritus tuus: qui respondit. Rem difficilem postulasti.
Attamen si videris me quando tollar à te, erit tibi quod petisti: si autem nõ videris, non erit. Eccle. 48. b Infra. 13. c
Cumq́; pergerent & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus,& equi ignei diuiserũt He. equites
C vtrunq;. Et ascẽdit Elias per turbinem in cœlum. Eliseus autem videbat & clamabat. Pater
mi, pater mi, currus Israel,&* auriga eius,& nõ vidit eum amplius. Apprehẽditq́; vestimẽta
sua,& scidit illa in duas partes,& leuauit palliũ Eliæ quod ceciderat ei. Reuersusq́; stetit sup
ripã Iordanis,& pallio Eliæ quod ceciderat ei, pcussit aquas,& nõ sunt diuisæ. Et dixit. Vbi
est deus Eliæ etiã nũc? percussitq́; aquas,& diuisæ sunt huc atq; illuc,& transiit Eliseus. Vi-
dẽtes aũt filij prophetarũ qui erant in Hiericho, econtra, dixerunt. Requieuit spiritus Eliæ su-
per Eliseũ. Et venientes in occursum eius, adorauerunt eum proni in terrã, dixerũtq́; illi. Ec
ce cum seruis tuis sunt quinquaginta viri fortes qui possunt ire,& quærere dñm tuũ, ne forte
tulerit eum spiritus dñi,& proiecerit eum in vnũ mõtiũ, aut in vnã valliũ. Qui ait. Nolite mit
tere: Coegerũtq́; eum, donec acquiesceret,& diceret. Mittite. Et miserunt quinquaginta vi-
ros. Qui cum quæsissent tribus diebus, nõ inuenerunt. Et reuersi sunt ad eum. At ille habita-
D bat in Hiericho,& dixit eis. Nunquid nõ dixi vobis, nolite mittere? Dixerũt quoq; viri ci-
uitatis ad Eliseũ. Ecce habitatio ciuitatis huius optima ẽ, sicut tu ipse dñe prospicis, sed aquę
pessimæ sunt,& terra sterilis. At ille ait. Afferte mihi vas nouũ & mittite in illud sal. Quod cũ
attulissent, egressus ad fõtẽ aquarũ, misit in illũ sal,& ait. Hęc dicit dñs. Sanaui aquas has,& nõ
De cons. dis. 4. c. aqui. erit vltra in eis mors, neq; sterilitas. Sanatæ sunt ergo aquę vsq; in diẽ hãc, iuxta verbũ Elisei
q̃d locutus est. Ascẽdit ãt inde Eliseus in Bethel. Cũq́; ascẽderet per viã, pueri parui egressi
sunt de ciuitate,& illudebãt ei, dicentes. Ascende calue, ascende calue. Qui cum respexisset,
vidit eos,& maledixit eos in nomine dñi. Egressiq́; duo vrsi de saltu, lacerauerunt ex eis q̃-
dragintaduos pueros. Abijt ãt inde in mõtẽ Carmeli,& inde reuersus est in Samariam.

¶Tribus regibus, Israel, Iuda,& Edom, pugnaturis cõtra Moab, deficiunt aq̃, impetrãt à dño per Eliseũ, vincunt Moabitæ, rex eorũ immolat filiũ. Cap. III.

A IOram vero filius Achab regnauit sup Israel in Samaria, anno decimooctauo Iosaphat,
regis Iudæ. Regnauitq́ duodecim annis. Et fecit malũ coram domino: sed non sicut pa
ter suus,& mater. Tulit enim statuas Baal, quas fecerat pater eius. Veruntamẽ in pecca-
tis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel, adhæsit, nec recessit ab eis. Porro Mesa
rex Moab nutriebat pecora multa,& soluebat regi Israel cẽtum milia agnorum,& centũ mi-
lia arietum, cum velleribus suis. Cũq́ mortuus fuisset Achab, *præuaricatus est fœdus: quod Heb. rebellis fuit Moab in regem israel.
habebat cũ rege Israel. Egressus est igitur rex Ioram in die illa, de Samaria.& recẽsuit vni-
uersum Israel, misitq́ ad Iosaphat regẽ Iuda, dicẽs. Rex Moab recessit à me, veni mecum cõ- 3. Reg. 22. a

tra eum ad præliũ. Qui respondit. Ascendam. Qui meus est, tuus est, populus meus, populus B
tuus: & equi mei, equi tui. Dixitq́; Per quam viam ascendemus? At ille respõdit. Per desertũ
Idumææ. Perrexerunt igitur rex Israel, & rex Iuda, & rex Edom: & circumierũt per viam
septem dierum, nec erat aqua exercitui, & iumentis quæ sequebantur eos. Dixitq́; rex Israel.
Heu heu heu. Congregauit nos dominus tres reges, vt traderet in manu Moab. Et ait Iosa
phat. Est ne hic propheta dñi vt deprecemur dominũ per eum? Et respondit vnus de seruis
regis Israel. Est ne hic Eliseus filius Saphat, qui fundebat aquam super manus Eliæ? Et ait Io-
saphat. Est apud eũ sermo dñi? Descẽditq́; ad eũ rex Israel, & Iosaphat, & rex Edom. Dixit
autem Eliseus ad regẽ Israel. Quid mihi & tibi est? vade ad prophetas patris tui, & matris tuę.
3. Reg. 17. a & 18. c Et ait illi rex Israel. Quare congregauit dñs tres reges hos, vt traderet eos in manus Moab?
Dixitq́; ad eũ Eliseus. Viuit dominus exercituum, in cuius conspectu sto: quod si non vultum
Heb. honorarem. Iosaphat regis Iudæ * erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem. Nunc autẽ C
adducite mihi psalten. Cũq́; caneret psaltes, facta est super eum manus domini. Et ait. Hæc
dicit dominus. Facite alueum torrentis huius fossas, & fossas. Hæc enim dicit dñs. Nõ videbi-
tis ventũ, neq́; pluuiã, & alueus iste replebitur aquis, & bibetis vos, & familiæ vestræ, & iumẽ
ta vestra. Parumq́; est hoc in conspectu dñi. Insuper tradet etiam Moab in manus vestras. Et
percutietis omnẽ ciuitatẽ munitã, & omnẽ vrbẽ electã, & vniuersum lignum fructiferũ suc-
cidetis, cunctosq́; fontes aquarum obturabitis, & omnem agrum egregium operietis lapidi-
bus. Factũ est igitur mane, quando sacrificium offerri solet: & ecce aquæ veniebant per viã
Edom. Et repleta est terra aquis. Vniuersi autẽ Moabitæ audientes q ascendissent tres reges
vt pugnarent aduersum eos, cõuocauerunt omnes qui accincti erant baltheo desuper, & ste- D
terunt in terminis. Primoq́; mane surgẽtes, & orto iam sole, ex aduerso aquas viderũt Mo- 1. q. 1. c. diu
abitæ econtra aquas rubras, quasi sanguinẽ. Dixeruntq́;. Sanguis gladij est. Pugnauerunt re- 23. di. c. 6. in fi. 2. q. 4. §. Moabitæ.
ges contra se, & cæsi sunt mutuo. Nunc perge ad prædã Moab. Perrexeruntq́; in castra Israel
Porrò cõsurgens Israel, percussit Moab, at illi fugerunt corã eis. Venerunt igitur qui vice-
rant, & percusserunt Moab, & ciuitates destruxerunt, & omnẽ agrũ optimũ, mittẽtes singu-
li lapides, repleuerunt, & vniuersos fontes aquarum obturauerũt, & omnia ligna fructifera suc-
He. vt so[illegible] re manerẽt lapides in Kirhareseth cideru nt, * ita vt muri tantũ fictiles remanerẽt. Et circũdata est ciuitas à fundibularijs, & ma
gna ex parte percussa. Quod cũ vidisset rex Moab, præualuisse scilicet hostes, tulit secũ sep-
tingentos viros, educentes gladios, vt irrũperent ad regẽ Edom, & nõ potuerũt. Arripiẽsq́;
filiũ suũ primogenitũ, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustũ super murum, & facta est
He. ira magna sup Israel * indignatio magna in Israel. Statimq́; recesserunt ab eo, & reuersi sunt in terram suam.

¶ Pauperculæ viduæ Eliseus dat oleum, hospitæ Sunamiti impetrat prolem, quam mortuam suscitat, dulcificat pulmentum, multiplicat panes. Cap. IIII.

MVlier autẽ quædã de vxoribus prophetarum clamabat ad Eliseũ, dicens: Seruus tu- A
Inf. eodem us vir meus mortuus est, & tu nosti quia seruus tuus fuit timẽs deũ. Et ecce credi-
tor venit, vt tollat duos filios meos ad seruiendũ sibi. Cui dixit Eliseus. Quid vis
vt faciã tibi? Dic mihi quid habes in domo tua? At illa respondit. Non habeo an-
Heb. vasculũ olei & quo vngar super cilla tua quicq̃ in domo mea, nisi * parum olei quo vngar. Cui ait. Vade pete mutuo ab oibus vi
cinis tuis vasa vacua, nõ pauca, & ingredere, & claude ostiũ tuũ, cum intrinsecus fueris tu & fi
lij tui, & mitte inde in omnia vasa hæc, & cũ plena fuerint, tolles. Iuit itaq́; mulier & clausit B
ostiũ super se & super filios suos. Illi offerebãt vasa, & illa infundebat. Cũq́; plena fuissent va-
sa, dixit ad filiũ suũ. Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit. Non habeo, stetitq́; oleum. Venit
autẽ illa, & indicauit homini dei. Et ille. Vade (inquit) vende oleum, & redde creditori tuo, tu
autem & filij tui viuite de reliquo. Facta est aũt quædã dies, & transibat Eliseus per Sunam
ciuitatẽ. Erat aũt ibi mulier magna, quæ tenuit eum, vt comederet panẽ. Cumq́; frequenter
inde transiret, diuertebat ad eã, vt comederet panẽ. Quæ dixit ad virum suũ. Animaduerto
q vir dei sanctus est iste, qui transit per nos frequẽter. Faciamus ergo ei cœnaculum paruum C
& ponamus ei in eo lectulũ, & mensam, & sellã, & cãdelabrũ, vt cũ venerit ad nos, maneat ibi
Facta est ergo dies quædam, & veniens diuertit in cœnaculum, & requieuit ibi. Dixitq́; ad
sup. eodem. Gihezi puerum suũ. Voca Sunamitẽ istã. Qui cum vocasset eam, & illa stetisset corã eo, dixit
He. occupata ẽ pro nobis hac occupatione fuisti. ad puerum suũ. Loquere ad eã. Ecce * sedule in omnibus ministrasti nobis, quid vis vt faciam ti
bi? Nunquid habes negotiũ, & vis vt loquar regi, siue principi militiæ. Quæ respondit. In me
dio populi mei habito. Et ait. Quid ergo vult vt faciã ei? Dixitq́; Gihezi. Ne q̃ras. Filium enĩ
Gene. 18. b nõ habet, & vir eius senex est. Præcepit itaq́; vt vocaret eam. Quæ cum vocata fuisset, & ste-
He. secũdũ tẽpus vitæ amplexaberis filium. tisset ante ostiũ, dixit ad eã. In tẽpore isto, * in hac eadẽ hora, si vita comes fuerit, habebis ĩ v-
tero filiũ. At illa rñdit. Noli quæso dñe mi vir dei, noli mentiri ancillæ tuæ. Et cõcepit mu-
lier, & peperit filiũ in tempore, & in hora eadẽ qua dixerat Eliseus. Creuit aũt puer, & cũ
esset quædã dies, & egressus esset ad patrẽ suũ, & ad messores, ait patri suo. Caput meũ doleo, D
caput meum doleo. At ille dixit puero. Tolle, & duc eum ad matrem suam. Qui cum tulisset,
& diu

& dixisset eum ad matrē suā, posuit eum illa super genua sua, vsq; ad meridiē, & mortuus est.
Ascendit autē, & collocauit eum super lectulū hominis dei, & clausit ostium. Et egressa vocauit
virū suū. Et ait. Mitte mecū obsecro vnū de pueris, & asinā: vt excurrā vsq; ad hominem dei,
& reuertar. Qui ait illi. Quā ob causam vadis ad eū? Hodie non sunt calendæ, neq; sabbathum.
Quæ respondit, vadā. Strauitq; asinā, & pręcepit puero. Mina & propera, ne mihi morā facias
E in eundo, & hoc age quod præcipio tibi. Profecta est igitur, & venit ad virum dei in monte Infra.5.f
Carmeli. Cumq; vidisset eam vir dei corā, ait ad Gihezi puerū suum. Ecce Sunamitis illa. Vade
ergo in occursum eius, & dic ei. Recte ne agitur circa te & circa virū tuū, & circa filiū tuū? Quæ
respondit. Recte. Cumq; venisset ad virū dei in montē, apprehendit pedes eius, & accessit Gi-
hezi, vt amoueret eam. Et ait homo dei, dimitte illam. Anima enim eius in amaritudine est, &
dn̄s cælauit à me, & non indicauit mihi. Quæ dixit illi. Nunquid petiui filium à dn̄o meo? Nun Infra.9.a
quid non dixi tibi, ne illudas me? Et ille ait ad Gihezi. Accinge lumbos tuos, & tolle baculū
meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, nō salutes eum, & si salutauerit te quispiā,
non respondeas illi. Et pones baculū meū super faciē pueri. Porro mater pueri ait. Viuit domi
nus, & viuit anima tua, non dimittam te. Surrexit ergo, & secutus est eam. Gihezi autem pr̨æ
cesserat ante eos, & posuerat baculum super faciem pueri, & non erat vox neq; sensus. Reuer-
susq; est in occursum eius, & nuntiauit ei, dicens. Non surrexit puer. Ingressus est ergo Eli- 3.Reg.17.d
F seus domum. Et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressusq;, clausit ostiū super se & Actu.20.c
super puerū, & orauit ad dn̄m. Et ascendit, & incubuit super puerum, posuitq; os suum super os
eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius: & incuruauit se super eū,
& calefacta est caro pueri. At ille reuersus deambulabat in domo, semel huc atq; illuc, & ascen-
dit, & incubuit super eum. Et oscitauit puer septies, aperuitq; oculos. Et ille vocauit Gihezi, &
dixit ei. Voca Sunamitem hanc. Quæ vocata, ingressa est ad eum. Qui ait. Tolle filium tuū. Ve
nit illa & corruit ad pedes eius, & adorauit super terram. Tulitq; filium suum, & egressa est: &
G Eliseus reuersus est in Galgala. Erat autem fames in terra, & filij prophetarū habitabant co- Infra.8.a
ram eo, dixitq; vni de pueris suis. Pone ollam grandē, & coque pulmentū filijs prophetarum. Luc.7.b
Et egressus est vnus in agrum, vt colligeret herbas agrestes. Inuenitq; quasi vitē syluestrem, &
collegit ex ea colocynthidas agri, & impleuit pallium suum, & reuersus concidit in ollam pul-
menti. Nesciebat enim quid esset. Infuderunt ergo socijs, vt comederent. Cumq; gustassent
decoctione, exclamauerunt, dicentes. Mors in olla vir dei, & non potuerunt comedere. At il-
le. Afferte (Inquit) farinam. Cumq; tulissent, misit in ollam & ait, Infunde turbæ, vt comedāt.
Et non fuit amplius quicq̄ *amaritudinis in olla. Vir autē quidam venit de Baalsalisa deferens He.mali.
viro dei panes primitiarū viginti panes hordeaceos, *& frumentū nouū in pera sua. At ille dixit Hebr. grana
Da populo vt comedat. Respōditq; ei minister eius. Quantū est hoc: vt apponā corā centū vi- frumēti i fol-
ris? Rursum ille ait. Da populo vt comedat. Hæc enim dicit dn̄s. Comedent & superit. Posu- liculis suis.
it itaq; corā eis. Qui comederunt, & superfuit iuxta verbū dn̄i.

¶ Naaman Syrus per Eliseum curatur à lepra. Cap. V.

A NAaman princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominum suum, & ho-
noratus. Per illum enim dedit deus salutem Syriæ. Erat autem vir fortis, & diues,
sed leprosus. Porro de Syria egressi fuerant latrūculi, & captiuam duxerāt de ter-
ra Israel puellam paruulam, quæ erat in obsequio vxoris Naaman. Quæ ait ad do-
minam suam. Vtinam fuisset dominus meus ad prophetam, qui est in Samaria, profecto curas
set eum à lepra quā habet. Ingressus est itaq; ad Naaman dominū suū, & nuntiauit ei, dicens. Sic
B & sic loquuta est puella de terra Israel. Dixitq; ei rex Syriæ. Vade, & mittā literas ad regem Isra
el. Qui cum profectus esset, & tulisset secū decē talenta argenti, & sex milia aureos, & decē mu-
tatoria vestimentorū, detulit literas ad regē Israel in hæc verba. Cum acceperis epistolā hanc,
scito q̄ miserim ad te Naaman seruū meū, vt cures eum à lepra sua. Cumq; legisset rex Israel li-
teras, scidit vestimenta sua, & ait: Nunquid deus ego sum, vt occidere possim, & viuificare, quia Deut.32.f
iste misit ad me, vt curē hominē à lepra sua? Animaduertite & videte, quod occasiones quærat
C aduersum me. Quod cum audisset Eliseus, vir dei, scidisse videlicet regē Israel vestimenta sua,
misit ad eum dicens. Quare scidisti vestimenta tua? Veniat ad me, & sciat esse prophetā in Isra-
el. Venit ergo Naaman cum equis & curribus, & stetit ad ostiū domus Elisei. Misitq; ad eum
Eliseus nuntiū, dicens. Vade & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatē caro tua, atq; mū-
daberis. Iratus Naaman, recedebat, dicens. Putabā q̄ egrederetur ad me, & stans inuocaret
D nomen dn̄i dei sui, & tangeret manu sua locū lepræ, & curaret me. Nunquid non meliores sunt
Abana & Pharfar, fluuij Damasci omnibus aquis Israel, vt lauer in eis, & munder? Cum er-
go vertisset se, & abiret indignans, accesserunt ad eum serui sui & locuti sunt ei: Pater, & si rem
grandem dixisset tibi propheta, certe facere debueras. Quanto magis, quia nunc dixit tibi, la-
uare & mundaberis? Descendit & lauit septies in Iordane, iuxta sermonem viri dei. Et resti- Luce.4.c
tuta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, & mūdatus est. Reuersusq; ad virum dei cum vni-

uerso comitatu suo, venit, & stetit corã eo, & ait: Vere scio, q non sit alius deus in vniuersa ter- 1.q.1.c.q.[illegible]
ra, nisi tantum in Israel. Obsecro itaq; vt accipias benedictionem à seruo tuo. At ille respõdit, E
Viuit dominus ante quem sto, quia non accipiam. Cumq; vim faceret, penitus non acquieuit. dei.c.cito.[illegible]
He. mulorũ. Dixitq; Naaman, Vt vis. Sed obsecro, cõcede mihi seruo tuo, vt tollam onus duorum *burdo- q[illegible].c.eos.c.
num de terra. Non enim faciet vltra seruus tuus holocaustum, aut victimã dijs alienis, nisi do- iudices.q.4.
mino. Hoc autem solum est de quo depreceris dominum pro seruo tuo, quando ingredietur ca. ecclesia.§ Ici Chã.22.q
dñs meus templum Remmon, vt adoret, & illo innitẽte super manũ meã, si adorauero in tem- 1.c.& iurabis
plo Remmon, adorante eo in eodem loco, vt ignoscat mihi dñs seruo tuo pro hac re. Qui dixit de lymo.c.cũ F
ei, Vade in pace. Abijt ergo ab eo electo tempore. Dixitq; Gihezi puer viri dei. Pepercit dñs in ecclesia.[illegible]
meus Naaman Syro isti, vt non acciperet ab eo quæ attulit. Viuit dñs, quia curram post eum, flor.
& accipiam ab eo aliquid. Et secutus est Gihezi post tergũ Naaman. Quem cum vidisset ille
currentẽ ad se, desilijt de curru in occursum eius, & ait: Rectene sunt omnia? Et ille ait, Recte.
Dñs meus misit me ad te, dicens: Modo venerunt ad me duo adolescentes de mõte Ephraim,
He. vtinam ex filijs prophetarũ. Da eis talentum argenti, & vestes mutatorias duplices. Dixitq; Naaman: G
acci. &c. *Melius est vt accipias duo talenta, & coegit eum. Ligauitq; duo talenta argenti in duobus sac
Sup.4.d cis, & duplicata vestimẽta, & imposuit duobus pueris suis, qui & portauerunt corã eo. Cumq;
He. in locum munitum. venisset *iam vesperi, tulit de manu eorũ, & reposuit in domo. Dimisitq; viros, & abierũt. Ipse
autẽ ingressus, stetit corã dño suo, & dixit Eliseus. Vnde venis Gihezi? Qui respõdit. Non iuit
seruus tuus quoquã. At ille ait. Nonne cor meũ in præsenti erat, quando reuersus est homo de
He. Est num curru suo in occursum tui? *Nũc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, vt emas oliueta
tẽpus ut accipias? & vineas, & oues, & boues, & seruos, & ancillas. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi & semini
tuo vsq; in sempiternũ. Et egressus est quasi nix ab eo leprosus.

¶ Eliseus ferrũ natare facit, Syri inuadũt Israel, Mulieres fame vrgẽte comedũt filios. Cap. VI.

DIxerunt autem filij prophetarũ ad Eliseum. Ecce locus in quo habitamus coram te, A
He. trabem. anguestus est nobis. Eamus vsq; ad Iordanem, & tollãt singuli de sylua *materias sin
gulas, vt ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit: Ite. Et ait vnus ex
illis. Veni ergo tu cum seruis tuis. Respondit. Ego veniã. Et abijt cum eis. Cumq;
He. aha. venissent ad Iordanem, cedebant ligna. Accidit autem vt cum vnus materiam succidisset, ca He. conf. dis.
deret ferrum securis in aquã. Exclamauitq; ille, & ait. *Heu, heu, heu, dñe mi, & hoc ipsum mu- 2.c. reuera ul
tuo acceperã. Dixit aũt homo dei, Vbi cecidit? At ille monstrauit ei [illegible]. Præcidit ergo lignũ, tra medii 3.
& misit illuc. Natauitq; ferrum, & ait, Tolle. Qui extendit manũ, & tulit illud. Rex aũt Syriæ q.1.c. iudices. i uer. Eliseus.
pugnabat contra Israel. Consiliumq; inijt cum seruis suis, dicens: In loco illo, & illo, ponamus B
Heb. eo syri insidias. Misit itaq; vir dei ad regẽ Israel, dicens. Caue ne trãseas in locũ illũ, quia *ibi Syri in in-
descendunt. sidijs sunt. Misit itaq; rex Israel ad locum quem dixerat ei vir dei, &* præoccupauit eum, & ob
Hebr. monuerat. seruauit se ibi, non semel neq; bis. Conturbatumq; est cor regis Syriæ pro hac re. Et conuoca-
1. Reg. 22.b tis seruis suis, ait. Quare nõ indicatis mihi, *quis proditor mei sit apud regẽ Israel? Dixitq; vnus C
Heb. qs e nobis ẽ regis. &c. seruorum eius. Nequaq̃ domine mi rex, sed Eliseus propheta qui est in Israel, indicat regi oĩa
verba quæcunq; locutus fueris in conclaui tuo. Dixitq; eis: Ite & videte vbi sit, vt mittã & ca-
piã eũ. Annuntiauerũt ei dicẽtes. Ecce in Dothaim. Misit ergo illuc equos & currus, & ro-
bur exercitus: qui cum venissent nocte, circundederunt ciuitatem. Consurgens autem dilucu-
lo minister viri dei, egressus est. Viditq; exercitum in circuitu ciuitatis, & equos & currus. Nũ-
tiauitq; ei, dicens. Heu heu heu domine mi, quid faciemus? At ille respondit. Noli timere. Plu-
Para. 32.b res enim nobiscum sunt q̃ cum illis. Cumq; orasset Eliseus, ait. Domine aperi oculos pueri hu D
ius vt videat. Et aperuit dominus oculos pueri, & vidit. Et ecce mons plenus equorũ, & curru-
Gene. 19 um igneorum, in circuitu Elisei. Hostes vero descenderunt ad eum. Porro Eliseus orauit ad
dominum, dicens Percute obsecro gentem hanc cæcitate. Percussitq; eos dominus ne vide-
rent, iuxta verbum Elisei. Dixit autem ad eos Eliseus. Non est hæc via, neq; ista est ciuitas. Se-
quimini me, & ostendam vobis virum quem quæritis. Duxit ergo eos in Samariã. Cumq; in- E
gressi fuissent in Samariam, dixit Eliseus. Domine aperi oculos istorum vt videant. Aperuitq;
dominus oculos eorum, & viderunt se esse in medio Samariæ. Dixitq; rex Israel ad Eliseum,
cum vidisset eos. Nunquid percutiam eos pater mi? Et ille ait: Non percuties, neq; enim cæpi-
sti eos gladio & arcu tuo, vt percutias. Sed pone panẽ & aquã corã eis vt comedant & bibant,
He. præparauit eis apparatũ magnũ. & vadãt ad dominum suum. *Appositaq; est eis ciborũ magna præparatio. Et comederunt, F
& biberunt, & dimisit eos. Abieruntq; ad dominũ suum. Et vltra non venerũt *latrones Syriæ He. exercitus
in terrã Israel. Factum est autem post hæc congregauit Benadad rex Syriæ vniuersum exer-
citum suũ, & ascendit & obsidebat Samariã. Factaq; est fames magna in Samaria, & tamdiu ob-
sessa est donec venundaretur caput asini octoginta argenteis: & quarta pars cabi stercorisco-
4. Reg. 4.a lumbarũ quinq; argenteis. Cũq; rex Israel trãsiret per murũ, mulier quædã exclamauit ad eũ
dicens. Salua me dñe mi rex. Qui ait. Non, te saluet dñs. Vnde te possum saluare, de area vel
de torculari? Dixitq; ad eam rex, Quid tibi vis? Quæ respondit, Mulier ista dixit mihi, da fi-
lium

lium tuum, vt comedamus eum hodie, & filiū meum comedemus cras. Coximus ergo filium Threñ. 4. d
G meum, & comedimus. Dixitq́ ei altera die: Da filium tuum, vt comedamus eum. Quæ abscōdit filiū suū. Quod cū audisset rex, scidit vestimēta sua, & trāsibat per murū. Viditq́ omnis populus ciliciū, quo vestitus erat rex ad carnē intrinsecus. Et ait rex Hæc mihi faciat deus, & hæc addat, si steterit caput Elisei filij Saphat super ipsum hodie. Eliseus aūt sedebat in domo sua, & senes sedebāt cū eo. Præmisit itaq; virū, & anteq̄ veniret nuntius, ille dixit ad senes. Nūquid scitis quod miserit filius homicidæ huc, vt præcidat caput meū? Videte ergo cum venerit nūtius, claudite ostiū, & nō sinatis eū introire. Ecce enī sonitus pedum domini eius post eum est. Adhuc illo loquente ei apparuit nuntius, qui veniebat ad eum. Et ait. Ecce tantum malum à dño est. Quid amplius expectabo à dño? 3. Reg. 19.

¶ Eliseus pdicit Samaritis abūdātiā, fugant Syri, opprimit dux incredulus. Cap. VII.

A DIxit aūt Eliseus. Audite verbū dñi. Hæc dicit dñs. In tēpore hoc cras modius similæ vno statere erit, & duo modij hordei statere vno, in porta Samariæ. Respondens vnus de ducibus super cuius manu rex incumbebat, homini dei, ait. Si dñs fecerit etiā cataractas in cœlo, nūquid poterit esse quod loqueris? Qui ait. Videbis oculis tuis, & inde non comedes. Quatuor ergo viri erant leprosi iuxta introitū portæ, qui dixerunt ad inuicem: Quid hic esse volumus donec moriamur? Siue ingredi voluerimus ciuitatem, fame moriemur, siue manserimus hic moriendum nobis est. Venite ergo, & transfugiamus ad castra
B Syriæ. Si pepercerint nobis, viuemus: si autem occidere voluerint, nihilominus moriemur. Surrexerunt ergo vespere, vt venirent ad castra Syriæ. Cumq́ venissent ad principiū castrorum Syriæ, nullū ibidē reppererūt. Siquidē dñs sonitū audiri fecerat in castris Syriæ, curruum, & equorum, & exercitus plurimi. Dixeruntq́ ad inuicē: Ecce mercede conduxit aduersum nos rex Israel reges Gethæorum, & Aegyptiorum, & venerunt super nos. Surrexerunt ergo & fugerunt in tenebris, & dereliquerunt tentoria sua, & equos, & asinos in castris, fugeruntq́, animas tantum suas saluare cupientes. Igitur cum venissent leprosi illi ad principium castrorum, ingressi sunt vnum tabernaculum, & comederūt, & biberūt. Tuleruntq́ inde argentum, & aurum, & vestes, & abierunt, & absconderunt. Et rursum reuersi sunt ad aliud tabernaculū: & inde similiter auferentes absconderunt. Dixeruntq́ ad inuicem: Nō recte facimus. Hæc enim dies boni nuntij est. Si tacuerimus, & noluerimus nuntiare vsq; mane sceleris arguemur. Venite eamus, & nuntiemus in aula regis. Cumq́ venissent ad portam ciuitatis, narrauerunt eis, dicentes: Iuimus ad castra Syriæ, & nullum ibidem reperimus hominem, nisi equos, & asinos alligatos, & fixa ten-
C toria. Ierunt ergo portarij, & nuntiauerunt in palatio regis intrinsecus. Qui surrexit nocte, & ait ad seruos suos. Dico vobis quid fecerint nobis Syri, sciunt quia fame laboramus, & idcirco egressi sunt de castris, & latitant in agris, dicentes. Cū egressi fuerint de ciuitate, capiemus eos viuos, & tunc ciuitatem ingredi poterimus. Respondit autem vnus seruorum eius: Tollamus quinq; equos qui remanserunt in vrbe, quia ipsi tantum sunt in vniuersa multitudine Israel: alij enī consumpti sunt, & mittentes explorare poterimus. Adduxerunt ergo duos equos, misitq́ rex in castra Syrorum, dicens: Ite & videte. Qui abierunt post eos, vsq; ad Iordanem. Supra, eod.
Ecce autem omnis via plena erat vestibus & vasis, quæ proiecerant Syri, cum turbarentur. Reuersiq́ nuntij, indicauerunt regi. Et egressus populus, diripuit castra Syriæ. Factusq́ est modius similæ statere vno, & duo modij hordei statere vno, iuxta verbum domini. Porro rex ducem illum in cuius manu incubuerat, constituit ad portam, quem conculcauit turba in introitu portæ, & mortuus est, iuxta quod locutus fuerat vir dei, quando descenderat rex ad eum. Factumq́ est secundum sermonem viri dei, quē dixerat regi, quando ait. Duo modij hordei statere vno erūt, & modius similæ statere vno, hoc eodē tēpore cras in porta Samariæ, quā do responderat dux ille viro dei, & dixerat: Etiā si dñs fecerit cataractas in cœlo, nunquid poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei. Videbis oculis tuis, & inde non comedes. Euenit ergo ei sicut prædictū erat, & conculcauit eum populus in porta, & mortuus est.

¶ Prædicit Eliseus Sunamitidi famem septem annorum. Suffocato Benadad regnat Hazael in Syria. Regnat Ioram filius Iosaphat sup Iudam. Edom recedit à Iuda. Succedit Ioræ Ochozias, filius suus ex Athalia. Cap. VIII.

A ELiseus aūt locutus est ad mulierē, cuius viuere fecerat filium, dicēs. Surge & vade tu & domus tua, & peregrinare vbicūq; reppereris. Vocauit enī dñs famē, & veniet sup terrā septē anuis. Quæ surrexit, & fecit iuxta verbū hois dei. Et vadēs cū domo sua, peregrinata ē in terrā Philistijm, diebus multis. Cumq́ finiti essent anni septē, reuersa est mu- Supra, 4. f
B lier de terra Philistijm. Et ingressa est, vt interpellaret regē p domo sua, & pro agris suis. Rex aūt loquebat cū Gihezi puero viri dei, dicēs. Narra mihi oīa magnalia q̄ fecit Eliseus. Cumq́ ille narraret regi quō mortuū suscitasset, apparuit mulier, cuius viuificauerat filium, clamans ad regem, pro domo sua, & pro agris suis. Dixitq́ Gihezi. Domine mi rex, hæc est mulier, & hic est filius eius, quem suscitauit Eliseus. Et interrogauit rex mulierē. Quæ narrauit ei vera esse.

Deditq́ꝫ ei rex eunuchum vnum, dicẽs. Restitue ei omnia quæ sua sunt, & vniuersos redditus a- C
grorum à die qua reliq terrã, vsq́ꝫ ad præsens. Venit quoq́ꝫ Eliseus Damascũ, & Benadad rex 1.q.1.c.iudi-
Syriæ ægrotabat. Nũtiaueruntq́ꝫ ei dicentes. Venit vir dei huc, & ait rex ad Hazael. Tolle tecũ cas.
3.Reg.14.a munera, & vade in occursum uiri dei, & cõsule dominũ per eum, dicens. Si euadere potero de
infirmitate mea hac. Iuit igitur Hazael in occursum eius, habẽs secum munera, & omnia bo
na Damasci, onera quadraginta camelorꝫ. Cumq́ꝫ stetisset corã eo, ait. Filius tuus Benadad rex
Syriæ, misit me ad te, dicens. Si sanari potero de infirmitate mea hac. Dixitq́ꝫ ei Eliseus. Vade
He. nõ uiues dic ei. *Sanaberis. Porro ostendit mihi dominus: quia morte morietur. Stetitq́ꝫ cũ eo, & cõ- D
turbatus est vsq́ꝫ ad suffusionem vultus. Fleuitq́ꝫ vir dei. Cui Hazael ait. Quare dñs meus flet?
At ille dixit: quia scio quæ facturus sis filijs Israel mala. Ciuitates eorꝫ munitas igne succendes,
& iuuenes eorꝫ interficies gladio, & paruulos eorꝫ elides, & prægnantes diuides. Dixitq́ꝫ Ha-
zael. Quid enĩ sum seruus tuus canis, vt faciã rem istam magnã? Et ait Eliseus. Ostendit mihi
dominus te regem Syriæ fore. Qui cum recessisset ab Eliseo, venit ad dominũ suũ. Qui ait ei.
Quid tibi dixit Eliseus? At ille respondit. Dixit mihi, Recipies sanitatẽ. Cumq́ꝫ venisset dies E
H. hic addũt altera, tulit stragulũ, & infudit aquã, & expãdit super faciẽ eius. Quo mortuo regnauit Hazael
& Iosaphat re gis Iuda. pro eo. Anno quinto Ioram filij Achab regis Israel, *regnauit Ioram filius Iosaphat regis Iu
da. Trigintaduorꝫ annorꝫ erat cũ regnare cœpisset, & octo annis regnauit in Hierusalẽ. Am-
bulauitq́ꝫ in vijs regũ Israel: sicut ambulauerat domus Achab. Filia enĩ Achab erat vxor eius.
Et fecit quod malũ est in conspectu domini. Noluit autẽ dominus disperdere Iudam, propter
Dauid seruũ suũ: sicut promiserat ei, vt daret illi lucernã, & filijs eius cũctis diebus. In diebus
eius recessit Edom ne esset sub Iuda, & constituit sibi regem. Venitq́ꝫ Ioram in Seir, & omnis
2.Reg.7.b exercitus cum eo. Et surrexit nocte, percussitq́ꝫ Idumæos: qui eum circũdederant, & principes F
curruum. Populus aũt fugit in tabernacula sua. Recessit ergo Edom ne esset sub Iuda, vsq́ꝫ in diẽ
hanc. Tunc recessit & Lobna in tẽpore illo. Reliqua autẽ sermonũ Ioram, & vniuersa quæ
fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborꝫ dierꝫ regũ Iuda? Et dormiuit Ioram cũ patribus
suis, sepultusq́ꝫ est cum eis in ciuitate Dauid, & regnauit Ochozias filius eius pro eo. Anno G
duodecimo Ioram, filij Achab regis Israel, regnauit Ochozias filius Ioram regis Iudæ. Vigin-
tiduorꝫ annorꝫ erat Ochozias cũ regnare cœpisset, & vno anno regnauit in hierusalẽ. Nomen
matris eius Athalia, filia Amri regis Israel. Et ambulauit in vijs domus Achab, & fecit qđ malũ
est corã dño, sicut domus Achab. Gener enĩ domus Achab fuit. Abijtq́ꝫ cũ Ioram filio A-
chab ad ꝓliandũ cõtra Hazael regẽ Syriæ, in Ramoth Galaad, & vulnerauerunt Syri, Ioram.
Qui reuersus ẽ vt curaret in Iezrael: q̃a vulnerauerunt eũ Syri, in Rama, præliantẽ contra Ha-
zael regẽ Syriæ. Porro Ochozias filius Ioram rex Iuda, descendit inuisere Ioram, filium A-
chab in Iezrael: quia ægrotabat ibi.

¶ Iehu fit rex Israel, interficit Ioram regẽ Israel, & Ochoziam regẽ Iuda, & Iezabel è fenestra præcipitatam, quã comederũt canes. Cap. IX.

ELiseus autẽ prophetes vocauit vnum de filijs prophetarꝫ, & ait illi. Accinge lũbos tu- A
os, & tolle lẽticulam olei hãc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad. Cumq́ꝫ veneris
illuc, videbis Iehu, filium Iosaphat, filij Namsi. Et ingressus, suscitabis eũ de medio fra-
trum suorꝫ, & introduces in interius cubiculũ. Tenensq́ꝫ lẽticulam olei, fundes super
caput eius, & dices. Hæc dicit dominus. Vnxi te regẽ super Israel. Aperiesq́ꝫ ostium, & fugies
& nõ ibi subsistes. Abijt ergo adolescens puer prophetæ in Ramoth Galaad, & ingressus est B
illuc. Ecce aũt principes exercitus sedebant. Et ait, verbum mihi ad te, o princeps. Dixitq́ꝫ Iehu
Ad quem ex omnibus nobis? At ille dixit. Ad te o princeps. Et surrexit, & ingressus est cubicu
lum. At ille fudit oleum super caput eius. Et ait. Hæc dicit dominus deus Israel. Vnxi te regem
suꝑ populũ dñi Israel. Et ꝑcuties domum Achab dñi tui. Et vlciscar sanguinẽ seruorum meorꝫ 75.dist.c.1.in
prophetarꝫ, & sanguinẽ omniũ seruorꝫ dñi de manu Iezabel, ꝑdamq́ꝫ omnẽ domũ Achab, & uers. exẽplo.
interficiã de domo Achab mingẽtẽ ad parietẽ, & clausum, & nouissimũ in Israel. Et dabo do- in glo.1.q.4.
mum Achab sicut domũ Ieroboam, filij Nabat, & sicut domũ Baasa filij Ahia. Iezabel q̃q́ꝫ co- ca.ecclesia. §
his ita in fin.
2.Reg.21.f medẽt canes in agro Iezrael, nec erit qui sepeliat eam. Aperuitq́ꝫ ostium, & fugit. Iehu aũt sibi peccante. C
& infra eod. ingressus est ad seruos domini sui, Qui dixerunt ei. Recte ne sunt omnia? Quid venit insanus
Infra. eod. iste ad te? Qui ait eis. Nostis hominẽ, & quid locutus sit? At illi responderunt. Falsum est. Sed Achab & po-
magis narra nobis. Qui ait eis. Hæc & hæc loquutus est mihi. Et ait. Hæc dicit dominus. Vnxi steri eius. &
te regem super Israel. Festinauerunt itaq́ꝫ, & vnusquisq́ꝫ tollens palliũ suum, posuerunt sub 23.q.4.c.si il
Heb. ad sũ- mũ graduũ. pedibus eius, *in similitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba, atq́ꝫ dixerunt. Regnabit Iehu. lic §.sed obii
Coniurauit ergo Iehu filius Iosaphat filij Namsi contra Ioram. Porro Ioram obsederat Ra- cit.c.ca uidi-
moth Galaad, ipse & omnis Israel contra Hazael, regem Syriæ, & reuersus fuerat, vt curaretur cta.24.q.3.c
Iezrael propter vulnera: quia percusserant eum Syri præliantem contra Hazael regem Syriæ. 1.in prin. de
Dixitq́ꝫ Iehu. Si placet vobis, nemo egrediatꝛ profugus de ciuitate, ne vadat & nuntiet in Iez- pœn.dist.1.a
rael. Et ascendit, & profectus est in Iezrael. Ioram enim ægrotabat ibi, & Ochozias rex Iuda D Achab in glo sa.fi.
descende-

descenderat, ad visitādum Iorā. Igit speculator qui stabat super turrim Iezrael, vidit globū Supra eod.
Iehu venientis. Et ait: Video ego globū. Dixitq; Iorā. Tolle currū, & mitte in occursum eorū
& dicat vadens. Recte ne sunt omnia? Abijt ergo q ascenderat currū, in occursum eius, & ait:
Hæc dicit rex. Pacata ne sunt oīa? Dixitq; Iehu. Quid tibi & paci? Trāsi, & sequere me. Nun-
E tiauit quoq; speculator, dicens: Venit nūtius ad eos, & non reuertit. Misit etiā currū equorū se-
cundum. Venitq; ad eos, & ait: Hæc dicit rex: Nunquid pax est? Et ait Iehu: Quid tibi & paci?
Trāsi, & sequere me. Nūtiauit aūt speculator, dicēs: Venit vsq; ad eos, & nō reuertit. Est aūt in-
cessus quasi incessus Iehu, filij Nāsi. Præceps eñ gradit. Et ait Iorā. Iungite currū: Iunxerūtq;
currū eius. Et ingressus ē Iorā rex Israhel, & Ochozias rex Iuda, singuli in curribus suis. Egres-
siq; sunt in occursum Iehu, & inuenerūt eū in agro Naboth Iezraelitæ. Cūq; vidisset Iorā Ie-
hu, dixit: Pax est Iehu? At ille rñdit: Quæ pax? Adhuc fornicatiōes Iezabel matris tuæ, & vene-
ficia eius multa vigēt. Cōuertit aūt Iorā manū suā, & fugiēs, ait ad Ochoziā, insidiæ Ochozia.
F Porrò Iehu tetēdit arcū manu, & pcussit Iorā inter scapulas, & egressa est sagitta p cor eius, stā
timq; corruit in curru suo. Dixitq; Iehu ad Badacher ducem. Tolle, pijce eū in agro Naboth
Iezraelitæ. Memini eñ, qñ ego & tu sedentes in curru sequebantur Achab prēm huius, φ dñs
onus hoc leuauerit sup eū, dicēs. Si nō pro sanguine Naboth, & p sanguine filiorū eius; quē vi-
di heri (ait dñs) reddā tibi in agro isto, dicit dñs. Nūc ergo tolle, & pijce eū in agro, iuxta ver-
bū dñi. Ochozias aūt rex Iuda vidēs hoc, fugit per viā domus horti. Persecutusq; est eū Iehu He. Gut
& ait: Etiā hūc pcutite in curru suo. Et pcusserūt eū in ascēsu *Gaber: q est iuxta Ieblaā. Qui fu
git in Mageddo, & mortuus est ibi. Et imposuerūt eū serui eius sup currū suū, & tulerūt in Hie
rusalē, sepelierūtq; eū in sepulchro, cū prib' suis, ī ciuitate Dauid. Et in anno vndecimo Iorā fi 4. Reg. 8.
G lij Achab regis Israhel regnauit Ochozias sup Iudā. Venitq; Iehu in Iezrael. Porrò Iezabel
introitu eius audito, depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suū, & respexit per fenestrā
ingredientē Iehu p portā, & ait: Nunqd pax pōt esse Zamri q interfecit dñm suū? Leuauitq; He. quis me-
Iehu faciē suā ad fenestrā, & ait. *Quæ est ista? Et inclinauerūt se ad eū duo vel tres eunuchi, cum quis?
& dixerūt. Hæc est illa Iezabel. At ille dixit eis. Præcipitate eā deorsum. Et præcipitauerūt eā
aspersusq; est sanguine paries, & equorū vngulæ cōculcauerūt eā. Cūq; introgressus esset vt 3. Re. 21 f.
comederet, biberetq;, ait: *Ite, & videte maledictā illā, & sepelite eā: quia filia regis est. Cūq; He. ocinā ul-
issent vt sepelirēt eā, nō inuenerūt nisi caluariā, & pedes, & summas manus. Reuersiq; nūtiaue stratem &c.
runt ei. Et ait Iehu: Sermo dñi est: quē locutus est p seruū suū Eliā Thesbitē, dicēs: In agro Iez-
rael comedēt canes carnes Iezabel. Et erūt carnes Iezabel sicut stercus sup faciē terræ, in agro He. ut nō di-
Iezrael: ita vt *prætereuntes dicant. Hæccine est illa Iezabel? cāt hæc est Ie-

¶ Iehu occisis septuaginta filijs Achab, iugulat quadragintaduos frēs eiusdem, omnibus zabel.
quoque sacerdotibus Baal astu interfectis, ex eius templo cloacas facit, Ie-
hu mortuo succedit Ioachaz filius eius. Ca. X.

A ERant aūt Achab septuaginta filij in Samaria. Scripsit ergo Iehu literas, & misit in Sa- tudi. & b.
mariā ad optimates ciuitatis, & ad maiores natu, & ad nutricios Achab, dicēs: Statim
vt acceperitis literas has: qui habetis filios dñi vestri, & currus, & equos, & ciuitates fir
mas & arma, eligite meliorē. & eū q vobis placuerit de filijs dñi vestri, & eū ponite su
B per soliū prīs sui, & pugnate p domo dñi vestri. Timuerūt illi vehementer, & dixerunt. Ecce
duo reges non potuerūt stare corā eo, & quomodo nos valebimus resistere? Miserūt ergo
præpositus domus, & pfectus ciuitatis, & maiores natu, & nutricij ad Iehu, dicentes: Serui tui
sumus: quęcunq; iusseris, faciemus: nec constituemus nobis regem. Quęcūq; tibi placent, fac.
Rescripsit aūt eis literas, secundo, dicens: Si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorū dñi
vestri, & venite ad me, hac eadem hora cras, in Iezrael. Porrò filij regis septuaginta viri apud
optimates ciuitatis nutriebant. Cumq; venissent literæ ad eos, tulerūt filios regis, & occide
rūt septuaginta viros, & posuerūt capita eorū in cophinis, & miserūt ad eū in Iezrael. Venit āt
C nūtius ad eū, & indicauit ei, dicens: Attulerūt capita filiorū regis. Qui respondit. Ponite ea ad
duos aceruos iuxta introitū portæ vsq; mane. Cumq; diluxisset, egressus est, & stās dixit ad
omnē populū: Iusti estis. Si ego coniuraui contra dñm meū, & interfeci eū, quis pcussit omnes
hos? Videte ergo nūc, quoniā non cecidit de sermonibus dñi in terrā, quos locutus est dñs sup
domū Achab, & dominus fecit quod locutus est in manu serui sui Eliæ. Percussit igitur Iehu
omnes qui reliqui erāt de domo Achab, in Iezrael, & vniuersos optimates eius, & notos, & sa-
cerdotes, donec non remanerent ex eo reliquiæ. Et surrexit & venit in Samariā. Cumq; ve
nisset ad cameram pastorum in via, inuenit fratres Ochozię regis Iuda, dixitq; ad eos. Quinā
estis vos? Qui responderunt: Fratres Ochoziæ regis sumus, & descendimus ad salutandos fi-
lios regis, & filios reginæ. Qui ait: Comprehendite eos viuos. Quos cum comprehendissent
viuos, iugulauerunt eos in cisterna iuxta cameram, quadragintaduos viros, & non reliquit ex
D eis quenq̄. Cumq; abijsset inde, inuenit Ionadab filium Rechab in occursum sibi. Et benedi-
xit ei. Et ait Iehu ad eum. Nunqd est cor tuū rectū cū corde meo, sicut cor meū cū corde tuo?

Et ait.

Et ait Ionadab. Est: Si est (inquit) da mihi manū tuam. Qui dedit ei manū suam. At ille leuauit
eum ad se in currū, dixitq; ad eum. Veni mecū, & vide zelum meū pro domino. Et impositū
currui suo, duxit in Samariā. Et percussit omnes q reliqui fuerāt de Achab, in Samaria, vsq; ad
vnum: iuxta verbum domini, quod locutus est per Eliam. Congregauit ergo Iehu omnem
3.Reg.16.g populū, & dixit ad eos. Achab coluit Baal parū, ego autē colā eum amplius. Nunc igit omnes E
prophetas Baal & vniuersos seruos eius, & cunctos sacerdotes ipsius, vocate ad me. Nullus sit
q nō veniat. Sacrificium enī grāde ē mihi Baal. Quicūq; defuerit, nō viuet. Porro Iehu facie-
bat hoc īsidiose, vt disperderet cultoees Baal. Et dixit: sanctificate diē solēnē Baal. Vocauitq;
& misit in vniuersos terminos Israhel, & venerunt cuncti serui Baal. Non fuit residuus ne vnus
quidem, q non veniret. Et ingressi sunt templū Baal. Et repleta est domus Baal, à summo vsq;
ad summū. Dixitq; his qui præerant super vestes. Profeete vestimenta vniuersis seruis Baal.
Et peotulerunt eis vestes. Ingressusq; Iehu, & Ionadab, filius Rechab, templū Baal, ait cultori-
bus Baal. Perquirite, & videte, ne quis forte vobiscū sit de seruis domini: sed vt sint serui Baal
soli. Ingressi sunt igitur vt facerent victimas, & holocausta. Iehu aūt præparauerat sibi foris
octoginta viros, & dixerat eis: Quicūq; fugerit de hoībus his, quos ego adduxero in manus
vestras, anima eius erit pro anima illius. Factū est autem cum completum esset holocaustū F
præcepit Iehu militibus & ducibus suis. Ingredimini & percutite eos, nullus euadat. Percusse-
runtq; eos in oee gladij, & proiecerunt milites, & duces. Et ierunt in ciuitatem templi Baal, &
peotulerunt statuā de phano Baal, & combusserunt, & comminuerunt eā. Destruxerūt quoq;
ædem Baal, & fecerunt pro ea latrinas, vsq; in diem hāc. Deleuit itaq; Iehu Baal de Israhel.
Veruntamen à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israhel, non recessit, nec deeeli
quit vitulos aureos, q erāt in Bethel, & in Dan. Dixit āt dn̄s ad Iehu. Quia studiose egisti, qđ ee
ctū erat, & placebat in oculis meis, & oīa q̄ erāt in corde meo fecisti contra domū Achab, filij
tui vsq; in quartā generationē sedebunt super thronū Iseahel. Porrò Iehu non custodiuit, vt G
ambularet in lege domini dei Israhel, in toto corde suo. Non enim recessit à peccatis Ieroboā,
qui peccare feceeat Iseahel. In diebus illis cœpit dominus tędere sup Israhel. Percussitq; eos
Hazael, in vniuersis finibus Israhel, à Iordane contra orientalem plagā, omnem terrā Galaad,
& Gad, & Ruben, & Manasse, ab Aroer, quæ est supee torrentem Arnon, & Galaad, & Basan.
Reliqua autem verbo⁊ Iehu, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, nonne hæc scripta sunt
in libeo verbo⁊ die⁊ eegum Iseahel? Et doemiuit Iehu cum patribus suis, sepelieruntq; eū in 22.q.c.vnde.
Samaria, & regnauit Ioachaz filius eius pro eo. Dies autē quos regnauit Iehu super Israhel, vi- 23.q.2.c.vna
ginti & octo anni sunt in Samaria. quæq.16.ap
positus est ad patres suos

¶Athalia interficit om̄e semen regiū, abscondit Ioas filius Ochoziæ. Ioas fit rex, Athalia interficitur.

Ca. XI.

2.Par.22.d ATHalia vero mater Ochoziæ videns mortuū filiū suū, surrexit, & interfecit omne se- A
men regiū. Tollens aūt Iosaba filia eegis Ioram, soror Ochoziæ, Ioas filiū Ochoziæ,
furata est eum de medio filio⁊ regis, qui interficiebant, & nutricem eius de triclinio
& abscondit eum à facie Athaliæ vt non interficeret, eratq; cum ea sex annis clam in
2.para.24.a. domo domini. Porrò Athalia eegnauit super terrā septem annis. Anno autem septimo mi-
sit Ioiada pontifex, & assumens centuriones, & milites, introduxit ad se in templū domini, pe
pigitq; cum eis fœdus. Et adiurās eos in domo domini, ostendit eis filium regis, & præcepit
illis, dicens: Iste est sermo quem facere debetis. Tertia pars vestrū introeat sabbato, & obser- B
Heb.Sur. uet excubias domus regis. Tertia aūt pars sit ad portā * Seir, & tertia pars sit ad portā, quæ est
Heb.cursores post * habitaculū scutario⁊, & custodietis excubias domus Mesa. Duæ vero partes ē vobis
omnes egredientes sabbato custodiāt excubias domus domini, circa regem: & vallabitis eum
habentes arma in manibus vestris. Si quis aūt ingressus fuerit septū templi interficiat. Eritisq;
cum rege, introeunte & egrediente. Et fecerunt centuriones iuxta omnia quæ præceperat
eis Ioiada sacerdos. Et assumentes singuli viros suos, qui egrediebant ad sabbatū, cum his qui
egrediebant è sabbato, venerunt ad Ioiadā sacerdotem. Qui dedit eis hastas, & arma regis Da
uid, quæ erāt in domo domini. Et steterunt singuli habentes arma in manu sua, à parte tem
pli dextera, vsq; ad partem sinistrā altaris & ædis, & circa regem. Produxitq; filiū regis: & po
suit super eū diadema, & testimoniū. Feceruntq; eum regem, & vnxerūt, & plaudentes manu
dixerunt. Viuat rex. Audiuit autem Athalia vocem populi currentis: & ingressa ad turbas C
in templū domini vidit eegem stantem super tribunal, iuxta moeem, & cātores, & turbas ppe
eum, omnemq; populū terræ, & canentem tubis: & scidit vestimenta sua, clamauitq;: Coniu-
ratio, coniuratio. Præcepit aūt Ioiada centurionibus, qui erant super exeecitum, & ait eis:
Educite eam extra septa templi, & quicunq; eā sequutus fuerit, feriat gladio. Dixerat enim sa-
ceedos. Non occidatur in templo domini. Imposueruntq; ei manus, & impegerunt eam, per
viā introitus equo⁊ iuxta palatium: & interfecta est ibi. Pepigit ergo Ioiada fœdus intee de- D
um, & regem, & inter populū, vt esset populus domini, & inter regem, & populū. Ingressusq;

est oīs

est omnis populus terræ templũ Baal,& destruxerũt aras eius,& imagines contriuerũt valide
Mathan quoq; sacerdotem Baal occiderũt corã altari. Et posuit sacerdos custodias in domo
dñi,tulitq; centuriones,& Cerethi,& Pheleti legiones,& omnẽ populũ terræ: deduxeruntq;
regem de domo dñi.Et venerũt p viã portæ scutarioꝝ,in palatiũ, & sedit super thronũ regũ.
Lætatusq; est oĩs populus terræ & ciuitas conquieuit.Athalia aũt occisa est gladio in domo re
gis,septemq; annoꝝ erat Ioas cum regnare cœpisset.

¶Sacerdotibus non instaurãtibus templũ,Ioas aufert pecuniam,& in eius vsum
expendit,Ioas interficit à duobus seruis suis,succedit Ama-
sias filius suus. Caput XII.

A ANno septimo Iehu,regnauit Ioas,quadraginta annis regnauit in Hierusalem. No- 2.Par.24
men mr̃is eius Sebia de Bersabee.Fecitq; Ioas rectũ corã domino,cũctis diebus qui-
bus docuit eum Ioiada sacerdos. Verũtamen excelsa non abstulit.Adhuc enim po
pulus immolabat,& adolebat in excelsis incensum. Dixitque Ioas ad sacerdotes.
Omnem pecuniã sanctoꝝ,quæ illata fuerat in templũ domini à prætereuntibus,quę offertur
pro ptio animæ, & quàm sponte & arbitrio cordis sui inferũt in templum domini accipiãt
illã sacerdotes iuxta ordinem suũ,& instaurent sarta tecta domus, si quid necessariũ viderint
instauratione. Igit vsq; ad vicesimũ tertiũ annũ regis Ioas,non instaurauerũt sacerdotes sarta
B tecta templi. Vocauitq; rex Ioas Ioiadã pontificem,& sacerdotes,dicens eis:Quare sarta te-
cta non instauratis templi? Nolite ergo amplius accipere pecuniã iuxta ordinem vestrũ,sed
ad instauratione templi reddite eã.Prohibitiq; sunt sacerdotes vltra accipere pecuniã à po-
pulo,& instaurare sarta tecta domus. Et tulit Ioiada pontifex Gazophylaciũ vnũ,aperuitq;
foramen desuper,& posuit illud iuxta altare,ad dexterã ingredientiũ domũ dñi. Mittebantq;
in eo sacerdotes,qui custodiebãt ostia,omnem pecuniã,quæ deferebat ad templum domini.
Cumq; viderent nimiã pecuniã esse in Gazophylacio:ascendebat scriba regis,& pontifex,ef-
fundebãtq; & numerabãt pecuniã,quæ inueniebat in domo domini,& dabãt eã iuxta nume-
C rum atq; mensurã,in manu eoꝝ,q præerãt cementarijs domus domini.Qui impendebãt eam
in fabris lignoꝝ:& in cementarijs,his qui operabant in domo domini,& sarta tecta faciebãt
& in his qui cædebant saxa: & vt emerent ligna & lapides,qui excidebant,ita vt impleret in-
stauratio domus domini,in vniuersis quæ indigebãt expensa ad muniendã domũ. Veruntã-
men non fiebãt ex eadem pecunia hydriæ templi domini,& fuscinulæ,& thuribula,& tubæ,
& omne vas aureũ,& argenteũ,de pecunia quæ inferebat in templũ dñi. His enim qui facie-
bãt opus dabat,vt instauraret templũ domini, & non fiebat rõ his hominibus qui accipiebãt
pecuniã,vt distribuerent eã artificibus,sed in fide tractabant eã. Pecuniã vero pro delicto,&
D pecuniã pro peccatis,non inferebant in templũ domini,quia sacerdotũ erat. Tunc ascendit
Hazael rex Syriæ,& pugnabat contra Geth,cœpitq; eã,& direxit faciem suã,vt ascenderet in
Hierl̃m.Quãobrem tulit Ioas rex Iuda omnia sanctificata,quæ cõsecrauerat Iosaphat,& Iorã
& Ochozias pr̃es eius reges Iuda,& quæ ipse obtulerat, & vniuersum argentũ quod inueniri
potuit in thesauris templi domini,& in palatio regis,misitq; Hazaeli regi Syriæ, & recessit ab
Hierl̃m. Reliqua aũt sermonũ Ioas,& vniuersa q̃ fecit,nõne hæc scripta sunt in libro verboꝝ
dieꝝ regum Iuda? Surrexerũt aũt serui eius,& coniurauerũt inter se.percusserũtq; Ioas in do
mo Mello,in descensu Sela.Iosachar nãq; filius Semaath,& Iosabad filius Somer serui eius p-
4.Reg.14.c.amo- cusserunt eum,& mortuus est.Et sepelierũt eũ cum patribus suis in ciuitate Dauid,regnauitq;
[illegible] appo- Amasias filius eius pro eo.
situs est & [illegible] ¶Ioachaz rex Israhel,filius Iehu,tradit in manus Syroꝝ, morit,succedit Ioas filius su-
[illegible] pa- us,moritur Eliseus. Cap.XIII.
[illegible]
A ANno vicesimotertio Ioas,filij Ochoziæ regis Iudæ,regnauit Ioachaz filius Iehu su-
per Israhel in Samaria,decem & septem annis,& fecit malum corã domino. Sequu-
tusq; est peccata Ieroboam filij Nabat,qui peccare fecit Israhel,& non declinauit ab
eis. Iratusq; est furor domini contra Israhel, & tradidit eos in manu Hazael regis
Syriæ,& in manu Benadad filij Hazael,cũctis diebus. Deprecatus est aũt Ioachaz faciem do
mini,& audiuit eũ dñs.Vidit enĩ angustiã Israhel:quia attriuerat eos rex Syriæ. Et dedit dñs
B saluatorem Israheli,& liberatus est de manu regis Syriæ.Habitauerũtq; filij Israhel in taber
naculis suis:sicut heri & nudiustertius. Verũtamen non recesserũt à peccatis domus Ieroboã,
qui peccare fecit Israhel,sed in ipsis ambulauerũt.Siquidem & lucus permansit in Samaria,&
non sunt derelicti Ioachaz de populo,nisi quinquaginta equites,& decem currus,& decẽ mi-
lia peditũ,interfecerat enim eos rex Syriæ,& redegerat quasi puluerem in tritura areæ. Reli-
qua aũt sermonũ Ioachaz & vniuersa quæ fecit,& fortitudo eius, nõne hæc scripta sunt in li-
bro sermonũ dieꝝ regũ Israhel? Dormiuitq; Ioachaz cũ pr̃ibus suis,& sepelierũt eũ in Sama-
C ria,regnauitq; Ioas filius eius pro eo. Anno tricesimoseptimo Ioas regis Iuda,regnauit Ioas
filius Ioachaz super Israhel in Samaria sexdecim annis,Et fecit qđ malũ est in conspectu dñi,
Non

Non declinauit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat, q[ui] peccare fecit Israhel: sed in ipsis
ambulauit. Reliqua aūt sermonū Ioas, & vniuersa quę fecit, & fortitudo eius, quō pugnauerit
cōtra Amasiā, regē Iuda: nōne hæc scripta sunt in libro sermonū dierū regū Israhel? Et dormi
uit Ioas cū pr̄ibus suis. Ieroboā aūt sedit sup soliū eius. Porrò Ioas sepultus ē in Samaria cū regi
bus Israhel. Eliseus āt ægrotabat infirmitate, qua & mortuus ē. Descēditq́; ad eū Ioas rex Isra
Heb. equites hel, & flebat corā eo. Dicebatq́;, pr̄ mi, pr̄ mi, currus Israhel & * auriga eius. Et ait illi Eliseus,
Affer arcū & sagittas. Cūq́; attulisset ad eū arcū, & sagittas, dixit ad regē Israhel. Pone manū
tuā sup arcū. Et cū posuisset ille manū suā, supposuit Eliseus manus suas manibus regis, & ait:
Aperi fenestrā orientalē. Cūq́; aperuisset, dixit Eliseus: Iace sagittā, & iecit. Et ait Eliseus: Sa- D
gitta salutis dn̄i, & sagitta salutis cōtra Syriā. Percutiesq́; Syriā in Aphec, donec consumas eā.
Et ait: Tolle sagittas. Qui cū tulisset, rursum dixit ei: Percute iaculo terrā. Et cum pcussisset tri
bus vicibus, & stetisset, iratus est vir dei cōtra eū, & ait: Si pcussisses quinquies, aut sexies, siue se
pties, pcussisses Syriā vsq; ad cōsummationē. Nunc aūt tribus vicibus pcuties eā. Mortuus est
Heb. exercit' militum ergo Eliseus, & sepelierūt eū. * Latrūculi aūt de Moab venerunt in terrā, in ipso anno. Quidā
aūt sepeliētes hominē viderūt latrūculos, & pieceerunt cadauer in sepulchrū Elisei. Qd̄ cū teti
gisset ossa Elisei, reuixit homo, & stetit sup pedes suos. Igit̄ Hazael rex Syriæ afflixit Israhel
cūctis diebus Ioachaz. Et misertus est dn̄s eorū, & reuersus est ad eos, ppter pactū suū, qd̄ ha-
bebat cū Abrahā, & Isaac, & Iacob, & noluit disperdere eos, neq; pijcere penitus vsq; in p̄sens
tp̄s. Mortuus est aūt Hazael rex Syriæ, & regnauit Benadad filius eius p eo. Porrò Ioas filius
Ioachaz, tulit vrbes de manu Benadad, filij Hazael, quas tulerāt de manu Ioachaz pr̄is sui, iure
prælij. Tribus vicibus percussit eum, & reddidit ciuitates Israheli.

¶ Amasias rex Iuda interficit occisores pr̄is, pcutit Edom, capit̄ à Ioa rege Israhel, diri-
pit̄ à Ioa templū domini, Ioas morit̄, succedit Ieroboā filius eius. Occidit̄ Amasi
as in Lachis. Succedit Azarias filius, Ieroboam vero mortuo, succedit Za
charias. Caput .XIIII.

IN anno secundo Ioas, filij Ioachaz regis Israhel, regnauit Amasias filius Ioas, regis Iuda. A
Vigintiquinq; annorū erat cū regnare cœpisset, viginti aūt & nouem annis regnauit in
Hierusalem. Nomen matris eius Ioaden, de Hierusalem. Et fecit rectū corā domino. Ve
rūtamen non vt Dauid pr̄ eius. Iuxta omnia quæ fecit Ioas, pr̄ suus fecit, nisi tantum hoc
quod excelsa non abstulit. Adhuc enim populus adolebat, & immolabat incensum in excelsis B
Cūq́; obtinuisset regnum, percussit seruos suos, qui interfecerāt regem patrem suum. Filios
autem eorū q occiderāt non occidit, iuxta verbū quod scriptū est in libro legis Moysi, sicut p̄-
Heb. Sela nomē ciuitatis. cepit dominus, dicens: Non morientur patres pro filijs, neq; filij pro patribus, sed vnusquisq;
in pctō suo morietur. Ipse percussit Edom in valle Salinarū: decem milia, & apphendit * petrā
He. iuxtheel. in prælio, vocauitq́; nomen eius * Iethiel vsq; in præsentem diem. Tunc misit Amasias nū-
2. Para. 25. c cios ad Ioas, filiū Ioachaz, filij Iehu, regis Israhel, dicens Veni, & videamus nos. Remisitq́; Ioas
rex Israhel ad Amasiam regem Iuda, dicens: Carduus Lybani misit ad cedrum, qui est in Ly- C
bano, dicens: Da filiā tuam filio meo vxorem. Trāsieruntq́; bestiæ saltus, quæ sunt in Lyba-
no, & conculcauerūt carduū. Percutiens inualuisti super Edom, & subleuauit te cor tuū. Con
tētus est o gloria, & sede in domo tua. Quare prouocas malū, vt cadas tu, & Iudas tecū? Et non
acquieuit Amasias. Ascēditq́; Ioas rex Israhel, & viderūt se, ipse & Amasias rex Iuda, in Beth-
sames oppido Iudæ. Percussusq́; est Iuda corā Israhel, & fugerūt vnusq́sq; in tabernacula sua.
Amasiā vero regem Iuda, filiū Ioas, filij Ochoziæ cœpit Ioas rex Israhel, in Bethsames, & ad- D
duxit eū in Hierusalem. Et interrupit murū Hierusalem, à porta Ephraim, vsq; ad portā angu
He. filios obsides. li quadringentis cubitis. Tulitq́; omne aurū, & argentum, & vniuersa vasa quæ inuenta sunt in
domo domini, & in thesauris regis, & * obsides, & reuersus est in Samariā. Reliqua aūt verbo
rum Ioas, quæ fecit, & fortitudo eius, qua pugnauit contra Amasiā regem Iuda, nonne hęc scri
pta sunt in libro sermonū dierū regū Israhel? Dormiuitq́; Ioas cū patribus suis, & sepultus est
He. quindecim in Samaria, cū regibus Israhel, & regnauit Ieroboā filius eius pro eo. Vixit aūt Amasias filius E
Ioas rex Iuda, postq̄ mortuus est Ioas filius Ioachaz, regis Israhel, * vigintiquinq; annis. Reli-
qua aūt sermonū Amasiæ, nonne hęc scripta sunt in libro sermonum regum Iuda? Factaq́; est
contra eum coniuratio in Hierusalem. At ille fugit in Lachis. Miseruntq; post eum in Lachis,
1. Para. 25. a & interfecerunt eum ibi, & asportauerunt in equis, sepultusq; est in Hierusalem, cum patribus
suis, in ciuitate Dauid. Tulit aūt vniuersus populus Iudæ Azariam, annos natum sexdecim, &
constituerunt eum regem, pro patre eius Amasia. Ipse ædificauit Hailam, & restituit eam Iu-
dæ, postq̄ dormiuit rex cum patribus suis. Anno quintodecimo Amasiæ filij Ioas regis Iuda F
regnauit Ieroboā filius Ioas regis Israhel, in Samaria, quadraginta & vno anno. Et fecit quod
malū est coram domino. Nō recessit ab omnibus peccatis Ieroboam, filij Nabat, qui peccare
fecit Israhel. Ipse restituit terminos Israhel, ab introitu Hemath vsq; ad mare solitudinis, iu-
xta sermonē dn̄i dei Israhel quē locutus est per seruū suū Ionā, filiū Amithai prophetam, qui
erat

G erat de Geth, quæ est in Heph r. Vidit enim dominus afflictionem Israel amaram nimis, &
quod consumpti essent, vsq; ad clausos carceris, & extremos, & non esset qui auxiliaret Israel.
Nec locutus est dominus, vt del ret nomen Israel de sub cœlo, sed saluauit eos in manu Iero-
boam filij Ioas. Reliqua autem sermonum Ieroboam, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius
qua præliatus est, & quomodo restituit Damascum, & Hemath Iuda, in Israel; nõne hæc scri-
pta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Dormiuitq; Ieroboam cũ patribus suis, re
gibus Israel, & regnauit Zacharias filius eius pro eo.

¶ Azarias rex Iuda fit leprosus: Succedit ei Ioathan filius: Sellum interficit Ieroboam re
gem Israel, regnatq; pro eo, quo occiso, succedit Manahem: mortuo Manahem,
succedit Phacehia, quo interfecto, regnat Phacee, trucidato Phacee, succedit
Osee: Mortuo Ioathan rege Iuda, succedit Achaz filius eius. Cap. XV.

A ANno vicesimoseptimo Ieroboam regis Israel, regnauit Azarias, filius Amasiæ regis
Iuda, sexdecim annorũ erat cũ regnare cœpisset, & quinquagintaduobus annis re-
gnauit in Hierusalẽ. Nomen matris eius Iechelia, de Hierusalem. Fecitq; quod erat
placitum corã dño, iuxta omnia quæ fecit Amasias pater eius. Veruntamen excelsa
nõ est demolitus. Adhuc populus sacrificabat, & adolebat incẽsum in excelsis. Percussit aũt
dñs regẽ, & fuit leprosus vsq; in diẽ mortis suæ, & habitabat in domo libera seorsum. Ioathan
vero filius regis gubernabat palatiũ, & iudicabat populũ terræ. Reliqua aũt sermonũ Aza-
riæ, & vniuersa quę fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborũ dierũ regũ Iuda? Et dormi-
B uit Azarias cũ patribus suis, sepelieruntq; eũ cum maioribus suis, in ciuitate Dauid, & regna-
uit Ioathan filius eius pro eo. Anno tricesimooctauo Azariæ regis Iudæ, regnauit Zacha
rias filius Ieroboam, super Israel, in Samaria, sex mensibus. Et fecit quod malum est corã do-
mino, sicut fecerãt patres eius. Non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit
Israel. Cõiurauit autẽ cõtra eum Sellum, filius Iabes, percussitq; eũ* palã, & interfecit, regna- Heb. coram populo.
uitq; pro eo. Reliqua aũt verborũ Zachariæ, nõne hæc scripta sunt in libro sermonũ dierũ
regũ Israel? Iste est sermo dñi quẽ locutus est ad Iehu, dicẽs. Filij tui vsq; ad quartã generatio
C nem sedebunt de te, super thronũ Israel. Factũq; est ita. Sellum filius Iabes regnauit tricesi
mo anno Azariæ regis Iudæ. Regnauit aũt vno mense in Samaria. Et ascẽdit Manahem filius
Gaddi de Thersa, venitq; in Samariã, & percussit Sellum, filiũ Iabes, in Samaria, & interfecit
eum, regnauit pro eo. Reliqua autẽ verborũ Sellum, & coniuratio eius, per quem tetendit
insidias, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierũ regũ Israel? Tunc percussit Mana
D hem, Thapsam, & omnes qui erãt in ea, & terminos eius de Thersa. Noluerant enim aperire
ei. Et interfecit omnes prægnãtes eius, & scidit eas. Anno tricesimonono Azariæ regis Iu
da regnauit Manahem filius Gaddi super Israel, decẽ annis, in Samaria, fecitq; quod erat ma-
lũ corã dño. Nõ recessit à peccatis Ieroboã, filij Nabat, qui peccare fecit Israel, cunctis diebus
eius. Veniebat Phul, rex Assyriorũ ĩ Thersa, & dabat Manahem Phul mille talẽta argẽti, vt
esset ei in auxiliũ, & firmaret regnũ eius. Indixitq; Manahem argentũ super Israel cũctis potẽ
tibus, & diuitibus, vt daret regi Assyriorũ, quinquaginta siclos argẽti p singulos. Reuersusq;
E est rex Assyriorũ, & non est moratus in terra. Reliqua autẽ sermonũ Manahem, & vniuer-
sa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonũ dierum regum Israel? Et dormiuit Ma
nahem cum patribus suis, regnauitq; Phaceia filius eius pro eo. Anno quinquagesimo Aza
riæ, regis Iudæ, regnauit Phaceia filius Manahem, sup Israel in Samaria, biennio, & fecit q̃d
erat malum coram domino. Non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit
Israel. Coniurauit autem aduersus eum Phacee, filius Romeliæ, dux eius, & percussit eum in
Samaria, in * turræ domus regiæ, iuxta Argob, & iuxta Arieh, & cum eo quinquaginta viros Heb. palatio domus regis
de filijs Galaaditarum, & interfecit eum, regnauitq; pro eo. Reliqua autem sermonum Pha & Argob &
ceia, & vniuersa quæ fecit, nõne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Arieh, &c.
F Anno quinquagesimosecundo Azariæ, regis Iudæ, regnauit Phacee, filius Romeliæ super
Israel, in Samaria viginti annis, & fecit quod erat malum coram domino. Nõ recessit à pecca
tis Ieroboã, filij Nabat, q peccare fecit Israel. In diebus Phacee regis Israel, venit Theglath
Phalaasar rex Assur, & cæpit Ahion, & Abel domum Maacha, & Ianoe, & Cedes, & Asor &
Galaad, & Galilæã, & vniuersam terram Nephthali, & transtulit eas in Assyrios. Cõiurauit
autem, & tetendit insidias Osee, filius Ela, contra Phacee filium Romeliæ, & percussit eum, &
interfecit, regnauitq; pro eo, vicesimo anno Ioathan filij Oziæ. Reliqua autem sermonũ
Phacee, & vniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierũ regum Israel?
G Anno secundo Phacee filij Romeliæ, regis Israel, regnauit Ioathan filius Oziæ regis Iuda. 2. para. 27 a
Vigintiquinq; annorũ erat, cum regnare cœpisset, & sexdecim annis regnauit in Hierusalem
Nomẽ matris eius Ierusa, filia Sadoc, fecitq; quod erat placitũ corã dño. Iuxta oĩa quæ fecit
Ozias pater suus operatus est. Verũtamen excelsa nõ abstulit. Adhuc populus immolabat, &
adolebat incẽsum in excelsis. Ipse ædificauit portam domus domini sublimissimã. Reliqua
autem

autem sermonum Ioathan,& vniuersa quæ fecit,nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda? In diebus illis cœpit dominus mittere in Iudã Rasin,regem Syriæ,& Phacee filium Romeliæ,& dormiuit Ioathan cum patribus suis,sepultusq́ est cum eis in ciuitate Dauid patris sui,& regnauit Achaz filius eius pro eo.

¶Achaz rex Iuda consecrat filium in igne,de prælijs eius aduersus regem Israel, de altari Damasceno,mortuo Achaz succedit Hezechias filius eius. Cap. XVI.

4.par.28.a ANno decimoseptimo Phacee filij Romeliæ,regnauit Achaz,filius Ioathan regis Iuda. Viginti annorum erat Achaz cum regnare cœpisset,& sedecim annis regnauit in Hierusalẽ. Nõ fecit quod erat placitũ in cõspectu dñi dei sui,sicut Dauid pater ejus,sed ambulauit in vijs regũ Israel. Insuper & filiũ suũ cõsecrauit,trãsferẽs per ignẽ,secũ- A

Esaie.7.a dum idola gẽtiũ,quæ dissipauit dñs corã filijs Israel. Immolabat quoque victimas & adolebat incensum in excelsis,& in collibus,& sub omni ligno frondoso. Tunc ascẽdit Rasin rex Syriæ & Phacee filius Romeliæ rex Israel,in Hierusalẽ ad præliandũ. Cũq́ obsiderẽt Achaz, nõ valuerunt superare eũ. In tempore illo restituit Rasin rex Sysiæ Ailam Syriæ, & eiecit Iudæos de Aila. Et Idumæi,& Syri venerũt in Ailam,& habitauerunt ibi vsq; in diem hãc. Misit aũt B
Achaz nũtios ad Theglath Phalaasar,regẽ Assyriorum,dicẽs. Seruus tuus,& filius tuus ego sum. Ascẽde,& saluũ me fac de manu regis Syriæ,& de manu regis Israel,qui cõsurrexerũt aduersum me. Et cũ collegisset argentũ,& aurũ,quod inueniri potuit in domo dñi,& in thesauris regis,misit regi Assyriorum munera. Qui & acquieuit volũtati eius. Ascẽdit aũt rex Assyriorum in Damascũ,& vastauit eã,& transtulit habitatores eius Cyrenẽ,Rasin aũt interfecit. Perrexitq́ rex Achaz in occursum Theglath Phalaasar regi Assyriorum,in Damascũ. Cũq́ vidisset altare Damasci,misit rex Achaz ad Vriã sacerdotẽ exemplar eius,& similitudinẽ iuxta omne C
opus eius. Extruxitq́ Vrias sacerdos altare. Iuxta oĩa quæ præceperat rex Achaz de Damasco, ita fecit sacerdos Vrias,donec veniret rex Achaz de Damasco. Cũq́ venisset rex de Damasco, vidit altare,& veneratus est illud. Ascẽditq́,& immolauit holocausta,& sacrificiũ suũ,& libauit libamina,& fudit sanguinẽ pacificorum,quæ obtulerat sup altare. Porrò altare æreũ quod erat corã dño,trãstulit de facie tẽpli,& de loco altaris,& de loco tẽpli dñi,posuitq́ illud ex latere altaris ad aquilonẽ. Præcepit quoque rex Achaz Vriæ sacerdoti,dicẽs. Sup altare maius offer holocaustũ matutinũ,& sacrificiũ vespertinũ,& holocaustũ regis,& sacrificia eius. Et holocaustũ vniuersi populi terræ,& sacrificia eorum,& libamina eorum,& omnẽ sanguinẽ holocausti,& vniuersum sanguinẽ victimæ super illud effundes. Altare vero æreũ erit paratũ ad voluntatẽ D
meam. Fecit igitur Vrias sacerdos iuxta omnia quæ præceperat ei rex Achaz. Tulit autẽ rex Achaz celatas bases,& luterem qui erat desuper,& mare deposuit de bobus æreis,qui sustentabant illud,& posuit super pauimentũ stratũ lapidẽ. * Musach quoq; sabbati quod ædificauerat in tẽplo,& ingressum regis exterius,* conuertit in tẽplum dñi,propter regem Assyriorum. Reliqua autem verborum Achaz,& omnia quæ fecit,nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda? Dormiuitq́ Achaz cum patribus suis,& sepultus est cũ eis, in ciuitate Dauid,& regnauit Hezechias filius eius pro eo.

Heb. thoriã hic. fecit circumire domum dñi.

¶Osee rex Israel captus,vna cum regno transfertur in Assyrios. Cap. XVII.

ANno duodecimo Achaz regis Iuda,regnauit Osee filius Ela,in Samaria, sup Israel, nouẽ annis,fecitq́ malũ corã dño,sed nõ sicut reges Israel qui ante eum fuerãt. Contra hunc ascendit Salmanasar rex Assyriorum,& factus est ei Osee seruus,reddebatq́ illi tributa. Cũq́ deprehendisset rex Assyriorum Osee,quod rebellare nitens misisset nuntios ad Sua,regẽ Aegypti,ne præstaret tributa regi Assyriorum,sicut singulis annis solitus erat, obsedit eũ,& vinctũ misit in carcerẽ. Peruagatusq́ est omnẽ terrã,& ascẽdẽs Samariã, obsedit eã tribus annis. Anno aũt nono Osee,cœpit rex Assyriorum Samariã,& trãstulit Israel in A

He. Habher in Habor. Assyrios,posuitq́ eos in * Ailã,& in Abor,iuxta fluuiũ Gozan in ciuitatibus Medorum. Factũ est enĩ cũ peccassent filij Israel dño deo suo,qui eduxerat eos de terra Aegypti, de manu Pharaonis regis Aegypti,coluerũt deos alienos,& ambulauerũt iuxta ritũ gentiũ, quas consumpserat dñs in cõspectu filiorum Israel,& regũ Israel,quia similiter fecerãt. Et irritauerũt filij B
Israel verbis nõ rectis dñm deũ suũ,& ædificauerũt sibi excelsa in cunctis vrbibus suis,à turre custodũ, vsq; ad ciuitatẽ munitã. Fecerũtq́ sibi statuas,& lucos in omni colle sublimi,& subter omne lignũ nemorosum,& adolebãt ibi incẽsum sup aras,in morẽ gentiũ,quas trãstulerat dñs à facie eorum. Fecerũtq́ verba pessima irritãtes dñm,& coluerũt immũditias,de quibus

Hiere.25 præcepit eis dñs,ne facerẽt verbũ hoc. Et testificatus est dñs in Israel,& in Iuda per manum omniũ prophetarum,& vidẽtiũ,dicẽs. Reuertimini à vijs vestris pessimis,& custodite præcepta mea,& cerimonias iuxta omnẽ legẽ quã præcepi patribus vestris,& sicut misi ad vos in manu seruorũ meorum prophetarum. Qui non audierunt,sed indurauerunt ceruicem suam,iuxta ceruicem patrum suorum,qui noluerunt obedire dño deo suo,& abiecerunt legitima eius, C
& pactũ quod pepigit cum patribus eorum,& testificationes quibus cõtestatus est eos, secutiq́

sunt

funt vanitates, & vane egerunt, & secuti sunt gentes q erāt per circuitū eoꝝ, super qui-
bus præceperat dñs eis, vt nō fac rent, sicut & illæ faciebāt. Et dereliquerunt omnia ꝓce-
pta dñi dei sui: feceruntq́ sibi cōf tiles duos vitulos & lucos, & adorauerūt vniuersam mili-
tiam cœli. Seruieruntq́ Baal, & cōsecrauerūt filios suos, & filias suas per ignē. Et diuinationi
inseruiebāt, & augurijs. Et tradiderunt se, vt facerent malum corā dño, & irritauerunt eum.
D Iratusq́ est dñs vehemēter Israeli, & abstulit eos à cōspectu suo, & nō remāsit nisi tribus Iu
da tantūmodo. Sed nec ipse Iuda custodiuit ādata dñi dei sui. Veruntamē errauit, & ambu-
lauit in erroribus Israel: q̄s operatus fuerat. Proiecitq́ dñs omne semen Israel, & afflixit eos,
& tradidit eos in manu diripiētiū, donec proijceret eos à facie sua, ex eo iam tēpore q̄ scissus
est Israel à domo Dauid, & cōstituerūt sibi regē Ieroboā, filiū Nabat. Separauit enī Ieroboā
Israel à dño deo, & peccare eos fecit peccatū magnū. Et ambulauerūt filij Israel in vniuersis
4. q. 4. c. si. § peccatis Ieroboā, q̄ fecerat, & nō recesserūt ab eis, vsquequo dñs auferret Israel à facie sua, fi-
Isti ab aliquo cut locutus fuerat in manu omniū seruoꝝ suoꝝ prophetaꝝ. Translatusq́ est Israel de terra
hic sicut isra- sua in Assyrios vsq; in diē hāc. Adduxit aūt rex Assyrioꝝ viros de Babylone, & de Cutha,
elitæ. & de Aua, & de Hemath, & de Sepharuaim, & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ, pro filijs
E Israel. Qui possederūt Samariā, & habitauerūt in vrbibus eius. Cūq́ ibi habitare cœpissent
nō timebāt dñm. Et immisit eis dñs leones, q interficiebāt eos. Nuntiatūq́ est regi Assyrioꝝ
& dictum. Gentes quas trāstulisti, & habitare fecisti in ciuitatibus Samariæ, ignorāt legitima
dei terræ, & immisit in eos dñs leones. Et ecce interficiūt eos, eo ꝙ ignorēt ritū dei terræ.
Præcepit āt rex Assyrioꝝ, dicēs. Ducite illuc vnū de sacerdotibus, q̄s inde captiuos adduxistis
vt vadat, & habitet cū eis, & doceat eos legitima dei terræ. Igitur cū venisset vnus de sacerdo
tibus his, q captiui ducti fuerāt de Samaria, habitauit in Bethel, & docebat eos q̄uo colerēt do
F minū. Et vnaquæq; gens fabricata est deū suū. Posuerūtq́ eos in phanis excelsis, q̄ fecerāt Sa
maritæ, gens & gens in vrbibus suis in q̄bus habitabāt, viri enī Babylonij fecerūt Sochoth
Benoth. Viri aūt Cutheni fecerūt Nergel, & viri de Hemath fecerūt Asima. Porrò Euæi fece
runt Nibahas, & Tharthac. Hi aūt qui erāt de Sepharuaim cōburebāt filios suos igni Adra-
melech & Anamelech dijs Sepharuaim, & nihilominus colebāt dñm. Fecerunt autē sibi de
nouissimis sacerdotes excelsoꝝ, & ponebāt eos in phanis sublimibus. Et cum dominū cole-
rent, dijs quoq; suis seruiebāt, iuxta consuetudinē gentium, de quibus trāslati fuerāt in Sama-
riam. Vsq; in præsentem diem morē sequuntur antiquum. Non timent dominum, neq; cu-
stodiunt cerimonias eius, atq; iudicia, & legem, & mādatum, quod præceperat dominus fi-
lijs Iacob, quē cognominauit Israel, & percusserat cum eis pactum, & mandauerat eis, dicens
G Nolite timere deos alienos, & nō adoretis eos neq; colatis eos, & non immoletis eis, sed do-
minum deum vestrum, qui eduxit vos de terra Aegypti, in fortitudine magna, & in brachio
extento, ipsum timete, & illum adorate, & ipsi immolate. Cerimonias quoq;, & iudicia, & le-
gem, & mandatū quod scripsit vobis, custodite, vt faciatis cunctis diebus, & nō timeatis deos
alienos. Et pactum quod percussit vobiscū, nolite obliuisci, nec colatis deos alienos, sed do-
minum deum vestrum timete, & ipse eruet vos de manu omnium inimicoꝝ vestroꝝ. Illi ve
ro non audiuerunt, sed iuxta consuetudinem suam pristinā perpetrabāt. Fuerunt igit gē
tes istæ timentes quidem dominum, sed nihilominus & idolis suis seruientes. Nā filij eoꝝ, &
nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt vsq; in præsentem diem.

¶Hezechias rex Iuda, confringit æneum serpentem. demolitur idola,
Salmanasar capta Samaria transfert Israelem in Assyrios
Sennacherib inuadit Iudam, minatur Hezechiæ. Cap. XVIII.

A Anno tertio Osee filij Ela, regis Israel, regnauit Hezechias filius Achaz regis Iudā. 2. Para. 29. a
Vigintiquinq; annoꝝ erat cum regnare cœpisset, & vigintinouē annis regnauit in
63. dist. c. qa Hierusalē, nomē matris eius Abi filia Zachariæ. Fecitq́ quod erat bonū corā dño:
sancti. §. verū iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. Ipse dissipauit excelsa, & cōtriuit statuas
& succidit lucos, cōfregitq́ serpētē æneū, quē fecerat Moyses. Siquidē vsq; ad illud tēpus filij
Israel adolebāt ei incēsum. Vocauitq́ nomen eius * Nehusthan. Et in dño deo Israel sperauit. Heb. æneum
B Itaq; post eū nō fuit similis ei, de cūctis regibus Iuda, sed neq; in his qui ante eum fuerūt. Et
adhæsit dño, & nō recessit à vestigijs eius, fecitq́ mādata eius quę ꝓceperat dñs Moysi. Vnde
& erat dñs cū eo, & in cūctis ad quæ procedebat, sapiēter se agebat. Rebellauit q̄q; contra re
gē Assyrioꝝ, & nō seruiuit ei. Ipse percussit Philistæos, vsq; ad Gazam, & omnes terminos
eoꝝ, & à turre custodū vsq; ad ciuitatē munitā. Anno quarto regis Hezechiæ qui erat an-
C nus septimus Osee, filij Ela, regis Israel, ascēdit Salmanasar rex Assyrioꝝ Samariā, & oppug-
nauit eā, & cępit. Nā post annos tres, anno sexto Hezechiæ, id ē, nono anno Osee regis Israel 2. para. 32. a
capta est Samaria, & trāstulit rex Assyrioꝝ Israel in Assyrios, collocauitq́ eos ī Aila, & in Ha Eccle. 48. c
bor fluuijs Gozan, in ciuitatibus Medoꝝ, q̄a nō audierūt vocē dñi dei sui, sed ꝓtergressi sunt Esaie. 36
pactū eius. Oīa quæ pręceperat Moyses seruus dñi, nō audierūt, neq; fecerūt. Anno quarto-

decimo regis Hezechiæ, ascēdi; Sen[illegible]cherib rex Assyrio[illegible] d vniuersas ciuitates Iuda muni
tas, & cæpit eas. Tūc misit Hezechias rex Iuda nūtios ad regē Assyrioꝝ in Lachis, dicēs. Pec
caui. Recede à me, & omne q̄d imposuer[illegible] mi[illegible], ferā. Indix[illegible] itaq; rex Assyrioꝝ Hezechiæ re
gi Iudæ, trecēta talēta argēti, & triginta talēta [illegible]. Deditq; Hezechias omne argentū q̄d re- D
pertū fuerat in domo dñi, & in thesauris reg[illegible]. In [illegible]por[illegible] cōfregit Hezechias valuas tēpli
dñi, & laminas auri, quas ipse affixerat, & dedit e[illegible] regi Assyrioꝝ. Misit aūt rex Assyriorū
Tharthan, & Rabsarim, & Rabsacem de Lach[illegible] ad regē Hezechiā cū manu valida, Hierusalē
Qui cū ascēdissent, venerūt Hierusalē, & steterūt iuxta aquæ ductū piscinæ superioris, quę est
in via agri fullonis, vocaueruntq; regē. Egressus est aūt ad eos Eliachim, filius Helchiæ, p̄posi- E
tus domus, & Sebna scriba, & Ioah filius Asaph, à cōmentarijs. Dixitq; ad eos Rabsaces. Lo-
quimini Hezechiæ. Hæc dicit rex magnus, rex Assyrioꝝ. Quę est ista fiducia qua niteris? For
sitan inijsti cōsiliū vt præpares te ad prælīū? In q̄ cōfidis, vt audeas rebellare? An speras in ba-
culo arūdineo atq; cōfracto Aegypto? Sup quē si incubuerit hō, cōminutus ingrediet manū
eius, & pforabit eā. Sic est Pharao rex Aegypti, oībus q cōfidūt in se. Quod si dixeritis mihi,
in dño deo nr̄o habemus fiduciā, nōne iste est cuius abstulit Hezechias excelsa, & altaria, & p̄
cepit Iudæ, & Hierusalē, ante altare hoc adorabitis in Hierusalem? Nunc* igit trāsite ad dñm
meū regē Assyrioꝝ, & dabo vobis duo milia equoꝝ, & videte an habere valeatis ascēsores eo
rū. Et quō potestis resistere ante vnū satrapā de seruis dñi mei minimis? An fiduciam habetis F
in Aegypto, propter currus & eqtes? Nunqd sine dñi volūtate ascēdi in locū istū, vt demoli-
rer eū? Dñs dixit mihi. Ascēde ad terrā hāc, & demolire eā. Dixerūt aūt Eliachim, filius Hel
chiæ, & Sebna scriba, & Ioah, Rabsaci. Precamur, vt loquaris nobis seruis tuis Syriace, siquidē
intelligimus hāc linguā, & nō loquaris nobis Iudaice, audiēte populo, q est sup muꝝ. Rñditq;
eis Rabsaces, dicēs. Nūqd ad dñm tuū, & ad te misit me dñs meus, vt loqrer sermones hos, &
nō potius ad viros q sedēt sup muꝝ, vt comedāt stercora sua. & bibāt vrinā suā vobiscum?
Stetit itaq; Rabsaces, & exclamauit voce magna Iudaice, & ait. Audite verba regis magni, re- G
gis Assyrioꝝ. Hæc dicit rex. Nō vos seducat Hezechias. Nō eīn poterit eruere vos de manu
mea, neq; fiduciā vobis tribuat sup dñm, dicēs. Eruēs liberabit nos dñs, & non tradet ciuitas
hæc ī manu regis Assyrioꝝ. Nolite audire Hezechiā. Hæc eīn dicit rex Assyrioꝝ. Facite me-
cū q̄d vobis est vtile, & ingredimini ad me. Et comedet vnusq́sq; de vinea sua, & de ficu sua,
& bibetis aquas de cisternis vr̄is, donec veniā, & trāsferā vos ī terrā, q̄ similis est terrę vr̄æ, in
terrā fructiferā, & fertilē vini: terrā panis & vineaꝝ, terrā oliuaꝝ & olei, ac mellis: & viuetis,
& nō moriemini. Nolite audire Hezechiā, q vos decipit, dicēs. Dñs liberabit nos. Nūqd libe
rauerūt dij gētiū terrā suā de manu regis Assyrioꝝ? Vbi est deus Hemath, & Arphad? Vbi est
deus Sepharuaim, Ana & Aua? Nūqd liberauerūt Samariā de manu mea? Quinā illi sunt in
vniuersis dijs terraꝝ, q eruerūt regionē suā de manu mea, vt possit eruere dñs Hierl̄m de ma-
nu mea. Tacuit itaq; populus, & nō rñdit ei quicq̄. Siquidē p̄ceptū regis acceperāt, vt non
rñderent ei. Venitq; Eliachim filius Helchiæ p̄positus domus, & Sebna scriba, & Ioah filius
Asaph, à cōmentarijs, ad Hezechiā, scissis vestibus, & nuntiauerūt ei verba Rabsacis.

¶ Angelus domini occisis centum & octogintaquinq; milibus confundit exercitum
Sennacherib qui & ipse occiditur à proprijs filijs.

Cap. XIX.

Qvæ cum audisset Hezechias rex, scidit vestimenta sua, & opertus est sacco. Ingres- A
susq; est domum domini, & misit Eliachim, præpositū domus, & Sebnā scribam,
& senes de sacerdotibus, opertos saccis, ad Esaiam prophetā, filij Amos. Qui dixe
runt. Hæc dicit Hezechias. Dies tribulatiōis, & increpatiōis, & blasphemię, di-
es iste. Venerūt filij vsq; ad partū, & vires non habet parturiens. Si forte audiat dominus de-
us tuus vniuersa verba Rabsacis, quē misit rex Assyrioꝝ dominus suus, vt exprobraret deum
viuentē, & argueret verbis quæ audiuit dñs deus tuus, & fac orationē pro reliquijs quæ reper
tæ sunt. Venerūt ergo serui regis Hezechiæ ad Esaiā. Dixitq; eis Esaias. Hæc dicetis dño ve
stro. Hæc dicit dñs. Nolite timere à facie sermonū quos audistis, quibus blasphemauerūt pue
ri regis Assyrioꝝ me. Ecce ego immittā ei spiritū, & audiet nuntiū, & reuertetur in terrā suā,
& deijciam eum gladio, in terra sua. Reuersus est ergo Rabsaces, & inuenit regē Assyriorū
expugnantē Lobnā. Audierat eīn quod recessisset de Lachis. Cumq; audisset de Tharhacha B
rege Aethiopiæ, dicentes: ecce egressus est vt pugnet aduersum te, & iret contra eū, misit nū-
tios ad Hezechiā, dicēs. Hæc dicite Hezechiæ regi Iuda. Non te seducat deus tuus, in quo ha-
bes fiduciam, neq; dicas. Nō tradetur Hierusalē in manus regis Assyrioꝝ. Tu eīn ipse audisti
quæ fecerint reges Assyrioꝝ vniuersis terris, quō vastauerūt eas. Num ergo solus poteris libe
rari? Nunquid liberauerunt dij gentium singulos, quos vastauerunt patres mei. Gozan vide C
licet, & Haran, & Reseph, & filios Eden, qui erant in Thelassar? Vbi est rex Hemath, & rex
Arphad, & rex ciuitatis Sepharuahim, Ana & Aua? Itaq; cum accepisset Hezechias literas
de manu nuntioꝝ, & legisset eas: ascendit in domum domini, & expādit eas coram domino,
& orauit

Marginal notes: Isa. 36.a (near "Quę est ista fiducia"); Al. pignora dentur domino, &c. (beside "in dño deo nr̄o"); 4.para.32.c (beside "nō potius ad viros"); Esaie.37.a (beside "Qvæ cum audisset").

& orauit in conspectu eius [illegible] s. Domine deus Isra[illegible], qui [illegible] des super Cherubim, tu es deus
D solus regũ omniũ terræ, tu [illegible] cœlũ & terrã. Incli[illegible] aurẽ [illegible]uã, & audi, aperi domine oculos
tuos, & audi omnia verba [illegible] rib, quæ [illegible] isit [illegible] exprobraret nobis deum viuentẽ. Ve-
re domine dissipauerunt reges A[illegible]riorũ g[illegible]es [illegible] terras omniũ, & miserũt deos eorũ in ignẽ
Non enĩ erãt dij, sed opera manuũ [illegible] om[illegible] [illegible]gno, & lapide, & perdiderunt eos. Nũc
igitur domine deus noster, saluos nos [illegible] anu eorum, vt sciant omnia regna terræ, q̃a tu
es domine deus solus. Misit autẽ Esa[illegible]s, [illegible] Amos, ad Hezechiam, dicens: Hæc dicit do-
minus deus Israel. Quæ deprecatus es me, sup Sennacherib rege Assyriorũ audiui. Iste est ser-
mo quem locutus est dominus de eo. Spreuit te, & subsannauit te, virgo filia Syon, post ter-
A gum tuum caput mouit, filia Hierusalẽ. Cui exprobrasti, & quem blasphemasti? Contra quẽ
E exaltasti vocẽ tuam, & eleuasti in excelsum oculos tuos? contra sanctum Israel. Per manũ ser
uorũ tuorũ exprobrasti dño, & dixisti: In multitudine curruũ meorũ ascẽdi excelsa montium,
in summitatẽ Lybani, & succidi sublimes cedros eius, & electas abietes illius. Et ingressus sum He. Ego fodi & nouus hic versus incipit.
vsq; ad terminos eius, & saltũ Carmeli eius *ego succidi, & bibi aquas alienas, & siccaui vesti
gijs pedũ meorũ oẽs aquas clausas. Nũquid non audisti, quid ab initio fecerim? Ex diebus an Heb. erit ad deuastãdũ in aceruos destructionum eius, &c.
tiquis plasmaui illud, & nũc adduxi.* Erũt in ruinã collium cõpugnantiũ, ciuitates munitæ.
Et qui sedẽt in eis humiles manu. Cõtremuerũt & cõfusi sunt, facti sunt velut fœnũ agri, & vi
F rens herba tectorũ quæ arefacta est anteq̃ veniret ad maturitatẽ. Habitaculũ tuũ, & egressum
tuũ, & introitũ tuũ, & viã tuã ego præsciui, & furorẽ tuũ cõtra me. Insanisti in me, & superbia Hebr. hamũ
tua ascendit in aures meas. Ponã itaq; * circulũ in naribus tuis, & chamũ in labijs tuis, & redu Heb. caduca.
cam te in viã per quã venisti. Tibi aũt Hezechia hoc erit signũ. Comede hoc anno* quę repe
reris: in secundo autem anno quæ sponte nascunt. Porrò in tertio anno seminate, & metite,
plantate vineas, & comedite fructus earũ. Et quodcũq; reliquũ fuerit de domo Iuda, mittet ra
G dicẽ deorsum, & faciet fructũ sursum. De Hierusalẽ quippe egredient reliquiæ, & q̃d saluetur
de monte Syon, zelus dñi exercituũ faciet hoc. Quãobrem hæc dicit dñs de rege Assyriorũ.
Non ingrediet vrbẽ hanc, nec mittet in eã sagittã, nec occupabit eam clypeus, nec circunda-
bit eã munitio. Per viã qua venit, reuertet, & ciuitatẽ hanc non ingredietur, dicit dñs. Prote- Eccle. 48. d
de par. [illegible] c. quiobrẽ in vers. mortuũ m g. [illegible] gamq; vrbẽ hanc, & saluabo eam propter me, & propter Dauid seruũ meum. Factũ est igi Inf. 8. d Tobiæ. 1. d
tur in nocte illa venit angelus domini, & percussit in castris Assyriorũ centũ octogintaquinq;
milia. Cumq; diluculo surrexisset, vidit omnia corpora mortuorũ. Et recedens abijt, & reuer
sus est Sennacherib rex Assyriorum, & mansit in Niniue. Cumq; adoraret in tẽplo Nesrach
deum suum, Adramelech & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio, fugeruntq; in terram
Armeniorum, & regnauit Asar Hadon filius eius pro eo.

¶ Aegrotat Hezechias, accipit signum sanitatis in horoscopo, recipit munera à rege Merodach, increpatur ab Esaia ob ostentatos thesauros, moritur, succedit Manasses filius eius. Cap. XX.

A IN diebus illis ægrotauit Hezechias vsq; ad mortẽ, & venit ad eũ Esaias filius Amos, pro
phetes, dixitq; ei. Hæc dicit dñs deus. Præcipe domui tuæ. Morieris enĩ tu, & nõ viues. 2. para. 32. f
Qui cõuertit faciẽ suã ad parietẽ & orauit dominũ dicẽs. Obsecro dñe, memento quęso Esaiæ. 38. a
quõ ambulauerim corã te in veritate, & in corde perfecto, & q̃d placitum est corã te fe-
cerim. Fleuit itaq; Hezechias fletu magno, & anteq̃ egrederet Esaias mediã partẽ atrij, factus
est sermo dñi ad eũ, dicẽs: Reuertere, & dic Hezechiæ, duci populi mei. Hæc dicit dñs, de⁹ Da
B uid patris tui. Audiui orationẽ tuã, & vidi lachrymã tuã, & ecce sanaui te. Die tertio ascẽdes
tẽplũ dñi, & addã diebus tuis quindecim annos. Sed & de manu regis Assyriorũ liberabo te,
& ciuitatẽ hãc, & protegã vrbẽ istã propter me, & propter Dauid seruũ meũ. Dixitq; Esaias
Afferte massam ficorũ. Quã cũ attulissent, & posuissent sup vlcus eius, curatus est. Dixerat aũt Eccle. 48. d
A Hezechias ad Esaiã. Quod erit signũ, q̃a dñs me sanabit, & quia ascensurus sum die tertia tẽ-
plum dñi? Cui ait Esaias. Hoc erit signũ à dño, q̃d facturus sit dñs sermonẽ, quem locutus est, He. Procedet umbra decẽ gradibus.
Vis vt ascẽdat vmbra decẽ lineis, aut vt reuertat totidẽ gradibus? Et ait Hezechias. Facile ẽ
vmbrã crescere decẽ lineis. Nec hoc volo vt fiat, sed vt reuertat retrorsum decẽ gradibus. In- Esaiæ. 39. c
uocauit itaq; Esaias propheta dñm, & reduxit vmbrã per* lineas q̃bus iã descẽderat in horo-
C logio Achaz, retrorsum decẽ gradibus. In tẽpore illo misit Merodach Baladã filius Baladã, Heb. gradus p quos descẽderat in gradibus Achaz &c.
rex Babyloniorũ literas, & munera ad Hezechiã. Audierat enĩ q̃ ægrotasset Hezechias. Lęta
tus est aũt in aduẽtũ eorũ Hezechias, & ostendit eis domũ aromatũ, & auri, & argentũ, & pi-
gmẽta varia, vnguenta quoq;, & domũ vasorũ suorũ, & omnia quæ habere poterat in thesau
ris suis. Non fuit verbũ q̃d non ostenderet eis Hezechias in domo sua, & omni potestate sua.
Venit aũt Esaias propheta ad regẽ Hezechiã, dixitq; ei. Quid dixerũt viri isti, aut vnde vene-
rũt ad te? Cui ait Hezechias. De terra longinqua venerũt ad me, de Babylone. At ille respon
D dit. Quid viderũt in domo tua? Ait Hezechias. Oĩa quęcũq; sunt ĩ domo mea viderũt. Nihil
est enĩ q̃d nõ mõstrauerim eis in thesauris meis. Dixit itaq; Esaias Hezechiæ. Audi sermonẽ

 dñi

dñi. Ecce dies venient, & auferentur o... quæ sunt in domo tu... quæ cõdiderũt patres tui vsq; in diẽ hãc, in Babylonẽ. Nõ remanebit quicq̃, ait dñs. S... de filijs tuis, qui egredientur ex te, quos generabis, tollent, & erũt eunuchi in palatio regis ... los. Dixit Hezechias ad Esaiam. Bonus sermo dñi, quẽ locutus est. ... pax & veritas, in diebus meis. Reliqua aũt sermonũ Hezechiæ, & omnis fortitudo eius, ... quo modo fecerit piscinã, & aquæductũ, & introduxerit aquas in ciuitatẽ, nonne hæc scripta sunt in libro sermonũ dierũ regũ Iuda? Dormiuitq; Hezechias cum patribus suis, & regnauit Manasses filius eius pro eo.

¶ Impius Manasses instaurat idola, moritur: Succedit filius eius Amon, quo per seruos interfecto, succedit filius eius Iosias, pietate insignis. Cap. XXI.

4. Paral. 33. a DVodecim annorũ erat Manasses cũ regnare cœpisset, & quinquagintaquinq; annis regnauit in Hierusalẽ. Nomen matris eius Haphsiba. Fecitq; malũ in conspectu dñi, iuxta idola gentiũ, quas deleuit dñs à facie filiorũ Israel. Conuersusq; est, & ædificauit excelsa, quæ dissipauerat Hezechias pater eius, & erexit aras Baal, & fecit lucos, sicut fecerat Achab rex Israel, & adorauit omnẽ militiã cœli, & coluit eã. Extruxitq; aras in domo dñi, de qua dixit dñs, in Hierusalẽ ponã nomen meũ, & extruxit altaria vniuersæ militiæ cœli, in duobus atrijs tẽpli dñi. Et traduxit filiũ suũ per ignem, & hariolatus est, & obseruabat auguria, & fecit phytones, & aruspices multiplicauit, vt faceret malũ corã dño, & irritaret eũ. Posuitq; idolũ luci quẽ fecerat in tẽplo dñi, super quo locutus est dñs ad Dauid, & Salomonẽ filiũ eius. In tẽplo hoc, & in Hierusalẽ, quã elegi de cũctis tribubus Israel, ponã nomẽ meũ in sempiternũ, & vltra non faciã cõmoueri pedẽ Israel, de terra quã dedi patribus eorũ, si tamẽ custodierint opere oĩa quæ præcepi eis, & vniuersam legẽ quã mandauit eis seruus meus Moyses. Illi vero nõ audierũt, sed seducti sunt à Manasse, vt facerẽt malũ super gentes, quas cõtriuit dñs à facie filiorũ Israel. Locutusq; est dñs in manu seruorũ suorũ prophetarũ, dicẽs. Quia fecit Manasses rex Iuda abominatiões istas pessimas, sup oĩa quæ fecerũt Amorræi ante eũ, & peccare fecit etiam Iudam, in immũditijs suis, propterea hæc dicit dñs deus Israel. Ecce ego inducã mala super Hierusalẽ, & Iudã, vt quicũq; audierit, tinniant ambę aures eius. Et extendã super Hierusalẽ funiculũ Samariæ, & pondus domus Achab, & * delebo Hierusalem, sicut deleri solent tabulæ. Delens vertã, & ducã crebrius stilũ super faciẽ eius. Dimittam vero reliquias hæreditatis meæ, & tradã eas in manus inimicorũ eius. Eruntq; in vastitatem & in rapinam cunctis aduersarijs suis, eo q̃ fecerint malum coram me, & perseuerauerint irritantes me, ex die qua egressi sunt patres eorũ ex Aegypto, vsq; ad hanc diem. Insuper & sanguinẽ innoxiũ fudit Manasses multũ nimis, donec impleretur Hierusalẽ, vsq; ad os, absque peccatis suis quibus peccare fecit Iudam, vt faceret malum corã domino. Reliqua autẽ sermonum Manasse, & vniuersa quæ fecit, & peccatum eius quod peccauit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierũ regum Iuda? Dormiuitq; Manasses cũ patribus suis, & sepultus est in horto domus suæ, in horto Oza, & regnauit Amon filius eius pro eo. Vigintiduorũ annorũ erat Amon cũ regnare cœpisset: duobus quoq; annis regnauit in Hierusalẽ. Nomen matris eius Messullemath, filia Harus, de Iotheba. Fecitq; malũ in cõspectu dñi, sicut fecerat Manasses pater eius, & ambulauit in omni via, per quã ambulauerat pater eius, seruiuitq; immunditijs quibus seruiebat pater eius, & adorauit eas, & dereliquit dñm deũ patrũ suorũ, & nõ ambulauit in via domini. Tetenderuntq; ei insidias serui sui, & interfecerunt regẽ in domo sua.

(margin: ...ne. Abstergã Hierusalẽ ut ... abstergi scutellã, tergit & vertit ad faciẽ eius.)

Percussit autẽ populus terræ omnes qui coniurauerant contra regem Amon, & constituerunt sibi regem Iosiam, filium eius pro eo. Reliqua aũt sermonũ Amon quæ fecit, nõne hęc scripta sunt in libro sermonum dierũ regum Iuda? Sepelieruntq; eum, in sepulchro suo, in horto Oza, & regnauit Iosias filius eius pro eo.

¶ Iosias inuẽto libro Deuteronomij, cõsulit dñm p Holdã prophetissam. Cap. XXII.

2. Paral. 34. a OCto annorũ erat Iosias, cũ regnare cœpisset, & trigintauno anno regnauit in Hierusalẽ. Nomẽ matris eius Idida, filia Adaia, de Besecath. Fecitq; quod placitũ erat corã dño, & ambulauit per omnes vias Dauid patris sui. Non declinauit ad dexterã siue ad sinistrã. Anno aũt octauodecimo regis Iosiæ misit rex Saphan, filiũ Asaliæ, filij Mesullã, scribã tẽpli dñi, dicẽs ei. Vade ad Helchiã sacerdotẽ magnũ, vt confletur pecunia q̃ illata est in tẽplũ dñi, & quam collegerunt ianitores templi à populo, deturq; fabris per præpositos domus domini. Qui & distribuãt eã his qui operãtur in templo domini, ad instaurãda sarta tecta templi dñi, tignarijs videlicet, & cementarijs, & his qui interrupta cõponũt & vt emãtur ligna, & lapides de lapidicinis, ad instaurãdum templum domini. Veruntamẽ nõ supputetur eis argentũ quod accipiunt, sed in potestate habeant, & in fide. Dixit autem Helchias põtifex, ad Saphan scribam. Librum legis reperi in domo domini. Deditq; Helchias volumen Saphan scribæ, qui & legit illud. Venit quoq; Saphan scriba ad regem: & renuntiauit ei quod præceperat: & ait. Conflauerunt serui tui pecuniam quæ reperta est in domo domini, & dederunt vt distribueretur fabris, ac præfectis operũ templi domini. Narrauit quoq;

Saphan scriba regi dicen[illegible] sacerdos. Quem cum legisset Sa-
phan corã rege, & audiss[illegible] t vestimẽta sua, & p̃cepit Helchiæ
sacerdoti, & Ahicã filio S[illegible] & Saphan scribæ, & Asaiæ seruo
regis, dicens: Ite, & consulite [illegible] & sup omni Iuda, de verbis volu
minis istius quod inuentũ est. [illegible] succensa est contra nos, quia non au-
dierũt p̃res nr̃i verba libri huius, vt [illegible] qui [illegible] scriptum est nobis. Ierunt itaq; Hel
chias sacerdos, & Ahicã, & Achobot, [illegible] & Asaia ad Holdã ,ppheten, vxorem Sellum
filij Thecuæ, filij Harahã custodis vestiu, quæ habitabat in Hierusalem, in secũda, locun'q; sunt
D ad eã. Et illa respondit eis. Hæc dicit dominus deus Israhel. Dicite viro qui vos misit ad me.
Hæc dicit dominus: Ecce ego adducã mala sup locum istum, & sup habitatores eius, oĩa ver
ba legis quæ legit rex Iuda, q̃a dereliquerũt me, & sacrificauerũt dijs alienis, irritãtes me in cũ-
ctis opibus manuũ suarũ. Et succendet indignatio mea in loco hoc, & non extinguet. Regi aũt
Iuda qui misit vos, vt consuleretis dominũ, sic dicetis: Hæc dicit dñs deus Israhel. Pro eo q̃ au-
disti verba voluminis, & pterritum est cor tuũ, & humiliatus es corã domino auditis sermo-
nibus contra locũ istũ, & habitatores eius, q̃ videlicet fierent in stuporem, & in maledictũ, &
scidisti vestimenta tua, & fleuisti corã me, & ego audiui te, ait dñs: idcirco colligã te ad p̃res tu
os, & colligeris ad sepulchrum tuum in pace, vt non videãt oculi tui omnia mala quæ introdu
cturus sum super locum istum.

¶ Iosias legit Deuteronomiũ corã populo, demolit idola, occisis eorũ sacerdotibus, ce-
lebrat phase, occidit in Mageddo, succedit filius eius Ioachaz, quo capto substi-
tuit Heliachim, alias Ioachim. Ca. XXIII.

A ET renuntiauerunt regi quod dixerat: Qui misit, & congregati sunt ad eum omnes se- 2. Para. 34
nes Iuda, & Hierusalem, ascenditq; rex templũ domini, & omnes viri Iuda, vniuersiq;
qui habitabãt in Hierusalem cum eo, sacerdotes, & ,pphetæ, & omnis populus, à par-
uo vsq; ad magnum, legitq; cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inuẽ
tus est in domo domini. Stetitq; rex sup gradum, & fœdus pcussit coram domino, vt ambula
rent post dominum, & custodirent præcepta eius, & testimonia, & cerimonias in omni corde
& in tota anima, & suscitarẽt verba fœderis hui⁹, q̃ scripta erãt in libro illo. Acquieuitq; popu
lus pacto. Et p̃cepit rex Helchiæ pontifici, & sacerdotibus secundi ordinis, & ianitoribus,
vt ,pijcerent de templo domini omnia vasa quæ facta fuerant Baal, & in luco, & vniuersæ mi-
litiæ cœli, & combussit ea foris Hierusalem in conualle Cedron, & tulit puluerem eorũ in Be- Heb. sacerdo-
B thel. Et deleuit * aruspices, quos posuerant reges Iuda, ad sacrificandum in excelsis, p ciuitates tes, mun-
Iuda, & in circũitu Hierusalem, & eos qui adolebant incensum Baal, & soli, & lunæ, & duode- chos.
cim signis, & omni militiæ cœli. Et efferri fecit lucum de domo domini foras Hierusalem, in
conuallem Cedron, & combussit eũ ibi, & redegit in puluerem, & ,piecit sup sepulchra vulgi:
Destruxit quoq; ædiculas effœminatorũ, quæ erãt in domo domini, * ,p quibus mulieres texe- Heb. in
bãt quasi domunculas * luci. Congregauitq; omnes sacerdotes de ciuitatibus Iuda, & conta He, ipsi luco.
minauit excelsa, vbi sacrificabãt sacerdotes, de Gabaa vsq; Bersabee. Et destruxit aras porta
rum in introitu ostij * Iosiæ principis ciuitatis quod erat ad sinistrã portæ ciuitatis. Veruntñ He, Iehosue.
non ascendebãt sacerdotes excelsorũ ad altare domini, in Hierusalem, sed tñ comedebãt azy
ma in medio fratrũ suorũ. Contaminauit quoq; Thopheth, quod est in conualle filij Ennon:
vt nemo consecraret filiũ suum, aut filiã p ignem Moloch. Abstulit quoq; equos quos de-
derãt reges Iudæ Soli, in introitu templi dñi, iuxta exedrã, Nathan Melech Eunuchi, q erat
C in Pharuarim. Currus autem Solis combussit igni. Altaria quoq; quæ erãt sup tecta cœnacu
li Achaz quæ fecerãt reges Iuda, & altaria quæ fecerat Manasses in duobus atrijs templi domi
ni, destruxit rex, & cucurrit inde, & dispersit cinerem eorũ in torrentẽ Cedron. Excelsa quo-
q; quæ erãt in Hierusalem, ad dexterã partem montis offensionis, quæ ædificauerat Salomon
rex Israhel, Astaroth idolo Sidoniorũ, & Chamos offensionis Moab, & Melchom abomina-
tioni filiorũ Ammon, polluit rex: & cõtriuit statuas, & succidit lucos, repleuitq; loca eorũ ossi-
bus mortuorũ. Insup & altare quod erat in Bethel, & excelsum quod fecerat Ieroboã filius Na
bat, q peccare fecit Israhel, & altare illud excelsum destruxit, atq; combussit, & comminuit in
puluerem, succenditq; etiã lucũ. Et conuersus Iosias, vidit ibi sepulchra, quæ erãt in monte
D misitq;, & tulit ossa de sepulchris, & combussit ea sup altare, & polluit illud, iuxta verbũ domi
ni quod locutus est vir dei, qui p̃dixerat verba hæc. Et ait: Quis est titulus ille quem video? Re-
sponderuntq; ei ciues vrbis illius. Sepulchrũ est hominis dei, qui venit de Iuda, & p̃dixit ver- 3. Reg. 13
ba hæc, quæ fecisti sup altare Bethel. Et ait: Dimittite eũ. Nemo commoueat ossa eius. Et inta
cta mãserunt ossa illius, cum ossibus ,pphetæ, qui venerat de Samaria. Insup & omnia phana
excelsorũ quæ erãt in ciuitatibus Samariæ, quæ fecerãt reges Israhel ad irritandũ dñm, abstulit
E Iosias, & fecit ei secundũ omnia quæ fecerat in Bethel. Et occidit vniuersos sacerdotes excel 2. Para. 35
sorũ qui erant ibi super altaria, & combussit ossa humana super ea. Reuersusq; est Hierusalẽ, & 3. Esdr. 1

præcepit omni populo, dicẽs: F[illegible] [illegible]ndum quod ſcriptum eſt
in libro fœderis huius. Nec enim [illegible] [illegible]ũ, qui iudicauerũt Iſrahel,
& omniũ dierũ regũ Iſrael, & re[illegible] [illegible] regis Ioſiæ factũ eſt phaſe
iſtud dño in Hierlm. Sed & phy[illegible] [illegible]olorũ, & immũditias, & abo-
minatiões, quæ fuerũt in terra Iud[illegible] [illegible], vt ſtatueret verba legis, quæ ſcri
pta ſunt in libro, quẽ inuenit Helch[illegible] ſacerd[illegible] [illegible] dñi. Similis illi nõ fuit ante eũ rex, q
reuerteret ad dñm in omi corde ſuo, & in tot[illegible] [illegible] & vniuerſa virtute ſua, iuxta oẽm le-
gem Moyſi, neq; poſt eũ ſurrexit ſimilis illi. Verũtamen non eſt auerſus dñs ab ira furoris ſui
magni, quo iratus eſt furor eius contra Iudã, ꝓpter irritationes, quibus ꝓuocauerat eũ Manaſ- F
ſes. Dixit itaq; dñs: Etiã Iudã auferã à facie mea, ſicut abſtuli Iſrahel, & ꝓijciã ciuitatem hanc
quã elegi Hierlm, & domũ, de qua dixi, erit nomẽ meũ ibi. Reliqua aũt ſermonũ Ioſiæ, & vni
uerſa quæ fecit: nõne hæc ſcripta ſunt in libro verborũ dierũ regũ Iuda? In diebus eius aſcendit
Heb. chodius 2. Para. 35. c Pharao * Necho, rex Aegypti, contra regem Aſſyriorũ ad flumen Euphraten. Et abijt Ioſias
rex Iuda in occurſum eius. Et occiſus eſt in Mageddo cũ vidiſſet eũ. Et portauerũt eum ſerui
ſui mortuũ de Mageddo, & ptulerunt in Hieruſalem, & ſepelierũt eũ in ſepulchro ſuo. Tulitq;
populus terræ Ioachaz filiũ Ioſiæ, & vnxerũt eum, & conſtituerũt eũ regem ꝓ pr̃e ſuo. Vigin
2. Para. 36. a titriũ annorũ erat Ioachaz cũ regnare cœpiſſet, & tribus menſibus regnauit in Hieruſalẽ. No- G
men matris eius Hamital, filia Ieremiæ, de Lobna. Et fecit malũ corã domino, iuxta omia quæ
fecerãt patres eius. Vinxitq; eum Pharao Necho, in Reblata, quæ eſt in terra Hemath, ne re-
gnaret in Hieruſalẽ. Et impoſuit mulctã terræ, centũ talentis argenti, & talento auri regemq;
conſtituit Pharao Necho Eliachim, filiũ Ioſiæ, pro Ioſia patre eius, vertitq; nomen eius Ioa-
chim. Porrò Ioachaz tulit, & duxit in Aegyptum: argentũ autem & aurũ dedit Ioachim Pha- A
raoni, cum indixiſſet terræ, per ſingulos, vt conferret iuxta præceptum Pharaonis. Et vnum-
quẽq; iuxta vires ſuas exegit tã argentum q̃ aurũ de populo terræ, vt daret Pharaoni Necho.
Vigintiquinq; annorũ erat Ioachim cum regnare cœpiſſet, & vndecim annis regnauit in Hie-
ruſalem. Nomen matris eius Zebida, filia Phadaia de Ruma. Et fecit malũ corã domino, iuxta
omnia quæ fecerant patres eius.

¶ Morit Ioachin, qui & Eliachim, ſuccedit Ioachin, Hieruſalem obſidet à Babylonijs,
Ioachin ſe tradit regi Babylonio, trãsfert in Babylonem, Subſtituit ei Matha
thias, qui & Sedechias. Cap. XXIIII.

Hebr. nebu-chadnezer IN diebus eius aſcendit * Nabuchodonoſor rex Babylonis, & factus eſt ei Ioachim ſeruus A
tribus annis, & rurſum rebellauit contra eũ. Immiſitq; ei dñs latrũculos Chaldæorũ, & la
trunculos Syriæ, & latrũculos Moab, & latrũculos filiorũ Ammon, & immiſit eos in Iu-
dã, vt diſperderent eum, iuxta verbũ dñi, quod locutus fuerat per ſeruos ſuos prophetas.
Factũ eſt aũt hoc p verbũ dñi contra Iudã, vt auferret eũ corã ſe, ꝓpter pctã Manaſſe vniuerſa
quæ fecit, & ꝓpter ſanguinem innoxiũ, quem effudit, & impleuit Hieruſalem cruore innocen
tiũ. Et ob hãc rem noluit deus ꝓpitiari. Reliqua autem ſermonũ Ioachim, & vniuerſa quæ fe B
cit, nõne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonũ dierũ regũ Iuda? Et dormiuit Ioachim cum patri-
bus ſuis, & regnauit Ioachim filius eius ꝓ eo. Et vltra non addidit rex Aegypti, vt egrederet
Dani. 1. a. de terra ſua. Tulit enim rex Babylonis à riuo Aegypti vſq; ad fluuiũ Euphraten, omnia quæ fu
erãt regis Aegypti. Decem & octo annorũ erat Ioachin cum regnare cœpiſſet, & tribus men-
Heſter. 2. a ſibus regnauit in Hieruſalem. Nomen m̃ris eius Nehoſtha, filia Elnathan, de Hieruſalẽ. Et fe-
cit malũ corã dño, iuxta omnia quæ fecerat pater eius. In tempore illo aſcenderũt ſerui Na- C
buchodonoſor regis Babylonis in Hieruſalẽ, & circũdata eſt vrbs munitionibus. Venitq; Na
buchodonoſor, rex Babylonis, ad ciuitatem cũ ſeruis ſuis, vt oppugnarent eã. Egreſſusq; eſt
Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis, ipſe & mater eius, & ſerui eius, & principes eius, & eu-
nuchi eius, & ſuſcepit eũ rex Babylonis anno octauo regni ſui. Et ꝓtulit inde omes theſauros [illegible]
domus dñi, & theſauros domus regiæ, & concidit vniuerſa vaſa aurea, quæ fecerat Salomon [illegible]
rex Iſrahel, in tẽplo dñi, iuxta verbũ dñi, & trãſtulit oẽm Hieruſalẽ, & vniuerſos principes, & [illegible] Aſſyri. a
oẽs fortes exercitus, & decẽ milia in captiuitatẽ, & omnẽ artificẽ, & incluſorẽ, nihilq; relictũ [illegible]
eſt, exceptis pauperibus populi terræ. Trãſtulit quoq; Ioachin in Babylonẽ, & matrẽ regis, [illegible]
& vxores regis, & eunuchos regis, & iudices terræ duxit in captiuitatẽ, de Hieruſalẽ in Baby- D
lonem, & omnes viros robuſtos ſeptẽ milia, & artifices, & incluſores mille, omnes viros fortes
& bellatores: duxitq; eos rex Babylonis captiuos in Babylonẽ. Et cõſtituit Mathathiã patruũ
2. Para. 36. b. eius ꝓ eo, impoſuitq; nomen ei Sedechiã. Viceſimũ & primũ annũ ætatis habebat Sedechias
Hiere. 52. a cum regnare cœpiſſet & vndecim annis regnauit in Hieruſalẽ. Nomen matris eius erat Ha-
mital, filia Ieremiæ de Lobna. Et fecit malum corã domino iuxta omia quæ fecerat Ioachim.
iraſcebatur enim dominus contra Hieruſalem, & contra Iudã, donec proijceret eos à facie ſua.
Receſſitq; Sedechias à rege Babylonis.

¶ Rebellante Sedechia Hieruſalem obſidetur à Nabuchodonoſor: Sedechias capitur,
vrbs

[fragment showing through from the other side of the leaf, in the damaged area:] fit aut noui opus in ... xādria & Aegyptus ... ā * Luciani mart... Origen...

vrbs & templum succend... suis, excoulat, Iuda denuo trāsfert in Babylone...

Cap. XXV.

A Factum est autem ... o, decima die mensis, venit Nabuchodonosor rex Ba... ercitus Hierl'm, & circūdederunt eā, & extruxerunt in circuitu ... ausa est ciuitas atq; vallata vsq; ad vndecimū annum regis Sedechiæ, ... mensis. ... præualuitq; fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ. Et interrupta est ci... & omnes viri bellatores nocte fugerūt p viā por- *(Hiere. 39. & 52.)*

B tæ, quæ est inter duplicem murū, ad hortū regis. Porrò Chaldæi obsidebāt in circuitu ciuitatē. Fugit itaq; Sedechias p viā quæ ducit ad cāpestria solitudinis. Et psecutus est exercitus Chaldæorū regem, comphenditq; eum in planitie Hiericho, & omnes bellatores qui erāt cum eo dispersi sunt, & reliquerunt eū. Apphensum ergo regem, duxerūt ad regem Babylonis in Reblatha. Qui locutus est cum eo iudiciū. Filios aūt Sedechiæ occidit corā eo, & oculos eius effo-

C dit, vinxitq; eū catenis, & adduxit in Babylonem. Mense quinto, septima die mensis, ipse est annus nonusdecimus regis Babylonis, venit Nabuzaradan princeps * exercitus, seruus regis Babylonis in Hierl'm, & succendit domū domini, & domū regis, & domos Hierl'm, omnemq; domū * combussit igni, & muros Hierusalē in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldæorū, qui erat cum principe militum. Reliquā aūt populi partem, quæ remāserat in ciuitate, & pfugas qui trāsfugerāt ad regem Babylonis, & reliquū vulgus trāstulit Nabuzaradan princeps militiæ, & de pauperibus terræ reliquit vinitores & agricolas. Columnas aūt æreas qui erāt in tēplo domini, & bases, & mare æneum, quod erat in domo domini, confregerunt Chaldæi, & trāstulerunt æs omne in Babylonem, ollas quoq; æreas, & trullas, & tridentes, & scyphos, & mortariola, & omnia vasa ærea, in quibus ministrabāt, tulerūt: necnon & thuribula, & phialas. *(44. dis. c. 1. 96. dist. c. leia mil 2. & 16. q. 7. c. & hoc dicimus, in pri. ille a Romanis, de pe. di. 3. c. infelicit in uet. exemplo.)* *(Heb. laniorū. / Heb. addit: vnde hic magnam)*

D Quæ aurea, aurea: & quæ argentea, argentea: tulit princeps militiæ, id est, columnas duas, mare vnū, & bases quas fecerat rex Salamon in templo domini. Non erat pondus æris omnium vasorū. Decem & octo cubitos altitudinis habebat columna vna, & capitellum æreum sup se altitudinis trium cubitorū, & retiaculum, & malogranata sup capitellum columnæ, oīa ærea. Similem & columna secunda habebat ornatum. Tulit quoq; princeps militiæ Saraiā sacer-

E dotem primū, & Sophoniā sacerdotem secundum, & tres ianitores, & de ciuitate eunuchum vnū, qui erat pfectus super bellatores viros, & quinq; viros de his qui steterāt corā rege, quos repperit in ciuitate, & * Sopher principem exercitus, qui * pbabat tyrones de populo terræ, & sex viros è vulgo, qui inuenti fuerāt in ciuitate. Quos tollens Nabuzaradā princeps militū, duxit ad regem Babylonis in Reblatha, percussitq; eos rex Babylonis, & interfecit eos in Rebla- *(Heb. scribam. / Heb. dirigebat exercitū populi terræ.)*

F tha, in terra Hemath. Et trāslatus est Iuda de terra sua. Populo autē qui relictus erat in terra Iuda, quem dimiserat Nabuchodonosor rex Babylonis, pfecit Godoliā filiū Ahicā, filij Saphan. Quod cum audissent omnes duces militum, ipsi & viri qui erāt cum eis, videlicet q constituisset rex Babylonis Godoliā, venerunt ad Godoliā in Masphą, Ismael filius Nathaniæ, & Iohannan filius Cariah, & Saraia filius Thenheth, Netophathites, & Iezonias filius Maachati ipsi & socij eorū. Iurauitq; Godolias ipsis & socijs eorū, dicens: Nolite timere seruire Chaldæis.

G Manete in terra, & seruite regi Babylonis, & bene erit vobis. Factū est autem in mense septimo, venit Ismael filius Nathaniæ, filij Elisama, de semine regio, & decem viri cum eo, percusseruntq; Godoliā, qui & mortuus est. Sed & Iudæos & Chaldæos, qui erāt cum eo in Maspha. Consurgensq; omnis populus à paruo vsq; ad magnum, & principes militum, venerūt in Aegyptū, timētes Chaldæos. Factū ē vero in anno tricesimoseptimo trāsmigratōis Ioachin, regis Iudæ, mense duodecimo, vicesima & septima die mēsis, subleuauit Euilmerodach rex Babylonis anno quo regnare cœperat caput Ioachin regis Iuda, de carcere, & locutus est ei benigne. Et posuit thronum eius super thronum regum, qui erant cum eo in Babylone, & mutauit vestes eius quas habuerat in carcere, & comedebat panem semper in conspectu eius, cunctis diebus vitæ suæ. Annonam quoq; constituit ei sine intermissione, quæ & dabatur ei à rege, per singulos dies, omnibus diebus vitæ suæ.

¶ *Finis secundi libri Malachim, qui est Regum quartus.*

PROLOGVS SANCTI HIERONYMI IN LIBRVM DIBRE Haiomim, qui est Paralipomenon, quod nos dicere possumus: Verba dierum.

SI septuaginta interpretū pura, & vt ab eis in græcū versa est, æditio pmaneret, superflue me mi Chromati episcoporū sanctissime atq; doctissime impelleres, vt hebræa volumina latino sermone trāsferrē. Qđ em̄ semel aures hoīm occupauerat, & nascētis ecclīæ roborauerat fidē, iustū erat etiā nr̄o silētio cōprobari. Nūc vero cū p varietate regionū diuersa ferātur exēplaria, & germana illa antiquaq; trāslatio corrupta sit atq; violata, nfi arbi-

trij

trū putas, aut è pluribus ... que quære, illud ē tibuśq
Iudęis cornicū (vt dr̄) oculos ... aginta suis Hesychiū lau
dāt autorē. Cōstātinopolis vsq ... chias interfectis ... laria ꝓbat. Mediæ īter has
ꝓuinciæ, Palęstinos codices leg ... ius & Pāphilus vulgauerūt.
Totuśq orbis hac inter se tripha ... te Origenes nō solū exēpla cō-
posuit q̄tuor æditionū, è regiōe singu ... nus dissentiēs, statim cęteris īter
se cōsentiētibus arguat: sed q̄d maioris au ... septuaginta Theodotōis ęditionē
miscuit: asteriscis videlicet designās q̄ minus ... rgulis q̄ ex suꝑfluo videbātur apposi-
ta. Si igit̄ alijs licuit nō tenere q̄d semel susceperāt, ... ost septuaginta cellulas, q̄ vulgo sine au-
tore iactātur, singulas cellulas aperuere: hoćq in ecclījs legit̄, q̄d septuaginta nescierūt: cur me
nō suscipiāt latini mei, q inuiolata æditōe veteri, ita nouā cōdidi, vt laborē meū hebrę is, & q̄d
his maius ē, apl̄is autoribus cōprobē. Scripsi nuꝑ librū de optimo gn̄e interꝑtādi, ostēdens illa
Osee. 11. a de euāgelio. Ex Aegypto vocaui filiū meū, & qm̄ Nazaręus vocabit̄: & videbūt in quē cōpun
Zach. 12. a xerūt. Et illud apl̄i: Quæ oculus nō vidit, nec auris audiuit, & nec in cor hoīs ascēdit, q̄ ꝑpara-
Esa. 64. b
1. Cor. 2. c uit deꝰ diligētibus se. Cæterá́q his similia in Hebræoꝝ libris inueniri. Certe Apl̄i & Euāgelistę se
ptuaginta interꝑtes nouerāt: & vn̄ eis hæc q̄ in septuaginta interꝑtibus nō habent̄: Chr̄us dn̄s
Iohan. 7. f noster vtriusq testamēti cōditor, in euāgelio scd̄m Iohānē: Qui credit (inqt) in me, sicut dicit
scriptura, flumina de vētre eius fluēt aquæ viuæ. Vtiq scriptū ē, q̄d saluator scriptū eē testat̄. Vbi scriptū ē: Septuaginta nō hn̄t, apocrypha nescit eccl̄ia. Ad Hebręos igit̄ reuertēdū est: vn̄ & dn̄s loquit̄, & discipuli exēpla ꝓsumūt. Hæc pace veteꝝ loqr, & obtrectatoribꝰ meis tm̄ rn̄deo, q canino dēte me rodūt in publico, detrahētes & legētes in angulis: ijdē & accusatores & defensores, cū in alijs ꝓbent q̄d in me reprobāt, quasi virtus & vitiū nō in rebus sit, sed cū autore mutet̄. Cæteꝝ, memini æditionē septuaginta trāslatoꝝ olim de græco emendatā tribuisse me nr̄is, nec inimicū debere existimari eoꝝ q̄s in cōuentu fratrū semꝑ edissero. Et q̄d nūc dibre haiomim, id est, verba dieꝝ interꝑtatus sum: idcirco feci vt ī extricabiles moras & syluā nominum, quæ scriptoꝝ confusa sunt vitio, sensuuḿq barbariem aptius, & ꝑ versuū cola digererē, mihimetipsi & meis iuxta Ismeniam canens, si aures surdæ sunt cæteroꝝ.

¶Ad Domnionem & Rogatianum in librū Paralipomenon, ꝓfatio Hieronymi.

QVomodo Græcoꝝ historias magis intelligūt, q Athenas viderint, & tertiū Vergilij librū, q à Troaide ꝑ Leucathē, & Acroceraunia ad Siciliā, & inde ad ostia Tyberis nauigauerint, ita sanctā scripturā lucidius intuebit̄, q Iudæam oculis cōtēplatus est, & antiquaꝝ vrbiū memorias, locoꝝ́q vel eadē vocabula, vel mutata cognouerit. Vnde & nobis curæ fuit, cū eruditissimis Hebræoꝝ hūc laborē subire, vt circūiremus ꝓuinciā, quā vniuersæ Chr̄i ecclesiæ sonāt. Fateor em̄ mi Domnion & Rogatiane charissimi, nusq̄ me in diuinis voluminibus ꝓprijs viribus credidisse, nec habuisse opinionē meā, sꝫ ea etiā de q̄bus scire me arbitrabar, interrogare me solitū, quātomagis de his suꝑ q̄bus anceps erā: Deniq cū à me nuꝑ lr̄is flagitassetis, vt vobis Paralipomenon latino sermone trāsferrē, de Tyberiade quendā legis autorē, q apud Hebræos admirationi habebat̄, assumpsi, & cōtuli cū eo à vertice (vt aiūt) vsq ad extremū vnguē, & sic confirmatus, ausus sum facere q̄d iubebatis. Libere em̄ vobis loquor. Ita in Græcis & Latinis codicibus hic noīm liber vitiosus est, vt non tā hebræa q̄ barbara quædā, & Sarmatica noīa coniecta arbitrādū sit. Nec hoc septuaginta interꝑtibus, q spū sancto pleni, ea q̄ vera fuerūt trāstulerāt, sed scriptoꝝ culpæ ascribendū, dū de inemendatis inemēdata scriptitāt, & sæpe tria nomina, subtractis è medio syllabis, in vnū vocabulū cogūt, vel è regione vnū nomē, ꝓpter latitudinē suā, in duo vel tria vocabula diuidūt. Sed & ipsæ appellatōes, nō hoīes, vt plerique existimāt, sed vrbes & regiones, & saltus, & ꝓuincias sonāt, & oblique sub interꝑtatōe & figura eoꝝ, quædā narrant̄ historiæ, de quibus in regnoꝝ libro dr̄. Nōne ecce hęc scripta sunt ī libro verboꝝ dieꝝ regū Iuda: Quæ vtiq ī nr̄is codicibus nō habent̄. Hoc primū sciēdū, q̄ apud Hebręos, Paralipomenō liber, vnus sit, & apud illos vocatus Dibre haiomim, id est, verba dieꝝ, qui ꝓpter magnitudinē apud nos diuisus est, q̄d nōnulli etiā in Bruto Ciceronis dialogo faciūt, vt eum in tres partes secent, cum vnus à suo autore sit ęditus. Deinde etiā illud attendendū, q̄ frequenter noīa, nō vocabula hoīm, sed reꝝ (vt dixi) significātias sonāt. Ad extremū, q̄ oīs eruditio scripturaꝝ in hoc cōtinet̄, ex historiæ quæ vel ꝑtermissæ sunt in suis locis, vel ꝑstrictæ leuiter, hic ꝑ quædā verboꝝ cōpendia explicent̄. Orationū itaq vestraꝝ adiutus auxilio, misi librū beneuolis placituꝝ, tn̄ inuidis displicituꝝ esse non ambigo. Optima em̄ quǽq (vt ait Plinius) malunt contēnere plerique q̄ discere. Si q̄s in hac interꝑtatione voluerit aliq̄d reꝑhendere, interroget Hebræos, suā conscientiā recolat, videat ordinē textuḿq sermonis, & tūc nostro labori, si potuerit, detrahat. Vbicūq ergo asteriscos, id est, stellas, radiare in hoc volumine videritis, ibi sciatis de Hebræo additū, q̄d in Latinis codicibus non habetur. Vbi vero obelus, transuersa scilicet virga, præposita est, illic signatur quid septuaginta interpretes addiderint, vel ob decoris gr̄am, vel ob spiritus sancti autoritatem, licet in Hebræis voluminibus non legatur.

¶Argu

Argumentum in librum Paralipomenon.

Paralipomenon liber instrumenti veteris ... tantus ac talis est, vt absque illo si quis scientiam scripturarum ... voluerit arrogare, se ... ipsum irrideat, per singula quippe nomina iuncturasque ... & praetermissae ... libris regum tanguntur historiae, & innumerabiles explicantur ... gelij quae ...

LIBER PRIMUS DIBRE HA...

iomim, id est, verborum dierum, Graece ... lipomenon, hoc est, praetermissorum. Hieronymus Chronicon seu Epitomen totius diuinae historiae appellat.

ARGUMENTUM CAPITIS PRIMI.

¶ Breuis repetitio totius genealogiae Adam, vsque ad filios Esau & Iacob.

Caput Primum.

A Dam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared, Henoch, Mathusale, Lamech, Noe, Sem, Cham, & Iapheth. Filij Iapheth Gomer, Magog, Madai, & Iauā, Thubal, Mosoch, Thira. Porrò filij Gomer Ascenez, & Ipheth, & Togorma. Filij autē Iauā, Elisa, & Tharsisa, Cethim, & Dodanim. Filij Cham, Chus, & Misraim, Phuth, & Chanaan. Filij aūt Chus, Saba, & Heuila, Sabatha, & Regma, & Sabatacha. Porrò filij Regma, Saba, & Dadan. Chus āt genuit Nimrod. Iste cœpit eē potens in terra. Misraim vero genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, & Nephthuhim, Phetrusim quoq; & Chasluhim: de qbus egressi sunt Philistijm & Caphthurim. Chanaā vero genuit Sydonem primogenitū suū, Hethæū quoque & Iebusæū, & Amorræū, & Gergesæū, Heuæūq;, & Arachæū, & Asinæum, Aruadium quoque & Samaræū, & Hemathæū. Filij Sem, Elam, & Assur, & Arphachsad, & Lud, & Arā.* Hi sunt filij Arā, Hus, & Hul, & Gether, & Mosoch. Arphachsad autem genuit Sale, qui & ipse genuit Heber. Porrò Heber nati sunt duo filij. Nomen vni Phaleg: qa in diebus eius diuisa est terra, & nomen fratris eius Iectan. Iectan aūt genuit Elmodad. & Saleph* & Hasormoth, & Iare, Adurā quoque & Vzal, & Decla, Ebal etiā, & Abimael, & Saba, necnō & Ophir, & Heuila, & Iobab. Omnes isti filij Iectā. Sem Arphachsad, & Sale, Heber, Phaleg, & Ragu, Serug, Nachor, Thare, Abrā, iste est Abrahā. Filij āt Abrahā, Isaac, & Ismael. Et hæ generationes eorum. Primogenitus Ismaelis, Nabaioth, & Cedar, & Adbeel, & Mabsam, & Masma, & Duma, Massah, Addar, & Thema, Iatur, Naphis, Cedma. Hi sunt filij Ismaelis.

Filij āt Cethuræ concubinæ Abrahā quos genuit Zamrā, Iecsan, Madan, Madian, Iesbos, & Sue. Porrò filij Iecsan, Saba, & Dadā.*(Filij autē Dadā, Asurim, & Lathusim, & Laomim.)

Filij autem Madian, Epha, Epher, & Henoch, & Abida, & Eldaa. Omnes hi filij Cethuræ. Genuit autem Abrahā Isaac, cuius fuerunt filij Esau & Israhel. Filij Esau Eliphas, Raguel, Iehus, Iaalon, & Chore. Filij Eliphas, Theman, Omer, & Zephi, Gaatham, Cenes, Themna, Amalec. Filij Rahuel, Naath, Zar, Sāma, Messa. Filij Seir, Lothā, Sobal, Sebeon, Ana, Dison, Eser, Disan. Filij Lothā, Hori, & Homā. Soror autem Lothā fuit Thāna. Filij Sobal, Alian, & Manahath, & Ebal, Sephi, & Onam. Filij Sebeon, Aia, & Ana. Filij Ana, Dison. Filij Dison, Hamarā, & Esebā, & Iethrā, & Charan. Filij Eser, Balaā, & Zaauan, & Iachan. Filij Dison, Hus & Arā. Isti sunt reges qui imperauerunt in terra Edom, anteq̄ esset rex super filios Israhel. Bale filius Beor, & nomen ciuitatis eius Denaba. Mortuus est autem Bale, & regnauit pro eo Iobab, filius Zare, de Bosra. Cumque & Iobab fuisset mortuus, regnauit pro eo Husam, de terra Themanorum. Obijt quoque & Husam, & regnauit pro Adad, filius Badad, qui percussit Maaiā in terra Moab, & nomen ciuitatis eius Auith. Cumque & Adad fuisset mortuus, regnauit pro eo Semla de Masreca. Sed & Semla mortuus est, & regnauit pro eo Saul de Rohoboth, quæ iuxta amnem sita est. Mortuo quoque Saul, regnauit pro eo Baalhanā, filius Achobor, sed & hic mortuus est, & regnauit pro eo Adad, cuius vrbis nomen fuit Phau. Et appellata est vxor eius Mehetabeel, filia Matred, filiæ * Mezahab. Adad autem mortuo duces pro regibus in Edom esse cœperunt. Dux Thamna, dux Alia, dux Ietheth, dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, dux Chenas, dux Theman, dux Mabsar, dux Magdiel, dux Hiran. Hi duces Edom.

¶ Genealogia Iudæ, vsque ad Isai patrem Dauid. Ca. II.

A F Ilij autem Israhel, Ruben, Symeon, Leui, Iuda, Isaschar, & Zabulon, Dan, & Ioseph, Beniamin, Nephthali, Gad, & Aser. Filij Iuda: Her, Onan, & Sela. Hi tres nati sunt ei de filia Sue Chananitide. Fuit autem Her primogenitus Iuda, malus coram domino, & occidit eum. Thamar autem nurus eius peperit ei Phares, & Zara. Omnes ergo filij Iuda quinque. Filij autem Phares, Hesron, & Chamul. Filij quoque Zare, Zamri, &

Ethan

Marginal notes: Gene. 5. a; Gene. 10. a; Ibidem; B; Gene. 10. d; Hi sunt filij Aram, & non habet in hebræo; Hebr. Hazarmaueth; Gene. 11. b; Gene. 11. d; Gen. 25. b; Gen. 25. a; C; Non est in hebræo; Gene. 36. b; D; Sed in hebræo ab auro nomen habuit; Ge. 29. g & 30; Gen. 38. a; Ibidem. g; Mat. 1. a; Ruth. 4. d; Mat. 1. a; Iosue. 7. a

tos, & tāgebat parietē, & ala eius altera, quinq́ cubitorum, alā Cherub alterius contingebat. Igit
alæ vtriusq́ Cherubim expāsæ erāt, & extēdebat per cubitos viginti. Ipsi aūt stabāt erectis pe-
dibus, & facies eorum erāt versæ ad exteriorē domū. Fecit q̄q́ velū ex hyacintho, purpura, coc D
co, & bysso, & intexuit ei Cherubim. Ante fores etiā tēpli duas colūnas, quę triginta & q̄nq́
cubitos habebant altitudinis. Porrò capita earum quinq́ cubitorum, necnon & quasi catenulas
in oraculo, & superposuit eas capitibus columnarum. Malogranata etiā centum, quæ catenulis
interposuit. Ipsas quoq́ columnas posuit in vestibulo templi, vnā à dextris, & alterā à sinistris.
Eam quæ à dextris erat vocauit Iachin, & quæ ad leuā vocauit Boos.

¶ De altari æneo, mari fusili, conchis siue luteribus, cādelabris,
mensis, phialis, atrio sacerdotum, &c. Cap. IIII.

FEcit quoq́ altare æneū, viginti cubitorum longitudinis, & viginti cubitorum latitudinis, A
& decem cubitorum altitudinis. Mare etiā æneum, fusile, decem cubitis à labio vsq́ ad
labium rotundum per circuitum. Quinq́ cubitos habebat altitudinis, & funiculus
triginta cubitorum ambiebat gyrum eius. Similitudo quoq́ boum erat subter illud. Et
decem cubitis quædam extrinsecus celaturæ, quasi duobus versibus labiū maris circūibant. Bo
ues aūt erāt fusiles, & ipsum mare super duodecim boues impositū erat, quorum tres respiciebant ad
vel. crassities. aquilonē, & alij tres ad occidentem. Porrò tres alij meridiē, & tres qui reliqui erant orientem, B
He. floris. habentes mare superpositum. Posteriora autem boum erāt intrinsecus sub mari. Porrò *vasti
tas eius habebat mensurā palmi & labium illius erat quasi labium calicis, vel* repandi lilij, capie-
batq́ tria milia metretas. Fecit quoq́ conchas decem, & posuit quinq́ à dextris, & quinq́ à
sinistris, vt lauarent in eis omnia quæ in holocaustum oblaturi erant. Porrò in mari sacerdotes
lauabantur. Fecit autem & candelabra aurea decem, secundum speciem quam iusserat fieri,
& posuit ea in templo, quinq́ à dextris & quinq́ à sinistris. Necnon & mensas decem, & po-
suit eas in templo, quinq́ à dextris, & quinq́ à sinistris. Phialas quoq́ aureas centum. Fecit C
etiā atrium sacerdotū, & basilicā grandem, & ostia in basilica, quæ texit ære. Porrò mare posuit
in latere dextro, contra orientem ad meridiem. Fecit autē Hiram lebetes, & creagras, & phia-
las. Et compleuit omne opus regis in domo dei, hoc est columnas duas, & epistylia, & capita, &
quasi quædam retiacula, quæ capita tegerent super epistylia. Malogranata quoq́ quadringen
ta, & retiacula duo, ita vt bini ordines malogranatorum singulis retiaculis iungerētur, quæ pro-
tegerent epistylia, & capita calumnarum. Bases etiam fecit, & conchas, quas superposuit basi-
He. scopas & bus. Mare vnum, boues quoq́ duodecim sub mari, & lebetes, & *creagras, & phialas. Omnia
tridentes & vasa fecit Salomoni Hiram pater eius, in domo domini, ex ære mundissimo. In regione Iorda-
oia uasa. &c. nis fudit ea rex, in argillosa terra, inter Sochoth, & Saredatha. Erat autē multitudo vasorum innu
merabilis: ita vt ignoraretur pondus æris. Fecitq́ Salomon omnia vasa domus dei, & altare D
aureū, & mensas, & super eas panes propositionis. Candelabra quoq́ cum lucernis suis, vt luce-
rent ante oraculum iuxta ritum ex auro purissimo, & florentia quædam, & lucernas, & for-

cipes

De cõse. dist. 1. c. 1. 16. q. 7. c. & hæc dixi- mus. 12. q. 4. c. Salomon.

cipes aureos. Om̃ia de auro mũdissimo facta sunt.* Thymiateria quoq; & thuribula, & phia- He. Et instrumẽta musica & pelues, & scyphos, & thymiateria ex auro. &c.
las, & mortariola ex auro purissimo, & ostia cælauit templi interioris, id est in sancta sctõrum,
& ostia tẽpli forinsecus aurea. Sicq; cõpletũ est om̃e opus, q̃d fecit Salomon in domo dñi.

¶ Thesauris & arca introducta in tẽplũ, gloria dñi tẽplũ replet. Cap. V.

A INtulit igitur Salomon omnia quæ vouerat Dauid pater eius, argentum & aurum, & vni-
uersa vasa posuit in thesauris domus domini. Post quæ congregauit maiores natu Israel, 3. Reg. 7. g
& cunctos principes tribuum, & capita familiarum de filijs Israel in Hierusalem, vt addu- 3. Reg. 8. a
cerent arcam fœderis domini de ciuitate Dauid, quæ est Sion. Venerunt itaq; ad regẽ
omnes viri Israel in die solenni mensis septimi. Cumq; venissent cuncti seniorum Israel porta-
uerunt Leuitæ arcam, & intulerunt eam, & omnem paraturã tabernaculi. Porrò vasa sanctua-
B rij, quæ erant in tabernaculo, portauerunt sacerdotes cum Leuitis. Rex autem Salomon & vni
uersus cœtus Israel, & omnes qui fuerunt congregati ante arcã, immolabant arietes, & boues,
absq; vllo numero. Tanta enim erat multitudo victimarum. Et intulerunt sacerdotes arcam
fœderis domini in locum suum, id est ad oraculum templi, in sancta sanctorum, subter alas che
rubim, ita vt cherubim expanderent alas suas super locum, in quo posita erat arca, & ipsam ar-
cam tegerent cum vectibus suis. Vectium autẽ quibus portabatur arca, quia paululum lon-
C giores erant capita, parebant ante oraculum. Si vero quis paululum fuisset extrinsecus, eos vi-
dere non poterat. Fuit itaq; arca ibi vsq; in præsentẽ diem. Nihilq; erat aliud in arca, nisi duæ
44. dist. c. de scriptura. tabulæ, quas posuerat Moses in Horeb, quando legem dedit dominus filijs Israel, egrediẽtibus
ex Aegypto. Egressis autem sacerdotibus de sanctuario (omnes enim sacerdotes, qui ibi po
tuerãt inueniri, sanctificati sunt, *nec adhuc in illo tempore vices, & ministeriorum ordo inter Heb. non ad custodiendũ vices, tã leuitæ. &c.
D eos diuisus erat) tam Leuitæ q̃ cantores, id est & qui sub Asaph erant, & qui sub Heman, & qui
sub Idithun, filij & fratres eorum, vestiti byssinis, cymbalis, & psalterijs, & cytharis concrepa-
bant, stantes ad orientalem plagam altaris, & cum eis cantores, centum viginti, canentes tubis.
Igitur cunctis pariter, & tubis, & voce, & cymbalis, & organis diuersi generis musicorum cõ
cinentibus, & vocem in sublime tollentibus, longe sonitus audiebatur, ita vt (cum dominum
laudare cœpissent, & dicere. Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in æternũ mise- Psal. 105.
ricordia eius) impleretur domus dei nube, ne possent sacerdotes stare, & ministrare, ꝓpter cali
ginẽ. Compleuerat enĩ gloria dñi domũ dei.

¶ Sermo Salomonis ad populũ, eiusq; ꝓcatio ad deũ. Cap. VI.

A TVnc Salomon ait: Dominus pollicitus est, vt habitaret in caligine. Ego autem ædifi- 3. Reg. 8. a. b
caui domum nomini eius, vt habitaret ibi in perpetuum. Et conuertit rex faciem
suam, & benedixit vniuersæ multitudini Israel. Nam omnis turba stabat intenta, &
ait. Benedictus dominus deus Israel, qui, quod locutus est Dauid patri meo, opere cõ
pleuit, dicens. A die qua eduxi populum meum de terra Aegypti, non elegi ciuitatem de cũctis
tribubus Israel, vt ædificaretur in ea domus nomini meo, neq; elegi quenq̃ alium virum, vt es-
set dux in populo meo Israel, sed elegi Hierusalem, vt sit nomen meum in ea, & elegi Dauid, vt 2. Reg. 7. a
cõstituerem eum super populum meum Israel. Cumq; fuisset voluntatis Dauid patris mei, vt 1. Par. 22.
ædificaret domũ nomini dñi dei Israel, dixit dñs ad eũ, Quia hæc fuit voluntas tua, vt ædifica-
De. cõse. dist. 1. c. 1. res domũ nomini meo, bene q̃dem fecisti, huiuscemodi habendo voluntatẽ, sed non tu ædifi-
cabis mihi domũ. Veruntamen filius tuus qui egredietur de lumbis tuis, ipse ædificabit domũ
B nomini meo. Compleuit ergo dñs sermonẽ suũ quem locutus fuerat, & ego surrexi pro Dauid
patre meo, & sedi super thronũ Israel, sicut locutus est dñs, & ędificaui domum nomini dñi dei
Israel, & posui in ea arcam, in qua est pactum dñi, quod pepigit cum filijs Israel. Stetit ergo co
ram altari dñi ex aduerso vniuersæ multitudinis Israel, & extendit manus suas. Siquidem fece-
rat Salomon basim æneam, & posuerat eam in medio basilicæ, habentem quinq; cubitos longi
tudinis, & quinq; latitudinis, & tres cubitos altitudinis. Stetitq; super eam, & deinde flexis geni
C bus contra vniuersam multitudinẽ Israel, & palmis in cœlũ leuatis, ait. Dñe deus Israel non est 2. Mac. 2.
similis tui Deus in cœlo & in terra, qui custodis pactũ & misericordiã cum seruis tuis, qui am-
bulant coram te in toto corde suo, qui præstitisti seruo tuo Dauid patri meo, quæcunq; locu-
tus fueras ei, & quæ ore promiseras, opere complesti, sicut & præsens tempus probat. Nunc
ergo dñe deus Israel, imple seruo tuo patri meo Dauid quæcunq; locutus es, dicens. Non defi-
ciet ex te vir corã me, qui sedeat super thronũ Israel, ita tamen si custodierint filij tui vias meas,
D & ambulauerint in lege mea, sicut & tu ambulasti corã me. Et nũc dñe deus Israel firmetur ser
mo tuus, quẽ locutus es seruo tuo Dauid. Ergo ne credibile est, vt habitet deus cũ hoĩbus super
terrã? Si cœlũ & cœli cœlorum non te capiunt, quãto magis domus ista quã ædificaui. Sed ad
hoc tantũ facta est, vt respicias orationẽ serui tui, & obsecrationẽ eius dñe deus meus, & exaudi
as preces, quas fundit famulus tuus corã te, vt aperias oculos tuos super domũ istã diebus ac no
ctibus, super locũ in quo pollicitus es, vt inuocetur nomen tuum, & exaudires orationem quã
E seruus tuus orat in eo, & exaudias preces famuli tui, & populi tui Israel. Quicunq; orauerit

 in loco

3.Reg. 8.d in loco isto, exaudi de habitaculo tuo, id est de cœlis, & propitiare. Si peccauerit quispiã in
proximũ suũ, & iurare contra eum paratus venerit, seq; maledicto constrinxerit corã altari in
domo ista, tu audies de cœlo, & facies iudiciũ seruoꝝ tuoꝝ, ita vt reddas iniq̃ viã suã in caput
propriũ, & vlciscaris iustũ, retribuens ei secundũ iustitiã suã. Si superatus fuerit populus tu-
us Israel ab inimicis (peccabunt enim tibi) & conuersi egerint pœnitentiã, & obsecrauerint no-
men tuũ, & fuerint deprecati te in loco isto, tu exaudies de cœlo, & propitiare pctõ populi tui E
Israel, & reduc eos in terrã quã dedisti eis, & patribus eoꝝ. Si clauso cœlo pluuia nõ fluxerit
propter peccata populi tui, & deprecati te fuerint in loco isto, & confessi nomini tuo, & con-
uersi à peccatis suis, cum eos afflixeris exaudi de cœlo dñe, & dimitte pctã seruis tuis, & populi
tui Israel, & doce eos viã bonã, per quã ingrediãtur. Et da pluuiã terrę, quã dedisti populo tuo
ad possidendum. Fames si orta fuerit in terra, & pestilentia, & erugo, & locusta, & brucus, &
hostes vastatis regionibus portas obsederint ciuitatis, omnisq; plaga & infirmitas presserit, si
quis de populo tuo Israel fuerit deprecatus, cognoscens plagã, & infirmitatem suã, & expãde-
rit manus suas in domo hac, tu exaudies de cœlo, de sublimi scilicet habitaculo tuo, & propitia- F
re, & redde vnicuiq; secundum vias suas quas nosti eum habere in corde suo. Tu enim solus no
sti corda filiorum hominum, vt timeant te, & ambulent in vijs tuis, cunctis diebus quibus viuũt
super faciem terræ, quã dedisti patribus nostris. Externum quoq; qui nõ est de populo tuo
Israel, si venerit de terra longinqua propter nomen tuum magnum, & propter manũ tuã ro-
bustã, & brachium tuum extentũ, & adorauerit in loco isto, tu exaudies de cœlo, firmissimo
habitaculo tuo, & facies cũcta pro quibus inuocauerit te ille peregrinus, vt sciãt oẽs populi ter-
ræ nomen tuũ, & timeãt te, sicut populus tuus Israel, & cognoscãt quia nomen tuum inuocatũ
est super domum hãc, quã ædificaui nomini tuo. Si egressus fuerit populus tuus ad bellũ cõ-
tra aduersarios suos, per viã in qua miseris eos, adorabunt te contra viam in qua ciuitas hæc est
3.Reg. 8.c quã elegisti, & domũ quã ædificaui nomini tuo, vt exaudias de cœlo pces eoꝝ, & obsecratio- G
Ecclesias. 7.c nem, & vlciscaris. Si aũt peccauerint tibi (neq; enim est homo qui nõ peccet) & iratus fueris
1. Iohan. 1.d eis, & tradideris eos hostibus, & captiuos eos duxerint in terrã longinquã, vel certe quæ iuxta
est, & cõuersi in corde suo in terra ad quã captiui ducti fuerãt, egerint pœnitentiã, & deprecati
te fuerint in terra captiuitatis suæ, dicentes. Peccauimus, inique fecimus, iniuste egimus, & re-
uersi fuerint ad te in toto corde suo, & in tota anima sua, in terra captiuitatis suæ, ad quã ducti
sunt, adorabũt te cõtra viã terræ suæ, quã dedisti patribus eoꝝ, & vrbis quã elegisti, & domus
quã ædificaui nomini tuo, vt exaudias de cœlo, hoc est de firmo habitaculo tuo, preces eorum,
& facias iudiciũ, & dimittas populo tuo q̃uis peccatori. Tu es eñi deus meus: Aperiant q̃so ocu
Psal. 131. li tui, & aures tuæ intẽte sint, ad orationẽ q̃ fit in loco isto. Nũc igit cõsurge dñe deus in requiem
tuã, tu & arca fortitudinis tuæ. Sacerdotes tui dñe deus induãtur salutẽ, & sancti tui lætentur in
bonis. Dñe deus meus ne auertas faciẽ Christi tui. Memẽto misericordiaꝝ Dauid serui tui.

¶ Ignis deuorat sacrificiũ, fit ingens solennitas, Dñs apparet Salomoni. Cap. VII. A

CVmq; cõplesset Salomon fundens preces, ignis descendit de cœlo, & deuorauit ho-
2.Mac. 2.c locausta, & victimas, & maiestas dñi impleuit domũ. Nec poterant sacerdotes ingre
di templũ dñi, eo q; implesset maiestas dñi templũ dñi. Sed & omnes filij Israel vide-
bãt descẽdentem ignẽ, & gloriã dñi super domũ. Et corruentes proni in terrã super B
pauimentũ stratũ lapide, adorauerunt, & laudauerunt dñm, qm̃ bonus, qm̃ in seculũ misericor-
dia eius. Rex aũt & omnis populus immolabãt victimas corã dño. Mactauit igitur rex Sa-
lomon hostias, boũ vigintiduo milia, arierũ cẽtum viginti milia. Et dedicauit domũ dei rex, &
vniuersus populus. Sacerdotes aũt stabant in officijs suis, & Leuitæ in organis carminũ dñi, q̃
fecit Dauid rex, ad laudãdũ dñm, qm̃ bonus, qm̃ in æternũ misericordia eius, hymnos Dauid De. consec. dist. 1
canentes per manus suas. Porrò sacerdotes canebãt tubis ante eos, cunctusq; Israel stabat. San- c. 1. & c. solen-
ctificauit quoq; Salomon mediũ atrij, ante templũ dñi. Obtulerat enim ibi holocausta, & adi- nitates. & c. cũ.
pes pacificoꝝ, qa altare æneũ q̊d fecerat, nõ poterat sustinere holocausta, & sacrificia, & adi- C
pes pacificoꝝ. Fecit ergo Salomon solennitatẽ in tempore illo septẽ diebus & omnis Israel glo. in fi.
cũ eo, ecclesia msgna valde, ab introitu Hemath, vsq; ad torrentẽ Aegypti. Fecitq; die octa-
He. retẽtionẽ uo* collectã, eo q; dedicasset altare septẽ diebus, & solennitatẽ celebrasset diebus septẽ. Igitur
in die vicesimotertio, mensis septimi, dimisit populos ad tabernacula sua, lætantes atq; gauden
3.Reg. 9.a tes super bono quod fecerat dñs Dauid, & Salomoni, & Israel populo suo. Compleuitq; Salo-
mon domũ dñi, & domũ regis, & omnia quæ disposuerat in corde suo, vt faceret in domo dñi,
& in domo sua, & prosperatus est. Apparuit autẽ ei dñs nocte, & ait. Audiui orationẽ tuã, &
elegi locũ istum mihi, in domũ sacrificij. Si clausero cœlum, & pluuia non fluxerit, & mãdaue-
ro, & præcepero locustæ, vt deuoret terrã, & misero pestilentiã in populũ meũ, conuersus aũt
populus meus super quos inuocatũ est nomen meũ deprecatus me fuerit, & exquisierit faciem
meã, & egerit pœnitentiã à vijs suis pessimis, & ego exaudiã de cœlo, & propitius ero peccatis
eorum, & sanabo terrã eorum. Oculi quoq; mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationẽ D
eius,

eius, qui in loco isto orauerit. Elegi enim & sanctificaui locū istū, vt sit nomen meū ibi in sempiternū, & pmaneāt oculi mei, & cor meū ibi, cūctis diebus. Tu quoq; si ambulaueris corā me, sicut ambulauit Dauid prī tuus, & feceris iuxta oīa q̄ pcepi tibi, & iustitias meas, iudiciaq́; seruaueris, suscitabo thronū regni tui, sicut pollicitus sum Dauid prī tuo, dicēs: Nō auferet de stirpe tua vir, q non sit princeps in Israhel. Si aūt auersi fueritis, & dereliqueritis iustitias meas, & pcepta mea q̄ pposui vobis, & abeūtes seruieritis dijs alienis, & adoraueritis eos, euellā vos de terra mea, quā dedi vobis, & domū hāc quā ædificasti nomini meo pijciā à facie mea, & tradā eā in parabolā, & in exēplū cūctis pplis, & domus ista erit in puerbiū vniuersis trāseūtibus, & dicēt stupētes. Quare fecit dñs sic terræ huic, & domui huic? Rñdebuntq́; Quia dereliquerūt dominū deū prm suo_Rx, q eduxit eos de terra Aegypti, & apphenderūt deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt, idcirco venerunt super eos vniuersa hæc mala.

¶ De ciuitatibus (absoluta domo dei) p Salomonē ædificatis. Ca. VIII.

A EXpletis aūt viginti annis, postq̄ ædificauit Salomon domū dñi, & domū suā, ciuitates quas dederat Hiram Salomoni ædificauit, & habitare ibi fecit filios Israhel. Abijtq́; in Hemath Soba, & obtinuit eā. Et ædificauit *Palmirā in deserto, & alias ciuitates *munitissimas ædificauit in Hemath. Extruxitq́; Bethhoron superiorē, & Bethhoron inferiorem, ciuitates muratas, habentes portas, & vectes, & seras. Balaath etiā, & omnes vrbes firmissimas, quæ fuerūt Salomonis, cūctasq́; vrbes quadrigarū, & vrbes equitū. Omnia quæcūq; voluit fecit rex Salomō, atq; disposuit, ædificauit ī Hierlm, & in Lybano, & vniuersa terra potestatis suæ. Omnē pplm q derelictus fuerat de Hetheis, & Amorræis, & Pherezæis, & Heuęis & Iebusæis, q non erāt de stirpe Israhel, de filijs eorū, & de posteris, quos nō interfecerāt filij Israhel, subiugauit Salomon in tributarios, vsq; in diem hāc. Porrò de filijs Israel non posuit vt seruirent opibus regis. Ipsi enim erāt viri bellatores, & duces primi, principes quadrigarū, & equitū eius. Omnes āt principes exercitus regis Salomonis, fuerūt ducēti quinquaginta, q erudiebāt populū.

C Filiā vero Pharaonis trāstulit de ciuitate Dauid, in domū quā ædificauerat ei. Dixit enim rex: Non habitabit vxor mea in domo Dauid regis Israhel, eo q sanctificata sit, quia ingressa est in eā arca dñi. Tunc obtulit Salomon holocausta dño, sup altare dñi, qd extruxerat ante porticū, vt p singulos dies offerret in eo, iuxta pceptū Moysi, in sabbatis, & in calēdis, & in festis diebus, ter p annū, id est, in solennitate azymorū, & solennitate hebdomadarū, & in solennitate tabernaculorū. Et constituit iuxta dispositionem Dauid pris sui, officia sacerdotū, in ministerijs suis, & Leuitas in ordine suo, vt laudarent & ministrarēt corā sacerdotibus iuxta ritū vniuscuiusq; diei, & ianitores in diuisionibus suis, p portā & portā. Sic enim pceperat

D Dauid homo dei. Nec ptergressi sunt de mādatis regis, tā sacerdotes q̄ Leuitæ, ex oībus quæ pceperat, & in custodijs thesaurorū omes impensas pparatas habuit Salomon, ex eo die q̄ fundauit domū dñi, vsq; in diem quo pfecit eā. Tunc abijt Salomon in Asiongaber, & in Eloth, ad orā maris rubri, q̄ est in terra Edom. Misit ergo ei Hyram p manus seruorū suorū naues & nautas, gnaros maris, & abierūt cū seruis Salomonis in Ophir. Tuleruntq́; inde quadringēta quinquaginta talenta auri, & attulerunt ad regem Salomonem.

¶ Colloquium Salomonis & reginæ Saba, & munera mutuo collata, Mors Salomonis cui succedit Roboam. Cap. IX.

A REgina quoq; Saba, cum audisset famā Salomonis, venit vt tentaret eū in ænigmatibus, in Hierusalem, cum magnis opibus, & camelis, qui portabant aromata, & auri plurimū, gemmasq́; ptiosas. Cumq́; venisset ad Salomonem, locuta est ei quæcūq; erāt in corde suo. Et exposuit ei Salomon omnia quæ pposuerat, nec quicq̄ fuit, quod nō pspicuū ei fecerit. Quæ postq̄ vidit sapientiā Salomonis, & domū quā ædificauerat, necnon & cibaria mensæ eius, & habitacula seruorū, & officia ministrorū eius, & vestimenta eorū, pincernas quoq;, & vestes eorū, & victimas quas immolabat in domo dñi, non erat p stu-

B pore vltra in ea spiritus. Dixitq́; ad regem. Verus est sermo quem audierā in terra mea, de virtutibus & sapientia tua. Non credebā narrātibus, donec ipsa venissem, & vidissent oculi mei, & pbassem, vix medietatem sapientiæ tuæ mihi fuisse narratā. Vicisti famā virtutibus tuis. Beati viri tui, & beati serui tui, hi qui assistunt corā te, omni tpe, & audiunt sapientiā tuā. Sit dominus deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare sup thronū suū regē domini dei tui. Quia dili-

C git deus Israhel, & vult seruare eum in æternum, idcirco posuit te sup eum regem, vt facias iudicia atq; iustitiam. Dedit autem regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas ptiosissimas. Non fuerunt aromata talia, vt hęc quæ dedit regina Saba regi Salomoni. Sed & serui Hiram cum seruis Salomonis attulerunt aurum de Ophir, & ligna de thyina, & gemmas pretiosissimas, de quibus fecit rex, de lignis scilicet thyinis, *gradus in domo dñi, & in domo regia, citharas quoq; & psalteria cātoribus. Nunquā visa sunt ī terra Iuda ligna talia. Rex autem Salomon dedit reginæ Saba cuncta quæ voluit, & quæ postulauit, & multo plura

D q̄ attulerat ad eum. Quæ reuersa, abijt in terrā suā, cū seruis suis. Erat aūt pondus auri qd afferebat

3.Reg.9.a

He. Tadmor
He. thesaurorum

3.regū.10.a
Mat.12.d
Luce.11.

[illegible]

Heb. semitas in domū dñi

Heb. pertum rerum ac mercatorum. tores. rebat Salomoni, p singulos annos, sexcenta sexagintasex talenta auri, excepta ea summa, quā * legati diuersarū gentiū & negotiatores afferre consueuerāt, omnesq; reges Arabiæ, & satrapæ terrarū, qui comportabāt aurū & argentū Salomoni. Fecit igit rex Salomon ducentas hastas aureas, de summa sexcentorū aureorū, quæ in singulis hastis expendebātur. Trecenta quoq; scuta aurea trecentorū aureorū, quibus tegebant singula scuta. Posuitq; ea rex in armamentario, quod erat consitū nemore. Fecit quoq; rex soliū eburneū grāde, & vestiuit illud auro mūdissimo. Sex quoq; gradus quibus ascendebat ad soliū, & scabellū aureū, & brachiola duo altrinsecus, & duos leones stātes iuxta brachiola, sed & alios duodecim leunculos, stātes sup sex gradus, ex vtraq; parte. Non fuit tale soliū in vniuersis regnis. Omnia quoq; vasa conuiuij regis erāt aurea, & vasa domus saltus Lybani, ex auro purissimo. Argentū enim in diebus illis p nihilo reputabat. Siqdē naues regis ibāt in Tharsis, cū seruis Hiram, semel in annis tribus, & deferebāt inde aurū, & argentū, & ebur, & simias, & pauones. Magnificatus est igit Salomon sup omnes reges terræ, p diuitijs, & gloria, Omnesq; reges terrarū desiderabāt videre faciem Salomonis, vt audirent sapientiā, quā dederat deus in corde eius. Et deferebāt ei munera, vasa argentea, & aurea, vestes, & arma, & aromata, equos, & mulos, p singulos annos. Habuit quoq; Salomon quadraginta milia equorū in stabulis, & curruū, equitumq; duodecim milia. Constituitq; eos in vrbibus quadrigarū, & vbi erat rex in Hierusalem. Exercuit etiā p̄tātem super cunctos reges à flumine Euphrate, vsq; ad terrā Philistinorū, id est, vsq; ad terminos Aegypti Tantamq; copiā præbuit argenti in Hierusalem, quasi lapidū. Et cedrorū tantā multitudinem velut sycomorū, quæ gignunt in campestribus. Adducebant autem ei equi de Aegypto, cunctisq; regionibus. Reliqua autem operū Salomonis priorū, & nouissimorū, scripta sunt in verbis Nathan prophetæ, & in libris Ahiæ Sylonitis. In visione quoq; Addo videntis contra Hieroboā, filiū Nabat. Regnauit autem Salomon in Hierusalem, sup omnem Israhel, quadraginta annis, Dormiuitq; cum patribus suis. Et sepelierunt eum in ciuitate Dauid. Regnauitq; Roboam filius eius pro eo.

3. Reg. 11. g. (margin) — E, F, G (margin letters)

¶ Temeritas regis Roboam, diuisio regni. Cap. X.

3. Reg. 12. a. Profectus est aūt Roboā in Sichem (Illuc enim cunctus Israhel conuenerat vt constituerent eum regem.) Quod cū audisset Ieroboā filius Nabat, q erat in Aegypto (fugerat quippe illuc ante Salomonem) statim reuersus est. Vocauerunt q; eū, & venit cū vniuerso Israhel, & loquuti sunt ad Roboā, dicentes. Pater tuus durissimo iugo nos pressit, tu leuiora impera p̄e tuo, q a nobis imposuit graue seruitute, & paululū de onere subleua, vt seruiamus tibi. Qui ait: Post tres dies reuertimini ad me. Cumq; abijsset populus, inijt consiliū cū senibus q steterāt corā p̄e eius Salomone, dū adhuc viueret, dicens Quod datis cōsiliū, vt respondeā populo? Qui dixerunt ei: Si placueris populo huic, & lenieris eos verbis clementibus, seruient tibi omni tpe. At ille reliqt consiliū senū, & cū iuuenibus tractare cœpit, q cū eo nutriti fuerāt, & erāt in comitatu illius. Dixitq; ad eos: Quid vobis videt, vel qd respondere debeo populo huic, q dixit mihi: subleua iugū qd imposuit nobis pater tuus? At illi responderunt vt iuuenes, & nutriti cū eo in delitijs. atq; dixerūt: Sic loqueris populo tuo q dixit tibi, pater tuus aggrauauit iugū nr̄m, tu subleua: & sic respondebis ei: Minimus digitus meus grossior est lumbis p̄ris mei. Pater meus imposuit vobis graue iugū, & ego maius pōdus apponā. Pater meus cecidit vos flagellis, ego vero cedā vos scorpionibus. Venit ergo Hieroboā, & vniuersus populus ad Roboā die tertio, sicut p̄ceperat eis, Responditq; rex dura, derelicto cōsilio seniorū, locutusq; est iuxta iuuenū voluntate. Pater meus graue vobis imposuit iugū, qd ego grauius faciā. Pater meus cecidit vos flagellis, ego vero cædā vos scorpionibus. Et nō acquieuit populi p̄cibus. Erat enī voluntatis dei, vt compleret sermo eius quē locutus fuerat per manū Ahiæ Sylonitis, ad Hieroboā filiū Nabat. Populus aūt vniuersus (rege duriora dicente) sic locutus est ad eū. Non est nobis pars in Dauid, neq; hæreditas in filio Isai, Reuertere in tabernacula tua Israhel. Tu aūt pasce domū tuā Dauid. Et abijt Israhel in tabernacula sua. Sup filios aūt Israhel qui habitabāt in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboā. Misitq; rex Roboā Adurā, qui præerat tributis, & lapidauerunt eum filij Israhel, & mortuus est, Porrō rex Roboā currū festinauit ascendere, & fugit in Hierusalem. Recessitq; Israhel à domo Dauid, vsq; in diē hāc. * Factū est aūt cū audisset omnis Israhel, q reuersus esset Hieroboā, miserunt & vocauerūt eū, congregato cœtu, & constituerunt eum regem super omnem Israhel, nec secutus est quispiā domum Dauid, præter tribum Iuda solam.

3. Reg. 12. a. (margin) — A, B, C, D (margin letters) — 3. Reg. 12. a. (margin)

Postrema hæc nō habētur in hebræo sed sumpta sunt ex. 3. regum. ca. 12.

¶ Roboā vetat pugnare contra Hieroboā, de decem & octo vxoribus, sexaginta cōcubinis, viginti filijs, & sexaginta filiabus eius. Ca. XI.

Venit aūt Roboā in Hierusalē, & conuocauit vniuersam domū Iuda, & Beniamin, A centū octoginta milia electorū, atq; bellātiū, vt dimicaret contra Israhel, & cōuerteret ad se regnū suū. Factusq; est sermo dn̄i ad Semeiā, hominē dei, dicēs: Loquere ad Roboā, filiū Salomonis, regem Iuda, & ad vniuersum Israhel, q est in Iuda, & Benia-

Beniamin. Hæc dicit dñs: Non ascēdetis, neq; pugnabitis cōtra frēs vestros. Reuertat vnusq;-
B q; in domū suā, quia mea hoc gestū est voluntate. Qui cū audissent sermonē dñi, reuersi sunt,
nec prexerūt contra Ieroboā. Habitauit āt Roboā in Hierusalē, & ædificauit ciuitatis mura-
tas in Iuda, extruxitq; Bethlehē, & Etam, & Tecue. Bethsur quoq;, & Socco, & Odollā, necnō
& Geth, & Maresa, & Ziph, sed & Adurahim, & Lachis, & Azecha, Saraa quoq;, & Aialon, &
Hebron, quæ erāt in Iuda, & Beniamin, ciuitates munitissimas. Cūq; clausisset eas muris, posu
it in eis principes, ciborūq; horrea, hoc est, olei & vini. Sed & in singulis vrbibus fecit armamē
taria scutorū, & hastarū, firmauitq; eas summa diligentia, & imperauit sup Iudā & Beniamin.
C Sacerdotes aūt & Leuitæ qui erāt in vniuerso Israhel, venerūt ad eū de cūctis sedibus suis, re-
linquētes suburbana & possessiōes suas, & trāseuntes ad Iudā, & Hierusalē, eo q abiecisset eos
Ieroboā, & posteri eius, ne sacerdotio dñi fungerent. Qui cōstituit sibi sacerdotes excelsorū, & 3.Re.12
dæmoniorū, vitulorū quos fecerat. Sed & de cunctis tribubus Israhel quicūq; dederāt cor suū,
vt quærerent dñm deū Israel, venerūt in Hierusalē, ad immolādū victimas suas, corā dño deo
pr̄m suorū, & roborauerunt regnū Iuda, & confirmauerūt Roboā, filiū Salomonis, p tres an-
D nos. Ambulauerūt em̄ in vijs Dauid, & Salomonis, annis trī̄ tribus. Duxit aūt Roboā vxorem
Mahalath, filiā Ierimoth, filij Dauid, Abihail quoq;, filiam Eliab, filij Isai, quæ peperit ei filios
Ieus, & Samariam, & Saham. Post hanc quoq; accepit Maacham, filiam Absalom, quæ pepe-
rit ei Abia, & Ethai, & Ziza, & Salumith. Amauit autem Roboam Maacham filiam Absalom
super omnes vxores suas, & concubinas. Nam vxores decem & octo duxerat, concubinas au
tem sexaginta, & genuit vigintiocto filios, & sexaginta filias. Constituit vero in capite Abiā
filium Maacha, ducem super omnes fratres suos. Ipsum enim regem facere cogitabat, quia sa-
pientior fuit, & potentior super omnes filios eius, & in cunctis finibus Iuda, & Beniamin, & in
vniuersis ciuitatibus muratis. Præbuitq; eis escas plurimas, & multas petiuit vxores.

¶ Sesac rex Aegypti spoliat templum domini, moritur Roboam,
succedit filius eius Abia. Cap. XII.

A CVmq; roboratū fuisset regnū Roboā, & confortatū, dereliquit legē dñi, & omnis Is-
rael cum eo. Anno autem quinto regni Roboā, ascēdit Sesac rex Aegypti in Hie
rusalem (quia peccauerunt dño) cum mille ducentis curribus, & sexaginta milibus
equitū. Nec erat numerus vulgi quod venerat cum eo ex Aegypto, Lybies scilicet
& Troglodita, & Aethiopes. Cæpitq; ciuitates munitissimas in Iuda, & venit vsq; in Hierusa
lem. Semeias autē propheta ingressus est ad Roboā, & principes Iuda, qui congregati fue-
B rant in Hierusalem, fugientes Sesac. Dixitq; ad eos. Hæc dicit dominus. Vos reliquistis me, &
ego reliqui vos in manu Sesac. Consternatiq; principes Israel, & rex, dixerunt. Iustus est domi
nus. Cumq; vidisset dñs q humiliati essent, factus est sermo domini ad Semeiam, dicens. Quia
humiliati sunt, non disperdam eos, daboq; eis pauxillum auxilij, & non stillabit furor meus su
per Hierusalem, per manū Sesac. Verumtamē seruient ei vt sciāt distātiā seruitutis meæ, & ser-
uitutis regni terrarū. Recessit itaq; Sesac rex Aegypti ab Hierusalē, sublatis thesauris domus
C domini, & domus regis, omniaq; secū tulit, & clypeos aureos quos fecerat Salomon, p qbus
fecit rex æneos, & tradidit illos principibus * scutariorū, qui custodiebāt vestibulum palatij. Heb. cursorū
Cūq; introiret rex domū domini, veniebāt * scutarij & tollebāt eos, iterumq; referebāt eos ad Heb. cursores
* armamentariū suū. Veruntn̄ quia humiliati sunt, auersa est ab eis ira dñi, nec deleti sunt peni- Heb. thalamū cursorum.
D tus. Siqdem & in Iuda inuenta sunt opera bona. Confortatus ergo rex Roboā in Hierusalē,
atq; regnauit. Quadraginta autem & vnius anni erat cum regnare cœpisset. Et decem & se- 3.Re.14.f
ptē annis regnauit in Hierusalē, vrbe quā elegit dñs, vt confirmaret nomen suū ibi, de cunctis
tribubus Israhel. Nomen aūt mr̄is eius Naama Amanitis. Fecitq; malū & non pparauit cor su-
um, vt quæreret dñm. Opera vero Roboā prima & nouissima scripta sunt in libris Semeiæ
pphetæ, & Addo videntis, & diligenter exposita. Pugnauerūtq; aduersum se Roboā, & Iero-
boā, cunctis diebus. Et dormiuit Roboā cum pr̄ibus suis. Sepultusq; est in ciuitate Dauid &
regnauit Abia filius pro eo.

¶ Victoria Abiæ contra Ieroboam. Ca. XIII.

A ANno decimooctauo regis Ieroboā, regnauit Abia super Iudā. Tribus annis regnauit 3.Re.15.a
in Hierusalem. Nomenq; matris eius Michaia, filia Vriel, de Gabad. Et erat bellum
inter Abia & Ieroboā. Cumq; iniisset Abia certamen, & haberet bellicosissimos vi-
ros, & electorū * quadraginta milia. Ieroboā instruxit econtra aciē, octingenta mi- Heb. quadringenta
lia virorū, qui & ipsi electi erāt, & ad bella fortissimi. Stetit ergo Abia sup montē Zamaraim
qui erat in Ephraim, & ait: Audi Ieroboā, & omnis Israhel. Num ignoratis q dñs deus Israhel
dederit regnū Dauid, sup Israhel in sempiternū, ipsi & filijs eius, in pactū salis? Et surrexit Iero
boā filius Nabat, seruus Salomonis, filij Dauid, & rebellauit contra dñm deum suum. Congre
B gatique sunt ad eum viri vanissimi, & filij Belial, & præualuerunt contra Roboam, filium Sa- Heb. puer &
lomonis. Porrò Roboam erat * rudis, & corde pauido, nec potuit resistere eis. Nunc ergo tenero corde
vos

vos dicitis, ꝙ resistere possitis regno dñi, qđ possidet ꝑ filios Dauid, habetisq́ grãdẽ ppłi mul
titudinẽ, atq; vitulos aureos, q̃s fecit vobis Ieroboã in deos. Et eiecistis sacerdotes dñi, filios C
Aaron, atq; Leuitas, & fecistis vobis sacerdotes, sicut oẽs populi terrarũ. Quicunq; venerit, &
initiauerit manũ suã in tauro, & in bobus, & in arietibus septẽ. fit sacerdos eorũ, q nõ sunt dij.
Noster aũt dñs deus est, quẽ nõ relinquimus. Sacerdotesq́ q ministrãt dño de filijs Aaron, &
Leuitæ, sunt in ordine suo, holocausta quoq; offerũt dño ꝑ singulos dies, mane & vespere, &
thymiama, iuxta legis ꝓcepta confectũ, & ꝓponunt panes in mensa mundissima. Estq́ apud
nos cãdelabrũ aureũ, & lucerna eius, vt accedant semꝑ ad vesperã. Nos qppe custodimus ꝓce
pta dñi dei nostri, quẽ vos reliquistis. Ergo in exercitu nr̃o dux deus est, & sacerdotes eius, q
clãgunt tubis, & resonãt contra vos. Filij Israhel nolite pugnare cõtra dñm deũ pr̃m vr̃orũ, qa
non vobis expedit. Hæc illo loquente, Ieroboã retro moliebat insidias. Cũq; ex aduerso ho-
stiũ staret, ignorãtem Iudã suo ambiebat exercitu. Respiciẽsq́ Iudas vidit instare bellũ ex ad-
uerso, & post tergũ, & clamauit ad dñm, ac sacerdotes tubis canere cœperũt, omesq́ viri Iuda
vociferati sunt. Et ecce illis clamãtibus, ꝑterruit deus Ieroboã, & omnẽ Israhel, q stabat ex ad- D
uerso Abia, & Iuda. Fugeruntq́ filij Israhel Iudã, & tradidit eos deus in manu eorũ. Percussit
Hebr. quin- ergo eos Abia, & populus eius, plaga magna, & corruerunt vulnerati ex Israhel, *quinquagin
quaginta ta milia virorũ fortiũ. Humiliatiq́ sunt filij Israhel in tempore illo, & vehementissime confor-
tati filij Iuda, eo ꝙ sperassent in domino deo pr̃m suorũ. Persecutus est aũt Abia fugientem
Ieroboã, & cœpit ciuitates eius, Bethel & filias eius, & Iesana cũ filiabus suis. Effron quoq; &
filias eius. Nec valuit vltra resistere Ieroboã in diebus Abia. Quem ꝑcussit dñs & mortuus est.
Igit Abia (confortato imperio suo) accepit vxores quatuordecim, ꝓcreauitq́ vigintiduos fi-
lios, & sexdecim filias. Reliqua autem sermonum Abia, viarũq́ & operũ eius, scripta sunt dili-
gentissime in libro Addo prophetæ.

¶ Morit Abia, Succedit Asa. Victoria Asæ contra Aegyptios. Ca. XIIII.

3. Regũ. 15. b DOrmiuit autem Abia cum pr̃ibus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid. Regna A
uitq́ Asa filius eius ꝓ eo. In cuius diebus requieuit terra annis decem. Fecit ergo
Asa qđ bonum & placitum erat in conspectu dei sui, & subuertit altaria peregrini
cultus, & excelsa, & confregit statuas, lucosq́ succidit, & ꝓcepit Iudæ, vt quæreret
dñm deũ pr̃m suorũ, & faceret legem, & vniuersa mãdata. Et abstulit de cunctis vrbibus Iuda,
aras, & phana, & regnauit in pace. Aedificauit quoque vrbes munitas in Iuda, quia quietus B
erat, & nulla temporibus eius bella surrexerãt. pacem domino largiente. Dixit autem Iudæ.
Aedificemus ciuitates istas, & vallemus muris, & roboremus turribus, & portis, & seris, donec
à bellis quieta sunt omnia, eo ꝙ quæsierimus dñm deũ pr̃m nr̃orũ, & dederit nobis pacem ꝑ
gyrum. Aedificauerũt igit, & nullum in extruendo impedimentũ fuit. Habuit aũt Asa in ex-
ercitu suo portãtiũ scuta, & hastas, & de Iuda trecenta milia, de Beniamin vero scutariorũ & sa
gittariorũ, ducenta octoginta milia. Omnesq́ isti viri fortissimi. Egressus est ãt contra eos C
Zara Aethiops cũ exercitu suo, decies centena milia, & curribus trecentis, & venit vsq; Mare-
sa. Porro Asa ꝑrexit obuiã ei, & instruxit aciẽ ad bellũ, in valle Zephata, quæ iuxta ẽ Maresa,
& innocauit dñm deũ. Et ait: Dñe non est apud te vlla distãtia, vtrũ in paucis auxilieris, aut in
pluribus. Adiuua nos dñe deus noster. In te enĩ, & in tuo nomine hñtes fiduciã, venimus con-
tra hãc multitudinẽ. Dñs deus noster tu es, non ꝓualet contra te homo. Exterruit itaq; domi D
nus Aethiopes corã Asa, & Iuda. Fugerũtq́ Aethiopes, & ꝑsecutus est eos Asa, & populus q cũ
eo erat, vsq; Gerara. Et ruerũt Aethiopes vsq; ad internitionẽ quia dño cædente cõtriti sunt,
& exercitu illius præliãte. Tulerunt ergo spolia multa. Et ꝑcusserunt ciuitates omnes, ꝑ circui
tum Geraræ. Grãdis quippe cunctos terror inuaserat. Et diripuerunt vrbes, & multã prædã
asportauerunt. Sed & caulas ouiũ destruentes, tulerunt pecorũ infinitã multitudinem, & ca-
melorum reuersiq́ sunt in Hierusalem.

¶ Rex Asa, monitu Azariæ ꝓphetæ, ablatis idolis, sacrificat domino, abdicat matrem
suam imperio, &c. Caput XV.

AZarias aũt filius Obed, facto in se spiritu dei, egressus est in occursum Asa, & dixit ei. V
Audite me Asa, & omnis Iuda, & Beniamin. Dominus vobiscum, quia fuistis cum eo.
Heb. et dies multi scilicet fuerunt. Si quæsieritis eum, inuenietis. Si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos, * Trãsi-
bunt aũt multi dies in Israhel, absq; deo vero, & absq; sacerdote, absq; doctore quoq;
& absq; lege. Cumq́ reuersi fuerint in angustia sua, & clamauerint ad dñm deũ Israhel, & quæ
He. tumult9 multi sierint eũ, reperient eũ. In tempore illo non erit pax egredienti, & ingredienti, sed * terrores
He. Cõcidet gẽs gẽti &c. vndiq; inhabitatoribus terrarũ * pugnabit enĩ gens contra gentẽ, & ciuitas contra ciuitatem, B
quia dñs conturbabit eos in omni angustia. Vos ergo confortamini, & nõ dissoluãtur manus
vestræ, erit enim merces operi vestro. Quod cũ audisset Asa, verba scilicet & prophetiã Aza-
riæ, filij Obed prophetæ, confortatus est, & abstulit idola de omni terra Iuda, & de Beniamin
& ex vrbibus quas cœperat montis Ephraim, & dedicauit altare dño, quod erat ante porticũ
dñi

domini. Congregauitq́; vniuersum Iudam & Beniamin, & aduenas cũ eis de Ephraim, & de
C Manasse, & de Symeon. Plures eñ ad eũ cõfugerãt ex Israel, vidẽtes ꝙ dñs deus illius esset cũ
eo. Cumq́; venissent in Hierusalẽ, mense tertio, anno decimoquinto regni Asa, immolauerũt
dño in die illa de manubijs, & prædã quã adduxerãt, boues septingentos, & arietes septẽ mi-
lia. Et intrauit ex more ad corroborandũ fœdus, vt quærerẽt dñm deum patrũ suorũ in toto
corde, & in tota anima sua. Si quis autem (inquit) non quæsierit dñm deum Israel, moriatur, à
D minimo vsq; ad maximũ, à viro vsq; ad mulierẽ. Iurauerũtq́; dño voce magna in iubilo, &
in clangore tubæ, & in sonitu buccinarũ, omnes qui erant in Iuda, cũ execratiõe. In omni eñ
corde suo iurauerunt, & in tota voluntate quæsierunt eum, & inuenerunt. Præstititq́; eis dñs
requiem per circuitũ. Sed & Maachã matrem Asa regis, ex augusto deposuit imperio, eo ꝙ
fecisset in luco simulachrũ priapi, quod omne contriuit, & in frusta comminuens, combussit
in torrente Cedron. Excelsa aũt derelicta sunt in Israel. Attamen cor Asa erat perfectũ, cun-
ctis diebus eius. Eaq́; quæ vouerat pater suus, & ipse intulit in domũ dñi argentũ, & aurũ, va- He. tricesimũ
sorumq́; diuersam supellectilẽ. Bellũ vero non fuit, vsq; ad * tricesimũ annũ regni Asa. quintum.

A ¶ Asa, metu Baasæ regis Israel, init fœdus cum Benadad rege Syriæ Cap. XVI.

ANno autem tricesimosexto regni eius, ascẽdit Baasa rex Israel in Iudam, & muro cir
cundabat Rama, vt nullus tute posset egredi & ingredi de regno Asa: protulit autẽ
Asa argentum & aurũ de thesauris domus dñi, & de thesauris regijs, misitq́; ad Bena
dad regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicẽs. Fœdus inter me & te est. Pater
B quoq; meus & pater tuus habuere concordiã. Quamobrẽ misi tibi argentũ & aurũ, ut rupto
fœdere quod habes cũ Baasa rege Israel, facias eũ à me recedere. Quo cõperto Benedad, misit
principes exercituum suorũ ad vrbes Israel. Qui percusserunt Aion, & Dan, & Abelmaim, &
vniuersas vrbes Nephthali muratas. Quod cũ audisset Baasa, desiit ædificare Rama, & inter-
misit opus suũ. Porrò Asa rex assumpsit vniuersum Iudam, & tulerunt lapides de Rama, &
C ligna, quæ ædificationi ꝓparauerat Baasa, ædificauitq́; ex eis Gabaa, & Maspha. In tẽpore
illo venit Hanani propheta ad Asam regẽ Iuda, & dixit ei. Quia habuisti fidutiã in rege Syriæ
& nõ in dño deo tuo, idcirco euasit Syriæ regis exercitus de manu tua. Nonne Aethiopes, &
Lybies, multo plures erãt quadrigis, & equitibus, & multitudine nimia, q̃s (cũ dño credidis- 2. Mach. 9. a
ses) tradidit in manu tua? Oculi eñ dñi contẽplant vniuersam terrã, & ꝓbent fortitudinẽ his Gene. 31. d
q corde ꝑfecto credũt in eũ. Stulte igit egisti, & propter hoc etiã ꝓsenti tẽpore, aduersum te 1. Re. 15. c
bella cõsurgunt. Iratusq́; Asa aduersus videntẽ, iussit eũ mitti in * neruũ. Valde quippe super 3. Re. 15. c
D hoc fuerat dñs indignatus, & interfecit de populo in tẽpore illo plurimos. Opera aũt Asa Hebr. domũ
prima & nouissima, scripta sunt in libro regũ Iuda & Israel. Aegrotauit etiã Asa anno tricesi- carceris, quia
monono regni sui, dolore pedũ vehementissimo, & nec in infirmitate sua quæsiuit dñm, sed irascebat ei
magis in artẽ medicorũ confisus est. Dormiuitq́; cũ patribus suis. Et mortuus est anno qua- ꝓpter hoc. &
dragesimoprimo regni sui. Et sepelierunt eum in sepulchro suo, quod foderat sibi in ciuitate cõtriuit Asa
Dauid. Posueruntq́; eũ super lectũ suum, plenum aromatibus, & vnguentis meretricijs, quæ de populo in
erant pigmentariorũ arte confecta, & combusserunt super eum ambitione nimia. tẽpore illo.

¶ Asæ succedit Iosaphat, is populo incutit timorem domini. Cap. XVII.

A REgnauit autẽ Iosaphat filius eius pro eo, & inualuit contra Israel. Cõstituitq́; mili-
tum numeros in cũctis vrbibus Iuda, quæ erant vallatæ muris, præsidiaq́; disposuit
in terra Iuda, & in ciuitatibus Ephraim, quas ceperat Asa pater eius. Et fuit dñs cũ
Iosaphat, quia ambulauit in vijs Dauid patris sui primis, & non sperauit in Baalim,
sed in deo patris sui, & perrexit in præceptis illius, & non iuxta peccata Israel. Cõfirmauitq́;
dñs regnũ in manu eius, & dedit omnis Iuda munera Iosaphat, factæq́; sunt ei ĩfinitæ diuitiæ
& multa gloria. Cũq́; sumpsisset cor eius audaciã propter vias dñi, etiã excelsa & lucos de Iu-
B da abstulit. Tertio aũt anno regni sui, misit de principibus suis, Benhail, & Abdiã, & Zacha
riam, & Nathanael, & Micheam, vt docerent in ciuitatibus Iuda, & cũ eis Leuitas, Semeiam,
& Nathanaim, & Zabadiã, Asel quoq;, & Semiramoth, & Ionathan, Adoniãq́; & Thobiã &
Thobodoniã Leuitas, & cum eis Elisama & Ioram sacerdotes. Docebantq́; populũ in Iuda,
habentes librũ legis dñi, & circumibãt cunctas vrbes Iuda, atq; erudiebant populũ. Itaq; fa
C ctus est pauor dñi super omnia regna terrarũ, quæ erãt per gyrum Iuda, nec audebãt bellare
contra Iosaphat, sed & Philistæi Iosaphat munera deferebãt, & vectigal argenti. Arabes q̃q;
adducebant pecora arietũ, septẽ milia septingentos, & hircos totidẽ. Creuit ergo Iosaphat
& magnificatus est vsq; in sublime, atq; ædificauit in Iuda domos, ad instar turrium, vrbesq́;
muratas, & multa opera patrauit in vrbibus Iuda. Viri quoq; bellatores & robusti erãt in Hie
rusalẽ, quorũ iste numerus per domos atq; familias singulorũ. In Iuda principes exercitus, Ed
D nas dux, & cum eo robustissimi viri trecenta milia. Post hunc Iohanan princeps, & cũ eo du- Heb. Et de fi-
centa octoginta milia. Post illũ q̃q; Amasias, filius Zechri cõsecratus dño, & cũ eo ducẽta mi lius Beniamin
lia virorũ fortiũ. * Hunc sequebat robustus ad ꝓlia, Eliada, et cũ eo tenentiũ arcũ, et clypeũ, du potẽs virtu-
te Eliada, &c

centa milia. Post istũ etiã Iozabad,& cũ eo centũ octoginta milia, expeditorũ militũ. Hi om-
nes erant ad manũ regis, exceptis alijs, quos posuerat in vrbibus muratis,& in vniuerso Iuda.

¶Achab consultis quadringentis pseudoprophetis, incarcerat Michæam,
ipse moritur ictu sagittæ. Cap. XVIII.

FVit igitur Iosaphat diues,& inclytus multũ,& affinitate coniũctus est Achab. Descẽ A
3. Reg. 22.a dit'q; post duos annos ad eũ in Samariã, ad cuius aduentũ mactauit Achab arietes, &
boues plurimos, ipsi & populo qui venerat cũ eo, persuasit'q; illi, vt ascenderet in Ra
moth Galaad. Dixit'q; Achab rex Israel ad Iosaphat regẽ Iuda. Veni mecũ in Ramoth
Galaad. Cui ille respondit. Vt ego & tu, sicut populus tuus, sic & populus meus, tecũ'q; erim*
in bello. Dixit Iosaphat ad regẽ Israel. Cõsule obsecro in præsentiarum sermonẽ domini. B
Congregauit igitur rex Israel prophetarũ quadringentos viros,& dixit ad eos. In Ramoth
Galaad ad bellandũ ire debemus, an quiescere? At illi. Ascendite (inquiunt) & tradet eos deus
in manus regis. Dixit'q; Iosaphat. Nunquid nõ est hic prophetes dñi, vt ab illo etiam requira-
mus? Et ait rex Israel ad Iosaphat. Est vir vnus à quo possumus quærere dñi voluntatem. Sed
ego odi eũ, quia non prophetat mihi bonũ, sed malũ omni tempore. Est autẽ Michæas filius
Iemla. Dixit'q; ei Iosaphat. Ne loquaris rex hoc modo. Vocauit ergo rex Israel vnũ de eunu-
chis,& dixit ei. Voca cito Michæã filiũ Iemla. Porro rex Israel & Iosaphat rex Iuda, vterq; C
sedebant in solio suo, vestiti cultu regio. Sedebãt aũt in area iuxta portã Samariæ, oẽs'q; pro-
phetæ vaticinabãtur coram eis. Sedechias vero filius Chanana, fecit sibi cornua ferrea,& ait.
Hæc dicit dñs. His vẽtilabis Syriã, donec cõteres eam. Omnes'q; prophetæ similiter prophe
tabant, atq; dicebãt. Ascẽde in Ramoth Galaad,& prosperaberis,& tradet eos dñs in manus
3. Reg. 22.c regis. Nũtius aũt qui ierat ad vocãdũ Michæã, ait illi. En verba omniũ prophetarũ vno ore
bona regi annuntiãt. Quæso ergo te, vt sermo tuus ab eis nõ dissentiat, loquaris'q; prospera.
Cui respondit Michæas. Viuit dñs, quia quodcũq; dixerit mihi deus meus, hoc loquar. Ve D
nit ergo ad regẽ. Cui rex ait. Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad bellãdũ, an quiesce
re? Cui ille respõdit. Ascendite. Cuncta enim prospera euenient,& tradent hostes in manus
vestras. Dixit'q; rex. Iterũ atq; iterũ te adiuro, vt mihi nõ loquaris, nisi quod verũ est, in nomĩe
dñi. At ille ait. Vidi vniuersum Israel dispersum in mõtibus, sicut oues absq; pastore. Et dixit
dñs. Nõ habent isti dominos. Reuertatur vnusquisq; in domũ suã in pace. Et ait rex Israel E
ad Iosaphat. Nonne dixi tibi, φ non prophetaret iste mihi quicq̃ boni, sed ea quę mala sunt?
At ille. Idcirco (ait) audite verbũ dñi. Vidi dñm sedẽtẽ in solio suo,& omnẽ exercitũ cœli assi
3. Reg. 22. stentẽ ei, à dextris & à sinistris. Et dixit dñs. Quis decipiet Achab regem Israel, vt ascẽdat &
corruat in Ramoth Galaad? Cum'q; diceret vnus hoc modo,& alter alio, processit spiritus,&
stetit corã dño,& ait. Ego decipiã eũ. Cui dñs. In quo inquit decipies? At ille respõdit. Egre-
diar,& ero spiritus mẽdax in ore omniũ prophetarũ eius. Dixit'q; dñs. Decipies,& præuale-
bis. Egredere & fac ita. Nũc igitur ecce dñs dedit spiritum mendacij in ore omnium prophe
tarum tuorũ,& dñs locutus est de te mala. Accessit autem Sedechias filius Chanana,& per
cussit Michææ maxillam,& ait. Per quam viam transiuit spiritus dñi à me, vt loqueretur ti- F
bi? Dixit'q; Michæas. Tu ipse videbis in die illo, quãdo ingressus fueris cubiculũ de cubiculo
tuo, vt abscondaris. Præcepit aũt rex Israel, dicẽs. Tollite Michæã,& ducite eũ ad Amon
principẽ ciuitatis,& ad Ioas filiũ Amalec,& dicetis. Hæc dicit rex. Mittite hũc in carcerẽ,&
date ei panis modicũ,& aquæ pauxillũ, donec reuertar in pace. Dixit'q; Michæas. Si reuersus
fueris in pace, nõ est dñs locutus in me. Et ait. Audite omnes populi. Igitur ascenderũt rex
Heb. Abscondar. Israel,& Iosaphat rex Iuda, in Ramoth Galaad. Dixit'q; rex Israel ad Iosaphat. *Mutabo habi
tũ,& sic ad pugnã vadã, tu aũt induere vestibus tuis. Mutato'q; rex Israel habitu, venit ad bel- G
lũ. Rex aũt Syriæ præceperat ducibus equitatus sui, dicens. Ne pugnetis contra minimũ, aut
contra maximũ, nisi cõtra solũ regẽ Israel. Itaq; cum vidissent principes equitatus Iosaphat,
dixerunt. Rex Israel est iste. Et circundederũt eum, dimicantes. At ille clamauit ad dñm,& au
xiliatus est ei, atq; auertit eos ab illo. Cum enim vidissent duces equitatus, φ nõ esset rex Isra-
ne. psectum el, reliquerunt eum. Accidit aũt vt vnus è populo sagittã in * incertũ iaceret,& percuteret
Heb. iunctu- regẽ Israel inter * ceruicẽ & scapulas. At ille aurigæ suæ ait. Conuerte manũ tuã,& educ me
ras ac loricã. de acie, quia vulneratus sum. Et finita est pugna in die illo. Porro rex Israel sedebat in cur-
ru suo contra Syros, vsq; ad vesperam,& mortuus est occidente sole.

¶Iosaphat increpatus à propheta Iehu, reuocat populũ ad cultũ dei. Cap. XIX.

REuersus est aũt Iosaphat rex Iuda in domũ suã pacifice in Hierusalẽ. Cui occurrit A
Iehu filius Anani vidẽs,& ait ad eum. Impio præbes auxilium,& his qui oderunt
dñm amicitia iungeris,& idcirco irã quidẽ dñi merebaris, sed bona opera inuenta
sunt in te, eo φ abstuleris lucos de terra Iuda,& præparaueris cor tuũ, vt requireres
dominũ deum patrum tuorum. Habitauit ergo Iosaphat in Hierusalem. Rursum'q; egressus B
est ad populum de Bersabee, vsque ad montem Ephraim,& reuocauit eos ad dominum deũ

patrum

patrum ſuoꝝ. Conſtituitq; iudices terræ, in cunctis ciuitatibus Iuda munitis, per ſingula loca
C Et præcipiens iudicibus: videte (ait) quid faciatis. Non eñ hominis exercetis iudiciũ, ſed dñi,
& quodcũq; iudicaueritis, in vos redundabit. Si timor dñi vobiſcũ, cum diligẽtia cũcta facite Rom.2.b
Non eſt eñ apud dñm deũ noſtrũ iniquitas, nec perſonaꝝ acceptio, nec cupido munerũ. Act.10.f
In Hieruſalẽ quoq; cõſtituit Ioſaphat Leuitas, & ſacerdotes, & principes familiaꝝ ex Iſrael, Deut.10.d
vt iudiciũ, & cauſam dñi iudicarẽt habitatoribus eius. Præcepitq; eis, dicens. Sic agetis in ti- Iob.24.b
D more dñi, fideliter & corde perfecto. Omnẽ cauſam quæ venerit ad vos, fratrũ veſtroꝝ q ha- Sapi.6.b
bitant in vrbibus ſuis, & inter cognationẽ & cognationẽ, vbicũq; quæſtio eſt de lege, de mã- Eccle.15.b
dato, de cerimonijs, de iuſtificationibus, oſtẽdite eis, vt non peccent in dñm, & ne veniat ira Gala.2.b
dei ſuper vos, & ſuper fratres veſtros. Sic ergo agentes nõ peccabitis. Amarias autẽ ſacerdos Ephe.6.b
& pontifex veſter, in his quæ ad deũ pertinent, præſidebit. Porrò Zabadias filius Iſmael, qui Coloſſ.3.d
eſt dux in domo Iuda, ſuper ea opera erit, quæ ad regis officiũ pertinẽt. Habetiſq; magiſtros 1.Pet.1.c
Leuitas, corã vobis. Confortamini & agite diligenter, & erit dñs * vobiſcũ in bonis. Hebr. dñs eſt

¶ Admiranda victoria dei pro Ioſaphat contra Moab, Ammon, & Seyr. Cap. XX. bonis.

A POſt hæc cõgregati ſunt filij Moab, & filij Ammon, & cum eis de Ammonitis, ad Io-
ſaphat, vt pugnarent contra eũ. Veneruntq; nuntij, & indicauerunt Ioſaphat, dicen-
tes. Venit cõtra te multitudo magna, de his locis quæ trans mare ſunt, & de Syria, &
ecce conſiſtũt in Haſaſonthamar, quæ eſt Engaddi. Ioſaphat autem timore perter
ritus, totũ ſe contulit ad rogandũ dñm, & prædicauit ieiuniũ vniuerſo Iuda. Congregatuſq;
B eſt Iudas ad deprecandũ dñm, ſed & omnes de vrbibus ſuis venerũt ad obſecrãdũ eũ. Cumq;
ſtetiſſet Ioſaphat in medio cœtu Iudæ, & Hieruſalẽ, in domo dñi, ante atriũ nouũ, ait. Dñe de
us patrũ noſtroꝝ, tu es deus in cœlo, & dominaris cũctis regnis gentiũ. In manu tua eſt forti-
tudo & potẽtia, nec quiſq̃ tibi poteſt reſiſtere. Nonne tu deus noſter interfeciſti omnes ha-
bitatores terræ huius, corã populo tuo Iſrael, & dediſti eam ſemini Abrahã amici tui, in ſem-
piternũ? Habitaueruntq; in ea, & extruxerũt in illa ſanctuariũ nomini tuo, dicẽtes. Si irruerint
ſuper nos mala, gladius iudicij, peſtilẽtia & fames, ſtabimus corã domo hac, in cõſpectu tuo,
in qua inuocatũ eſt nomẽ tuũ, & clamabimus ad te in tribulationibus noſtris, & exaudies nos
ſaluoſq; facies. Nunc ecce filij Ammon, & Moab, & mons Seyr, per quos nõ conceſſiſti filijs
Iſrael, vt tranſirẽt quando egrediebantur de Aegypto, ſed declinauerunt ab eis, & nõ inter-
fecerunt illos, ecõtrario agunt, & nituntur eijcere nos de poſſeſſiõe, quã tradidiſti nobis deus
noſter. Ergo nõ iudicabis eos? In nobis quidẽ non eſt tanta fortitudo, vt poſſimus huic mul-
titudini reſiſtere, quæ irruit ſuper nos. Sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolum
habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te. Oĩs vero Iuda ſtabat corã dño, cũ paruu
lis, & vxoribus, & liberis ſuis. Erat aũt Iahaziel, filius Zachariæ, filij Banaiæ, filij Iehiel, filij
Mathaniæ, Leuites, de filijs Aſaph, ſuper quẽ factus eſt ſpiritus dñi, in medio turbę, & ait. At-
tendite omnis Iuda, & qui habitatis in Hieruſalẽ, & tu rex Ioſaphat. Hæc dicit dñs vobis. No
D lite timere, nec paueatis hanc multitudinẽ. Non eſt eñ veſtra pugna, ſed dei. Cras deſcẽdetis
cõtra eos. Aſcenſuri eñ ſunt per cliuũ, nomine Zis, & inuenietis illos in ſummitate torrentis
q eſt cõtra ſolitudinẽ Ieruel. Non eñ eritis vos qui dimicabitis, ſed tantũmodo cõfidẽter ſta
te, & videbitis auxiliũ dñi ſup vos. O Iuda & Hieruſalẽ, nolite timere, nec paueatis. Cras egre
diemini cõtra eos, & dñs erit vobiſcũ. Ioſaphat ergo & Iuda, & omnes habitatores Hieruſa
lẽ ceciderũt proni in terrã corã dño, & adorauerũt eũ. Porrò Leuitæ de filijs Caath, & de filijs
Chore, laudabãt dñm deum Iſrael, voce magna in excelſum. Cũq; mane ſurrexiſſent, egreſſi
ſunt p deſertũ Thecuæ. Profectiſq; eis, ſtans Ioſaphat in medio eoꝝ, dixit. Audite me viri Iu
E da, & oẽs habitatores Hieruſalẽ. Credite in dño deo veſtro, & ſecuri eritis. Credite prophe-
tis eius, & cũcta euenient proſpera. Deditq; cõſiliũ populo, & ſtatuit cãtores dñi, vt laudarent Heb. decore
eũ in * turmis ſuis, & antecederẽt exercitũ, ac voce cõſona dicerẽt. Cõfitemini dño, qm̃ bon⁹ ſtĩtutus, dũ
qm̃ in æternũ miſericordia eius. Cũq; cœpiſſent laudes canere, vertit dñs inſidias eoꝝ in ſe egrederẽt añ
metipſos, filioꝝ ſcilicet Ammon, & Moab, & mõtis Seyr, q egreſſi fuerãt, vt pugnarẽt cõtra armatũ & di
Iudã, & percuſſi ſunt. Nãq; filij Ammõ & Moab conſurrexerũt aduerſum habitatores mon- cerent, &c.
tis Seyr, vt interficerẽt & delerẽt eos. Cũq; hoc opere perpetraſſent, etiã in ſemetipſos verſi,
mutuis ſe cõcidere vulneribus. Porrò Iuda cũ veniſſet ad ſpeluncã, quæ reſpicit ſolitudinẽ, vi
dit procul omnẽ late regionẽ plenã cadaueribus, nec ſupereſſe quenq̃, q necẽ potuiſſet eua-
F dere. Venit ergo Ioſaphat, & oĩs populus cũ eo, ad detrahẽda ſpolia mortuoꝝ. Inuenerũt-
q; inter cadauera variã ſupellectilẽ. Veſtes quoq;, & vaſa pretioſiſſima, & diripuerũt, ita vt oĩa
portare nõ poſſent, nec per tres dies ſpolia auferre, præ prædæ magnitudine. Die aũt quarto
cõgregati ſunt in valle benedictionis. Etenim (qm̃ ibi benedixerunt dño) vocauerũt locũ illũ
vallis benedictiõis, vſq; in pſentẽ diẽ. Reuerſuſq; eſt omnis vir Iuda, & habitatores Hieruſalẽ
& Ioſaphat, añ eos ĩ Hieruſalẽ, cũ lætitia magna, eo q dediſſet eis dñs gaudiũ de inimicis ſuis.
Ingreſſiq; ſunt in Hieruſalẽ cũ pſalterijs, & citharis, & tubis, in domũ dñi. Irruit autem pauor

 domini

domini ſuper vniuerſa regna terrarum, cũ audiſſent ꝙ pugnaſſet dñs contra inimicos Iſrael.
Quieuitq; regnũ Ioſaphat, & præbuit ei dñs pacẽ per circumitũ. Regnauit igitur Ioſaphat
ſuper Iudã, & erat trigintaquinq; annoꝝ cũ regnare cœpiſſet. Viginti aũt & quinq; annis re- G
gnauit in Hieruſalem, & nomẽ matris eius Azuba, filia Selachi. Et ambulauit in via patris ſui
Aſa, nec declinauit ab ea, faciens quæ placita erãt corã dño. Veruntamen excelſa nõ abſtulit,
& adhuc populus nõ direxerat cor ſuũ ad dñm deũ patrũ ſuoꝝ. Reliqua aũt geſtoꝝ Ioſaphat,
prioꝝ & nouiſſimoꝝ ſcripta ſunt in libris Iehu, filij Hanani, quæ digeſſit in libro regũ Iſrael.
Poſt hæc inijt amicitias Ioſaphat rex Iuda cũ Ochozia rege Iſrael, cuius opera fuerunt im-
pijſſima, & particeps fuit, vt facerent naues quę irent in Tharſis. Fecerunt claſſem in Aſionga-
ber. Prophetauit aũt Eliezer, filius Dodan, de Mareſa, ad Ioſaphat, dicẽs. Quia habuiſti fœ-
dus cũ Ochozia, percuſſit dñs opera tua, contritæq; ſunt naues, nec potuerunt ire in Tharſis.

¶ Moritur Ioſaphat, Succedit Ioram, is fratres ſuos occidit, à Philiſtæis opprimi-
tur, & fluxu ventris interit. Cap. XXI.

DOrmiuit autẽ Ioſaphat cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in ciuitate Dauid A
regnauitq; Ioram filius eius pro eo. Qui habuit fratres filios Ioſaphat, & Azariam
& Iahiel, & Zachariam, & Azariam, & Michael, & Saphatiã. Omnes hi filij Ioſa-
ne.con.&.p phat regis Iuda. Deditq; eis pater * ſuus multa munera argenti & auri, & penſati-
pẽſationibus Heb. legunt precioſa ones cũ ciuitatibus munitiſſimis in Iuda. Regnum autem tradidit Ioram, eo ꝙ eſſet primoge
nitus. Surrexit autem Ioram ſuper regnum patris ſui. Cumq; ſe confirmaſſet, occidit oẽs B
4.Reg.8.c fratres ſuos gladio, & quoſdam de principibus Iuda. Trigintaduoꝝ annorum erat Ioram cũ
regnare cœpiſſet, & octo annis regnauit ĩ Hieruſalẽ. Ambulauitq; in vijs regũ Iſrael, ſicut ege
2.Regũ.7.b rat domus Achab. Filia quippe Achab erat vxor eius. Et fecit malũ in cõſpectu dñi. Noluit aũt
dñs diſperdere domũ Dauid, propter pactũ quod inierat cũ eo, & quia promiſerat vt daret
ei lucernam, & filijs eius, in omni tempore. In diebus illis rebellauit Edom, ne eſſet ſubditus
Iudæ, & cõſtituit ſibi regem. Cumq; tranſiret Ioram cum principibus ſuis, & cuncto equitatu
qui erat ſecum: ſurrexit nocte, & percuſſit Edom, qui ſe circũdederat, & omnes duces equita-
tus eius. Attamen rebellauit Edom, ne eſſet ſub ditione Iuda, vſq; ad hanc diem. Eo tẽpo- C
re & Lobna receſſit, ne eſſet ſub manu illius. Dereliquerat enĩ dominum deum patrum ſuorũ
inſuper & excelſa fabricatus eſt, in vrbibus Iuda, & fornicari fecit habitatores Hieruſalem, &
præuaricari Iudã. Allatæ ſunt autẽ ei literæ ab Elia propheta, in quibus ſcriptum erat. Hæc di
cit dñs deus Dauid patris tui. Quoniam nõ ambulaſti in vijs Ioſaphat patris tui, & in vijs Aſa
regis Iuda, ſed inceſſiſti per iter regum Iſrael, & fornicari feciſti Iudam, & habitatores Hieru
ſalem, imitatus fornicationem domus Achab: inſuper & fratres tuos, domum patris tui, me-
liores te, occidiſti: ecce dominus percutiet te plaga magna cũ populo tuo, & filijs, & vxoribus
tuis, vniuerſaq; ſubſtantia tua. Tu autem ægrotabis peſſimo languore vteri, donec egredian
tur vitalia tua paulatim, per ſingulos dies. Suſcitauit ergo dominus contra Ioram ſpiritum
Philiſtinorum, & Arabum, qui confines ſunt Aethiopibus, & aſcenderunt in terram Iuda, & D
vaſtauerunt eã. Diripueruntq; cunctam ſubſtantiam, quę inuenta eſt in domo regis: inſuper
& filios eius, & vxores. Nec remanſit ei filius, niſi Ioachaz qui minimus natu erat. Et ſup hæc
omnia percuſſit eum dominus alui languore inſanabili. Cumq; diei ſuccederet dies, & tẽpo-
rum ſpatia voluerentur duorum annorum expletus eſt circulus. Et ſic longa conſumptus eſt
tabe, ita vt egereret etiã viſcera ſua, languore pariter & vita caruit. Mortuusq; eſt in infirmi-
tate peſſima, & nõ fecit ei populus ſecundũ morem, combuſtionis exequias, ſicut fecerat ma-
ioribus eius. Trigintaduoꝝ annoꝝ fuit, cũ regnare cœpiſſet, & octo annis regnauit in Hieru
ſalẽ. Ambulauitq; nõ recte. Et ſepelierũt eũ in ciuitate Dauid. Verũtñ nõ in ſepulchro regũ.

¶ Ioræ ſuccedit Ochozias, Is interficitur à Iehu rege Iſrael, Ioas filius
eius occultatus ſeruatur. Cap. XXII.

COnſtituerunt aũt habitatores Hieruſalẽ Ochoziã filiũ eius minimũ, regem pro eo. A
4.Regũ.8.f Omnes enim maiores natu, qui ante eum fuerant, interfecerunt latrones Arabum,
qui irruerant in caſtra. Regnauitq; Ochozias filius Ioram regis Iuda. Quadraginta-
duoꝝ annoꝝ erat Ochozias cũ regnare cœpiſſet, & vno anno regnauit in Hieruſa
lẽ, & nomẽ matris eius Athalia, filia Amri. Sed & ipſe ingreſſus eſt ꝑ vias domus Achab. Ma
ter enĩ eius impulit eũ, vt impie ageret. Fecit ergo malũ in cõſpectu dñi, ſicut domus Achab. B
Ipſi enĩ fuerũt ei cõſiliarij poſt mortẽ patris ſui in interitũ eius, ambulauitq; in cõſilijs eoꝝ, &
ꝑrexit cũ Iorã filio Achab rege Iſrael in bellũ cõtra Haſael regem Syriæ, in Ramoth Galaad,
vulnerauerũtq; Syri Iorã. Qui reuerſus eſt, vt curaret in Iezrael. Multas enĩ plagas acceperat
in ſupradicto certamine. Igiť Ochozias filius Iorã, rex Iuda, deſcẽdit vt inuiſeret Ioram fi-
liũ Achab, in Iezrael ægrotantẽ. Voluntatis quippe fuit dei aduerſus Ochoziã, vt veniret ad C
Iorã, & cũ veniſſet, & egrederetur cum eo aduerſum Iehu, filiũ Namſi, quẽ vnxit dominus,
vt deleret domũ Achab. Cum ergo euerteret Iehu domũ Achab, inuenit principes Iuda, &
filios

D filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant ei, & interfecit illos. Ipsum quoq; perquirēs Ocho- 4. reg. 11.a
ziam comprehendit, latitantē in Samaria, adductumq́; ad se, occidit. Et sepelierūt eum, eo q
esset filius Iosaphat, qui quæsierat dñm in toto corde suo. Nec erat vltra spes aliqua, vt de stir
pe quis regnaret Ochoziæ. Siquidē Athalia mater eius vidēs q mortuus esset filius suus, surre
xit & interfecit omnē stirpē regiā domus Ioram. Porro Iosabeath filia regis, tulit Ioas filiū
Ochoziæ, & furata est eum de medio filiorū regis, cum interficerentur, abscondit q́; eum cum
nutrice sua, in cubiculo lectulorum. Iosabeath autem quæ absconderat eum, erat filia regis Io
ram, vxor Ioiadæ pontificis, soror Ochoziæ: & idcirco Athalia nō interfecit eum. Fuit ergo
cum eis in domo dei absconditus sex annis, quibus regnauit Athalia super terram.

¶ Ioas Ochoziæ filius constituitur rex, occiditur Athalia. Cap. XXIII.

A ANno aūt septimo confortatus Ioiada, assumpsit centuriones, Azariā videlicet filiū
Ieroboā, & Ismael filiū Iohanan, Azariā quoq; filiū Obed, & Maasiam filiū Adaiæ, Ibidem.
& Elisaphat filiū Zechri, & iniit cum eis fœdus. Qui circumeuntes Iudam, congre-
gauerunt Leuitas de cunctis vrbibus Iuda, & principes familiarū Israel, veneruntq́;
in Hierusalem. Iniit ergo omnis multitudo pactum in domo domini cum rege. Dixitq́; ad
eos Ioiada. Ecce filius regis regnabit: sicut locutus est dominus super filios Dauid. Iste est er-
go sermo quē facietis. Tertia pars vestrum, qui veniunt ad sabbatum sacerdotum, & Leuita-
rum, & ianitorum, erit in portis: tertia vero pars ad domum regis: & tertia ad portam, quæ
B appellatur fundamenti. Omne vero reliquum vulgus sit in atriis domus domini, nec quis-
piam alius ingrediatur domū domini, nisi sacerdotes & qui ministrant de Leuitis. Ipsi tan-
tummodo ingrediātur, quia sanctificati sunt: & omne reliquū vulgus obseruet custodias do
mini. Leuitæ autē circundent regē, habentes singuli arma sua: & si quis alius ingressus fuerit
templū, interficiatur: sintq́; cum rege, & intrante, & egrediente. Fecerunt ergo Leuitæ &
vniuersus Iuda, iuxta omnia quæ præceperat Ioiada pontifex. Et assumpserunt singuli viros,
qui sub se erant, & veniebāt per ordinē sabbati, cum his qui iam impleuerāt sabbatū, & egres
suri erant. Siquidē Ioiada pontifex nō dimiserat abire turmas, quę sibi per singulas hebdoma
das succedere cōsueuerant. Deditq́; Ioiada sacerdos centurionibus lanceas, clypeosq́; & pel-
C tas regis Dauid, quas cōsecrauerat in domo dñi. Constituitq́; omnē populū tenentiū pugio-
nes, à parte templi dextera, vsq; ad partē templi sinistrā, corā altari, & templo, per circuitū re
gis, & eduxerunt filiū regis, & imposuerūt ei diadema, & testimoniū, dederūtq́; in manu eius
tenendam legē, & constituerunt eum regem, vnxit quoq; illū Ioiada pontifex, & filii eius, im
precatiq́; sunt ei atq; dixerunt, Viuat rex. Quod cū audisset Athalia, vocem scilicet curren-
tium, atq; laudantiū regē, ingressa est ad populū in templū dñi. Cumq́; vidisset regem, stantē
super gradū in introitu, & principes, turmasq́; circa eum, omnemq́; populū terræ gaudētem
atq; clangentē tubis, & diuersi generis organis concinentē, vocēq́; laudantiū, scidit vestimē-
ta sua, & ait. Insidiæ, insidiæ. Egressus est aūt Ioiada pontifex ad centuriones, & principes
D exercitus, dixit eis. Educite illā extra septa tēpli, & interficiatur foris gladio. Præcepitq́; sa-
cerdos, ne occideretur in domo dñi. Et imposuerunt ceruicibus eius manus. Cumq́; intrasset
portā equorū domus regis, interfecerūt eā ibi. Pepigit aūt Ioiada fœdus, inter se, vniuersum-
q; populū & regē, vt esset populus dñi. Itaq; ingressus est oīs populus domū Baal, & destru
xerunt eam: & altaria, ac simulachra illius confregerunt. Mathan quoq; sacerdotē Baal inter-
fecerunt ante aras. Cōstituit aūt Ioiada præpositos in domo dñi, & sub manibus sacerdotū
& Leuitarū, q̄s distribuit Dauid in domo dñi, vt offerrēt holocausta dño, sicut scriptū est in le
ge Moysi, in gaudio, & cāticis, iuxta dispositionē Dauid. Cōstituit q̄q; ianitores in portis do
mus dñi, vt nō ingrederetur eā immundus in omni re. Assumpsitq́; cēturiones & fortissimos
viros, ac principes populi, & omne vulgus terræ, & fecerunt descēdere regē de domo dñi, &
introire per mediū portæ superioris, in domū regis, & collocauerūt eum in solio regali. Læ
tatusq́; est omnis populus terræ, & vrbs quieuit. Porro Athalia interfecta est gladio.

¶ Ioas viuo Ioiada seruat legem, eo mortuo negligit, occidit Zachariam prophe-
tam, interficitur à seruis suis, succedit ei Amasias. Cap. XXIIII.

A SEptem annorū erat Ioas cum regnare cœpisset, & quadraginta annis regnauit in Hie-
rusalem. Nomē matris eius Sebia, de Bersabee. Fecitq́; quod bonū est corā dño, cun-
ctis diebus Ioiadæ sacerdotis. Accepit aūt ei Ioiada vxores duas, è quibus genuit fili- 4. Reg. 12.a
os & filias. Post quę placuit Ioas, vt instauraret domum dñi, cōgregauitq́; sacerdotes,
& Leuitas, & dixit eis. Egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite de vniuerso Israel pecuniam
ad sarta tecta templi dei vestri, per singulos annos, festinatoq́; hoc facite. Porro Leuitæ ege-
B re neglig ētius. Vocauitq́; rex Iuda Ioiadā principē, & dixit ei. Quare tibi nō fuit curę, vt co
geres Leuitas inferre de Iuda, & de Hierusalē pecuniam, quę constituta est à Moyse seruo dñi
vt inferret eā omnis multitudo Israel in tabernaculū testimonii? Athalia enim impiissima, &
filii eius destruxerunt domū dei, & de vniuersis quæ sanctificata fuerāt in domo dñi ornaue-

sunt phanum Baalim. Præcepit ergo rex & fecerũt arcã, posueruntq́; eam iuxta portã dñi,
forinsecus. Et prædicatũ est in Iuda, & Hierusalẽ, vt deferrent singuli pretiũ dño quod cõsti- C
tuit Moyses seruus dei super omnẽ Israel, in deserto. Lætatiq́; sunt cũcti principes, & oĩs po
pulus, & ingressi cõtulerunt in arcã dñi, atq; miserunt, ita vt impleretur. Cumq́; tempus esset
vt deferrẽt arcã corã rege, per manus Leuitarũ (videbãt enim multã pecuniã) ingrediebatur
scriba regis, & quẽ primus sacerdos cõstituerat, effundebantq́; pecuniã, quæ erat in arca. Por
rò arcã reportabãt ad locũ suum. Sicq́; faciebant per singulos dies. Et congregata est infinita
pecunia, quã dederunt rex & Ioiada, his qui præerãt operibus domus dñi. At illi cõducebant
ex ea cæsores lapidũ, & artifices operũ singulorũ, vt instaurarẽt domum dñi, fabros quoq; fer
ri, & æris, vt quod cadere cœperat, fulciretur. Egeruntq́; hi qui operabãtur industrie, & ob-
ducebaẽ parietũ cicatrix per manus eorũ, ac suscitauerũt domum dñi in statum pristinum, & D
firmiter eam stare fecerũt. Cumq́; complessent omnia opera, detulerunt corã rege, & Ioiada
reliquã partẽ pecuniæ, de qua facta sunt vasa tẽpli in ministeriũ ad holocausta, phialæ quoq;
& cætera vasa, aurea & argẽtea. Et offerebãt holocausta in domo dñi iugiter, cunctis diebus
Ioiadæ. Senuit autẽ Ioiada, plenus dierũ, & mortuus est cum centũ triginta esset annorum.
Sepelieruntq́; eũ in ciuitate Dauid cum regibus, eo q́ fecisset bonum cum Israel, & cũ domo
eius. Postq̃ autem obijt Ioiada, ingressi sunt principes Iuda, & adorauerunt regẽ. Qui deli
nitus obsequijs eorũ, acquieuit eis. Et dereliquerunt tẽplum dñi dei patrum suorum, seruie- E
runtq́; lucis, & sculptilibus. Et facta est ira dñi contra Iudã, & Hierusalẽ, propter hoc pecca-
Matth. 23. d tum. Mittebatq́; eis prophetas, vt reuerterenẽ ad dñm, quos protestantes illi audire nolebãt.
Spiritus itaq; dei induit Zachariã, filiũ Ioiadæ, sacerdotẽ, & stetit in cõspectu populi, & dixit
eis. Hæc dicit dñs deus. Quare transgredimini præceptũ dñi, quod vobis nõ proderit, & dere
liquistis dñm vt derelinqueret vos? Qui cõgregati aduersus eum miserũt lapides iuxta regis
imperiũ, in atrio domus dñi. Et non est recordatus Ioas rex misericordiæ, quã fecerat Ioiada F
pater illius secũ, sed interfecit filiũ eius. Qui cũ moreretur, ait. Videat dñs, & requirat. Cumq́;
euolutus esset annus, ascẽdit contra eum exercitus Syriæ, venitq́; in Iudã & Hierusalẽ, & inter
fecit cunctos principes populi, atq; vniuersam prædã miserunt regi, in Damascũ. Et certe cũ
permodicus venisset numerus Syrorũ, tradidit dñs in manibus eorũ infinitã multitudinẽ, eo
q́ dereliquissent dñm deũ patrũ suorũ. In Ioas quoq; ignominiosa exercuere iudicia. Et abeũ
tes dimiserunt eũ in languoribus magnis. Surrexerunt aũt contra eum serui sui in vltionẽ
sanguinis Zachariæ filij Ioiadæ sacerdotis, & occiderunt eũ in lectulo suo, & mortuus est. Se G
pelieruntq́; eũ in ciuitate Dauid, sed non in sepulchris regũ. Insidiati vero sunt ei Zachar fi-
lius Samaath Ammonitidis, & Iosabad filius Semarith Moabitidis. Porrò filij eius, ac summæ
pecuniæ, q̃ adunata fuerat sub eo, & istauratio dom' dei, scripta sunt diligẽtius in libris regũ.

¶Vincit Amasias Idumæos, Vincitur autem ipse & capitur à Ioas rege Israel, & occiditur. Cap. XXV.

4. Reg. 14. a Regnauit autem Amasias filius eius pro eo. Vigintiquinq; annorũ erat Amasias cũ A
Iosue. 9. c regnare cœpisset, & vigintinouẽ annis regnauit in Hierusalẽ. Nomen matris eius
Ioiadan, de Hierusalẽ. Fecitq́; bonũ in cõspectu dñi, veruntamen nõ in corde per-
fecto. Cũq́; roboratũ sibi videret imperiũ, iugulauit seruos qui occiderant regem
Deut. 24. c patrẽ suũ, sed filios eorũ non interfecit, sicut scriptũ est in libro legis Moysi, vbi præcepit dñs
4. Reg. 14. b diceos. Nõ occidentur patres pro filijs, neq; filij pro patribus suis, sed vnusquisq; in suo pec- B
Ezech. 18. e cato morieẽ. Cõgregauit igitur Amasias Iudã, & constituit eos per familias, tribunosq́; &
cẽturiones, in vniuerso Iuda, & Beniamin, & recensuit à viginti annis & sursum, inuenitq́; tri
ginta milia iuuenum, qui egrederẽtur ad pugnã, & tenerent hastã, & clypeũ. Mercede quoq;
conduxit de Israel centũ milia robustorũ, centũ talẽtis argenti. Venit aũt homo dei ad illũ,
& ait. O rex, ne egrediatur tecũ exercitus Israel. Non est enim dñs cum Israel, & cunctis filijs C
Ephraim. Quod si putas in robore exercitus bella cõsistere, superari te faciet deus ab hostibus
Dei quippe est, & adiuuare, & in fugã cõuertere. Dixitq́; Amasias ad hominẽ dei. Quid ergo
fiet de centũ talẽtis quæ dedi militibus Israel? Et respondit ei homo dei. Habet dñs vnde tibi
dare possit multo his plura. Separauit itaq; Amasias exercitũ qui venerat ad eũ ex Ephra-
im, vt reuerteretur in locũ suũ. At illi cõtra Iudã vehemẽter irati, reuersi sunt in regionẽ suam D
Porrò Amasias cõfidenter eduxit populũ suũ, & abijt in vallẽ salinarũ, percussitq́; filios Seir,
decẽ milia. Et alia decẽ milia virorũ cæperunt filij Iuda, & adduxerũt ad præruptũ cuiusdam
petræ, præcipitaueruntq́; eos de summo in præceps, qui vniuersi crepuerũt. At ille exercitus
quem remiserat Amasias, ne secum iret ad prælium, diffusus est in ciuitatibus Iuda, à Samaria
vsq; ad Bethhorõ, & interfectis tribus milibus, diripuit prædã magnã. Amasias vero post
cædem Idumæorum, & allatos deos filiorum Seir, statuit illos in deos sibi, & adorabat eos, & E
illis adolebat incensum. Quamobrem iratus dominus contra Amasiam, misit ad illum pro-
phetam, qui diceret ei, Cur adorasti deos qui non liberauerunt populum suum de manu tua?

Cum

Cumq́; hæc ille loqueret. Respondit ei: Num consiliarius regis es? Quiesce, ne interficiā te. De
scendensq́; ꝓpheta. Scio (inquit) quod cogitauerit dominus occidere te, quia fecisti hoc ma-
lum, & insup non acquieuisti consilio meo. Igit Amasias rex Iuda inito pessimo consilio, mi 4.Reg.14.a
sit ad Ioas filium Ioachas, filij Iehu, regem Israhel, dicens: Veni videamus nos mutuo. At ille re
misit nuntios, dicens: Carduus qui est in Lybano, misit ad Cedrum Lybani, dicens: Da filiam
tuā filio meo vxorem, & ecce bestiæ quæ erāt in sylua Lybani, transierunt, & conculcauerunt
carduum. Dixisti, Percussi Edom, & idcirco erigit cor tuum in supbiam. Sede in domo tua.
F Cur malum aduersum te ꝓuocas, vt cadas & tu, & Iuda tecum. Noluit autem audire Amasias,
eo quod domini esset voluntas, vt traderet in manus hostium, ꝓpter deos Edom. Ascendit
igit Ioas rex Israhel, & mutuos sibi p̄buere conspectus. Amasias autem rex Iuda erat in Bethsa-
mes Iudæ. Corruitq́; Iudas corā Israhel, & fugit in tabernacula sua. Porrò Amasiā regem Iu-
da, filium Ioas, filij Ioachas, cœpit Ioas rex Israhel, in Bethsames, & adduxit in Hierusalem.
Destruxitq́; muꝝ eius à porta Ephraim, vsque ad portā anguli, quadringentis cubitis. Om̄e
quoque auꝝ, & argentum, & vniuersa vasa quæ repererat in domo dei, & apud Obededom,
G in thesauris etiam domus regiæ, necnon & filios obsidum reduxit in Samariā. Vixit autem
Amasias, filius Ioas, rex Iuda, postquā mortuus est Ioas, filius Ioachas, rex Israhel, quindecim
annis. Reliqua autem sermonum Amasiæ prioꝝ & nouissimoꝝ, scripta sunt in libro regum
Iuda, & Israhel. Qui postquā recessit à domino, tetenderunt ei insidias in Hierusalem. Cumq́;
fugisset Lachis, miserunt & interfecerunt eum ibi, reportātesq́; sup equos, sepelierunt eum cū
patribus suis, in ciuitate Dauid.

¶ Mortuo Amasia, succedit Ozias, qui ꝑcussus lepra, tandem morit, succeditq́; Iotham.
Caput XXVI.

A OMnis autem populus Iuda, filium eius Oziam, annoꝝ sedecim, constituit regem ꝓ 4.Reg.14.a
Amasia p̄re suo. Ipse ædificauit Eloth, & restituit eā ditioni Iudæ, postquā dormi-
uit rex cum patribus suis. Sedecim annoꝝ erat Ozias cum regnare cœpisset, & quin
quaginta duobus annis regnauit in Hierusalem. Nomen matris eius Iecalia de Hie-
rusalem. Fecitq́; qđ erat rectū in oculis domini, iuxta om̄ia quæ fecerat Amasias pater eius, &
exquisiuit dominū in diebus Zachariæ intelligentis, *& videntis deum. Cumq́; requireret do Heb. timores
minum, direxit eū in omnibus. Deniq́; egressus est, & pugnauit contra Philistijm, & destru- dei.
B xit murū Geth, & muꝝ Iabne, muꝝq́; Azoti. Aedificauit quoq́; oppida in Azoto, & in Phili-
stijm, & adiuuit eū deus contra Philistijm, & contra Arabes, qui habitabāt in Gurbaal, & con-
tra Ammonitas. Appendebātq́; Ammonitæ munera Oziæ. Et diuulgatum est nomen eius
vsq́; ad introitū Aegypti, ꝓpter crebras victorias. Aedificauitq́; Ozias turres in Hierusalē,
sup portā anguli, & sup portā vallis, & reliquas in eodē muri latere, firmauitq́; eas. Extruxitq́;
turres in solitudine, & effodit cisternas plurimas, eo quod haberet multa pecora, tam in cam-
pestribus q̄ in eremi vastitate. Vineas quoq́; habuit, & vinitores, in montibus, & in Carmelo.
Erat quippe homo agriculturæ deditus. Fuit autem exercitus bellatoꝝ eius, qui ꝓcedebāt ad
prælia, sub manu Iehiel scribæ, Maasiæq́; doctoris, & sub manu Hananiæ, qui erat de ducibus
C regis. Omnisq́; numerus principū ꝑ familias suas viroꝝ fortium, duoꝝ milium sexcentoꝝ,
& sub eis vniuersus exercitus trecentoꝝ, & septem miliū quingentoꝝ, qui erāt apti ad bella, &
ꝓ rege contra aduersarios dimicabāt. Præparauit quoq́; eis & Ozias, id est, cuncto exercitui,
clypeos, & hastas, & galeas, & loricas, arcusq́;, & fundas ad iaciendos lapides. Et fecit in Hieru
salem diuersi generis machinas, quas in turribus collocauit, & in angulis muroꝝ, & mitterent
sagittas, & saxa grādia. Egressumq́; est nomen eius ꝓcul, eo q̄ auxiliaret ei dn̄s, & corroboras-
set illū. Sed cū corroboratus esset, eleuatū est cor eius in interitū suū, & neglexit dominū deum
suū. Ingressusq́; in templū dn̄i adolere voluit incensum, sup altare thymiamatis. Statimq́; in-
gressus post eū Azarias sacerdos, & cū eo sacerdotes dn̄i octoginta, viri fortissimi, restiterūt re
gi, atq́; dixert. Non est tui officij Ozia, vt adoleas incensum dn̄o, sed sacerdotū, hoc est, slioꝝ
Aaron, qui cōsecrati sunt ad huiuscemodi ministeriū. Egredere de sanctuario, ne contēpseris,
quia nō reputabit tibi in gloriā hoc, à dn̄o deo. Iratusq́; Ozias, & tenēs in manu thuribulū,
D vt adoleret incensum, minabat sacerdotibus. Statimq́; orta est lepra in fronte eius, corā sacer-
4.q.7.ca. nos dotibus, in domo dn̄i, sup altare thymiamatis. Cūq́; respexisset eū Azarias pōtifex, & om̄es reli
8.§. sed no- qui sacerdotes, viderūt leprā in fronte eius, & festinato expulerunt eū. Sed & ipse ꝑterritus, ac-
tandum. celerauit egredi, eo quod sensisset illico plagā domini. Fuit igit Ozias rex leprosus, vsq́; ad di
em mortis suæ. Et habitauit in domo separata plenus lepra, ob quā eiectus fuerat de domo do
mini. Porrò Iotham filius eius, rexit domū regis, & iudicauit populum terræ. Reliqua autem
sermonū Oziæ, prioꝝ & nouissimoꝝ, scripsit Esaias filius Amos ꝓpheta. Dormiuitq́; Ozias
cum patribus suis, & sepelierunt eum in agro regalium sepulchroꝝ, eo quod esset leprosus, &
regnauit Iotham filius eius pro eo.

¶ Regnat, vincit Ammonitas, moritq́; Iotham, succedit ei Achas filius suus. Ca. XXVII.

4.Regū.15.g. VIgintiquinq; annorū erat Iotham, cum regnare cœpisset, & sedecim annis regna- A
uit in Hierusalem. Nomen matris eius Ierusa, filia Sadoc, fecitq; quod rectum erat
coram domino, iuxta omnia quæ fecerat Ozias pater suus, excepto quod non est
ingressus templum domini, & adhuc populus delinquebat. Ipse ædificauit portā do B
mus domini excelsam, & in muro Ophel multa construxit. Vrbes quoq; ædificauit in monti
bus Iuda, & in saltibus, castella, & turres. Ipse pugnauit contra regem filiorū Ammon, & vicit
eum. Dederuntq; ei & filij Ammon in tpe illo, centum talenta argenti, & decem milia choros C
tritici, ac totidem choros hordei. Hæc ei præbuerunt filij Ammon in anno secundo & tertio.
Corroboratusq; est Iotham, eo quod direxisset vias suas corā domino deo suo. Reliqua autē
sermonum Iotham, & omnes pugnæ eius, & opa, scripta sunt in libro regum Israhel, & Iuda. D
Vigintiquinque annorum erat, cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Hierusa-
lem. Dormiuitq́; Iotham cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitatibus Dauid, & regna
uit Achas filius eius pro eo.

¶ Impietates Achas, regis Iuda, q̊ mortuo, succedit Hezechias. Ca. XXVIII.

4.Reg.16.a VIginti annorū erat Achas, cū regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Hier'm A
Non fecit rectum in conspectu domini, sicut Dauid pater eius, sed ambulauit in vi
is regum Israhel, insup & statuas fudit Baalim. Ipse est qui adoleuit incensum in val
le Ben Ennon, & lustrauit filios suos in igne, iuxta ritum gentium, quas interfecit
dominus in aduētu filiorū Israel. Sacrificabat quoq;, & thymiama succendebat in excelsis, &
in collibus, & sub omni ligno frondoso. Tradiditq; eum dominus deus eius in manu regis Sy
riæ. Qui pcussit eum, magnamq; pdam cœpit de eius imperio, & adduxit in Damascum. Ma-
nibus quoq; regis Israhel traditus est, & pcussus plaga grādi. Occiditq; Phacee filius Romeliæ
de Iuda centum viginti milia, in die vno, omnes viros bellatores, eo quòd reliquissent domi-
num deum patrum suorū. Eodem tempore occidit Zechri, vir potens ex Ephraim, Maasi- B
am filium regis, & Ezricam ducem domus eius, Elcanam quoque secundum à rege. Cœpe-
runtq; filij Israhel de fratribus suis ducenta milia mulierū, puerorū, & puellarū & infinitā præ-
dam, pertuleruntq; eam in Samariā. Ea tempestate erat ibi ppheta domini nomine Obeb.
Qui egressus obuiā exercitui venienti in Samariā, dixit eis. Ecce iratus dominus deus patrum
vestrorū contra Iudam, tradidit eos in manibus vestris. Et occidistis eos atrociter: ita vt ad
cœlum pertingeret vestra crudelitas. Insuper filios Iuda & Hierusalem vultis vobis subijcere
in seruos & ancillas, quo nequaquā facto opus est. Peccastis enim sup hoc domino deo vestro
Sed audite consilium meum, & reducite captiuos quos adduxistis de fratribus vestris, quia ma
gnus furor domini imminet vobis. Steterunt itaque viri de principibus filiorū Ephraim Aza
rias filius Iohannan, Barachias filius Mesillemoth, Hezechias filius Sellum, & Amasias filius
Hadalai, contra eos qui veniebāt de plio, & dixerunt eis. Non introducetis huc captiuos, ne
peccemus domino. Quare vultis adijcere sup pctā nostra, & vetera cumulare delicta? Grande
quippe peccatum est, & ira furoris domini imminet sup Israhel. Dimiseruntq; viri Israhel bel-
latores prædam, & vniuersa quæ cœperāt, corā principibus, & omni multitudine. Steterūtq; C
viri quos supra memorauimus, & apphendentes captiuos omnes qui nudi erāt, vestierunt de
Heb. oē infir spolijs. Cumq; vestijssent eos, & calceassent, & refecissent cibo ac potu, vnxissentq; * ,ppter la
mū in asinis borem, & adhibuissent eis curā, quicūq; ambulare non poterāt, & erāt imbecillo corpore, im
duxerūt & ad posuerunt eos iumentis, & adduxerunt eos in Hiericho, ciuitatem palmarū, ad frēs eorū, ipsiq;
duxerūt &c. reuersi sunt in Samariā. Tempore illo misit rex Achas ad regem Assyriorū, postulās auxili-
um. Veneruntq; Idumæi, & pcusserunt multos ex Iuda, & cœperunt pdam magnā. Philistijm
quoq; diffusi sunt p vrbes cāpestres, & ad meridiem Iuda, cœperuntq; Bethsames, & Aialō, &
He. Thimnah Gaderoth, Socho quoq;, & * Thamnam, & Gamso cum viculis, & habitauerunt in eis. Hu- D
& filias. i. ui- miliauerat enim dominus Iudā, ppter Achas regem Iuda, eo quod nudasset eū auxilio, & con
culos eius. temptui habuisset dominum, *adduxitq; contra eum Thiglath Palneser regem Assyriorū, qui
He. venit ad & afflixit eum, & * nullo resistente vastauit. Igit Achis spoliata domo domini, & domo re-
eum Tiglath gum, ac principū dedit regi Assyriorū munera, & tamen nihil ei pfuit. Insup & tpe angustiæ
Pilneser suæ auxit cotemptū in dominū. Ipse p se rex Achas immolauit dijs Damasci victimas pcusso-
He. non robo ribus suis, & dixit: Dij regū Syriæ auxiliant eis. Quos ego placabo hostijs, & aderit mihi, cū ecō
rauit eum. trario ipsi fuerint ruina ei, & vniuerso Israhel. Direptis itaq; Achas omnibus vasis domus dei,
atq; confractis, clausit ianuas templi dei, & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Hierusalem. In
omnibus quoq; vrbibus Iuda extruxit aras ad cremādum thus, atq; ad iracundiā puocauit do
minum deum patrum suorū. Reliqua autem sermonum eius, & omnium operū suorū priorū
& nouissimorū, scripta sunt in libro regum Iuda, & Israhel. Dormiuitq; Achas cum prībus suis,
& sepelierunt eum in ciuitate Hierusalem. Neq; enim receperunt eum in sepulchris regū Isra
hel. Regnauitq; Hezechias filius eius pro eo.

¶ Hezechias, cuncta à maioribus in templo dñi neglecta instaurat. Ca. XXIX

Igitur

A IGitur Hezechias regnare cœpit, cũ vigintiquinq; esset annorũ, & vigintinouem annis re 4.reg.18.a
gnauit in Hierl'm. Nomen m'ris eius Abia, filia Zacharię, fecit'q; qđ erat placitũ in conspe
ctu domini: iuxta oĩa quæ fecerat Dauid p'r eius. In ipso anno, & mense primo regni
sui, aperuit valuas domus dñi, & instaurauit eas, adduxit'q; sacerdotes atq; Leuitas, & con
gregauit eos in plateã orientalem, dixit'q; ad eos. Auditæ me Leuitæ, & sanctificamini. Mun
date nomen dñi dei p'rm nostrorũ, & auferte omnem immunditiã de sanctuario. Peccauerũt
B p'res nostri, & fecerũt malũ in cõspectu domini dei nr'i, derelinq̃ntes eũ. Auerterũt facies suas à
H.4.4.c.recedite tabernaculo dñi dei nostri, & p̃buerunt dorsum, clauserunt ostia quæ erãt in porticu, & extin-
xerunt lucernas, incensum'q; non adoleuerũt, & holocausta non obtulerunt in sanctuario deo
Israhel. . Concitatus est itaq; furor domini sup Iudã & Hierl'm, tradidit'q; eos in commotionẽ
& in interitũ, & in sibilũ, sicut ipsi cernitis oculis vestris. Et corruerunt p'res nostri gladijs, filij
nostri, & filiæ nr'æ, & coniuges captiuæ ductæ sunt. ꝓpter hoc scelus. Nunc ergo placet mihi,
vt ineamus fœdus cũ dño deo Israhel, & auertet à nobis furorem iræ suæ. Filij mei, nolite ne
gligere. Vos elegit dñs, vt stetis coram eo, & ministretis illi, colatis'q; eum, & cremetis ei incen
C sum. Surrexerunt ergo Leuitæ, Mahath filius Amasiæ, & Ioel filius Azariæ de filijs Caath.
Porrò de filijs Merari, Cis, filius Abdi, & Azarias, filius Iahabeleel. De filijs autẽ Gerson, Ioah
filius Semma, & Eden, filius Ioah. At vero de filijs Elisaphan, Samri, & Iahiuel. De filijs quoq;
Asaph, Zacharias, & Mathanias. Necnon de filijs Heman, Iahiel, & Semei. Sed & de filijs Idi-
thun, Semeias, & Oziel. Congregauerũt'q; frẽs suos, & sanctificati sunt, & ingressi sunt iuxta mã
D datum regis & imperiũ domini, vt expiarent domũ dei. Sacerdotes quoq; ingressi templũ do
mini, vt sanctificarent illud, extulerũt omnẽ immunditiã quã intro reppererãt in vestibulo do
mus domini quã tulerunt Leuitæ, & asportauerũt ad torrentem Cedron foras. Cœperũt autem
prima die mensis primi mundare, & in die octauo eiusdem mensis, ingressi sunt porticum do-
mus templi domini. Expiauerunt'que templum diebus octo, & in die sextadecima mensis
eiusdẽ, qđ cœperãt impleuerũt. Ingressi quoq; sunt ad Hezechiã regem, & dixerũt ei: Sãctifi-
cauimus oẽm domũ dñi, & altare holocausti, vasa'q; eius, necnon & mẽsam ꝓpositiõis, cũ omi
bus vasis suis, cunctã'q; templi supellectilẽ, quã polluerat rex Achas in regno suo, postq̃ p̃uari-
E catus est, & ecce exposita sunt omnia corã altari dñi. Consurgẽtes'q; diluculo Hezechias rex
adunauit oẽs principes ciuitatis, & ascẽdit in domũ dñi. Obtulerũt'q; sil' tauros septẽ, & arietes
septẽ, agnos septẽ, & hircos septẽ ꝓ peccato, ꝓ regno, ꝓ sanctuario, ꝓ Iuda. Dixit'q; sacerdoti
bus, filijs Aaron, vt offerrent sup altare domini. Mactauerunt igit' tauros, & susceperunt san-
guinem sacerdotes, & fuderunt illum sup altare. Mactauerunt etiã arietes, & illorũ sanguinem
sup altare fuderunt, Immolauerunt agnos, & fuderũt sup altare sanguinem. Applicuerũt hir
cos ꝓ peccato, corã rege, & vniuersa multitudine, imposuerunt'q; manus suas sup eos, & im-
molauerunt illos sacerdotes, & asperserunt sanguinem eorũ corã altari, ꝓ piaculo vniuersi Is-
F rahelis. Pro omni quippe Israhel p̃ceperat rex vt holocaustum fieret ꝓ peccato. Constituit
quoq; Leuitas in domo domini, cum cymbalis, & psalterijs, & citharis, secundum dispositio-
nem Dauid regis, & Gad videntis, & Nathan ꝓphetæ, siquidem domini p̃ceptum fuit p ma-
num ꝓphetarũ eius. Steterunt'q; Leuitæ tenentes organa Dauid, & sacerdotes tubas. Et iussit
Hezechias vt offerrent holocausta sup altare. Cum'q; offerrent holocausta, cœperunt lau- 1.Par.15.d
des canere domino, & clãgere tubis, atq; in diuersis organis quæ Dauid rex Israhel repererat,
concrepare. Omni autem turba adorãte, cãtores & hi qui tenebãt tubas erãt in officio suo, do
nec compleret' holocaustum. Cum'q; finita esset oblatio, Incuruatus est rex, & omnes qui erãt
cũ eo, & adorauerunt. Præcepit'q; Hezechias & principes Leuitis vt laudarent dñm sermoni-
bus Dauid, & Asaph videntis: qui laudauerunt deũ magna lætitia, & incuruato genu adora-
uerũt, Hezechias autem etiã hæc addidit, implestis manus vestras domino, accedite, & offer-
G te victimas, & laudes in domo domini. Obtulit ergo vniuersa multitudo hostias, & laudes,
& holocausta, mẽte deuota. Porrò nũerus holocaustorũ quæ obtulit multitudo, hęc fuit. Tau
ros septuaginta, arietes centum, agnos ducentos, sanctificauerunt'q; dño boues sexcentos, &
oues tria milia. Sacerdotes vero pauci erãt, nec poterãt sufficere, vt pelles holocaustorũ detra
herent, vnde & Leuitæ fratres eorũ adiuuerunt eos, donec impleret' opus, & sanctificarent' an
tistites. Leuitæ q̃ppe faciliori ritu sanctificant' quàm sacerdotes. Fuerunt ergo holocausta plu
rima, adipes pacificorum, & libamina holocaustorũ. Et completus est cultus domus domini.
Lætatus'q; est Hezechias, & omnis populus, eo q̃ ministerium domini esset expletum. * Re- He. Qm̃ repẽte fuit res.
pente quippe hoc fieri placuerat.

¶ De phase per Hezechiam celebrato. Ca. XXX.

A MIsit quoq; Hezechias ad omnẽ Israhel & Iudã, scripsit'q; epistolas ad Ephraim, & Ma-
nassen, vt venirent ad domum domini in Hierusalem, & facerent phase, domino
deo Israhel. Inito ergo consilio regis, & principũ, & vniuersi cœtus in Hierusalẽ
decreuerũt vt facerẽt phase, mẽse secundo. Non enim occurrerat facere in t'pe suo:
quia

quia ſacerdotes qui poſſent ſufficere, ſanctificati non fuerāt, & populus nondum congrega-
tus fuerat in Hieruſalem. Placuitq́ꝫ ſermo regi, & omni multitudini, & decreuerunt vt mitte-
ret nuntios ad vniuerſum Iſrahel, de Berſabee vſqꝫ Dan, vt venirent & facerent phaſe domino
Infra eodem deo Iſrahel, in Hieruſalem. Multi enim non fecerāt ſicut in lege ꝑſcriptū eſt. Perrexeruntq́ꝫ
curſores cū epiſtolis, ex regis imperio, & principū eius, in vniuerſum Iſrahel, & Iudā, iuxta id
quod rex iuſſerat, prædicātes. Filij Iſrahel reuertimini ad dominum deum Abrahā, & Iſaac, B
& Iſrahel, & reuertet ad reliquias, quæ effugerunt manus regis Aſſyriorꝫ. Nolite fieri ſicut pa-
tres veſtri & frēs, qui receſſerunt à dn̄o deo pr̄m ſuorꝫ, & tradidit eos in interitū, vt ipſi cerni-
tis. Nolite indurare ceruices veſtras ſicut pr̄es veſtri. Tradite manus veſtras domino, & veni-
te ad ſanctuariū eius: quod ſanctificauit in æternū. Seruite dn̄o deo pr̄m veſtrorꝫ, & auertet à
vobis ira furoris eius. Si em̄ vos reuerſi fueritis ad dominū, & frēs veſtri, & filij habebunt mi-
Supra eodẽ ſericordiā corā dominis ſuis: qui illos duxerunt captiuos, & reuertent in terrā hāc. Pius enim
& clemens eſt dn̄s deus veſter, & nō auertet faciē ſuā à vobis ſi reuerſi fueritis ad eū. Igit curſo
res ꝑgebāt velociter de ciuitate in ciuitatem, ꝑ terrā Ephraim, & Manaſſe, vſqꝫ ad Zabulon, C
illis irridentibus & ſubſannātibus eos. Attn̄ quidā viri ex Aſer, & Manaſſe, & Zabulon, acqui
eſcentes conſilio, venerunt Hierl̄m. In Iuda vero facta eſt manus domini, vt daret eis cor vnū,
vt facerent iuxta ꝓceptū regis, & principū, verbū domini. Congregatiq́ꝫ ſunt in Hierl̄m po
puli multi vt facerēt ſolēnitatē azymorꝫ, in mēſe ſcd̄o. Et ſurgētes deſtruxerūt altaria q̄ erāt in
Hierl̄m, atqꝫ vniuerſa in qbus idolis adolebat incenſum, ſubuertentes, ꝓiecerunt in torrētem
Cedron. Immolauerūt aūt phaſe, q̄rtadecima die menſis ſecūdi. Sacerdotes quoqꝫ atqꝫ Leui-
tæ, tādem ſanctificati, obtulerūt holocauſta in domo dn̄i, ſteterūtq́ꝫ in ordine ſuo, iuxta diſpo-
ſitionē, & legē Moyſi hominis dei. Sacerdotes vero ſuſcipiebāt effundendū ſanguinē de ma-
Heb. Leuitæ nibus Leuitarꝫ, eo ꝙ multa turba ſanctificata non eſſet, & * idcirco immolarēt Leuitæ phaſe,
erāt ſup immo his q nō occurrerāt ſanctificari dn̄o. Magna etiā pars populi de Ephraim, & Manaſſe, & Iſſa-
latōe Pheſah char, & Zabulon q̄ ſanctificata nō fuerat, comedit phaſe, nō iuxta qd̄ ſcriptū eſt. Et orauit ꝓ
ꝓ omni non eis Hezechias dicēs: Dn̄s bonus, ꝓpitiabit cūctis: q in toto corde requirūt dn̄m deū pr̄m ſuorꝫ D
mūdo ad ſan & nō imputabit eis, ꝙ minus ſanctificati ſunt. Quē exaudiuit dn̄s, & placatus eſt populo. Fece
ctificādū do runtq́ꝫ filij Iſrahel q inuenti ſunt in Hieruſalē, ſolennitatē azymorꝫ, ſeptē diebus, in lætitia ma
mino gna, laudātes dn̄m ꝑ ſingulos dies, Leuitæ q̄qꝫ & ſacerdotes ꝑ organa, quæ ſuo officio cōgrue
bāt. Et locutus eſt Hezechias ad cor oīm Leuitarꝫ, q habebāt intelligētiā bonā ſup dn̄o. Et co
mederūt ſeptē diebus ſolēnitatis, immolātes victimas pacificorꝫ, & laudātes dn̄m deum pr̄m
ſuorꝫ. Placuit vniuerſæ multitudini, vt celebrarēt etiā alios dies ſeptē: qd̄ & fecerūt cū ingenti
gaudio. Hezechias āt rex Iuda ꝓbuerat multitudini mille tauros, & ſeptē milia ouiū. Principes
vero dederāt populo, tauros mille, & oues decē milia. Sāctificata eſt ergo ſacerdotū plurima
mltitudo, & hilaritate ꝑfuſa oīs turba Iuda, tā ſacerdotū & Leuitarꝫ q̄ vniuerſę frequētiæ, q̄ ve
nerat ex Iſrahel, ꝓſelytorꝫ quoqꝫ de terra Iſrahel, & habitātiū in Iuda. Factaq́ꝫ eſt grādis cele-
britas in Hieruſalē, qualis à diebus Salomonis filij Dauid regis Iſrahel in ea vrbe nō fuerat. Sur
rexerunt aūt ſacerdotes atqꝫ Leuitæ, benedicentes populo. Et exaudita eſt vox eorꝫ: ꝑuenitq́ꝫ
oratio ad habitaculum ſanctum cœli.

¶ Hezechias (reuocato ad dominū populo) ſacerdotes conſtituit, quibus & deci-
mas dari iubet. Cap. XXXI.

CVmq́ꝫ hæc fuiſſent rite celebrata, egreſſus eſt oīs Iſrahel, qui inuentus fuerat in vrbi- A
bus Iuda: & fregerunt ſimulachra: ſucciderūtq́ꝫ lucos, demoliti ſunt excelſa, & altaria
deſtruxerūt, non ſolū de vniuerſo Iuda, & Beniamin, ſed & de Ephraim quoqꝫ & Ma
naſſe, donec penitus euerterent. Reuerſiq́ꝫ ſunt omnes filij Iſrahel in poſſeſſiōes & ci-
uitates ſuas. Hezechias aūt conſtituit turmas ſacerdotales, & Leuiticas, ꝑ diuiſiones ſuas, vnū-
quēqꝫ in officio ꝓprio, tā ſacerdotū videlicet, q̄ Leuitarꝫ, ad holocauſta & pacifica, vt mini-
ſtrarēt, & cōfiterent, canerētq́ꝫ in portis caſtrorꝫ dn̄i. Pars aūt regis eorꝫ erat, vt de ꝓpria eius
ſubſtātia offerret holocaſtū mane ſemꝑ, & veſpere: ſabbatis quoqꝫ, & calēdis, & ſolēnitatibus
Leui.23.c. cæteris: ſicut ſcriptū eſt in lege Moyſi. Præcepit etiā populo habitātium Hieruſalē, vt darēt
num.18.b partes ſacerdotibus & Leuitis, vt poſſent vacare legi dn̄i. Quod cum percrebruiſſet in au- B
ribus multitudinis, plurimas obtulere primitias filij Iſrael, frumēti, vini, & olei, mellis q̄qꝫ, &
oīm q̄ gignit hum⁹ decimas obtulerūt. Sed & filij Iſrael, & Iuda, q habitabāt ī vrbib⁹ Iuda, obtu
lerūt decimas boū, & ouiū, decimaſq́ꝫ ſanctorꝫ, q̄ vouerāt dn̄o deo ſuo, atqꝫ vniuerſa portātes,
fecerūt aceruos plurimos. Mēſe tertio cęperūt aceruorꝫ iacere fundamēta, & mēſe ſeptimo com
pleuerūt eos. Cūq́ꝫ ingreſſi fuiſſent Hezechias & principes eius, viderūt aceruos, & bn̄dixerūt dn̄o
ac populo Iſrahel. Interrogauitq́ꝫ Hezechias ſacerdotes & leuitas, cur ita iacerēt aceruí. Rn̄dit
illi Azarias ſacerdos primus, de ſtirpe Sadoc, dicēs: Ex q̄ cœperunt offerri primitiæ in domo
dn̄i, comedimus, & ſaturati ſumus, & remāſerūt plurima, eo ꝙ bn̄dixerit dn̄s populo ſuo. Reli-
quiarꝫ aūt copia eſt iſta, quā cernis. Præcepit igit Hezechias, vt præpararēt horrea in domo C
dn̄i,

dñi. Quod cum fecissent, intulerũt tã primitias, q̃ decimas, & quæcũq; vouerãt, fideliter. Fuit
aũt pfectus eoꝝ Chonanias Leuita, & Semei frater eius, secũdus. Post quẽ Iehiel, & Azarias. &
Nabat, & Asael, & Ierimoth. Iosaphat q̊q;, & Eliel, & Iesmachias, & Mahath. Et Banaias ppo-
siti, sub manibus Chonaniæ, & Semei fratris eius, ex imperio Hezechiæ regis, & Azariæ põti-
ficis domus dñi, ad q̊s oĩa ptinebãt. Chore vero filius Iemna Leuites, & ianitor oriẽtalis por-
tæ, ppositus erat his q̃ spõte offerebãt dño: primitijs'q;, & cõsecratis in sancta sanctoꝝ, & sub
cura eius Eden, & Miniamin, Iesua, & Semeias, Amarias q̊q;, & Sechenias, in ciuitatibus sacer-
dotũ, vt fideliter distribuerẽt fribꝰ suis ptes, minoribꝰ atq; maioribus: exceptis maribꝰ ab annis
D tribus & supra cũctis qui ingrediebant templũ dñi. Et quicqd p singulos dies conducebãt in
ministerio, atq; obseruatõibꝰ, iuxta diuisiões suas, sacerdotibꝰ p familias, & Leuitis, à vicesimo
anno & supra, per ordines & turmas suas, vniuersæ'q; multitudini, tã vxoribus q̃ liberis eoꝝ,
vtriusq; sexus, fideliter cibi de his quæ sanctificata fuerãt, præbebant. Sed & filioꝝ Aaron per
agros & suburbana vrbiũ singulaꝝ depositi erãt viri, qui partes distribuerent vniuerso sexui
masculino: de sacerdotibus, & Leuitis. Fecit ergo Hezechias vniuersa quæ diximus, in omni
Iuda: operatus'q; est bonum, & rectum, & veꝝ corã domino deo suo, in vniuersa cultura mini
sterij domus dñi, iuxta legem & cerimonias: volens requirere deum suum in toto corde suo.
Fecit & prosperatus est.

¶ Sennacherib inuasurus Hierusalem ab angelo prosternit, morit Hezechias, succedit Manasses. Ca. XXXII.

A POst quæ, & huiuscemodi veritatẽ, venit Sennacherib rex Assyrioꝝ. Et ingressus Iu- 4.Reg.18.a
dã, obsedit ciuitates munitas, volens eas capere. Quod cũ vidisset Hezechias, venisse Esai.36.a
Sennacherib: & totũ belli imperiũ verti cõtra Hierlm, inito cũ principibus cõsilio,
viris'q; fortissimis, vt obturarẽt capita fontiũ qui erãt extra vrbem, & hoc oĩm decer
nente sententia, cõgregauit plurimã multitudinẽ: & obturauerũt cũctos fontes, & riuũ, q flue
B bãt in medio terræ, dicẽtes: Ne veniãt reges Assurioꝝ: & inueniãt aquaꝝ abundãtiam. Aedi-
ficauit q̊q;, agẽs industrie, oẽm muꝝ, q fuerat dissipatus, & extruxit turres desup, & forinsecus
alteꝝ muꝝ. Instaurauit'q; Mello in ciuitate Dauid: & fecit vniuersi generis armaturam, & cly-
peos. Constituit'q; principes bellatoꝝ in exercitu. Et conuocauit vniuersos, in platea portæ
ciuitatis, ac locutus est ad cor eoꝝ, dicens: Viriliter agite, & confortamini. Nolite timere, nec
paueatis regem Assyrioꝝ, & vniuersam multitudinẽ, quæ est cũ eo. Multo eñ plures nobiscũ
sunt, q̃ cũ illo. Cũ illo eñ est brachiũ carneũ: nobiscũ dñs deus noster q auxiliator ẽ noster, pu 4.Reg.18.d
gnat'q; p nobis. Confortatus'q; est populus huiuscemodi verbis Hezechiæ, regis Iuda. Quæ
postq̃ gesta sunt: misit Sennacherib rex Assyrioꝝ seruos suos Hierusalem (ipse eñ cũ vniuer-
C so exercitu obsidebat Lachis) ad Hezechiã, regẽ Iuda: & ad omnẽ populũ, q erat in vrbe, dicẽs
Hæc dicit Sennacherib, rex Assyrioꝝ. In quo hñtes fiduciã sedetis obsessi in Hierlm? Num He 4.Re.18.f
zechias decepit vos, vt tradat morti, fame, & siti: affirmãs qd dñs deus nr̃ liberet vos de manu
regis Assyrioꝝ? Nunqd nõ iste est Hezechias, q destruxit excelsa illius, & altaria: & pcepit Iu-
dæ, & Hierusalẽ, dicẽs, corã altari vno adorabitis, & in ipso cõburetis incensum? An ignoratis
quæ ego fecerim, & pr̃es mei, cũctis terraꝝ populis? Nunquid pualuerũt dij gentiũ, oĩm'q; ter
raꝝ, liberare regionẽ suã de manu mea? Quis est de vniuersis dijs gentiũ, quas vastauerũt pr̃es
mei, qui potuerit eruere populũ suũ de manu mea: vt possit etiã deus vester eruere vos de hac
D manu? Non vos ergo decipiat Hezechias: nec vana psuasione deludat, neq; credatis ei. Si eñ
nullus potuit deus cunctaꝝ gentiũ atq; regionũ liberare populũ suũ de manu mea, & de ma-
nu pr̃m meoꝝ, cõseqnter nec deus vester poterit eruere vos de hac manu. Sed & alia multa lo
quuti sunt serui eius contra dominũ deũ, & contra Hezechiã seruũ eius. Epistolas quoq; scri-
psit plenas blasphemię in dominũ deũ Israhel, & locutus est aduersum eum. Sicut dij gentium
cæteraꝝ non potuerũt liberare populũ suũ de manu mea, sic & deus Hezechiæ eruere non po
terit populũ suũ de manu ista. Insup & clamore magno, lingua Iudaica contra populũ q sede-
E bat in muris Hierusalem, psonabat, vt terreret eos, & caperet ciuitatẽ. Locutus'q; est cõtra de
um Israhel sicut aduersum deos populoꝝ terræ, opa manuũ hominũ. Orauerunt igit Heze-
chias rex, & Esaias filius Amos propheta, aduersum hãc blasphemiam, ac vociferati sunt, vs-
que in cœlum. Et misit dominus angelum suum, qui pcussit omnem viꝝ robustum, & bella-
torem, & principem exercitus regis Assyrioꝝ. Reuersus'q; est cum ignominia, in terram suã.
Cum'q; ingressus esset domum dei sui, filij qui egressi fuerant de vtero eius interfecerunt eum
gladio. Saluauitq́ue dominus Hezechiam, & habitatores Hierusalem, de manu Sennache-
rib regis Assyriorum, & de manu omnium, & præstitit ei quietem per circuitum. Multi eti-
am deferebant hostias, & sacrificia domino, in Hierusalem, & munera Hezechiæ regi Iuda.
Qui exaltatus est post hæc coram cunctis gentibus. In diebus illis ægrotauit Hezechias 4.Reg.20.a
vsque ad mortem, & orauit dominum. Exaudiuitq́ue eum, & dedit ei signum: sed non iu- Esai.38.a
xta beneficia quæ acceperat, retribuit: quia eleuatum est cor eius. Et facta est contra eum ira,
& con-

&cõtra Iudã,&Hierl'm.Humiliatusq; est postea,eo q exaltatũ fuisset cor eius:tã ipse q̃ habita
tores Hierl'm,& idcirco nõ venit sup eos ira dñi in diebus Hezechiæ. Fuit ãt Hezechias diues
& inclytus valde:& thesauros sibi plurimos cõgregauit,argẽti,&auri,& lapidis ꝓtiosi,aroma
tũ,& armoꝝ vniuersi gñis,& vasoꝝ magni ꝓtij, apothecas q̃q; frumẽti, vini,& olei, & ꝑsepia
oĩm iumẽtoꝝ:caulasq; pecoribus,& vrbes sex ædificauit.Habebat qppe greges ouiũ,& armẽ G
toꝝ innumerabiles,eo q dedisset ei dñs substãtiã multã nimis.Ipse est Hezechias,q obturauit
superiorẽ fontẽ aquaꝝ Gihon,&auertit eas subter ad occidentẽ vrbis Dauid.In oĩbus opibus
suis fecit ꝓspere q̃ voluit.Attñ in legatiõe principũ Babylonis,q missi fuerãt ad eũ,vt interro
garẽt de portẽto qđ acciderat sup terrã,dereliqt eũ dñs,vt tẽtaret,& nota fierẽt oĩa,q̃ erãt in
corde eius. Reliqua aũt sermonũ Hezechiæ,& misericordiaꝝ eius,scripta sunt in visiõe Esaię
filij Amos ꝓphetæ,& in libro regũ Iuda,& Israhel.Dormiuitq; Hezechias cũ pr̃ibus suis,& se
pelierũt eũ supra sepulchra filioꝝ Dauid.Et celebrauit eius exequias vniuersus Iuda,& oĩes
habitatores Hierusalem,regnauitq; Manasses filius eius pro eo.

¶Manasses ducit in captiuitatẽ,reductus destruit idola,morit,succedit Amon,quo à
seruis occiso,succedit Iosias. Ca.XXXIII.

4.Re.21.a DVodecim annoꝝ erat Manasses cũ regnare cœpisset:&quinquagintaquinq; annis A
regnauit in Hierl'm. Fecit ãt malũ corã dño iuxta abominatiões gẽtiũ, q̃s subuertit
dñs corã filijs Israhel.Et cõuersus instaurauit excelsa,q̃ demolitus fuerat Hezechias
pater eius:cõstruxitq; aras Baalim,& fecit lucos,&adorauit oẽm militiã cœli,&co
4.regũ.7.b luit eã.Aedificauit q̃q; altaria in domo dñi:de q̃ dixerat dñs in Hierl'm erit nomẽ meũ in æter-
nũ.Aedificauit ãt ea cũcto exercitui cœli:in duobus atrijs domus dñi: trãsireq; fecit filios suos
p ignẽ,in valle Benẽnon.Obseruabat somnia,sectabat auguria, maleficis artibus inseruiebat.
Habebat ãt secũ magos,& icãtatores,multaq; mala opatus ẽ corã dño, vt irritaret eũ.Sculpti B
le q̃q;,& cõflatile signũ posuit in domo dñi,de q̃ locutus ẽ dñs ad Dauid, & ad Salomonẽ filiũ
eius,dicẽs:In domo hac,& in Hierl'm quã elegi de cũctis tribubus Israhel,ponã nomẽ meũ in
sempiternũ,& mouere nõ faciã pedẽ Israhel de terra quã tradidi pr̃ibus eoꝝ,ita dũtaxat si cu-
stodierint facere q̃ ꝓcepi eis,cunctãq; legẽ,&cerimonias,atq; iudicia,q̃ mãdaui p manũ Moy
si. Igit Manasses seduxit Iudã,& habitatores Hierl'm,vt facerẽt malũ sup oẽs gẽtes q̃s subuer
terat dñs à facie filioꝝ Israhel.Locutusq; ẽ dñs ad eũ,& ad populũ illius,& attẽdere noluerũt.
Idcirco supinduxit eis principes exercitus regis Assyrioꝝ.Cęperũtq; Manassen,& vinctũ catẽ
nis,atq; cõpedibus,duxerunt in Babylonẽ. Qui postq̃ coangustiatus ẽ,orauit dñm deũ suũ,& C
egit pęniam valde,corã deo pr̃m suoꝝ.Depcatusq; ẽ eũ,&obsecrauit intẽte.Et exaudiuit orõ- 1.q.7.c.2.nec
nẽ eius,reduxitq; in Hierl'm,in regnũ suũ,& cognouit Manasses, qđ dñs ipse esset deus. Post sed dicit de
hæc ædificauit muꝝ extra ciuitatẽ Dauid,ad occidentẽ Gihon, in cõclaue, ab introitu portæ pe.dis.3.c.si
pisciũ,p circuitũ,vsq; ad Ophel,&exaltauit illũ vehemẽter.Cõstituitq; principes exercitus in eth ante si.
cũctis ciuitatibus Iuda munitis,& abstulit deos alienos,& simulachra de domo dñi,aras q̃q; q̃s
fecerat in monte domus dñi,& in Hierusalẽ,& ꝓiecit oĩa extra vrbẽ.Porrò instaurauit altare
dñi,& immolauit sup illud victimas,& pacifica,& laudẽ,ꝓcepitq; Iudæ vt seruiret dño deo Is-
rahel. Attamẽ adhuc populus immolabat in excelsis dño deo suo. Reliqua aũt gestoꝝ Ma-
nasse,&obsecratiões eius ad deũ suũ,verba quoq; videntiũ q̃ loqbant ad eũ in noĩe dñi dei Isra
hel,cõtinent in sermonibus regũ Israhel.Oratio quoq; eius,& exauditio,&cũcta pc̃tã atq; cõ D
tẽptus,loca etiã in qbus ædificauit excelsa, & fecit lucos,& statuas,anteq̃ ageret pœnitentiã,
scripta sunt in sermonibus Hozai. Dormiuit ergo Manasses cũ pr̃ibus suis,& sepelierũt eũ in
domo sua.Regnauitq; ꝓ eo,filius eius Amon.Vigintiduoꝝ annoꝝ erat Amon,cũ regnare cę
pisset,&duobus annis regnauit in Hierusalẽ.Fecitq; malũ in cõspectu dñi,sicut fecerat Manas
ses pater eius,& cũctis idolis q̃ Manasses fuerat fabricatus,immolauit atq; seruiuit.Et non est
reueritus faciẽ dñi,sicut reueritus est Manasses pater eius,& multo maiora deliquit.Cũq; cõiu
rassent aduersus eũ serui sui,interfecerũt eũ in domo sua.Porrò reliqua populi multitudo cęsis
his qui Amon percusserant,constituit regem Iosiam filium eius pro eo.

¶Iosias idola subuertit.Instaurat templum,reperit Deuteronomium.Consulit Holdã
prophetissam. Cap.XXXIIII.

4.regũ.22.a. OCto annoꝝ erat Iosias,cũ regnare cœpisset,& triginta & vno anno regnauit in Hie A
rusalẽ.Fecitq; qđ erat rectũ in cõspectu dñi,& ambulauit in vijs Dauid pr̃is sui, non de pe.di.1.c.
declinauit,neq; ad dextrã,neq; ad sinistrã. Octauo aũt anno regni sui,cũ adhuc eẽt si eth uerl.10
puer,cœpit quærere deũ pr̃is sui Dauid,& duodecimo anno postq̃ regnare cęperat sine ue [illegible]
mundauit Iudã,& Hierusalẽ,ab excelsis,& lucis,simulachrisq;,& sculptilibus.Destruxeruntq;
corã eo aras Baalim,& simulachra quę supposita fuerãt,demoliti sunt.Lucos etiã,& sculptilia
succidit,atq; cõminuit,& sup tumulos eoꝝ qui eis immolare consueuerãt,fragmẽta dispersit.
Ossa præterea sacerdotũ cõbussit,in altaribus idoloꝝ,mundauitq; Iudã,& Hierusalem.Sed &
in vrbibus Manasse,& Ephraim,& Symeon,vsq; Nephthali,cuncta subuertit.Cumq; altaria B
dissi

dissipasset,& lucos,& sculptilia cōtriuisset in frusta,cūctaq́; delubra demolitus eēt,de vniuer-
sa terra Israel,reuersus est in Hierusalē. Igit̄ anno vndecimo regni sui,mūdata iam terra,& Heb. Analiæ
tēplo dñi,misit Saphan filiū*Helchię,& Maasiam principē ciuitatis,& Ioah filiū Ioahas,à cō
mētarijs,vt instaurarēt domū dñi dei sui.Qui venerūt ad Helchiā sacerdotē magnū, accep-
taq́; ab eo pecunia,q̄ illata fuerat in domū dñi,& quā cōgregauerāt Leuitæ,& ianitores, de
Manasse,& Effraim,& vniuersis reliquijs Israel,ab omni q̊q; Iuda,& Beniamin,& habitato-
ribus Hierusalē,tradiderūt in manibus eorū q p̄erāt ōperarijs in domo dñi,vt instaurarēt tē
plū,& infirma q̄q; sarcirēt. At illi dederūt eā artificibus & cemētarijs,vt emerēt lapides de la
pidicinis,& ligna,ad cōmissuras ædificij,& ad cōtignationē domorū, q̄s destruxerant reges
Iuda,q fideliter cūcta faciebāt. Erāt aūt p̄positi operātiū,Iahath,& Abdias Leuitæ de filijs
C Merari,Zacharias,& Mosollā,de filijs Caath,q vrgebāt opus,oēs Leuitę,sciētes organis ca
nere. Super eos vero,q ad diuersos vsus onera portabāt,erāt scribę,& magistri, de Leuitis,
ianitores. Cūq́; efferrēt pecuniā,q̄ illata fuerat in tēplū dñi reppererit Helchias sacerdos librū
legis dñi,q datus fuerat per manū Mosi,& ait ad Saphā scribā. Librū legis īueni ī domo dñi.
Et tradidit ei. At ille ītulit volumē ad regē & nūtiauit ei,dicēs:Oīa q̄ dedisti ī manu seruorū
tuorū,ecce cōplent. Argētū q̊d repertū est ī domo dñi,cōflauerūt,datūq́; est p̄fectis artificū,
D & diuersa opera fabricātiū. Præterea tradidit mihi Helchias sacerdos hūc librū. Quē,cū rege
p̄sente recitasset,audissetq́; ille verba legis,scidit vestimēta sua,& p̄cepit Helchiæ,& Achicā,
filio Saphā,& Abdon,filio Micha,Saphā q̊q; scribę,& Asaiæ seruo regis,dicēs. Ite, & orate
dñm pro me,& pro reliquijs Israel,& Iuda,super vniuersis sermōibus libri istius, q repertus
est. Magnus enī furor dñi stillauit super nos,eo q̄ nō custodierint patres nr̄i verba dñi,vt fa
cerēt oīa q̄ scripta sunt in isto volumine. Abijt ergo Helchias,& hi q simul à rege missi fue-
E rāt,ad Holdā propheten,vxorē Sellū,filij Thocaath,filij Hasarę,custodis vestiū,q̄ habitabat
in Hierusalē in secūda,& locuti sunt ei verba q̄ supra narrauimus. At illa r̄ndit eis. Hæc dicit
dñs deus Israel. Dicite viro q misit vos ad me: Hæc dicit dñs: Ecce ego inducā mala super lo-
cū istū,& super habitatores eius,cūctaq́; maledicta q̄ scripta sunt ī libro hoc,quē legerūt co-
rā rege Iuda,qa dereliq̄rūt me,& sanctificauerūt dijs alienis,vt me ad iracūdiā prouocarēt in
cūctis operibus manuū suarū. Idcirco stillabit furor meus super locū istū,& nō extinguet. Ad
F regē aūt Iuda,q misit vos p̄ dño dep̄cādo,sic loq̄mini. Hęc dicit dñs deus Israel. Qm̄ audisti
verba voluminis,atq; emollitū est cor tuum,& humiliatus es ī cōspectu dñi,super his q̄ dicta
sunt cōtra locū hūc,& habitatores Hierl̄m,reueritusq́; faciē meā,scidisti vestimēta tua,& fle-
uisti corā me,ego q̊q; exaudiui te,dicit dñs. Iā enī colligā te ad p̄res tuos,& īfereris ī sepulchrū
tuū ī pace,nec videbūt oculi tui oē malū,q̊d ego īducturus sum sup locū istū,& sup habitato-
res eius. Retulerūt itaq; regi cūcta q̄ dixerat. At ille cōuocatis vniuersis maioribus natu Iuda 4.Reg.23.a
G & Hierl̄m ascēdit ī domū dñi,vnaq́; oēs viri Iuda,& habitatores Hierl̄m,sacerdotes, & Leui
tæ,& cūctus p̄plus à minimo vsq; ad maximū. Quibus audiētibus ī domo dñi,legit rex oīa
verba voluminis. Et stās ī tribunali suo p̄cussit fœdus corā dño,vt ambularet post eū, & cu-
stodiret p̄cepta,& testimonia,& iustificatiōes eius,ī toto corde suo,& ī tota aīa sua,faceretq́;
q̄ scripta sunt ī volumine illo,q̊d legerat. Adiurauit q̊q; super hoc,oēs q reperti fuerāt ī Hie-
rusalē,& Beniamin. Et fecerūt habitatores Hierl̄m iuxta pactū dñi dei patrū suorū. Abstulit
ergo Iosias cūctas abominatiōes de vniuersis regiōibus filiorū Israel,& fecit oēs q residui erāt
in Israel seruire dño deo suo. Cūctis diebus vitę suę nō recesserūt à dño deo patrum suorum.

¶Iosias celebrat Phase,cōgressus regi Aegyptio morit̄,à populo deplangit̄. Cap. XXXV. 4.Reg.23.c

A FEcit aūt Iosias in Hierusalē Phase dño,q̊d immolatū est quartadecima mensis pri- 3.Esdræ.1.a
mi. Et cōstituit sacerdotes in officijs suis,hortatusq́; est eos,vt ministrarēt in domo
dñi,Leuitis q̊q;,ad q̊rū eruditionē oīs Israel sanctificabat̄ dño,locutus est. Ponite ar-
cā in sanctuario tēpli,q̊d ædificauit Salomon filius Dauid,rex Israel. Nequaq̄ enī eā
vltrà portabitis. Nūc ergo ministrate dño deo vestro,& populo eius Israel. Et p̄parate vos,
per domos,& cognatiōes vr̄as,in diuisiōibus singulorū,sicut p̄cepit Dauid rex Israel,& descri
psit Salomon filius eius,ministrate ī sanctuario eius,per familias,turmasq́; Leuiticas, & san-
ctificati immolatæ Phase. Fratres etiā vestros,vt possint iuxta verba q̄ locutus est dñs in ma-
nu Mosi,facere,p̄parate. Dedit p̄terea Iosias omni populo,q ibi fuerat inuētus, in solēnitate
Phase,agnos,& hœdos de gregibus,& reliqui pecoris,triginta milia,boū q̊q; tria milia. Hæc
de regis vniuersa substātia. Duces q̊q; eius spōte,q̊d vouerāt,obtulerūt,tā populo q̄ sacerdo
B tibus,& Leuitis. Porrò Helchias,& Zacharias,& Iehiel,pricipes domus dñi,dederūt sacerdo
tibus ad faciēdū Phase,pecora cōmixtim duo milia sexcēta,& boues trecētos. Chonanias
autē,& Semeias etiā,& Nathanael frēs eius,necnō Hasabias,& Iahiel,& Iozabad, principes
Leuitarū,dederūt cæteris Leuitis ad celebrandū Phase,quinq; milia pecorū,& boues quingē
tos. Præparatūq; est ministeriū,& steterūt sacerdotes in officio suo. Leuitæ q̊q; in turmis,iu
xta regis imperiū,& immolatum est Phase. Asperserūtq́; sacerdotes manus suas sanguine,&

Leuitæ detraxerunt pelles holocaustoꝝ,& separauerunt ea,vt darẽt per domos,& familias
singuloꝝ,& offerrent dño,sicut scriptũ est ĩ libro Mosi. De bobus quoq; fecerũt similiter,&
assauerunt Phase super ignẽ,iuxta quod in lege scriptũ est. Pacificas vero hostias coxerũt in
lebetis,& cacabis,& ollis,& festinato distribuerũt vniuersę plebi,sibi ãt & sacerdotibus po-
stea parauerunt. Nã in oblatõe holocaustoꝝ,& adipũ,vsq; ad noctẽ sacerdotes fuerunt oc-
cupati,vnde & Leuitæ sibi,& sacerdotibus filijs Aaron parauerunt nouissimis. Porrò can
tores filij Asaph stabãt ĩ ordine suo,iuxta præceptũ Dauid,& Asaph,& Heman,& Idithun C
prophetaꝝ regis Dauid. Ianitores vero per portas singulas obseruabãt,ita vt nec pũcto qdẽ
discederẽt à ministerio,quãobrẽ & fr̃es eoꝝ Leuitę parauerũt eis cibos. Oĩs igit cultura dñi
rite completa est in die illa,vt facerent Phase,& offerrẽt holocausta super altare dñi,iuxta
pceptũ regis Iosię. Fecerũtq; filij Israhel,q reperti fuerãt ibi Phase in tẽpore illo,& solẽnita-
tẽ azymorũ,septẽ diebus. Nõ fuit Phase simile huic,ĩ Israhel,à dieb⁹ Samuelis prophetę. Sed
nec qsq̃ de cũctis regibus Israel fecit Phase,sicut Iosias sacerdotibus,& Leuitis,& omi Iudæ,
& Israhel,q repertus fuerat,& habitãtibus ĩ Hierusalẽ. Octauodecimo anno regni Iosiæ hoc
4.Reg.23.f Phase celebratũ ẽ. Postq̃ ĩstaurauerat Iosias tẽplũ,ascẽdit Necho rex Aegypti,ad pugnãdũ
in Charcamis,iuxta Eufratẽ. Et processit in occursum eius Iosias. At ille missis ad eũ nuntijs. D
ait. Quid mihi,& tibi rex Iuda? Nõ aduersum te hodie venio:sed cõtra aliã pugno domũ,ad
quã me deus festinato ire pręcepit. Desine aduersum deũ facere:q mecũ est, ne interficiat te.
Noluit Iosias reuerti,sed pręparauit cõtra eũ bellũ,nec acquieuit sermonibus Necho,ex ore
Zach.12.d dei,veꝝ perrexit vt dimicaret in cãpo Mageddo. Ibiq; vulneratus,à sagittarijs, dixit pueris de pr. dicto cũ cant.
suis. Educite me de prælio,qa oppido vulneratus sum. Qui trãstulerũt eũ de curru,in alteꝝ
currũ,q sequebat eũ more regio,& asportauerũt eũ in Hierusalẽ. Mortuusq; est,& sepultus,
in mausolæo patrũ suoꝝ. Et vniuersus Iuda & Hierusalẽ luxerũt eũ,Ieremias maxime, cuius
oẽs cãtores atq; cãtatrices vsq; in pſentẽ diẽ lamẽtatões super Iosiã replicãt,& q̃si lex obtinu
it in Israhel. Ecce scriptũ fert in lamẽtatiõibus. Reliq̃ ãt sermonũ Iosiæ,& misericordiaꝝ ei⁹
q̃ lege pcepta sunt dñi,opa q̃q; illi⁹ pria & nouissima,scripta sunt ĩ libro regũ Iuda & Israhel.

¶ Ioachas succedẽs Iosiæ, destituit p regẽ Aegypti,succedit Ioachim,q̃ in Babylonẽ ab-
ducto substituit Ioachi fili⁹ eius,eo q̃q; in Babylonẽ ducto, surrogat Sedechias, eo ãt capto,
Hierlm destruit,ppl'us ducit in Babylonẽ;quẽ post lxx. ãnos remittit Cyr⁹. Ca. XXXVI.

4.Reg.23.f TVlit ergo populus terræ Ioachas filiũ Iosiæ,& cõstituit regẽ pro pr̃e suo,in Hieru A
salẽ Viginti triũ annoꝝ erat Ioachas,cũ regnare cœpisset,& tribus mẽsibus regna
uit in Hierusalẽ. Amouit aũt eũ rex Aegypti,cũ venisset in Hierusalẽ,& cõdemna
uit terrã centũ talẽtis argẽti,& talẽto auri. Cõstituitq; pro eo regem Eliachim fra
trẽ eius,super Iudã & Hierusalẽ,& vertit nomẽ eius Ioachim. Ipsum vero Ioachas tulit secũ,
& adduxit ĩ Aegyptũ. Viginti qnq; annoꝝ erat Ioachim,cũ regnare cœpisset,& vndecim
annis regnauit ĩ Hierlm. Fecitq; malũ corã dño deo suo. Cõtra hunc ascẽdit Nabuchodono- B
sor rex Chaldęoꝝ,& vinctũ catenis duxit ĩ Babylonẽ,ad quã & vasa dñi trãstulit,& posuit ea
in tẽplo suo. Reliq̃ ãt verboꝝ Ioachim,& abominationũ eius q̃s operatus est, & q̃ inuenta
sunt in eo,cõtinent in libro regũ Iuda & Israel. Regnauit ãt Ioachim filius eius,pro eo. Octo
annoꝝ erat Ioachim,cũ regnare cœpisset,& tribus mẽsibus ac decẽ diebus regnauit in Hie-
rusalẽ,fecitq; malũ ĩ cõspectu dñi. Cũq; anni circulus volueret, misit Nabuchodonosor rex
nũtios,q & adduxerũt eũ in Babylonẽ,asportatis simul pretiosissimis vasis domus dñi. Regẽ
vero cõstituit Sedechiã patruũ eius sup Iudã,& Hierusalẽ. Vigĩti & vnius anni erat Sedechias
4.Reg.24.d cũ regnare cœpisset,& vndecim annis regnauit in Hierusalẽ,fecitq; malũ in oculis dñi dei sui,
nec erubuit faciẽ Ieremię prophetę:loquẽtis ad se ex ore dñi. A rege q̃q; Nabuchodonosor
recessit:q adiurauerat eũ per deũ. Et ĩdurauit ceruicẽ suã,& cor,vt nõ reuerteret ad dominũ C
deũ Israel. Sed & vniuersi prĩcipes sacerdotum,& populus,præuaricati sunt inique: iuxta v-
niuersas abominatões gẽtium & polluerunt domũ dñi:quã sanctificauerat sibi in Hierusalẽ

Mittebat ãt dñs deus patrũ suoꝝ ad illos,per manũ nuntioꝝ suoꝝ,de nocte cõsurgẽs,& q̃
tidie cõmonẽs,eo q̃d parceret populo,& habitaculo suo. At illi subsannabãt nuntios dei,&
parui pẽdebãt sermones eius,illudebãtq; pphetis,donec ascẽderet furor dñi in populũ eius,
& eẽt nulla curatio. Adduxit eñ super eos regẽ Chaldeoꝝ,& ĩterfecit iuuenes eoꝝ gladio, ĩ
domo sanctuarij. Nõ ẽ misertus adolescẽtis,& virginis,& senis,nec decrepiti qdẽ:sed oẽs tra
didit ĩ manibus eius,vniuersaq; vasa domus dñi,tã maiora q̃ minora,& thesauros tẽpli,& re
gis,& prĩcipũ,trãstulit ĩ Babylonẽ. Incẽderũt hostes domũ dei,destruxerũtq; muꝝ Hierusa
lẽ. Vniuersas turres cõbusserũt,& quicqd pretiosum fuerat demoliti sunt. Si qs euaserat gla D
diũ, ductus ĩ Babylonẽ seruiuit regi,& filijs eius:donec imperaret rex Persaꝝ,& cõpleret ser
mo dñi ex ore Ieremię,& celebraret terra sabbatha sua. Cũctis eñ diebus desolationis egit
Iere.25.c. sabbathũ,vsq; dũ cõplerent septuagita anni. Anno ãt primo Cyri Regis Persaꝝ ad explen
& 29.c. dũ sermonẽ dñi quẽ locutus fuerat per os Ieremiæ:suscitauit dñs spiritũ Cyri regis Persarũ:

qui

qui iussit ꝓdicari in vniuerso regno suo, etiã per scripturã dicẽs. Hæc dicit Cyrus, rex Persa 1.Esd.1.a
rũ. Oĩa regna terræ dedit mihi dñs deus cœli, & ipse ꝓcepit mihi, vt ædificẽ ei domũ in Hie- 2.Esd.2.a
rusalẽ: q̃ est in Iudæa. Quisq̃s ex vobis est in omni populo eius: Sit dñs deus suus cũ eo, & as-
cendat.

FINIS.

¶Oratio seu confessio Manassæ regis Iuda, ob mala sua in captiuitate con stituti, cunctis pœnitentibus admodum apta.

DOmine deus omnipotẽs, patrũ nostroꝝ, Abrahã, Isaac, & Iacob, & seminis eorũ
iusti, q fecisti cœlũ & terrã cũ omni ornatu eoꝝ, q signasti mare verbo ꝓcepti tui
q cõclusisti abyssum, & signasti terribili & laudabili nomini tuo, q̊d oẽs pauẽt, &
tremũt à vultu virtutis tuæ, & insustẽtabilis ira super peccatores cõminatiõis tuę,
immẽsa vero & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ, qm̃ tu es dñs deus, altissimus
super omnẽ terrã, longanimis, & multũ misericors, & pœnitẽs super malitiã hominum. Tu
aũt dñe secundũ bonitatẽ tuã promisisti pœnitentiã remissionis peccatoꝝ, & tu deus iusto- Cõtrariũ in
rũ nõ posuisti pœnitentiã iustis, Abrahã, Isaac, & Iacob, *his qui tibi nõ peccauerũt: quoniã Esa.c.43.in
peccaui super numeꝝ harenæ maris. Multiplicatæ sunt iniquitates meæ, incuruatus sum mul fine.
to vinculo ferri, & nõ est respiratio mihi: quia excitaui iracundiã tuã, & malũ corã te feci, sta
tuens abominationes, & multiplicãs offensiones. Et nũc flecto genua cordis mei, precans à
te bonitatẽ dñe. Peccaui dñe, peccaui, & iniquitatẽ meã agnosco. Peto rogans te dñe, remit-
te mihi, remitte mihi. Ne simul perdas me cũ iniquitatibus meis, neq; in æternũ reserues ma
la mihi: q̃a indignũ saluabis me, secũdũ magnã misericordiã tuã. Et laudabo te semper oĩbus
diebus vitæ meæ: qm̃ te laudat oĩs virtus cœloꝝ, & tibi est gloria in secula seculoꝝ. Amen.

HIERONYMVS AD DOMNIONEM ET ROGATIA- num, in Esdram & Neemiam præfatio.

Trum difficilius sit facere quod poscitis, an negare, necdũ statui. Nã neq; vobis ali
quid imperãtibus abnuere, sententiæ est: & magnitudo oneris impositi ita ceruĩ-
ces premit, vt ante sub fasce ruendũ sit, q̃ leuandũ. Accedũt ad hoc, inuidoꝝ stu-
dia, qui omne q̊d scribimus reprehẽdẽdũ putant. Et interdũ cõtra se cõsciẽtia re- Psal.119
pugnãte, publice lacerãt, q̊d occulte legũt: in tantũ vt clamare cõpellar & dicere. Dñe libera
animã meã à labijs iniq̃s: & à lingua dolosa. Tertius annus ẽ, ꝙ semper scribitis atq; rescribi-
tis vt Esdræ libꝝ & Hester vobis de Hebræo trãsferã: q̃si nõ habeatis Græca & Latina volu
mina: aut quicq̃d illud est q̊d à nobis vertit, nõ statim ab oĩbus cõspuẽdũ sit. Frustra aũt (vt ait
quidã) niti, neq; aliud fatigãdo nisi odiũ q̃rere, extremæ demẽtiæ est. Itaq; obsecro vos mi
Domnion & Rogatiane charissimi, vt priuata lectiõe cõtẽti, libros nõ efferatis in publicũ, nec
fastidiosis cibos ĩgeratis: uitetisq; eoꝝ supercilũ q iudicare tm̃ de alijs: & ipsi facere nihil no
uerũt. Si q aũt fratrum sunt q̃bus nr̃a nõ displicẽt, his tribuatis exẽplar: admonẽtes ut Hebręa
noĩa, q̃ꝝ grãdis in hoc uolumine copia ẽ, distincte & per ĩterualla trãscribãt. Nihil enĩ pro-
derit emẽdasse librũ, nisi emẽdatio librarioꝝ diligẽtia cõseruet. Nec queq̃ moueat, ꝙ unus à
nobis liber æditus ẽ: nec apocryphoꝝ tertij & quarti libri somnijs delectet, q̃a & apud He-
bræos Esdræ Neemiæq; sermões in unũ uolumẽ coartant: & q̃ nõ habẽtur apud illos, nec de
uigintiq̃tuor senibus sunt procul abijciẽda. Si q̃s aũt septuagita vobis opposuerit interꝑtes,
q̃ꝝ exẽplaria varietas ipsa lacerata & ĩuersa demõstrat, nec ꝑt vtiq; verũ asseri q̊d diuersum ẽ:
mittite eũ ad euãgelia, ĩ q̃bus multa ponunt q̃si de ueteri testamẽto, q̃ apud septuagita interꝑ
tes nõ habent: uelut illud: Qm̃ Nazareus uocabit: & ex Aegypto uocaui filiũ meũ, & uidebũt Osee.11.a
in quẽ cõpũxerũt, multaq; alia q̃ latiori operi reseruamus: & q̃rite ab eo ubi scripta sint. Cũq; Mat.2.c
ꝓferre nõ potuerit, uos legite de his exẽplaribus q̃ nuper à nobis ędita, maledicoꝝ q̃tidie lin Zach.12.c
guis cõfodiunt. Sed ut ad cõpẽdiũ ueniã, certe q̊d illaturus sum, æq̃ssimũ est. Aedidi aliq̃d q̊d
nõ habet in Græco aut aliter habet q̃ à me uersum ẽ. Quid ĩterꝑtẽ laniãt? Interrogẽt Hebræ-
os: & ipsis autoribus, trãslatiõi meæ uel arrogẽt uel derogẽt fidẽ. Porrò aliud ẽ si clausis (q̊d
dicit) oculis mihi uolũt maledicere, & nõ imitant Græcoꝝ studiũ & bñuolẽtiã q post septua
ginta trãslatores, iã Chr̃i euãgelio coruscãte, Iudæos & Hebionitas legis ueteris ĩterꝑtes: A-
quilã uidelicet & Symmachũ & Theodotionẽ, & curiose legũt & per Origenis laborẽ ĩ He-
xaplis ecclesijs dedicarũt. Quãtomagis latini grati eẽ deberẽt, ꝙ exultãtẽ cernerẽt Græciã à
se aliq̃d mutuari? Primũ eĩ magnoꝝ sũptuũ ẽ, & ĩfinitæ difficultatis, exẽplaria posse hr̃e oĩa
deĩde etiã q habuerĩt, & Hebręi sermõis ignari sũt, magis errabũt: ignorãtes q̃s e multis ueriꝰ
dixerit. Q̊d etiã sapiẽtissimo cuidã nuꝑ apud Gręcos accidit, ut ĩterdũ scripturę sensum relin
quẽs: uniuscuiuslibet ĩterꝑtis seq̃ret errorẽ. Nos aũt q Hebręę linguę saltẽ paruã habemꝰ sciẽ
tiã: & latinꝰ nobis utcũq; sermo nõ deest: & de alijs magis possumꝰ iudicare: & ea q̃ ipsi ĩtelli-
gimꝰ ĩ nr̃a lingua ꝓmere. Itaq; licet hydra sibilet, uictorq; Sinõ ĩcẽdia iactet: nũq̃ meũ lĩuã
te Chr̃o, silebit eloquiũ: etiã ꝓcisa lingua balbutiet. Legãt q uolũt: q nolũt abijciãt. Euẽtilẽt a-
pices: lr̃as calũnient. Magis ur̃a charitate ꝓuocabor ad studiũ q̃ illoꝝ detractiõe & odio de-
terrebor.

¶Cyrus captũ populũ remittit, & redditis vasis sacris, templũ extrui iubet. Cap. .I.

Iere.25.c.& 29.c 2.Para.36.d 3.Esd.2.a N ANNO PRIMO CYRI, REGIS PERSARVM, A
vt cõpleretur verbũ domini ex ore Ieremiæ, suscitauit dñs spiritum
Cyri regis Persarum, & traduxit vocẽ in omni regno suo, etiam per
scripturam, dicens: Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna ter-
ræ dedit mihi dñs deus cœli, & ipse præcepit mihi, vt ædificarem ei
domum in Hierusalem, quę est in Iudæa. Quis est in vobis de vniuer
so populo eius? Sit dominus deus illius cũ eo. Ascendat in Hierusalẽ, B
quæ est in Iudæa, & ædificet domum domini dei Israel, ipse est de 1.q.1.ca. pro
us, qui est in Hierusalem. Et omnes reliqui in cunctis locis vbicunq; phetia.in gl.
habitent, adiuuent eum viri de loco suo, argento, & auro, & substantia, & pecoribus, excep-
to quod voluntariè offerunt in templo dei, quod est in Hierusalem. Et surrexerunt prin-
cipes patrum de Iuda & Beniamin, sacerdotes & Leuitæ, & omnis cuius suscitauit deus spiri- C
tum, vt ascẽderet ad ædificandũ templũ domini, quod erat in Hierusalem. Vniuersiq; q erãt
in circuitu, adiuuerunt manus eorum, in vasis argenteis, & aureis, in substantia, & iumentis,
3.Esd.2.b in supellectili, exceptis his quæ sponte obtulerant. Rex quoq; Cyrus protulit vasa templi
domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Hierusalem, & posuerat ea in templo dei sui. Pro-
tulit aũt ea Cyrus rex Persarum, per manũ Mithridatis, filij Gazabar, & annumerauit ea Sasba D
sar principi Iudæ, & hic est numerus eorum. Phialæ aureæ triginta, phialæ argẽteæ mille, cul-
tri vigintinouẽ, scyphi aurei triginta, scyphi argẽtei secundi, quadringenti decem, vasa alia
mille. Omnia vasa aurea & argentea, quinq; milia quadringenta. Vniuersa tulit Sasbasar, cũ
his qui ascendebant de transmigratione Babylonis, in Hierusalem.

¶Numerus è captiuitate reuertentium. Cap. II.

3.Esd.5.a HI sunt aũt prouinciæ filij, q ascenderũt de captiuitate: quã transtulerat Nabuchodo
sor rex Babylonis in Babylonẽ, & reuersi sunt in Hierusalẽ, & Iudæã, vnusquisq; in A
ciuitatẽ suã, qui venerunt cũ Zorobabel, & Iesua, Nehemia, Saraia, Rahelaia, Mar-
dochai, Belsan, Mesphar, Begauai, Rehum, Baana. Numerus virorũ populi Israel
De filiis Are thi & Gersa pharia, nihil legitur in he bræo. Filij Phareas, duo milia centũ septuagintaduo. *Filij Arethi septingenti septuagintaquinq;.
Filij Gersaphatia, trecenti septuagintaquinq;. Filij Saphatia, trecenti septuagintaduo. Filij
Areah septingenti septuagintaquinq;. Filij Pahath filiorum Iosue, octingenti. Et Ioab duo mi
lia octingenti duodecim. Filij Elam, mille ducenti quinquagintaquatuor. Filij Zethua, non-
genti quadragintaquinq;. Filij Zachai septingenti sexaginta. Filij Bani, sexcenti quadragin-
taduo. Filij Bebai, sexcenti vigintitres. Filij Azgad mille ducẽti vigintiduo. Filij Adonicam,
sexcẽti sexagintasex. Filij Beguai, duo milia qnquagintasex. Filij Adin quadrigẽti qnquagi-
taq̃tuor. Filij Ater, q erãt ex Hezechia, nonagĩtaocto. Filij Besai, trecẽti vigĩtitres. Filij Iora B
centũ duodecim. Filij Hasom, ducẽti vigĩtitres. Filij Gebbar, nongentiquinq;. Filij Bethlehẽ
centũ vigĩtitres. Viri Netophæ qnquagintasex. Viri Anathoth centum vigĩtiocto. Filij Az
maueth quadragĩtaduo. Filij Cariath Iarim, Cephira, & Beeroth, septingẽti quadragĩtatres
Filij Rama & Gabai, sexcẽti vigĩtiunus. Filij Machmas, centũ vigĩtiduo. Viri Bethel & Hai
ducẽti vigĩtitres. Filij Nebo qnquagĩtaduo. Filij Magbis, centũ qnquagĩtasex. Filij Elamal-
terius, mille ducẽti qnquagĩtaquatuor. Filij Harim, trecenti vigĩti. Filij Lohaddin & Ono,
septingenti vigintiquinq;. Filij Hiericho, trecenti quadragintaquinq;. Filij Senaa, tria milia
sexcenti triginta. Sacerdotes, filij Iadaia, in domo Iosue, nongenti septuagĩtatres. Filij Em
mer, mille qnquagintaduo. Filij Phashur, mille ducenti quadragĩtaseptẽ. Filij Harim, mille
decem & septem. Leuitæ. Filij Iesuæ & Cadmiel filiorum Odouiæ, septuagĩtaquatuor. Cã
tores. Filij Asaph, centũ vigĩtiocto, filij ianitorum, filij Sellum, filij Ater, filij Talmon, filij A-
cub, filij Hatita, filij Sabai, vniuersi centũ trigĩtanouẽ. Nathinnæi. Filij Siha, filij Hasupha, C
filij Thebbaoth, filij Ceros, filij Siaa, filij Phadon, filij Lebana, filij Hagaba, filij Achub, filij Ha
gab, filij Salmai, filij Hanã, filij Gadel, filij Gaber, filij Raaia, filij Rasin, filij Nechoda, filij Gazã
filij Vza, filij Phaseah, filij Besai, filij Asena, filij Munim, filij Nephusim, filij Bachub, filij Hacu
pha, filij Harhur, filij Beslutha, filij Mahida, filij Harsa, filij Bercom, filij Sisara, filij Thama, filij
Nasiah, filij Hatipha, filij seruorum Salomonis, filij Sotai, filij Sophereth, filij Pharuda, filij Iaala,
filij Dercon, filij Geddel, filij Saphatia, filij Hatil, filij Phocereth qui erant de Sebaim, filij
Ami. Omnes Nathinnæi & filij seruorum Salomonis, trecenti nonagintaduo. Et hi q as-
cenderunt de Thelmelath, Thelarsa, Cherub, Adon, Amer, & non potuerũt indicare domũ
patrum suorum, & semen suum, vtrum ex Israel essent. Filij Dalaia, filij Thobia, filij Necho
da, sexcenti quinquagintaduo. Et de filijs sacerdotum, filij Hobaia, filij Acos, filij Berzillai
qui ac

D qui accepit de filiabus Berzillai Galaaditis vxorē,& vocatus est noīe eorū. Hi quæsierūt scri-
pturā genealogiæ suæ,& nō inuenerūt,& eiecti sunt de sacerdotio. Et dixit Thersata eis,vt
nō comederēt de sancto sanctorū:donec surgeret sacerdos doctus atq; perfectus. Oīs mul
titudo q̄si vir vnus q̄dragintaquinq; milia trecēti sexaginta, exceptis seruis eorū, & ancillis:
qui erāt septē milia trecēti trigintaseptē,& in ipsis cātores atq; cātrices ducēti. Equi eorū se-
ptingēti trigintasex. Muli eorū ducēti q̄dragintaquinq;. Cameli eorū quadringēti triginta-
quinq;. Asini eorū sex milia septingēti viginti. Et de principibus patrū cū egrederētur tēplū
dñi:q̄d est in Hierusalē,spōte obtulerūt in domū dei,ad extruendā eā in loco suo. Secundū vi
res suas dederūt impēsas operis,auri solidos sexaginta milia & mille,argēti mnas quinq; mi-
lia,& uestes sacerdotales centū. Habitauerunt ergo sacerdotes,& Leuitæ, & de populo,&
cantores,& ianitores,& Nathinnæi,in vrbibus suis,vniuersusq; Israel in ciuitatibus suis.

¶Reuersus populus.domino sacrificat,& templum instaurat. Ca. III.

A IAmq; venerat mēsis septimus,& erant filij Israel in ciuitatibus suis. Cōgregatus est er- 2.Esd. 8.a
go populus quasi vir vnus in Hierusalē,& surrexit Iosue filius Iosedec, & fratres eius, sa 3.Esd. 9.c
cerdotes,& Zorobabel filius Saalthiel,& fratres eius,& ædificauerunt altare dei Israel,
vt offerrēt in eo holocaustomata,sicut scriptum est in lege Mosi viri dei. Collocauerūt
B autē altare dei super bases suas,deterrētibus eos per circuitum populis terrarum, & obtule-
runt super illud holocaustū domino,mane & vespere. Feceruntq; solennitatem taberna-
culorum sicut scriptū est,& holocaustum diebus singulis,per ordinem,secundū præceptum
opus dei in die suo,& post hæc holocaustū iuge,tam in calendis q̄ vniuersis solēnitatib' do
mini:quæ erāt cōsecratæ,& in omnibus in quibus vltro offerebatur munus domino. A pri
mo die mensis septimi cœperunt offerre holocaustū domino. Porrò templum dei nōdum
C fundatū erat. Dederūt aūt pecunias latomis,& cemētarijs,cibum quoq; & potum & oleum
Sydonijs,Tyrijsq;,vt deferrent ligna cedrina de Lybano,ad mare Ioppen, iuxta quod p̄ce-
perat Cyrus rex Persarū eis. Anno aūt secūdo aduentus eorū ad templum dei in Hierusalē
mēse secūdo,cœperūt Zorobabel filius Saalthiel & Iosue filius Iosedec,& reliqui de fratri-
bus eorū,sacerdotes,& Leuitæ,& oēs qui venerāt de captiuitate in Hierusalē,& cōstituerūt
Leuitas,à viginti annis & supra,vt vrgerēt opus dñi. Stetitq; Iosue,& filij eius,& fratres eius
D Cadmiel,& filij eius,& filij Iuda:quasi vir vnus,vt instarēt super eos q faciebant opus in tem
plo dei,filij Henadad,& filij eorū,& fratres eorū Leuitæ. Fundato igitur à cemētarijs tem
plo dñi,steterūt sacerdotes in ornatu suo,cū tubis,& Leuitæ filij Asaph in cymbalis, vt lau-
darēt deū,per manus Dauid regis Israel. Et cōcinebant in hymnis & cōfessione dño: qm̄ bo
nus:qm̄ in æternū misericordia eius,super Israel. Omnis q̄q; populus vociferabat clamore
magno,in laudando dñm,eo q fundatū esset tēplum dñi. Plurimi etiam de sacerdotibus
& Leuitis, & principes patrū & seniores:qui viderāt tēplum prius cū fundatū esset,& hoc tē
plum in oculis eorū,flebāt voce magna. Et multi vociferātes in lætitia,eleuabant vocē. Nec
poterat quisquam agnoscere vocē clamoris lætantium:& vocem fletus populi. Cōmixtim
enim populus vociferabatur clamore magno,& vox audiebatur procul.

¶Impeditur ædificatio templi. Ca. IIII.

AVdierūt aūt hostes Iudæ & Beniamin:q̄ filij captiuitatis ædificarēt tēplū dño deo 1.Esd.5.g
A Israel,& accedētes ad Zorobabel,& ad principes patrū:dixerunt eis. Aedificemus
vobiscū,q̄ ita vt vos quærimus deū vestrū. Ecce nō immolauimus victimas à die-
bus Assor Haddan,regis Assur:qui adduxit nos huc. Et dixit eis Zorobabel, & Io-
sue,& reliqui principes patrū Israel. Non est nobis,& vobis,vt ædificemus domū deo nro,
sed nosipsi soli ædificabimus dño deo nostro,sicut p̄cepit nobis Cyrus rex Persarū. Factū est
igitur vt populus terræ impediret manus populi Iudæ,& turbaret eos in ædificando. Con-
duxerunt quoq; aduersus eos consiliatores,vt destruerent consilium eorū, omnibus die-
bus Cyri regis Persarū,& vsq; ad regnum Darij regis Persarū. In regno autem Ahasueri,in 1.Esd.2.d
principio regni eius,scripserunt accusationem aduersus habitatores Iudæ & Hierusalē. Et in
diebus Artaxerxis scripsit*Besellam Mithridates,Thabeel,& reliqui qui erant in cōsilio eorū Heb. in pace
B ad Artaxerxem,regē Persarū. Epistola autem accusationis scripta erat syriace,&* legebatur Heb. interp- retabatur
sermone syro. Rehum*Beelteem,& Samsai scriba,scripserunt epistolam vnā cōtra Hieru Heb. author
salē Artaxerxi regi huiuscemodi,Rehum*Beelteem,& Samsai scribā,& reliqui * cōsiliatores sermonis
eorum,Dynæi & Apharsatchæi,Tarphalæi,Arphasæi,*Hercuæi, Babylonij, Susanchæi, Heb. socii
Dehauæi,& Elamitæ,& cæteri de gētibus,quas transtulit Asenaphar magnus & gloriosus,
C & habitare eas fecit in ciuitatibus Samariæ & in reliquis regionibus trās flumē, in pace. Hoc
est exēplar epistolæ quā miserunt ad eū,Artaxerxi regi serui tui,uiri q sunt trans fluuiū, sa-
lutē dicūt. Notū sit regi:q̄ Iudæi qui ascēderunt à te ad nos,uenerūt in Hierusalē, ciuitatē re
bellē,& pessimā,quā ædificāt,extruētes muros eius,& parietes cōponētes. Nūc ideo notum
sit regi:q̄ si ciuitas illa ædificata fuerit:& muri eius instaurati,tributū & uectigal,et*annuos Heb. cum

Heb. nūc igitur destructiōnē palacii molimur. Heb. Rebelliōnē facientes sunt.

redditus nō dabūt:& vsq; ad reges hæc noxa perueniet. *Nos aūt memores salis,q̄d in pala-
tio comedimus:& qa læsiones regis videre nephas ducimus:idcirco misimus & nuntiauimus
regi,vt recenseas in libris historiarū patrū tuorū: & inuenies scriptū in cōmentarijs:& scies
quoniā vrbs illa,vrbs rebellis est,& nocēs regibus,& prouincijs:& * bella cōcitātur in ea,ex D
diebus antiquis.Quamobrē & ciuitas illa destructa est. Nuntiamus nos regi;qm̄ si ciuitas illa
ædificata fuerit:& muri ipsius instaurati,possessionē trans fluuiū nō habebis. Verbū misit
rex ad Rehum *Beelteem,& Samsai scribā,& ad reliquos qui erant in consilio eorū,habitato-
res Samariæ,&*cæteris trans fluuiū.Salutem dicēs,& pacem. Accusationem quam misistis
ad nos,manifeste lecta est corā me,& à me præceptum est,& recensuerunt,inuenerūtq́; quo
niā ciuitas illa à diebus antiquis aduersum reges rebellat,& seditiones,& prælia concitantur
in ea.Nā & reges fortissimi fuerunt in Hierusalem,qui & dominati sunt omni regioni,quæ
trans fluuiū est.Tributū quoq;,& vectigal,& redditus accipiebāt.Nunc ergo*audite senten
tiam.Prohibeatis viros illos,vt vrbs illa non ædificetur,donec à me iussum fuerit.*Videte ne
negligenter hoc impleatis:& paulatim crescat malum contra reges. Itaq; exemplum edi-
cti Artaxerxis regis lectum est coram Rehum,& Samsai scriba,& cōsiliarijs eorum. Et abie-
runt festini in Hierusalem ad Iudæos:& prohibuerunt eos in brachio,& robore.Tunc inter-
missum est opus domini in Hierusalem,& non fiebat vsq; ad annum secundum regni Darij
regis Persarum.

Heb.oratorē me.& cæteros trās fluuiū Deiā & Ceeth.Epistola quā &c. Heb.ponite edictū ad impediendum. Monete fratres ut hæc faciatis,& quare crescat &c.

¶Adhortatione Haggæi,& Zachariæ reædificatur templum. Cap. V.

1.Esd.6.a

PRophetauerūt autē Haggæus propheta,& Zacharias filius Addo,prophetantes ad A
Iudæos,qui erāt in Iuda,& Hierusalē,& in noīe dei Israel. Tunc surrexerunt Zoroba
bel filius Saalthiel,& Iosue filius Iosedec:& cœperunt ædificare templum domini in
Hierusalem:& cum eis prophetæ dei,& adiuuantes eos. In ipso autem tēpore ve-
nit ad eos Thatanai,qui erat dux trans flumen,& Starbuzanai,& consiliarij eorum,sicq́; di-
xerunt eis.Quis dedit vobis consiliū,vt domū hanc ædificaretis,& muros eius instauraretis? B
Ad quod respondimus eis,quæ essent nomina hominū authorū ædificationis illius. Oculus
autem dei eorū factus est super senes Iudæorum,& non potuerunt inhibere eos.Placuitq́; vt
res ad Darium referretur,& tunc satisfacerent aduersus accusationem illam. Exemplar epi
stolæ quā misit Thatanai,dux regionis trans flumen,& Starbuzanai,& cōsiliatores eius. Ar
phasathæi,qui erant trans flumē ad Darium regē.Sermo quem miserant ei,sic scriptus erat.
Dario regi,pax omnis.Notum sit regi,isse nos ad Iudæā prouinciam,ad domum dei magni,
quæ ædificatur lapide impolito:& ligna ponunt in parietibus,opusq́; illud diligēter extrui-
tur,&*crescit in manibus eorū.Interrogauimus ergo senes illos,& ita diximus eis. Quis de- C
dit vobis potestatē,vt domum hanc ædificaretis,& muros hos instauraretis? Sed & nomina
eorū quæsiuimus ab eis,vt nuntiaremus tibi:scripsimusq́; nomina eorum virorum,qui sunt
principes in eis.Huiuscemodi autem sermonē responderunt nobis,dicentes. Nos sumus ser-
ui dei cœli & terræ,& ædificamus tēplū quod erat extructū ante hos annos multos quodq́;
rex Israel magnus ædificauerat & extruxerat.Postquam autē ad iracundiam prouocauerunt
patres nostri deū cœli,tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis,regis Chal-
dæi,domū quoq; hanc destruxit,& populum eius transtulit in Babylonem.Anno autē pri- D
mo Cyri regis Babylonis,Cyrus rex proposuit ædictū vt domus dei ædificaretur,nā & vasa
tēpli dei,aurea & argentea,quæ Nabuchodonosor tulerat de templo quod erat in Hierusalē
& asportauerat ea in tēplum Babylonis:protulit Cyrus rex de tēplo Babylonis,& data sunt
Sasbasar vocabulo,quē & principem cōstituit:dixitq́; ei.Hæc vasa tolle,& vade,& pone ea
in tēplo quod est in Hierusalem,& domus dei ædificetur in loco suo.Tunc itaq; Sasbasar il-
le venit,& posuit fundamēta templi dei in Hierusalē,& ex eo tempore vsq; nunc ædificatur
& necdum cōpletum est.Nunc ergo(si videtur regi bonum)recenseat in*Bibliotheca regis,
quæ est in Babylone,vtrū nam à Cyro rege iussum fuerit,ut ædificaretur domus dei in Hie-
rusalem,& voluntatem regis super hac re mittat ad nos.

He. properat, He in domo thesaurorū

¶Iussu Darij reædificato tēplo,eoq́; dedicato,filij Israel celebrant azyma. Cap. VI.

1.Esd.6.c He.in gramatophylacio.in palacio Mediæ prouinciæ

TVnc Darius rex præcepit,& recensuerunt in bibliotheca librorum:qui erāt repo- A
siti in Babylone,Et inuentū est*in Egbathanis,q̄d est castrū in Medena prouincia
volumē vnū,talisq́; scriptus erat in eo cōmentarius.Anno primo Cyri regis,Cy-
rus rex decreuit,vt domus dei ædificaret,quæ est in Hierusalē,in loco vbi immo-
lant hostias,& vt ponant fundamēta supportantia altitudinē cubitorū sexaginta,& latitudi-
nē cubitorū sexaginta,ordines de lapidibus impolitis tres,& sic ordines de lignis nouis.Sūp- B
tus aūt de domo regis dabunt.Sed & uasa tēpli dei,aurea,& argētea,quæ Nabuchodonosor
tulerat de templo Hierusalē,& attulerat ea in Babylonem,reddantur,& referantur in tem-
plum Hierusalem,in locum suum,quæ & posita sunt in templo dei. Nunc ergo Thatanai
dux regionis,quæ est trans flumen,& Starbuzanai,& consiliarij uestri,Apharsathæi,qui
estis

estis trans flumen procul,recedite ab illis,&dimittite fieri templum dei illud à duce Iudæoꝝ
& à senioribus eoꝝ,& domū dei illā ædificēt in loco suo.Sed & à me præceptū est, qd opor
teat fieri à pſbyteris Iudæoꝝ illis, vt ædificet domus dei .ſ. vt de arca regis,id est,vt de tribu-
tis quæ dant de regione trans flumē,studiose sumptus dentur viris illis,ne impediatur opus.
Quod si necesse fuerit,& vitulos,& agnos,&hœdos in holocaustū dei cœli,frumētum,sal,vi
C num, & oleū,secundū ritum sacerdotū, q sunt in Hierlm detur eis per singulos dies, ne sit in
aliquo querimonia,& offerāt oblatōes deo cœli,orentq́ ꝑ vita regis & filioꝝ eius. A me er
go positū est decretū,vt oīs homo q hanc mutauerit iussionē,tollat lignū de domo ipsius, &
erigat & configatur in eo:domus aūt eius publicetur. Deus aūt q habitare fecit nomē suū ibi
dissipet oīa regna,& populū,q extēderit manum suam vt repugnet,& dissipet domū dei illā
quæ est in Hierlm.Ego Darius statui decretū,quod studiose impleri volo. Igit Thatanai 1.Esdræ 5.a
dux regionis trans flumē, & Starbuzanai,& consiliarij eius, secundū quod ꝑceperat Darius
rex,sic diligēter executi sunt. Seniores aūt Iudæoꝝ ædificabant,& prosperabant,iuxta ꝓ-
phetiam Haggæi Prophetæ,& Zachariæ filij Addo.Et ædificauerunt & cōstruxerūt iubēte
deo Israhel,& iubēte Cyro,& Dario,& Artaxerxe regibus Persaꝝ, & cōpleuerūt domū dei
D istā,vsq; in diē tertiū mensis Adar,q est annus sextus regni Darij regis. Fecerunt autē filij
Israhel,sacerdotes & Leuitæ.& reliq filioꝝ trāsmigratōis dedicationē domus dei in gaudio,
&obtulerunt in dedicationē domus dei,vitulos cētum,arietes ducētos,agnos quadringētos
hircos capraꝝ pro peccato totius Israhel duodecim,iuxta numeꝝ tribuum Israhel. Et sta-
tuerunt sacerdotes in ordinibus suis,&Leuitas in vicibus suis,super opera dei in Hierlm,sicut
scriptū est in libro Moysi. Fecerūt aūt filij Israhel transmigratōis Pascha quartadecima die
mensis primi.Purificati eñ fuerant sacerdotes& Leuitæ,quasi vnus:oēs mundi ad immolan
dum Pascha,vniuersis filijs transmigratōis, & fratribus suis sacerdotibus & sibi. Et comede-
runt filij Israhel,q reuersi fuerant de transmigratōe,&omnes qui se separauerant à coinquina
tione gentium terræ ad eos,vt quærerēt dñm deum Israhel, & fecerunt solenuitatē azymo-
rum septē diebus in lætitia,qm lætificauerat eos dñs,&conuerterat cor regis Assur ad eos,vt
adiuuaret manus eorum,in opere domus dñi dei Israhel.

¶Esdras ædicto regis Artaxerxis,sumptis comitibus ascēdit Hierlm. Ca.VII.

A POst hæc aūt verba in regno Artaxerxis regis Persarū. Esdras filius Saraiæ,filij Aza- 3.Esdræ 8
riæ,filij Helchię,filij Sellū,filij Sadoc,filij Achitob,filij Amariæ,filij Azariæ,filij Ma
raioth, filij Zaraiæ, filij Ozi,filij Bocci, filij Abisue, filij Phinehes, filij Eleazar, filij
Aaron sacerdotis ab initio:ipse Esdras ascēdit de Babylone,& ipse scriba velox in le-
ge Moysi,quā dñs deus dedit Israhel.Et dedit ei rex secūdū manū dñi dei eius bonā super eū,
oēm petitionē eius. Et ascēderunt de filijs Israhel,& de filijs sacerdotū, & de filijs Leuitarū,
& de cantoribus,& de ianitoribus,& de Nathinnæis in Hierusalē, anno septimo Artaxerxis
regis,& venerunt in Hierusalē mēse quinto:ipse est annus septimus regis, quia in primo die
mēsis primi cœpit ascēdere de Babylone,& in primo die mēsis quinti venit in Hierusalē, iu-
xta manū dei sui bonā super se.Esdras autē parauit cor suum vt inuestigaret legē dñi,& face-
B ret & doceret in Israhel præceptum & iudiciū. Hoc est aūt exemplar epistolæ ædicti,quod
dedit rex Artaxerxis Esdræ sacerdoti,scribæ erudito in sermonibus,& in præceptis dñi,& in
cęremonijs eius in Israhel. Artaxerxes rex regū Esdræ sacerdoti,scribæ legis dei cœli doctissi
mo salutē.A me decretū est,vt vnicuiq; placuerit in regno meo de populo Israhel, & de sa-
cerdotibus eius,& de Leuitis ire in Hierusalē tecum,vadat.A facie eñ regis & septē consilia
torum eius,missus es, vt visites Iudæam & Hierusalē in lege dei tui, quæ ē in manu tua: & vt
feras argētum & aurum quod rex & consiliatores eius sponte obtulerunt deo Israhel,cuius in
C Hierusalē tabernaculum est.Et omne argētum &aurum quodcunq; inueneris in vniuersa ꝓ-
uincia Babylonis, & populus offerre voluerit, & de sacerdotibus qui sponte obtulerint do-
mui dei sui,quæ ē in Hierusalē,libere accipe,& studiose eme de hac pecunia vitulos, arietes,
agnos,& sacrificia,& libamina eorum,& offer ea super altare tēpli dei vestri, quod ē in Hie-
rusalē.Sed & si quid tibi & fratribus tuis placuerit de reliquo argēto & auro, vt faciatis iuxta
voluntatē dei vestri facite. Vasa quoq; quæ dantur tibi in ministerinm domus dei tui,trade
in conspectu in Hierusalē. Sed &cætera quibus opus fuerit in domo dei tui,quantumcunq;
necesse ē,vt expēdas,dabis de thesauro, & de fisco regis, & à me Ego Artaxerxes rex statui
atq; decreui omnibus custodibus arcæ publicæ, qui sunt trans flumē, vt quodcunq; petierit choros
à vobis Esdras sacerdos,scriba legis dei cœli,* absq; mora detis, vsq; ad argēti talenta cētum
& vsq; ad frumēti coros cētum,& vsq; ad vini bathos cētum,& vsq; ad bathos olei cētum,sal
D vero absq; mēsura. Omne quod ad ritum dei cœli pertinet, tribuatur diligēter in domo dei
cœli,ne forte irascatur contra regnum regis,& filiorum eius. Vobis quoq; notum facimus de
vniuersis sacerdotibus,& Leuitis,& cantoribus,& ianitoribus,Nathinnæis,& ministris do-
mus dei huius.vt vectigal,& tributū,& annonas nō habeatis potestatē imponēdi super eos,

Tu autem Esdra secundũ sapiam dei tui, quæ est in manu tua, constitue iudices, & præsides,
vt iudicent omni populo q est trans flumen, his videlicet q nouerunt legē dei tui, sed & impe
ritos docete libere. Et oĩs q non fecerit legē dei tui, & legē regis diligēter, iudiciũ erit de eo,
siue in mortē, siue in exiliũ, siue in cōdemnationē substantiæ eius, vel certe in carcerē. Et di-
xit Esdras scriba: Benedictus dñs deus patrũ nostroꝝ, q dedit hoc in corde regis, vt glorifica
ret domũ dñi, q̃ est in Hierl'm, & in me inclinauit misericordiã suã corã rege, & cõsiliatoribus
eius, & vniuersis principibus regis potentibus. Et ego cõfortatus manu dñi dei mei q̃ erat in
me, congregaui de Israhel principes qui ascenderunt mecum.

¶Numerus eoꝝ q cum Esdra ascenderunt Hierosolymam. Ca. VIII.

1. Esdræ 8 HI sunt ergo principes familiaꝝ & genealogia eoꝝ, qui ascenderunt mecum in regno A
Artaxerxis regis de Babylone. De filijs Phinehes, Gersom. De filijs Ithamar, Daniel
De filijs Dauid, Hatthus. De filijs Sechaniæ, & de filijs Pharos, Zacharias, & cum eo
numerati sunt viri centũ qnquagĩta. De filijs Pahath, Moab, Elienai filius Zacharię
& cum eo ducẽti viri. De filijs Sechaniæ filius Iahaziel, & cum eo trecenti viri. De filijs Adin,
Abed, filius Ionathan, & cum eo qnquaginta viri. De filijs Elam, Esaias filius Athaliæ, & cum
eo septuaginta viri. De filijs Saphatiæ, Zabadia filius Michael, & cum eo octoginta viri. De B
filijs Ioab Obedia filius Iehiel, & cum eo ducenti decem & octo viri. De filijs Selomith filius
Iosphiæ, & cum eo centũ sexaginta viri. De filijs Bebai, Zacharias filius Bebai, & cum eo vi-
gintiocto viri. De filijs Azad, Iohanan filius Catan, & cũ eo centũ & decẽ viri. De filijs Ado-
nicam, q erant nouissimi, & hæc nomina eoꝝ. Eliphelet, & Iehiel, & Samaias, & cum eis sexa
ginta viri, De filijs Begui Vthai, & Zabud, & cũ eis septuaginta viri. Congregaui aũt eos ad
fluuium, q decurrit ad Ahaua, & mansimus ibi tribus diebus. Quæsiuiq̃ in populo, & in sacer
dotibus de filijs Leui, & non inueni ibi. Itaq; misi Eliezer, & Ariel, & Semeiam, & Elnathan, C
& Iarib, & alteꝝ Elnathan, & Nathan, & Zachariã, & Mosollã principes, & Ioriarib, & Elna
than sapientes, & misi eos ad Eddo, q est primus in Casphiæ loco. Et posui in ore eoꝝ ver-
ba quæ loquerent ad Eddo, & ad fratres eius Nathinnæos, in loco Casphiæ, vt adducerẽt no
bis ministros domus dei nostri. Et adduxerũt nobis per manũ dei nostri bonã super nos, vi-
rũ doctissimũ de filijs Moholi, filij Leui, filij Israel, & Serabiam, & filios eius, & frẽs eius decẽ
& octo, & Hasabiam, & cum eo Esaiam de filijs Merari, fratresq̃ eius & filios eius viginti. Et D
de Nathinnæis quos dederat Dauid, & principes, ad ministeria Leuitaꝝ, Nathinnæos ducen-
tos viginti. Omes hi suis noĩbus vocabant, & ꝑdicaui ibi ieiuniũ iuxta fluuiũ Ahaua, vt affli-
geremur corã dño deo nostro, & peteremus ab eo viã rectã, nobis & filijs nostris, vniuersæq̃
substantiæ nostræ. Erubui eñi petere à rege auxilium, & equites q defenderent nos ab inimi
co in via, quia dixeramus regi. Manus dei nostri est super omnes, qui quærunt eum in bonita
te, & imperium eius, & fortitudo eius, & furor super omnes qui derelinquunt eum. Ieiunaui- E
mus autẽ & rogauimus deũ nostrũ pro hoc, & euenit nobis prospere. Et separaui de principi
bus sacerdotũ duodecim, Sarabiã & Hasabiã, & cũ eis de fratribus eoꝝ, decẽ. Appendiq̃ eis
argentũ, & aurũ, & vasa consecrata domus dei nostri, quæ obtulerat rex, & cõsiliatores eius,
& pricipes eius, vniuersusq̃ Israhel, eoꝝ q inuenti fuerant. Et appendi in manibus eoꝝ argẽ
ti talenta sexcẽnta qnquaginta, & vasa argentea centum, auri vero centum talenta, & crate-
ras aureos viginti, q habebant solidos millenos, & vasa æris fulgentis optimi duo, pulchra vt
aurũ. Et dixi eis. Vos sancti dñi, & vasa sancta, & argentũ, & aurũ quod spõte oblatũ est dño F
deo patrũ nostroꝝ. Vigilate & custodite, donec appendatis corã pricipibus sacerdotũ, & Le
uitaꝝ, & ducibus familiaꝝ Israhel, in Hierusalẽ, in thesauꝝ domus dñi. Susceperunt aũt sacer
dotes & Leuitæ põdus argẽti, & auri, & vasoꝝ, vt deferrẽt Hierusalẽ in domũ dñi dei nostri.
Promouimus ergo à flumine Ahaua duodecima die mensis primi, vt pergeremus Hierl'm,
Et manus dei nostri fuit super nos, & liberauit nos de manu inimici, & isidiatoris in via. Et vẽ G
nimus Hierl'm, & mansimus ibi tribus diebus. Die aũt quarta appensum est argentũ & aurũ,
& vasa in domo dei nostri per manũ Remoth, filij Vriæ sacerdotis, & cũ eo Eleazar filius Phi
nehes, & cũ eis Iosabad, filius Iosuę, & Noadia filius Bennoi Leuitæ, iuxta numeꝝ & pondus
oĩm. Descriptumq̃ est omẽ põdus in tẽpore illo. Sed & q venerãt de captiuitate filij trãsmi-
grationis obtulerũt holocaustomata deo Israhel, vitulos duodecim, ꝓ omni populo Israhel,
arietes nonagintasex, agnos septuagintaseptẽ, hircos ꝓ peccato duodecim, oĩa in holocau
stum dño. Dederunt aũt edicta regis satrapis, q erant de conspectu regis, & ducibus trans flu
men, & eleuauerunt populum & domum dei.

¶Dolet Esdras populũ à deo defecisse, & cũ gẽtibus se cõmiscuisse. Ca. IX.

1. Esdræ 8 POstq̃ aũt hæc cõpleta sunt, accesserũt ad me principes, dicẽtes: Nõ est hic separatus A
populus Israel, & sacerdotes, & Leuitæ, à populis terraꝝ, & de abominatiõibus eoꝝ,
Chananæi videlicet & Hethæi, & Pherezæi, & Iebuzæi, & Ammonitaꝝ, & Moabi
tarum, & Aegyptioꝝ, & Amorræoꝝ. Tulerunt eñi de filiabus eoꝝ sibi, & filijs suis

vxores

vxores,& commiſcuerunt ſemen ſanctũ,cum populis terraꝝ. Manus etiã principũ & magi-
ſtratuũ,fuit in tranſgreſſione hac prima. Cũq; audiſſem ſermonẽ iſtũ ſcidi palliũ meum,&
tunicam,& euelli capillos capitis mei,& barbæ,& ſedi mœrẽs. Cõuenerunt autẽ ad me oẽs
B q timebant verbũ dei Iſrahel,pro trãſgreſſione eoꝝ,q de captiuitate venerãt, & ego ſedebã
triſtis vſq; ad ſacrificiũ veſpertinũ. Et in ſacrificio veſpertino ſurrexi de afflictõe mea,&ſciſſo
pallio, & tunica,curuaui genua mea, & expandi manus meas ad dñm deũ meũ, & dixi: Deus
meus cõfundor,& erubeſco leuare faciẽ meã ad te,qm̃ iniqtates noſtræ multiplicatæ ſunt ſu-
per caput noſtrũ,& delicta nr̃a creuerũt vſq; ad cœlũ,à diebus patrũ noſtroꝝ, ſed & noſipſi
peccauimus grauiter,vſq; ad diẽ hanc,& in iniqtatibus noſtris traditi ſumus,ipſi & reges no
ſtri,& ſacerdotes noſtri,in manũ regũ terraꝝ,& in gladium,& in captiuitatẽ,in rapinã,& in
C confuſionẽ vultus,ſicut & die hac. Et nunc quaſi paꝝ,& ad momẽtum facta eſt dep̃catio nr̃a
ad dñm deũ noſtrũ,vt dimitterẽtur nobis reliquiæ,& daretur pax illius in loco ſancto eius,
& illuminaret oculos nr̃os deus noſter,& daret nobis vitã modicã in ſeruitute noſtra, qa ſer
ui ſumus,& in ſeruitute nr̃a nõ dereliqt nos deus nr̃,& ĩclinauit ſuper nos miſericordiã corã
rege Perſaꝝ,vt daret nobis vitã,& ſublimaret domũ dei noſtri,& extrueret ſolitudines eius,
& daret nobis ſpem in Iuda & Hierl'm. Et nunc qd dicemus,dñe deus noſter poſt hæc? Quia Deut.7
D dereliqmus mandata tua,quæ præcepiſti in manu ſeruoꝝ tuoꝝ Prophetaꝝ, dicẽs: Terra ad
quam vos ingredimini,vt poſſideatis eam,terra immunda eſt, iuxta immunditiã populoꝝ,
cæterarumq; terraꝝ abominatõibus eoꝝ,q repleuerũt eam ab ore vſq; ad os,in coinqnatio-
ne ſua. Nunc ergo filias veſtras ne detis filiis eoꝝ,& filias eoꝝ ne accipiatis filiis veſtris, & nõ
quæratis pacẽ eoꝝ,& proſperitatẽ eoꝝ vſq; in æternũ,vt cõfortemini,& comedatis quę bo
na ſunt terræ,& hæredes habeatis filios vr̃os vſq; in ſeculũ. Et poſt oĩa venerũt ſuper nos in
operibus noſtris peſſimis,& in delicto noſtro magno,qa tu deus noſter liberaſti nos de iniq
tate noſtra,& dediſti nobis ſalutẽ,ſicut ẽ hodie,vt non conuerteremur,& irrita faceremꝰ mã
data tua,neq; matrimonia iungeremus cũ populis abominationũ iſtaꝝ. Nunqd iratus es no
bis vſq; ad cõſummationẽ,ne dimitteres nobis reliquias ad ſalutẽ? Dñe deus Iſrahel iuſtus es
tu,qm̃ derelicti ſumus,qui ſaluaremur,ſicut die hac. Ecce coram te ſumus in delicto noſtro.
Non enim ſtari poteſt coram te ſuper hoc.

¶Populus pœnitens,vxores alienigenas abiicit. Ca.X.

A SIc ergo orante Eſdra,& implorãte deũ,& flente , & iacẽte ad tẽplum dei,collectus eſt 1.Eſdræ.8.g
ad eum de Iſrahel cœtus grandis nimis,viroꝝ,& mulieꝝ,& pueroꝝ. Et fleuit popu-
lus multo fletu,& rñdit Sechanias,filius Iehiel,de filiis Elam,& dixit Eſdræ. Nos p̃ua-
ricati ſumus in deũ noſtrũ,& duximus vxores alienigenas de populis terræ. Et nunc
ſi eſt pœnitẽtia in Iſrahel,ſuper hoc,percutias fœdus cũ dño deo noſtro, vt proiiciamus vni
uerſas vxores,& eos q de his nati ſunt. Iuxta voluntatẽ dñi,& eoꝝ q tenent præceptum dñi
dei noſtri,ſecundũ legẽ fiat. Surge,tuum eſt diſcernere,noſq; erimus tecũ. Cõfortare & fac.
Surrexit ergo Eſdras,& adiurauit principes ſacerdotũ,& Leuitaꝝ,& oẽm Iſrahel, vt face- 3.Eſdræ.9
rẽt ſecundũ verbum hoc,& iurauerunt. Et ſurrexit Eſdras ante domũ dei, & abiit ad cubicu-
lum Iohanan,filii Eliaſib,& ingreſſus ẽ illuc. Panẽ non comedit, & aquam non bibit. Luge-
bat eñ tranſgreſſionẽ eoꝝ,q venerant de captiuitate. Et miſſa ẽ vox eorũ in Iuda, & in Hie-
ruſalẽ omnibus filiis tranſmigrationis,vt congregarent in Hieruſalẽ. Et omnis qui non ve-
nerit in tribus diebus,iuxta conſilium principum & ſeniorum,auferetur vniuerſa ſubſtantia
B eius,& ipſe abiiciet de cœtu tranſmigrationis. Conuenerunt igit omnes viri Iuda, & Benia
min,in Hieruſalẽ,tribus diebus,ipſe eſt mẽſis nonus,viceſima die mẽſis. Et ſedit omnis popu
lus in platea domus dei,tremẽtes p̃ peccato , & pluuiis. Et ſurrexit Eſdras ſacerdos, & dixit
eos eos. Vos tranſgreſſi eſtis,& duxiſtis vxores alienigenas,vt adderetis ſuper delictũ Iſrahel
Et nunc date cõfeſſionẽ dño deo patrũ veſtrorũ,& facite placitũ eius,& ſeparamini à populis
terrę,& ab vxoribus alienigenis. Et rñdit vniuerſa multitudo,dixitq; voce magna. Iuxta uer
bum tuum ad nos,ſic fiat. Veruntamẽ quia populus multus ẽ,& tẽpus pluuiæ,& non ſuſtine-
mus ſtare foris,& opus non ẽ diei vnius, uel duorum, uehemẽter quippe peccauimus in ſer-
mone iſto,conſtituant principes in uniuerſa multitudine, & oẽs in ciuitatibus noſtris qui du
xerunt uxores alienigenas,ueniant in tẽporibus ſtatutis,& cum his ſeniores per ciuitatem in
C ciuitatẽ,& iudices eius,donec auertat ira dei noſtri à nobis ſuper peccato hoc. Igitur Iona-
than filius Aſael,& Iahazia filius Thecue,ſteterunt ſuper hoc,& Moſollam,& Sabathai Leui
tes,adiuuerunt eos. Feceruntq; ſic filii tranſmigratõis. Et abierũt Eſdras ſacerdos,& uiri prin
cipes familiarũ,in domos patrũ ſuorũ,& oẽs per noĩa ſua,& ſederũt in die primo mẽſis deci
mi,ut q̃rerẽt rẽ. Et conſummati ſunt oẽs uiri q duxerũt uxores alienigenas,uſq; in diẽ primã
mẽſis primi. Et ĩuẽti ſunt de filiis ſacerdotũ q duxerũt uxores alienigenas De filiis Ioſue,filii Io
ſedec,& frẽs eius,Maaſia,& Eliezer,& Iarib,& Godolia. Et dederũt manꝰ ſuas, ut eiicerẽt uxo
res ſuas,& p̃ delicto ſuo arietẽ de ouibus offerrẽt. Et de filiis Emmer,Hanani,& Zabedia. Et
de filiis

de filijs Harim, Maasia, & Elia, & Semeia, Iehiel, & Ozias. Et de filijs Phashur, Elioenai,
Maasia, Ismael, Nathanael, Iozabed, & Eleasa. Et de filijs Leuitarum Iosabed, & Semei, & Ce
laia ipse est Calitha, Pathahaia, Iuda, & Eliezer. Et de cantoribus Eliasib, & de ianitoribus, Sel
lum, & Telem, & Vri. Et ex Israhel de filijs Pharos, Remeia, & Iezia, & Melchia, & Miamin, &
Eliezer, & Melchia, & Banaia. Et de filijs Elam, Mathania, Zacharias, & Iehiel, & Abdi, & Ie-
rimoth, & Elia. Et de filijs Zethua, Elioenai, Eliasib, Nathania, & Ierimoth, & Zabad, & Azi
za. Et de filijs Bebai, Iohanan, Hanania, Zabbai, Athalai. Et de filijs Benni, Mosollā, & Mal- D
luch, & Adaia, Iasub, & Saal, & Ramoth. Et de filijs Pahathmoab, Edna, & Chalal, Bananias,
& Maasias, Mathanias, Beseleel, Bennui, & Manasse. Et de filijs Harim, Eliezer, Iesia, & Mel-
chias, Semeias, Symeon, Beniamin, Malluch, Samarias. Et de filijs Hasom, Mathanai, Matha-
tha, Zabed, Eliphelet, Ieremi, Manasses, Semei. De filijs Bani, Maaddi, Amram, & Huel, Ba-
neas, & Badaias, Cheluhi, Vanias, Maremoth, & Eliasib, Mathanias, Mathanai, & Iaasau, &
Bani, & Bennui, Semei, & Salamias, & Nachan, & Adaias, Machnadabai, Sasai, Sarai, Azarael
& Selemiahu, & Samaria, Sellum, Amaria, Ioseph. De filijs Nebo, Iahiel, Mathathias, Zabed,
Zabina, Ieddai, & Ioel, & Banai. Omnes hi acceperant vxores alienigenas, & fuerunt ex eis
mulieres quæ pepererant filios.

FINIS.

LIBER NEHEMIAE QVI EST Esdræ secundus.

¶Nehemias, pincerna regis Artaxerxis, pro populo afflicto deū orat. Ca. I.

VERBA NEHEMIAE FILII HELCHIAE ET FA A
ctum est in mense Casleu anno vicesimo, & ego erā in Susis castro:
Et venit ad me Hanani, vnus de fratribus meis, ipse & viri ex Iuda. Et
interrogaui eos de Iudæis q remanserant, & supererant, de captiuita
te & de Hierl'm. Et dixerunt mihi: Qui remanserunt, & derelicti sunt
de captiuitate ibi in prouincia, in afflictione magna sunt & in oppro
brio, & murus Hierusalē dissipatus est, & portæ eius combustæ sunt B
igni. Cumq; audissem verba huiuscemodi, sedi & fleui, & luxi diebus
multis, & ieiunabā, & orabā ante faciē dei cœli, & dixi. Quæso dñe de
Dani.9.a us cœli, fortis, magne atq; terribilis, q custodis pactū & misericordiā, his q te diligūt & custo
diunt mandata tua, fiant aures tuæ auscultātes, & oculi tui aperti, vt audias orōnem serui tui,
quā ego oro corā te hodie, die ac nocte, pro filijs Israhel seruis tuis, & confiteor pro peccatis C
filiorū Israhel, qbus peccauerunt tibi. Ego & domus patris mei peccauimus, vanitate seducti
sumus, & non custodiuimus mandatū tuū, & ceremonias, & iudicia, quæ præcepisti Moysi fa
mulo tuo. Memento verbi quod mandasti Moysi seruo tuo, dicēs. Cum transgressi fueritis,
Deut.30.a ego disperdā vos ī populos. Et si reuertamini ad me, & custodiatis pcepta mea, & faciatis ea,
etiā si abducti fueritis ad extrema cœli, inde congregabo vos, & reducā in locū quē elegi, vt
habitaret nomē meum ibi. Et ipsi serui tui, & populus tuus, quos redemisti in fortitudine tua D
magna, & in manu tua valida. Obsecro dñe fit auris tua attendens ad orōnem serui tui, & ad
orōnem seruorū tuorū qui volunt timere nomen tuum, & dirige seruum tuum hodie, & da ei
misericordiam ante virum hunc. Ego enim eram pincerna regis.

¶Nehemias impetratis literis à rege Artaxerxe, venit Hierosolymam, ędificauitq;
eius muros. Caput .II.

FActum est autem in mense Nisan, anno vicesimo Artaxerxis regis, & vinū erat ante A
eum. Et leuaui vinum, & dedi regi, & erā quasi languidus ante faciē eius. Dixitq; mi-
hi rex. Quare vultus tuus tristis est, cū te ægrotū non videam? Nō est hoc frustra, sed
malū nescio qd in corde tuo ē. Et timui valde, ac nimis, & dixi regi. Rex in æternum
viue. Quare non mœreat uultus meus, qa ciuitas domus sepulchrorū patris mei deserta est, &
portæ eius combustæ sunt igni? Et ait mihi rex. Pro qua re postulas? Et oraui deū cœli. Et di
xi ad regē. Si uidetur regi bonū, & si placet seruus tuus ante faciē tuam, ut mittas me in Iudæā
ad ciuitatē sepulchri patris mei, & ædificabo eam. Dixitq; mihi rex, & regina quæ sedebat iu B
xta eum. Vsq; ad quod tēpus erit iter tuum, & quando reuerteris? Et placui ante vultū regis,
& misit me. Et cōstitui ei tempus, & dixi regi. Si regi videt bonū, epistolas det mihi, ad duces
regionis trans flumen, vt traducant me, donec veniā in Iudæam, & epistolam ad Asaph custo
dem saltus regis, vt dent mihi ligna, & tegere possim portas templi, turres domus, & muros
ciuitatis, & domū quam ingressus fuero. Et dedit mihi rex iuxta manū dei mei bonā mecū.
Et ueni ad duces regionis trans flumen, dediq; eis epistolas regis. Miserat autem rex mecum
principes

principes militũ & equites. Et audierunt Sanaballat Horonites, & Tobias seruus Amanites,
C & contristati sunt afflictõe magna q̃d venisset homo, q quæreret prosperitatẽ filiorum Israhel.
Et venit in Hierusalẽ, & erã ibi tribus diebus. Et surrexi nocte. ego & viri pauci mecũ, & non
indicaui cuiq̃ q̃d dñs dedisset in corde meo, vt facerẽ in Hierl̃m, & iumentũ non erat mecum,
nisi animal cui insidebã. Et egressus sum per portã vallis nocte, & ante fontẽ draconis, & ad
portã stercoris, & cõsiderabã murũ Hierl̃m dissipatũ, & portas eius cõsumptas igni. Et transi
ui ad portã fontis, & ad aqueductũ regis, & nõ erat locus iumento, cui sedebam, vt transiret.
Et ascẽdi per torrentẽ nocte, & cõsiderabã murum, & reuersus veni ad portã vallis, & redij.
Magistratus aũt nesciebant quo abijssem, aut q̃d ego facerem. Sed & Iudæis, & sacerdotibus,
& optimatibus, & magistratibus, & reliqs q faciebant opus, vsq; ad id loci, nihil indicaueram,
D Et dixi eis: Vos nostis afflictionẽ in qua sumus, quia Hierl̃m deserta est, & portæ eius con-
sumptæ sunt igni. Venite & ædificemus muros Hierl̃m, & nõ simus vltra opprobriũ. Et indi
caui eis manũ dei mei, q̃ esset bona mecũ, & verba regis q̃ locutus est mihi, & aio. Surgamus,
& ædificemus. Et cõfortatæ sunt manus eorum in bono. Audierũt aũt Sanaballat Horonites,
& Tobias seruus, Amanites, & Gesem Arabs, & subsannauerũt nos, & despexerũt. Dixerũtq;
Quæ ẽ hęc res quã facitis? Nunq̃d cõtra regẽ vos rebellatis? Et reddidi eis sermonẽ, dixiq; ad
eos: Deus cœli ipse nos iuuat, & nos serui eius sumus, Surgamus & ædificemus. Vobis aũt non
est pars, & iustitia, & memoria in Hierusalem.

A ¶Catalogus eorum qui muros ædificauerint. Caput III.

ET surrexit Eliasib sacerdos magnus & fratres eius sacerdotes, & ædificauerunt portã
regis. Ipsi sanctificauerũt eã, & statuerũt valuas eius, & vsq; ad turrim centũ cubitorum
sanctificauerũt eã, vsq; ad turrim Hananeel. Et iuxta eũ ædificauerunt viri Hiericho,
& iuxta eos ædificauit Zachur filius Amri. Portã aũt pisciũ ædificauerũt filij Asnaa.
Et ipsi texerunt eã, & statuerunt valuas eius, & seras, & vectes. Et iuxta eos ædificauit Mari-
moth filius Vriæ, filij Accos. Et iuxta eũ ædificauit Mosollã filius Barachiæ, filij Mesezabeel.
B Et iuxta eum ædificauit Sadoc filius Baana. Et iuxta eum ædificauerũt Thecueni. Optimates
aũt eorum non supposuerũt colla sua in opere dñi dei sui. Et portã veterẽ ædificauerunt Ioiada
filius Paseah, & Mosollã filius Besodiæ. Ipsi texerunt eam, & statuerunt valuas eius, & seras, &
vectes. Et iuxta eos ædificauerunt Malatias Gabaonites, & Iaron Meronathites, viri de Gaba
on, & Maspha, pro duce q erat in regione trans flumen. Et iuxta eum ædificauit Vziel filius
Haraia, aurifex. Et iuxta eum ædificauit Hananias filius pigmentarij. Et dimiserunt Hierusa-
lẽ vsq; ad murũ plateæ latioris. Et iuxta eũ ædificauit Raphaia filius Hur, princeps vici Hieru-
salem. Et iuxta eum ædificauit Iedaia filius Haromaph contra domũ suã. Et iuxta eum ædifi-
C cauit Hattus filius Hasebonia. Mediã autẽ partẽ vici ædificauit Melchias filius Harim, & Ha-
sub filius Pahath Moab, & turrim furnorum. Et iuxta eos ædificauit Sellũ lilius Alohes, priceps
mediæ partis vici Hierl̃m, ipse & filij eius. Et portam vallis ædificauit Hanun, & habitatores
Zanoe. Ipsi ædificauerũt eam, & statuerunt valuas eius, & seras, & vectes, & mille cubitos in
muro, vsq; ad portã sterquilinij. Et portã sterquilinij ædificauit Melchias filius Rechab, prin
ceps vici Bethacharam. Ipse ædificauit eam, & statuit valuas eius, & seras, & vectes. Et portã
fontis ædificauit Sellũ filius Colhozai, princeps pagi Maspha. Ipse ædificauit eam, & texit, &
D statuit valuas eius, & seras, & vectes. Et muros piscinæ * Syloe in hortũ regis, & vsq; ad gra- Heb. quidã legunt horti iuxta hortũ.
dus q descẽdunt de ciuitate Dauid. Post eum ædificauit Nehemias filius Azboc, princeps di-
midiæ partis vici Bethsur, vsq; cõtra sepulchrũ Dauid, & vsq; ad piscinã, quæ grãdi opere cõ
structa est & vsq; ad domũ fortiũ. Post eum ædificauerũt Leuitæ. Rehum filius Bani. Post eũ
ædificauit Hasabias, priceps dimidiæ partis vici Ceilæ, in vico suo. Post eũ ædificauerũt frẽs
eorum, Banai filius Henadad, princeps dimidiæ partis Ceilæ. Et ædificauit iuxta eum Ezer fi
E lius Iosue, princeps Maspha, mensuram secundam, contra ascensum firmissimi anguli. Post
eũ in monte ædificauit Baruch filius Zabai, mensurã secundam ab angulo vsq; ad portam do
mus Eliasib sacerdotis magni. Post eum ædificauit Marimuth filius Vriæ, filij Accos, mensu-
ram secundam, à porta domus Eliasib, donec extenderetur domus Eliasib. Et post eum ædi-
ficauerũt sacerdotes, viri de cãpestribus Iordanis. Post eos ædificauit Beniamin, & Hasub cõ
F tra domũ suã. Et post eos ædificauit Azarias filius Maasiæ, filij Hananiæ, contra domũ suam.
Post eum ædificauit Bennui filius Henadad, mensurã secundã, à domo Azariæ vsq; ad flexu-
ram, & vsq; ad angulũ. Post eũ ædificauit Phalel filius Vzai, contra flexurã, & turrim, q̃ emi-
net de domo regis excelsa, id est, in atrio carceris. Post eum ædificauit Phadaia filius Pharos.
Nathinnæi aũt habitabãt in Ophel vsq; cõtra portã aquarum, ad orientẽ, & turrim q̃ promine
G bat. Post eos ædificauerunt Thecueni mensuram secundã, è regione, à turre magna, & eminẽ
ti, vsq; ad murũ tẽpli. Sursum autem ad portam equorum ædificauerunt sacerdotes, vnusquisq;
contra domum suam. Post eos ædificauit Sadoc filius Emer, contra domum suam. Et post
eum ædificauit Semeia filius Sechaniæ, custos portæ orientalis. Post eũ ędificauerunt Hanaia
filius

filius Selemiæ,& Hanum filius Selaph sextus,mensurā secundā. Post eū ædificauit Mosollā,
filius Barachię,cōtra gazophylaciū suū.Post eū ędificauit Melchias,filius aurificis,vsq; ad do
mū Nathinnęoꝝ,& scuta vēdentiū,cōtra portā iudicialē,& vsq; ad cœnaculū anguli.Et in-
tra cœnaculū anguli in porta gregis ædificauerunt artifices, & negotiatores.

¶Impedit ædificatio Hierusalem,Iudæi armati ædificant. Ca.IIII.

FActum est autē cū audisset Sanaballat,quod ædificaremus murū,iratus est valde.Et A
motus nimis,subsannauit Iudæos,& dixit corā fratribus suis,& frequētia Samarita-
noꝝ.Quid Iudæi faciunt imbecilles? Num dimittēt eos gētes? Num sacrificabūt &
cōplebunt in vna die? Nunqd ædificare poterunt lapides de aceruis pulueris,q com
busti sunt? Sed & Tobias Amanites proximus eius ait:Aedificēt.Si ascēderit vulpes,trāsiliet
muꝝ eoꝝ lapideū. Et dixit Nehemias:Audi de⁹ nr̄ q̄a facti sum⁹ despectui. Cōuerte oppro
briū super caput eoꝝ,& da eos in despectionē in terra captiuitatis.Ne operias iniq̄tatē eoꝝ
& pc̄tm̄ eoꝝ coram facie tua non deleat,q̄a irriserūt ædificātes. Itaq; ædificauimus murū,
& coniunximus totū vsq; ad partē dimidiam, & prouocatū est cor populi ad operandum. B
Factum est autē cum audisset Sanaballat,& Tobias,& Arabes, & Ammonitæ, & Azotij,
quod obducta esset cicatrix muri Hierusalē,& quod cœpissent interrupta concludi,irati sunt
nimis.Et congregati sunt oēs pariter,vt venirēt & pugnarēt contra Hierusalem,& moliren
tur insidias.Et orauimus deum nostrum,& posuimus custodes super murū,die ac nocte con
tra eos.Dixit aūt Iudas.Debilitata est fortitudo portantis,& humus nimia est,& nos nō po-
terimus ædificare murum.Et dixerunt hostes nostri.Nesciant & ignorent donec veniamus
in medium eoꝝ & interficiamus eos,& cessare faciamus opus. Factum est autē veniētibus
Iudæis q habitabāt iuxta eos, & dicētibus nobis,per decē vices,ex q̄ibus locis q̄bus venerāt
ad nos,statui in loco post murum per circuitū,populū,in ordinē,cum gladijs suis,& lanceis,
& arcubus.Et perspexi atq; surrexi,& aio & optimates,& magistratus,& ad reliquam partē
vulgi.Nolite timere à facie eoꝝ.Dn̄i magni & terribilis mementote,& pugnate ꝓ fratribus C
vestris,filijs vestris,& filiabus vestris,& vxoribus vestris,& domibus vestris. Factū est au-
tē cum audissent inimici nostri nuntiatū esse nobis,dissipauit deus consiliū eoꝝ.Et reuersi su
mus omnes ad muros,vnusq̄sq; ad opus suum.Et factum est à die illa,media pars iuuenū eo-
rum faciebat opus,& media pars parata erat ad bellū,& lanceæ.& scuta,& arcus,& loricæ,
& principes post eos,in omni domo Iuda,ædificantiū in muro,& portantiū onera & impo-
nentium.Vna manu sua faciebat opus,& altera tenebat gladiū. Aedificantiū em̄ vnusquisq;
gladio erat accinctus renes.Et ædificabant,& clangebāt buccina iuxta me. Et dixi ad opti
mates & ad magistratus,& ad reliquā partē vulgi.Opus grande est & latū,& nos separati su- D
mus in muro procul alter ab altero.In loco quocunq; audieritis clangorem tubæ,illuc con-
currite ad nos,deus noster pugnabit pro nobis,& nosipsi faciamus opus. Et media pars no-
strum teneat lanceas ab ascensu auroræ,donec egrediantꝰ astra. In tempore quoq; illo dixi
populo,Vnusq̄sq; cū puero suo maneat in medio Hierusalem,& sint vobis vices per noctem
& diem,& operandū.Ego aūt & fratres mei,& pueri mei,& custodes q erāt post me,nō de-
ponebamus vestimenta nostra.Vnusq̄sq; tantum nudabatꝰ ad baptismū.

¶Populus laborat fame,Nehemias prohibet vsuras annonasq; ducibus debitas
non exigit. Caput .V.

ET factus est clamor populi,& vxorum eius magnus,aduersus fratres suos Iudæos.Et A
erant q dicerēt.Filij nostri,& filiæ nostræ,multæ sunt nimis. Accipiamus pro præ-
tio eorum frumentum,& comedamus & viuamus.Et erant qui dicerent.Agros no-
stros,& vineas,& domos nostras opponamus,& accipiamus frumentum in fame.
Et alij dicebant.Mutuo sumamus pecuniam in tributa regis,demusq; agros nostros,& vi-
neas,& nunc sicut carnes fratrū nostroꝝ sic carnes nostræ sunt,& sicut filij eoꝝ,ita & filij no-
stri.Ecce nos subiugauimus filios nr̄os,& filias nostras in seruitutē,& de filiabus nostris sunt
famulæ,nec habemus vnde possint redimi,& agros nostros,& vineas nr̄as alij possident.Et B
iratus sum nimis cū audissem clamorē eoꝝ,secundū verba hęc,cogitauitq; cor meū.Et incre
paui optimates,& magistratus,& dixi eis.Vsuras ne singuli à fratribus vestris exigatis.Et cō-
gregaui aduersum eos contionē magnā,& dixi eis.Nos(vt scitis)redemimus fratres nostros
Iudæos,q venditi fuerant gentibus,secundū possibilitatē nostrā. Et vos igitꝰ vendite fratres
vestros,& redimemus eos.Et siluerunt,nec inuenerunt qd responderēt.Dixitq; ad eos.Non
est bona res quā facitis.Quare non in timore dei nostri ambulatis,nec exprobretur nobis à
gentibus inimicis nostris? Et ego & fratres mei,& pueri mei,cōmodauimus plurimis pecu-
niā,& frumentū.Nō repetamus in cōmune istud.Aes alienū concedamus,quod debetꝰ nobis. C
Reddite eis hodie agros suos,& vineas suas,& olíueta sua,& domos suas.Quin potius,& cēte
simam pecuniæ,frumēti,vini,& olei,quā exigere soletis ab eis,date pro illis.Et dixerūt.Red-
demus,& ab eis nil quæremus,sicq; faciemus vt loqueris.Et aduocaui sacerdotes & adiuraui,
eos,

eos, vt facerent iuxta quod dixeram. Insuper excussi sinũ meũ, & dixi. Sic excutiat deus omnem virũ qui non cõpleuerit verbũ istud de domo sua, & de laboribus suis sic excutiatur, & vacuus fiat. Et dixit vniuersa multitudo, amen, & laudauerunt deũ. Fecit ergo populus sicut erat dictũ, à die autẽ illa qua præceperat rex mihi, vt essem dux in terra Iuda, ab anno vicesimo vsq; ad annũ tricesimũsecũdũ Artaxerxis regis, per annos duodecim, ego & fratres mei, annonas quæ ducibus debebantur non comedimus. Duces autẽ primi qui fuerunt ante me grauauerunt populũ, & acceperũt ab eis, in pane, vino, & pecunia, quotidie siclos q̃draginta. Sed & ministri eorũ depresserãt populũ. Ego autẽ non feci ita, propter timorẽ dei. Quin potius in opere muri ædificaui, & agrũ non emi, & omnes pueri mei congregati ad opus erãt. Iudæi quoq; & magistratus centũ quinquaginta viri, & qui veniebant ad nos de gẽtibus, q̃ in circuitu nostro sunt, in mensa mea erãt. Parabatur aũt mihi per dies singulos bos vnus, arietes sex electi, exceptis volatilibus, & inter dies decem vina diuersa, & alia multa tribuebã. Insuper & annonas ducatus mei non quæsiui. Valde eñ attenuatus erat populus. Memento mei deus meus in bonũ, secundũ omnia quæ feci populo huic.

D (margin, beside "te me grauauerunt"); Infra. 13 (margin, beside "los bos vnus")

¶Rursus impeditur ædificatio. Cap. VI.

A Factum est autẽ cũ audisset Sanaballat, & Tobias, & Gesem Arabs, & cæteri inimici nostri, q̃ ædificassem ego murũ, & non esset in ipso residua interruptio, vsque ad tempus autẽ illud valuas non posueram in portis, miserunt Sanaballat, & Tobias, & Gesem Arabs ad me, dicentes. Venĩ & percutiamus fœdus pariter, in viculis, in campo vno. Ipsi aũt cogitabant vt facerent mihi malũ. Misi ergo ad eos nuntios, dicens. Opus grande ego facio, & non possum descendere, ne forte negligatur, cũ venero, & descendero ad vos. Miserunt autem ad me secũdum uerbum hoc per quatuor vices, & respõdi eis iuxta sermonẽ priorem. Et misit ad me Sanaballat, iuxta verbum prius quinta vice, puerũ suum,
B & epistolã habebat in manu sua scriptã, hoc modo. In gentibus auditum est, & Gesem dixit, q̃ tu & Iudæi cogitetis rebellare, & propterea ædifices murũ, & leuare te velis super eos regẽ, propter quã causam & prophetas posueris, q̃ prædicent de te in Hierusalẽ, dicẽtes. Rex in Iudæa est. Auditurus est rex verba hæc. Idcirco nunc veni, vt ineamus cõsiliũ pariter. Et misi ad eos dicens. Non est factũ secundum verba hæc, quæ tu loqueris. De corde eñ tuo tu cõponis hæc. Omnes eñ hi terrebant nos, cogitantes q̃ cessarent manus nostræ ab opere, & quiesceremus. Quã ob causam magis cõfortaui manus meas. Et ingressus sum domũ Samaiæ filij Dalaiæ, filij Metabeel, secreto, qui ait. Tractemus nobiscũ in domo dei, in medio templi
C & claudamus portas ædis, quia venturi sunt, vt interficiant te, & nocte venturi sunt ad occidendũ te. Et dixi. Num quisq̃ similis mei fugit? Et quis vt ego ingredietur templũ, & viuet? Non ingrediar. Et intellexi q̃ deus nõ misisset eũ, sed quasi vaticinans loquutus esset ad me, & Tobias, & Sanaballat cõduxissent eũ. Acceperat eñ pretiũ, vt territus facerẽ, & peccarẽ & haberẽ malũ quod exprobrarẽt mihi. Memẽto mei dñe, pro Tobia, & Sanaballat, iuxta
D opera eorũ talia, sed & Noadiæ prophetæ, & cæterorũ prophetarũ qui terrebant me. Cõpletus est autẽ murus vicesimoquinto die mensis Elul, quinquaginta duobus diebus. Factum est ergo cũ audissent oẽs inimici nostri, vt timerent vniuersæ gentes, quæ erãt in circuitu nostro, & cõciderent intra semetipsos, & scirent q̃ à dño factũ est opus hoc. Sed & in diebus illis multæ optimatũ Iudæorũ epistolæ mittebantur ad Tobiã, & à Tobia veniebant ad eos. Multi eñ erant in Iudæa habentes iuramentũ eius, quia gener erat Sechaniæ, filij Arah, & Iohannan filius eius acceperat filiã Mosollã, filij Barachiæ. Sed & laudabant eũ corã me, & verba mea nuntiabant ei. Et Tobias mittebat epistolas vt terreret me.

Supra. 5. d (margin, beside "opera eorũ talia")

¶Extructo muro, applicantur custodes, Numeratur populus è captiuitate reuersus. Cap. VII.

Eccle. 49. d (margin)

A Postq̃ aũt ædificatus est murus, & posui valuas, & recensui ianitores, & cãtores, & Leuitas. Præcepi Hanani fratri meo, & Hananiæ principi domus de Hierusalẽ. Ipse eñ quasi vir verax, & timẽs deũ, plus cæteris videbatur. Et dixi eis. Nõ aperiantur portæ Hierusalẽ, vsq; ad calorẽ solis. Cũq; adhuc assisterent, clausæ portæ sunt & opilatæ. Et posui custodes de habitatoribus Hierusalẽ, singulos per vices suas, & vnũquenq; contra domũ suã. Ciuitas aũt erat lata nimis, & grandis, & populus paruus in medio eius, & non erant domus ædificatæ. Deus aũt dedit in corde meo, & cõgregaui optimates & magistratus, & vulgus, vt recenserẽ eos. Et inueni librũ census eorũ qui ascenderant primũ, & inuen-
B tũ est scriptũ in eo. Isti filij prouinciæ qui ascẽderãt de captiuitate migrantiũ quos trãstulerat Nabuchodonosor rex Babylonis: Et reuersi sunt in Hierusalẽ, & in Iudæã, vnusquisq; in ciuitatẽ suã, qui venerũt cũ Zorobabel, Iosue, Nehemias, Azarias, Raamias, Nahamani, Mardochæus, Belsamesparath, Begeai, Nahũbaama. Nũerus virorũ populi Israel, Filij Pharos, duo milia centũ septuagintaduo. Filij Saphatiæ, trecenti septuagintaduo. Filij Arah, sexcẽti quinquagintaduo, Filij Pahathmoab, filiorũ Iosue, & Ioab, duo milia octingẽti decẽ & octo

1. Esdræ. 2. a (margin, beside "B tũ est scriptũ")

Filĳ Elã, mille octingẽti quinquagintaquatuor. Filĳ Zathua, octingẽti quadragintaquinq;
Filĳ Zachai, ſeptingẽti ſexaginta. Filĳ Banni, ſexcenti quadragintaocto. Filĳ Bebai, ſexcẽti
vigintiocto. Filĳ Azgad, duo milia trecẽti vigintiduo. Filĳ Adonicam, ſexcẽti ſexagintaſe-
ptẽ. Filĳ Beggoai, duo milia ſexagintaſeptem. Filĳ Adin, ſexcenti quinquagintaquinq;. Fi-
lĳ Ater, filĳ Hezechiæ, nongentiocto. Filĳ Haſom, trecẽti vigintiocto. Filĳ Beſai, trecenti
vigintiquatuor. Filĳ Hariph, centũ duodecim. Filĳ Gabaon, nonagintaquinq;. Viri Bethle-
hẽ, & Netopha, cẽtũ octogintaocto. Viri Anathoth, centũ vigintiocto. Viri Beth Aſmoth,
q̃dragintaduo. Viri Cariathiarim, Cephira, & Beeroth, ſeptingẽti q̃dragintatres. Viri Ra-
ma, & Gaba, ſexcẽti vigintiunus. Viri Machmas, centũ vigintiduo. Viri Bethel, & Hai, du- D
cẽti vigĩtitres. Viri Nebo alterius, quinq̃gintaduo. Viri Elã alterius, mille ducẽti quinq̃gin-
taquatuor. Filĳ Harim, trecẽti viginti. Filĳ Hiericho, trecẽti q̃dragintaquinq;. Filĳ Ladha-
did, & Ono, ſeptingẽti vigintiunus. Filĳ Senaa, tria milia nõgẽti triginta. Sacerdotes. Filĳ
Ladaia, ĩ domo Ieſua, nõgẽti ſeptuagintatres. Filĳ Emmer, mille quinq̃gintaduo. Filĳ Phaſ
hur, mille ducenti quadragintaſeptẽ. Filĳ Harim, mille decẽ & ſeptẽ. Leuitæ. Filĳ Ioſue, &
Cadmiel filiorũ Hoduar, ſeptuagintaq̃tuor. Cãtores filĳ Aſaph, cẽtũ q̃dragintaocto. Ia-
nitores filĳ Sellũ, filĳ Ater, filĳ Thelmon, filĳ Accub, filĳ Hatita, filĳ Sobai, cẽtũ trigĩtaocto
Nathinnæi, filĳ Siha, filĳ Haſupha, filĳ Thebaoth, filĳ Ceros, filĳ Siaa, filĳ Phadon, filĳ Le
bana, filĳ Hagaba, filĳ Salmai, filĳ Hanã, filĳ Giddel, filĳ Gaher, filĳ Raaia, filĳ Raſin, filĳ Ne
choda, filĳ Gezẽ, filĳ Vza, filĳ Phaſea, filĳ Beſai, filĳ Meunim, filĳ Nephuſim, filĳ Bachue, filĳ
Hacupha, filĳ Harhur, filĳ Baſlith, filĳ Mahida, filĳ Harſa, filĳ Bercos, filĳ Siſara, filĳ Thama,
filĳ Neſiah, filĳ Hatipha, filĳ ſeruorũ Salomõis, filĳ Sotat, filĳ Sophereth, filĳ Pherida, filĳ Ia
hala, filĳ Dercõ, filĳ Giddel, filĳ Saphatiæ, filĳ Hatil, filĳ Phochereth, q erat ort⁹ ex Sabaim, fi
lio Ammõ. Oẽs Nathinæi, & filĳ ſeruorũ Salomõis, trecẽti nonagĩtaduo. Hi ſunt aũt q aſcẽ
derũt de Thelmelah, Thel Harſa, Cherub, Adon & Emmer, & nõ potuerũt indicare domũ E
patrũ ſuorũ, & ſemẽ ſuũ, vtrũ ex Iſrael eſſent. Filĳ Dalaia, filĳ Tobia, filĳ Nechoda, ſexcẽti q̃
dragintaduo. Et de ſacerdotibus filĳ Habaia, filĳ Accos, filĳ Berzillai, q accepit de filiabus
Berzillai Galaaditidis vxorẽ, & vocatus ẽ noĩe eorũ. Hi q̃ſierũt ſcripturã ſuã in cẽſu, & nõ in
uenerũt, & eiecti ſũt de ſacerdotio. Dixitq; Atherſatha eis vt nõ mãducarẽt de ſanctiſſ. ctõrũ,
donec ſtaret ſacerdos doctus & eruditus. Oĩs multitudo q̃ſi vir vnus q̃dragintaduo milia
trecẽti ſexagĩta, abſq; ſeruis & ancillis eorũ, q erãt ſeptẽ milia trecẽti trigĩtaſeptẽ, & ĩter eos
cãtores, & cãtatrices ducẽti q̃dragintaqnq;. Equi eorũ ſexcẽti trigintaſeptẽ milia. Muli eorũ
ducẽti q̃dragintaqnq;. Cameli eorũ q̃dringẽti trigintaqnq;. Aſini ſex milia ſeptingẽti vigĩti

Hieronymus hucuſq; refert quod in cõmentario ſcriptũ fuerit, exinde Nehemiæ hiſtoria texuit.

*Nõnulli aũt de principibus familiarũ dederũt impẽſas ĩ opus. Atherſatha dedit ĩ theſaurũ
auri drachmas mille, phialas qnquaginta, tunicas ſacerdotales qngentas triginta. Et de prin
cipibus familiarũ dederũt in theſaurũ operis, auri drachmas viginti milia, & argẽti mnas duo
milia ducẽtas. Et quod dedit reliquus populus auri drachmas viginti milia, & argenti mnas
duo milia, & tunicas ſacerdotales ſexagintaſeptẽ. Habitauerunt aũt ſacerdotes & Leuitæ, &
ianitores, & cantores, & reliquũ vulgus, & Nathinnæi, & omnis Iſrael in ciuitatibus ſuis.

¶Populo congregato legit Eſdras legẽ, celebrant tabernaculorũ feſtiuitatẽ. Cap. VIII.

3.Eſd. 9.d ET venerat menſis ſeptimus Scænophegiæ ſuper Eſdra & Nehemia. Filĳ autẽ Iſrael A
erãt ĩ ciuitatibus ſuis. Cõgregatusq; eſt oĩs populus, quaſi vir vnus ad plateã, quæ eſt
ante portã aquarũ, & dixerũt Eſdræ ſcribæ vt afferret librũ legis Moſi, quã præce-
perat dñs Iſrael. Attulit ergo Eſdras ſacerdos legẽ corã multitudine virorũ, & mulie
rũ, cunctisq; q poterant intelligere, in die prima menſis ſeptimi. Et legit in eo aperte in pla-
tea, q̃ erat ante portã aquarũ, de mane vſq; ad mediã diẽ, in cõſpectu virorũ & mulierũ, & ſa-
pientiũ. Et aures oĩs populi erant erectæ ad librum. Stetit autem Eſdras ſcriba ſuper gra-
dum ligneũ, quem fecerat ad loquendum, & ſteterunt iuxta eũ Mathathias, & Sema & Ana-
nia, & Vria, & Helchia, & Maaſia, ad dexteram eius, & ad ſiniſtram Phadaia, Miſael, & Mel-
chia, & Haſum, & Haſeha, Dana, Zacharia, & Moſollam. Et aperuit Eſdras librum coram
omni populo. Super vniuerſum q̃ppe populũ eminebat. Et cum aperuiſſet eũ, ſtetit omnis B
populus. Et benedixit Eſdras domino deo voce magna. Et reſpondit omnis populus amẽ,
amen, eleuans manus ſuas. Et incuruati ſunt & adorauerunt deum, proni in terram. Porrõ
Ioſue, & Baani, & Serabia, Iamin, Acub, Sebthai, Odia, Maaſia, Celita, Azarias, Ioſabed, Ha-
nã, Phalaia, Leuitæ, ſilentiũ faciebãt in populo, ad audiendã legẽ. Populus aũt ſtabat ĩ gradu
ſuo. Et legerũt in libro legis dei diſtincte, & aperte ad intelligendum, & intellexerũt cum le
geretur. Dixit autẽ Nehemias, ipſe eſt Atherſatha, & Eſdras ſacerdos, & ſcriba, & Leuitę,
interpretãtes vniuerſo populo. Dies ſanctificat⁹ eſt dño deo noſtro. Nolite lugere & nolite C
3.Eſd. 9.g flere. (Flebat eñ omnis populus cum audiret verba legis) & dixit eis. Ite, comedite pinguia
& bibite mulſum, & mittite partes, his q non præparauerunt ſibi, qa ſanctus dies dñi eſt. &
nolite contriſtari. Gaudium etenĩ domini, eſt fortitudo noſtra. Leuitæ autem ſilentiũ fa-
ciebãt

ciebant in omni populo, dicentes. Tacete, quia dies sanctus est, nolite dolere: abijt itaq; om-
nis populus vt comederet & biberet, & mitteret partes, & faceret lætitiã magnã, quia intel-
lexerant verba quæ docuerat eos. Et in die secũdo cõgregati sunt principes familiarũ vni- Leui. 23.
uersi populi, sacerdotes, & Leuitæ ad Esdrã scribã, vt interpretaretur eis verba legis. Et inue
nerunt scriptũ in lege, præcepisse dñm in manu Mosi, vt habitẽt filij Israel in tabernaculis in
D die solẽni, mẽse septimo, & vt prædicẽt, & diuulgẽt vocẽ in vniuersis vrbibus suis, & in Hie-
rusalẽ, dicẽtes. Egredimini in montẽ, & afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi,
frondes myrthi, & ramos palmarũ, & frondes ligni nemorosi, vt fiant tabernacula, sicut scri-
ptũ est. Et egressus est oĩs populus & attulerũt. Feceruntq; sibi tabernacula, vnusquisq;
in domate suo, & in atrijs suis, & in atrijs domus dei, & in platea portæ aquarũ, & ĩ platea por
tæ Effraim. Fecit ergo vniuersa ecclesia eorũ qui redierãt de captiuitate tabernacula, & ha-
bitauerũt in tabernaculis. Nõ eñi fecerãt à diebus Iosue filij Nun talia filij Israel vsq; in diẽ il-
lũ. Et fuit lætitia magna nimis. Legit aũt Esdras in libro legis dei per dies singulos, à die pri
mo vsq; ad diẽ nouissimũ. Et fecerũt solẽnitatẽ septẽ dieb', & ĩ die octauo collectã iuxta ritũ

¶ Populus pœnitens, vxores alienigenas abijcit, Esdras beneficia
domini, & peccata populi recenset. Cap. IX.

A IN die aũt vicesimoquarto mensis huius, cõuenerũt filij Israel in ieiunio & in saccis, & hu 2. Esd. 9
mus super eos. Et separatũ est semen filiorũ Israel ab omni filio alienigena. Et steterunt
& cõfitebantur peccata sua, & iniquitates patrũ suorũ. Et cõsurrexerũt ad standũ. Et le
gerunt in volumine legis dñi dei sui quater in die, & quater in nocte cõfitebãtur, & ado
rabant dominũ deũ suũ. Surrexerunt autẽ super gradũ Leuitarũ Iosue, & Bani, & Cadmiel,
B Sabania, Bunni, Sarebias, Bani, & Chanani, & clamauerunt voce magna ad dñm deũ suũ. Et
dixerunt Leuitæ Iosue, & Cadmiel, Bani, Hasabnia, Serebia, Hasabnia, Odoia, Sebana, Pha-
thalia. Surgite, benedicite dño deo nostro, ab æterno vsq; in æternũ. Et benedicant nomini
gloriæ tuæ excelso, in omni benedictione & laude. Et dixit Esdras. Tu ipse domine solus, Gene. 1. a.
tu fecisti cœlũ, & cœlũ cœlorũ, & omnẽ exercitũ eorũ, & terrã, & vniuersa quæ in ea sunt, ma
ria & oĩa quæ in eis sunt. Et tu viuificas oĩa hæc, & exercitus cœli te adorat. Tu ipse dñe Gene. 11.
deus qui elegisti Abram, & eduxisti eũ de igne Chaldæorũ, & posuisti nomen eius Abraham,
& inuenisti cor eius fidele corã te, & posuisti cũ eo fœdus, vt dares ei terrã Chananæi, He-
thæi, & Heuæi, & Amorræi, & Pherezæi, & Iebusæi, & Gergesæi, vt dares semini eius. Et im
plesti verba tua quoniã iustus es. Et vidisti afflictionẽ patrũ nostrorũ in Aegypto, clamorẽ- Exo. 3. a.
q; eorũ audisti super mare rubrũ, & dedisti signa atq; portẽta in Pharaone, & in vniuersis ser-
uis eius, & in omni populo terræ illius. Cognouisti eñi quia superbe egerant contra eos, & fe
cisti tibi nomen sicut & in hac die. Et mare diuisisti ante eos, & transierunt per mediũ maris Exo. 14. a
in sicco. Persecutores autẽ eorũ proiecisti in profundũ, quasi lapidẽ, in aquas validas, & in co
lumna nubis ductor eorũ fuisti per diẽ, & in columna ignis per noctem, vt appareret eis via
C per quã ingrediebantur. Ad montẽ quoq; Sinai descendisti, & locutus es cũ eis de cœlo, &
dedisti eis iudicia recta, & legẽ veritatis, ceremonias, & præcepta bona. Et sabbatũ sancti-
ficatũ tuũ ostendisti eis, & mandata & ceremonias, & legẽ præcepisti eis in manu Mosi ser-
ui tui. Panẽ quoq; de cœlo dedisti eis in fame eorũ, & aquã de petra eduxisti eis sitientibus.
Et dixisti eis vt ingrederentur & possiderent terrã super quã leuasti manũ tuam vt traderes
eis. Ipsi vero & patres nostri superbe egerunt, & indurauerunt ceruices suas, & non audie-
runt mandata tua, & noluerunt audire, & non sunt recordati mirabilium tuorũ quæ feceras
eis. Et indurauerunt ceruices suas, & dederunt caput vt conuerterentur ad seruitutẽ suã qua
si per contentionẽ. Tu aũt deus propitius, clemens, & misericors, longanimis, & multæ mi-
serationis, nõ dereliquisti eos. Et quidẽ cũ fecissent sibi uitulũ conflatilẽ, & dixissent. Iste est
D deus tuus, qui eduxit te de Aegypto, fecerũtq; blasphemias magnas. Tu aũt in misericordijs
tuis multis nõ dimisisti eos in deserto. Columna nubis non recessit ab eis per diẽ, vt duceret Exo. 13. d
eos in via, & colũna ignis per noctẽ, vt ostenderet eis iter per quod ingrederentur. Et spm̃
tuũ bonũ dedisti, q doceret eos, & manna tuũ nõ prohibuisti ab ore eorũ, & aquã dedisti eis
in siti. Quadraginta annis pauisti eos in deserto, nihilq; eis defuit. Vestimenta eorũ nõ inue-
terauerũt, & pedes eorũ nõ sunt attriti. Et dedisti eis regna & populos, & partitus es eis sor-
tes. Et possederũt terrã Sihon, & terrã regis Hesebon, & terrã Og regis Basan. Et multiplica
sti filios eorũ sicut stellas cœli, & adduxisti eos ad terrã, de q̃ dixeras patribus eorũ, vt ingre-
derent & possiderẽt eã. Et venerũt filij & possederũt terrã, & humiliasti corã eis habitatores
terræ, Chananæos, & dedisti eos in manus eorũ, & reges eorũ, & populos terræ, vt facerent
E eis sicut placebat illis. Cæperũt itaq; vrbes munitas, & humũ pinguẽ, & possederunt domos
plenas cũctis bonis, cisternas ab eis fabricatas, vineas & oliueta, & ligna pomifera multa. Et
comederũt & saturati sunt, & impinguati sunt, & abundauerũt delitijs in bonitate tua ma-
gna. Prouocauerũt aũt te ad iracũdiã, & recesserũt à te, proiecerũt legẽ tuã post terga sua. Et

prophetas tuos occiderũt, q contestabantur eos, vt reuerterẽtur ad te. Feceruntq́ blasphe-
mias grandes. Et dedisti eos in manũ hostiũ suorũ, & afflixerũt eos. Et in tẽpore tribulatio
nis suæ clamauerũt ad te, & tu de cœlo audisti, & secundũ miserationes tuas multas dedisti
eis saluatores, q saluarẽt eos de manu hostiũ suorũ. Cũq́ requieuissent reuersi sunt, vt face-
rent malũ in cõspectu tuo, & dereliquisti eos in manu inimicorũ suorũ, & possederunt eos.
Cõuersiq́ sunt, & clamauerũt ad te, tu aũt de cœlo exaudisti, & liberasti eos in misericordijs F
tuis, multis tẽporibus, & cõtestatus es eos, vt reuerterent ad legẽ tuã. Ipsi vero superbe ege-
runt, & nõ audierũt mãdata tua, & in iudicijs tuis peccauerũt, quæ faciet homo, & viuet in
eis. Et dederũt humerũ recedentẽ, & ceruicẽ suã indurauerũt, nec audierũt. Et protraxisti
super eos annos multos, & cõtestatus es eos in spũ tuo per manũ prophetarũ tuorũ, & nõ au
dierũt, & tradidisti eos in manũ populorũ terrarũ. In misericordijs aũt tuis plurimis nõ feci-
sti eos in cõsumptionẽ, nec dereliquisti eos, quoniã deus miserationũ & clemẽs es tu. Nũc
Heb. ne per itaq́ deus noster magne, fortis & terribilis, custodiẽs pactũ & misericordiã, * ne auertas à fa
uisse in con- cie tua omnẽ laborẽ q inuenit nos, reges nostros, principes nostros, & sacerdotes nostros,
spectu tuo & prophetas nostros, & patres nr̃os, & omnẽ populũ tuũ, à diebus regis Assur vsq́ in diem
oĩs labor &c hãc. Et tu iustus es in oĩbus quæ uenerunt super nos, q̃a veritatẽ fecisti nobis, nos aũt impie D
egimus. Reges nostri, principes nostri, sacerdotes nostri, & patres nr̃i nõ fecerũt legẽ tuam
& nõ attenderũt mandata tua, & testimonia tua, q̃ testificatus es in eis. Et ipsi in regnis suis
bonis, & in bonitate tua multa, quã dederas eis, & in terra latissima & pingui, quã tradideras
in cõspectu eorũ, nõ seruierũt tibi, nec reuersi sunt à studijs suis pessimis. Ecce nosipsi hodie
serui sumus, & terra quã dedisti patribus nostris, vt comederẽt panẽ eius, & quæ bona sunt
eius, & nosipsi serui sumus in ea. Et fruges eius multiplicantur regibus, quos posuisti super
nos propter peccata nostra, & corporibus nostris dominãtur, & iumẽtis nostris secũdũ vo
luntatẽ suã, & in tribulatiõe magna sumus. Super oĩbus ergo his nosipsi pecutimus fœdus,
& scribimus, & signant principes nostri: Leuitæ nostri, & sacerdotes nostri.

¶ Signatores fœderis inter deum & populum. Cap. X.

Signatores aũt fuerũt Nehemias Athersatha filius Hachaliæ, & Sedechias, Saraias, A-
zarias, Ieremias, Phashur, Amarias, Malchias, Hattus, Sebsnia, Malluch, Harim, Me A
rimoth, Obadias, Daniel, Genthon, Baruch, Mosollã, Abia Miamin, Maazia, Belgai
Semeia, hi sacerdotes. Porrò Leuitę, Iosue filius Azariæ, Bennui, de filijs Henadad,
Cadmiel, & frẽs eorũ, Sechania, Odia, Celita, Phalaia, Hanan, Micha, Robob, Hassebia, Za-
chur, Serebia, Sabania, Odia, Bani, Baninu. Capita populi, Pharos, Pahath Moab, Elã, Za-
thua, Bani, Bõni, Azgad, Bebai, Adonia, Beggoai, Adin, Ater Hezechia, Azur, Odia, Hasum B
Besai, Hariph, Anathoth, Nebai Magphias, Mosollã, Hezir, Mesezabel, Sadoc, Iaddua, Pha-
lathia, Hanan, Anaia, Osea, Hanania, Hasub. Alohes, Phaleha, Sobec, Rehum, Hasebna, Maa
sia, & Ahia, Hanan, Anan, Malluch, Harim, Baana, & reliqui de populo. Sacerdotes, Leui-
tæ, ianitores, & cantores, Nathinnæi, & oẽs qui sese parauerũt de populis terrarũ ad legẽ dei,
vxores eorũ, & filiæ eorũ, omnes q poterant sapere, respondentes pro fratribus suis, optima-
tes eorũ, & q veniebant ad pollicendũ, & iurandũ, vt ambularẽt in lege dñi, quam dederat in
manu Mosi serui sui, vt facerent & custoditẽt vniuersa mãdata dñi dei nostri, & iudicia eius,
& ceremonias eius, & vt nõ daremus filias nostras populo terrę, & filias eorũ nõ acciperemus
filijs nostris. Populi quoq́ terræ q important venalia, & omnia ad vsum, per diẽ sabbati,
vt vendant, nõ accipiemus ab eis in sabbato, & in die sanctificato. Et dimittemus annũ septi- C
mũ, & exactionẽ vniuersæ manus. Et statuerunt super nos pręcepta, vt demus tertiã partem
sicli per annũ, ad opus domus dei nostri, ad panes propositionis, & ad sacrificiũ sempiternũ,
& in holocaustũ sempiternum, in sabbatis, in calẽdis, in solennitatibus, & in sanctificatis pro
peccato, vt exoretur pro Israel, & in omnẽ vsum domus dei nostri. Sortes ergo misimus su
per oblationẽ lignorũ, inter sacerdotes, Leuitas, & populũ, vt inferrent in domum dei nostri,
per domos patrũ nostrorũ, per tẽpora à temporibus anni vsq́ ad annũ, vt arderent super al-
tare dñi dei nostri, sicut scriptũ est in lege Mosi. Et vt afferremus primogenita terræ nostræ,
& primitiua vniuersi fructus oĩs ligni, ab anno in annũ, in domũ dñi. Et primitiua filiorũ no-
strorũ, & pecorũ nostrorũ, sicut scriptũ est in lege dñi, & primitiua boũ nostrorũ, & ouiũ no- D
strarũ, vt offerrent in domo dei nostri, sacerdotibus q ministrant in domo dei nostri, & pri-
mitias ciborũ nostrorũ, & libaminũ nostrorũ, & poma oĩs ligni, vindemiæ quoq́, & olei affe
remus sacerdotibus, ad gazophylaciũ dei nostri, & decimã partẽ terræ nostræ Leuitis: Ipsi
Leuitæ decimas accipient, ex oĩbus ciuitatibus operũ nostrorũ. Erit autẽ sacerdos, filius Aa-
ron cũ Leuitis, In decimis Leuitarũ, & Leuitæ offerẽt decimã partem decimę suæ, in domo
dei nostri, ad gazophylaciũ, in domo thesauri. Ad gazophylaciũ eñ deportabunt filij Israel
& filij Leui primitias frumenti, vini & olei, & ibi erunt vasa dñi sanctificata, & sacerdotes, &
cãtores, & ianitores, & ministri, & non dimittemus domum dei nostri.

Qui

¶Qui,instaurata Hierusalē,habitauerint in ea,& in ciuitatibus Iuda. Cap. XI.

A HAbitauerūt aūt principes populi in Hierusalē.Reliqua vero plebs misit sorte, vt tol
leret vnā partē de decē,q habitaturi essent in Hierusalē,in ciuitate sancta, nouē ve-
ro partes in ciuitatibus. Benedixit aūt populus oībus viris q se sponte obtulerāt,
vt habitarēt in Hierusalē. Hi sunt itaq; principes prouinciæ q habitauerūt in Hie
B rusalē,& in ciuitatibus Iuda.Habitauit aūt vnusquisq; in possessione sua,in vrbibus suis Israel
sacerdotes,Leuitæ,Nathinnæi,& filij seruoꝝ Salomonis.Et in Hierusalē habitauerūt de fi-
lijs Iuda,& de filijs Beniamin.De filijs Iuda,Athaias filius Vziæ,filij Zachariæ,filij Amariæ,
filij Saphatiæ,filij Maalaleel.De filijs Phares,Maasia,filius Baruch,filij Colhozæ, filij Azaię,
filij Adaiæ,filij Ioiarib,filij Zachariæ,filius Silonitæ.Oēs hi filij Phares,q habitauerūt in Hie
rusalē,quadringēti sexagintanouē viri fortes. Hi sunt aūt filij Beniamin,Sallu filius Mosol-
lā,filij Obed,filij Phadaiæ,filij Colaiæ,filij Masiæ,filij Ithiel,filij Isaiæ:Et post eū Gabai,Sel-
lai,nongēti vigintiocto:Et Ioel filius Zechri præpositus eoꝝ,& Iudas filius Senua,super ci-
uitatē secundus. Et de sacerdotibus Iedaia,filius Ioiarib,Iachin, Saraia, filius Helchiæ, filij
Mosollā,filij Sadoc,filij Meraioth,filij Achitob,principes domus dei,& fratres eoꝝ,facien-
tes opera tēpli,octingēti vigintiduo. Et Adia,filius Ieroham,filij Phalaliæ,filij Ahasai,filij
Zachariæ,filij Phesur,filij Melchiæ,& fratres eius,principes patrū,ducēti quadragintaduo.
C Et Amasasai,filius Azarael,filij Ahazai,filij Mosollamoth,filij Emmer,& fratres eorū,po
tentes nimis,centū vigintiocto,& præpositus eorū Zabdiel,filius potentiū. Et de Leuitis,
Semeias,filius Hasub,filij Azaricam,filij Hasabiæ,filij Bōni,& Sabathai,& Iosebed,super om
nia opera quæ erant forinsecus in domo dei,à principibus Leuitarū.Et Mathania filius Mi-
cha,filij Zabdi,filij Asaph,principis ad laudandū,& ad confitendū in oratiōe,& Bachutias se
cundus de fratribus eius,& Abda filius Samua,filij Galal,filij Idithun.Omnes Leuitæ in ciui-
tate sancta,ducēti octogintaquatuor. Et ianitores Acub,Talmon,& fratres eorū q custo-
diebāt ostia,centū septuagintaduo. Et reliqui ex Israel sacerdotes, & Leuitæ, in vniuersis
ciuitatibus Iuda,vnusquisq; in possessiōe sua,& Nathinnæi q habitabāt in Ophel, & Siba,&
Gaspha,de Nathinnæis.Et episcopus Leuitarū in Hierusalē,Vzi filius Baani,filij Hasabiæ,fi-
D lij Mathaniæ,filij Michææ. De filijs Asaph cātores in ministerio domus dei.Præceptū qp
pe regis super eos erat,& ordo in cātoribus,per dies singulos.Et Pathahia filius Mesezabel,
de filijs Zarah,filij Iuda, in manu regis iuxta omne verbū populi,& in domibus, per oēs re-
giones eoꝝ. De filijs Iuda habitauerūt in Cariath Arbe,& ī filiabus eius.Et in Dibon, & in
filiabus eius,& in Cabseel,& ī vinculis eius,& in Iesua,& in Molada, & in Bethphaleth,& in
Hasersual,& ī Bersabea,& ī filiab⁹ eius,& ī Sicelag,& ī Mochona,& ī filiab⁹ ei⁹,& ī Enrēmō,
& ī Zaraa,& ī Ierimuth,Zonoah,Odollā,& in villis eaꝝ.In Lachis & ī regiōibus eius, Aze
ca,& ī filiabus eius.Et māserūt in Bersabea vsq; ad vallē Hennō. Filij aūt Beniamin, Agaba
Machmas,& Hai,& Bethel,& filiabus eius,Anathot,Nob,Anania,Hasor,Rama, Gethaim,
Hadid,Zeboim,& Nabalat,& Ono,valle artificū.Et de Leuitis partitiōes Iudę & Beniamin

¶Numerantur sacerdotes & Leuitæ,qui cum Zorobabel venerunt
Hierusalem,& dedicat murus &c. Cap. XII.

A HI sunt aūt sacerdotes & Leuitæ q ascēderūt cū Zorobabel,filio Saalthiel, & Iosue,
Saraias,Ieremias,Esdras,Amarias,Melluch,Hattus,Sechanias,Rehum,Merimuth
Addo,Genthoi,Abias,Miamin,Maadias,Belga,Semaias,& Ioiarib,& Iadaias,Sal
lu,Amoc,Helchias,Iadaias.Isti principes sacerdotū,& fratres eoꝝ in diebus Iosue.
Porrò Leuitæ Iesua,Bennui,Cadmiel,Sarabias, Iudas, Mathanias super hymnos, ipsi &
fratres eoꝝ,& Bacbucias,atq; Vnni & fratres eorū,vnusquisq; in officio suo. Iesua aūt genu
it Ioiachim,& Ioiachim genuit Eliasib,& Eliasib genuit Ioiada,& Ioiada genuit Ionathā,&
Ionathan genuit Iadua. In diebus aūt Ioiachim erāt sacerdotes principes familiarū,Saraię
Maraiæ Ieremiæ,Hananię,Esdræ,Mosollā,Amariæ,Iohanan,Milico,Ionathā,Sebaniæ,Io
seph,Harim,Edna,Maraioth,Helcai,Adię,Zachariæ Genthon,Mosollā,Abiæ,Zechri,Mi
miamin,Moadiæ,Peltai,Belgę,Sāmua,Semeię,Ionathā,Ioiarib,Mathanai,Iadaię,Vzi,Sel-
B lai,Celai,Ammoc,Eber,Helchiæ,Hasebię,Viadaię,Nathanael. Leuitę in diebus Eliasib,&
Ioiada,& Iohanā,& Iaddua scripti pricipes familiarū,& sacerdotes in regno Darij Persę.Fi-
lij Leui pricipes familiarū scripti ī libro verborū dierū,& vsq; ad dies Ionathā,filij Eliasib.Et
pricipes Leuitarū,Hasebias,Serebias,& Iosua filius Cadmiel,& frēs eorū, per vices suas, vt
laudarēt & cōfiterentur iuxta pceptum Dauid viri dei,& obseruarēt æque per ordinē. Ma-
thanias,& Bacbucias,& Obedias,Mosollā,Talmon,Acub,custodes portarū, & vestibulorū
ante portas.Hi ī diebus Ioiachim,filij Iosue,filij Iosedec,& ī diebus Nehemiæ ducis, & Es-
dræ sacerdotis,scribæq;.ī dedicatōe autem muri Hierusalem requisierunt Leuitas de oībus
locis suis,vt adducerent eos ī Hierusalē,& facerent dedicationē,& lætitiā. ī actione gratiarū
& cantico,& ī cymbalis,psalterijs,& citharis. Congregati sunt autem filij cantorū de cam-

pestribus circa Hierusalē.& de villis Netophati,& de domo Galgal,& de regiōibus Geba,
& Asmaueth,quoniā villas ędificauerūt sibi cantores in circumitu Hierusalē,& mūdati sunt
sacerdotes & Leuitæ,& mundauerunt populum & portas,& murū. Ascēdere āt feci prī
cipes Iuda super murū,& statui duos choros laudātium magnos.Et ierunt ad dexterā super C
murum,ad portā sterquilinij.Et iuit post eos Osaias,& media pars principū Iuda.Azarias,
Esdra,& Mosollā,Iudas,& Beniamin,& Semeias,& Ieremias. Et de filijs sacerdotū in tu-
bis:Zacharias,filius Ionathā,filius Semeiæ,filius Mathaniæ,filius Michaiæ, filius Zechur,
filius Asaph,& frēs eius Semeia,& Azarael,Malalai,Galalai,Maai,Nathanael,& Iuda,& Ha
nani ī vasis cātici Dauid viri dei,& Esdras scriba ante eos in porta fontis.Et cōtra eos ascēde
rū in gradibus ciuitatis Dauid,in ascensu muri,super domū Dauid,& vsq; ad portā aq̄ꝝ ad
orientē.Et chorus secundus gratiā referentiū ibat ex aduerso,& ego post eū,& media pars
populi super muꝝ,& super turrī furnoꝝ,& vsq; ad muꝝ latissimū,& super portā Effraim,
& super portā antiquā,& super portā pisciū,& turrī Hananeel,& turrim Hemat,& vsq; ad
portā gregis,& steterūt in porta custodiæ.Steterūtq; duo chori laudantiū in domo dei, &
ego,& dimidia pars mgr̄atuū mecū.Et sacerdotes,Eliachim,Maasias, Miniamin, Michai- D
as,Elioenai,Zacharias,& Hananias in tubis,& Maasias, & Semeias, Et Eleazar, & Vzi, &
Iohanan,& Melchias,& Elam,& Ezer.Et clare cecinerūt cātores,& Iezrahias p̄positus.Et
immolauerūt in die illa victimas magnas,& lętati sunt.Deus eñ lætificauerat eos lętitia ma
gna.Sed & vxores eoꝝ & liberi gauisi sunt,& audita ē lętitia illa Hierusalē procul. Recen
suerūt q̄q; in die illa viros super gazophylacia thesauri,ad libamina.& ad primitias, & ad de
cimas,vt introferrēt per eos pricipes ciuitatis,in decore grāꝝ actiones,sacerdotes, & Leui-
tas,qa lętificatus ē Iuda in sacerdotibus,& Leuitis astātibus.Et custodierūt obseruationem
dei sui,& obseruationē expiationis,& cātores,& ianitores iuxta præceptū Dauid, & Salo-
monis filij eius,qa in diebus Dauid,& Asaph,ab exordio erāt pricipes constituti cantoꝝ, in
carmīe laudātium,& confitentiū deo.Et oīs Israhel in diebus Zorobabel,& in diebus Ne
hemiæ,dabāt partes cātoribus,& ianitoribus,per dies singulos ,& sanctificabant Leuitas,
& Leuitæ sanctificabant filios Aaron.

¶Legitur Deuteronomium,separantur alienigenæ. Cap. XIII.

Deute. 23.a IN die autē illo lectū est in volumīe Mosi audiente populo.Et inuentū est scriptum ī eo A
q̄ nō debebant introire Ammonites,& Moabites,in ecclesiā dei vsq; in ęternum,eo q̄
non occurrerit filijs Israhel cum pane & aqua,& conduxerunt aduersum eos Balaam ad
maledicendū eis,& conuertit deus noster maledictionē in benedictionē.Factū est autē
cum audisset legē,separauerunt omnē alienigenā ab Israhel,& super hoc erat Eliasib sacer-
dos, q fuerat præpositus in gazophylacio domus dei nostri,& proximus Tobiæ. Fecit er
go ibi gazophylacū grāde.& ibi erāt ante eū reponētes munera,& thus & vasa ,& decimam
frumēti,vini,& olei,partes Leuitaꝝ,& cātoꝝ,& ianitoꝝ,& primitias sacerdotales.In oīi-
bus aūt his non fui ī Hierusalē,quia anno tricesimosecundo Artaxerxis regis Babylonis ue-
ni ad regē.Et ī fine dieꝝ rogaui regē,& veni in Hierusalē.Et ītellexi malum quod fecerat
Eliasib Tobię,vt faceret ei thesaurum in vestibulis domus dei.Et malū mihi visum est val-
de.Et proieci vasa domus Tobię foras de gazophylacio,præcepiq;,& emūdauerunt gazo- B
phylacium.Et retuli vasa domus dei,sacrificiū & thus.Et cognoui q̄ partes Leuitaꝝ nō fu-
issent eis datæ,& fugisset vnusquisq; ī regionē suā de Leuitis & cātoribus,& de his qui mini
strabāt,& egi causam aduersum magistratus,& dixi.Quare dereliquimus domum dei? Et cō
gregaui eos,& feci stare ī stationibus suis.Et oīs Iuda apportabat decimā frumenti,vini,&
olei ī horrea.Et cōstituimus super horrea Selemiā sacerdotē,& Sadoc scribam,& Phadaiam
de Leuitis,& iuxta eos Hanan filiū Zachur,filium Mathaniæ,quoniam fideles comprobati
sunt,& ipsis creditæ sunt partes fratrum suoꝝ.Memento mei deus meus pro hoc,& ne de-
leas miserationes meas,quas feci ī domo dei mei,& in ceremonijs eius. In diebus illis vidi
in Iuda calcantes torcularia in sabbatho,portātes aceruos & onerantes super asinos vinū, &
vuas,& ficus,& omne onus,& īferentes in Hierusalem die sabbati.Et cōtestatus sum eos, vt C
in die qua vēdere liceret,vēderēt.Et Tirij habitauerūt ī ea,inferētes pisces & omnia venalia
Et uēdebant in sabbathis filijs Iuda & Hierusalem.Et obiurgaui optimates Iuda, & dixi eis.
Quæ est hæc res mala quā vos facitis,& prophanatis diē sabbathi? Nunquid nō hæc fecerūt
patres nostri,& adduxit deus noster super nos omne malū hoc,& super ciuitatē hāc? Et vos
additis iracundiā super Israhel violando sabbathū. Factum est autem cum quieuissent por
tæ Hierusalē ī die sabbathi,dixi: & clauserunt ianuas,& præcepi vt nō aperirēt eas vsq; post
sabbathum.Et de pueris meis cōstitui super portas,vt nullus īferret onus in die sabbathi.Et
māserunt negotiatores & vendētes vniuersa vænalia foris Hierusalē,semel & bis.Et conte-
status sum eos,& dixi eis.Quare manetis ex aduerso muri? Si secūdo hoc feceritis manū mit
tam in vos.Itaq; ex tempore illo non venerunt in sabbatho. Dixi quoque Leuitis vt mū-
darentur,

darentur,& venirent ad cuſtodiendas portas,& ſanctificādam diem ſabbathi. Et pro hoc er
D go memento mei deus meus,& parce mihi ſecundū multitudinē miſerationū tuaꝝ. Sed & in
diebus illis vidi Iudæos cōducētes vxores Azotidas,& Moabitidas. Et filij eorum ex media
parte loquebant̃ Azotice,& neſciebāt loq Iudaice,& loquebant̃ iuxta linguā populi,& po-
puli. Et obiurgaui eos,& maledixi,& cæcidi ex eis viros,& decaluaui eos,& adiuraui in deo,
vt nō darēt filias ſuas filijs eoꝝ,& nō acciperēt de filiabus eoꝝ filijs ſuis,& ſibimetipſis, dicēs: 3.Reg.3.b
Nunqd nō in huiuſcemodi re peccauit Salomon rex Iſrael? Et certe in gētibus multis nō erat
rex ſimilis ei,& dilectus deo ſuo erat. Et poſuit eū deus regē ſuper oēm Iſrael. Et ipſm ergo duxe 3.Reg.11.a
rūt ad pctm̄ mulieres alienigenæ. Nunqd & nos inobediētes faciemus oīe malū grāde hoc,
vt ꝑuaricemur in deo noſtro,& ducamus vxores peregrinas? De filijs aūt Ioiadæ, filij Eliſiab,
ſacerdotis magni, gener erat Sanaballat Horonites, quē fugaui à me. Recordare dn̄e deus me
us aduerſum eos,q polluūt ſacerdotiū, iusq; ſacerdotale,& Leuiticū. Igit̃ mūdaui eos ab om̄i
bus alienigenis,& cōſtitui ordines ſacerdotū,& Leuitaꝝ, vnūquenq; in miniſterio ſuo, & in
oblatōe lignoꝝ, in tpibus cōſtitutis,& in primitijs. Memēto mei deus meus in bonū, Amen.

¶Finis Eſdræ Prophetæ.

ESDRAE PROPHETAE LI- ber Tertius.

¶Hoc libro(excepto Paſchate per Ioſiā celebrato,& alijs perpaucis) repetunt̃ fere ea-
dem, quæ habes in prioribus libris Eſdræ, ſed longe diuerſa phraſi.

¶Celebritas magna Paſchatis ſub Ioſia. Populi in Babyloniam tranſmigratio regnāte
Ioachim. Deſtructioq; Hieruſalem Sedechia rege. Ca.I.

A T FECIT IOSIAS PASCHA IN HIEROSO 4.Reg.23.c
lymis dn̄o,& immolauit phaſe quartadecima luna primi mē 2.Para.35.a
ſis, ſtatuēs ſacerdotes, per vices dieꝝ, ſtolis amictos, in tēplo
dn̄i. Et dixit leuitis ſacris, ſeruis Iſrael, vt ſanctificarēt ſe dn̄o,
in poſitōe ſanctæ arcæ dn̄i, in domo quā ædificauit Salomō
filius Dauid rex. Non erit vobis tollere ſuper humeros eam.
Et nūc deſeruite dn̄o veſtro,& curā agite gētis illius Iſrahel,
ex parte ſecundū pagos, & tribus veſtras, ſecundū ſcripturā
Dauid regis Iſrahel, ſecundum magnificentiā Salomonis filij
eius oēs in tēplo,& ſecundū particulā principatus paternam
veſtrā eoꝝ,q ſtant in cōſpectu fratrū filioꝝ Iſrael. Immolate
Paſcha,& ſacrificia parate fratribus veſtris,& facite ſecundū
B præceptū dn̄i qd datū eſt Moyſi. Et donauit Ioſias in plebē quæ inuēta eſt, ouiū agnoꝝ, hœ
doꝝ,& caprarum triginta milia, vitulos tria milia. Hæc de regalibus data ſunt ſecundū pro-
miſſionē, populo,& ſacerdotibus in paſcha, oues numero duo milia, ac vituli centū. Et Ie-
chonias,& Semeias,& Nathanael fratres,& Sabias,& Ochiel,& Ioram in Phaſe, oues quinq;
milia, vitulos qngentos. Et hæc cū fierēt eleganter, ſteterunt ſacerdotes & Leuitæ, habentes
azyma per tribus. Et ſecundū partes principatus patrū, in cōſpectu populi offerebāt dn̄o, ſe-
cundum ea quæ in libro Moſi ſcripta ſunt,& aſſauerunt Phaſe igni, prout oportebat,& hoſti
as coxerunt in ahenulis,& in ollis, cum beneuolentia,& attulerunt omnibus q erant ex ple-
be,& poſthęc parauerūt ſibi & ſacerdotibus. Sacerdotes em̄ offerebant adipes, vſq; dum fini
ta eſſet hora,& Leuitæ parauerunt ſibi, & fratribus ſuis, filijs Aaron. Et ſacri cantores filij
Aſaph erant per ordinem, ſecundum præceptum Dauid,& Aſaph,& Zacharias,& Eddinus,
qui erat à rege,& oſtiarij per ſingulas ianuas, ita vt non præuaricaretur vnuſquiſq; ſuam, fra-
tres enim illorum parauerunt illis,& conſummata ſunt quæ pertinebāt ad ſacrificiū domini.
C In illa die egerunt Phaſe,& offerebant hoſtias ſuper domini ſacrificium, ſecundum præce-
ptum regis Ioſiæ. Et egerunt filij Iſrahel q inuenti ſunt in tempore illo Phaſe,& diem feſtum
azymorū per dies ſeptē. Et nō eſt celebratū Phaſe tale in Iſrahel, à tēporibus Samuel Prophe
tæ,& oīes reges Iſrahel non celebrauerunt tale paſcha, quale egit Ioſias,& ſacerdotes,& Le
uitæ,& Iudæi, & oīs Iſrahel, q inuenti ſunt in commoratione Hieroſolymis. Octauodeci-
mo anno, regnante Ioſia, celebratum eſt Phaſe. Et directa ſunt opera Ioſiæ in conſpectu dn̄i
ſui, in corde pleno metuentia,& quæ circa illum qdem conſcripta ſunt, in priſtinis tempori-
bus, de eis q peccauerunt, quiq; irreligioſi fuerūt in dn̄m præ om̄i gente,& q non quæſierūt
uerba domini ſuper Iſrahel. Et poſt omnem actū hunc Ioſiæ, aſcendit Pharao rex Aegy- 4.Reg.23.d
pti, veniens in Charchamis ab itinere ſuper Eufraten,& exijt obuiam illis Ioſias. Et miſit rex 2.Para.35.d
Aegypti ad Ioſiā, dicēs: Quid mihi,& tibi eſt, rex Iudæ? Nō ſum miſſus à dn̄o, vt pugnē cōtra
D te. Super Eufraten em̄ bellū meū eſt. Feſtinās deſcende. Et nō eſt reuerſus Ioſias ſuper currū,

ſed expugnare eum conabatur,non attendens verbum Prophetæ ex ore dñi,ſed cõſtituit ad
eum bellum in cãpo Mageddo.Et deſcenderunt principes ad regẽ Ioſiam.Et dixit rex pue-
ris ſuis:Amouete me à prælio,infirmatus ſum enĩ valde.Et ſtatim amouerunt eũ pueri ipſius
de acie.Et aſcẽdit ſupet currum ſecundariũ ſuum,& perueniens Hieroſolymã vita functus ẽ,
& ſepultus eſt in paterno ſepulchro.Et in tota Iudæa lugebant Ioſiam,& q̃ præſidebant,cum
vxoribus lamentabant eum,vſq; in hunc diem.Et datum eſt hoc fieri ſemper, in oẽ genus
Iſrael. Hæc aũt præſcripta ſunt in libro hiſtoriaꝝ Regũ Iudæ,& ſingula geſta actus Ioſiæ,& E
eius gloria.& intellectus eius in lege dñi,quæq; geſta ſunt ab eo,& quæ non,ſcripta ſunt in li
bro Regũ Iſrahel,& Iudæ.Et aſſumentes q̃ erant ex gente Iechoniã,filiũ Ioſiæ,conſtituerunt
regẽ pro Ioſia patre ſuo,cũ eſſet annoꝝ trigintatriũ.Et regnauit ſuper Iſrael mẽſibus tribus.
Et amouit eũ rex Aegypti,ne regnaret in Hieroſolymis.Et mulctauit gentẽ,argẽti talẽta cẽ-
tum,& auri talentũ vnũ.Et cõſtituit rex Aegypti Ioachim frẽm ipſius,regẽ Iudæ, & Hieruſa
Sep·Zaricẽ lem,& alligauit magiſtratus Ioachim,& * Zaracelem fratrẽ ſuum,& apprehendẽs reduxit in
Aegyptũ.Annoꝝ erat Ioachim vigintiquinq;,cũ regnare cœpiſſet in terra Iuda,& Hierl̃m, &
fecit malũ in conſpectu dñi. Poſt hunc autẽ aſcẽdit Nabuchodonoſor rex Babylonis,& alli
gans eum in æreo vinculo,perduxit in Babyloniam.Et ſacra vaſa dñi accepit Nabuchodo- F
noſor,& tulit,& conſecrauit in tẽplo ſuo,in Babylonia.Nam de immũditia illius,&irreligio
ſitate,ſcriptum eſt in libro tempoꝝ Regum . Et regnauit Ioachim filius eius pro eo. Cum
autẽ conſtitutus eſſet rex,erat annoꝝ decẽ & octo.Regnauit aũt menſes tres,& dies decẽ, in
Hierl̃m,& fecit malũ in conſpectu dñi.Et poſt annũ mittens Nabuchodonoſor,tranſmigra-
uit eũ in Babyloniã,ſimul cũ ſacris vaſis dñi.Et conſtituit Sedechiã regẽ Iuda, & Hierl̃m, cũ
eſſet annoꝝ viginti vnius.Regnauit aũt annis vndecim. Et fecit malum in conſpectu dñi,&
nõ eſt veritus à verbis quæ dicta ſunt ab Hieremia ꝓpheta ex ore dñi,& adiuratus à rege Na-
buchodonoſor,periurans diſceſſit,& indurata ceruice ſua,& corde ſuo,tranſgreſſus eſt legi-
tima dñi Iſrahel.Et duces populi dñi multa inique geſſerunt,& impie egerũt ſuper oẽs immũ
ditias gentiũ,& polluerunt tẽplum dñi , quod ſanctũ erat in Hieroſolymis. Et miſit deus pa- G
trum ipſoꝝ per angelũ ſuũ reuocare eos,propter quod parceret illis,& tabernaculo ſuo. Ipſi
vero ſubſannabant in angelis ſuis, & qua die locutus eſt dñs:erãt illudẽtes ꝓphetis eius. Qui
vſq; ad iracundiã incitatus eſt ſuper gentẽ ſuã:ꝓpter irreligioſitatẽ ſuã,& præcepit aſcende-
re reges Chaldæoꝝ.Hi occiderunt iuuenes eoꝝ in gladio,in circuitu ſancti templi eoꝝ,& nõ
pepercerunt iuueni,& ſeni,& virgini,& adoleſcẽti,ſed oẽs traditi ſunt in manus ipſorum,&
omnia ſacra vaſa dñi , & regales apothecas reſumentes,tulerunt in Babyloniã,& incenderũt
domũ dñi,& demolierunt muros Hieruſalem,& turres eius incenderũt igne.Et conſumma-
uerunt omnia honorifica eius:& ad nihilũ redegerũt,& reliquos à gladio duxerunt in Baby-
lonem.Et erant ſerui illius vſq; dum regnarent per ſe in repletõe verbi dñi,in ore Hieremiæ
quouſq; benigne ageret terra ſabbatha ſua.Omni tempote deſertõis ſuæ ſabbathizauit,in ap
plicatione annorum ſeptuagintaſeptem.

¶ Aedificationem templi Cyrus concedit,reſtitutis vaſis templi quondam raptis.Ean
dem tamen rurſus vetat Artaxerxes. Caput II.

REgnante Cyro rege Rerſaꝝ,in conſummatõe verbi dñi in ore Hieremiæ , ſuſcita- A
2.Para.36.d uit dñs ſpũ Cyri regis Perſaꝝ,& prædicauit,in toto regno ſuo ſimul,per ſcriptu-
2.Eſdr.1.a ram,dicẽs:Hæc dicit Cyrus rex Perſaꝝ.Me conſtituit regẽ orbi terraꝝ dñs Iſrael,
dñs excelſus & ſignificauit mihi ædificare domũ ſibi in Hieruſalẽ quæ eſt in Iudęa.
Si q̃s eſt ex genere veſtro,dñs ipſius aſcendat cum eo in Hieruſalem.Quotquot ergo circa lo
ca habitant,adiuuent eos,q̃ ſunt in loco ipſo,in auro,& argento,in dationibus,cum equis,&
iumentis,cumq; alĳs quæ ſecundum votà apponuntur in ædem dñi, quæ eſt in Hieruſalem.
Et ſtantes principes tribuum Pagorum,& Iudææ,ex tribu Beniamin, & ſacerdotes,& Le
uitæ,quos excitauit dominus aſcendere,& ædificare domum domini,quę eſt in Hieruſalem,
& q̃ erant in circuitu eorum,adiuuerunt in omni auro , & argento eius, & iumentis, & votis
quàmpluribus,multi quorum ſenſus excitatus eſt. Et Cyrus rex protulit vaſa ſacra domi- B
1.Eſdr.1.c ni,quæ trãſtulit Nabuchodonoſor rex Babylonis ex Hieruſalem,& conſecrauit ea Idolo ſuo.
Et proferens ea Cyrus rex Perſarum,tradidit Mithridato, q̃ erat ſuper theſauros ipſius , per
hunc autem tradita ſunt Salmanaſaro præſidi Iudææ . Horum autem hic numerus. Libato-
ria argentea,duo milia quadringenta,Thyiſcæ argenteæ trigĩta,Phialæ aureæ trigĩta. Item
argenteæ,duo milia quadringẽtæ,& alia vaſa mille.Oĩa autẽ vaſa aurea & argentea, q̃nq; mi
lia octingenta ſexagĩta.Et numerata ſunt Salmanaſaro ſimul cum his,q̃ ex captiuitate Baby-
loniæ venerant,in Hieroſolymam. In Artaxerxis autem regis Perſaꝝ tẽporibus,ſcripſerũt
ei de his q̃ inhabitanbant in Iudæa,& Hieruſalẽ,Belemus,& Mithridatus,& Tabellius,& Ra-
thymus,Balthemus,& Samelius,ſcriba,& reliq̃ inhabitantes in Samaria,& cæteris locis,ſubie
ctam epiſtolam,regi Artaxerxi.Dñe,pueri tui Rathymus ab accidentibus, & Sabellius ſcri- C
ba,&

ba,& reliqui curiæ tuæ iudices,in Cœlosyria,& Phœnice. Et nunc notũ sit dño regi qm̃ Iu-
dæi q ascenderunt à vobis ad nos,venientes in Hierl̃m ciuitatẽ refugam,& pessimã,ædificãt
furnos eius,& statuunt muros,& templum suscitãt. Quod si ciuitas ista & muri cõsummati
fuerint,non tantũ tributa non sustinebunt pendere,sed etiã regibus resistent. Et quia id agi-
tur circa templũ,recte haberi arbitrati sumus nõ despicere hoc ipm,sed notũ facere dño regi
vt si videbitur regi,quæratur in libris patrũ suorũ,& inuenies in admonitõibus scripta de his
D & scies qm̃ ciuitas fuit refuga,& reges,& ciuitates concutiens,& Iudæi refugæ, & prælia cõ-
mittentes in ea,ab æterno,ob quã causam ciuitas ista deserta est. Nunc ergo notũ faciamus
dñe rex,qm̃ si ciuitas hæc ædificata fuerit,& huius muri erecti fuerint, descẽsus tibi non erit
in Cœlosyriam,& Phœnicen. Tunc scripsit rex Rathymo,q scribebat accidentia, & Bal-
themo,& Sabellio scribæ,& cæteris cõstitutis,& inhabitantibus in Syria,& Phœnice, ea q̃
subiecta sunt. Legi epistolã quã misistis mihi. Præcepi ergo inqri, & iuentũ est,qm̃ ciuitas il
la est ab æuo regibus resistens,& hoĩes refugæ, & prælia in ea efficientes. Et reges fortissimi
erant in Hierl̃m,dominãtes,& tributa exigẽtes à Cœlosyria,& Phœnice. Nunc ergo præce
pi prohibere hoĩes illos ædificare ciuitatem,& prohibere,ne qd vltra hæc fiat,sed nec proce
dant in plurimũ,ex qua sunt militiæ ita vt regibus molestia importetur. Tunc recitatis his
quæ à rege Artaxerxe scripta fuerant, Rathymus, & Sabellius scriba, & q cum his constituti
erant,iungentes festinanter venerunt in Hierl̃m, cum æquitatu, & turba, & agmine,cœpe-
runtq; ædificantes prohibere. Et vacabant ab ædificatõe templi Hierusalem, vsq; secũdo an
no regni Darij,regis Persarum.

¶A cœna,quam Darius magnifice instruxerat, tres pueri de re fortiori certãt.
Quorum primus vinum esse fortius probat. Caput .III.

A REx Darius fecit cœnã magnã,oĩbus vernaculis suis,& oĩbus magistratibus Mediæ
& Persidis,& oĩbus purpuratis, & prætoribus, & consulibus, & præfectis sub illo,
ab India vsq; Aethiopiã,centũ vigintiseptẽ prouincijs. Et cũ manducassent, & bi-
bissent,& satiati reuerterent,tunc Darius rex ascẽdit in cubiculo suo, & dormit,&
expergefactus est. Tunc illi tres iuuenes,corporis custodes,q custodiebãt corpus regis,di-
B xerunt alter alteri. Dicamus vnusqsq; nostrũ sermonem q præcellat,& cuiuscũq; apparuerit
sermo sapiẽtior alterius,dabit illi rex Darius dona magna,purpura cooperiri,& in auro bibe
re,& super aurũ dormire,& currũ aureo freno,& cydarim byssinã,& torquẽ circa collũ,& se
cũdo loco,sedebit à Dario,ppter sapiam suã,& cognatus Darij vocabit. Tunc scribẽtes sin-
C guli,suũ verbũ,signauerũt,& posuerũt subtus ceruical Darij regis,& dixerũt. Cum surrexerit
rex,dabimus illi scripta nr̃a,& quodcũq; iudicauerit rex è tribus,& magistratus Persidis,qm̃
9 dist. c. con verbũ eius sapiẽtius est,ipsi dabit victoria,sicut scriptũ ẽ. Vnus scripsit, Forte est vinũ. Alius
suetudo in scripsit,Fortior est rex. Tertius scripsit,Fortiores sunt mulieres. Super oĩa aũt vincit veritas.
gio. Et cũ surrexisset rex,acceperũt scripta sua,& dederũt illi,& legit. Et mittẽs vocauit oẽs magi
stratus Persarũ,& Medos,& purpuratos,& prætores,& pfectos,& sederũt in cõcilio,& lecta
sunt scripta corã ipsis. Et dixit: Vocate adolescẽtes,& ipsi indicabũt verba sua. Et vocati sunt
D & introierũt. Et dixit illis: Indicate nobis de his,quæ scripta sunt. Et cepit prior q dixerat de
fortitudine vini,& dixit: Viri,q̃ præualet vinũ oĩbus hoĩbus,qui bibũt illud. Seducit mentẽ,
Itemq; regis,& orphani facit mentẽ vanã,itẽ serui ac liberi,pauperis,ac diuitis,& oẽm men-
tem cõuertit in securitatẽ,& iocunditatẽ,& nõ meminit omnẽ tristitiã,& debitũ,& oĩa pcor
dia facit honesta,& nõ meminit regẽ,nec magistratũ,& oĩa per talenta loqui facit. Et nõ me-
minerũt,cũ biberũt,amicitiã,nec fraternitatem,sed non multũ post,sumunt gladios,& cum
à vino mersferint,& surrexerint,non meminerunt quę gesserunt. O viri,num præcellit vinũ?
Quis sic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto.

¶Secũdus regem dicit esse fortiorem. At tertius mulieres & veritatẽ fortiores euincit.
Quare petitam impetrat Hierosolymorũ ædificationẽ. Ca. IIII.

A ET inchoauit sequens dicere,qui dixit de fortitudine regis. O viri,num pcellunt hoĩes
qui terrã & mare obtinent,& oĩa quæ in eis sunt? Rex aũt super oĩa præcellit,& dña-
tor eorũ,& omne quodcunq; dixerit illis,faciunt. Et si miserit illos ad bellatores,va-
dunt.& demoliunt montes,& muros,& turres. Iugulant,& iugulãt, & regis verbum
nõ prætereũt. Nam si vicerint,afferũt regi oĩa,quæcũq; prædati fuerint. Similiter & alij oẽs,
& qtqt nõ militãt,nec pugnãt,sed colũt terrã,rursum cũ fuerint metẽtes,afferũt tributa regi.
Et ipse vnus solus,si dixerit,occulte,occidunt, dixerit remittite,remittũt, dixerit percutite,
percutiũt,dixerit exterminate,exterminãt,dixerit ædificate,ædificãt, dixerit excidite, exci-
dunt,dixerit plãtate,plantãt,& omnis plebs,& virtutes eum obaudiũt,& super hoc ipse recũ
bit,& bibit,& dormit. Hi aũt custodiunt in circumitu eum,& non possunt ire singuli,& face- cui sic obe
B re opera sua,sed in dicto obaudientes sunt ei. Viri, qũo non præcellit rex * qui sic diffama- dit.
tur? Et tacuit. Tertius qui dixerat de mulieribus,& veritate,hic est Zorobabel,cœpit loqui.

Viri,

Viri,nõ magnus rex,& multi homines,nec vinũ præcellit. Quis est ergo qui dominator eo
rum? Nõne mulieres genuerunt regem,& omnem populum,q dominatur mari,& terræ,&
ex illis nati sunt,& ipsæ educauerunt eos,qui plantauerunt vineas,ex quibus vinum fit. Et ipsę
faciunt stolas omniũ hominũ,& ipsæ faciunt gloriã hominibus, & non possunt hoĩes separa
ri à mulieribus. Si congregauerint aurũ,& argentũ,& omnẽ rem speciosam,& viderint mu-
lierem vnam,bono habitu,& bona specie,omĩa hæc relinquentes.in eã intendunt, & aper-
to ore conspiciunt,& eam alliciunt,magis q̃ aurũ,& argentũ,&omnẽ rem pretiosam. Homo
patrẽ suũ erlinquit,qui enutrijt illum,& suam regionẽ, & ad mulierẽ se coniungit. Et cum
muliere remittit animã,& neq; patrẽ meminit,neq; matrẽ,neq; regionem. Et hinc oportet
vos scire,quoniã mulieres dominantur vestri. Nõne doletis? Et accipit homo gladiũ suũ, & C
vadit in viã facere furta,& homicidia,& mare nauigare,& flumina,& leonẽ videt,&in tene-
bris ingreditur,& cũ furtũ fecerit,& fraudes,& rapinas,amabili suæ affert. Et iterum: diligit
vxorẽ suã magis q̃ patrẽ aut matrẽ. Et multi dementes facti sunt propter vxores suas,& ser-
ui facti sunt propter illas,& multi perierunt,& iugulati sunt,& peccauerunt ꝓpter mulieres.
Et nunc credite mihi, quia magnus est rex in potestate sua, quoniã oĩes regiones verentur
tangere eũ. Videbã tamen Apamen,filiã Bartaci mirifici concubinã regis, sedentẽ iuxta re-
gem,ad dexterã,& auferentẽ diadema de capite eius,& imponentẽ sibi,& palmis cædebat re
gẽ,de sinistra manu. Et super hæc aperto ore intuebatur eã. Et si arriserit ei, ridet, nã si indi-
gnata fuerit ei,blanditur,donec reconcilietur in gratiã. O uiri,cur non sunt fortiores mulie- D
res? Magna est terra,& excelsum est cœlũ, quæ ista agunt. Et tunc rex & purpurati intue-
bantur in alterutrũ. Et inchoauit loqui de veritate. O viri,nonne fortes sunt mulieres? Ma
gna est terra,& excelsum est cœlũ,& velox cursus solis conuertit gyro cœlũ,in locum suũ, in
vna die. Nonne magnificus est qui hæc facit, & veritas magna,& fortior præ omnibus.
Oĩs terra veritatẽ inuocat, & cœlũ etiã ipsam benedicit, & oĩa opera mouentur, & tre-
munt eã,& non est cũ ea quicquã iniquũ. Vinũ iniquũ,iniquus rex, iniquæ mulieres. Iniqui
oĩes filij hominũ,& iniqua illoꝝ oĩa opera,& non est in ipsis veritas. Et in sua iniquitate 8.dist.ca.c
peribunt,& veritas manet,& inualescit in æternũ,& viuit,& obtinet in secula seculoꝝ. Nec suetudo.
est apud eam accipere personas,neq; differentias,sed quæ iusta sunt facit oĩbus, iniustis ac
malignis,& oĩes benignantur in operibus eius. Et non est in iudicio eius iniquũ,sed fortitu
do,& regnũ,& potestas,& maiestas omniũ æuoꝝ. Benedictus deus veritatis. Et desiit lo-
quendo. Et oĩes populi clamauerunt,& dixerunt. Magna est veritas,præualet. Tunc rex
ait illi: Pete si quid vis amplius,q̃ quæ scripta sunt,& dabo tibi secundũ quod inuentus es sa- E
pientior proximis,& proximus mihi sedebis,& cognatus meus vocaberis. Tũc ait regi. Me
mor esto voti tui, quod vouisti, ædificare Hierusalẽ, in die qua regnũ accepisti, & oĩa vasa
quæ accepta sunt ex Hierusalẽ remittere, quæ sæparauit Cyrus,quãdo mactauit Babyloniã:
& voluit remittere ea ibi. Et tu voluisti ædificare tẽplũ,quod incenderunt Idumæi, quan-
do exterminata est Iudæa à Chaldæis. Et nunc hoc est quod postulo dñe,& quod peto, hoc
est maiestas quod à te postulo, vt facias votũ,quod vouisti regi cœli ex ore tuo. Tunc surgẽs F
Darius rex,osculatus est illũ,& scripsit epistolã ad oĩes dispensatores,& perfectos,& purpu
ratos, vt deducerent eũ,& eos qui cũ illo erant oĩes ascẽdentes ædificare Hierusalẽ. Et oĩ
bus præfectis qui erant in Cœlosyria,& Phœnice,& Lybano scripsit epistolas, vt traherent
ligna cedrina à Lybano in Hierusalẽ, & ædificarẽt cũ eis ciuitatẽ. Et scripsit oĩbus Iudæis
qui ascẽdebant à regno in Iudæã pro libertate: omnẽ potentẽ,& magistratũ, & præfectũ nõ
superuenire ad ianuas ipsoꝝ:& omnẽ regionẽ quã obtinuerãt immunẽ esse eis,& Idumæi re-
linquant castella quæ obtinẽt Iudæoꝝ,& in structurã tẽpli dare per singulos annos talẽta vi-
ginti, vsq; dum ædificaretur,& super sacrariũ holocaustomata hostilare quotidie, sicut ha-
bent præceptũ,alia talenta decẽ offerre per singulos annos,&in oĩbus qui ꝓcedũt à Babylo-
nia condere ciuitatem,vt esset libertas tam ipsis q̃ filijs eoꝝ,&oĩbus sacerdotibus,qui pro- G
cedunt. Scripsit aũt & quantitatem,& sacrã stolã iussit dari,in qua deseruirent,& Leuitas scri
psit dare præcepta, vsq; in diem qua consummabitur domus,& Hierusalẽ extruetur, & oĩ-
bus custodiẽtibus ciuitatẽ scripsit dare ei sortes,& stipẽdia. Et dimisit oĩa vasa,quæcunq; se-
parauerat Cyrus à Babylonia:& omnia quæcunq; dixit Cyrus,& ipse præcepit fieri, & mitti
Hierusalẽ. Et cum ꝓcessisset ille,adolescẽs eleuans faciẽ in Hierusalẽ, bñdixit regẽ cœli, &
dixit. Abs te est victoria:& abs te sapiẽtia,& claritas. Et ego seruus tuus sum. Bñdictus es q
dedisti mihi sapiẽtiã,& tibi confitebor dñe deus patrũ nostroꝝ. Et accepit epistolas,& pro-
fectus est in Babyloniã. Et venit,& nuntiauit fratribus suis oĩbus qui fuerunt in Babylonia,
& benedixerunt deũ patrũ suoꝝ,quoniã dedit illis remissionẽ,& refrigeriũ, vt ascenderent,
& ædificarent Hierusalẽ,& templum vbi nominatum est nomẽ eius in ipso,& exultauerunt
cum musicis,& lætitia,diebus septem.

¶Numerus è captiuitate redeuntiũ,celebratio festi tabernaculoꝝ,&restauratio tẽpli.

Gentis incurſiones ad eandem impediendam. Caput V.

A POſt hæc aũt electi ſunt vt aſcenderẽt principes Pagoꝝ,per domos &tribus ſuas,&
vxores illoꝝ,& filŋ,& filiæ eoꝝ,& ſerui,& ancillæ ipſoꝝ, & pecora illoꝝ. Et Da
rius rex miſit vna cũ eis eqtes mille:donec deducerẽt eos in Hieruſalẽ cũ pace,& cũ
muſicis,& cũ tympanis,& tibŋs,& oẽs fratres erant ludẽtes,& fecit eos aſcẽdere ſi-
mul cũ eis. Et hæc ſunt nomina viroꝝ q aſcẽderunt per Pagos ſuos,in tribus,& in partem
principatus ipſorũ.Sacerdotes. Filŋ Phinehes,Filŋ Aaron:Ieſus filius Ioſedec,Ioachin filius
Zorobabel,filŋ Saalthiel de domo Dauid,ex ꝓgenie Phares, de tribu Iuda q locutus eſt ſub
Dario rege Perſaꝝ ſermones mirificos,in ſecũdo anno regni ipſius,mẽſe Niſan primo. Sũt
aũt hi q aſcõderunt ex Iudæa de captiuitate tranſmigratõis,quos trãſmigrauit Nabuchodo-
noſor rex Babyloniæ in Babylonẽ,& reuerſus eſt in Hieruſalẽ. Et reliqt partẽ Iudeę vnuſ-
quiſq; in ciuitatẽ ſuã,q venerunt cũ Zorobabel,& Ieſua, Nehemia, Saraia, Relaia, Elimeo,
Emmanco,Mardochæo,Beelſuro,Mechpſa,Rochor, Olioro, Emonia,vnus de pricipibus
eoꝝ.Et numerus à gẽtibus eoꝝ,ex præpoſitis eoꝝ. Filŋ Phares,duo milia centũ ſeptuagin-
B taduo.Filŋ Ares,tria milia centũ qnquagintaſeptẽ.Filŋ Femo,centũ quadragintaduo. In fi
lŋs Ieſu,& Ioabes,mille trecẽtiduo.Filŋ Beniu,duo milia quadringẽti ſeptuaginta.Filŋ Cho
roba ducẽti quinq;.Filŋ Panica centũ ſexagintaocto.Filŋ Bedecli quadringẽtitres. Filŋ Ar-
chad quadringẽti vigintiſeptẽ.Filŋ Cham trigintaſeptẽ.Filŋ Zoroar, duo milia ſexaginta-
ſeptẽ.Filŋ Adinu,quadringẽti ſexagintavnus.Filŋ Adarectis centũ octo.Filŋ Ciaſo,& Ze-
las,centũ ſeptẽ.Filŋ Azorec quadringẽti trigintanouẽ . Filŋ Iedarbone centũ trigintaduo.
Filŋ Hananiæ centũ triginta.Filŋ Aſoni nonaginta.Filŋ Marſar quadringẽti vigintiduo.Fi-
lŋ Zabarus nonagintaqnq;.Filŋ Sepholemon centũ vigintitres. Filij Nepopas qnquaginta
quinq;.Filŋ Bechanatus centũ qnquagintaocto. Filŋ Cebethamus centũ trigintaduo. Filŋ
Crearpatros,q enochodies,& Modiæ,quadringẽti vigintitres. Qui ex Gramas, & Gabea,
centũ vigintivnus.Qui ex Beſſelon,& Ceagge,ſexagintaqnq;.Qui ex Baſtaro.centũ viginti
duo.Qui ex Bechenobes,qnquagintaqnq;.Filŋ Liptis centũ qnquagintaqnq;.Filŋ Labõni
trecẽti qnquagintaſeptẽ.Filŋ Sichem trecẽti ſeptuaginta.Filŋ Suadon,& Elimonis,trecen-
C ti ſeptuagintaocto.Filŋ Ericus,duo milia centũ quadragintaquinq; . Filŋ Anaas, trecẽti ſe-
ptuaginta.Sacerdotes,filŋ Ieddus,filŋ Euter,Filŋ Eliaſib,trecẽti ſeptuagintaduo. Filŋ Eme-
rus,ducenti quinquagintaduo.Filŋ Faſurŋ trecenti quinquagintaſeptem. Filŋ Caree, ducen
ti vigintiſeptem.Leuitæ.Filŋ Ieſu,in Caduhel,& Banus,& Serebias,& Edias,ſeptuagintaq̃-
tuor.Oĩs numerus à duodecimo anno,triginta milia quadringẽti,ſexagintaduo, filŋ & fi-
liæ,& vxores,oĩs cõputatio quadraginta milia,ducẽti quadragintaduo. Filŋ ſacerdotũ qui
pſallebãt in tẽplo.Filŋ Aſaph centũ vigintiocto. Oſtiarŋ vero filŋ Eſmeni,filŋ Aſer,filŋ Am
mon,filŋ Accubai Topa,filŋ Tobi,oẽs centũ trigintanouẽ.Sacerdotes ſeruiẽtes in tẽplo,filŋ
Sel,filŋ Gaſpha,filŋ Tobloch, filŋ Carie, filŋ Sub, filŋ Heliu, filŋ Labana, filŋ Armacha,filŋ
Accub,filŋ Vtha,filŋ Cetha,filŋ Aggab,filŋ Obai,filŋ Anani,filŋ Canna,filŋ Geddu,filŋ An,
filŋ Radin,filŋ Deſanon,filŋ Nechoba,filŋ Caſeba,filŋ Goze,filŋ Ozui, filŋ Sinone, filŋ At-
tre,filŋ Haſtẽ,filŋ Aſiana,filŋ Manei,filŋ Naſiſin,filŋ Accuſa,filŋ Agiſta,filŋ Azui,filŋ Fauon
filŋ Phaſalõ,filŋ Meeda,filŋ Suſa,filŋ Caret,filŋ Barcus,filŋ Saree,filŋ Cœſi,filŋ Naſit,filŋ Agi
ſti,filŋ Pedõ,Salomõ filŋ eius,filŋ Aſophot,filŋ Phazida,filŋ Celi,filŋ Dedon,filŋ Gaddahel,
filŋ Zaphei,filŋ Aggia,filŋ Sacharet,filŋ Sabathẽ,filŋ Saroneth,filŋ Malſit,filŋ Anie,filŋ Sa-
ſus,filŋ Addus,filŋ Suba,filŋ Eura,filŋ Rabotis,filŋ Phaſphat,filŋ Malmon.Oẽs ſacro ſeruiẽ-
D tes,& pueri Salomonis,q̃dringẽti,octogintaduo. Hi ſunt filŋ q aſcẽderũt à Chelmellat,The
larſa,pricipes eoꝝ,Carmelã,& Careth.Et nõ poterãt edicere ciuitates ſuas,& ſuas ꝓgenies,
quẽadmodũ ſint ex Iſrael,filŋ Dalari.filŋ Tubẽ,filŋ Nechodaici.Ex ſacerdotibus,q fungebã
tur ſacerdotio,&nõ ſunt inuẽti,filŋ Obia,filŋ Achiſos,filŋ Addin,q accepit vxorẽ ex filiabus
Phargeleu,& vocati ſunt noĩe eius.Et hoꝝ q̃ſita eſt generis ſcripta in pedatura,& nõ eſt in-
uẽta,& ꝓhibiti ſunt ſacerdotio fungi,& dixit illis Nehemias,& Aſtharas,ne participent ſctã,
donec exurgat põtifex,doctus in oſtioñẽ & veritatẽ.Oĩs aũt Iſrael erat(exceptis ſeruis & an
cillis)q̃dragintaduo milia,trecẽti.q̃dragĩta. Serui hoꝝ & ancillæ,ſeptẽ milia, trecẽti trigĩ
taſeptẽ,Cãtores & cãtatrices,ducẽti,ſexagĩtaqnq;. Cameli q̃dringẽti trigĩtaqnq;. Equi ſe
ptẽ milia,trigĩtaſex Muli ducenta milia q̃dragĩtaqnq;. Subiugalia qnq; milia,vigĩtiqnq;.
Et de ꝓpoſitis ipſis per Pagos,dũ venirẽt in tẽplũ dei,qd erat in Hieruſalẽ,ĩnouare,& ſuſcita-
E re tẽplũ ĩ loco ſuo,ſecundum ſuã virtutẽ,& dari ĩ tẽplũ theſauroꝝ opeꝝ ſacrũ auri mnas duo-
decim milia,& mnas argenti qnq; milia,& ſtolas ſacerdotales centũ. Et habitauẽrt ſacerdo
tes,& Leuitæ,& q exierãt de plebe,in Hierlm,in regiõe,& ſacri cãtores,& oſtiarŋ,& oĩs Iſra
hel in regiõibus ſuis. Inſtãte aũt ſeptimo menſe,cunq; eſſent filŋ Iſrahel vnuſqſq; in ſuis re-
bus conuenerunt oẽs vnanimes in atriũ,quod erat ante ianuã orientalem. Et ſtãtes Ieſus
filius Ioſedec,& fratres eius ſacerdotes,& Zorobabel filius Saalthiel,& huius frẽs,parauerũt
altare,

caput hoc deprauiſſimũ eſt,nec facile reſtitui pōt, niſi qs velit ex ſcdo capi te primi libri,ubi eadẽ &certius narrantur,

altare, vt offerentē super illud holocaustomata, secundū quod in libro Moysi hoīs dei scripta sunt. Et cōuenerunt tibi ex alĳs natiōibus terræ, & erexerunt sacrariū in loco suo, oēs gentes terræ, & offerebāt hostias, & holocaustomata dño matutina. Et egerunt scænopegiā, & diem solennē, sicut præceptū est in lege, & sacrificia quotidie sicut oportebat, & post hoc oblatōes institutas, & hostias sabbatorꝝ, & neomeniarꝝ, & dierꝝ solennium oīm sanctificatorꝝ. Et quotquot vouebant dño, à neomenia septimi mensis, cœperunt hostias offerre F
deo, & templum dñi nondū erat ædificatum. Et dederunt pecuniā lapidarĳs, & fabris, & potum, & pabula, cum gaudĳs. Et dederunt carra Sydonĳs, & Tyrĳs, vt transueherēt illis de Lybano trabes cedrinas, & facerēt rates in Ioppe portum, secundū decretum quod scriptū erat eis, à Cyro rege Persarꝝ. Et in secundo anno veniētes in tēplum dei in Hierusalē, mense secundo, inchoauit Zorobabel filius Saalthiel, & Iesua filius Iosedec, & fratres ipsorꝝ, & sacerdotes, & Leuitæ, & oēs qui venerant de captiuitate in Hierusalē, & fundauerunt tēplum dei, nouilunio secundi mensis, secundi anni, cū venissent in Iudæā, & Hierusalē. Et statuerūt Leuitas, à viginti annis, super opera dñi. Et stetit Iesua, & filius eius, & fratres oēs Leuitæ cōspirantes, excutores legis, faciētes opera in domo dñi. Et steterunt sacerdotes habētes stolas, cum tubis, & Leuitæ filĳ Asaph, habētes cymbala, collaudētes dominum, & benedicentes, secundū Dauid regem Israhel. Et cantabant canticum domino, quoniam dulcedo eius, & honor in secula, super omnem Israhel. Et omnis populus tuba cecinerunt, & proclamaue G
runt voce magna, collaudantes dominum, in suscitatōe domus domini. Et venerunt ex sacerdotibus, & Leuitis, & præsidētibus, secundum pagos, senioribus, q viderant pristinā domū, & ad huius ædificationem cū clamore, & planctu magno, & multi cum tubis, & gaudio magno, intantum vt populus nō audiret tubas, ꝓpter planctum populi. Turba eñi erat tubis canēs magnifice, ita vt lōge audiretur. Et audierunt inimici tribus Iudæ, & Beniamin, & venerunt scire quæ esset vox tubarꝝ. Et cognouerunt quoniam qui erant ex captiuitate, ædificant templum domino deo Israhel. Et accedentes ad Zorobabel, & Iesua, præpositos pagorum, dixerunt eis: Aedificabimus vna vobiscum. Similiter eñi audiuimus dominum vestrū, & ipsi pariter īcedimus à diebus Asbazareth regis Assyriorum, q trāsmigrauit nos huc. Et dixit illis Zorobabel, & Iesua, prīcipes pagorꝝ Israel. Nō est nobis & vobis ædificare domum dei nostri. Nos enim soli ædificabimus domino Israhel, secundum ea quæ præcepit nobis Cyrus rex Persarum. Gentes autē terræ incumbētes his q sunt in Iudæa, & leuantes opus ædificatiōis, & insidias, & populos adducētes prohibebant eos ædificare, & aggressuras exercentes, impedierunt ne cōsummaret ædificium, oñi tēpore vitæ Cyri regis, & protraxerunt structuram per biennium, vsq; ad Darĳ regnum.

¶ Prophetæ animos addūt ædificātibus, q̊s iubet Darius, ne impediant. Ca. VI.

IN secundo autē anno regni Darĳ, prophetauit Haggæus & Zacharias, filius Addo, ꝓphetæ, apud Iudæam, & Hierusalē, in nomine dei Israel, super eos. Tunc stās Zorobabel, filius Saalthiel, & Iesua, filius Iosedec, inchoauerunt ædificare domū domini, quæ A
est in Hierusalē, cum adessent eis prophetæ domini, & adiuuarent eos. In illo tēpore venit ad illos Sysennes subregulus Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales eius, & dixerunt eis. Quo præcipiēte vobis domum hanc ędificatis, & tectū istud, & alia omnia perficitis? Et qui sunt structores, qui hæc ędificant? Et habuerunt grām visitatione facta super eos, qui erant ex captiuitate, à domino, seniores Iudęorum, & non sunt impediti ędificare, donec significaretur Dario de omnibus istis, & respōsum acciperetur. Exemplum epistolę quam miserunt Dario. Sysennes subregulus Syrię, & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales eius in Syria, & Phœnice pręsides, regi Dario salutē. Omnia nota sint domino regi, quod cum venissemus in regionem Iudęę, & introissemus in Hierusalem, inuenimus ędificantes domum dei magnam, & tēplum ex lapidibus politis, & magnis, & preciosis materĳs, in parietibus, & opera illa instanter fieri, & suffragare, & prosperare in manibus eorꝝ, & in omni gloria quàm B
diligētissime perfici. Tūc interrogauimus seniores, dicētes: Quo permittente vobis, ędificatis domum istam, & opera hęc fundatis? Ideo autē interrogauimus eos, vt notum faceremus tibi, homines & prępositos, & nominum scripturā prępositorum postulauimus illos. At illi respōderunt nobis, dicentes: Nos sumus serui dñi, qui fecit cœlum & terram, & ędificabatur hęc domus ante annos istos multos, à rege Israhel magno, & fortissimo, & consummata est. Et quoniam patres nostri exacerbantes erant, & peccauerunt in bellum Israhel, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babyloniæ, regis Chaldæorum, & domum istam demolientes incenderunt, & populum captiuum duxerunt in Babylonem. In primo anno regnante Cyro rege Babyloniæ, scripsit Cyrus rex domum hanc ædificare, & illa sacra vasa aurea, & argentea, quæ extulerat Nabuchodonosor de domo quæ est in Hierusalem, & consecrauerat ea in suo templo, rursus protulit ea Cyrus rex de templo quod erat in Babylonia, & tradita sunt Zorobabel, & Salmanasaro subregulo, & præceptum est eis, vt offerrent hæc vasa, & C

repone

reponerent in templo, quod erat in Hieruſalem, & ipſum templũ dei ædificare in loco ſuo.
Tunc Salmanaſarus ſubiecit fundamẽta domus domini, quę eſt in Hieruſalẽ, & exinde vſq;
nunc ædificaretur, & non accepit cõſummationẽ. Nunc ergo ſi iudicatur à te o rex, perqui
ratur in regalibus Bibliothecis Cyri regis, quæ ſunt in Babylonia, & ſi inuentũ fuerit cõſilio
Cyri regis cœptã eſſe ſtructurã domus dñi, quæ eſt in Hieruſalẽ, & iudicabitur à dño rege
noſtro, ſcribat de his nobis. Tunc Darius rex p̃cepit inquiri in Bibliothecis, & inuẽtus eſt
in Egbathanis oppido, quod eſt in Media regione, locus vnus in quo ſcripta erãt iſta. An-
no primo regnãte Cyro, rex Cyrus p̃cepit domũ dñi quæ eſt in Hieruſalẽ ædificare, ubi in
cendebãt igni aſſiduo, cuius altitudo ſit cubitoꝝ ſexaginta, & latitudo cubitoꝝ ſexaginta,
quadratũ lapidibus politis tribus, & mœniano ligneo eiuſdẽ regionis, & mœniano vno no
uo, & impẽdia dari de domo Cyri regis, & ſacra vaſa domus dñi, tam aurea q̃ argentea, quę
extulit Nabuchodonoſor in domũ dñi, quæ eſt in Hieruſalẽ, vbi erãt poſita, vt ponanť illic.
Et p̃cepit curã agere Syſennẽ ſubregulũ Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanẽ & ſodales eius
D & qui ordinati erãt in Syria & Phœnice præſides, ut abſtinerẽt ſe ab eodẽ loco. Et ego q̃q;
præcepi in totũ ædificare, & proſpexit ut adiuuẽt eos, qui ſunt ex captiuitate Iudæoꝝ, do-
nec cõſummareť templũ ædis dñi, & à vexatione tributoꝝ Cœloſyriæ, & Phœnicis, diligẽ
ter quantitatẽ dari his hominibus, ad ſacrificiũ dñi, Zorobabel præfecto, ad tauros, & arie-
tes, & agnos, ſimiliter aũt & frumentũ, & ſal, & vinũ, & oleum inſtanter per ſingulos annos
prout ſacerdotes, qui ſunt in Hieruſalẽ, dictauerint cõſumi quotidie, ſine vlla dilatiõe, vt of-
ferantur libationes ſummo deo, pro rege & pueris eius, & orent pro ipſoꝝ vita. Et denũtiet
vt quicũq; tranſgreſſi fuerint aliquid ex his quæ ſcripta ſunt, aut ſpreuerint, accipiatur lignũ
de ſuis proprijs, & ſuſpendantur, & bona ipſoꝝ regi aſcribanť. Propterea & dominus, cuius
nomen inuocatum eſt ibi, exterminet omnẽ regem, & gentem, qui manum ſuam extende-
rit prohibere, aut male tractare domum domini illam, quæ eſt in Hieruſalem. Ego Darius
rex decreui q̃ diligentiſſime, ſecundum hæc fieri.

¶ De conſummatione domus domini, & eius dedicatione. Cap. VII.

A TVnc Syſennes ſubregulus Cœloſyrię, & Phœnicis, & Satrabuzanes, & ſodales, ob
ſecuti his quæ à Dario rege erãt decreta, inſiſtebãt ſacroſanctis operibus diligen-
tiſſime, cooperantes cũ ſenioribus Iudęoꝝ, principibus Syriæ. Et proſperata ſunt
ſacroſancta opera, prophetantibus Haggæo, & Zacharia prophetis. Et cõſumma
uerunt omnia per præceptum dñi dei Iſrael, & ex conſilio Cyri, & Darij, & Artaxerxis regis
B Perſaꝝ. Et conſummata eſt domus noſtra, vſq; ad tertiam & viceſimã diem menſis Adar,
ſexto anno Darij regis. Et fecerunt filij Iſrael, & ſacerdotes, & Leuitæ, & cæteri qui erant ex
captiuitate, q appoſiti ſunt, ſecundũ ea quæ ſcripta ſunt in libro Moſi. Et obtulerũt in dedi-
cationẽ templi dñi, tauros centũ, arietes ducentos, agnos quadringentos: & hœdos pro pec
C catis vniuerſis Iſrael duodecim, ſecundũ numeꝝ tribuũ Iſrael. Et ſteterũt ſacerdotes, & Le
uitæ amicti ſtolis per tribus: ſuper oĩa opera dñi dei Iſrael, ſecundũ librũ Moſi, & oſtiarij per
ſingulas ianuas. Et egerũt filij Iſrael cũ his q erant ex captiuitate illud Phaſe, quartadecima lu
na menſis primi: quãdo ſanctificati ſunt ſacerdotes, & Leuitæ. Oẽs filij captiuitatis non ſunt
D ſimul ſanctificati: q̃a Leuitæ oẽs ſimul ſanctificati ſunt. Et immolauerũt Phaſe vniuerſi filij
captiuitatis, & fratribus ſuis ſacerdotibus, & ſibimetipſis. Et manducauerũt filij Iſrael q erant
ex captiuitate, oẽs qui remãſerant, ab omnibus execrationibus gentiũ terræ, quærẽtes dñm;
& celebrauerũt diem feſtũ azymoꝝ, ſeptẽ diebus, epulantes in conſpectu dñi: quoniã cõuer-
tit conſilium regis Aſſyrioꝝ in eos, confortare manus eoꝝ ad opera dñi dei Iſrael.

¶ Aſcenſurus Eſdras Hieroſolymam, literas gratias Iudæis factas cõtinentes à re
ge accipit, Orationeq; cohortatur populum ad pœnitentiam, pro
defectione à deo, & commixtione cum gentibus. Cap. VIII.

A ET poſt hũc regnãte Artaxerxe Perſaꝝ rege, acceſſit Eſdras, filius Saraiæ, filij Azarię,
filij Helchiæ, filij Sallũ, filij Sadoc, filij Achitob, filij Ameriæ, filij Azariæ, filij Bocci,
filij Abiſue, filij Phinehes, filij Eleazari, filij Aaron primi ſacerdotis. Hic Eſdras
aſcẽdit de Babylonia cũ eſſet ſcriba, & ingenioſus in lege Moſi, q̃ data eſt à dño deo
Iſrael: docere, & facere. Et dedit ei rex gloriã, ꝙ inueniſſet gratiã in omni dignitate, & deſi-
derio, in cõſpectu eius. Et aſcenderunt ſimul cum ipſo ex filijs Iſrael: & ſacerdotibus, & Le-
uitis, & ſacris cantoribus tẽpli, & oſtiarijs, & ſeruis tẽpli in Hieruſalem. Anno ſeptimo, re-
gnante Artaxerxe, in quinto menſe hic annus ſeptimus eſt regni: exeuntes de Babylonia, no
uilunio quinti menſis: venerũt Hieroſolymam, iuxta præceptum illius, ſecundum proſperi-
tatem itineris, à dño ipſoꝝ datã eis. In his eñi Eſdras magnam diſciplinam obtinebat: ne p̃-
termitteret quicq̃ eoꝝ quæ eſſent ex lege dñi, & p̃ceptis. Et docẽdo vniuerſum Iſrael omnẽ
iuſtitiam & iudicium. Aſcendentes aũt qui ſcribebant ſcripta Artaxerxis regis, tradiderũt
ſcriptum quod obuenerat ab Artaxerxe rege, ad Eſdram ſacerdotem, & lectorẽ legis dñi,

cuius exemplū subiectum est. Rex Artaxerxes Esdræ sacerdoti, & lectori legis dñi, salutem.
Humanior ego iudicans in beneficijs, præcepi eis qui descenderant ex gēte Iudæoꝝ, sua spō
te, & ex sacerdotibus, & Leuitis, qui sunt in regno meo comitari tecū, in Hierusalē. Si qui er B
go cupiunt ire tecum, cōueniant, & proficiscantur sicut placuit mihi, & septem amicis meis
cōsiliarijs, vt visitent ea quæ aguntur secundum Iudæam & Hierusalem, obseruantes sicut ha
bes in lege domini, & ferant munera domino deo Israel, quæ voui ego, & amici, Hierusalē,
& omne auꝝ, & argentū, quod inuentū fuerit in regione Babyloniæ, dño in Hierusalē, cū il-
lo quod est donatū pro ipsa gente, in templū dñi eoꝝ, quod est in Hierusalē, vt colligat hoc
auꝝ, & argentū, ad tauros, & arietes, & agnos, & hœdos, & quæ his sunt congruentia, vt of-
ferant hostias dño, super altare dñi ipsoꝝ, quod est in Hierusalē. Et omnia quæcunq; volue-
ris cū fratribus tuis facere, auro, & argēto, perfice pro volūtate tua, secundū pręceptū dñi dei
tui, & sacrosancta vasa q̄ data sunt tibi ad opera domus dñi dei tui, quæ est in Hierusalem, &
cætera quæcunq; tibi subuenerint, ad opera templi dei tui, dabis de regali gazophylacio, cū
volueris cum fratribus tuis facere, auro & argēto, perfice secundum voluntatem domini. Et
ego quidem rex Artaxerxes præcepi custodibus thesauroꝝ Syriæ & Phœnicis, vt quæcūq;
scripserit Esdras sacerdos, & lector legis dñi, diligenter detur ei, vsq; ad argenti talēta centū,
similiter & auri, & vsq; ad frumēti modios centū, & vini amphoras centū, & alia quæcunque
abundant sine taxatione, omnia secundū legē dei fiant deo altissimo, ne forte exurgat ira in
regno regis, & filij, & filioꝝ eius. Vobis aūt dicitur vt omnibus sacerdotibus, & Leuitis, & sa C
cris cantoribus, & seruis tēpli, & scribis tēpli huius, nullū tributū, neq; vlla alia indictio irro-
getur, nec habeat quisq̄ potestatē obijcere ei quicq̄. Tu aūt Esdras, secundū sapientiā dei, cō
stitue iudices, & arbitros in tota Syria, & Phœnice, & oēs q legē dei tui nō nouerūt, doce, vt
quotq̄t transgressi fuerint legē, diligēter plectant, siue morte, siue cruciatu, siue etiā pecuniæ
mulctatiōe, vel abductiōe. Et dixit Esdras scriba. Bñdictus deus patrū nostroꝝ, q dedit hāc
1. Esd. 8. a. volūtatē in cor regis, clarificare domū suā, q̄ est in Hierusalē, & me honorificauit in conspe-
ctu regis, & cōsiliarioꝝ, & amicoꝝ eius, & purpuratoꝝ eius. Et ego cōstans aīo factus sum,
secundū opitulationē dñi dei mei, & cōgregaui ex Israel viros, vt simul ascenderēt mecū. Et
hi sunt præpositi secundū suas patrias, & principatus portionales, eoꝝ qui mecū ascenderūt
de Babylonia, in regno Artaxerxis. Et ex filijs Phares Gersonus, ex filijs Siemarith, Ame-
nus. Filioꝝ Dauid Accus, filius Ceciliæ. Ex filijs Phares, Zacharias, & cū eo reuersi sunt viri
centū quinquaginta. Ex filijs ductoris Moabilionis Zaraei, & cū ipso viri ducēti quinquagin
ta. Ex filijs Zachnes, Iechonias Zechoeli & cū ipso viri ducēti quinquaginta. Ex filijs Sala-
maasias, Gotholiæ, & cū ipso viri septuaginta. Ex filijs Zaphaciæ Zarias Miheli, & cū ipso
viri octoginta. Ex filijs Iob. Abdias Ieheli, & cū ipso viri ducēti duodecim. Ex filijs Baniæ,
Salimoth filius Iosaphiæ, & cū ipso viri centum sexaginta. Ex filijs Beer, Zacharias Bebei, &
cū ipso viri ducenti octo. Ex filijs Esead, Ioannes, Ezecham, & cū ipso viri centū decē. Ex fi
lijs Adonicā ipsis postremis. Et hæc sunt nomina eoꝝ, Eliphalā filius Gebel, & Semeias, &
cū ipso viri septuaginta. Et cōgregaui eos ad fluuiū, qui dicitur Thia, & metati fuimus illic tri
duo et recognoui eos. Et ex filijs sacerdotū et Leuitaꝝ nō inueni illic. Et misi ad Eleazaꝝ,
et Eccelon, et Masmā, et Malobā, et Enaathan, et Samea, et Ioribū, Nathā Eunagan, Zacha- D
riā, et Mosollamū, ipsos doctores, et peritos. Et dixi eis, vt venirent ad Loddeum, qui erat
apud locū gazophylacij. Et mādauit eis, vt dicerēt Loddeo, et fratribus eius, et illis q erāt in
gazophylacio, vt mitterēt nobis eos q sacerdotio fungerent in domo dñi dei nostri. Et ad-
duxerūt nobis, secundū manū validā dñi dei nostri, viros peritos, ex filijs Mooli, filij Leui,
filij Israel, Sebebiā, & filios, & frēs, qui erāt decē & octo, Asbiam, & Amin. Ex filijs filiorum
Chananæi, & filij eoꝝ, viri viginti. Et ex his q in tēplo seruiebāt, quos dedit Dauid, & ipsi
principes: ad operationē Leuitis tēplo seruientium, ducenti viginti. Omnia noīa significata
sunt in scripturis. Et voui illic ieiuniū iuuenibus, in cōspectu dñi, vt quærerē ab eo bonū iter
nobis: & q nobiscū erāt, & filijs, & pecoribus: propter insidias. Erubui enī petere à rege pe-
dites: & equites in comitatu, tutelæ grā: cōtra aduersarios nr̄os. Diximus enī regi: qm̄ virtus
dñi erit cū eis: q inquirunt eū in omni affectu. Et iteꝝ deprecati sumus dñm deum nostrum,
secundum hæc: quē & propitiū habuimus: & cōpotes facti sumus deo nostro. Et separaui ex
plebis præpositis & sacerdotibus tēpli viros duodecim, & Sedebiam. & Asamiam, & cū eis
ex fratribus eoꝝ viros decē. Et appendit eis auꝝ, et argentū, et vasa sacerdotalia domus dei
nostri, quæ donauerat rex, et cōsiliarij eius, et principes, et omnis Israel. Et cū appendissem,
tradidi argenti talenta cētum quinquagiuta, et vasa argentea talentorum centum, et auri ta-
lenta centū, et vasorum aureorum septies viginti, et vasa ærea de bono æramento splenden- E
tia duodecim, auri speciem reddentia. Et dixi eis. Et vos sancti estis dño, et vasa sunt san-
cta, et aurum, et argētum votum est domino deo patrum nostrorum. Vigilate, et custodite,
donec tradatis ex plebis pręposítis sacerdotibus, et Leuitis, et principibus ciuitatum Israel in
Hieru-

Hierusalẽ,& in pastophorio domus dei nostri. Et hi qui susceperũt, sacerdotes,& Leuitæ,
aurũ,& argentũ,& vasa, intulerũt in Hierusalem, in templum dñi. Et promouimus à fluuio
Thia, die duodecima mensis primi, vsquequo introiuimus in Hierusalẽ. Et cũ factus fuis-
set tertius dies, quarta aũt die ponderatũ aurũ,& argentũ, traditũ est in domo dñi dei nrĩ,
Marimoth filio Iori sacerdoti,& cũ ipso erat Eleazar filius Phinehes,& erant cum ipsis Io
sabdus, filius Iesu,& Medias,& Banni, filius Leuitæ, ad numeꝝ,& ad pondus vniuersa. Et
scriptũ est pondus ipsoꝝ eadẽ hora. Qui aũt uenerunt ex captiuitate,& obtulerunt sacrifi-
ciũ dño deo Israel, tauros duodecim, pro omni Israel, arietes octogintasex, agnos septua-
gintaduos, hircos pro peccato duodecim,& pro salute, vaccas duodecim, oĩa in sacrificiũ
dñi. Et telegerũt pcepta regis regalibus dispẽsatoribus,& subregulis Cœlosyriæ, & Phœ-
nicis,& honorificauerũt gentẽ,& tẽplum dñi. Et cõsummatis his, accesserũt ad me præpo 1.Esd. 9.a.
siti, dicẽtes. Non segregauerunt genus Israel,& principes,& sacerdotes,& Leuitæ, & alie-
nigenæ, gentes,& nationes terræ immunditias suas à Chananæis,& Hethæis,& Pherezæis
& Iebusæis,& Moabitis,& Aegyptijs,& Idumæis. Coniuncti enĩ sunt filiabus eoꝝ, & ipsi,
F & filij eoꝝ,& mixtũ est semen sanctũ alienigenis gentibus terræ,& participes erãt præpo
siti & magistratus iniquitatis eius, ab initio ipsius regni. Et mox (vt audiui ista) cõscidi ve-
stimenta,& sacrã tunicã,& lacerans capillos capitis & barbã, sedi dolens & mœstus. Et
cõuenerũt quotquot tũc mouebãtur in verbo dñi dei Israel, ad me lugentẽ super iniquitatẽ
istã,& sedebã tristis, vsq; ad sacrificiũ vespertinũ. Et cõsurgens à ieiunio, cõscissa habẽs ve-
stimẽta, & sacrã tunicã, ingeniculans,& extendẽs manus ad dñm, dicebã. Dñe cõfusus sum
& reueritus sum, ante faciẽ tuã. Peccata enĩ nostra multiplicata sunt super capita nostra, &
iniquitates nostræ exaltatæ sunt vsq; ad cœlũ, quoniã à tẽporibus patrũ nostroꝝ sumus in
magno peccato, vsq; in diẽ hunc. Et propter peccata nr̃a, & patꝝ nostroꝝ, sumus traditi
cũ fratribus nostris,& cũ sacerdotibus nostris regibus terrę, in gladiũ,& captiuitatẽ, & de-
prædationẽ cũ confusione, vsq; in hodiernũ diẽ. Et nũc, quantũ est hoc quod cõtigit nobis
misericordia abs te dñe deus. Et derelinque nobis radicẽ,& nomen, in locum sanctificatio
nis tuæ detegere luminare nostrũ, in domo dñi dei nostri, dare nobis cibum in omni tẽpo
re seruitutis nostræ. Et cũ seruiremus, non fuimus derelicti à dño deo nostro, sed cõstituit
nos in gratia, ponẽs nobis reges Persaꝝ dare cibũ,& clarificare templum dñi dei nostri, &
ædificare deserta Syon, dare nobis stabilitatẽ in Iudæa,& Hierusalẽ. Et nunc quid dicimus
dñe, habentes hæc? Transgressi enĩ sumus præcepta tua: quæ dedisti in manus pueroꝝ tuo
G rũ prophetaꝝ, dicẽs. Quoniã terra in qua introistis, possidete hæreditatẽ eius,& terra pol-
luta est coinquinationibus alienigenaꝝ terræ,& immunditiæ illoꝝ repleuerunt eã totã, im
munditia sua. Et nũc filias vestras nõ coniungetis filijs eoꝝ,& filias eoꝝ nõ accipietis filijs
vestris,& nõ inquiretis pacẽ habere cũ illis omni tempore, vt inualescentes mãducetis opti
ma terræ,& hæreditatẽ distribuatis filijs vestris vsq; in æuũ. Et quæ cõtingunt nobis, omĩa
fiunt propter opera nostra maligna,& magna peccata nostra. Et dedisti nobis talẽ radicẽ,
& rursum reuersi sumus trãsgredi legitima tua, vti cõmisceremur immũditiei alienigenaꝝ
gentiũ terræ huius. Nõne irasceris nobis, perdere nos, quoadusq; non relinquatur radix,&
nomen nostꝝ? Domine deus Israel verax es. Derelicta est enĩ radix, vsq; in hodiernũ diem
Ecce nũc sumus in conspectu tuo, in iniquitatibus nr̃is. Non est enĩ adhuc stare ante te in his
Et cũ adorando confiteretur Esdras, flens humi prostratus ante templũ, cõgregati sunt
ante eũ ex Hierusalẽ turba magna ualde, viri & mulieres,& iuuenes,& iuuẽculæ. Fletus enĩ 1.Esd. 10.a
erat magnus in ipsa multitudine. Et cũ clamasset Ieconias Ieheli, ex filijs Israel, dixit Esdræ,
Nos in dominũ peccauimus, q collocauimus nobis in matrimoniũ mulieres alienigenas, ex
gentibus terræ. Et nunc es super omnẽ Israel. In his ergo sit iusiurandũ à domino, expelle-
re omnes vxores nostras, quę ex alienigenis sunt cum filijs eaꝝ. Sicut tibi decretũ est à maio
ribus, secundum legem domini, exurgens explica. Ad te enim spectat negotium, & nos te-
cum sumus. Viriliter fac. Et exurgens Esdras, adiurauit principes sacerdotum,& Leuitas
& omnem Israel facere secundum hæc,& iurauerunt.

¶ Persuadet Esdras populo, vt abijciant vxores alienigenas, Recitatq; legem do
mini: Qua lecta, populus gaudens epulatur. Cap. IX.

A ET exurgens Esdras ab ante atriũ templi, abijt in pastophoriũ Ionathæ, filij Nasabi,
& hospitatus illic, nõ gustauit panẽ, nec aquã bibit. super iniquitatẽ multitudinis.
Et facta est prædicatio in omni Iudæa,& in Hierusalem, omnibus qui erant ex ca-
ptiuitate in Hierusalẽ cõgregati, vt quicunq; non occurrerit biduo, vel triduo diei,
secundũ iudicium assidentium senioꝝ, tollerentur facultates suæ,& ipse alienus iudicaretur
à multitudine captiuitatis,& congregati sunt omnes, qui erant ex tribu Iuda, & Beniamin,
in tribus diebus, in Hierusalẽ. Hic mensis est nonus, dies mensis vicesimus. Et sedit omnis
multitudo in area tẽpli, tremẽtes propter hyemẽ præsentẽ. Et exurgens Esdras dixit illis.

Vos inique fecistis, collocantes vobis in matrimonium vxores alienigenas, vt adderetis ad 1. dist. c. cõ
peccata Israel. Et nunc date cõfessionem, & magnificentiam dño deo patrum nostrorum, suetudo in
& perficite voluntatem ipsius, & discedite à gentibus terræ, & ab vxoribus alienigenis. Et glo.
clamauit omnis multitudo, & dixerunt voce magna. Sicut dixisti, faciemus. Sed quoniam B
multitudo magna est, & tempus hibernum, & nõ possumus insubsidiati stare, & hoc opus 15. q. 1. §.
nõ est nobis vnius diei, neq; bidui, multi enim in his peccauimus, stent præpositi multitu- hac itaq.
dinis & omnes qui nobiscum inhabitant, & quotquot habent vxores apud se alienigenas,
& assistant, accepto tempore ex omni loco presbyteri, & iudices, vsquequo soluant iram
domini negotij huius. Ionathas autem filius Ezeli, & Ozias, & Tecam, susceperunt secun
dum hæc, & Bozoramus, & Leuis, & Sabbatheus, simul cooperati sunt cum illis. Et steterũt
secundum hæc omnia, vniuersi qui erant ex captiuitate. Et elegit sibi viros Esdras sacerdos,
principes magnos, de patribus eorum, secundum nomina, & cõsederunt nouilunio mensis
decimi, examinare negotium istud. Et determinatũ est de viris qui habebant vxores alieni-
genas, vsq; ad neomeniam primi mensis. Et inuẽti sunt ex sacerdotibus permixti, qui ha-
bebant alienigenas vxores. Ex filijs Iesu, filij Iosedec, & fratribus eius, Mazeas, & Elieze- C
rus, & Ioribus, & Ioadeus. Et iniecerunt manus, vt expellerent vxores suas, & ad litandum
in exorationem arietem pro ignorantia sua. Et ex filijs Semmeri, Maseas, & Esses, & Ie-
elech, Azarias. Et ex filijs Fosere, Limosias, Hisinænis, & Nathanæe, Iussio, Ieddus, & Tal
sas. Et ex Leuitis, Iosabdus, & Semeis, & Colnis, & Calitas, & Facteas, & Coluas, & Elio-
nas. Et ex sacris cantoribus Eliarib Zaccarus. Et ex ostiarijs Sallumus, & Tolbanes.
Et ex Israel, ex filijs Foro, Osi, & Remias, & Geddias, & Melchias, & Michelus, & Eleazarus
& Iemmebias, & Bannas. Et ex filijs Iolaman, Chamas, & Zacharias, & Iezrelus, & Iod-
dius, & Erimoth, & Elias. Et ex filijs Zathoim, Eliadas, & Liasumus, Zochias, Larimoth
& Sabdis, & Tebedias. Et ex filijs Zebes, Ioannes, & Amanias, & Zabdias, & Emens. D
Et ex filijs Banni, Olammus, & Malluchus, & Ieddæus, & Iasub, & Azabus, & Ierimoth.
Et ex filijs Addin, Naatus, & Moosias, & Caleus, & Raanas, & Maaseas, Mathathias, & Be-
seel, & Bonnus, & Manasses. Et ex filijs Nuæ, Noneas, & Afeas, & Melchias, & Sameas,
& Simon, Beniamin, & Malchus, & Marras. Et ex filijs Asom, Carianeus, & Mathathias
& Bannus, et Eliphalach, et Manasses, et Semes. Et ex filijs Banni, Ieremias, et Moadias,
et Abramus, et Iohel, et Baneas, et Pelias, et Iona, et Marimoth, et Eliasib, et Mathaneus, et
Eliasis, et Orisas, et Dielus, et Semedius, et Zambris, et Iosephus. Et ex filijs Nobei, Ide- E
lus, et Mathathias, et Sabadus, Zecheda, Sedmi, et Iessei, Baneas. Omnes isti coniunxerunt
sibi vxores alienigenas, et dimiserunt eas cum filijs. Et inhabitauerunt sacerdotes, et Le-
uitæ, et qui erant ex Israel, in Hierusalem: et in tota vna regione, nouilunio mensis septimi.
Et erant filij Israel in commorationibus suis. Et congregata est omnis multitudo simul, in
aream, quæ est ab oriente portæ sacræ. Et dixerunt Esdræ pontifici, et lectori, vt afferret le
2. Esd. 8. a. gem Mosi, quæ tradita est à domino deo Israel. Et attulit Esdras pontifex legem omni
multitudini eorum, à viro vsq; ad mulierem, et omnibus sacerdotibus audire legem, nouilu
nio mensis septimi. Et legebat in area quæ est ante sacram portam templi, à prima luce, vsq;
ad vesperam, coram viris, et mulieribus. Et dederunt omnes sensum ad legem. Et stetit F
Esdras, sacerdos et lector legis, super ligneum tribunal: quod fabricatum erat. Et steterunt
ad eum Mathathias, et Samus, Ananias, Azarias, Vrias, Ezechias, et Balsamus, ad dexteram
et ad sinistram, Faldeus, Misael, Malachias, Abustas, Sabus, Nebadias, et Zacharias. Et as-
sumpsit Esdras librum coram omni multitudine, præsidebat enim in gloria, in conspectu
omnium. Et cum absoluisset legem, omnes erecti steterunt, et benedixit Esdras dominum
deum altissimum, deum sabaoth omnipotentem. Et respondit omnis populus. amen. Et e-
leuatis sursum manibus, procidentes in terram, adorauerunt dominum. Iesus, Banæus, et Sa
rebias, et Iaddimus, et Accubus, et Sabbatheus, et Calithes, et Azarias, et Ioradus, et Ananias
et Philias Leuitæ, qui docebant legem domini, et in multitudine legebant legem domini, et
Nehe. 8. c. præferebant singuli eos, qui intelligebant lectionem. Et dixit Atharathes Esdræ pontifici,
et lectori, et Leuitis, qui docebant multitudinem, dicens. Dies hic sanctus est domino. Et o- G
mnes flebant, cum audissent legem. Et dixit Esdras. Digressi ergo, manducate pinguissi-
ma quæq;, et bibite dulcissima quæq;, et mittite munera his qui non habent. Sanctus enĩ est
hic dies domini, et nolite mœsti esse. Dominus enim clarificabit vos. Et Leuitæ denuntia-
bant in publico omnibus, dicentes. Dies hic sanctus est. Nolite mœsti esse. Et abierunt o-
mnes manducare, et bibere, et epulari, et dare munera his qui non habebant vt epulent. Ma-
gnifice enim exaltati sunt verbis quibus edocti sunt. Et congregati sunt vniuersi in Hierusa
lem, celebrare lætitiam, secundum testamentum domini dei Israel.

F I N I S.

ESDRAE PROPHETAE LIBER
quartus, præter visiones quasdam continens n.hil.

¶Dñs per Esdrā Israeli beneficia exprobrat, exitiūq; illis minat, q tū nō audiant.
Gentibusq; se daturum domos eorū. Cap. I.

A
IBER ESDRAE PROPHETAE SECVNDVS: Filij Saraiæ, filij Azariæ, filij Helchiæ, filij Sellum, filij Sadoc, filij Achitob, filij Amariç, filij Azariæ, filij Maraioth, filij Zaraiæ, filij Ozi, filij
Bocci, filij Abisue, filij Phinehes, filij Eleazar, filij Aaron ex tribu Le
ui, qui fuit captiuus in regione Medorū, in regno Artaxerxis regis
Persarum. Et factum est verbum domini ad me dicēs. Vade, & an-
nuntia populo meo facinora ipsorum, & filijs eorū iniquitates, quas
in me admiserunt, vt nuntient filijs filiorum, quia peccata parentum
ipsorū in illis creuerūt. Obliti eñi mei, sacrificauerūt dijs alienis. Nō-
ne ego eduxi eos de terra Aegypti, de domo seruitutis? Ipsi autem irritauerunt me, & consilia
mea spreuerunt. Tu autem excute comam capitis tui, & proijce omnia mala super illos, quo
niam non obedierunt legi meæ. Populus autem est indisciplinatus. Vsquequo eos sustinebo, Iosue. 24. a.
qbus tanta beneficia contuli? Reges multos propter eos subuerti. Pharaonem cū pueris suis, &
B omnem exercitum eius percussi. Omnes gentes à facie eorum perdidi, & in oriente prouinci-
arum duarum, populos Tyri & Sidonis dissipaui, & omnes aduersarios eorum interfeci. Tu ve
ro loquere ad eos, dicens. Hæc dicit dominus. Nempe ergo vos per mare transmeaui, & plate-
as vobis initio munitas exhibui. Ducem vobis dedi Mosen, & Aaron sacerdotē, lucem vobis
per columnā ignis præstiti, & magna mirabilia feci vobis. Vos aūt mei obliti estis, dicit domi- Exodi. 14. c.
nus. Hæc dicit dominus omnipotens. Coturnix vobis in signo fuit: castra vobis ad tutelam de- Nehem. 9. b.
di: & illic murmurastis, & nō triumphastis in nomine meo, de perditione inimicorū vestrorū,
sed adhuc nunc vsq; murmurastis. Vbi sunt beneficia quæ præstiti vobis? Nonne in deserto cū
esuriretis proclamastis ad me, dicentes. Vt quid nos in desertū istuc adduxisti interficere nos?
Melius nobis fuerat seruire Aegyptijs, q̄ mori in deserto hoc. Ego dolui gemitus vestros, & Exodi. 16. c.
dedi vobis manna in escā. Panē angelorū mādu castis. Nonne cū sitiretis, petrā excidi, & fluxe- Exodi 16. c.
runt aquæ in saturitate? Propter æstus folijs arborū vos texi. Diuisi vobis terras pingues, Cha- Psal. 77.
nanæos, & Pherezæos, & Philistæos à facie vestra proieci. Quid faciam vobis adhuc, dicit do- Supra. 15. c.
C minus? Hæc dicit dominus omnipotens. In deserto cum essetis in flumine Ammoræo, sitien
tes, & blasphemantes nomen meū: non ignem vobis pro blasphemijs dedi: sed mittens lignum
in aquā, dulce feci flumen. Quid tibi faciam Iacob? Noluisti obedire Iuda. Transferam me ad a-
lias gentes, & dabo eis nomen meum, vt custodiant legitima mea. Quoniam me dereliquistis,
& ego vos derelinquā. Petētibus vobis à me misericordiam nō miserebor. Quando inuocabi-
tis me, ego nō exaudiā vos. Maculastis eñi manus vestras sanguine, & pedes vestri ipigri sunt,
ad committenda homicidia. Nō quasi me dereliquistis, sed vosipsos dicit dñs. Hæc dicit dñs
omnipotens. Nonne ego vos rogaui, vt pater filios, & mater filias, & vt nutrix paruulos suos,
vt essetis mihi in populū, & ego vobis in deū, & vos mihi in filios, & ego vobis in patrem? Ita Matth. 23. d.
vos collegi, vt gallina pullos suos sub alas suas. Modo autē quid faciam vobis? Proijciā vos à fa- Esaiæ. 1. d.
D cie mea. Oblationē cū mihi attuleritis, auertā faciē meā à vobis. Dies eñi festos vestros, & neo- Osee. 2. b.
menias, & circūcisiones repudiaui. Ego misi pueros meos prophetas ad vos, quos acceptos
interfecistis, & laniastis corpora eorū, quorū sanguinē exqram dicit dñs. Hæc dicit dñs omi-
potens. Domus vestra deserta est. Proijciam vos sicut ventus stipulam, & filij procreationem
non facient, quoniam mandatum meum neglexerunt, & quod malum est coram me fecerūt.
Tradam domos vestras populo venienti qui me non audientes credunt, qbus signa nō osten
di, facient quæ præcepi. Prophetas non viderunt, & memorabūtur iniqtatum eorum. Testor
populi venientis gratiam, cuius paruuli exultant cum lætitia, me non videntes oculis carnali-
bus, sed spiritu credentes quæ dixi. Et nunc frater aspice quæ gloria, & vide populum venientē
ab oriente, quibus dabo ducatum Abraham, Isaac, & Iacob, & Osee, & Amos, & Micheæ, &
Ioel, & abdiæ, & Ionæ, & Nahum, & Abacuc, Sophoniæ, Haggæi, Zachariæ, & Malachiæ, q
& angelus domini vocatus est.

¶Afflictio ipiorum ostenditur in matre filijsq; eius: gaudium & lætitia rursum,
pœnitentiū piorum opera, mercesq; eorū ostenditur. Visio turbæ
collaudantis dominū, & iuuenis coronantis eam. Cap. II.

A HAec dicit dominus. Ego eduxi populū istum de seruitute, quibus mandata dedi p pu
eros meos prophetas, quos audire noluerunt, sed irrita fecerunt mea consilia. Mater
quæ eos generauit, dicit illis. Ite filij, quia ego vidua sum, & derelicta, educaui vos cū
lætitia, & amisi vos cum luctu, & tristitia, Quoniam peccastis coram domino deo ve

ſtro,& quod malum eſt coram eo feciſtis. Modo autem quid faciam vobis? Ego vidua ſum,&
derelicta. Ite filij,& petite à dño miſericordiā,ego aūt te pater teſtem inuoco, ſuper matrē filio
rum,q noluerunt teſtamentum meum ſeruare,ut des eis confuſionem,& matrem eoꝝ in dire
ptionē,ne generatio eoꝝ fiat. Diſpergātur in gentes,nomina eoꝝ deleantur à terra,quoniam
Gene. 19. a ſpreuerunt ſacramentum meum. Væ tibi Aſſur qui abſcondis iniquos penes te, Gens mala
memorare qd fecerim Sodomæ,& Gomorræ,quoꝝ terra iacet in piceis glebis,& aggeribus
cineꝝ. Sic dabo eos q me nō audierunt, dicit dñs omnipotens. Hæc dicit dñs ad Eſdrā. Nun
tia populo meo,q̊niam dabo eis regnū Hieruſalem,q̊d daturus eram Iſrael. Et ſumā mihi glo
riam illorum,& dabo eis tabernacula æterna quæ preparauerā illis. Lignum uitæ erit illis in o-
dore unguenti,& nō laborabūt,neq; fatigabunt. Ite, & accipietis. Rogate uobis dies paucos,ut
immorent. Iam paratū eſt uobis regnū. Vigilate. Teſtare cœlū,& terrā. Contriui eñ malū & B
creaui bonū,qa uiuo ego,dicit dñs. Mater amplectere filios tuos,educa illos cum lætitia. Sicut
columba cōfirma pedes eoꝝ,quoniam te elegi,dicit dñs. Et reſuſcitabo mortuos de locis ſuis,
& de monumētis educā illos:quoniā cognoui nomen meum in Iſrahel. Noli timere mater fi-
liorū,q̊niā te elegi,dicit dñs. Mittam tibi adiutorium pueros meos Eſaiam,& Ieremiā:ad quo-
rum conſiliū ſanctificaui,& paraui tibi arbores duodecim:grauatas uarijs fructibus,& totidem
fontes fluētes lac & mel,& mōtes immenſos ſeptē,habētes roſam & liliū,in qbus gaudio imple
bo filios tuos. Viduā iuſtifica,pupillo iudica,egenti da,orphanū tuere,nudū ueſti,confractū &
debilē cura,claudū irridere noli,tutare mancū,& cæcū ad uiſionē claritatis meæ admitte. Senē
& iuuenē intra muros tuos ſerua,mortuos ubi inueneris,ſignās cōmēda ſepulchro,& dabo ti-
bi primā ſeſſionē in reſurrectione mea. Pauſa & qeſce populus meus,qa veniet requies tua. Nu
trix bona nutrit filios ſuos,confirma pedes eoꝝ. Seruos quos tibi dedi,nemo ex eis interiet.
Ego eñ eos reqram de numero tuo. Noli fatigari. Cū eñ uenerit dies preſſuræ,& anguſtiæ:a- C
lij plorabūt,& triſtes erūt:tu aūt hilaris,& copioſa eris,zelabūt, gentes & nil aduerſus te pote-
rūt,dicit dñs. Manus meæ tegēt te,ne filij tui gehennā uideāt. Iocundare mater cū filijs tuis,qa
ego te eripiā,dicit dñs. Filios tuos dormientes memorare:qm̄ ego eos educā de lateribus ter-
ræ,& miſericordiā cū illis faciam,qm̄ miſericors ſum,dicit dñs omnipotēs. Amplectere natos
tuos,uſq; dū uenio,& præſtē illis miſericordiā,qm̄ exuberant fontes mei:& gratia mea nō defi
ciet. Ego Eſdras præceptū accepi à dño,in monte Horeb,ut irē ad Iſrahel. Ad q̊s cū uenirē,re-
probauerūt me,& reſpuerūt mandatū dñi. Ideo q; dico uobis gētes,quæ auditis,& intelligitis.
Expectate paſtorē ueſtrū,regem æternitatis dabit vobis,qm̄ in proximo eſt ille, qui in fine ſe-
culi adueniet. Parati eſtote ad præmia regni,qa lux perpetua lucebit uobis,per æternitatem tē
poris. Fugite umbrā ſeculi huius. Accipite iocunditatē gloriæ ueſtræ. Ego teſtor palā ſaluato-
rem meū,commendatum donū accipite,& iocundamini,gratias agentes ei, q uos ad cœleſtia
regna uocauit. Surgite ,& ſtate,& uidete numeꝝ ſignatoꝝ in cōuiuio dñi. Qui ſe de umbra ſe- D
culi tranſtulerūt,ſplendidas tunicas à dño acceperūt. Recipe Syon numeꝝ tuū,& cōclude can
didatos tuos,q legē dñi cōpleuerūt. Filioꝝ tuoꝝ q̊s optabas,plenus ē nūerus. Roga iperiū dñi:
ut ſanctificet populus tuus,q vocatus eſt ab initio. Ego Eſdras vidi in mōte Syon turbā magnā
quā numerare nō potui,& oēs cāticis collaudabāt dñm:& in medio eoꝝ erat iuuenis ſtatura
Apoc. 7. c celſus,eminētior omnibus illis,& ſingulis eoꝝ capitibus iponebat coronas,& magis exaltabat.
Ego autem miraculo tenebar. Tūc interrogaui angelum,& dixi. Qui ſunt hi dñe? Qui reſpon-
dens,dixit mihi. Hi ſunt q mortalem tunicam depoſuerunt,& imortalem ſumpſerunt,& con-
feſſi ſunt nomē dei,modo coronant,& accipiūt palmas. Et dixi angelo. Ille iuuenis qs eſt,q eis
coronas iponit:& palmas in manus tradit? Et reſpondēs,dixit mihi. Ipſe eſt filius dei,quē in ſe-
culo confeſſi ſunt. Ego aūt magnificare eos cœpi,q fortiter pro noīe dñi ſteterūt. Tūc dixit mi
hi angelus. Vade annūtia populo meo:qualia & quanta mirabilia dñi dei uidiſti.

¶Recenſet ab Adam ad ſuam ætatem vſq;,quomodo deliquerit omnes. Conſi-
liumq; ſcrutatur dei cur tradiderit populum ſuum peccatorem,gēti
magis peccatrici. Cap. III.

ANno triceſimo ruinæ ciuitatis,eram in Babylone,& conturbatus ſum,ſuper cubicu-
lo meo recumbēs,& cogitationes meæ aſcendebant ſuper cor meum, quoniam ui- A
di deſertionē Syon,& abundantiā eoꝝ,q habitabant in Babylone. Et uentilatus eſt
ſpiritus meus valde. Et cœpi loqui ad altiſſimum verba timorata, & dixi. O dñator
dñe:tu dixiſti ab initio,quoniam plantaſti terram,& hoc ſolus,& imperaſti populo:& dediſti
Adam corpus mortuū:ſed & ipſum figmentū manuū tuaꝝ erat,& inſufflaſti in eū ſpiritum ui-
tæ,& factus eſt viuens coram te & induxiſti eum paradiſo,quem plantauerat dextera tua,ante-
quam terra aduentaret. Et huic mandaſti diligere uiam tuā:& præteriuit eā,& ſtatim inſtituiſti
in eo mortem,& in nationibus eius,& natæ ſunt gentes,& tribus,& populi,& cognationes q̄-
rum non eſt numerus. Et ambulauit vnaquæq; gens in uoluntate ſua, & mira agebant co-
ram te,& ſpernebant præcepta tua. Iterū autem in tempore induxiſti diluuium ſuper inhabi- B
tantes

tantes seculũ,& perdidisti eos,& factum est in unoquoq; eoꝝ,sicut Adæ mori,sic his diluuiũ.
Dereliquisti autem unũ ex his Noe cum domo sua,& ex eo iusti omnes. Et factum est cũ cœ
pissent multiplicari qui habitabant super terrã, multiplicauerunt filios,& populos, & gentes
multas,& cœperunt iterato impietatem facere,plus q̃ priores. Et factum est cũ iniquitatẽ fa-
cerent coram te,elegisti tibi uirũ ex his,cui nomen erat Abrahã,& dilexisti eum,& demonstra-
sti ei soli uoluntatẽ tuã,& disposuisti ei testamentum æternum, & dixisti ei,ut non unq̃ dere-
C linqueres semen eius. Et dedisti ei Isaac,& Isaac dedisti Iacob,& Esau,& segregasti tibi Iacob,
Esau autẽ separasti. Et factus est Iacob in multitudine magna. Et factũ est cum educeres semẽ
eius ex Aegypto,adduxisti super montẽ *Sina*. Et inclinasti cœlos,& statuisti terrã & commo
uisti orbẽ,& tremere fecisti abyssos,& conturbasti seculũ,& transiit gloria tua portas quatuor
ignis,& terræ motus,& spiritus,& gelu,ut dares semini Iacob legẽ,& generationi Israhel dili-
gentiã. Et non abstulisti ab eis cor malignũ,ut faceret lex tua in eis fructũ. Cor enim malignũ
baiulans primus Adam,transgressus & uictus est,sed & omnes qui de eo nati sunt. Et facta est
permanes infirmitas,& lex cũ corde populi,cũ malignitate radicis,& discessit quod bonum est
& mãsit malignũ. Et transierũt tẽpora,& finiti sunt anni,& suscitasti tibi seruũ,nomine Dauid,
& dixisti ei ædificare ciuitatẽ nominis tui,& offerre tibi in eadẽ thus,& oblationes. Et factum
est hoc annis multis. Et dereliquerũt q habitabãt ciuitatẽ,in omnibus facientes sicut fecit Adã
& omnes generationes eius. Vtebant enim & ipsi corde maligno. Et tradidisti ciuitatẽ tuã in
manibus inimicoꝝ tuoꝝ. Nunqd meliora faciũt q habitant Babylonem? Et propter hoc do-
minabit Syon. Factũ est cũ uenissem huc & uidissem impietates,quaꝝ nõ est numerus,& delin
quentes multos,uidit anima mea hoc tricesimo anno,& excessit cor meũ,qm̃ uidi quõ sustines
eos peccantes,& pepercisti impie agẽtibus,& pdidisti populũ tuũ,& cõseruasti inimicos tuos,
& non significasti. Nihil memini quomodo debeat derelinqui uia hæc. Nunqd meliora facit
Babylon Syon? Aut alia gens cognouit te ꝑter Israhel? Aut q̃ tribus crediderũt testamẽtis tuis
sicut Iacob? Quarũ merces nõ cõparuit,neq; labor fructificauit. Pertransiens enim pertrãsiui
in gẽtibus,& uidi abũdantes eas,& nõ memorãtes mandatoꝝ tuoꝝ. Nunc ergo põdera in sta-
tera nr̃as iniqtates,& eoꝝ q habitabãt ĩ seculo,& nõ ĩuenies nomẽ tuũ nisi in Israhel. Aut quã-
do nõ peccauerũt in cõspectu tuo,q habitant terrã? Aut quæ gens sic obseruauit mandata tua?
Hos qdem per nomina inuenies seruasse mandata tua,gentes autem non inuenies.

¶ Vriel angelus Esdræ similitudinibus ostendit q̃ inscrutabilia sint dei iudicia respondet
tamen quęstioni eius. Cap. IIII.

A ET respondit ad me angelus qui missus est ad me,cui nomen Vriel,& dixit mihi. Exce-
dens excessit cor tuũ in seculo hoc,& comprehendere cogitas uiã altissimi. Et dixi. Ita
dñe meus. Et respondit mihi & dixit. Tres uias missus sum ostẽdere tibi,& tres simili-
tudines proponere coram te, de qbus mihi si renuntiaueris unã ex his,& ego tibi de-
mõstrabo uiã quã desideras uidere,& docebo te unde sit cor malignũ. Et dixi loquere dñe me-
us,& dixit ad me. Vade pondera mihi ignis pondus,aut mensura mihi flatum uenti,aut reuo-
ca mihi diẽ quæ præterijt. Et respondi & dixi. Quis natoꝝ poterit facere,ut me interrogas de
his. Et dixit ad me. Si essem interrogans te,dicens,quantæ habitatiões sunt ĩ corde maris, aut
quantę uenæ sunt in principio abyssi,aut quantæ uenæ sunt super firmamentũ, aut q sunt exi-
tus paradisi,diceres mihi fortassis,in abyssum non descendi,neq; in infernũ adhuc,neq; in cœ
lum unq̃ ascendi. Nunc autem nõ interrogauite , nisi de igne,& uento,& die per quẽ trãsisti
& à qbus separari nõ potes,& nõ respõdisti mihi de eis. Et dixit mihi. Tu q̃ tua sunt,tecũ coa-
dulescẽtia. nõ potes cognoscere,& quõ poterit uas tuũ capere altissimi uiã,& iã exterius corru
pto seculo intelligere corruptionẽ euidentẽ in facie mea? Et dixi illi. Melius erat nos nõ esse, q̃
adhuc uiuẽtes uiuere in ĩpietatibus,& pati,& nõ intelligere de q̃ re. Et respondit ad me,& dix-
B it. Proficiscens profectus sum ad syluã lignoꝝ cãpi,& cogitauerũt cogitationẽ,& dixerũt. Ve-
nite & eamus,& faciamus ad mare bellũ,ut recedat corã nobis,& faciamus nobis alias syluas,&
similiter fluctus maris,& ipsi cogitauerũt cogitationẽ,& dixerũt. Venite ascẽdẽtes debellemus
syluas cãpi,ut & ibi cõsumemus nobismetipsis aliã regionẽ. Et fctũs est cogitatus syluæ ĩ uanũ.
Venit em̃ ignis & cõsumpsit eã. Similiter & cogitatus fluctuũ maris. Stetit em̃ arena,& prohi-
buit eos. Si em̃ eẽs iudex hoꝝ,quem incipetes iustificare,aut quẽ condẽnate? Et respondi &
dixi. Vtiq; uanã cogitationẽ cogitauerũt. Terra em̃ data est syluæ,& mari locus portare fluct⁹
suos. Et respondit ad me,& dixit. Bene tu iudicasti. Et quare nõ iudicasti tibimetipsi. Quemad
modum em̃ terra syluæ data est,& mare fluctibus suis,sic q super terram ĩhabitant,q̃ sunt super
terrã intelligere solũmodo possunt,& q super cœlos,quæ sup altitudinẽ cœloꝝ. Et rñdi & di-
xi. Deprecor te dñe,ut mihi detur sensus ĩtelligendi. Non enim uolui ĩterrogare de superiori-
bus tuis,sed de his q̃ ꝑtranseunt per nos q̃tidie,propter quid Israel datus in opprobriũ gẽtibus,
quẽ dilexisti populũ,datus est tribubus ĩpijs,& lex patrum nostroꝝ in interitum deducta est,
& dispositiones scriptæ nusquam sunt,& pertransiuimus de seculo ut locustæ,& uita nostra

ſtupor,& pauor,& nec digni ſumus miſericordiam conſequi. Sed quid faciet nomini ſuo,quod
inuocatũ eſt ſuper nos? Et de his interrogaui. Et reſpondit ad me & dixit. Si fueris plurimũ C
ſcrutatus,frequenter miraberis. Quoniã feſtinans feſtina ſeculũ pertranſire,& non capit porta
re quæ in futuris temporibus iuſtis repromiſſa ſunt,quoniã plenũ iniuſtitia eſt ſeculum hoc ,in
infirmitatibus. De q̃bus autem interrogas dicã. Seminatũ eſt enĩ malum,& necdum uenit de-
ſtructio ipſius. Si ergo non inuerſum fuerit,quod ſeminatum eſt,& diſceſſerit locus ubi ſemi-
natũ eſt,malũ non veniet,vbi ſeminatũ eſt bonũ. Quoniã gramen ſeminis mali ſeminatũ eſt in
corde Adã ab initio,& quantũ ĩpietatis generauit vſq; nunc,& generat vſq; cũ veniat area. Ae-
ſtima aũt apud te,gramen mali ſeminis quantũ fructum ĩpietatis generauit,quando ſecatæ fue
rint ſpicæ,quarũ non eſt nũerus,q̃ magnam areã incipient facere. Et reſpondi,& dixi. Quo-
modo,& quando hæc? Quare modici,& mali anni noſtri? Et reſpondit ad me,& dixit mihi.
Non feſtines tu ſuper altiſſimũ. Tu enĩ feſtinas inaniter eſſe ſuper ipſum. Nã exceſſus tuus mul
tus, nonne de his interrogauerũt animæ iuſtoꝝ,in promptuarijs ſuis, dicẽtes. Vſq; quo ſpero
ſic,& quando veniet fructus areæ mercedis noſtræ. Et reſpondit ad ea Ieremiel archangelus
& dixit. Quando ĩpletus fuerit numerus ſeminũ in vobis,quoniã in ſtatera põderauit ſeculum,
& menſurauit tempora,& numero numerauit tempora,& non commouit nec excitauit, vſq;
dum ĩpleatur prædicta menſura. Et reſpondi & dixi. O dominator dñe,ſed & nos omnes ple-
ni ſumus ĩpietate. Et ne forte propter nos non ĩpleantur iuſtoꝝ areæ propter peccata inhabi- D
tantium ſuper terrã. Et reſpondit ad me,& dixit. Vade & interroga pregnantem, ſi qñ imple-
uerit nouem mẽſes ſuos ,adhuc poterit matrix eius retinere partũ in ſemetipſa? Et dixi. Nõ po
teſt dñe. Et dixit ad me. In inferno promptuaria animaꝝ matrici aſſimilata ſunt. Quemadmo
dum enĩ illa feſtinat quæ parit,effugere neceſſitatem partus,ſic & hæc feſtinat reddere ea quæ
commendata ſunt. Ab initio tibi demonſtrabitur,de his quæ concupiſcis videre. Et reſpon
di & dixi. Si inueni gratiã ante oculos tuos,& ſi poſſibile eſt,& ſi idoneus ſum,demonſtra mihi
ſi plusq̃ præteritũ ſit,habet venire,aut plura pertranſierunt ſupraq̃ futuꝝ eſt. Quid pertrãſiuit
ſcio,quid autem futuꝝ ſit ignoro. Et dixit ad me. Sta ſuper dexterã partem,& demonſtrabo ti
bi interpretationẽ ſimilitudinis. Et ſteti & vidi,& ecce fornax ardens tranſiit corã me. Et fctm̃
eſt cum tranſiret flamma, vidi,& ecce ſuperauit fumus. Poſt hæc tranſiit corã me nubes plena
aquæ,& ĩmiſit pluuiam impetu multam. Et cum tranſiſſet impetus pluuiæ ſuperauerunt in ea
guttæ. Et dixit ad me,cogita tibi. Sicut creſcit pluuia amplius q̃ guttæ ,& ignis q̃ fumus, ſic ſu
perabũdauit quæ tranſiuit menſura. Superauerunt autem guttæ,& fumus. Et oraui & dixi. Pu
tas viuo vſq; in diebus illis? Vel qd erit in diebus illis? Rñdit ad me & dixit. De ſignis de q̃bus
me ĩterrogas,ex parte poſſum tibi dicere. De vita aũt tua nõ ſum miſſus dicere tibi,ſed neſcio.

¶Signa maloꝝ dierũ,Eſdras poſt ſeptẽ dierum ieiunium accepto ſpiritu ĩtellectus. Quæ
rit ab angelo ad ſe miſſo,cur deus,cuius in vnitate beneplacitum eſt,populũ ſuum vnicũ, mul-
tis ĩpijs & eum non cognoſcentibus tradiderit. Cap. V.

DE ſignis autẽ. Ecce dies venient,in quibus apprehendentur qui inhabitant terram, A
in ſenſu multo,& abſcondetur veritatis via,& ſterilis erit à fide regio,& multiplica-
bitur iniuſtitia,ſuper hanc quã ipſe tu vides,& ſuper quã odiſti olim,& erit impoſi-
tio veſtigio quã nunc vides regnare regionẽ,& videbunt eã deſertã. Si autẽ tibi de-
derit altiſſimus viuere,uidebis poſt tertiã tubã,& relucefcet ſubito ſol nocte,& luna ter in die,
& de ligno ſanguis ſtillabit,& lapis dabit vocẽ ſuã,& populi cõmouebũtur,& regnabit quẽ nõ
ſperant q inhabitant ſuper terram,& volatilia commigrationem facient,& mare Sodomiticũ
piſces reijciet,& dabit vocẽ noctu,quã nõ nouerant multi. Omnes aũt audient vocem eius. Et
Chaos per loca multa,& ignis frequenter remittetur & beſtiæ agreſtes trãſmigrabunt,& mu
lieres menſtruatæ parient monſtra,& in dulcibus aquis ſalſæ inuenientur,& amici omnes ſe-
metipſos expugnabunt,& abſcondentur tunc ſenſus,& intellectus ſeparabitur in promptua-
rium ſuũ,& quæretur à multis,& non inuenietur,& multiplicabitur ĩiuſtitia,& incontinentia
ſuper terrã. Et ĩterrogabit regio proximã ſuã,& dicet. Nunquid per te pertranſiit iuſtitia, iu-
ſtũ faciens? Et hoc negabit. Et erit in illo tempore,& ſperabunt homines,& non impetrabũt
laborabũt,& non dirigentur viæ eoꝝ. Hęc ſigna dicere tibi permiſſum eſt mihi. Et ſi oraueris
iteꝝ,& ploraueris ſicut & nunc,& ieiunaueris ſeptẽ diebus,audies iterato horum maiora. Et
euigilaui,& corpus meũ horruit valde,& anima mea laborauit vt deficeret. Et tenuit me, qui B
venit angelus,qui loquebatur in me,& confortauit me,& ſtatuit me ſuper pedes. Et factum eſt
in nocte ſecunda,& venit ad me Saalthiel,dux populi,& dixit mihi. Vbi eras? Et quare uultus
tuus triſtis? Aut neſcis quoniã tibi creditus eſt Iſrahel,ĩ regione tranſmigratiõis eoꝝ. Exurge
ergo & guſta panẽ,& nõ derelinquas nos,ſicut paſtor gregẽ ſuũ,in manibus lupoꝝ maligno-
rum. Et dixit ei. Vade à me,& nõ appropies ad me. Et audiuit vt dixi,& receſſit à me. Et ego
ieiunaui diebus ſeptẽ,vlulãs & plorãs,ſicut mihi mãdauit Vriel angelus, Et factũ ẽ poſt dies
ſeptẽ,& iteꝝ cogitationes cordis mei moleſtę erãt mihi valde. Et reſumpſit anima mea ſpiritũ

intellectus,

intellectus,& iteꝝ cœpi loqui coram altiſſimo ſermones. Et dixi: Dominator dñe, ex omni
ſylua terræ,& oibus arboribus eius, elegiſti vineã vnicã, & ex omni terra orbis elegiſti tibi
foueã vnã.& ex oĩbus floribus orbis elegiſti tibi liliũ vnũ, & ex oĩbus abyſſis maris repleſti
tibi riuũ vnũ,& ex oĩbus ædificatis ciuitatibus ſanctificaſti tibimetipſi Syon,& ex omnibus
creatis volatilibus nominaſti tibi columbã vnã,& ex oĩbus plaſmatis pecoribus ꝓuidiſti ti-
bi ouẽ vnã,& ex oĩbus multiplicatis populis acquiſiuiſti tibi populũ vnũ,& ab oĩbus proba
tam legẽ donaſti huic, quẽ deſideraſti, populo. Et nũc dñe vt quid tradidiſti vnũ pluribus?
Et pręparaſti ſuper vnã radicẽ alias,& diſperdidiſti vnicũ tuũ in multis. Et cõculcauerũt eũ
qui cotradicebãt ſpõſionibus tuis, quiq; tuis teſtamẽtis nõ credebant. Et ſi odiens odiſti po-
C pulũ tuũ, tuis manibus debet caſtigari. Et factũ ẽ cũ locutus eſſem ſermones, & miſſus eſt
angelus ad me, q ante uenerat ad me pręterita nocte,& dixit mihi. Audi me,& inſtruã te,&
intẽde mihi,& adijciã corã te. Et dixi, loquere dñe meus. Et dixit ad me. Valde tu in exceſſu
mentis factus es pro Iſrael. An plus dilexiſti eũ, q̃ qui eũ fecit? Et dixi ad eũ. Nõ dñe, ſed do-
lens locutus ſum. Torquẽt eñi me renes mei, per oẽm horã quęrentẽ apꝓhẽdere ſemitã altiſ
ſimi,& inueſtigare partẽ iudicij eius. Et dixit ad me: Nõ potes. Et dixi. Quare dñe? Ad quid
naſcebar, aut quare nõ fiebat matrix matris meæ mihi ſepulchrũ, vt nõ viderẽ laborẽ Iacob.
& defatigationẽ generis Iſrael? Et dixit ad me. Numera mihi q̃ necdũ venerãt,& collige mi
hi diſperſas guttas,& reuirida mihi aridos flores, & aperi mihi clauſa prõptuaria, & perduc
mihi incluſos in eis flatus. Demõſtra mihi vocis imaginẽ,& tunc oñdã tibi laborẽ quẽ rogas
videre. Et dixi: Dñator dñe, qs eñi eſt q põt hæc ſcire, niſi qui cũ hoĩbus habitationẽ non
habet. Ego aũt inſipiẽs,& qũo potero dicere de his, quibus me interrogaſti. Et dixit ad me.
Qũo nõ potes facere vnũ de his q̃ dicta ſunt, ſic nõ poteris inuenire iudiciũ meum, aut in fine
charitatẽ quã populo ꝓmiſi. Et dixi. Sed ecce dñe tu ꝓpe es his, q in finẽ ſunt. Et qd faciẽt,
q añ me fuerũt, aut nos, aut hi q poſt nos. Et dixit ad me: Coronæ aſſimilabo iudiciũ meũ. Si
D cut nõ nouiſſimoꝝ tarditas, ſic nec prioꝝ velocitas. Et reſpõdi,& dixi: Nec poteras facere
eos qui facti ſunt,& qui ſunt,& qui futuri ſunt in vnũ, vt celerius iudiciũ tuũ oñdas? Et rñdit
ad me,& dixit. Nõ põt feſtinare creatura ſuper creatorẽ, nec ſuſtinere ſeculũ eos q in eo creã
di ſunt in vnũ. Et dixi. Qũo dixiſti ſeruo tuo, qm̃ uiuificans viuificaſti à te creatã creaturã in
vnũ,& ſuſtinebat creatura, poterit & nũc portare pñtes in vnũ. Et dixit ad me: Interroga
matricẽ mulieris,& dices ad eã: Et ſi paris, quare per tp̃s? Roga ergo eã, vt det decẽ in vnum.
Et dixi: Nõ vtiq; poterit, ſed ſecundũ tp̃s. Et dixit ad me. Et ego dedi matricẽ terræ, his q ſe-
minati ſunt ſuper eã per tp̃s. Quẽadmodum eñi infans nõ parit ea q̃ ſenũ ſunt, ſic ego diſpo
ſui à me creatũ ſeculũ. Et interrogaui,& dixi: Cũ iam dederis mihi viã, loquar corã te. Nã
mater nr̃a, de qua dixiſti mihi, adhuc iuuenis ẽ, iam ſenectuti appropinquat. Et rñdit ad me,
& dixit: Interroga eã q̃ parit,& dicet tibi. Dices eñi ei: Quare quos peperiſti nũc, nõ ſunt ſimi
les his q ante te, ſed minores ſtatura? Et dicet tibi,& ipſa. Alij ſunt q in iuuẽtute virtutis nati
ſunt. Et alij q ſub tẽpore ſenectutis, deficiẽte matrice ſunt nati. Conſidera ergo & tu, qm̃ mi
nori ſtatura eſtis, p̃ his q ante vos,& q poſt vos, minori q̃ vos, quaſi iam ſeneſcẽtes creaturæ
& fortitudinem iuuẽtutis prætereũtes. Et dixi. Rogo dñe, ſi inueni grãm ante oculos tuos,
demonſtra ſeruo tuo, per quem viſites creaturam tuam.

¶ Docet dñs Eſdrã per ſe oĩa fieri. Separationẽ tẽpoꝝ, finẽ ſignoꝝ. Eſdras à ſeptẽ dieꝝ ieiu-
nio q̃rit. Cur ppl̃s dñi hæreditatẽ nõ poſſideat ſeculi ꝓpter quẽ ſeculũ creatũ. Ca. VI.

A ET dixit ad me. Initio terreni orbis,& anteq̃ ſtarent exitus ſeculi,& anteq̃ ſpirarẽt cõ-
uentiões ventoꝝ,& anteq̃ ſonarẽt voces tonitruũ,& anteq̃ ſplenderent nitores cho
ruſcationum,& anteq̃ confirmarentur fundamenta paradiſi,& anteq̃ uiderẽtur de-
cori flores,& anteq̃ confirmarentur motæ virtutes,& anteq̃ colligerent innumera-
biles militiæ angeloꝝ,& anteq̃ extollerentur altitudines aeris,& anteq̃ nominarentur men-
ſuræ firmamentorum,& antequam æſtuarent camini in Syon,& antequam inueſtigarentur
præſentes anni,& antequã abalienarent eorum qui nunc peccant adinuentiones,& antequã
conſignati eſſent q fidem theſaurizauerunt, tunc cogitaui,& facta ſunt per me ſolũ,& nõ per
alium,& finis per me,& non per alium. Et reſpõdi,& dixi: Quæ erit ſeparatio temporum?
Aut quãdo prioris finis,& ſequẽtis initiũ? Et dixit ad me. Ab Abrahã uſq; ad Iſaac, quando
nati ſunt ab eo Iacob & Eſau, manus Iacob tenebat ab initio calcaneũ Eſau. Finis eñi huius ſe
culi Eſau,& principiũ ſequentis Iacob. Hominis eñi manus inter calcaneũ & manũ. Aliud nõ
li quærere Eſdra. Et rñdi,& dixi: O dñator dñe, ſi inueni grãm ante oculos tuos, oro vt de
mõſtres ſeruo tuo finẽ ſignoꝝ tuoꝝ, quoꝝ partem mihi demõſtraſti nocte præcedenti. Et
reſpõdit,& dixit ad me. Surge ſuper pedes tuos,& audi uocem pleniſſimam ſonitus. Et erit
B ſicut commotio, nec commouebitur locus in quo ſtes ſuper eum. Ideo cũ loqtur, tu nõ expa
ueas, quoniã de fine uerbũ,& fundamentũ terræ intelligitur, quoniã de ipſis ſermo tremiſcit,
& cõmouet. Scit eñi quoniã finem eorũ oportet commutari. Et factum eſt cum audiſſem
ſurre-

surrexi super pedes meos,& audiui,& ecce vox loquẽs,& sonus eius sicut sonus aquaꝝ mul-
taꝝ. Et dixit: Ecce dies veniũt,& erit qñ appropinquare incipiã, vt visitẽ habitãtes in terra,
& quãdo inquirere incipiã ab eis qui iniuste nocuerũt iniustitia sua, & quãdo suppleta fue-
rit humilitas Syon,& cũ supersignabitur seculũ,q̃d incipiat pertrãsire, hæc signa faciam. Li
bri aperientur ante faciem firmamenti,& oẽs uidebunt simul,& anniculi infantes loquen
tur uocibus suis,& prægnantes immaturos, pariẽt infantes triũ & quatuor mensiũ,& viuẽt,
& suscitabũtur. Et subito apparebũt seminata loca, nõ seminata,& plena promptuaria subi-
to inuenientur vacua,& tuba canet cũ sono, quã cum oẽs audierint, subito expauescent. Et
erit: In illo tempore debellabunt amici amicos, ut inimici,& expauescet terra cum his. Et ve
næ fontiũ stabũt,& nõ decurrẽt in horis tribus. Et erit, oñis qui derelictus fuerit ex omni-
bus istis quibus prædixi tibi, ipse saluabitur,& videbit salutare meũ,& in finẽ seculi vestri. Et
videbũt, qui recepti sunt homines. qui mortẽ nõ gustauerunt à natiuitate sua, & mutabitur
cor inhabitantium,& cõuertetur in sensum aliũ. Delebitur eñ malũ , & extinguetur dolus.
Florebit aũt fides,& vincetur corruptela,& ostendetur veritas , quæ sine fructu fuit diebus
tantis. Et factũ est cũ loqueretur mihi,& ecce paulatim intuebar super eum, ante quẽ sta- C
bam,& dixit ad me hæc: Veni tibi ostendere tẽpus venturæ noctis. Si ergo iteꝝ rogaueris,
& iteꝝ ieiunaueris septẽ diebus, iteꝝ tibi renuntiabo hoꝝ maiora, per diẽ quã audiui. Audi
ta ẽ eñ vox tua apud altissimũ. Vidit eñ fortis directionẽ tuã,& ꝓuidit pudicitiã, quã à iu-
uẽtute tua habuisti,& ꝓpter hoc misit me demonstrare tibi hæc oĩa,& dicere tibi. Cõside &
noli timere,& noli festinare cũ prioribus tẽporibus cogitare vana,& non ꝓperes à nouissi-
mis tẽporibus. Et factũ est post hæc,& fleui iteꝝ,& similiter ieiunaui septẽ diebus, vt sup
pleã tres hebdomadas, quæ dictæ sunt mihi. Et factũ est in octaua nocte,& cor meũ turba-
baẽ iterato in me,& cœpi loqui corã altissimo. Inflammabaẽ eñ spũs meus valde,& aĩa mea
anxiebaẽ. Et dixi: O dñe, loquẽs locutus es ab initio creaturæ in primo die, dicẽs: Fiat cœlũ
& terra,& tuũ opus perfectũ. Et erat tũc spũs,& tenebræ circũferebanẽ,& silentiũ, sonus vo
cis hominis nondũ erat abs te. Tunc dixisti de thesauris tuis ꝓferri lumen luminosum, q̃ ap-
pareret opus tuũ. Et die secundo creasti spiritũ firmamẽti,& imperasti ei vt diuideret,& di-
uisionẽ faceret inter aquas, vt pars quædã sursum recederet, pars vero deorsum maneret. Et
tertia die imperasti aquis cõgregari in septima parte terræ, sex vero partes siccasti,& cõser-
uasti vt ex his sint corã te ministrãtia, seminata à deo & culta. Verbũ eñ tuũ ꝓcessit,& opus
statim fiebat. Processit eñ subito fructus multitudinis immensus, & concupiscentiæ gustus
multiformes,& flores colore immutabili,& odores odoramenti inuestigabilis, & die tertia
hæc facta sunt. Quarta aũt die imperasti fieri solis splendorem, lunæ lumẽ, stellaꝝ dispositio D
nẽ,& imperasti eis, vt deseruirent futuro plasmato homini. Quinto aũt die dixisti septimæ
parti, vbi erat aqua cõgregata, vt ꝓcrearet aĩalia,& volatilia,& pisces. Et ita fiebat. Aqua mu
ta,& sine aĩa, quæ dei nutu iubebanẽ aĩalia faciebat, vt ex hoc mirabilia tua natiões enarrent.
Et tũc cõseruasti duas animas, nomẽ vni vocasti Henoch,& nomẽ secũdi vocasti Leuiathã,
& separasti ea ab alterutro. Nõ enim poterat septima pars vbi erat aqua cõgregata , capere
ea. Et dedisti Henoch vnã partẽ q̃ siccata est tertio die, vt habitet in ea, vbi sunt mõtes mille.
Leuiathan aũt dedisti septimã partẽ humidã,& seruasti eã, vt fiat in deuorationẽ, in q̃bus vis
& qñ vis. Sexto aũt die imperasti terræ, vt crearet corã te iumẽta,& bestias, & reptilia,& su-
per his Adã, quẽ cõstituisti ducẽ super oĩbus factis q̃ fecisti , & ex eo educimur nos omnes,
quem͛q; elegisti populũ. Hęc aũt oĩa dixi corã te dñe, quia ꝓpter nos creasti seculũ. Residuas
aũt gentes ab Adã natas , dixisti eas nil esse, & q̃niã saliuæ assimilatæ sunt,& quasi stillicidiũ
de vase similasti abundãtiã eoꝝ. Et nũc dñe, ecce istæ gẽtes q̃ in nihilũ deputatæ sunt, cępe-
rũt dominari nostri,& deuorare. Nos aũt populus tuus quẽ vocasti primogenitũ, vnigenitũ
æmulatorẽ tuũ, traditi sumus in manibus eoꝝ. Et si propter nos creatũ est seculũ , quarè nõ
hæreditatem possidemus cum seculo? Vsquequo hæc?

¶Angelus docet rationem quæstionis Esdræ. Caput VII.

ET factũ est, cũ finissem loqui verba hæc, missus ẽ ad me angelus , qui missus fuerat ad A
me primis noctibus,& dixit ad me: Surge Esdra,& audi sermones quos veni loq̃ ad
te. Et dixi: Loquere deus meus. Et dixit ad me: Mare positũ est in spacioso loco , ut
esset altũ & immẽsum. Erit aũt ei introitus, in angusto loco positus, vt eẽt simi!is flu
minibus. Quis enim volẽs voluerit ingredi mare,& videre eũ, vel dominari eius, si nõ transie
rit angustũ, in latitudinẽ qũo venire poterit? Itẽ aliud: Ciuitas est ædificata, & posita in loco
campestri. Est aũt plena omniũ bonoꝝ. Introitus eius angustus , & in præcipiti positus , vt
esset à dextris quidẽ ignis,& à sinistris aqua alta, semita autẽ est vna sola inter eos posita, hoc
est inter ignẽ & aquã, vt nõ capiat semita, nisi solũmodo vestigiũ hominis. Si aut ẽ dabitur ci
uitas homini in hæreditatẽ: si nunq̃ antepositũ periculũ pertransierit, quomodo accipiet he
reditatẽ suã? Et dixi: Sic dñe. Et dixit ad me: Sic ẽ & Israel pars. Propter eos eñi feci seculũ,
& quan

& quando transgressus est Adã cõstitutiones meas, iudicatũ est, quod factũ est. Et facti sunt
introitus huius seculi angusti, & dolentes, & laboriosi, pauci aũt & mali, & periculorꝫ pleni,
& labore magnopere fulti. Nã maioris seculi introitus spatiosi & securi, & faciẽtes immorta
litatis fructũ. Si ergo ingrediẽtes nõ fuerũt ingressi, q viuũt, angusta & vana, hæc nõ poterũt
recipere q̃ sunt reposita. Nũc ergo q̃re tu cõturbaris cũ sis corruptibilis, & qd moueris tu cũ
sis mortalis? Et quare nõ accepisti in corde tuo q̃d est futurꝫ, sed q̃d in p̃senti? Respõdi, & di-
B xi: Dñator dñe, ecce disposuisti lege tua, qñ iusti hæreditabũt hæc, impij autẽ peribũt, iusti
autẽ ferent angusta, sperantes spatiosa. Qui eñ impie gesserunt, & angusta passi sunt, & spa-
tiosa nõ videbũt. Et dixit ad me. Nõ est iudex super deũ, neq; intelligẽs super altissimũ. Pere-
unt enim multi p̃sentes, quia negligit quæ añposita est dei lex. Mandãs eñ mãdauit deus, ve
nientibus, qñ venerũt, qd faciẽtes viuerẽt, & qd obseruãtes nõ punirent. Hi aũt nõ sunt per-
suasi, & cõtradixerũt ei, & cõstituerunt sibi cogitamen vanitatis, & ꝓposuerũt sibi circũuen-
tiões delictorꝫ, & superdixerũt altissimo nõ esse, & vias eius nõ cognouerũt, & legẽ eius spre
uerũt, & sponsiões eius abnegauerũt, & in legitimis eius fidẽ nõ habuerũt, & opera eius non
perfecerunt. Propter hæc Esdra, vacua vacuis, & plena plenis. Ecce tp̃s veniet, & erit qñ ve-
niẽt signa quæ p̃dixi tibi. Et apparebit spõsa, & apparescẽs ostendet, quę nunc subijcit terra, &
oĩs qui liberatus est de p̃dictis malis, ipse videbit mirabilia mea. Reuelabit enim filius meus Ie
sus, cũ his qui cũ eo sunt, & iocundabũtur qui relicti sunt, in annis quadringentis. Et erit post
annos hos, & morietur filius meus Christus, & oẽs qui spiramentũ habẽt, homines, & cõuer-
tetur seculũ in antiquũ silentiũ, diebus septẽ, sicut in prioribus iudicijs, ita vt nemo derelin-
quat. Et erit post dies septẽ, & excitabit quod nõdũ uigilat seculũ, & morietur corruptũ, & ter
ra reddet quę in ea dormiũt, & puluis q in eo silentio habitãt, & promptuaria reddent quę eis
commendatæ sunt animæ. Et reuelabit altissimus super sedẽ iudicij, & pertrãsibũt miseriæ,
& longanimitas congregabit. Iudiciũ autẽ solũ remanebit, veritas stabit, & fides cõualescet.
Et opus subsequetur, & merces ostẽdetur, & iustitiæ uigilabunt, & iniustitiæ nõ dominabuntur.
C Et dixi: Primus Abrahã propter Sodomitas orauit, & Moyses pro patribus, q in deserto
peccauerunt, & q post eum ꝓ Israhel in diebus Achas, & Samuelis, & Dauid, ꝓ cõfractione,
& Salomon pro eis qui venerũt in sanctificatiõem, & Elias pro his qui pluuiã acceperunt, &
pro mortuo vt viueret, & Hezechias ꝓ populo in diebus Sennacherib, & multi ꝓ multis. Si
ergo mõ qñ incorruptibile increuit, & iniustitia multiplicata est, & orauerũt iusti ꝓ impijs,
quare & nunc sic nõ erit? Et respõdit ad me, & dixit: Præsens seculum nõ est finis, gloria in
eo frequẽs manet, propter hoc orauerunt pro inualidis. Dies eñi iudicij erit finis tẽporis hu-
ius, & initiũ tẽporis futuræ immortalitatis, in quo trãsiuit corruptela, soluta est intẽperãtia,
abscissa est incredulitas, creuit autẽ iustitia, orta est veritas. Tunc enim nemo poterit saluare
eũ qui perijt, neq; demergere q vicit. Et respõdi, & dixi: Hic ẽ sermo meus primus, & no-
uissimus, quoniã melius erat, nõ dare terrã Adã, vel cũ iam dedisset coercere eũ, vt nõ pecca-
ret. Quid enim prodest hoĩbus in p̃senti viuere in tristitia, & mortuos sperare punitionem.
O tu quid fecisti Adã? Si enim tu peccasti, nõ est factus solius tuus casus, sed & noster, q ex te
aduenimus. Quid enim prodest nobis, si promissum ẽ nobis immortale tp̃s, nos aũt mortalia
opera egimus? Et quoniã p̃dicta ẽ nobis perẽnis spes, nos vero pessimi vani facti sumus. Et
quoniã reposita sunt nobis habitacula sanitatis & securitatis, nos vero male cõuersati sumus.
Et qm̃ reposita ẽ glora altissimi, ꝓtegere eos q tarde cõuersati sunt, nos aũt pessimis vijs am-
bulauimus, & qm̃ ostẽdet paradisus, cuius fructus incorruptus perseuerat in quo ẽ securitas &
medela, nos vero nõ ingrediemur. In ingratis eñ locis cõuersati sumꝰ. Et qm̃ super stellas ful
D gebũt facies eorꝫ q abstinẽtiã habuerũt, nr̃ę aũt facies super tenebras nigrę. Nõ eñi cogitauimꝰ
viuẽtes, qm̃ iniq̃tatẽ faciebamus, quod ĩcipiemus post mortẽ pati. Et r̃ndit, & dixit: Hoc ẽ
cogitamentũ certaminis q̃d certabit q super terrã natus ẽ hõ, vt si victus fuerit, patiat q̃d di-
xisti. Si aũt vicerit, recipiet q̃d dico. Quoniã hęc ẽ vita quã Moyses dixit, cũ viueret, ad popu
lũ, dicẽs: Elige tibi vitã vt viuas. Nõ crediderũt aũt ei, sed nec post eũ ꝓphetis. Sed nec mihi
q locutus sum ad eos, q̃niã nõ esset tristitia in perditionẽ eorꝫ, sicut futurꝫ ẽ gaudiũ super eos
quibus persuasa ẽ salus. Et r̃ndi, & dixi: Scio dñe, q̃niã vocatus ẽ altissimus misericors, in eo
ꝙ misereat his q nondũ in seculo aduenerũt, & ꝙ miseret illis q cõuersationem faciũt in lege
eius, & lõganimis ẽ, quoniã lõganimitatẽ p̃stat his qui peccauerũt, quasi suis operibus, & mu-
nificus ẽ, quoniã quidem donare vult ꝓ exigentijs, & multæ misericordiæ, q̃niã multiplicat
magis misericordias his q p̃sentes sunt, & qui p̃terierũt, & q futuri sunt. Si enim nõ multipli-
cauerit misericordias suas, nõ viuificabitur seculũ cum his q inhabitabũt cum eo, & donat, q̃-
niã si nõ donauerit de bonitate sua, vt alleuient hi qui iniq̃tatem fecerunt, de suis iniq̃tatibus
non poterit decies millesima pars viuificari hominũ. Et iudex si non ignouerit his qui curati
sunt verbo eius, & deleuerit multitudinem contentionum, non fortassis derelinquerentur in
innumerabili multitudine, nisi pauci ualde.

¶Seculū pñs ꝓpter multos,futurꝝ aūt ꝓpter paucos cōditū. Orō Esdræ. Ca. VIII.

ET respondit ad me,& dixit. Hoc seculū fecit altissimus ꝓpter multos,futurꝝ aūt pro- A
pter paucos. Dicā aūt corā te similitudinē Esdra. Q̄ro aūt interrogabis terrā, & di-
cet tibi,qm̄ dabit terrā multā magis unde fiat fictile,paruū aūt puluerē,unde aurum
fit,sic & actus pñtis seculi. Multi quidē creati sunt,pauci aūt saluabunt. Et respondi
& dixi. Absorbe ergo aīa sensum,& deuora q̄d sapit. Cōuenisti eñ obaudire & ꝓphetare vo
lens. Nec eñ tibi datū est spatium,nisi solūmodo uiuere. O dñe si nō permittes seruo tuo,ut
oremus corā te,& des nobis semen cordi,& sensui culturā unde fructus fiat,unde uiuere pos
sit oīs corruptus q portabit locū hoīs? Solus eñ es,& una plasmatio nos sumus manuū tua-
rum,sicut locutus es. Et quō nūc in matrice plasmatū est corpus,& præstas mēbra, cōseruat
in igne,& aqua tua creatio,& nouē mēsibus patitur tua plasmatio tuā creaturā, q̄ in ea crea
ta est,ipm aūt quod seruat,& q̄d seruat,utraq; saluabunt, seruataq; quādoq; iterꝝ reddit ma-
trix q̄ in ea creuerunt. Imperasti enim ex ipsis mēbris,hoc est,mamillis p̄bere lac,fructui ma
millarꝝ ut nutriat id q̄d plasmatū est,usq; in tp̄s aliquod,& postea disponas eū tuæ misericor
diæ. Enutristi eū tua iustitia,& erudisti eū in lege tua.& corripuisti eū tuo intellectu,& mor-
tificabis eū,ut tuā creaturā,& uiuificabis eū,ut opus tuū. Si ergo perdideris eū, qui tātis labo B
ribus plasmatus est tuo iussu,facile est ordinari,& id quod fiebat seruaretur. Et nūc domine
dicā de omni hoīe,tu magis scis,de populo aūt tuo ob quē doleo,& de hæreditate tua, pro-
pter quā lugeo,& ꝓpter Israel,propter quē tristis sum & de Iacob,propter quē doleo:ideo
incipiā orare corā te,ꝓ me,& pro eis,quoniā uideo lapsus nostros, q inhabitamus terram.
Sed audiui celeritatē iudicis,q futurus est. Ideo audi uocē meā,& intellige sermonē meū, &
loquar corā te. Initiū uerborꝝ Esdræ priusq̄ assumeret. Et dixi: Domine,q inhabitas seculū,
cuius oculi eleuati in superna,& aere,& cuius thronus inæstimabilis,& gloria incōprehēsibi
lis,cui astat exercitus angelorꝝ cum tremore,quorꝝ seruatio in uēto,& in igne cōuertit,cuius
uerbū uerꝝ,& dicta perseuerātia,cuius iussio fortis,& dispositio terribilis,cuius aspectus are-
facit abyssos,& indignatio tabescere facit mōtes,& veritas testificat,exaudi orōnē serui tui,
& auribus percipe p̄cationē figmenti tui. Dum enim uiuo,loquor, & dum sapio respōdebo,
nec respicias populi tui delicta,sed qui tibi in ueritate seruiunt. Nec intēdas impia gentiū stu
dia,sed q tua testimonia cū doloribus custodierūt. Nec cogites q in cōspectu tuo false con-
uersati sunt,sed memorare q ex uoluntate tua timorē cognouerūt, neq; uolueris perdere q
pecudū mores habuerunt,sed respicias eos q legē tuā splendide docuerunt. Nec indigneris C
eis q bestijs peiores iudicati sunt,sed diligas eos q semper in iustitia tua confidunt,& gloria.
Quoniā nos & patres nostri talibus morbis lāguemus,tu autē ꝓpter nos pc̄tōres misericors
uocaberis. Si enim desideraueris ut nostri miserearis,tūc misericors uocaberis, nobis aūt nō
habētibus opera iustitiæ. Iusti enim quibus sunt opera multa reposita, ex proprijs operibus
recipient mercedē. Quid est enim homo ut ei indigneris,aut genus corruptibile,ut ita ama-
rus sis de ipso? In ueritate enim,nemo de genitis est qui nō impie gessit & de cōfidentibus q
nō deliquit. In hoc enim annūtiabit iustitia tua,& bonitas tua domine, cū misertus fueris eis
qui nō habent substantiā bonorꝝ operꝝ. Et respōdit ad me,& dixit: Recte locutus es aliqua,&
iuxta sermones tuos sic & fiet. Quoniā nō uere cogitabo super plasma eorꝝ,qui peccauerunt
ante mortē,ante iudiciū,ante perditionē,sed iocundabor super iustorꝝ figmentū & memora
bor peregrinatōis quoq; & saluationis,& mercedis receptōis. Quomodo ergo loquutus sum
sic,& est. Sicut enim agricola serit super terram semina multa,& plantatões multitudinis plā
tat,sed nō in tempore omnia quæ seminata sunt,saluantur,sed nec omnia quæ plantata sunt,
radicabunt:sic & qui in seculo seminati sunt non omnes saluabunt. Et respondi, & dixi: Si
inueni grām loquar. Quomodo semen agricolæ si nō ascenderit,aut nō acceperit pluuiam tu D
am in tempore,aut si corruptum fuerit multitudine pluuiæ:sic perit & similiter homo q ma
nibus tuis plasmatus est,& tu ei imago nominatus, quoniam similatus es ei , propter quē oīa
plasmasti,& simulasti semini agricolæ. Nō irascaris super nos,sed parce populo tuo, & mise-
rere hæreditati tuæ. Tu autē creaturæ tuæ misereris. Et respōdit ad me,& dixit. Quæ sunt
p̄sentia p̄sentibus,& quæ sunt futura futuris. Multū enim tibi restat, ut possis diligere meam
creaturā super me. Tibi aūt frequenter & ipsi proximaui,iniustis aūt nunq̄. Sed & in hoc mi
rabilis es corā altissimo,quoniā humiliasti te,sicut decet te,& non iudicasti te,ut inter iustos
plurimū glorificeris. Propter q̄d miseriæ multæ,& miserabiles efficient, eis q habitabāt secu
lum in nouissimis,quia in multa superbia ambulauerunt. Tu aūt pro te intellige,& de simili-
bus tuis inquire gloriā. Vobis eñ apertus est paradisus,plātata est arbor uitæ,p̄paratū est fu-
turū tēpus,præparata est abundātia,ædificata est ciuitas,probata est requies,perfecta est bo-
nitas,& perfecta sapientia. Radix mali signata est à uobis,infirmitas & tinea à uobis abscon-
sa est,& in infernū fugit corruptio in obliuione. Transierunt dolores , & ostensus est in finē
thesaurus immortalitatis. Noli ergo adijcere,inquirendo de multitudine eorū qui pereunt.

Nam

Nã & ipsi accipiẽtes libertatẽ, spreuerunt altissimũ, & legẽ eius cõtempserunt, & vias eius de-
reliquerũt. Adhuc aũt iustos eius cõculcauerunt, & dixerũt in corde suo, nõ esse deũ, & quidẽ
sciẽtes quoniã moriunt. Si eñ vos suscipiẽt, quæ prædicta sunt, sic eos scitis & cruciatus quę
præparata sunt. Nõ eñ voluit hominẽ disperdi: Sed & ipsi q creati sunt, coinquinauerũt no
mẽ eius, qui fecit eos: & ingrati fuerũt ei, qui ꝓparauit eis vitã. Quapropter iudiciũ meũ mo-
do appropinquat. Quæ nõ omnibus demonstraui, nisi tibi: & tibi similibus paucis. Et res-
pondi, & dixi. Ecce nunc domine demonstrasti mihi multitudinẽ signorum, quæ incipies fa
cere in nouissimis: sed non demonstrasti mihi quo tempore.

¶Quo tẽpore deus visitaturus sit seculũ. Visio mulieris lugẽtis & plorantis. Cap. IX.

A ET respondit ad me, & dixit. Metiens metire tẽpus in semetipso, & erit, cũ videris qñ
transierit pars quædã signoꝝ, quæ prędicta sunt, tunc intelliges quoniã ipsum est tẽ
pus, in quo incipiet altissimus visitare seculũ, q̊d ab eo factũ est. Et qñ videbit in secu
lo motio locoꝝ, & populoꝝ turbatio: tũc intelliges quoniã de his erat altissimus lo-
quutus, à diebus qui fuerũt ante, ab initio. Sicut eñ omne q̊d factũ est in seculo, initiũ habet
pariter & cõsummationẽ, & cõsummatio est manifesta, sic & altissimi tẽpora, initia habent
manifesta, in prodigijs, & virtutibus, & cõsummatiões in actu & in signis. Et erit oĩs qui sal-
uus factus fuerit, & q poterit effugere per opa sua, & p fidem, in qua credidistis, relinquet de
ꝑdictis periculis, & videbit salutare meũ, in terra mea, & in finibus meis, quoniã sanctificaui
me à seculo. Et tũc miserebunt, qui nũc abusi sunt vias meas, & in tormẽtis cõmorabũtur, q
eas proiecerũt in contẽptu. Qui eñ nõ cognouerũt me viuẽtes, bñficia cõsecuti, & q fastidi-
erunt legẽ meã, cũ adhuc erãt habẽtes libertatẽ, & cũ adhuc esset eis apertus pœnitẽtię locus
B nõ intellexerũt, sed spreuerũt. Hos oportet post mortẽ in cruciamẽto cognoscere. Tu ergo
noli adhuc curiosus esse, q̃mo impij cruciabũtur, sed inquire q̃mo iusti saluabunt, & quoꝝ secu
lũ, & propter quos seculũ, & qñ. Et rñdi & dixi, Olim locutus sum, & nunc dico, & postea
dicã, qm̃ plures sunt q pereunt, q̃ qui saluabunt, sicut multiplicat fluctus sup guttã. Et respõ
dit ad me, & dixit. Qualis ager, talia & semina: & quales flores, tales & tincturę: & qualis ope
rator, talis & creatio: & qualis agricola, talis cultura, q̊niã tẽpus erat seculi. Et nũc cũ essem
parans eis, his q nũc sunt, anteq̃ fieret seculũ, in quo habitaret, & nemo cõtradixit mihi. Tunc
eñ quisq; & nũc creatur in mundo hoc parato, & mẽse indeficienti, & lege inuestigabili cor
rupti sunt mores eoꝝ. Et cõsideraui seculũ, & ecce erat periculũ propter cogitatiões, q̃ in eo
aduenerũt. Et vidi, & peperci ei valde, & seruaui mihi acinũ de botro, & plãtationẽ de tribu
multa. Pereat ergo multitudo, q̃ sine causa nata est, & seruet acinus meus, & plãtatio mea, q̃a
cũ multo labore ꝑfeci. Tu aũt si adhuc intromittas septẽ dies alios, sed nõ ieiunabis in eis, ibis
in cãpũ floꝝ, vbi domus nõ est ædificata, & mãducabis solũmodo de floribus cãpi, & carnẽ
nõ gustabis, & vinũ nõ bibes, sed solũmodo flores. Deprecare altissimũ sine intermissione, &
C veniã, & loquar tecũ. Et profectus sum, sicut dixit mihi, in cãpũ, qui vocat Ardath, & sedi
ibi in floribus, & de herbis agri mãducaui, & facta est esca eaꝝ mihi in saturitatẽ. Et factum
est post dies septẽ, & ego discũbebã supra fœnũ, & cor meũ iteꝝ turbabat sicut ante. Et aptũ
est os meũ, & inchoaui dicere corã altissimo, & dixi. O dñe, te nobis ostẽdẽs, ostẽsus es patri-
bus nr̃is in deserto, q̊d nõ calcat, & infructuoso, qñ erãt exeũtes de Aegypto, & dicẽs dixisti.
Tu Israel audi me, & semẽ Iacob intẽde sermonibus meis, Ecce eñ ego semino in vobis legẽ
meã, & faciet in vobis fructũ, & glorificabimini in eo p seculũ. Nã patres nr̃i accipiẽtes legẽ,
In illo tempore exauditæ sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi dei, & missus est angelus domini sanctus Raphael, vt curaret eos ambos: quorum vno tempore sunt orationes in conspectu domini recitatæ.

¶Erudit filium Tobias, quomodo se mortuo vitam instituere debeat, mutuum simul quod dedit Gabelo, ostendit. Ca. IIII.

A IGitur cum Tobias putaret orõnem suam exaudiri, vt mori potuisset, vocauit ad se To- (marg.: 4.q.1.c.Hebron)
biam filiũ suũ, dixitq; ei. Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamẽtum
construe. Cum acceperit deus animã meam, corpus meũ sepeli, & honorẽ habebis mrĩ
tuæ, oñibus diebus vitæ eius. Memor enĩ eẽ debes, q̃ & quãta pericula passa sit propter
te, in vtero suo. Cum aũt & ipsa compleuerit tp̃s vitæ suæ, sepelias eam circa me. Omnibus autẽ
diebus vitæ tuæ in mẽte habeto deum, & caue ne aliq̃n p̃ctõ consentias, & prætermittas præ-
B cepta dñi dei nostri. Ex substãtia tua fac eleemosynã, & noli auertere faciẽ tuam ab vllo pau-
pere. Ita enĩ fiet, vt nec à te auertat facies dñi. Q̃uo potueris, ita esto misericors. Si multũ tibi Prouer.3.b
De pe.dist. 3.ca.miror fuerit, abũdãter tribue, si exiguũ tibi fuerit, etiã exiguũ libẽter impertiri stude. Præmiũ enĩ bo- Lucæ.14.d
nũ tibi thesaurizas ĩ die necessitatis, qm̃ eleemosyna ab oĩ p̃ctõ & à morte liberat, & nõ patiet
animã ire in tenebras. Fiducia magna erit corã summo deo eleemosyna, oĩbus faciẽtibus eã.
Attẽde tibi fili mi, ab oñi fornicatõe, & præter vxorẽ tuam nunq̃ patiaris crimẽ scire. Super-
C biam nunq̃ in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari p̃mittas. In ipsa enĩ initium sumpsit oñis Leui.19.b
p̃ditio. Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedẽ restitue, & merces mercena- Deu.24.d
Dist.1.in pri. ca.45.dis.ca. licet in fine rij tui apud te omnino non remaneat. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliq̃n alteri fa- Mat.7.b
cias. Panẽ tuũ cum esurientibus & egenis comede, & vestimẽtis tuis nudos tege. Panẽ tuum
& vinũ tuũ sup̃ sepulturã iusti cõstitue, & noli ex eo manducare, & bibere cũ p̃ctõribus. Cõ-
D silium semp̃ à sapiẽte perquire. Oñi tp̃e benedic deum, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat,
& oñia consilia tua in ipso p̃maneant. Indico etiam tibi fili, dedisse me decẽ talenta argenti,
dum infantulus eẽs, Gabelo in Rages ciuitate Mœdorũ, & chirographũ eius apud me habeo.
Et ideo p̃quire q̃uo ad eum p̃uenias, & recipias ab eo supra memoratũ pondus argẽti, & resti- Infra.10.b
tuas ei chirographũ suũ. Noli timere fili mi, Pauperẽ quidẽ vitã gerimus, sed multa bona ha-
bebimus, si timuerimus deum: & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.

¶Raphael angelus comes fit peregrinanti Tobiæ iuniori pro conditione debiti.

Caput .V.

A TVnc r̃ndit Tobias p̃ri suo, & dixit: Omnia quæcunq; præcepisti mihi, faciam p̃r.
Quomodo aũt pecuniam hanc requirã, ignoro. Ille me nescit, & ego eum ignoro.
Quod signum dabo ei? Sed neq; viam, p̃ quam p̃gat illuc: illuc aliq̃n cognoui. Tũc
pater suus r̃ndit illi, & dixit: Chirographũ q̃dem illius apud me habeo, quod dũ illi
ostẽderis, statim restituet. Sed p̃ge nunc, & inquire tibi aliquẽ fidelẽ virum, qui eat tecum sal-
ua mercede sua, dũ adhuc viuo, vt recipias eam. Tunc egressus Tobias, inuenit iuuenẽ splẽdi-
dum, stantẽ, præcinctũ, & quasi paratum ad ambulandum, Et ignorans quod angelus dei eẽt
B salutauit eum, & dixit: Vñ te habemus, bone iuuenis? At ille r̃ndit. Ex filijs Israhel. Et Tobias
dixit ei: Nosti viam quæ ducit in regionem Mœdorũ. Cui respondit: Noui, & omnia itinera
eius frequẽter ambulaui, & mansi apud Gabelum frẽm nostrum, qui morat in Rages ciuitate
Mœdorũ, quæ posita est in monte Egbatanis. Cui Tobias ait: Sustine me obsecro, donec hęc
ipsa nunciẽ patri meo. Tunc ingressus Tobias, indicauit vniuersa hæc patri suo. Super quæ
admiratus pater, rogauit vt introiret ad eum. Ingressus itaq;, salutauit eũ, & dixit: Gaudiũ tibi
C sit semp̃. Et ait Tobias: Quare gaudiũ mihi erit, q̃ in tenebris sedeo, & lumẽ cœli non video.
Cui ait iuuenis: Forti animo esto, in proximo ẽ, vt à deo cureris. Dixit itaq; illi Tobias Nun-
quid poteris p̃ducere filiũ meũ ad Gabelum, in Rages ciuitatẽ Mœdorũ? Et cum redieris, re-
stituã tibi mercedẽ tuã. Et dixit ei angelus. Ego ducam, & reducã eũ ad te. Cui Tobias r̃ndit:
Rogo te: Indica mihi de qua domo, aut de qua tribu es tu? Cui Raphael angelus dixit: Genus
quæris mercenarij, an ipsum mercenariũ, q̃ cum filio tuo eat? Sed ne forte solicitũ te reddam.
Ego sum Azarias, Hananiæ magni filius. Et Tobias r̃ndit: Ex magno genere es tu? Sed peto,
ne irascaris q̃ voluerim cognoscere genus tuũ. Dixit aũt illi angelus. Ego sanũ ducã, & sanum
tibi reducã filiũ tuũ. R̃ndens aũt Tobias, ait: Bene ambuletis, & sit deus in itinere vestro, & an-
D gelus eius comitet vobiscũ. Tunc paratis oĩbus quæ erãt in via portanda, dixit Tobias vale
patri suo, & matri suæ, & ambulauerũt ambo simul. Cũq; p̃fecti eẽnt cœpit mater eius flere &
dicere. Baculũ senectutis nostræ tulisti, & trãsmisisti à nobis. Vtinã nunq̃ fuisset ipsa pecunia.
pro qua misisti eũ. Sufficiebat enĩ nobis paupertas nostra, vt diuitias cõputaremus hoc, quod Supra.1.4
videbamus filium nostrum. Dixitq; ei Tobias: Noli flere. Saluus perueniet filius noster & sal-
uus reuertetur ad nos, & oculi tui videbunt illum. Credo enim quod angelus dei bonus, cõmi-
tetur ei, & bene disponat omnia quæ circa eum gerũtur, ita vt cum gaudio reuertatur ad nos.
Ad hanc vocem cessauit mater eius flere, & tacuit.

¶Piſcis varios vſus docet angelus,& mrimonij ſanctitatẽ. Nuptiasq́; Saræ pſuadet. Ca.VI. A

PRofectus ẽ aũt Tobias,& canis ſecutus ẽ eum,& mãſit prima mãſiõe iuxta fluuiũ Tygrin. Et exiuit vt lauaret pedes ſuos Et ecce piſcis immanis exiuit ad deuorãdũ eũ Quẽ expaueſcẽs Tobias clamauit voce magna, dicẽs: Dñe, inuadit me. Et dixit ei angelus. Apphẽde branciã eius,& trahe cũ ad te. Qd cũ feciſſet, attraxit eũ in ſiccũ,& palpitare cępit añ pedes eius. Tũc dixit ei angelus. Exentera hũc piſcẽ,& cor eius,& fel,& iecur repone tibi, ſunt enĩ hęc neceſſaria ad medicamẽta vtiliter. Qd cũ feciſſet, aſſauit carnes ei⁹ & ſecũ ſuſtulerũt in via: cætera ſalierũt, q̃ ſufficerẽt eis, quſq; puenirẽt in Rages ciuitatẽ Mœdorũ. Tũc interrogauit Tobias angelum,& dixit ei. Obſecro te Azaria frater, vt dicas mihi, qd B
remediũ habebũt iſta, q̃ de piſce ſeruare iuſſiſti? Et rñdens angelus, dixit ei. Cordis eius pticulã ſi ſup carbones ponas, fumus eius extirpat oẽ genus dæmonioꝝ, ſiue à viro, ſiue à muliere, ita, vt vltra nõ accedat ad eos. Et fel valet ad vngẽdos oculos, in qbus fuerit albugo, & ſanabunt. Et dixit ei Tobias. Vbi vis vt maneamus? Rñdẽsq́; angelus, ait: Eſt hic Raguel noĩe vir ppinquus, de tribu tua,& hic habet filiã noĩe Sarã. ſed neq; maſculũ, neq; fœminã vllã hȝ aliã, pter eã, tibi debet oĩs ſubſtãtia eius,& oportet eã te accipere cõiugẽ, Pete ergo eã à patre eius,& dabit tibi eam in vxorẽ. Tũc rñdit Tobias,& dixit. Audio qa tradita ẽ ſeptẽ viris,& mortui ſunt. Sed hoc audiui, qa dæmoniũ occidit illos. Timeo ergo, ne forte & mihi hęc eueniãt,& cũ ſim vnicus parẽtibus meis, deponã ſenectutẽ illoꝝ cũ triſtitia ad inferos. Tũc an C
gelus Raphael dixit ei: Audi me,& oñdam tibi q ſunt, qbus pualere pt dæmoniũ. Hi nãq; qui
Psal.31 cõiugiũ ita ſuſcipiũt, vt deũ à ſe,& à ſua mẽte excludãt,& ſuæ libidini ita vacẽt, ſicut equus & mulus, qbus nõ eſt intellectus, habet poteſtatẽ dæmoniũ ſup eos. Tu aũt cũ acceperis eã, ingreſſus cubiculũ, p tres dies continẽs eſto ab ea,& nihil aliud, niſi orõnibus vacabis cũ ea. Ipſa aũt nocte, incẽſo iecore piſcis, fugabit dæmoniũ. Scda vero nocte, in copulatõe ſanctoꝝ patriarchaꝝ admitteris. Tertia aũt nocte bñdictionẽ conſeqris, vt filij ex vobis pcreent incolumes. Trãſacta aũt nocte, accipies uirginẽ cũ timore dñi, amore filioꝝ magis, q̃ libidine ductus, vt in ſemine Abrahæ bñdictionẽ in filijs conſequaris.

¶Raguel Tobiã hoſpitio excipit, filiamq́; eius ipſi deſponſat. Ca. VII.

INgreſſi ſunt aũt ad Raguelẽ,& ſuſcepit eos Raguel cũ gaudio: Intuẽsq́; Tobiã Raguel, di A
xit Hannæ vxori ſuæ. Quàm ſilis ẽ iuuenis iſte cõſobrino meo? Et cum hæc dixiſſet, ait: Vñ eſtis iuuenes, frẽs nři? At illi dixerut. Ex tribu Nephthali ſumus, ex captiuitate Niniue. Dixitq́; illis Raguel. Noſtis Tobiã frẽm meũ? Qui dixerũt: nonimus. Cũq; multa bona loqret de eo, dixit angelus ad Raguelẽ: Tobias, de quo iterrogas, pater iſtius ẽ. Et miſit ſe Raguel,& cũ lachrymis oſculatus ẽ eũ. Et plorãs ſup collũ eius, dixit: Bñdictio ſit tibi fili mi,
Infra.9.c qa boni & optimi viri filius es. Et Hãna vxor eius,& Sara ipſoꝝ filia lachrymatæ ſunt. Poſtq̃ B
aũt loquuti ſunt, pcepit Raguel occidi arietẽ,& parari cõuiuiũ. Cũq; hortaret eos diſcũbere ad prandiũ, Tobias dixit. Hic ego hodie nõ mãducabo, neq; bibã, niſi prius petitionẽ meã cõfirmes,& pmittas mihi dare Sarã filiã tuã. Quo audito verbo Raguel, expauit ſciẽs qd euenerit illis ſeptẽ viris, q ingreſſi ſunt ad eã,& timere cœpit, ne forte & huic ſiır cõtingeret. Et cũ nutaret,& nõ daret petẽti vllũ rñſum, dixit ei angelus: Noli timere dare eã illi, qm huic timẽti deum, debet cõiunx filia tua. Propterea alius nõ potuit habere illã. Tunc dixit Raguel. Non C
Num.36.c dubito quin deus pces & lachrymas meas in conſpectu ſuo admiſerit. Et credo, qm ideo fecit vos venire ad me, vt & iſta cõiũgeret cognatõi ſuæ, ſcdm legẽ Moyſi. Et nũc noli dubiũ gerere, qd tibi eã tradã. Et appiẽdẽs dexterã filiæ ſuæ, dexteræ Tobiæ tradidit, dicẽs: Deus Abraham,& deus Iſaac,& deus Iacob vobiſcũ ſit,& ipſe cõiungat vos, impleatq́; bñdictionẽ ſuã in D
vobis. Et accepta charta, fecerũt cõſcriptionẽ cõiugij. Et poſt hæc epulati ſunt, bñdicẽtes deum. Vocauitq́; Raguel ad ſe Hannã vxorẽ ſuã,& pręcepit ei, vt ppararet alteꝝ cubiculum. Et introduxit illuc Sarã filiã ſuã & lachrymata eſt. Dixitq́; ei. Forti animo eſto filia mea dñs cœli det tibi gaudium, pro tædio quod perpeſſa es.

¶Tobias nuptæ cõcubiturus, doctrinã angeli ſeruat. Fugato ergo dæmone,& ipſo incolumi pmanẽte, orationes, gaudiumq́; ingẽs fit. Ca, VIII.

POſtq̃ vero cęnauerũt, introduxerũt iuuenẽ ad eã. Recordatus itaq; Tobias ſermonẽ A
angeli, ptulit de caſſidili ſuo partẽ iecoris, poſuitq́; eã ſup carbones viuos. Tũc Raphael angelus apphẽdit dæmoniũ,& religauit illud in deſerto ſupioris ægypti. Tũc hortatus ẽ virginẽ Tobias, dixitq́; ei: Sara exurge,& depcemur deũ hodie,& cras,& ſcdm cras, qa his tribus noctibus deo iũgimur, tertia aũt trãſacta nocte, in noſtro erimus cõiugio. Filij qppe ſanctoꝝ ſumus,& nõ poſſumus ita cõiungi, ſicut gẽtes q̃ ignorãt deũ, Surgẽtes aũt pariter, inſtãter orabant, ambo ſimul, vt ſanitas daret eis. Dixitq́; Tobias: Dñe deus patrũ noſtroꝝ bñdicãt te cœli,& terræ;& mare,& fontes,& flumina,& oẽs creaturæ tuæ quæ in B
Gene.2.d eis ſunt. Tu feciſti Adam de limo terræ, dediſtiq́; ei adiutoriũ Heuã. Et nunc dñe tu ſcis, quia non luxuriæ cauſa accipio ſororẽ meã coniugẽ, ſed ſola poſteritatis dilectiõe, in qua bñdicatur no-

tur nomen tuum in secula seculorum. Dixit itaq; Sara: Miserere nobis domine, miserere no-
bis, & consenescamus ambo pariter sani. Et factum est circa pullorũ cantũ, accersiri iussit Ra-
C guel seruos suos, & abierunt cũ eo pariter, vt foderent sepulchrum. Dicebat enim, ne forte si-
mili modo euenerit ei, quod & cæteris alijs septẽ viris, qui sunt ingressi ad eã. Cũq; parassent
fossam, reuersus Raguel ad vxorem suam, dixit ei: Mitte vnã ex ancillis tuis, & videat si mor-
tuus est, vt sepeliam eũ, anteq̃ illucescat dies. At illa misit vnã ex ancillis suis. Quæ ingressa cu
biculum, repperit eos saluos, & incolumes: secum pariter dormientes. Et reuersa, nuntiauit
bonũ nuntium. Et benedixerunt dñm; Raguel videlicet, & Hanna vxor eius, & dixerũt: Be-
nedicimus te domine deus Israel, quia non contigit nobis, quẽadmodum putabamus. Fecisti
enim nobiscum misericordiã tuam, & exclusisti à nobis inimicum persequentẽ nos, Misertus
D es autẽ duobus vnicis. Fac eos domine plenius benedicere te, & sacrificiũ laudis tuæ, & suæ sa
nitatis offerre, vt cognoscat vniuersitas gentiũ, qa tu es deus solus in vniuersa terra. Statimq;
præcepit seruis suis Raguel, vt replerent terra fossam, quã fecerant, priusq̃ elucesceret. Vxori
autẽ suæ dixit, vt instrueret conuiuiũ, & præpararet omnia quę in cibos erant iter agentibus
necessaria. Duas quoq; pingues vaccas, & quatuor arietes occidi fecit, & parari epulas oĩbus
vicinis suis, cunctisq; amicis. Et adiurauit Raguel Tobiam, vt duas hebdomadas moraretur Infr.9.b
apud se. De omnibus autẽ quæ possidebat Raguel, dimidiam partẽ dedit Tobiæ; & fecit hanc
scripturam, vt pars dimidia, quæ supererat post obitũ eorum, Tobiæ domino deueniret.

¶ Angelus iuit in Ragges, æs alienum recepturus à Gabelo, cum quo simul ad Tobiam redijt. Cap. IX.

A TVnc vocauit Tobias angelum ad se, quem quidem hominem æstimabat, dixitq; ei:
Azaria frater, peto vt auscultes verba mea. Si meipsum tradam tibi seruum, nõ ero
condignus prouidentiæ tuæ. Tamen obsecro te vt assumas tibi animalia, siue ser-
uitia, & vadas ad Gabelum in Ragges ciuitatem Medorum, reddasq; ei chirogra-
B phum suum, & recipies ab eo pecuniam, & roges eum venire ad nuptias meas. Scis enim ipse
quoniam numerat pater meus dies. Et si tardauero vna die plus, contristatur anima eius. Et
certe vides* quomodo adiurauit me Raguel, cuius adiuramentum spernere non possum. Sup.8.
Tunc Raphael assumens quatuor ex seruis Raguelis, & duos camelos, in Ragges ciuitatẽ Me
dorum perrexit. Et inueniens Gabelum, dedit ei chirographum suum, & recepit omnẽ pe-
C cuniam. Indicauitq; ei de Tobia, filio Tobiæ, omnia quæ gesta sunt, fecitq; secum venire ad
nuptias. Cumq; ingressus esset domũ Raguelis, inuenit Tobiam discumbentẽ: & exiliens, os- Sup.7.b
culati sunt se inuicem. Et fleuit Gabelus, benedixitq; deum, & dixit: Benedicat te deus Israel,
quia filius es optimi viri, & iusti, & timentis deum, & eleemosynas facientis. Et dicatur be-
D nedictio super vxorem tuam, & super parentes vestros, & videatis filios vestros, & filios fili-
orum vestrorũ, vsq; in tertiam, & quartam generationem, & sit semen vestrum benedictum
à deo Israel, qui regnat in secula seculorum. Cumq; omnes dixissent, Amen: accesserunt ad cõ
uiuium. Sed & cum timore domini nuptiarum conuiuium exercebant.

¶ Tristantur parentes ex mora reditus filij. Dimittitur à socero cum dote bonorum dimidiorum. Cap. X.

A CVm vero moras faceret Tobias, causa nuptiarum, solicitus erat pater eius Tobias,
dicens: Putas quare moratur filius meus, aut quare detẽtus est ibi? Putas ne Gabelus Sup.9.b
mortuus est, & nemo reddet illi pecuniam? Cœpit autem contristari nimis, ipse, &
Hanna vxor eius cũ eo. Et cœperunt ambo simul flere, eo q̃ die statuto minime re
B uerteretur filius eorũ ad eos. Flebat igitur mater eius irremediabilibus lachrymis, atq; dice-
bat: Hei mihi fili mi, vt quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum. Baculum
senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ? Omnia simul in te vno ha
bentes, te nõ debuimus dimittere ire a nobis. Cui dicebat Tobias: Tace, & noli turbari, sanus
est filius noster. Satis fidelis est vir ille, cum quo misimus eum. Illa autem nullo modo consola
ri poterat, sed quotidie exiliens, circumspiciebat, & circumibat vias omnes, per quas spes re-
C meandi videbatur, vt procul videret eũ, si fieri posset, venientẽ. At vero Raguel dicebat ad ge
nerum suũ: Mane hic, & ego mittam nuntiũ salutis tuæ, ad Tobiam patrem tuum. Cui To-
bias ait: Ego noui quia pater meus, & mater mea, modo dies cõputant, & cruciatur spũs eorũ
in ipsis. Cũq; verbis multis rogaret Raguel Tobiã, & ille cũ nulla ratione vellet audire, tradi-
dit ei Saram, & dimidiã partẽ omnis substantiæ suæ, in pueris, in puellis, in pecudibus, in ca-
melis, & in vaccis, & pecunia multa, & saluũ atq; gaudentẽ dimisit eũ a se, dicens: Angelus do
D mini sanctus sit in itinere vestro, perducatq; vos incolumes, & inueniatis omnia recte circa
parentes vestros, & videant oculi mei filios vestros, priusq̃ moriar. Et apprehendẽtes pa-
rentes filiam suã, osculati sunt eam, & dimiserunt ire, monentes eã honorare soceros, dilige-
re maritum, regere familiã, gubernare domũ, & seipsam irreprehensibilem exhibere.

¶ Redit domũ, patri reddit visum, inde ingens bene gestarũ rerũ est gaudiũ. Cap. XI.

CVmq́; reuerterent, peruenerunt ad Charran, quę est in medio itinere, cõtra Niniuen A
vndecimo die, dixitq́; angelus: Tobia frater scis quẽadmodũ reliquisti patrẽ tuũ.
Si placet itaq; tibi, pcedamus, & lento gradu insequantur iter nostrũ familię, simul
cum coniuge tua, & cum animalibus. Cumq́; hoc placuisset vt irent, dixit Raphael
ad Tobiã: Tolle tecũ ex felle piscis, erit enĩ necessariũ. Tulit itaq; Tobias ex felle illo, & abie- B
runt. Hanna aũt sedebat secus viã quotidie, in supercilio mõtis, vnde respicere poterat de lõ-
ginquo, & dũ ex eodẽ loco specularetur aduẽtum eius, vidit à longe, & ilicò cognouit veni-
entẽ filium suũ, Currensq́; nuntiauit viro suo, dicens: Ecce venit filius tuus. Dixitq́; Raphael
ad Tobiam: At vbi introieris domum tuã, statim adora dñm deum tuum, & gratias agens ei,
accede ad patrẽ tuum, & osculare eũ. Statimq́; lini super oculos eius ex felle isto piscis, quod
portas tecum. Scias enim qm̃ mox aperientur oculi eius, & videbit pater tuus lumen cœli, &
in aspectu tuo gaudebit. Tunc pcucurrit canis, qui simul fuerat in via, & quasi nuntius adueni-
ens, blandimẽto suæ caudæ gaudebat. Et cõsurgens cæcus pater eius, cœpit offendens pe- C
dibus currere. Et data manu puero occurrit obuiã filio suo. Et suscipiens, osculatus est eũ, cũ
vxore sua. Et cœperunt flere, præ gaudio. Cumq́; adorassent deũ, & gratias egissent, conse-
derunt. Tunc sumẽs Tobias de felle piscis, liniuit oculos patris sui. Et sustinuit quasi dimi-
diã fere horã. Et cœpit albugo ex oculis eius, quasi mẽbrana oui egredi. Quã apprehendens
Tobias traxit ab oculis eius, statimq́; visum recepit. Et glorificabant deum, ipse videlicet, &
vxor eius, & omnes qui sciebant eum. Dicebatq́; Tobias: Benedico te dñe deus Israel, quia tu
castigasti me, & tu saluasti me. Et ecce ego video Tobiam filiũ meũ. Ingressa est etiam post D
septem dies Sara vxor filij eius, & omnis familia, & pecora, sana, & cameli, & pecunia multa
vxoris, sed & illa pecunia quã receperat à Gabelo, & narrauit parẽtibus suis omnia beneficia
dei, quæ fecisset circa eum, per hominem qui eum duxerat. Veneruntq́; Achior, & Nabath
consobrini Tobiæ gaudentes, ad Tobiã, & congratulantes ei, de omnibus bonis quæ circa
illũ ostenderat deus. Et per septem dies epulantes omnes, cũ gaudio magno gauisi sunt.

¶Angelo in pretium dimidium bonorum constituitur, qui docta ipsos verita
te, ex eorum oculis euanescit.

Cap. XII. A

TVnc vocauit ad se Tobias filiũ suũ, dixitq́; ei. Quid possumus dare viro isti sancto,
qui venit tecũ? Rñdens Tobias, dixit patri suo: Pater, quam mercedem dabimus ei,
aut quid dignum poterit esse beneficijs eius? Me duxit, & reduxit sanum. Pecuniã
à Gabelo ipse recepit, vxorẽ ipse me habere fecit, & dæmoniũ ipse ab ea cõpescuit,
gaudiũ parẽtibus eius fecit, meipsum à deuoratione piscis eripuit, te quoq; videre fecit lumẽ
cœli, & bonis omnibus per eũ repleti sumus. Quid illi ad hæc poterimus dignũ dare? Sed pe- B
to te pater mi, vt roges eũ, si forte dignabitur, medietatẽ de omnibus quæ allata sunt sibi assu-
mere. Et vocãtes eũ, pater scilicet, & filius, tulerũt eũ in partẽ, & rogare cœperunt, vt digna-
retur dimidiã partẽ omniũ quæ attulerant, acceptã habere. Tunc dixit eis occultè. Benedici-
te deũ cœli, & corã omnibus viuẽtibus cõfitemini ei, quia fecit vobiscũ misericordiã suã. Et-
enim sacramentũ regis abscondere bonũ est, opera aũt dei reuelare & cõfiteri, honorificum
est. Bona est oratio cũ ieiunio, & eleemosyna, magis q̃ thesauros auri recõdere. Quoniã ele- C
emosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire vitã æternã. Qui au
tẽ faciunt peccatũ & iniquitatẽ, hostes sunt animæ suæ: Manifesto ergo vobis veritatẽ, & nõ
abscondã à vobis occultũ sermonẽ. Quando orabas cũ lachrymis, & sepeliebas mortuos, &
derelinquebas prandiũ tuũ, & mortuos abscondebas per diẽ in domo tua, & nocte sepelie-
bas eos, ego obtuli orationẽ tuã dño. Et quia acceptus eras deo, necesse fuit vt tentatio proba
ret te. Et nunc misit me dñs, vt curarẽ te, & Sarã vxorẽ filij tui, à dæmonio liberarẽ. Ego enĩ
sum Raphael angelus, vnus de septem, qui astamus ante dñm. Cumq́; hæc audissent, turba- E
ti sunt, & trementes ceciderunt super terrã, in faciẽ suam. Dixitq́; eis angelus: Pax vobis, no-
lite timere. Etenim cũ essem vobiscũ, per voluntatem dei eram, ipsum benedicite & cantate
illi. Videbar quidem vobiscum mãducare & bibere, sed ego cibo inuisibili & potu, qui ab ho
minibus videri non potest, vtor. Tempus ergo est vt reuertar ad eum qui me misit, vos autẽ
benedicite deum, & enarrate omnia mirabilia eius. Et cum hæc dixisset, ab aspectu eorũ abla
tus est, & vltra eum videre non potuerunt. Tunc prostrati per horas tres in faciem, benedixe
runt deum. Et exurgentes, narrauerunt omnia mirabilia eius.

¶Prophetat Tobias euersionem Hierusalem.

Cap. XIII.

1.Reg.2.a
Sap. 16.b
APeriens autem Tobias senior os suum, benedixit dominum, & dixit: Magnus es do A
mine in æternũ, & in omnia secula regnũ tuum, quoniam tu flagellas, & saluas, de-
ducis ad inferos & reducis, & non est qui effugiat manum tuã. Confitemini domi-
no filij Israel, & in cõspectu gentium, laudate eum, quoniam ideo dispersit uos in-
ter gentes, quæ ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos, quia nõ est ali
us deus omnipotẽs, pter eum. Ipse castigauit nos propter iniquitates nr̃as, & ipse saluabit nos

propter

B propter misericordiam suam. Aspicite ergo quæ fecit vobiscũ,& cum timore & tremore cõ-
fitemini illi, regemq́ seculorũ exaltate in operibus vestris. Ego aũt in terra captiuitatis meæ
confitebor illi, qm̃ ostendit maiestatem suã in gentem peccatricem. Conuertimini itaq; pec
catores,& facite iustitiam corã deo, credentes ꝙ faciat vobiscum misericordiam suam. Ego
autẽ,& anima mea in deo lætabimur. Benedicite dñm omnes electi eius, agite dies lætitiæ,
& confitemini illi. Hierusalem ciuitas dei, castigauit te dominus in operibus manuum tuarũ.
C Confitere domino in bonis tuis,& benedic deum seculorum, vt reædificet in te tabernaculũ
suum,& reuocet ad te omnes captiuos,& gaudeas in omnia secula seculorum. Luce splendi-
da fulgebis,& omnes fines terræ adorabunt te. Nationes ex longinquo ad te venient,& mu-
nera deferentes adorabunt in te dominum,& terram tuam in sanctificationẽ habebunt. No-
men enim magnum inuocabunt in te. Maledicti erunt qui contempserint te,& condemnati
erunt omnes, qui blasphemauerint te, benedictiq́ erunt qui ædificauerint te. Tu autem læta
beris in filiis tuis, quoniam omnes benedicentur,& congregabuntur ad dominum. Beati om
D nes qui diligunt te, & qui gaudent super pace tua. Anima mea benedic dominum, Apo. 21.
quoniam liberabit Hierusalem ciuitatem suam, à cunctis tribulationibus eius, Dominus deus
noster. Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei, ad videndam claritatem Hierusalem. Por-
tæ Hierusalem ex saphiro,& smaragdo ædificabuntur,& ex lapide pretioso omnis circum-
itus murorum eius, ex lapide candido,& mundo, omnes plateæ eius sternentur,& per vicos
eius alleluia cantabitur. Benedictus dominus qui exaltauit eam, vt sit regnum eius in secula
seculorum super eam, Amen.

¶ Prophetat subuersionem Niniuæ,& Israelis restitutionem. Cap. XIIII.

A ET consummati sunt sermones Tobiæ. Et postquam illuminatus est Tobias, vixit an
nis quadragintaduobus,& vidit filios nepotum suorum. Completis itaq; annis cen
tumduobus, sepultus est honorifice in Niniue. Quinquaginta nanq; & sex annorum
lumen oculorum amisit, sexagenarius vero recepit. Reliquum vero vitæ suæ in gau-
dio fuit,& cum bono profectu timoris dei perrexit in pace. In hora autem mortis suæ voca-
uit ad se Tobiam, filium suum,& septem iuuenes filios eius, nepotes suos, dixitq́; eis. Prope
B erit interitus Niniue. Non enim excidit verbum domini,& fratres nostri qui dispersi sunt à
terra Israel, reuertentur ad eam. Omnis autem deserta terra eius replebitur,& domus dei quę
in ea incensa est iterum reædificabitur, ibiq́ reuertentur omnes timentes deum. Et relinquẽt
gentes idola sua,& venient in Hierusalem,& inhabitabũt in ea,& gaudebunt in ea omnes re
C ges terræ, adorantes deum Israel. Audite ergo filii mei patrem vestrum. Seruite domino in
veritate,& inquirite vt faciatis quæ placita sunt illi,& filiis vestris mandate, vt faciant iustiti
as,& eleemosynas, vt sint memores dei,& benedicant eum in omni tempore, in veritate, & Infra. 4.c
in tota virtute sua. Nunc ergo filii audite me,& nolite manere hic, sed quacunq; die sepeli-
ritis matrẽ vestram circa me in vno sepulchro, ex eo dirigite gressus vestros, vt exeatis hinc.
D Video enim quia iniquitas eius finem dabit ei. Factum est autem post obitum matris suæ,
Tobias abcessit ex Niniue cum vxore sua,& filiis,& filiorum filiis, & reuersus est ad soceros
suos. Inuenitq́ eos incolumes in senectute bona,& curam eorum gessit,& ipse clausit oculos
eorum,& omnem hæreditatem domus Raguelis ipse percepit. Viditq́ quintam generatio-
nem, filiosq́ filiorum suorum. Et completis annis nonagintanouem in timore domini, cũ
gaudio sepelierunt eum. Omnis autem cognatio eius,& omnis generatio eius in bona vita,
& in sancta conuersatione permansit, ita vt accepti essent tam deo, quàm hominibus, & cun-
ctis habitantibus in terra.

FINIS.

HIERONYMI PRAEFATIO IN IVDITH.

APud Hebræos, liber Iudith inter agiographa legitur: cuius authoritas ad roborãda illa quæ in contentionem veniunt, minus idonea iudicatur. Chaldæo tamẽ sermone conscriptus, inter historias computatur. Sed quia hunc librum synodus Nicena in numero sanctarum scripturarum legitur computasse, acquieui postulationi vestræ, imò exactioni: & sepositis occupationibus quibus vehementer artabar, huic vnam lucubratiunculam dedi: magis sensum è sensu, q̃ ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitiosissimam amputaui: sola ea, quæ intelligentia integra in verbis Chaldæis inuenire potui: latinis expressi. Accipite Iudith viduam castitatis exemplum,& triumphali laude perpetuis eam præconiis declarate. Hanc enim non solum fœminis, sed & viris imitabilem dedit, qui castitatis eius remunerator, virtutem ei talem tribuit, vt inuictum omnibus hominibus vinceret,& insuperabilem superaret.

¶Nabuchodonosor, ſupato Mœdorꝫ rege potẽtiſſimo, etiã cæterorꝫ regnis inhiat, Cap. I.

Rphaxat itaq; rex Mœdorꝫ, ſubiugauerat multas gẽtes imperio ſuo, A
& ipſe ædificauit ciuitatẽ potentiſſimã, quã appellauit Egbathanis.
Ex lapidibus quadratis & ſectis, fecit muros eius, in altitudine cubi-
torꝫ ſeptuaginta, & ĩ latitudine cubitorꝫ triginta, turres vero eius po
ſuit in altitudine cubitorꝫ centũ. Per quadrũ vero earꝫ latus vtrunq;
vicenorꝫ pedũ ſpatio tẽdebat. Poſuitq; portas eius in altitudine tur- B
riũ, & gloriabat quaſi potẽs, in potẽtia exercitus ſui, & in gloria qua-
drigarꝫ ſuarꝫ. Anno igit duodecimo regni ſui, Nabuchodonoſor
rex Aſſyriorꝫ, q regnabat in Niniue ciuitate magna, pugnauit cõtra C
Arphaxat, & obtinuit eũ in campo magno, q appellat Ragau, circa Euphraten, & Tigrim &
1.Mach.1.a Iadaſon in cãpo Erioch, regis Elicorꝫ. Tunc exaltatũ eſt regnũ Nabuchodonoſor, & cor
eius eleuatũ eſt, & miſit ad oẽs qui habitabant in Cilicia, & Damaſco, & Libano, & ad gentes
quæ ſunt in Carmelo & Cedar, & inhabitantes Galilæã, in cãpo magno Eſdrelon, & ad oẽs D
qui erant in Samaria, & trans flumen Iordanẽ, vſq; ad Hieruſalẽ, & omnẽ terrã Ieſſe, quouſq;
perueniatur ad montes Aethiopiæ. Ad hos oẽs miſit nuntios Nabuchodonoſor rex Aſſyri-
orũ, qui omnes vno animo contradixerũt, & remiſerunt eos vacuos, ac ſine honore abiece-
runt. Tunc indignatus Nabuchodonoſor rex, ad omnẽ terram illam, iurauit per thronum &
Graeci, ulciſcerent. ni pro ἐκδικέω hic utuntur, quod utrunq; ſignificat. ſecundũ Graecos ulciſcere tur. regnum ſuum, quod * defenderet ſe de omnibus regionibus his.

¶Nabuchodonoſor Holofernẽ exercitui ſuo pfecit, Victoriæ eius narrãtur. Cap. II.

ANno tertiodecimo Nabuchodonoſor regis, viceſima & ſecunda die menſis primi, A
factum eſt verbum in domo Nabuchodonoſor regis Aſſyriorum, vt * defenderet
ſe. Vocauitq; omnes maiores natu, omneſq; duces & bellatores ſuos, & habuit cum
eis myſterium conſilij ſui. Dixitq; cogitationem ſuam in eo eſſe, vt omnem terram
ſuo ſubiugaret imperio, Quod dictum cum placuiſſet omnibus, vocauit Nabuchodonoſor
rex Holofernem, principem militiæ ſuæ, & dixit ei: Egredere aduerſum omne regnum oc- B
cidentis, & contra eos præcipue, qui contempſerunt imperium meum. Non parcet oculus
Zach. 9.b tuus vlli regno, omnemq; vrbem munitam ſubiugabis mihi. Tunc Holofernes vocauit du
ces, & magiſtratus virtutis Aſſyriorum, & dinumerauit viros in expeditione, ſicut præcepit
ei rex, centumuiginti milia peditum pugnatorꝫ, & equites ſagittarios duodecim milia. Om-
nemq; expeditionẽ ſuam fecit præire in multitudine innumerabilium camelorꝫ, cũ his quæ
exercitibus ſufficerent copioſe, boum quoq; armenta, gregeſq; ouium, quorꝫ non erat nu- C
merus. Frumentũ ex omni Syria in tranſitu ſuo parari conſtituit. Aurũ vero & argentum de
domo regis aſſumpſit multũ nimis. Et profectus eſt ipſe, & omnis exercitus, cũ quadrigis &
equitibus & ſagittarijs, qui cooperuerunt faciẽ terræ, ſicut locuſtæ. Cumq; pertranſiſſet fines
Aſſyriorꝫ, venit ad magnos montes Angæ, qui ſunt à ſiniſtro Ciliciæ, aſcẽditq; omnia caſtel
la eorꝫ, & obtinuit omnem munitionẽ. Effregit autẽ ciuitatẽ opimatiſſimam Melothi, præ-
dauitq; omnes filios Tharſis, & filios Iſmael, qui erant contra faciẽ deſerti, & ad Auſtrũ terræ
Cheleon. Et tranſiuit Euphraten, & venit in Meſopotamiam, & fregit omnes ciuitates excel D
ſas, quæ erant ibi à torrente Mambre, vſquequo perueniatur ad mare, & occupauit terminos
eius, à Cilicia vſq; ad fines Iapheth, qui ſunt ad Auſtrũ. Adduxitq; oẽs filios Madian, & præ-
dauit omnẽ locupletationẽ eorꝫ, omneſq; reſiſtentes ſibi occidit in ore gladij. Et poſt hæc
deſcendit in campos Damaſci, in diebus meſſis, & ſuccendit omnia ſata, omneſq; arbores, & vi
neas fecit incidi. Et cecidit timor illius ſuper omnes inhabitantes terram.

¶Victoriæ Holofernis omnibus populis metum incutiunt. Cap. III.

TVnc miſerũt legatos ſuos vniuerſarꝫ vrbiũ, ac prouinciarꝫ reges, ac principes, Syriæ A
.ſ. & Meſopotamiæ, & Syriæ Sobal, & Libiæ atq; Ciliciæ, q venientes ad Holofer
nẽ, dixerũt: Deſinat indignatio tua circa nos. Melius eſt enĩ vt viuentes ſeruiamus
Nabuchodonoſor regi magno, & ſubditi ſimus tibi, q̃ moriẽtes, cũ interitu noſtro,
ipſi ſeruitutis nr̃æ dãna patiamur. Oĩs ciuitas nr̃a, oĩsq; poſſeſſio, oẽs mõtes, & colles, & cãpi, B
& armẽta boum, gregeſq; ouiũ; & caprarꝫ, equorũq;, & camelorꝫ, & vniuerſæ facultates no
ſtræ atq; familiæ, in cõſpectu tuo ſunt. Sint oĩa ſub lege tua. Nos etiã & filij noſtri, ſerui tui ſu
mus. Veni nobis pacificus dñs, & vtere ſeruitio nr̃o, ſicut placuerit tibi. Tunc deſcẽdit Ho
lofernes de mõtibus cũ equitibus, in virtute magna, & obtinuit oẽm ciuitatẽ munitã, & oẽm
Infra. 5.a inhabitãtẽ terrã. De vniuerſis aũt vrbibus aſſumpſit ſibi auxiliarios, viros fortes & electos ad C
bellũ. Tãtuſq; metus puincijs illis incubuit, vt vniuerſarꝫ vrbiũ habitatores, principes, & ho
norati ſimul, cũ populis exirẽt obuiã veniẽti, excipiẽtes eũ cũ coronis & lãpadib9 ducẽtes cho
ros, in tympanis & tibijs. Nec iſta tamẽ faciẽtes, ferocitatẽ eius pectoris mitigare potuerũt,

Nam

D Nā & ciuitates eorū destruxit, & lucos eorū excidit. Præceperat enī illi Nabuchodonosor rex
vt oēs deos terræ exterminaret, videlicet vt ipse solus diceret deus, ab his natiōibus q̄ potu-
issent Holofernis potētia subiugari. Pertrāsiens aūt Syriam Sobal, & omnē Appamiam, om-
nēq; Mesopotamiā, venit ad Idumæos, in terra Gabaa, & Septopoli, accepitq; ciuitates eorū
& sedit ibi p triginta dies, in qbus diebus adunari præcepit vniuersum exercitū virtutis suæ.

¶ Israelis timor, apparatus ad bellum, orationes ad deum. Cap. IIII.

A TVnc audiētes hæc filij Israel, q habitabāt in terra Iuda, timuerunt valde à facie eius.
Tremor etiā & horror inuasit sensus eorū, ne hoc faceret Hierl'm, & tēplo dñi quod
fecerat cæteris ciuitatibus, & tēplis earū. Et miserūt in oēm Samariā p circuitū, vsq;
Hiericho, & præoccupauerunt oēs vertices montiū. Et muris circundederunt vi-
cos suos, & cōgregauerunt frumenta in præparationē pugnæ. Sacerdos etiam Eliachim scri-
B psit ad vniuersos qui erāt contra Esdrelon, q̄ est contra faciē campi magni iuxta Dothaim, &
vniuersis per q̄s viæ trāsitus esse poterat, vt obtinerent ascēsus montiū, per q̄s via esse poterat
ad Hierusalem, & illic custodirēt vbi angustū iter esse poterat, inter montes. Et fecerunt filij
Israel, secundū q̄d constituerat eis sacerdos dñi Eliachim. Et clamauit omnis populus ad do
minū, instātia magna, & humiliauerunt animas suas, in ieiunijs, & orationibus, ipsi & mulie-
C res eorū. Et induerūt se sacerdotes cilicijs, & infantes prostrauerunt cōtra faciē templi dñi, &
altare dñi operuerūt cilicio. Et clamauerunt ad dñm deū Israel vnanimiter, ne darent in præ-
dam infantes eorū, & vxores eorū in diuisionē, & ciuitates eorū in exterminiū, & sancta eorū
in pollutionē, & fierēt in opprobriū gentibus. Tunc Eliachim sacerdos dñi magnus, cir-
cuiuit omnē Israel, allocutusq; est eos, dicens: Scitote quoniā exaudiet dñs preces vestras,
si manētes permāseritis in ieiunijs, & in oratiōibus, in cōspectu dñi. Memores estote Moysi
D serui dñi, qui Amalec cōfidentē in virtute sua, & in potētia sua, & in exercitu suo, & in clypeis Exodi.17.d
suis, & in curribus suis, & in equitibus suis, nō ferro pugnādo, sed precibus sanctis orādo deie
cit. Sic erūt vniuersi hostes Israel, si perseueraueritis in hoc opere, quod cœpistis. Ad hanc
igitur exhortationē eius, deprecātes dñm, permanebāt in cōspectu dñi, ita vt etiā hi qui offe
rebant dño holocausta, præcincti cilicijs offerrēt sacrificia dño, & erat cinis supra capita eo-
rū. Et ex toto corde suo omnes orabant deū, vt visitaret populum suum Israel.

¶ Achior Holofernem de populo Israel atq; potentia dei Israel instruit. Cap. V.

A NVnciatūq; est Holoferni principi militiæ Assyriorū, q filij Israel præpararēt se ad
resistēdū, ac montiū itinera cōclusissent, & furore nimio exarsit in iracūdia magna.
Vocauitq; oēs principes Moab, & duces Ammon, & dixit eis: Dicite mihi, q̄s sit Sup.3.c Inf.11.b
populus iste, q montana obsidet, aut q̄, & quales, & quātæ sint ciuitates eorū, q̄ etiā
sit virtus eorū, aut q̄ sit multitudo eorū, vel q̄s rex militiæ illorū, & quare præ oībus q habitāt
in oriente isti cōtempserunt nos, & nō exierunt obuiam nobis, vt susciperent nos cum pace.
Tunc Achior dux omniū filiorū Ammon, respondēs ait: Si digneris audire dñe mi, dicā ve
ritatē in cōspectu tuo, de populo isto qui in montanis habitat, & nō egredief verbū falsum ex
B ore meo. Populus iste ex progenie Chaldæorū est. Hic primum in Mesopotamia habitauit,
qm̄ noluerūt sequi deos patrū suorū, qui erāt in terra Chaldæorū. Deserētes itaq; cerimonias
patrū suorū, q̄ in multitudine deorū erāt, vnū deū cœli coluerūt, q & præcepit eis, vt exirent
inde, & habitarēt in Charran. Cūq; operuisset omnē terrā fames, descenderūt in Aegyptum
illicq; per quadringētos annos sic multiplicati sunt, vt dinumerari eorū nō posset exercitus.
Cūq; grauasset eos rex Aegypti, atq; in ædificationibus vrbiū suarū, in luto, & latere subiu-
gasset eos, clamauerūt ad dñm suū, & pcussit totā terrā Aegypti plagis varijs. Cūq; eiecissent Exo.1.b
eos Aegyptij à se, & cessasset plaga ab eis, & iterū eos vellēt capere, & ad suū seruitiū reuocare,
fugiētibus his, deus cœli, mare operuit, ita vt hincinde aquæ quasi murus solidarent, & isti pe
de sicco fundū maris pambulando trāsirent. In quo loco dū innūerabilis exercitus Aegypti- Exo.14.e Infr.6.e
orū eos psequeref, ita aquis coopertus est, vt nō remaneret vel vnus, q factū posteris nūtiaret.
C Egressus etiā mare rubrū, deserta Sina montis occurrerūt, in qbus nunq̄ homo habitare po-
tuit, vel filius hoīs requieuit. Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendū, & p annos qua- Exo.15.d
draginta, annonā de cœlo cōsecuti sunt. Vbicūq; ingressi sunt, sine arcu, & sagitta, & absq; Ibid.16.g
scuto & gladio, Deus eorū pugnauit pro eis, & vicit. Et nō fuit qui insultaret populo isti, nisi
quādo recessit à cultu dñi dei sui. Quotienscūq; aūt præter ipsum deū suū alterū coluerūt, dati
sunt in prædā, & in gladiū, & in opprobriū. Quotienscunq; autē pœnituerunt se recessisse à
cultura dei sui, dedit eis deus cœli virtutē resistendi. Deniq; Chananæū regē, & Iebusæum, & Iosue.10
Pherezeū, & Heuæum, & Amorræū, & oēs potentes in Hesebon prostrauerunt, & terras eo Num.21.f
rū, & ciuitates eorū ipsi possiderunt, & vsquedum nō peccarēt in cōspectu dei sui, erant cū il-
lis bona. Deus enī illorū odit iniquitatē. Nā & ante hos annos, cū recessissent à via quam dede 4.Reg.25.f
rat illis deus, vt ambularent in ea, exterminati sunt prælijs à multis nationibus, & plurimi eo 1.Esd.1.
D rum captiui adducti sunt in terram non suam. Nuper autē reuersi ad dñm deum suū ex dis-

persione qua dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt montana hæc omnia, & iterum
possident Hierusalẽ, vbi sunt sancta sanctoꝝ. Nunc ergo mi dñe, perquire si est aliqua iniqui
Infra.6.b tas eoꝝ in conspectu dei eoꝝ, ascendamus ad illos, qm̃ tradens tradet illos deus eoꝝ tibi, &
Infra.13.d subiugati erunt sub iugo potentiæ tuæ. Si vero nõ est offensio populi huius corã deo suo, nõ
poterimus resistere illis, qm̃ deus eoꝝ defendet illos, & erimus in opprobriũ vniuersæ terrę.
Et factum est cũ cessasset loqui Achior verba hæc, irati sunt omnes magnates Holofernis,
& cogitabant interficere eũ, dicentes ad alterutrũ: Quis est iste qui filios Israel posse dicat, re-
sistere regi Nabuchodonosor, & exercitibus eius, homines inermes, & sine virtute, & sine pe
ritia artis pugnæ? Vt ergo agnoscat Achior, qm̃ fallit nos, ascendamus in montana, & cũ ca-
pti fuerint potentes eoꝝ, tunc cũ eisdem gladio transuerberabitur, vt sciat omnis gens, quo-
niam Nabuchodonosor deus terræ est, & præter ipsum alius non est.

¶Achior Israeli mittitur, vt cum illo victus pereat. Cap. VI.

FActũ est aũt cũ cessassent loqui, indignatus Holofernes vehemẽter, dixit ad Achior: A
Quoniã prophetasti nobis, dicẽs: ꝙ gens Israel defendatᷣ à deo suo, vt ostẽdã tibi, qm̃
Infra.13.d non est deus, nisi Nabuchodonosor, cũ percusserimus eos omnes, sicut hominẽ vnũ:
tunc & ipse cũ illis Assyrioꝝ gladio interibis, & omnis Israel tecũ perditione dispe-
riet, & probabis, qm̃ Nabuchodonosor dñs sit vniuersæ terræ. Tuncq; gladius militiæ meæ
transiet per latera tua, & cõfixus cades inter vulneratos Israel, & nõ respirabis vltrà donec ex
termineris cũ illis. Porrò aũt si prophetiã tuã verã existimas, nõ cõcidat vultus tuus, & pallor B
qui faciẽ tuã obtinuit, abscedat à te, si verba mea hæc putas impleri nõ posse. Vt autẽ noueris,
quia simul cũ illis hæc experieris, ecce ex hac hora illoꝝ populo sociaberis, vt dũ dignas mei
gladij pœnas exceperint, ipse simul vltioni subiaceas. Tunc Holofernes p̄cepit seruis suis, vt
cõprehenderent Achior, & ducerẽt eũ in Bethuliam, & traderent eũ in manus filioꝝ Israel.
Et accipientes eũ serui Holofernis profecti sunt per campestria. Sed cũ appropinquassent ad
montana, exierunt contra eos fundibularij. Illi aũt diuertentes à latere montis ligauerunt A-
chior ad arborẽ manibus & pedibus, & sic vinctũ restibus, dimiserũt eũ, & reuersi sunt ad do-
minũ suũ. Porrò filij Israel descendentes de Bethulia, venerunt ad eũ. Quẽ soluentes, duxe-
runt ad Bethuliam, atq; in mediũ populi illũ statuẽtes, percunctati sunt quid reꝝ esset, ꝙ illũ C
vinctũ Assyrij reliquissent. In diebus illis erant illic principes, Ozias filius Micha, de tribu
Simeon & Charmi, qui & Othoniel. In medio itaq; senioꝝ, & in cõspectu omniũ, Achior di
xit oĩa quæ locutus ipse fuerat, ab Holoferne interrogatus, & qualiter populus Holofernis vo
luisset propter hoc verbũ interficere eũ, & quemadmodũ ipse Holofernes iratus, iusserit eũ
Israelitis hac de causa tradi, vt dũ vinceret filios Israel, tũc & ipsum Achior diuersis iubeat in-
terire supplicijs, propter hoc ꝙ dixisset, deus cœli defensor eoꝝ est. Cũq; Achior vniuersa D
Supra.5.d hæc exposuisset, oĩs populus cecidit in faciẽ, adorãtes dñm, & cõmuni lamentatione, & fletu
vnanimes suas preces dño effuderũt, dicẽtes: Dñe deus cœli & terræ, intuere superbiã eoꝝ, &
respice nostrã humilitatẽ, & faciẽ sanctoꝝ tuoꝝ attende, & ostende, qm̃ non derelinquis p̄-
sumentes de te, & præsumẽtes de se, & de sua virtute gloriantes, humilias. Finito itaq; fletu
& per totã diẽ oratione populoꝝ completa, consolati sunt Achior, dicentes: Deus patrũ no
stroꝝ, cuius tu virtutẽ prædicasti, ipse tibi hanc dabit vicissitudinẽ, vt eoꝝ magis tu interitũ
videas. Cum vero dñs deus noster dederit hanc libertatẽ seruis suis, sit & tecũ deus in medio
nostri, vt sicut placuerit tibi, ita cũ tuis omnibus conuerseris nobiscum. Tunc Ozias fini-
to consilio eius, suscepit eũ in domũ suã, & fecit cœnam magnam. Et vocatis omnibus pres-
byteris simul, expleto ieiunio, refecerunt. Postea vero conuocatus est omnis populus, & per
totam noctem intra ecclesiam orauerunt, petentes auxilium à deo Israel.

¶Fontes claudunt, Israel sitiens clamat, quinq; dies constituuntur. Cap. VII.

HOlofernes aũt altera die p̄cepit exercitibus suis, vt ascẽderent contra Bethuliã. Erãt A
aũt pedites bellatoꝝ centũuiginti milia, & equites vigintiduo milia, præter p̄para-
tiones viroꝝ illoꝝ, quos occupauerat captiuitas, & adducti fuerãt de prouincijs &
vrbibus vniuersæ iuuentutis. Oẽs parauerunt se pariter ad pugnã, cõtra filios Israel,
& venerunt per crepidinẽ montis, vsq; ad apicem, qui respicit super Dothaim, à loco q dici-
tur Belma, vsq; ad Chelmon, qui est contra Esdrelon. Filij autẽ Israel vt viderunt multitu-
dinem illorum, prostrauerunt se super terram, mittentes cinerem super capita sua, vnanimes
orantes, vt deus Israel misericordiã suam ostenderet super populũ suũ. Et assumentes arma
sua bellica, sederũt per loca q̃ angustia itineris tramitẽ dirigunt inter montosa, & erant custo
dientes ea, tota die ac nocte. Porrò Holofernes dũ circumiuit per gyrũ, reperit ꝙ fons qui
influebat in aquæ ductum illorum, à parte australi, extra ciuitatem dirigeret, & incidi præce
pit aquæ ductũ illoꝝ. Erãt tñ non longe a muris fontes, ex quibus furtim videbantur haurire
aquã ad refocillandũ potius, q̃ ad potandũ. Sed filij Ammon, & Moab, accesserunt ad Holo- B
fernem, dicẽtes: Filij Israel non in lancea, nec in sagitta confidunt, sed mõtes defendunt illos,
& mu-

& muniunt illos colles, in præcipitio constituti. Vt ergo sine congressione pugnæ, possis superare eos, pone custodes fontiũ, vt non hauriãt ex eis, & sine gladio interficies eos, vel certe fatigati tradent ciuitatem suã, quã putãt in montibus positã superari non posse. Et placuerũt verba hæc Holoferni, & corã omnibus satellitibus eius. Et constituit per gyrum centenarios per singulos fontes. Cuḿq; ista custodia per dies viginti fuisset expleta, defecerũt cisternæ, & collectiones aquaꝝ omnibus inhabitãtibus Bethuliam, ita vt non esset intra ciuitatem, vnde satiarent̃ vel vna die, qm̃ ad mensurã dabat̃ populis aqua quotidie. Tunc ad Oziã congregati omnes viri, fœminǽq;, iuuenes, & paruuli, omnes simul vna voce dixerũt. Iudicet deus inter nos & te: qm̃ fecisti in nos mala, nolens loqui pacifice cũ Assyriis. Et propter hoc vendidit nos deus in manibus eoꝝ. Et ideo non est q adiuuet, cũ prosternamur ante oculos eoꝝ, in siti, & perditione magna. Et nũc congregate vniuersos q in ciuitate sunt, & sponte tradamus nos omnes populo Holofernis. Melius est enim vt captiui benedicamus dominũ viuentes, q̃ moriamur, & simus opptobriũ omni carni cũ videamus vxores nostras, & infantes nostros mori ante oculos nostros. Contestamur hodie cœlũ, & terrã, & deũ patrũ nostroꝝ, qui vlciscit̃ nos secũdum peccata nostra, vt iam tradatis ciuitatem in manu militiæ Holofernis, vt fit finis noster breuis, in ore gladii: q longior efficit̃ in ariditate sitis. Et cũ hæc dixissent, factus est fletus, & vlulatus magnus in ecclesia ab omnibus: & per multas horas vna voce clamauerunt ad deũ, dicentes. Peccauimus cũ patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Tu qui pius es miserere nostri, & in tuo flagello vindica iniqtates nostras, & noli tradere confitẽtes te, populo q ignorat te, vt non dicãt inter gentes, vbi est deus eoꝝ? Et cũ fatigati his clamoribus, & his fletibus lassati siluissent, exurgens Ozias infusus lachrymis, dixit: Aequo animo estote fratres, & hos quinq; dies expectemus à deo misericordiam. Forsitan enim indignationem suã abscidet, & dabit gloriam nomini suo. Si autem transactis quinq; diebus non venerit adiutorium, faciamus hæc verba quæ loquuti estis.

¶ Iudith arguit populum statuentem dei misericordiæ terminum.

Caput VIII.

A ET factum est cũ audisset hæc verba Iudith vidua, quæ erat filia Merari: filii Idox, filii Ioseph, filii Oziæ, filii Elai, filii Iamnor, filii Iedeon, filii Raphoim, filii Achitob, filii Melchiæ, filii Enan, filii Nathaniæ, filii Saalthiel, filii Symeon, filii Ruben. Et vir eius fuit Manasses, q mortuus est in diebus messis hordeaceæ, instabat eñ super alligantes manipulos in campo, & venit æstus super caput eius, & mortuus est in Bethulia, ciuitate sua, & sepultus est illic cũ patribus suis. Erat autem Iudith relicta eius, vidua iam annis tribus, & mensibus sex. Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis clausa morabatur, & habẽs super lumbos suos cilicium: ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter sabbata, & neomenias, & fests domus Israhel. Erat autem elegãti aspectu nimis. Cui vir suus reliquerat diuitias multas, & familiam copiosam, ac possessiões, armẽtis boum, & gregibus
B ouium plenas. Et erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat dominũ valde, nec erat q loqueret̃ de illa verbum malum. Hæc itaque cum audisset, quoniam Ozias promisisset, qd transacto qnto die traderet ciuitatem Assyriis, misit ad presbyteros, Chambri, & Charmin. Et venerunt ad illã, & dixit illis: Quod est hoc verbũ in q consensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyriis, si intra quinq; dies non venerit vobis adiutoriũ. Et q estis vos, q tentatis dominum? Non est iste sermo q misericordiã prouocet, sed potius q iram excitet, & furorem accendat. Posuistis vos tempus miserationis domini, & in arbitriũ vestrũ diem constituistis ei? Sed qa patiens dñs est: in hoc ipso pœniteamus: & indulgentiã eius fusis lachrymis postulemus. Non enim quasi homo sic deus comminabitur, neq; sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur. Et ideo humiliemus illi animas nostras, & in spũ constituti humiliato, seruientes illi, dicamus, flentes domino, vt secundũ voluntatem suã sic faciat nobiscũ misericordiã suam, vt sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam de nostra humilitate gloriemur,
C quoniam non sumus sequuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt deum suũ, & adorauerũt deos alienos, pro quo scelere dati sunt in gladium, & in rapinam, & in confusionem inimicis suis. Nos autem alterum deum nescimus præter ipsum. Expectamus humiles consolationem eius, & exquiret sanguiem nostrum de afflictionibus inimicoꝝ nostrorum, & humiliabit omnes gentes quæcunq; insurgunt contra nos, & faciet illas sine honore dominus deus noster. Et nunc fratres quoniam vos, qui estis prebyteri in populo dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, vt memores sint, quia tentati sunt patres nostri, vt probarentur si vere colerent deum suum. Memores esse debent quomodo pater noster Aabrahã tentatus est, & p multas tribulationes probatus, dei amicus effectus Gene. 22. d
est. Sic Isaac Sic Iacob, sic Moyses, & omnes q placuerunt deo, per multas tribulationes trãsie Num. 11. b
D runt fideles. Illi autem q tentationes suas non susceperunt, cum timore domini, & impatien- 1. Cor. 10. a
tiam suam, & improperium murmurationis suæ contra dominũ protulerũt, exterminati sunt

ab exterminatore,& à serpentibus perierunt. Et nos ergo non vlciscamur nos ꝓ his quæ patimur: sed reputātes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse flagella domini, quasi serui, qui corripimur ad emendationem, & non ad ꝑditionem nostram euenisse credamus. Et dixerunt illi Ozias,& presbyteri. Omnia quæ loquuta es, vera sunt,& non est in sermonibus tuis vlla reprehensio. Nunc ergo ora ꝓ nobis dominum: quoniā mulier sancta es,& timens deum. Et dixit illis Iudith. Sicut quod potui loqui dei esse cognoscitis, ita quod facere dispo-sui ꝓbate, si ex deo est:& orate vt firmū faciat deus consilium meum, Stabitis vos ad portā nocte ista:& ego exeam cum Abra mea,& orate vt sicut dixistis in diebus quinq;, respiciet dominus populum suum Israhel. Vos autem nolo vt scrutemini actū meū, & vsq; dum renuntiem vobis, nihil aliud fiat, nisi oratio ꝓ me ad dominum deum nostrum. Et dixit ad eam Ozias, princeps Iudæ. Vade in pace,& dominus sit tecum in vltionem inimicorum nostrorum. Et reuertentes abierunt.

¶Oratio Iudith. Cap.IX.

A Quibus ascendentibus: Iudith ingressa est oratoriū suū. Et induens se cilicio: posuit cinerem sup caput suū:& ꝓsternens se domino, clamauit ad dominū, dicens: Domine deus patris mei Symeon, qui dedisti illi gladiū in defensionem alienigenarum qui violatores extiterunt in coinquinatione sua: & denudauerunt fœmur virginis in confusionem: & dedisti mulieres illorum in prædam, & filias illorum in captiuitatem, & omnem ꝓdam in diuisionem seruis tuis, qui zelauerunt zelū tuū: subueni quęso te domine de-
B us meus mihi viduæ. Tu enim fecisti priora,& illa post illa cogitasti. Et hoc factū est quod ipse
Exo.14.f voluisti. Omnes enim viæ tuæ paratæ sunt, & tua iudicia in tua ꝓuidentia posuisti. Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Aegyptiorum videre dignatus es, quādo post seruos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis,& in equitatu suo,& in multitudine bellatorum. Sed aspexisti sup castra eorum,& tenebræ fatigauerunt eos. Tenuit pedes eorum abyssus,& aquæ operuerunt eos. Sic fiāt & isti domine, qui confidunt in multitudine suā, & in curribus suis, & in contis,& in sagittis suis,& in lanceis gloriant,& nesciunt quia tu ipse es deus noster q con-
Infr.10.d teris bella ab initio,& dominus nomen est tibi. Erige brachiū tuū, sicut ab initio,& allide virtutem illorum in virtute tua. Cadat virtus eorum in iracundia tua, qui ꝓmittunt se violare sancta tua, & polluere tabernaculū nominis tui,& deijcere gladio suo cornu altaris tui. Fac domine vt gladio ꝓprio eius supbia amputet. Capiat laqueo oculorum suorum in me,& ꝑcuties eum ex labiis charitatis meæ. Da mihi in animo constantiā, vt contemnā illū,& virtutem eius, vt euertā illum. Erit enim hoc memoriale nominis tui, cū manus fœminæ deiecerit eū. Non enim in multitudine est virtus tua domine, neq; in equorum viribus voluntas tua est. Nec supbi ab initio placuerūt tibi, sed humiliū & mansuetorum semp tibi placuit deꝑcatio. Deus cœlorum, creator aquarum,& dominus totius creaturæ, exaudi me miserā deprecātem, & de tua misericordia ꝓsumentem. Memento domine testamenti tui, & da verbū in ore meo, & in corde meo consiliū
Eccle.5.dd corrobora, vt domus tua in sanctificatione permaneat,& omnes gentes agnoscant, quia tu es Deus,& non est alius præter te.

¶Egressa ciuitatem cum ancilla, capitur. Ipsaq; ue pulchritudine sua ducem rursum capit.

Caput .X.

Græcis ἅβρα, dicitur ancilla.

A Factum est autem cum cessasset clamare ad dominum, surrexit de loco in quo iacuerat ꝓstrata ad dominum, vocauitq; *Abram suam. Et descendens in domū suām abstulit à se ciliciū,& exuit se vestimentis viduitatis suæ. Et lauit corpus suū;& vnxit se myrrho optimo, & discriminauit crinem capitis sui, & imposuit mitrā super caput suum, & induit se vestimentis iocunditatis suæ. Induitq; sandalia pedibus suis. Assumpsitq; dextraliola,& lilia,& inaures,& annulos,& omnibus ornamentis suis ornauit se. Cui etiam dominus contulit splendorem, quoniā omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat. Et ideo dominus hāc in illā pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omni-
B um oculis appareret. Imposuit itaq; * Abræ suæ ascopam vini,& vas olei,& polentam;& lapates,& panes, & caseum, & profecta est. Cumq; venissent ad portam ciuitatis inuenerunt expectātem Oziā, & presbyteros ciuitatis. Qui cum vidissent eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem eius. Nihil tamen interrogātes eam, dimiserunt transire, dicentes: Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, & omne consilium tui cordis suā virtute corroboret, & glorietur super te Hierusalem,& sit nomen tuum in numero sanctorum,& iustorum. Et dixerunt hi qui illic erant, omnes vna voce, fiat, fiat. Iudith vero orās dominum transiuit per por-

Græci legūt ancillæ suæ utrē uasis ai nari, nā hīt ἀσκὸν οἴνου

Infra.13.d
C tas ipsa & Abra eius. Factum est autem cum descenderet montem, circa ortum diei occurrerunt ei exploratores Assyriorum,& tenuerunt eā, dicentes: Vnde venis, aut quò vadis? Quæ respondit: Filia sum Hebræorum. Ideo ego fugi à facie eorum, qm futurum agnoui, qd dent vobis in deprædationem, ꝓ eo quod contemnentes vos voluerūt tradere seipsos, vt inuenirēt miseri-

cordiā

cordiam in conspectu vestro. Hac de causa cogitaui mecum, dicens: Vadam ad faciem principis Holofernis, vt indicem illi secreta illorum, & ostendã illi, quo aditu possit obtinere eos, ita vt non cadat vir vnus de exercitu eius. Et cum audissent viri illi verba eius, considerabant faciem eius, & erat in oculis eorum stupor, quoniã pulchritudinem eius mirabantur nimis. Et dixerunt ad eam. Conseruasti animã tuã, eo quod tale reperisti consilium, vt descenderes ad dominum nostrum. Hoc autem scias, quoniã cum steteris in conspectu eius, bene tibi faciet, & eris gratissima in corde eius. Duxeruntq; illã ad tabernaculũ Holofernis, annuntiãtes eã. Cumq; intrasset ante faciem eius, statim captus est in suis oculis Holofernes. Dixeruntq; ad eum satellites eius. Quis cõtemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro his merito pugnare contra eos debeamus? Videns itaq; Iudith Holofernem, sedentem in conopeo, quod erat ex purpura, & bysso, & auro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis intextũ. Et cũ in faciem eius intendisset, adorauit eum, prosternens se super terram. Et eleuauerunt eam serui Holofernis, iubente domino suo. Supra.9.c

¶Holofernes quæsita causa aduentus Iudith, illius sapientiam, pulchritudinem, & promissa miratur. Ca.XI.

A TVnc Holofernes dixit ei. Aequo animo esto, & noli pauere in corde tuo, quoniam ego nunquã nocui viro, qui voluit seruire Nabuchodonosor regi. Populus autem tuus si non contempsisset me, non alleuassem lanceam meam super eũ. Nunc autem dic mihi: qua ex causa recessisti ab illis, & placuit tibi, vt venires ad nos? Et dixit illi Iudith. Sume verba ancillæ tuæ, quoniam si secutus fueris verba ancillæ tuæ: perfectam rem faciet dominus tecum. Viuit enim Nabuchodonosor, rex terræ, & viuit virtus eius, quæ est in te ad correptionem omniũ animarum errãtium, quoniã non solũ homines seruiunt illi per te, sed

B & bestiæ agri obtemperãt illi. Nuntiatur enim animi tui industria vniuersis gentibus, & indicatum est omni seculo, quoniã tu solus bonus, & potens es, in omni regno eius, & disciplina tua omnibus prouincijs prædicatur. Nec hoc latet quod loquutus est Achior, nec illud ignoratur quod ei iusseris euenire. Constat enim deũ nostrũ sic peccatis offensum, vt mandauerit per Prophetas suos ad populũ, quod tradat eũ pro peccatis suis. Et quoniã sciunt se offendisse Deũ suum filij Israhel, tremor tuus super ipsos est. Insuper etiã fames inuasit eos, & ab ariditate aquæ iã inter mortuos computantur. Supra.4.

C Deniq; hoc ordinant, vt interficiãt pecora sua, & bibãt sanguinem eorum, & sancta domini dei sui, quæ præcepit deus non contingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogitauerunt impendere, & volunt consumere quæ nec manibus deberent contingere. Ergo quoniã hæc faciunt, certũ est quod in perditionem dabuntur. Quod ego ancilla tua cognoscens, fugi ab illis, & misit me dominus hæc ipsa nuntiare tibi. Ego enim ancilla tua deum colo, etiã nunc apud te, & exiet ancilla tua, & orabo deũ, & dicet mihi quãdo eis reddet peccatũ suum,

D & veniens nũtiabo tibi, ita vt educã te per mediã Hierusalem. Et habebis omnem populũ Israhel, sicut oues, quibus non est pastor, & non latrabit vel vnus canis contra te, quoniã hæc mihi dicta sunt per prouidentiã dei. Et quoniã iratus est illis deus, hæc ipsa missa sum nũtiare tibi. Placuerunt autem omnia verba hæc corã Holoferne, & corã pueris eius, & mirabantur sapientiã eius, & dicebant alter ad alterum. Non est talis mulier super terrã, in aspectu, in pulchritudine, & sensu verborum. Et dixit ad illam Holofernes. Bene fecit deus qui misit te ante populum vt des illum tu in manibus nostris. Et quoniam bona est promissio tua, si fecerit mihi hoc deus tuus, erit & deus meus, tu in domo Nabuchodonosor magna eris, & nomen tuum nominabitur in vniuersa terra.

¶Mansit in castris Iudith manducans sua. Porta patet, lauat, orat. Ad cœnã vocatur à duce temulento. Caput XII.

A TVnc iussit eam introire, vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere eam, & constituit quid daretur illi de conuiuio suo. Cui respondit Iudith, & dixit. Nũc non potero manducare ex his, quæ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio. Ex his autem quæ mihi detuli, manducabo. Cui Holofernes ait: Si defecerint tibi ista, quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi? Et dixit Iudith. Viuit anima tua domine meus, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat deus in manu mea hæc quæ cogitaui.

B Et induxerunt illam serui eius in tabernaculũ, quo præceperat. Et petijt (dum introiret) vt daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foras, ad orationem, & deprecandi dominũ. Et præcepit cubicularijs suis, vt sicut placeret illi, exiret, & introiret, ad orandum deum suum, per triduum. Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & baptizabat se in fonte aquæ, & vt ascendebat, orabat ad dominum deum Israhel, vt dirigeret viam suã ad liberationem populi sui. Et introiens munda, manebat in tabernaculo, vsq; dum acciperet escam suam in vespere.

C Et factum est in quarto die, Holofernes fecit cœnam seruis suis, & dixit ad Vagao eunuchum suum. Vade, & suade Hebræam illam, vt sponte consentiat habitare mecum. Fœdum est enim apud Assyrios si fœmina irrideat virum, agendo vt immunis ab eo transeat. Tunc introiuit

troiuit Vagao ad Iudith, & dixit: Non vereať bona puella introire ad dñm meũ, vt honorifi-
ceť ante faciem eius, & mãducet cũ eo, & bibat vinũ in iucunditate. Cui Iudith rñdit. Quæ D
ego sum vt contradicã dño meo? Omne qđ erit ante oculos eius bonũ, & optimũ, faciã. Quic-
quid aũt illi placuerit, hoc mihi erit optimũ, omnibus diebus vitæ meæ. Et surrexit, & ornauit
se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciem eius. Cor aũt Holofernis concussum est. Erat
enim ardens in concupiscentia eius. Et dixit ad eã Holofernes. Bibe nunc, & accumbe in iu
cunditate, quoniã inuenisti grãm corã me. Et dixit Iudith. Bibã dñe, qm̃ magnificata est ani-
ma mea hodie, p̃ omnibus diebus meis. Et accepit, & mãducauit, & bibit corã ipso, ea quæ pa
rauerat illi ancilla eius, & iucundus factus est Holofernes ad eã, bibitq́ʒ vinũ multũ nimis, quã-
tum nunquã biberat in vita sua.

¶Caput ducis p̃cidit, redit & ostendit ciuibus, laudibus deum effert, Achior obstu
pescit, eamq́ʒ adorat. Cap. XIII.

VT autem sero factũ est, festinauerunt serui illius ad hospitia sua, & conclusit Vagao A
ostia cubiculi, & abijt. Erãt aũt omnes fatigati à vino. Eratq́ʒ Iudith sola in cubicu
lo. Porrò Holofernes iacebat in lecto nimia ebrietate sopitus. Dixitq́ʒ Iudith puel
læ suæ, vt staret foris ante cubiculũ, & obseruaret. Stetitq́ʒ Iudith ante lectum orãs
cum lachrymis, & labioꝝ motu in silentio, dicens: Confirma me domine deus Israhel, & respi
ce in hac hora ad opa manuũ meaꝝ, vt sicut pmisisti Hierusalem ciuitatem tuã erigas, & hoc B
quod credens p te posse fieri cogitaui, pficiam. Et cum hæc dixisset, accessit ad columnã, quæ
erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius qui in ea ligatus pendebat, exoluit. Cumq́ʒ euagi-
nasset illum apphendit comã capitis eius, & ait: Confirma me dñe deus in hac hora, & pcussit
κωνωπεῖον bis in ceruicem eius, & abscidit caput eius. Et abstulit * conopeum eius à columnis, & euoluit
uelum est ad corpus eius truncũ. Et post pusillum exiuit, & tradidit caput Holofernis ancillæ suæ, & iussit
arcendos cu vt mitteret illud in perã suã, & exierunt duæ secundum consuetudinem suã, quasi ad orõnem
lices. & trãsierunt castra. Et gyrãtes vallem, venerunt ad portã ciuitatis. Et dixit Iudith à longe,
custodibus muroꝝ. Aperite portas, quoniã nobiscum est deus, qui fecit virtutem in Israhel.
Et factũ est cũ audissent viri vocem eius, vocauerunt presbyteros ciuitatis. Et occurrerunt
ad eã omnes, à minimo vsq́ʒ ad maximũ: quoniã putauerãt eã iam non esse venturã. Et accen
dentes luminaria, congyrauerunt circa eã vniuersi. Illa autem ascendens in eminentiorem lo-
cum, iussit fieri silentium. Cumq́ʒ omnes tacuissent, dixit Iudith: Laudate dominũ deũ no- C
strũ, q non deseruit sperãtes in se; & in me ancillã suã adimpleuit misericordiã suã quã pmisit
domui Israhel, & interfecit in manu mea hostem populi sui, vt hac nocte. Et pferens de pera
caput Holofernis ostendit illis, dicens: Ecce caput Holofernis, principis militiæ Assirioꝝ. Et
ecce conopeum illius in quo recumbebat in ebrietate sua, vbi & p manũ fœminę pcussit illum
Infra eodem dominus deus noster. Viuit autẽ ipse dominus. Quoniã custodiuit me angelus eius, & hinc
euntem, & ibi commorãtem, & inde huc reuertentem, & non pmisit me dominus ancillã suã
coinquinari, sed sine pollutiõe peccati reuocauit me vobis, gaudentem in victoria sua, in euasio
ne mea, & in liberatione vestra. Confitemini illi omnes, quoniã bonus, quoniã in seculum mi
Psalm. 105. sericordia eius. Vniuersi autem adorãtes dominũ, dixerunt ad eã. Benedixit te dominus in
106. 117 virtute sua, quia p te ad nihilum redegit inimicos nostros. Porrò Ozias princeps populi Israel
Infr. eodem dixit ad eã. Benedicta tu es filia à domino deo excelso, p̃ omnibus mulieribus sup terrã. Bene- D
Lucæ. 1. d dictus dominus q creauit cœlum & terrã, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicoꝝ
nostroꝝ, qa hodie nomen tuũ ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominũ, q me-
mores fuerint virtutis domini in æternum, p qbus non pepcisti animæ tuæ, ppter angustias,
tribulationem generis tui, sed subuenisti ruinæ ante conspectũ dei nostri. Et dixit omnis po-
pulus, fiat, fiat. Porrò Achior vocatus, venit. Et dixit ei Iudith: Deus Israel cui tu testimoni-
um dedisti, quod vlciscať se de inimicis suis, ipse caput omniũ incredulo ꝝ, incidit in hac no-
cte, in manu mea. Et vt pbes, quia ita est, ecce caput Holofernis, qui in contemptu supbiæ suę
deum Israhel contempsit, & tibi interitũ minabať, dicens: cum captus fuerit populus Israhel,
gladio psorari præcipiam latera tua. Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus
Supra. 10. b
Infra. 15. b. præ pauore cecidit in faciem suã sup terrã, & æstuauit anima eius. Postea verò quã resumpto
spiritu recreatus est, procidit ad pedes eius, & adorauit eam, & dixit. Benedicta tu à deo tuo,
Supra. 15. d in omni tabernaculo Iacob, quoniam in omni gente quæ audierit nomen tuum, magnificabi-
tur super te deus Israhel.

¶Caput suspendiť, orto sole impetus in hostes fit, qui animis consternanť, & tre
pidant morte ducis. Cap. XIIII.

DIxit autem Iudith ad omnem populũ. Audite me frẽs. Suspendite caput hoc super A
muros nostros. Et erit cum exierit sol, accipiat vnusquisq́ʒ arma sua, & exite cum
impetu, non vt descendatis deorsum, sed quasi impetũ facientes. Tunc explorato-
res necesse erit vt fugiant ad principem suum excitandum, ad pugnam. Cumque
duces

duces eorum concurrerint ad tabernaculum Holofernis, & inuenerint eum truncum, in suo
sanguine volutatum, decidet super eos timor. Cumq; cognoueritis fugere eos, ite post illos
B securi, quoniam dominus conteret eos sub pedibus vestris. Tunc Achior videns virtutem,
quā fecit deus Israhel, relicto gentilitatis ritu, credidit deo, & circūcidit carnem præputij sui,
& appositus est ad populū Israhel, & omnis successio generis eius, vsq; in hodiernū diem. Mox
aūt vt ortus est dies, suspenderūt super muros caput Holofernis, accepitq; vnusquisq; vir ar-
ma sua, & egressi sunt cū grādi strepitu, & vlulatu. Quod videntes exploratores, ad tabernacu
lum Holofernis cucurrerūt. Porrò hi qui in tabernacula erāt venientes, & ante ingressum cu-
biculi perstrepentes, excitādi grā, inquietudinem arte moliebātur, vt non ab excitātibus, sed
C à sonātibus Holofernes euigilaret (nullus enim audebat cubiculū virtutis Assyriorū pulsando
aut intrādo aperire.) Sed cū venissent eius duces, ac tribuni, & vniuersi maiores exercitus re-
gis Assyriorū, dixerunt cubicularijs. Intrate, & excitate illū, quoniā egressi mures de cauernis 1.Reg.14.b
suis ausi sunt prouocare nos ad præliū. Tunc ingressus Vagao cubiculū eius, stetit ante cor-
tinā. Et plausum fecit manibus suis (suspicabat enim illum cū Iudith dormire.) Sed cū nullum
motum iacētis sensu aurium caperet, accessit proximās ad cortinam. Et eleuās eam, vidensq;
cadauer absq; capite Holofernis, in suo sanguine tabefactum, iacere super terram, exclamauit
D voce magna, cum fletu, & scidit vestimenta sua. Et ingressus tabernaculum Iudith, non inue-
nit eā. Et exiliuit foras ad populū, & dixit, vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo re-
gis Nabuchodonosor. Ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in illo. Quod
cum audissent principes virtutis Assyriorū, sciderunt omnes vestimenta sua, & intolerabilis ti
mor, & tremor cecidit sup eos, & turbati sunt animi eorū valde. Et factus est clamor incompa-
rabilis in medio castrorum eorum.

¶Hebræi hostes trepidos, ac fugientes persequunt, spoliant, & cædunt. Laus Iudith ca
nitur. Cap. XV.

A CVmq; omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens, & consilium
ab eis, & solo tremore, & metu agitati, fugæ præsidiū sumunt, ita vt nullus loquere-
tur cū proximo suo, sed inclinato capite, relictis omnibus, euadere festinabant He-
bræos, quos armatos sup se venire audierāt, fugientes per vias campor & semitas
collium. Videntes itaq; filij Israhel fugientes, sequuti sunt illos, descenderuntq; clangentes
B tubis, & vlulātes post ipsos. Et quoniā Assyrij non adunati, in fugā ibant præcipites, filij autē
Israhel vno agmine psequentes, debilitabāt omnes quos inuenire potuissent. Misitq; Ozias
nuncios per omnes ciuitates, & regiones Israhel. Omnis itaq; regio, omnisq; vrbs, electā iu-
uentutem armatam misit post eos, & persecuti sunt eos in ore gladij, quousq; peruenirent ad
extremitatem finiū suorū. Reliqui autem qui erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorū, &
C prædam quam fugientes Assyrij reliquerunt, abstulerunt, & onustati sunt valde. Hi vero qui
victores reuersi sunt ad Bethuliā, omnia quę erāt illorū, abstulerunt secū, ita vt non esset nume
rus in pecoribus, & iumentis, & vniuersis mobilibus eorū, vt à minimo vsq; ad magnū omnes
diuites fierent, de prædationibus eorum. Ioachim autem summus pontifex de Hierusalem,
venit in Bethuliā, cum vniuersis presbyteris suis, vt videret Iudith. Quæ cū exisset ad illum be
nedixerunt illā omnes, vna voce, dicentes: Tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israhel, tu honori-
ficentia populi nostri, quia fecisti viriliter, & confortatū est cor tuū, eo q castitatem amaueris
& post virū tuū alterū nescieris, ideo & manus domini confortauit te, & ideo eris benedicta in
D æternum. Et dixit omnis populus, fiat fiat. Per dies autem triginta vix collecta sunt spolia Supra.10.d
Assyriorū, à populo Israhel. Porrò autem vniuersa quæ Holofernis peculiaria fuisse probata & 11.c
sunt, dederunt Iudith in auro, & argento, & vestibus, & gemmis, & omni supellectili, & tra-
dita sunt omnia illi à populo. Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus, &
iuuenibus, in organis & cytharis.

¶Canticū Iudith, reliquumq; eius vitæ, tradunt hoc capite. Ca. XVI.

A TVnc cantauit canticum hoc domino Iudith, dicens: Incipite domino in tympanis,
cātate dño in cymbalis, modulamini illi psalmū nouū, exultate & inuocate nomne
eius. Dominus conterēs bella, Dominus nomen est illi. Qui posuit castra sua in me-
dio populi sui, vt eriperet nos de manu omniū inimicorū nostrorū. Venit Assur in Supra.1.a
montibus ab aquilone, in multitudine fortitudinis suæ. Cuius multitudo obturauit torrentes
& equi eorū cooperuerūt valles. Dixit se incensurū fines meos, & iuuenes meos occisurū gla-
dio, infantes meos dare in prædā, & virgines in captiuitatem. Dñs autē omnipotens nocuit
eum, & tradidit eum in manus fœminæ, & confudit eum. Non enim cecidit potens eorū à iu-
uenibus, nec filij Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes imposuerunt se illi, sed Iudith
filia Merari, in specie faciei suæ dissoluit eū. Exuit enim se vestimento viduitatis, & induit se
vestimento lætitiæ, in exultatione filiorū Israhel. Vnxit faciē suā vnguento, colligauit cincin-
nos suos mitra, ad decipiendū illū Sādalia eius rapuerūt oculos eius, pulchritudo eius captiuā
fecit

fecit animã eius, amputauit pugione ceruicem eius. Horruerũt Persę constantiã eius, & Medi audaciã eius. Tunc vlulabunt castra Assyriorum, quãdo apparuerunt humiles mei, arescentes in siti. Filij puellarum compunxerũt eos, & sicut pueros fugientes occiderunt, perierunt in prælio à facie domini dei mei. Hymnum cãtemus domino, hymnũ nouum cãtemus deo nostro C
Adonai dñe deus, magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest. Tibi seruiat omnis creatura tua, quia dixisti, & facta sunt, misisti spm̃ tuum, & creata sunt, & non est qui resistat voci tuæ. Montes à fundamento mouebuntur cum aquis, petræ sicut cera liquescent ante faciem tuã. Qui aũt timent te, magni erunt apud te per oĩa. Væ genti insurgen ti super genus meũ. Dñs enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicij visitabit illos. Dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrãtur & sentiãt vsq; in sempiternũ. Et factũ est post hęc omnis populus post victoriã venit in Hierlm, adorare dñm, & mox vt purificati sunt oẽs obtulerunt holocausta, & vota, & repromissiones suas. Porrò Iudith vniuersa vasa bellica Holofernis, quæ dedit illi populus, & conopeum qd̃ ipsa sustulerat de cubiculo ipsius, obtulit in anathema obliuionis. Erat aũt populus iocundus scd̃m faciẽ sanctorum, & per tres menses gaudium huius victoriæ celebratum est cum Iudith. Post dies autem illos vnusquisq; rediit in sua D
& Iudith magna facta est in Bethulia, & præclarior erat vniuersæ terræ Israhel. Erat etiã virtuti castitas adiuncta, ita vt nõ cognosceret virũ oĩbus diebus vitæ suæ, ex q̃ defunctus est Manasses vir eius. Erat autem diebus festis procedens cum magna gloria. Mãsit aũt in domo viri sui annos centũquinq;, & dimisit Abram suã liberã, & defuncta est, ac sepulta cum viro suo in Bethulia, luxitq; eã omnis populus diebus septem. In omni autem spacio vitæ eius non fuit qui perturbaret Israhel, & post mortem eius annis multis. Dies autem victoriæ huius festiuitatis, ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis, ex illo tempore vsq; in præsentem diem.

FINIS.

HIERONYMI IN LIBRVM HESTER PRAEFATIO.

Librum Hester, varijs trãslatoribus constat esse viciatũ, quem ego de arciuis Hebręorum releuãs verbũ ẽ verbo expressius trãstuli. Quẽ librũ æditio vulgata laciniosis hinc inde verborum finibus trahit; addens ea quæ ex tpe dici poterãt & audiri, sicut solitũ est scholaribus disciplinis sumpto themate excogitare: qbus verbis vti potuit, q iniuriã passus est, vel qui iniuriã fecit. Vos aũt ò Paula & Eustochiũ, qm̃ & bibliothecas hebræorum studuistis intrare, & interpretũ certamina comprobastis: tenentes Hester Hebraicũ librũ, p singula verba nostrã trãslationẽ aspicite: vt possitis agnoscere, me nihil etiã augmentasse addendo, sed fideli testimonio simpliciter (sicut in hebræo habet) historiã hebraicã latinæ linguę tradidisse. Nec affectamus laudes hominũ, nec vituperationes expauescimus: deo eñ placere curãtes, minas hominũ penitus non timemus: quia deus dissipat ossa eorum, qui hominibus placere desiderãt, & scd̃m Apostolum, qui eiusmodi sunt, serui Christi esse non possunt. Rursum in libro Hester alphabetum ex minio vsq; ad Teth a: literã fecimus diuersis in locis, volentes scilicet septuaginta interpretũ ordinem per hoc insinuare studioso lectori. Nos eñ iuxta morẽ Hebraicum ordinem prosequi etiã in septuaginta æditione maluimus.

INCIPIT LIBER HESTER

¶Rex Ahasuerus, qui & Artaxerxes, regium instituit conuiuiũ, regina Vasthi eo venire contemnit, quare & repudiat. Cap. I.

In diebus Ahasueri, qui regnauit ab India vsq; Aethiopiã, super centum vigintiseptem prouincias: quãdo sedit in solio regni sui, Susa ciuitas regni eius exordiũ fuit. Tertio igit anno imperij sui fecerat grãde conuiuiũ, cunctis principibus, & pueris suis fortissimis, Persarum & Medorum inclytis: & præfectis prouinciarum corã se: vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem, atq; iactantiã potentiæ suæ multo tpe, centũ videlicet & octoginta diebus. Cũq; implerent dies conuiuij: inuitauit omnem populũ, q inuentus est in Susis, à maximo vsq; ad minimũ, & iussit septẽ diebus conuiuiũ pparari, in vestibulo horti, & nemoris, qd̃ regio cultu, & manu consitũ erat. Et pẽdebãt ex oĩ parte tentoria aerei B
He. argẽtei. coloris, & carbasini, ac hyacinthini, sustentata funibus, byssinis, atq; purpureis, qui * eburneis circulis inserti erãt, & columnis marmoreis fulciebãtur. Lectuli quoq; aurei & argentei, super pauimentũ smaragdino & pario stratum lapide dispositi erant, quod mira varietate pictura
He. vasa erãt vnũ vario genere. decorabat. Bibebãt aũt q inuitati erãt aureis poculis, * & alijs atq; alijs vasis cibi inferebant. Vinũ quoq; (vt magnificẽtia regia dignũ erat) abundãs, & pcipuũ ponebat, nec erat q nolẽtes cogeret

geret ad bibendum, Sed sic rex statuerat præponens mensis singulos de principibus suis, vt
sumeret vnusquisq; quod vellet, Vasthi quoq; regina fecit conuiuium fœminarum, in pala-
C tio vbi rex Ahasuerus manere cõsueuerat. Itaq; die septimo cum rex esset hilarior, & post
nimiam potationem incaluisset mero, præcepit Mahuman, & Bazatha, & Harbona, & Baga Infr. 2.a
tha, & Abagatha, & Zathar, & Charcas, septem eunuchis, qui in conspectu eius ministrabãt,
vt introducerent reginam Vasthi coram rege, posito super caput eius diademate, vt ostende
ret cunctis populis, & principibus, eius pulchritudinem, Erat enim pulchra valde. Quæ re-
nuit, & ad regis imperium quod per eunuchos mandauerat, venire contempsit, Vnde iratus
rex, & nimio furore succensus, interrogauit sapientes qui ex more regio semper ei aderãt, &
illorum faciebat cuncta consilio, scientium leges, ac iura maiorum, Erant enim primi, & pro
ximi, Charsena, & Sethar, & Adamatha, & Tharsis, & Mares, & Marsana, & Mamuchan, se-
ptem duces Persarum atq; Mœdorum, qui videbãt faciem regis, & primi post eum residere so-
liti erant, cui sententiæ Vasthi regina subiaceret, quæ Ahesueri regis imperium, quod per eu
D nuchos mandauerat, facere noluisset. Responditq; Mamuchan, audiente rege atq; princi-
pibus, Non solũ regẽ læsit regina Vasthi, sed & omnes populos, & principes, qui sunt in cun
ctis prouincijs regis Ahasueri, Egredietur enim sermo reginæ ad omnes mulieres, vt contẽ-
nant viros suos, & dicant: Rex Ahasuerus iussit vt regina Vasthi intraret ad eum, & illa noluit
atq; hoc exemplo omnes principũ coniuges, Persarum atq; Mœdorum, paruipendent imperia
maritorum, * vnde regis iusta est indignatio, Si ergo tibi placet, egrediatur edictum à facie tua, 1. Reg. 15. f.
& scribatur iuxta legẽ Persarum atq; Mœdorum, quam præteriri illicitũ est, vt nequaq̃ vltra re- He. & secun
gina Vasthi ingrediatur ad regem, sed regnũ illius altera quæ melior est illa, accipiat. Et hoc dũ hoc satis
in omne (quod latissimũ est) prouinciarum tuarum diuulgetur imperium, vt cunctæ vxores, tam est cõtẽptus
maiorum q̃ minorum deferant maritis suis honorem, Placuit consiliũ eius regi, & principibus, Fe & indigna-
citq; iuxta consiliũ Mamuchan, & misit epistolas ad vniuersas prouincias regni sui, vt quæq; tionis.
gens audire & legere poterat, diuersis linguis & literis, esse viros principes, ac maiores, in do
mibus suis, & hoc per cunctos populos diuulgari.

¶ Repudiata regina, quæruntur regi puellæ, placet Edissa, quæ est Esther, fitq; ei
regina, Mardochæus prodit regi suos insidiatores. Cap. II.

A HIs itaq; gestis postq̃ regis Ahasueri indignatio deferbuerat, & recordatus est Vasthi
quæ fecisset * vel quæ passa esset, Dixeruntq; pueri regis, ac ministri eius, Quæran- Heb. & eius
tur regi, puellæ virgines speciosæ, & mittantur qui considerent per vniuersas pro- quod decre-
uincias, puellas speciosas, & virgines, & adducant eas ad ciuitatem Susan, & tradant tũ erat super
eas in domum fœminarum, sub manu Egei eunuchi, qui est præpositus, & custos mulierum eam.
regiarum, & accipiant mundum muliebrem, & cætera ad vsus necessaria. Et quæcunq; in-
ter omnes oculis regis placuerit, ipsa regnet pro Vasthi, Placuit sermo regi, & ita vt suggesse
rant, iussit fieri. Erat vir Iudæus, in * Susis ciuitate, vocabulo Mardochæus, filius Iair, filij Se Heb. Susan
B mei, filij Cis, de stirpe Iemini, qui translatus fuerat de Hierusalem, eo tempore, quo Iechoni- Sup. 11. e
am regem Iuda Nabuchodonosor rex Babylonis transtulerat, qui fuit nutritius filiæ * fratris & Inf. eo.
sui Edissæ, quæ altero nomine vocabatur Esther, & vtrunq; parentem amiserat, pulchra ni- 4. Reg. 24
mis, & decora facie, Mortuisq; patre eius ac matre, Mardochæus sibi eam adoptauit in filiam He. patrui sui
Cumq; percrebuisset regis imperiũ, & iuxta mandatũ illius multæ pulchræ virgines ad- Hadasa, ipsa
ducerent Susan, & Egeo traderent eunucho, Esther quoq; inter cæteras puellas ei tradita est est Esther.
vt seruaret in numero fœminarum. Quæ placuit ei, & inuenit gratiã in conspectu illius. Et præ
cepit eunucho, vt acceleraret mũdũ muliebrẽ, & traderet ei partes suas, & septem puellas spe
ciosissimas, de domo regis, & tam ipsam q̃ pedissequas eius ornaret, atq; excoleret. Quæ no-
luit indicare ei populũ, & patriam suam. Mardochæus enĩ præceperat ei, vt de hac re omni-
no reticeret, qui deambulabat quotidie ante vestibulũ domus, in qua electæ virgines seruabã
tur, curam agens salutis Esther, & scire volens quid ei accideret. Cum aũt venisset tempus
singularum per ordinem puellarum, vt intrarent ad regem, expletis omnibus quæ ad cultũ mulie
brem pertinebant, mẽsis duodecimus vertebatur, ita dumtaxat vt sex mensibus oleo vngerẽ-
tur myrtino, & alijs sex, quibusdã pigmentis, & aromatibus vterentur. Ingredientesq; ad re-
gem, quicquid postulassent ad ornatum pertinẽs, accipiebant: & vt eis placuerat compositæ
C de triclinio fœminarum ad regis cubiculũ transibant. Et quæ intrauerat vespere, egredieba-
tur mane, atq; inde in secundas ædes deducebant, q̃ sub manu * Susagaci eunuchi erãt, q con-
cubinis regis præsidebat, nec habebat potestatẽ ad regem vltra redeundi, nisi voluisset rex, Heb. Saasgas
& eam venire iussisset ex nomine. Euoluto autẽ tempore per ordinem, instabat dies, quo
Esther filia Abihail, fratris Mardochæi, quã sibi adoptauerat in filiam, deberet intrare ad re-
gẽ. Quæ non quæsiuit muliebrem cultum, sed quæcunq; voluit Egeus eunuchus, custos vir-
ginũ, hæc ei ad ornatum dedit, erat enim formosa valde, & incredibili pulchritudine, omniũ
oculis gratiosa, & amabilis videbat. Ducta est itaq; ad cubiculum regis Ahasueri, mense de- Supra. 2. e
Sup. eod.

cimo, qui vocatur Tebeth, septimo anno regni eius. Et adamauit eam rex, plus q̃ omnes mu-
lieres, habuitq́ue gratiam & misericordiam coram eo, super omnes mulieres. Et posuit diade-
ma regni in capite eius, fecitq́ue eam regnare in loco Vasthi. Et iussit conuiuium præparari D
permagnificum, cunctis principibus, & seruis suis, pro coniunctione & nuptijs Esther. Et
dedit requiem vniuersis prouincijs, ac dona largitus est, iuxta magnificentiam principalem.
Cumq́ue & secundo quærerentur virgines, & congregarentur, Mardochæus manebat ad ia-
nuam regis. Necdum prodiderat Esther patriam & populum suum, iuxta mandatum eius.
Quicquid enim ille præcipiebat, obseruabat Esther, & ita cuncta faciebat, vt eo tempore so-
Infra. 6.a lita erat, quo eam paruulam nutriebat. Eo igitur tempore, quo Mardochæus ad regis ianu-
Infra. 12.a am morabatur, irati sunt, Bagathan, & Thares, duo eunuchi regis, * qui ianitores erant, & in
Hc. ex cu- primo palatij limine residebant, volueruntq́ue insurgere in regem, & occidere eum, quod Mar
stodibus po- dochæum non latuit, statimq́ue nuntiauit reginæ Esther, & illa regi, ex nomine Mardochæi,
culorum. qui ad se rem detulerat. Quæsitum est, & inuentum, & appensus est vterq́ue eorũ in patibulo.
Et iussit rex vt in libro memoriali scriberetur, vt pro vita sua aliquid repensaret ei. Man-
datumq́ue est historijs, & annalibus traditum coram rege.

¶Exaltatus Aman Macedo, impetrat à rege, vt omnes vbiq́ue Iudæi interficiantur. Cap. III.

Post hæc rex Ahasuerus exaltauit Aman, filium Amadathi, qui erat de stirpe Agag, A
Inf. eodem & posuit solium eius super omnes principes quos habebat. Cunctiq́ue serui regis, qui
in foribus palatij versabantur, flectebant genua, & adorabant Aman. Sic enim præ-
ceperat eis imperator. Solus Mardochæus non flectebat genu, neq́ue adorabat eum.
Cui dixerunt pueri regis, qui ad fores palatij residebant, Cur præter cæteros non obseruas
mandatum regis? Cumq́ue hoc crebrius dicerent, & ille nollet audire, nuntiauerunt Aman, B
scire cupientes, vtrum perseueraret in sententia. Dixerat enim eis se esse Iudæum. Quod
cum audisset Aman, & experimento probasset, q̃ Mardochæus sibi non flecteret genu, nec
Inf. 9. f. se adoraret: iratus est valde, & pro nihilo duxit in vnum Mardochæum mittere manus suas.
Audierat enim q̃ esset gentis Iudææ, magisq́ue voluit omnem Iudæorum, qui erant in regno
Ahasueri, perdere nationem. Mense primo, cuius vocabulum est Nisan, anno duodecimo
regni Ahasueri, missa est sors in Vrnam, quæ Hebraicè dicitur Phur, coram Aman, quo die,
& quo mense, gens Iudæorum deberet interfici: & exiuit mensis duodecimus, qui vocatur C
Infr. 13.b Adar: Dixitq́ue Aman regi Ahasuero. Est populus per omnes prouincias regni tui disper-
Hc. nõ faci sus, & à se mutuo separatus, nouis vtens legibus, & cerimonijs, & insuper regis scita * contem
ens & regẽ nens. Et optime nosti, q̃ non expediat regno tuo, vt insolescat per licentiam. Si tibi placet
nõ decet ut decerne vt pereat, & decẽ milia talentoꝝ argẽti appendã arcarijs gazæ tuæ. Tulit ergo rex
dimittas eos annulum quo vtebatur, de manu sua, & dedit eum Aman filio Amadathi, de progenie Agag,
Sup. eodem hosti Iudæorum, dixitq́ue ad eum. Argentum quod tu polliceris, tuum sit: de populo autem
age quod tibi placet. Vocatiq́ue sunt scribæ regis, mense primo Nisan, tertiadecima die eius- D
dem mensis, & scriptum est, vt iusserat Aman, ad omnes satrapas regis, & iudices prouincia-
rum, diuersarumq́ue gentium, vt quæq́ue gens legere poterat, & audire pro varietate lingua-
rum, ex nomine regis Ahasueri, & literæ signatæ ipsius annulo, missæ sunt per cursores regis,
ad vniuersas prouincias, vt occiderent, atq́ue delerent omnes Iudæos, à puero vsque ad senem,
paruulos & mulieres, vno die, hoc est, tertiodecimo mensis duodecimi, qui vocatur Adar, &
bona eorum diriperent. Summa autem epistolarum hæc fuit, vt omnes prouinciæ scirent,
& pararent se ad prædictam diem. Festinabant cursores, qui missi erant, regis imperium
Hc. ciuitas explere. Statimq́ue in Susis pependit edictum, rege & Aman celebrante conuiuium, & * cun-
Susan erat ctis Iudæis, qui in vrbe erant, flentibus.
perplexa.

¶Mardochæus indicat reginæ, crudele regis edictum in Iudæos. Caput. IIII.

Quæ cum audisset Mardochæus, scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, spargẽs
infra. 8.d cinerem capiti, & in platea mediæ ciuitatis, voce magna clamabat, ostendens ama
ritudinem animi sui: & in hoc eiulatu vsq́ue ad fores palatij gradiens. Non enĩ erat
licitum indutum sacco, aulam regis intrare. In omnibus quoque prouincijs,
oppidis, ac locis, ad quæ crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudæos,
ieiunium, vlulatus, & fletus, sacco, & cinere multis pro strato vtentibus. Ingressæ autem
sunt puellæ Esther, & eunuchi, nuntiaueruntq́ue ei. Quod audiens, consternata est, & vestem
misit Mardochæo, vt, ablato sacco, indueret eam: quàm accipere noluit. Accitoq́ue Atach
eunucho, quem rex ministrum ei dederat, præcepit ei vt iret ad Mardochæum, & disceret ab
eo, cur hoc faceret. Egressusq́ue Atach, iuit ad Mardochæum, & inuenit eum stantem in platea B
ciuitatis, ante ostiũ palatij, qui indicauit ei oĩa quæ acciderant, quomodo Aman promisisset,

C vt in thesauros regis pro Iudæorum nece inferret argentum, exemplar quoque edicti quod pen-
debat in Susis, dedit ei, vt reginæ ostenderet, & moneret eam, vt intraret ad regẽ, & depreca-
retur eũ pro populo suo. Regressus Athach nuntiauit Esther, omnia quæ Mardochæus dixe-
rat. Quæ respondit ei, & iussit vt diceret Mardochæo: Omnes serui regis, & cunctæ quæ sub
ditione eius sunt norunt prouinciæ, quod siue vir siue mulier non vocatus, interius atriũ regis in-
trauerit, absque vlla cunctatione statim interficiatur, nisi forte rex auream virgã ad eum teten-
derit pro signo clementiæ, atque ita possit viuere. Ego igitur quomodo ad regẽ intrare pote-
ro, quæ triginta iam diebus non sum vocata ad eum? Quod cum audisset Mardochęus, rur-
sum mandauit Esther, dicens: Ne putes quod animam tuam tantum liberes, quia in domo regis He. respiratio
es, & præ cunctis Iudæis. Si enim nunc silueris,* per aliam occasionem liberabuntur Iudęi, & ac liberatio e-
D tu, & domus patris tui peribitis. Et quis nouit vtrũ idcirco ad regnum veneris, vt in tali tem- rit Iudęis ex
pore parareris? Rursumque Esther hæc Mardochæo verba mandauit: Vade, & congrega alio loco.
omnes Iudæos, quos in Susis repereris, &* orate pro me. Non comedatis, & non bibatis tri- He. ieiunate
bus diebus, & tribus noctibus, & ego cum ancillulis meis similiter ieiunabo, & tunc ingrediar Infr. 13. c
ad regem, contra legem faciens, non vocata, tradensque me morti & periculo. Iuit itaque Mar-
dochæus, & fecit omnia quæ Esther præceperat.

¶ Esther ingressa ad regem, illum simul & Aman ad conuiuium inuitat: Aman
parat crucem Mardochæo. Cap. V.

A DIe autem tertio induta est Esther regalibus vestimentis, & stetit in atrio domus re-
giæ, quod erat interius, intra basilicam regis. At ille sedebat super solium suum, in
consistorio palatij, cõtra ostium domus. Cumque vidisset Esther reginam stantem,
placuit oculis eius, & extendit cõtra eam virgam auream, quam tenebat in manu.
Quæ accedẽs, osculata est summitatem virgæ eius. Dixitque ad eam rex. Quid vis Esther regi-
B na? Quæ est petitio tua? Etiam si dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi. At illa respon-
dit. Si regi placet, obsecro venias ad me hodie, & Aman tecum ad conuiuiũ quod paraui. Sta-
timque rex, Vocate (inquit) cito Aman, vt Esther obediat voluntati. Venerunt itaque rex &
Aman ad conuiuiũ, quod eis regina parauerat. Dixitque ei rex, postquam vinum biberat abun- Mar. 6. c
danter: Quid petis, vt detur tibi, & pro qua re postulas? Etiam si dimidiam partem regni mei
C petieris, impetrabis. Cui respondit Esther: Petitio mea, & preces sunt istæ: Si inueni in con-
spectu regis gratiam, & si regi placet, vt det mihi quod postulo, & meam impleat petitionem
veniat rex & Aman ad conuiuium quod paraui eis, & cras aperiam regi voluntatem meam.
Egressus est itaque illo die Aman, lætus & alacer. Cumque vidisset Mardochæum sedentem an-
te fores palatij, & non solum non assurrexisse sibi, sed nec motum* quidem de loco sessionis Heb. ab eo
suæ, indignatus est valde. Et dissimulata ira, reuersus in domum suam, conuocauit ad se ami-
D cos suos, & Zares vxorem suã, & exposuit illis magnitudinem diuitiarum suarum, illorumque tur-
bam, & quanta eũ gloria super omnes principes, & seruos suos, rex eleuasset. Et post hæc ait:
Regina quoque Esther nullũ alium conuocauit ad conuiuium cũ rege, præter me, apud quam
etiam cras cũ rege pransurus sum. Et cũ hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quamdiu vide-
ro Mardochæum Iudæũ, sedentem ante fores regias. Responderuntque ei, Zares vxor eius, &
cæteri amici: Iube parari excelsam trabem, habentẽ altitudinis quinquaginta cubitos, & dic
mane regi, vt appendatur super eam Mardochæus, & sic ibis cum rege lætus ad conuiuium.
Placuitque ei consilium, & iussit excelsam parari crucem.

¶ Rex annales reuoluens, Mardochæum ab Aman honorari iubet Cap. VI.

A NOctem illam duxit rex insomnem,* iussitque sibi afferri historias, & annales priorũ Sup. 2. d
temporum. Quæ cum, illo præsente, legerentur, ventum est ad illum locum, vbi Infr. 12. a
scriptum erat, quomodo nuntiasset Mardochæus insidias Bagathan, & Thares He. In nocte
eunuchorum, regem Ahasuerum iugulare cupientiũ. Quod cum audisset rex, ait: illa fugerat
Quid pro hac fide, honoris ac præmij, Mardochæus consecutus est? Dixerunt ei serui illi- somnus re-
B us, ac ministri, Nihil omnino mercedis accepit. Statimque rex: Quis est, inquit, in atrio? (Aman gem.
quippe interius atrium domus regiæ intrauerat, vt suggereret regi, vt iuberet Mardochæum
affigi patibulo, quod ei fuerat præparatum.) Responderũt pueri: Aman stat in atrio. Dixitque
rex: Ingrediatur. Cumque esset ingressus, ait illi: Quid debet fieri viro, quem rex honorare de-
siderat? Cogitans autem in corde suo Aman, & reputans, quod nullum alium rex, nisi se vellet
C honorare, respondit: Homo quem rex honorare cupit, debet indui vestibus regijs, & impo-
ni super equum, qui de sella regis est, & accipere regium diadema super caput suum, & pri-
mus de regijs principibus, ac tyrannis, teneat equum eius, & per plateam ciuitatis incedens,
clamet, & dicat: Sic honorabitur, quemcunque voluerit rex honorare. Dixitque ei rex: Festina,
& sumpta stola, & equo, fac ita vt locutus es Mardochæo Iudæo, qui sedet ante fores palatij.
Caue, ne quicquam de his quæ locutus es, prætermittas. Tulit itaque Aman stolam, & equum,
indutumque Mardochæum in platea ciuitatis, & impositum equo, pręcedebat, atque clamabat.

Hoc honore condignus est, quemcunq; voluerit rex honorare. Reuersus'q; est Mardo- D
chæus ad ianuam palatij, & Aman festinauit ire in domum suam lugens, & operto capite.
Narrauit'q; Zares vxori suæ, & amicis, omnia quæ euenissent sibi. Cui responderunt sapien-
tes, quos secum habebat in consilio, & vxor eius. Si de semine Iudæorum est Mardochæus,
ante quem cadere cœpisti, non poteris ei resistere, sed cades in conspectu eius. Adhuc illis lo
quentibus, venerunt eunuchi regis, & cito eum ad conuiuium, quod regina parauerat, per-
gere compulerunt.

¶ Regina (rege & Aman iterum inuitatis) orat pro se, & populo suo, accusat Aman, ille suspenditur. Cap. VII.

INtrauit itaq; rex, & Aman, vt biberent cum regina. Dixit'q; ei rex etiam secundo die, A
post quam vino incaluerat. Quæ est petitio tua Esther, vt detur tibi, & quid tibi vis fie-
ri? Etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Ad quem illa respondit:
Si inueni gratiam in oculis tuis, o rex, & si placet, dona mihi animam meam, pro qua ro
go, & populum meum, pro quo obsecro. Traditi enim sumus, ego & populus meus, vt con- B
Heb. Si
teramur, iugulemur, & pereamus. Atq;* vtinam in seruos & famulas venderemur, esset to-
Re. Quis tribulator non curat damnum regis
lerabile malum, & gemens tacerem,* nunc autem hostis noster est, cuius crudelitas redun-
dat in regem. Respondens'q; rex Ahasuerus, ait: Quis est iste, & cuius potentiæ, vt hæc aude-
at facere? Dixit'q; Esther: Hostis & inimicus noster pessimus est, iste Aman. Quod ille audi-
ens, ilicò obstupuit, vultum regis ac reginæ ferre non sustinens. Rex autem iratus, surrexit, C
& de loco conuiuij intrauit in hortum, arboribus consitum. Aman quoq; surrexit, vt roga-
ret Esther reginam pro anima sua. Intellexit enim à rege sibi paratum malum. Qui cum re-
uersus esset de horto, nemoribus consito, & intrasset conuiuij locum, repperit Aman super
lectulum corruisse, in quo iacebat Esther, & ait: Etiam reginam vult opprimere, me præsen- D
te, in domo mea. Necdum verbum de ore regis exierat, & statim operuerunt faciem eius.
Dixit'q; Arbona, vnus de eunuchis, qui stabant in ministerio regis: En lignum quod paraue-
rat Mardochæo: qui locutus est pro rege, stat in domo Aman, habens altitudinis quinqua-
ginta cubitos. Cui dixit rex: Appendite eum in eo. Suspensus est itaq; Aman in patibulo,
quod parauerat Mardochæo: & regis ira quieuit.

¶ Interfecto Aman, Mardochæus exaltatur, Literæ consolatoriæ ad Iudæos mittuntur. Cap. VIII.

Supr. 3. c
DIe illo dedit rex Ahasuerus Esther reginæ domum Aman, aduersarij Iudæorum, A
& Mardochæus ingressus est ante faciem regis. Confessa est enim ei Esther, quod
esset patruus suus. Tulit'q; rex annulum, quem ab Aman recipi iusserat, & tradi-
dit Mardochæo. Esther autem constituit Mardochæum super domum suã. Nec
his contenta, procidit ad pedes regis, fleuit'q;, & locuta ad eum, orauit: vt maliciam Aman
Agagitæ, & machinationes eius pessimas, quas excogitauerat contra Iudæos, iuberet irritas
fieri. At ille ex more sceptrum aureum prætendit manu, quo signum clementiæ monstraba- B
tur. Illa'q; consurgens, stetit ante eum, & ait: Si placet regi, & si inueni gratiam in oculis eius,
Heb. filii Hamedata Agagitæ.
& deprecatio mea non ei videtur esse contraria: obsecro vt nouis epistolis, veteres Aman* li
teræ, insidiatoris, & hostis Iudæorum, quibus eos in cunctis regis prouincijs perire præcepe
He. retractentur.
rat,* corrigantur. Quomodo enim potero sustinere necem, & interfectionem populi mei?
Respondit'q; rex Ahasuerus Esther reginæ, & Mardochæo Iudæo: Domum Aman concessi
Supr. 3. d
Esther reginæ, & ipsum iussi affigi cruci, quia ausus est manũ mittere in Iudęos. Scribite ergo
Iudæis, sicut vobis placet, ex regis nomine, signantes literas annulo meo. Hæc eñ consuetu-
do erat, vt epistolis quæ ex regis nomine mittebautur, & illius annulo signatæ erant, nemo
auderet contradicere. Accitis'q; scribis, & librarijs regis (erat autem tempus tertij mensis, C
qui appellatur Siuan) vicesima & tertia illius die, scriptæ sunt epistolæ, vt Mardochæus vo-
Supr. 1. a
luerat, ad Iudæos, & ad principes, procuratores'q;, & iudices, qui centum vigintiseptem pro
Inf. 16. a
uincijs, ab India vsq; ad Aethiopiam præsidebant, prouinciæ atq; prouinciæ, populo & po-
pulo, iuxta linguas & literas suas, & Iudæis, prout legere poterant, & audire. Ipsæ'q; episto
læ, quæ ex regis nomine mittebantur, annulo ipsius obsignatæ sunt, & missæ per veredarios,
He. & missores velocium animalium pullorum mulorum
* qui per omnes prouincias discurrẽtes, veteres literas nouis nuntijs pręuenirent. Quibus im
perauit rex vt conuenirent Iudæos, per singulas ciuitates, & in vnum præciperent cõgrega-
ri, vt starent pro animabus suis, & omnes inimicos suos cum coniugibus ac liberis ac vniuer-
He. addit, & spolia eorum raperent.
sis domibus interficerent, atq; delerent*. Et constituta est per omnes prouincias vna vlti-
onis dies, id est, tertiadecima die, mense duodecimi Adar. Summa'q; epistolæ hæc fuit, vt in D
Supr. 3. d
oĩbus terris ac populis, qui regis Ahasueri subiacebant imperio, notũ fieret, paratos esse Iu-
dæos ad capiendã vindictã de hostibus suis. Egressi'q; sunt veredarij, celeres nuntios perfe-
rentes, & edictũ regis pependit in Susis. Mardochæus autẽ de palatio, & de conspectu regis
He. candidis
egrediẽs, fulgebat vestibus regijs, hyacinthinis videlicet, & * aerinis, coronã aureã portãs in

capite

capite.& amictus serico pallio,atq; purpureo. Omnisque ciuitas exultauit,atq; lætata est. Iudæis autẽ noua lux oriri visa est,gaudium,honor,& tripudium. Apud omnes populos vrbes atque prouincias quocunq; regis præcepta veniebãt,mira exultatio, epulæ,atq; conuiuia, & festus dies:intm̃ vt plures alterius gentis,& sectæ,eoꝶ religioni & cerimonijs iungerent. Grãdis eñ cunctos iudaici oominis terror inuaserat.

¶Iussu regis interficiũt Iudæi aduersarios suos,filij Aman suspendunt,dies celebres instituunt. Cap.IX.

A IGitur duodecimi mensis quem Adar vocari ante iam diximus,tertiadecima die quando
cunctis Iudæis interfectio parabatur,& hostes eorum inhiabãt sanguini, versa vice superiores Iudæi esse cœperunt,& se de aduersarijs vindicare. Congregatiq; sunt per singulas ciuitates,& oppida,& loca:vt extendereot manum contra inimicos,& persequutores suos. Nullusque ausus est resistere,eo quod omnes populos magnitudinis eorum formido penetraret. Nam & prouinciarum iudices & duces,& procuratores:omnisque dignitas:quæ singulis locis ac operibus præerat,extollebat Iudæos,timore Mardochæi:quem principẽ esse palatij,& plurimum posse cognouerant. Fama quoque nominis eius crescebat quotidie,& per cũ-
B torum ora volitabat. Itaque percusserunt Iudæi inimicos suos plaga magna,& occiderunt eos reddentes eis:quod sibi parauerant facere,intantum vt etiam in Susis quingentos viros interficerent,extra decem filios Aman Agatæ hostis Iudæorum:quorum ista sunt nomina,Pharasandatha,& Delphon,& Esphatha,& Phorata,& Adalia,& Aridatha,& Phermestha, Arisai, & Aridai,& Vaisatha. Quos cum occidissent,prædas de substaotijs eorum agere noluerũt. Statimque numerus eorum qui occisi erant in Susis,ad regem relatus est. Qui dixit reginæ:In vrbe
C Susis interfecerunt Iudæi quingentos viros,& alios decem filios Aman. Quaniam putas eos exercere cedem in vniuersis prouincijs? Quid vltra postulas,& quid vis vt fieri iubeam? Cui illa respondit:Si regi placet detur potestas Iudæis:vt sicut fecerunt hodie in Susis,sic & cras faciant.& decem filij Aman in patibulis suspendantur. Præcepitquæ rex vt ita fieret: Statimque in Susis pependit ædictum,& decem filij Aman suspensi sunt. Congregatis Iudæis quartadecima die mensis Adar,ioterfecti sunt in Susis trecenti viri,nec eorum ab illis direpta substantia est:Sed & per omnes prouincias quæ ditioni regis subiacebant,pro animabus suis steterunt Iudæi,interfectis hostibus,ac persequutoribus suis,intantum vt septuagintaquinque milia oc-
D cisorum implerentur,& nullus de substantijs eorum quicquam contingeret. Dies autem tertiusdecimus mensis Adar:vnus apud omnes interfectionis fuit,& quartadecima die cædere desierunt. Quem constituerunt esse solennem,vt in eo,omni tempore deinceps vacarent epulis, gaudio,atque conuiuijs. At,qui in vrbe Susis cædem exercuerant, tertiodecimo & quartodecimo die eiusdem mensis in cæde versati sunt,quintodecimo autem die percutere desierunt. Et idcirco eundem diem constituerunt solennem epularum atque letitiæ. Hi vero Iudæi qui in oppidis non muratis ac villis morabantur:quartumdecimum diem mensis Adar conuiuiorum & gaudij decreuerunt,ita vt exultent in eo,& mittuot sibi mutuo partes epularum & ciboꝶ.
E Scripsit itaq; Mardochæus omnia hæc,& literis comprehensa misit ad Iudæos: qui in omnibus regis ꝓuicijs morabãt,tã in vicino positis,quàm procul, vt q̃rtãdecimã & q̃ntãdecimã diẽ mensis Adar,pro festis susciperent,& reuertente semper anno,solenni celebrarent honore: q̃a in ipsis diebus se vlti sunt Iudæi de inimicis suis,& luctus atq; tristitia in hilaritatem,gradiumq; coouersi sunt,essentq; dies isti epularũ atq; letitiæ,& mitterent sibiinuicem ciborum partes, & pauperibus munuscula largirentur. Susceperuntq; Iudæi in solennem ritum,cunctaq; eo tẽpo- Sup.3.e
F re facere cœperant,& quæ Mardochæus literis facienda mãdauerat. Aman eñ filius Amadathi,stirpis Agag,hostis,& aduersarius Iudæorum,cogitauit contra eos malum,vt occideret illos atq; deleret,& misit PHVR:quod nostra lingua vertitur in sortem,& postea ingressa est Hester ad regem,obsecrãs,vt cooatus eius literis regis irriti fierent,& malum quod contra Iu- Sup.8.b
dæos cogitauerat,reuerteretur in caput eius. Deniq; & ipsum & filios eius affixerunt cruci,atq; ex illo tempore dies isti appellati sunt Phurim,id est,sortium:eo quod phur,id est,sors,in vrnã missa fuerit, Et cuncta quæ gesta sunt epistolæ,id est libri huius volumine continentur: quæque sustinuerunt,& quæ deinceps immutata sunt susceperuot Iudæi super se, & semen suum, & super cunctos qui religioni eorum voluerunt copulari, vt nulli liceat duos hos dies absq; solennitate trasigere:quos scriptura testatur,& cætera expetunt tempora, annis sibi iugiter suc-
G cedentibus. Isti sunt dies quos nulla vnquã delebit obliuio, & per singulas generationes cunctæ in toto orbe prouinciæ celebrabunt,nec est vlla ciuitas in qua dies phurim,id est, fortium, non obseruentur à Iudæis, & ab eorum progenie quæ his cerimonijs obligata est. Scripseruntque HESTER regina filia Abihail,& Mardochæus Iudæus,etiam secundam epistolam, vt omni studio dies ista solennis sanciretur in posterum. Et miserunt ad omnes Iudæos: qui in centum vigintiseptem prouincijs regis Ahasueri versabantur,vt haberent pacem,& susciperent veritatẽ,obseruantes dies fortiũ,& suo tẽpore cũ gaudio celebrarent,sicut constituerat

Mardochęus & Esther. Et illi obseruãda susceperũt, à se, & à semine suo, ieiũnia, atq; clamores,
& fortiũ dies, & om̃ia q̃ libri huius: qui vocat Esther, historia continẽtur.

¶Gloria & magnitudo Ahasueri, Somnium Mardochæi. Cap X.

REx vero Ahasuerus, omnẽ terrã, & cũctas maris insulas, fecit tributarias: cuius forti- A
tudo & imperiũ: & dignitas atq; sublimitas: q̃ exaltauit Mardochæũ, scripta sunt in
libris Medorũ, atq; Persarũ: & quõ Mardochęus Iudaici gñis, secundus à rege Aha-
suero fuerit, & magnus apud Iudæos, & acceptabilis plebi fratrum suorum, quærens B
bona populo suo: & loquens ea, quæ ad pacem seminis sui pertinerent.

HIERONIMVS.

¶Quæ habentur in Hebræo plena fide expressi: hæc autem quæ sequuntur, scripta repe
ri in æditione vulgata quæ Græcorum lingua & literis continentur. Et interim post finem li-
bri hoc capitulum ferebatur, quod iuxta consuetudinem nostram ole, id est, veru p̃notauimus.

Infr.11.d Dixitquè Mardochæus: A deo facta sunt ista, Recordatus sum somnij quod videram, hæc C
eadem significantis, nec eorum quicquam irritum fuit, Paruus fons qui creuit in fluuium: & in
lucem, solemquè conuersus est, & in aquas plurimas redũdauit, Esther est, quam rex accepit vx
orem, & voluit esse reginam. Duo autem dracones: ego sum & Aman, Gentes quæ conuene-
rant, hi sunt qui conati sunt delere nomen Iudæorum, Gens autem mea ISRAEL est, quæ cla
mauit ad dominum, & saluum fecit Dominus populum suum, liberauitquè nos ab omnibus
malis, & fecit signa magna atque portenta, inter gentes, & duas sortes esse præcepit, vnam po D
puli dei, & alterã cunctarum gentium. Venitque vtraq; sors in statutum, ex illo iam tempore,
coram DEO, vniuersis gentibus, & recordatus est dominus populi sui, ac misertus hæreditatis
suæ. Et obseruabunt dies isti in mense Adar, quartadecima, & quintadecima die eiusdem mẽsis
cum omni studio, & gaudio, in vnum cœtum populi congregati, in cunctas deinceps genera-
tiones populi Israel.

¶De epistola huius historiæ Hierusalem allata, de somnio Mardochæi. Cap XI.

ANno quarto regnantibus Ptolomæo, & Cleopatra, attulerunt Dositheus (qui se sa- A
cerdotem & leuitici generis ferebat) & Ptolomæus filius eius, hanc epistolam Phu-
rim: quam dixerunt interpretatum esse Lysimachum, Ptolomæi filium in Hierusa-
lem

HIERONYMVS.

¶Hoc quoq; principium erat in æditione vulgata: quod nec in Hebræo: nec apud vllũ fer-
tur interpretatum. B
Anno secundo regnante Artaxerxe maximo, prima die mensis Nisan: vidit somnium Mar
dochæus filius Iairi, filij Semei, filij Cis, de tribu Beniamin, homo Iudæus, qui habitabat in vr-
be Susis, vir magnus, & excelsus inter primos aulæ regiæ. Erat autem de eo numero captiuo-
rum: quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis de Hierusalem, cum Iechonia rege Iu C
da: & hoc eius somnium fuit, Apparuerunt voces, & tumultus, tonitrua, & terræ motus. Et
conturbatio super terram. Et ecce duo dracones magni, parati contra se in prælium. Ad quo-
rum clamorẽ cunctæ concitatæ sunt nationes, vt pugnarent contra gentem iustorum. Fuitq;
dies illa tenebrarum, & discriminis, tribulationis, & angustiæ, & ingens formido super terram,
Supra.10.c Conturbataq; est gens iustorum timentium mala sua, & præparata ad mortem. Clamauerũtq; D
ad deum, Et illis vociferantibus, fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas
redundauit, Lux & sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos. Quod cũ
vidisset Mardochæus, & surrexisset de stratu, cogitabat quid deus facere vellet, Et fixum habe-
bat in animo, scire cupiens quid significaret somnium.

¶Hic repetuntur quæ habes capite secundo. Cap. XII.

Sup.2.d.6.a MOrabatur autem eo tempore in aula regis, cũ Bagaatha, & Thares eunuchis regis A
qui ianitores erant palatij. Cunque intellexisset cogitationes eorum, & curas dili-
gẽtius puidisset, didicit q̃d conarent in regem Artaxerxem manus mittere. Et B
nunciauit sup eo regi, Qui de vtroq; habita quęstione, cõfessos iussit duci ad mortẽ
Rex autem quod gestum erat scripsit in commentarijs, Sed & Mardochæus rei memoriam li- C
Sup.2.d teris tradidit, Præcepitq; ei rex, vt in aula palatij moraretur, datis ei pro delatione muneribus.
Aman vero filius Amadathi, Agagæus erat gloriosissimus coram rege, & voluit nocere Mar- D
dochæo, & populo eius, pro duobus eunuchis regis, qui fuerant interfecti.

HIERONYMVS.

¶Hucusque procemiũ. Quæ sequuntur in eo loco posita erant, vbi scriptum est in volumine.
Et diripuerunt bona vel substantias eorum, Quæ in sola vulgata æditione reperimus, Epistolę
autem hoc exemplar fuit.

¶Exemplar ædicti Ahasueri siue Artaxerxis regis, contra Iudæos,
Oratio Mardochæi pro populo suo. Caput. XIII.

¶Rex

A REx maximus Artaxerxes,ab India vſq; ad Aethiopiam, centum vigintiſeptem p-
uinciarum principibus & ducibus,qui eius imperio ſubiecti ſunt ſalutem, Cum plu Supr.1.a
rimis gentibus imperarem,& vniuerſum orbem meę ditioni ſubiugaſſem,volui ne inſr.16.a
quaquam abuti potentiæ magnitudine, ſed clementia & lenitate gubernare ſubie-
ctos,vt abſq; vllo terrore vitam ſilentio tranſigentes,optata cunctis mortalibus pace fruerentur.
B tur.Quærentem autem me à conſiliarijs meis, quomodo poſſit hoc impleri, vnus qui ſapiētia
& fide cæteros præcellebat,& erat poſt regem ſecundus,Aman nomine,indicauit mihi in to-
to orbe terrarum populum eſſe diſperſum,qui nouis vteretur legibus,& contra omnium gen Supr.3.b
tium conſuetudinem faciens,regum iuſſa contemneret,& vniuerſarum concordiam nationū
ſua diſſenſione violaret.Quod cum didiciſſemus, videntes vnā gētem rebellem aduerſus omne
hominū genus peruerſis vti legibus,noſtriſq; iuſſionibus contraire,& turbare ſubiectarum nobis
prouinciarum pacem,atq; concordiam,iuſſimus vt quoſcunq; Aman,qui omnibus prouincijs p-
poſitus eſt,& ſecundus à rege,& quem patris loco colimus, monſtrauerit,cum coniugibus ac
C liberis deleantur ab inimicis ſuis,nulluſq; eorum miſereatur,quartadecima die duodecimi menſis
Adar,anni præſentis,vt nepharij homines vno die ad inferos deſcendentes, reddant imperio
noſtro pacem,quam turbauerant.

HIERONYMVS.

¶Hucuſque exemplar epiſtolæ,Quæ ſequuntur poſt eum locum ſcripta reppeti, V- Supra.4.d
bi legitur.Pergenſq; Mardochæus fecit omnia quæ ei mandauerat Eſther, Nec tamē habētur
in hæbraico,& apud nullum pœnitus feruntur interpretum. Mardochæus autem depreca-
tus eſt dominum,memor omnium operum eius,& dixit,Domine rex omnipotens,in ditione
enim tua cuncta ſunt poſita,& non eſt qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati,ſi decreueris ſaluare Iſ
rael. Tu feciſti cœlū & terram,& quicquid cœli ambitu continetur,dominus omnium es,nec ē
qui reſiſtat maieſtati tuæ.Cuncta noſti & ſcis,quia non pro ſuperbia, & contumelia, & aliqua Pſal.145
gloriæ cupiditate fecerim hoc,non vt adorarem Aman ſuperbiſſimum,Libenter enim pro ſa-
lute Iſrael,etiā ueſtigia pedū eius deoſculari paratus eſſem,ſed timui ne honorem dei mei trāſ-
D ferrem ad hominem & ne quenquam adorarē,excepto deo meo,Et nūc domine deus Abraam
miſerere populi tui,quia volunt nos inimici noſtri perdere,& hæreditatem tuā delere, Ne de-
ſpicias partem tuam,quam redemiſti de Aegypto.Exaudi deprecationem meam,& propitius
eſto ſorti,& funiculo tuo,& conuerte luctum noſtrum in gaudium,vt viuentes laudemus no
men tuum domine & ne claudas ora te canentiū.Omnis quoq; Iſrael pari mente & obſecratio
ne clamauit ad dominū,eo quod eis certa mors impenderet.

¶Oratio Eſther pro ſua & populi liberatiōe. Cap. XIIII.

A ESther quoq; regina cōfugit ad dominum:pauens periculum quod imminebat, Cum-
que depoſuiſſet veſtes regias:fletibus & luctui apta indumenta ſuſcepit: & pro vnguen
tis varijs,cinere & ſtercore impleuit caput:& corpus ſuum humiliauit ieiunijs,omnia-
q; loca in quibus antea lætari conſueuerat crinium laceratione compleuit. Et depre-
B cabatur dominum deum Iſrael dicens,Domine mi,qui rex noſter es ſolus adiuua me ſolitariā:
& cuius præter te nullus eſt auxiliator alius:periculum meum in manibus meis eſt, Audiui à pa
tre meo,quod tu domine tuliſſes Iſrael de cunctis gentibus:& patres noſtros: ex omnibus re-
tro maioribus ſuis:vt poſſideres hæreditatem ſempiternam.feciſtiq; eis ſicut loquutus es Pec-
cauimus in conſpectu tuo:& idcirco tradidiſti nos in manus inimicorum noſtrorum. Colui-
mus enim deos eorum,Iuſtus es domine,Et nūc non eis ſufficit:quod duriſſima nos opprimūt
ſeruitute,ſed robur manuum ſuarum idolorum potentiæ deputantes, volunt tua mutare pro-
miſſa,& delere hæreditatem tuam,& claudere ora laudantium te,atq; extinguere gloriam tem
pli & altaris tui,vt aperiant ora gentium,& laudent idolorum fortitudinem,& prædicent car-
C nalem regem in ſempiternum.Ne tradas domine ſceptrum tuum his qui non ſunt, ne rideant
ad ruinam noſtram,ſed conuerte conſilium eorum ſuper eos,& eum qui in nos cœpit ſæuire,
diſperdere. Memento domine,& oſtende te nobis,in tempore tribulationis noſtræ, & da mi-
hi fiduciā domine,rex deorum,& vniuerſę poteſtatis,tribue ſermonem cōpoſitum in ore meo
in conſpectu leonis,& transfer cor illius in odium hoſtis noſtri, vt & ipſe pereat, & cæteri qui
D ei conſentiunt,nos autem libera in manu tua,& adiuua me ancillam tuam, nullum aliud auxiliū
habentem niſi te domine,qui habes omnium ſcientiam,& noſti quia oderim gloriam iniquo-
rum,& deteſter cubile incircunciſorum,& omnis alienigene,Tu ſcis neceſſitatem meam,quod Supra.5.& 7
abominer ſignum ſuperbiæ & gloriæ meæ,quod eſt ſuper caput meū, in diebus oſtentationis
meæ,& deteſter illud quaſi pannū menſtruale,& non portem in diebus ſilentij mei,& quod nō
comederim in menſa Aman,nec mihi placuerit conuiuium regis,& non biberim vinum liba-
minum,& nunquam læ tata ſit ancilla tua,ex quo huc translata ſum, vſq; in præſentem diē,niſi
in te domine deus Abraam.Deus fortis ſuper omnes,exaudi vocem eorum,qui nullam aliā ſpē
habent,& libera nos de manu iniquorum,& erue me à timore meo,

HIERONYMVS.

¶Hæc quoq; addita reperi in editione vulgata.
¶Repetitur ingressio reginę Ester, ad regem. Cap. XV.

ET mandauit ei (haud dubium quin Ester) Mardochæus, vt ingrederetur ad regem, ro A
garetq́; pro populo suo. & ꝓ patria sua, Memorare (inquit) dierū humilitatis tuæ: quõ
nutrita sis in manu mea: quia Aman secundus à rege loquutus est contra nos in mortẽ
& tu inuoca dominum: & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte. HIERO.
¶Necnon & ista quæ subdita sunt, in æditione vulgata repperi. Die aũt tertio deposuit vesti-
menta ornatus sui, & circundata est gloria sua. Cunq; regio fulgeret habitu, & inuocasset oĩm
rectorem & saluatorem Deũ, assumpsit duas famulas, & sup vnam qdem innitebatur, quasi, ꝓ B
delitijs, nimia teneritudine corpus suum ferre nõ sustinens, altera aũt famularũ sequebatur do-
minam, defluentia in humũ indumenta sustentans. Ipsa aũt roseo colore vultũ ꝑfusa, & gratis
nitentibus oculis tristem cælabat aĩm, & nimio timore contractum. Ingressa igitur cuncta per
ordinem ostia, Ester stetit cõtra regem, vbi ille residebat sup soliũ regni sui, indutus vestibus re
gijs, auroq́; fulgens, & pretiosis lapidibus, eratq́; terribilis aspectu. Cunque leuasset faciem, &
1.Reg.19.e ardentibus oculis furorẽ pectoris indicasset, regina corruit: & in pallorẽ calore mutato, lassum C
Gen.33.b sup ancillulã reclinauit caput, Conuertitq́; deus spm̃ regis in mansuetudinẽ, & festinus ac metu
ens, exiliuit de solio, & sustẽtans eam vlnis suis donec rediret ad se, his verbis blandiebat. Quid D
habes Ester, Ego sum frater tuus, noli metuere, nõ morieris. Nõ em̃ pro te, sed pro omnibus,
hæc lex constituta est. Accede igitur, & tange sceptrum. Cunq; illa reticeret, tulit aureã virgã,
& posuit super collũ eius, & osculatus est eã, & ait. Cur mihi nõ loq̃ris? Quæ r̃ndit, Vidi te dñe
quasi angelũ dei, & conturbatũ est cor meũ, præ timore gloriæ tuę. Valde em̃ mirabilis es dñe,
& facies tua plena est gratiarũ. Cunque loq̃retur: rursus corruit, & pene exanimata est, rex aũt
turbabatur: & omnes ministri eius consolabantur eum HIERONYM.

¶Exẽplar epistolæ regis Artaxerxis, quã pro Iudæis ad totas regni sui ꝓuincias misit,
qd & ipsum in hebraico volumine non habet. Cap. XVI.

Sup.3.a REx magnus Artaxerxes, ab india vsque Aethiopiã, centum viginti septem prouin- A
ciarum ducibus ac principibus, quæ nostræ iussioni obediũt: salutem dicit. Multi bo
nitate principũ, & honore qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam: & non solũ
subiectos regibus nituntur opprimere: sed datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos
qui dederunt, moliuntur insidias. Nec contenti sunt gratias non agere beneficijs, & humani
tatis in se iura violare, sed Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur se posse fugere sententiam.
Et in tantum vesanię prorumpunt, vt eos qui credita sibi officia diligenter obseruant & ita cũ-
ta agunt, vt omnium laude digni sint, mendaciorum cuniculis conentur subuertere, dum aures
principum simplices & ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt. Quæ res & ex B
veteribus probatur historijs, & ex his quæ geruntur quotidie: quomodo malis quorundã sug-
Supra.5.b gestionibus regum studia deprauentur. Vnde prouidendum est paci omnium prouinciarum.
Nec putare debetis si diuersa iubeamus ex animi nostri venire leuitate: sed pro qualitate & ne-
cessitate temporũ: vt reipublice possit vtilitas ferre sententiam. Et vt manifestius, ꝙ dicimus
intelligatis. Aman filius Amadathi, & animo, & gente Macedo, alienusq́; à Persarum sanguine C
& pietatem nostram sua crudelitate commaculans, peregrinus à nobis susceptus est, & tantam
Sup.2.d in se expertus humanitatem: vt pater noster vocaretur, & adoraretur ab omnibus, post regẽ
secundus. Qui in tantum arrogantiæ tumorem subleuatus est: vt regno priuare nos niteretur,
& spiritu. Nam Mardochęum, cuius fide & beneficijs viuimus, & consortem regni nostri E-
ster cum omni gente sua, nouis quibusdam atque inauditis machinis expetiuit in mortem, hoc
cogitans, vt illis interfectis, insidiaretur nostræ solitudini, & regnum Persarum transferret in
Macedonas. Nos autem, à pessimo mortalium Iudæos neci destinatos, in nulla pœnitus culpa
Sup.3.d reperimus, sed econtrario iustis vtentes legibus, & filios altissimi, & maximi, semperq́; viuentis
Supr.7.d dei, cuius beneficio à patribus nostris & nobis regnum est traditum & vsq; hodie custoditur
Vnde eas literas, quas sub nomine nostro ille direxerat, sciatis esse irritas. Pro quo scelere ante D
portas huius vrbis, id est Susis, & ipse, qui machinatus ẽ, & oĩs cognatio eius, pẽdet in patibulis,
non nobis, sed deo reddente ei quod meruit. Hoc autem ædictum quod nunc mittimus, in cũ-
ctis vrbibus proponatur, vt liceat Iudæis vti legibus suis, quibus debetis esse adminiculo, vt e-
os qui se ad necem eorum parauerant, possint interficere, terciadecima die mensis duodecimi,
qui vocatur Adar. Hanc enim diem deus omnipotens mœroris & luctus, eis vertit in gaudiũ.
Vnde & vos inter cæteros festos dies, hãc habetote diẽ, & celebrate eã cũ omni lætitia, vt & in
posterum cognoscãtur omesq fideliter Persis obediũt, dignã pro fide recipere mercedẽ, q aũt
insidiantur regno eorũ, perire pro scelere. Omnis autem prouincia & ciuitas quæ noluerit so-
lennitatis huius esse particeps, gladio & igne pereat, & sic deleat: vt nõ solũ hominibus, sed etiã
in via bestijs sit in sempiternũ, ꝓ exẽplo cõtẽptus & inobediẽtiæ. FINIS

¶Hieroni-

HIERONYMI IN LIBRVM IOB PRAEFATIO.

COgor p singulos scripturæ diuinæ libros aduersarioꝝ respõdere maledictis: qui interp̃tationẽ meã rep̃hensionẽ septuaginta interp̃tum criminant, quasi non & apud græcos aquila symachus & theodotio vn verbũ ẽ verbo, vel sensum è sensu, vel ex vtroq; cõmixtũ, & mediæ temperatũ genus trãslationis exp̃sserint: & oĩa veteris instrumenti volumina Origines obelis asteriscisq; distinxerit, quos vel additos, vel de Theodotiõe sumptos, trãslatiõi antiquæ inseruit, pbans defuisse q̃d additũ est. Discãt igit obtrectatores mei recipere in toto, q̃d in partibus susceperũt, aut interp̃tationem meã cũ asteriscis suis radere. Neq; eñ fieri põt, vt q̃s plura intermisisse susceperint non eosdẽ etiã in qbusdã errasse fateant, p̃cipue in Iob: cui si ea quæ sub asteriscis addita sunt subtraxeris, pars maxima detruncabit & hoc dũtaxat apud græcos. Cæteꝝ apud latinos añ eã trãslationẽ quã sub asteriscis & obelis nup ẽdidim⁹, septingẽti ferme aut octingẽti versus desunt, vt decurtat⁹ & lacerat⁹; corrosusq; liber fœditatẽ sui publice legentibus p̃beat. Hæc ãt trãslatio nullũ de veteribus sequit interp̃tem, sed ex ipso Hebraico, Arabicoq; sermone, & interdũ Syro nũc verba nunc sensus, nunc simul vtrũq; resonabit. Obliquus eñ etiã apud Hebræos totus liber fert & lubricus, & q̃d greci rhetores vocãt eschematismenos, dũ q aliud loqt, aliđ agit, vt si velis ãguillã vel murenulã strictis tenere manib⁹, q̃to forti⁹ p̃sseris, tãto citi⁹ elabit. Memini me ob ĩtelligẽtiã huius voluminis Lyddeũ quendã p̃ceptorẽ, q apud Hebræos primus haberi putabat, nõ paruis redemisse nũmis: cuius doctrina an aliqd p̃fecerim nescio. Hoc vnũ scio non potuisse me interp̃tari, nisi q̃đ añ ĩtellexerã. A principio itaq; voluminis vsq; ad verba Iob, apud Hebręos p̃sa orõ est. Porrò à verbis Iob, in qbus ait: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictũ est. Conceptus est homo, vsq; ad eũ locũ vbi ante finem voluminis scriptũ est. Idcirco ipse me rep̃hendo, & ago pœnitentiã in fauilla & cinere: hexametri versus sunt dactylo: spondeoq; currẽtes & p̃pter linguæ idioma crebro recipientes & alios pedes, non earundẽ syllabaꝝ, sed eorundem temporꝝ. Interdũ quoq; rythmus ipse dulcis & tinnulus fert numeris pedũ solutis, quod metrici magis q̃ simplex lector intelligunt. A supradicto aũt versu vsq; ad finẽ libri, paruum comma q̃d remanet, p̃sa orõne contexit. Quod si cui videt incredulũ, metra scilicet esse apud Hebræos, & in morem nr̃i flacci, Græciq; Pindari & Alcei & Sapphus, vel psalteriũ, vel lamẽtationes Hieremiæ, vel oĩa fermẽ scripturaꝝ cantica comp̃hendi: legat Philonem, Iosephũ, Originẽ, Cæsariensem Eusebiũ: & eoꝝ testimonio me veꝝ dicere cõprobabit. Audiãt quapropter canes mei idcirco me in hoc volumine laborasse, non vt interp̃tationem antiquã rep̃henderem, sed vt ea quæ in illa aut obscura sunt, aut omissa, aut certe scriptoꝝ vitio deprauata, manifestiora nr̃a interp̃tatione fierent, qui & Hebræũ sermonẽ ex parte didicimus, & in latino pene ab ipsis cunabulis, inter grãmaticos, & rhetores, & philosophos detriti sumus. Q̃d si apud Græcos post septuaginta æditionem iam Chr̃i euangelio coruscãte Iudæus, Aquila, & Symmachus ac Theodotiõ Iudaizãtes hæretici sunt recepti, q multa mysteria saluatoris subdola interp̃tatione cẽlarũt, & tñ in hexaplis habent apud ecclesias, & explanant ab ecclesiasticis viris, quãto magis ego Chr̃ianus & de parẽtibus Chr̃ianis natus, & vexillũ crucis in mea fronte portãs (cuius studiũ fuit omissa repetere, deprauata corrigere, & sacra ecclesiæ puro & fideli aperire sermone) vel à fastidiosis vel à malignis lectoribus nõ debeo reprobari. Habeãt q volũt veteres libros, vel ĩ mẽbranis purpureis, auro, argentoq; descriptos vel vncialibus (vt vulgo aiũt) lr̃is onera magis exarata q̃ codices, dũmodo mihi meisq; p̃mittãt pauperes hr̃e schedulas, & non tam pulchros codices q̃ emendatos. Vtraq; aũt æditio, & septuaginta iuxta Græcos, & meam iuxta Hebræos, in latinũ meo labore trãslata ẽ. Eligat vnusquisq; quod vult, & studiosum me magis q̃ maleuolum probet.

¶ Item alius p̃logus sancti Hieronymi in Iob secundum Hebraicum.

SI aut fiscellum iunco texerem, aut palmaꝝ folia complicarem, vt in sudore vultus mei comederem panem, & ventris opus sollicita mẽte p̃tractarem, nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem, quia iuxta sententiam saluatoris volo operari cibum qui non perit, & antiquam diuinorum voluminum viam sentibus virgultisq; purgare, error mihi geminus infligitur, corrector vitiorum, falsarius vocor, & errores non auferre: sed serere. Tanta est enim vetustatis consuetudo, vt etiam confessa plerisque vitia placeant, dum magis pulchros habere volunt codices, quàm emendatos. Quapropter fratres dilectissimi, vnicũ nobilitatis & humilitatis exemplar pro flabello calathis spottellisq; munusculis monachoꝝ, spiritalia hæc & mansura dona suscipite: ac beatum Iob, qui adhuc apud latinos iacebat in stercore, & vermibus scatebat erroꝝ, integrũ immaculatumq; gaudete. Q̃uo eñ post p̃bationem atq; victoriam duplicia sunt ei vniuersa reddita: ita ego in lingua nostra, vt audacter loquar, feci eum habere quæ amiserat. Igitur & vos & vnumquemq; lectorem solita præfatione commoneo, & in principijs librorum eadem semper annectens, rogo, ut ubicunq; sp̃ p̃cedentes uirgulas uideritis, sciatis ea quæ subiecta sunt in Hebraicis uoluminibus non haberi.

Porrò

Porrò vbi stellæ imago præfulserit, ex Hebræo in sermone nostro addita sunt. Necnon & illa q̃ haberi videbant, & ita corrupta erãt, vt sensum legẽtibus tollerẽt, orãtibus vobis magno labore correxi, magis vtile qd ex otio meo ecclesijs Chr̃i venturũ ratus, q̃ ex alioꝝ negotio.

LIBER IOB

¶Sanctus Iob percutitur à deo, amissione omnium bonorum, & filiorum suoꝝ.

Caput .I.

IR ERAT IN TERRA HVS, NOMINE IOB. A
Infra.2.a Infra.42.d Et erat vir ille simplex & rectus, ac timẽs deũ, & recedens à malo. Na- 47.di.c.sunt hi necesse.
tiq; sunt ei septem filij, & tres filiæ. Et fuit possessio eius septem milia
ouiũ, & tria milia cameloꝝ, quingenta quoq; iuga boum, & q̃gentæ
asinæ, ac familia multa nimis. Eratq; vir ille magnus, inter oẽs orientales.
Et ibãt filij eius, & faciebãt couiuia p domos, vnusquisq; in die
suo. Et mittentes vocabãt tres sorores suas, vt comederent & biberẽt B
cũ eis. Cũq; in orbem trãsissent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, &
sanctificabat illos, consurgensq; diluculo, offerebat holocausta p singulos.
Heb. maledixerint. Dicebat eñ: Ne forte peccauerint filij mei, & * benedixerint
Deo, in cordibus suis. Sic faciebat Iob cũctis diebus. Quadã aũt die cũ venissent filij dei, vt as-
Infra.2 sisterent corã dño, affuit inter eos etiã Satan. Cui dixit dñs: Vnde venis? Qui respondens, ait:
Circũiui terrã, & pambulaui eã. Dixitq; dñs ad eũ. Nunqd considerasti seruũ meũ Iob, q̃ non
sit ei similis in terra, homo simplex. & rectus, ac timens deũ, & recedens à malo? Cui respondens
Satan, ait: Nunquid Iob frustra timet deũ? nõne tu vallasti eũ ac domũ eius vniuersamq;
substantiã eius p circuitũ? Operibus manuũ eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra.
Sed extende paululũ manũ tuã, & tãge cuncta q̃ possidet, nisi in faciẽ benedixerit tibi. Dixit ergo
dñs ad Satan. Ecce vniuersa q̃ habet, in manu tua sunt, tantũ in eũ ne extendas manũ tuã.
Egressusq; est Satan à facie dñi. Cũ aũt quadã die filij & filiæ eius comederent, & biberẽt vinũ,
in domo fratris sui primogeniti, nũtius venit ad Iob, q diceret: Boues arabãt, & asinæ pasce- C
bant iuxta eos, & irruerũt Sabæi, tuleruntq; oĩa, & pueros pcusserũt gladio, & euasi ego solus,
vt nuntiarem tibi. Cũq; adhũc ille loqueret, venit alius, & dixit. Ignis dei cecidit è cœlo, & ta-
ctas oues, puerosq; consumpsit, & effugi ego solus, vt nuntiarẽ tibi. Sed adhuc illo loquẽte, ve-
nit alius, & dixit, Chaldæi fecerũt tres turmas, & inuaserũt camelos, & tulerunt eos, necnon & D
pueros pcusserũt gladio, & ego fugi solus, vt nũtiarem tibi. Adhuc loquebat ille, & ecce alius
intrauit, & dixit: Filijs tuis & filiabus vescẽtibus, & bibẽtibus vinũ, in domo fratris sui primo-
geniti, repente ventus vehemẽs irruit à regione deserti, & cõcussit quatuor angulos domus.
Quæ corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt, & effugi ego solus, vt nuntiarem tibi.
Eccle.5.c Tunc surrexit Iob, & scidit vestimẽta sua, & tonso capite corruens in terrã, adorauit, & dixit.
Psal.111. 1.Ti.6.b.12.c Nud⁹ egressus sum de vtero m̃ris meæ, & nud⁹ reuertar illuc. Dñs dedit, dñs abstulit, sicut dño 11.q.3.c.fin. in glo.
placuit, ita factũ est, sit nomen dñi benedictũ. In omnibus his non peccauit Iob, neq; stultum
quid contra deum loquutus est.

¶Iob pcutit vlcere pessimo, ridet ab vxore, ab inimicis inuisit, ac deplangit. Ca.II.

FActum est aũt cum quadã die venissent filij dei, & starẽt corã domino, venisset quoq; A
Satan inter eos, & staret in conspectu eius, vt diceret dominus ad Satan. Vnde venis?
Supra.1.b Qui respondens, ait: Circũiui terrã, & pambulaui eam. Et dixit dñs ad Satan. Nunqd
considerasti seruũ meũ Iob, quod non sit ei similis in terra, vir simplex, & rectus, ac ti-
mens deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiã? Tu aũt commouisti me aduer-
sus eũ, vt affligerem eũ frustra. Cui respondens Satan, ait: Pellem p pelle, & cuncta quæ habet B
homo, dabit p aĩa sua. Alioquin mitte manũ tuã, & tange os eius, & carnẽ, & tunc videbis q̃ in
faciem benedicat tibi. Dixit ergo dominus ad Satan. Ecce in manu tua est: verũtñ animã illi-
us serua. Egressus igit Satan à facie domini, pcussit Iob vlcere pessimo, à planta pedis vsq; ad
verticem eius. Qui testa saniem radebat, sedens in sterquilinio. Dixit autem illi vxor sua. Ad-
huc tu pmanes in simplicitate tua? Benedic deo, & morere. Qui ait ad illam. Quasi vna de stul- C
tis mulieribus loquuta es. Si bona suscepimus de manu domini, mala quare non sustineamus?
In omnibus his non peccauit Iob labijs suis. Igit audientes tres amici Iob, omne malum quod
accidisset ei, venerunt singuli de loco suo Eliphas Themantes, & Baldad Subites, & Sophar
Naamathites. Conduxerant enim vt pariter venientes, visitarent eum, & consolarentur.
Cumqúe eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum. Et exclamantes, plorauerunt
scissisqúe vestibus, sparserunt puluerem super caput suum in cœlum. Et sederunt cum eo in D
terra, septem diebus, & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum. Videbant enim do-
lorem esse vehementem.

¶Iob execratur huius vitæ miseriam. Cap.III.

Post hæc

A POst hæc aũt aperuit Iob os suum,& maledixit diei suæ,& loquutus est.Pereat dies in Hier.20.d.
qua natus sum,& nox in qua dictũ est,conceptus est homo . Dies illa vertat in tene-
bras.Nõ requirat eũ deus desup,& nõ illustret lumine.Obscurent eũ tenebræ,& vm Heb. terreãt
bra mortis.Occupet eũ caligo,&*inuoluat amaritudine.Noctem illã tenebrosus tur eã æstus diei
bo possideat.Non computet in diebus anni,nec numeret in mẽsibus.Sit nox illa solitaria,nec
laude digna.Maledicãt ei,qui maledicũt diei,qui parati sunt suscitare Leuiatan.Obtenebrent
B stellæ caligine eius.Expectet lucẽ,& nõ videat,nec * ortũ surgentis auroræ . Quia nõ cõclusit He. splẽdoré
ostia ventris q portauit me,nec abstulit mala ab oculis meis.Quare nõ in vulua mortuus sum? Infra.10.d
q̃re egressus ex vtero,q̃re nõ statim perij? q̃re except⁹ genibus? cur lactatus vberibus? Nũc eñ Hie.20.d
dormiens silerẽ,& somno meo requiescerẽ cũ regibus & cõsulibus terræ,q ædificãt sibi * soli- Heb. deuasta
tudines,aut cũ principibus q possident aurũ, & replent domos suas argento. Aut sicut aborti ta
C uum absconditũ nõ sustinerem,vel qui cõcepti non viderũt lucẽ.Ibi impij cessauerũt à tumul-
tu,& ibi requieuerũt fessi robore,& quondã vincti pariter sine molestia nõ audierũt vocẽ ex-
actoris.Paruus & magnus ibi sunt,& seruus,& libera dño suo.Quare misero data est lux,& vi
ta his qui in amaritudine animæ sunt? Qui expectãt mortem non venit,quasi effodientes the-
D saurũ,gaudentq́ vehementer cũ inuenerint sepulchrũ.Viro cuius abscondita est via,& circũ-
dedit eũ dominus tenebris.Anteq̃ comedã suspiro,& quasi inundãtes aquæ,sic rugitus meus
quia timor quem timebã,euenit mihi,& qđ verebar accidit.Nonne dissimulaui? Nonne silui?
Nonne quieui? Et venit super me indignatio.

¶Iob arguit impatiẽtiæ,iniustitiæ,& ꝓpriæ iustitiæ gloriationis. Ca.IIII.

A REspondens aũt Eliphas Themanites,dixit. Si cœperimus loqui tibi,forsitan mole-
ste accipies.Sed conceptum sermonem tenere quis poterit? Ecce docuisti multos,
& manus lassas roborasti,vacillantes confirmauerũt sermones tui,& genua tremen
tia confortasti.Nũc aũt venit sup te plaga,& defecisti,tetigit te,& conturbatus es.
Vbi est timor tuus,fortitudo tua,patientia tua,& pfectio viarũ tuarũ? Recordare obsecro te,
quis eñ vnq̃ innocens perijt,aut recti derelicti sunt? Quin potius vidi eos qui operant iniqui-
B tatem,& seminãt dolores,& metunt eos,flante deo perisse,& spiritu iræ eius esse consumptos.
Rugitus leonis,& vox leænæ,& dentes catulorũ leonum contriti sunt . Tigris perijt,eo quod
non haberet pdam,& catuli leonis dissipati sunt.Porrò ad me dictũ est verbũ absconditum,& He. In cogita
quasi furtiue suscepit auris mea venas susurri eius.* In horrore visionis nocturnæ, quãdo solet tiõibus de vi
sopor occupare homines,pauor tenuit me,& tremor,& omnia ossa mea pterrita sunt. Et cum su nocturnis
C spũs me pſente transiret,inhorruerunt pili carnis meæ.Stetit quidam , cuius non agnoscebam
vultum,imago coram oculis meis,& vocem quasi auræ lenis audiui.Nunquid homo dei com
paratione iustificabitur,aut factore suo purior erit vir? Ecce qui seruiunt ei,non sunt stabiles,
& in angelis suis repperit prauitatem.Quando magis hi qui habitant domos luteas. qui terre-
D num habent fundamentum,consumentur velut à tinea de mane vsq; ad vesperam succident,
& quia nullus intelligit in æternum peribunt.* Qui autem reliqui fuerint,auferẽtur ex eis,mo heb. Nonne deficit mẽ
rientur,& non in sapientia. eorũ in ipsis, morie.&c.

¶Exitus stulti,Iustitia dei. Ca.V.

A VOca ergo,si est qui tibi respõdeat,& ad aliquem sanctorũ conuertere.* Virum stul- Heb. fatuũ
tum interficit iracundia,& paruulũ occidit inuidia.Ego vidi stultũ firma radice,&
maledixi pulchritudini eius statim.Longe fiẽt filij eius à salute,& conterent in por
ta,& non erit qui eruat.Cuius messem famelicus comedet,& ipm rapiet armatus,
&bibẽt sitiẽtes diuitias eius.Nihil in terra sine cã fit,& de humo nõ ingrediet dolor.Homo na Heb. scintil
B scit ad laborem,& * auis ad volandũ. Quãobrem ego depcabor dominũ,& deũ ponã eloquiũ læ eleuabunt
meũ.Quare facit magna,& inscrutabilia,& mirabilia,absq; numero.Qui dat pluuiã sup faciẽ volatũ.
terræ,& irrigat aquis vniuersa. Qui ponit humiles in sublime,& mœrentes erigit sospitate, 1.Cor.3.d.
Qui dissipat cogitationes malignorũ,ne possint implere manus eorũ quod cœperãt.Qui app-
C hendit sapientes in astutia eorũ,& consilium prauorũ dissipat,per diem incurrent tenebras &
quasi in nocte sic palpabunt in meridie. Porrò saluum faciet egenum à gladio oris eorũ,&
de manu violenti pauperem.Et erit egeno spes,iniquitas autẽ contrahet os suũ.Beatus homo
qui corripit à domino.Increpationem ergo domini ne reprobes:quia ipse vulnerat,& mede Tob.13.b
D tur,percutit,& manus eius sanabunt.In sex tribulationibus liberabit te,& in septima non tan-
get te malum.In fame eruet te de morte,& in bello de manu gladij.A flagello linguæ abscon-
deris,& non timebis calamitatem cum venerit. In vastitate & fame ridebis,& bestias terræ
non formidabis.Sed cum lapidibus regionum pactum tuũ,& bestiæ terræ pacificæ erũt tibi.
Et scies quod pacem habeat tabernaculum tuum, & visitans speciem tuam non peccabit. Et
scies quoniam multiplex erit semen tuum , & progenies tua quasi herba terræ,ingredieris in
* abundantia sepulchrum,sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.Ecce hoc,vt inuestiga- Heb. senio
uimus ita est,quod auditum mente peracta.

¶Pœnam

¶Pœnam culpa esse grauiorem, se tamen in ea delectari. Cap. VI.

RESpondens autem Iob, dixit: Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram A
He. absorpta merui, & calamitas quam patior in statera, quasi arena maris hæc grauior appare-
Amos. 5. a ret, vnde & verba mea * dolore sunt plena, quia sagittæ domini in me sunt, quarum
Heb. rudet indignatio ebibit sp̄m meũ, & terrores domini militant contra me. Nunqd * fugiet
onager, cum habuerit herbã, aut mugiet bos, cum ante præsepe plenum steterit? An poterit
comedi insulsum, quod non est sale conditum? Aut potest aliquis gustare quod gustatũ af-
Prouer. 27. a fert mortem? Animæ enim esurienti, etiam amara, dulcia esse videnẗ. Quæ prius nolebat tan- B
gere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt. Quis det vt veniat petitio mea, & quod ex-
pecto tribuat mihi deus, & qui cœpit ipse me conterat. Soluat manum suã, & succidat me, &
hæc mihi est consolatio, vt affligens me dolore non pcat, nec contradicã sermonibus sancti.
Quæ est enim fortitudo mea vt sustineã: aut quis finis meus, vt patienter agam? Nec fortitu- C
do lapidum, fortitudo mea, nec caro mea ænea est. Ecce non est auxilium in me, & necessarij
quoque mei recesserũt à me. Qui tollit ab amico suo misericordiã, timorem domini derelin-
He. Denigrati a gelu, sup eos absconde tur nix. quit. Fratres mei præterierũt me, sicut torrens qui raptim transit in conuallibus. * Qui timent
pruinam, irruet super eos nix. Tempore quo fuerint dissipati, peribunt, & vt incaluerint, sol-
uenẗ de loco suo. Inuolutæ sunt semitæ gressuum eoꝝ, ambulabunt in uacuum, & peribunt.
Considerate semitas Theman, itinera Sabba, & expectate paulisper. Confusi sunt quia sperauĩ
Venerunt quoque vsq; ad me, & pudore cooperti sunt. Nunc venistis, & modo videntes pla- D
gam meam, timetis. Nunqd dixi, afferte mihi, & de substantia vestra donate mihi, vel libera-
te me de manu hostis, & de manu robustoꝝ eruite. Docete me, & ego tacebo, & si quid forte
ignoraui, instruite me. Quare detraxisti sermonibus veritatis, cum è vobis nullus sit qui possit
arguere me? Ad increpandũ tantum eloquia concinnatis, & in uentum verba profertis. Super
pupillum irruitis, & subuertere nitimini amicum vestrum. Verũtamen quod cœpistis, explete.
Heb. non sit iniquitas Præbete aurem, & videte an mentiar. Respondete obsecro, * absque contentione, & loquen-
tes id quod iustum est, iudicate. Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus
meis stultitia personabit.

¶Hanc vitam non esse nisi laborem. Cap. VII.

He. Nõne ipsa determinatũ est hoĩ &c. Infra. 9. c MIlitia est vita hominis super terram, & sicut dies mercẽnarij dies eius. Sicut seruus A
desiderat vmbrã, & sicut mercennarius præstolatur finem operis sui, sic & ego ha- de. per. &c. ca. fles a
bui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi. Si dormiero, dicã. Quã- 32. 4. 4. c. n
do consurgã? Et rursum expectabo vesperã, & replebor doloribus, vsque ad tene- currac
ne. scissa & ac detestabilis facta bras. Induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris, cutis mea * aruit, & contracta est. Di- 6. has ia.
es mei velocius trãsierunt, quam à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque vlla spe. B
Memento quia ventus est vita mea, & non reuerteẗ oculus meus, vt videat bona, nec aspici-
et me visus hominis. Oculi tui in me, & non subsistam. Sicut consumitur nubes, & pertrãsit, sic
qui descendit ad inferos, non ascendet, nec reuerteẗ vltra in domũ suã, neq; cognoscet eũ am
plius locus eius. Quapropter & ego non parcã ori meo, loquar in tribulatõe sp̄us mei, confabu
labor cũ amaritudine animæ meæ. Nunqd mare ego sum, aut cœtus, qa circũdedisti me carce
ne. & releuabit in meditatiõe mea cubile meum re? Si dixero, consolabiẗ me lectulus meus, * & reuelabor loquens mecũ in stratu meo, terrebis C
me p somnia, & p visiones horrore concuties. Quãobrem elegit suspendiũ anima mea, & mor
tem ossa mea. Desperaui nequaq̃ vltra iam viuã. Parce mihi dñe, nihil enim sunt dies mei.
Infr. 15. d Quid est homo, qa magnificas eũ, aut qd apponis erga eũ cor tuũ? Visitas eũ diluculo, & subi-
to pbas illũ. Vsquequo non parcis mihi, nec dimittis me, vt glutiã saliuã meã? Peccaui. Quid
faciã tibi, ó custos hominũ? Quare me posuisti contrariũ tibi, & factus sum mihimetipsi gra- D
uis? Cur non tollis pctm̃ meũ, & quare non aufers iniquitatem meã? Ecce nunc in puluere dor
mio, & si mane me quæsieris, non subsistam.

¶Iob pœnam meruisse arguiẗ, describiẗ hypocrisis. Cap. VIII.

REspondẽs aũt Baldath Suhites, dixit. Vsquequo loqueris talia, & sp̄us multiplex ser A
monis oris tui? Nunqd deus supplãtat iudiciũ, aut oĩpotens subuertit qđ iustũ est?
Etiãsi filij tui peccauerũt ei, & dimisit eos in manu iniqtatis suæ, tu tñ si diluculo cõ-
surrexeris ad deũ, & oĩpotentẽ fueris depcatus, si mũdus & rectus incesseris, statim
euigilabit ad te, & pacatũ reddet habitaculũ iustitiæ tuæ, intantũ vt si priora tua fuerint parua B
& nouissima tua multiplicenẗ nimis. Interroga eñ generationem pristinã, & diligenter inue
Deut. 32. a. stiga patrũ memoriã. Hesterni quippe sumus, & ignoramus, qm̃ sicut vmbra dies nostri sunt
sup terrã. Ipsi docebũt te, loquenẗ tibi, & de corde tuo pferent eloquia. Nunqd viuere potest
Psal. 141. a scirpus absq; humore, aut crescere * carectũ sine aqua? Cũ adhuc sit in flore, nec carpaẗ manu, He. Papyrus
ne. Qm̃ exterminiũ spes ei & domꝰ aranei &c. ante omnes herbas arescit, sic viæ omnium qui obliuiscuntur deum, & spes hypocritæ peribit.
* Non ei placebit væcordia sua, & sicut tæla araneaꝝ fiducia eius. Innitetur super domũ suã, & C
non stabit, fulciet eam, & non consurget. Humectus videẗ, antequam veniat sol, & in ortu suo
germẽ

germen eius egredietur.* Super aceruū petrarꝫ radices eius densabunt,& inter lapides commorabitur. Si absorbuerit eum de loco suo,negabit eum,& dicet:Non noui te. Hæc est enī lætitia viæ eius,vt rursum de terra alij germinent. Deus non proiiciet simplicem, nec porriget manum malignis,donec impleatur risu os tuum,& labia tua iubilo. Qui oderunt te,induentur confusione,& tabernaculum impiorum non subsistet.

Heb. ꝑpter gurgitē radices eius frondescēt,& iuxta domū lapidum complicabuntur.

¶Beneficia dei ostendit,humanam iustitiam nullam declarat. Cap. IX.

A ET respondens Iob,ait:Vere scio ꝙ ita sit,& ꝙ nō iustificetur homo cōpositus deo. Si voluerit cōtendere cū eo,nō poterit respondere ei vnū pro mille. Sapiens corde est,& fortis robore. Quis restitit ei,& pacē habuit? Qui transtulit montes,& nescierunt, hi quos subuertit in furore suo. Qui cōmouet terrā de loco suo,& colūnæ eius concutiuntur. Qui ꝑcipit soli,& nō oritur,& stellas claudit quasi sub signaculo. Qui extendit cœlos solus,& graditur sup fluctus maris. Qui facit arcturꝫ,& oriona,& hyadas,& interiora austri. Qui facit magna,& incōprehēsibilia,& mirabilia,quorꝫ nō est numerus. Si venerit ad me,nō

B videbo eū:si abierit,nō intelligā:si *repēte interroget,qs rńdebit ei? Vel quis dicere potest, Cur ita facis? Deus,cuius iræ nemo resistere potest,& sub quo curuant * qui portant orbē. Quātus ergo sum ego,vt respōdeā ei,& loquar verbis meis cum eo? Qui etiā si habuero quippiā iustū,nō respondebo,sed meū iudicē deprecabor. Et cū inuocantē me exaudierit,nō credo ꝙ audierit vocē meā. In turbine enī cōteret me,& multiplicabit vulnera mea, etiam sine causa. Nō cōcedit requiescere spm̄ meū,& implet me amaritudinibus. Si fortitudo quærit,robustissimus est. Si æquitas iudicij,nemo audet pro me testimoniū dicere. Si iustificare me voluero,os meū cōdemnabit me. Si innocentē ostendero,prauū me cōprobabit. Etiā si simplex fuero,hoc ipsum ignorabit anima mea,& tædebit me vitæ meæ. Vnū est q̊d locutus sum,& innocentē,& impiū ipse cōsumet. Si flagellat,occidat * semel,& nō de pœnis innocentū ri-

C deat. Terra data est in manus impij,vultū iudicū eius operit. Quod si nō ille est,qs ergo est? Dies mei velociores fuerūt cursore,fugerūt,& nō viderunt bonū. Pertransierunt quasi naues *poma portātes,sicut aqla volās ad escā. Cū dixero,nequaꝗ ita loquar,cōmuto faciē meā,&

D *dolore torqueor. Verebar oia opera mea,sciens,ꝙ nō parceres delinquēti. Si aūt & sic impius sum,quare frustra laboraui? Si lotus fuero quasi aquis niuis,& fulserint velut mūdissimæ manus meæ,tamē sordibus intinges me,& abominabunt me vestimēta mea. Neqꝫ enī viro, qui similis mei est,respōdebo,nec q mecū est in iudicio,ex æquo possit audiri. Nō est q̄ vtrūqꝫ valeat arguere,& ponere manū suā in ambobus. Auferat à me virgā suā,& pauor eius non me terreat. Loquar,& non timebo eū. Nec enim possum metuens respondere.

Marginal notes: De pæ. dis. 3. c. quamuis. — He. repuesit, qs reddere faciet eum. — He. adiutores fortitudinis. — De pæ. dis. 2. c. si ei. § eslig. versi. Et beatus Iob,& ceteri. — De purg. ca. finali. — Inf. 19. d — Sup. 7. b — Heb. flatu,& ad tētationē innocentum subsannabit. — He. de side[?] — Heb. confortabor

¶Tædet vitæ suæ,fragilitatem suam deo proponit,&c. Cap. X.

A T*Aedet animā meā vitæ meæ,dimittā aduersum me eloquiū meū. Loquar in amaritudine animæ meæ,dicā deo:Noli me cōdēnare. Indica mihi,cur me ita iudices? Nūquid bonū tibi videt,si calūnieris me,& opprimas me,opus manuū tuarꝫ,& cōsiliū impiorꝫ *adiuues? Nūquid oculi carnei tibi sunt,aut sicut videt homo,& tu videbis? Nūquid sicut dies hominis,dies tui,& anni tui sicut humana sunt tēpora,vt quæras iniquitatē meā,& peccatū meū scruteris? Et scias qa nihil impiū fecerim,cū sit nemo q de ma-

B nu tua possit eruere. Manus tuæ dn̄e fecerūt me,& plasmauerūt me totū in circuitu,& sic repēte ꝑcipitas me. Memēto quæso ꝙ sicut lutū feceris me,& in puluerē reduces me, Nonne sicut lac mulsisti me,& sicut caseū me coagulasti? Pelle & carnibus vestisti me,ossibus & neruis cōpegisti me. Vitā & misericordiā tribuisti mihi,& visitatio tua custodiuit spm̄ meū. Licet hæc celes in corde tuo,tamē scio qa vniuersorꝫ memineris. Si peccaui,& ad horā pepercisti mihi,cur ab iniquitate mea mundū me esse nō pateris? Et si impius fuero,væ mihi est,&

C si iustus nō leuabo caput,saturatus afflictiōe,& miseria. Et propter superbiā quasi leænā capies me,reuersusqꝫ mirabiliter me crucias. Instauras testes tuos cōtra me,& multiplicas iram tuā aduersum me,*& pœnæ militāt in me. Quare de vulua eduxisti me? qui vtinā cōsum-

D ptus essem,ne oculus me videret. Fuissem quasi nō essem,de vtero translatus ad tumulū. Nūquid nō paucitas dierꝫ meorꝫ finiet breui? Dimitte ergo me,vt plangā paululū dolorē meū, anteꝗ vadā,& nō reuertar ad terrā tenebrosam,& opertam mortis caligine,terrā miseriæ,& tenebrarꝫ,vbi vmbra mortis,& nullus ordo,sed sempiternus horror inhabitat.

Marginal notes: He. Excisa est aīa mea in vita, &c. — He. illustres — Psal. 118. c — Sup. 3. b — Hiere. 20. d — He. cōmutationes & tēpus determinatū mecum — [illegible] q. 3. c. quid ergo.

¶Iob iniuste arguit,deū incōprehēsibilē,& pœnitenti misericordē ostendit. Cap. XI.

A REspondēs aūt Sophar Naamathites,dixit:Nūquid qui multa loquit,non & audiet aut vir verbosus iustificabit? *Tibi soli tacebūt hoies,& cū cæteros irriseris,à nullo cōfutaberis? Dixisti enī,Purus est sermo meus,& mūdus sum in cōspectu tuo. Atqꝫ vtinā deus loqueret tecū,& aperiret labia sua tibi,vt ońderet tibi secreta sapientię,& quod multiplex esset lex eius,& intelligeres,ꝙ* multo minora exigaris ab eo,ꝗ meretur iniquitas tua. Forsitan vestigia dei cōprehēdes? & vsqꝫ ad perfectū,omnipotentē reperies? Excelsior cœlo est,& qd facies? Profundior inferno,& vnde cognosces? Longior terra mensu-

Marginal notes: heb. mēdacia tua tace, &c. — Sup. 6. d — He. deus obliuioni tradet tibi iniquitates tuas.

ra eius,& latior mari. Si subuerterit omnia, vel in vnū coartauerit, quis contradicet ei? vel qs
dicere ei potest, cur ita facis? Ipse enī nouit hominū vanitatē,& videns iniquitatē, nōne con
siderat? Vir vanus in superbiam erigitur,& tanq̄ pullum onagri se liberum natū putat, Tu
autem firmasti cor tuū,& expādisti ad eū manus tuas. Si iniquitatē quæ est in manu tua, ab- D
stuleris à te,& nō manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciē tuam absq̄
macula,& eris stabilis,& nō timebis. Miseriæ quoq̄ obliuisceris,& quasi aquarū, quę præter-
ierunt, nō recordaberis,& quasi meridianus fulgor cōsurget tibi ad vesperā, Et cū te cōsum-
Leui.26.a ptū putaueris, orieris vt lucifer,& habebis fiduciā proposita tibi spe,& defossus, securus dor-
mies, Requiesces,& nō erit qui te exterreat, Et deprecabuntur faciē tuā plurimi, Oculi autem
impiorū deficient,& effugium peribit ab eis,& spes illorum, abominatio animæ.

¶Iob suam patientiam ostendens, dei potentiam prædicat. Cap. XII.

Respondēs aūt Iob, dixit: Ergo vos estis soli homines,& vobiscū morief sapientia? A
Et mihi est cor sicut & vobis, nec inferior vestri sum, qs enī hæc, quæ nostis igno-
Prouer.14.a rat? Qui deridef ab amico suo sicut ego, inuocabit deū,& exaudiet eū, Deridef enī
He. ancillātibus pedibus iusti simplicitas, lāpas cōtempta, apud cogitationes diuitū, parata * ad tēpus sta-
tutū, Abundant tabernacula prædonū,& audacter prouocāt deū, cū ipse dederit oīa in ma- B
nus eorū, Nimirū interroga iumenta,& docebunt te,& volatilia cæli,& indicabunt tibi, Lo- [illegible]
quere terræ,& respondebit tibi,& narrabūt pisces maris, Quis ignorat q̄ oīa hæc manus do
mini fecerit? In cuius manu anima omnis viuentis,& spūs vniuersæ carnis hominis, Nōne au
ris verba diiudicat? & fauces comedentis saporē? In antiquis est sapientia,& in multo tēpore
Infr.32.b prudentia, Apud ipsum est sapientia,& fortitudo,& ipse habet cōsiliū,& intelligentiā. Si de- C
Ecclę.22.f struxerit, nemo est qui ædificet, si incluserit hominē, nullus est qui aperiat, Si cōtinuerit aquas
Apo.3.b omnia siccabunt,& si emiserit eas, subuertent terrā, Apud ipsum est fortitudo & sapiētia, Ipse
nouit & decipientē,& eū qui decipitur, Adducit cōsiliarios in stultū finē,& iudices in stupo-
rē, Baltheū regū dissoluit,& præcingit fune renes eorū, Ducit sacerdotes inglorios,& opti- D
mates supplantat, Cōmutans labiū veraciū,& doctrinā senū auferēs. Effundit despectionem
He. collegit ... ones fortiū dissoluit. sup principes,& * eos q oppressi fuerāt, releuat, Qui reuelat profunda de tenebris,& produ-
cit in lucē vmbrā mortis, Qui multiplicat gentes,& perdit eas,& subuersas in integrū, resti-
tuit, Qui immutat cor principū populi terræ,& decipit eos, vt frustra incedant per inuiū. Pal
pabunt quasi in tenebris,& non in luce,& errare eos faciet quasi ebrios.

¶Iob ex proprijs ipsorū verbis amicos redarguit,& hypocrysim damnat. Cap. XIII.

Ecce omnia hęc vidit oculus meus,& audiuit auris mea,& intellexi singula. Secundū A
scientiā vestrā & ego noui, nec inferior vestri sum, Sed tñ ad omnipotētē loquar,&
disputare cū deo cupio, prius vos ostendēs fabricatores mendacij,& cultores peruer. A
sorū dogmatū, Atq̄ vtinā taceretis, vt putaremini esse sapientes, Audite ergo corre-
ctiones meas,& iudiciū labiorū meorū attendite. Nunquid deus indiget vestro mendacio, vt
pro illo loquamini dolos? Nunqd faciē eius accipitis,& pro deo iudicare nitimini? Aut pla- B
cebit ei, quē celare nihil potest, aut decipief vt homo vestris fraudulētijs? Ipse vos arguet, q̄-
niā in abscōdito faciē eius accipitis, Statim vt se cōmouerit, turbabit vos,& terror eius irruet
sup vos, Memoria vestra cōparabitur cineri,& redigent in lutū ceruices vestræ, Tacete pau-
lisper, vt loquar quodcūq̄ mihi mens suggesserit. Quare lacero carnes meas dentibus meis
& animā meā porto in manibus meis? Etiā si occiderit me, in ipso sperabo, Veruntamē vias C
meas in cōspectu eius arguā,& ipse erit saluator meus, Non enī veniet in cōspectu eius omnis
hypocrita. Audite sermonē meū,& ænigmata percipite auribus vestris, Si fuero iudicatus
scio q̄ iustus inueniar, Quis est qui iudicetur? Veniat, quare tacēs cōsumor, Duo tñ ne facias
mihi,& tunc à facie tua non abscōdar, Manum tuā longe fac à me,& formido tua non me ter
Iob.14.a reat, Voca me,& ego respondebo tibi, aut certe loquar,& tu respōde mihi. Quātas habeo ini D
quitates & peccata, scelera mea & delicta mea ostēde mihi, Cur faciē tuam abscondis,& arbi
traris me inimicū tuū? Cōtra folium qd à vento rapitur, ostēdis potentiā tuā,& stipulā siccā
psequeris, Scribis enim cōtra me amaritudines,& cōsumere me uis peccatis adolescētiæ meæ
Infr.30.b Posuisti in neruo pedē meū,& obseruasti oēs semitas meas,& vestigia pedū meorū cōsidera-
sti, Qui quasi putredo cōsumendus sum,& quasi vestimentum quod comeditur à tinea.

¶Hominis vitam describit, prophetat resurrectionem. Cap. XIIII.

Homo natus de muliere, breui viuēs tpe, repletur multis miserijs, Qui q̄si flos egre- A
ditur,& cōterif,& fugit velut vmbra,& nunq̄ in eodē statu pmanet, Et dignū ducis
super huiuscemodi aperire oculos tuos,& adducere eum tecum in iudicium? Quis
Heb. dabit mūdū ex immūdo, nō est unus, Breues &c. * potest facere mundum de immundo, cōceptum semine? Nōne tu qui solus es? Bre [illegible]
ues dies hominis sunt, numerus mēsium eius apud te est, Cōstituisti terminos eius, qui præ-
teriri nō poterunt. Recede ergo paululū ab eo, vt quiescat, donec optata veniat,& sicut mer- c. Nabuchodonosor.
cenarij dies eius. Lignū habet spem, Si præcisum fuerit, rursum virescit,& rami eius pullulāt,
Si senue-

Si senuerit in terra radix eius,& in puluere emortuus fuerit,truncus illius ad odorē aquæ ger-
minabit,& faciet comā,quasi cū primū plantatū est,Homo vero cū mortuus fuerit,& nuda-
A tus,atq; cōsumptus,vbi quæso est? Quomō si recedant aquæ de mari,& fluuius vacuefactus
C arescat,sic homo,cū dormierit,nō resurget.Donec atterat cœlū nō euigilabit,nec consurget
de somno suo. Quis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas me,& abscōdas me,donec p-
transeat furor tuus,& constituas mihi tēpus,in quo recorderis mei? Putasné mortuus homo Sup. 14.c
rursum viuet? Cūctis diebus,* quibus nūc milito,expecto donec veniat immutatio mea.Vo he. tpis mihi
cabis me,& nō respōdebo tibi.Operi manuū tuarū porriges dexterā.Tu quidē gressus meos præfixi
dinumerasti,sed parce peccatis meis.Signasti quasi in sacculo delicta mea,sed * curasti iniqui he. cōposuisti
heb. decurrēt germina in puluere terræ tatē meā.Mons cadēs defluit,& saxū transfert de loco suo.Lapides excauāt aquæ,&* alluui- Inf. 14.c Prouerb. 5.d
one paulatim terra cōsumitur,Et hoīes ergo similiter perdes? Roborasti eū paululū,vt in per-
petuū transiret? Immutabis faciē eius,& emittes eū.Siue nobiles fuerint filij eius,siue ignobi-
les,nō intelliget.Attamen caro eius dū viuet,dolebit,& anima illius super semetipso lugebit.

¶Iob de sapientiæ & mundititiæ arrogantia arguitur,&c. Cap. XV.

A RESpondēs aūt Eliphas Themanites,dixit:Nunqd sapiens respōdebit quasi in ven-
tū loquēs,& implebit ardore stomachū suū? Arguis verbis * eū qui nō est æqualis he. inutilibus & loq.&c.
tibi,& loqueris quod tibi nō expedit.Quantū in te est,euacuasti timorē,& * tulisti he. abstulisti
preces corā deo.Docuit enī iniquitas tua os tuū,& imitaris linguā blasphemantiū.
Cōdemnabit te os tuū,& nō ego,& labia tua rñdebūt tibi.Nunquid primus homo tu natus es
& ante oēs colles formatus? Nunqd cōsiliū dei audisti,& inferior te erit eius sapientia? Quid
B nosti,quod ignoramus? Quid intelligis,qd nesciamus? Et senes & antiqui sunt in nobis,mul- he. Nōne pa
to vetustiores q̄ patres tui:*Nunqd grande est,vt cōsolet te deus? Sed verba tua praua hoc p- rū a te cōsola
hibēt.Quid te eleuat cor tuū,& q̄si magna cogitās,attonitos habēs oculos? Quid tumet con- tiones dei,&
De par. dis. 2 c & est ante fi. uers. qui beatus. tra deū spūs tuus,vt proferas de ore tuo huiuscemodi sermones? Quid est homo,vt immacu uerbū abscon
latus sit,& vt iustus appareat,natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis,& sum tecum. Sup. 7.d
cœli nō sunt mūdi in cōspectu eius.Quāto magis abominabilis,& inutilis homo,q bibit quasi
C aquā iniquitatē? Ostendā tibi,audi me,qd vidi narrabo tibi.Sapiētes cōfitent,& nō abscon-
dūt patres suos,Quibus solis data est terra,& nō trāsibit alienus p eos,Cūctis diebus suis im-
pius * superbit,& nūerus annorū incertus est tyrānidis eius,Sonitus terroris semp in auribus heb. dolet
illius,Et cū pax sit,ille semp insidias suspicat,Nō credit q reuerti possit de tenebris ad lucem
circūspectās vndiq; gladiū.Cū se mouerit ad quærēdū panē,nouit q paratus sit in man' eius
tenebrarū dies,Terrebit eū tribulatio,& angustia vallabit eū,sicut regē qui pparat ad præliū.
Tetēdit enī aduersus deū manū suā,& cōtra omnipotentē roboratus est.Cucurrit aduersus
D eū erecto collo,& pingui ceruice armatus est.Operuit faciē eius crassitudo,& de laterib' eius
aruina depēdet,Habitabit in ciuitatibus desolatis,& in domibus desertis,q̄ in tumulos sunt re
dactę,Nō ditabit nec perseuerabit substātia eius,nec mittet in terra radicē suā.Nō recedet de
tenebris.Ramos eius * arefaciet flāma,& auferet spūs oris sui ab eo,Nō credat frustra errore he. exiccabit.
he. ramus eī nō uirescet deceptus,q * aliquo pretio redimēdus sit,Anteq̄ dies eius impleant,peribit,&* manus eius he. uana erit commutatio eius
arescēt,Lædet quasi vinea in primo flore botrus eius,& quasi oliua proijciēs florē suū.Con-
gregatio enī hypocritæ sterilis,& ignis deuorabit tabernacula eorū,qui munera libenter ac- Psal. 7.a
cipiunt,Concepit dolorem,& peperit iniquitatem,& vterus eius præparat dolos. Esa. 59.c

¶Iob,sua proposita calamitate,se citra iniquitatem pati ostendi. Cap. XVI.

A RESpondēs aūt Iob,dixit.Audiui frequēter talia,Consolatores onerosi oēs vos estis.
Nūquid habebūt finem verba vētosa? Aut aliquid tibi molestū est,si loquaris? Po-
terā & ego similia vestri loqui.Atq; vtinā esset anima vestra pro anima mea.Cōso
larer & ego vos sermōibus,& mouerē caput meū sup vos,Roborarē vos ore meo
& mouerē labia mea quasi parcens vobis.Sed quid agam? Si locutus fuero,nō quiescet dolor
meus,& si tacuero,nō recedet à me.Nunc aūt oppressit me dolor meus,& in nihilum redacti
B sunt omnes artus mei,Rugæ meæ testimoniū dicunt contra me,& suscitatur falsiloquus ad-
uersus faciē meā contradicens mihi,Collegit furorem suum in me,& comminans mihi infre
muit cōtra me dentibus suis.Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est,Aperuerūt super
me ora sua,& exprobrātes percusserūt maxillam meam,satiati sunt pœnis meis,Cōclusit me
deus apud iniquū,& manibus impiorū me tradidit,Ego ille quondam opulentus repente cō-
C tritus sum,tenuit ceruicē meā,Confregit me,& posuit me sibi quasi in signū,*Circūdedit me heb. Circūde
lanceis suis cū vulnerauit lumbos meos.Nō pepercit,& effudit in terra viscera mea.Cōcidit derūt me sagittarii, disse
me vulnere super vulnus,irruit in me quasi gigas.Saccū consui super cutem meam,& operui cuit renes
cinere * carnē meam.Facies mea intumuit à fletu,& palpebræ meæ caligauerunt.Hęc passus meos
n.q.7 ca. fer hac uerba. sum absq; iniquitate manus meæ,cū haberem mundas ad deum preces.Terra ne operias san hebr. cornu meum
guinē meum,neq; inueniat in te locum latendi clamor meus.Ecce enim in cœlo testis meus
& conscius meus in excelsis.*Verbosi amici mei,ad deū stillat oculus meus.Atq; vtinā sic iu- he. derisores

dicaretur vir cum deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo. Ecce enim breues anni transeunt,& semitam, per quam non reuertar, ambulo.

¶ Contabescendo, se patienter præstolari. Cap. XVII. A

Heb. corruptus, & dies mei contr. &c. SPiritus meus * attenuabitur, dies mei breuiabuntur,& solum mihi superest sepulchrum. Nō peccaui,& in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me,& pone me iuxta te,& cuiusuis manus pugnet cōtra me. Cor eorum longe fecisti à disciplina, propterea B
nō exaltabuntur. Prædā pollicetur socijs,& oculi filiorum eius deficient. Posuit me quasi in prouerbium vulgi,& exemplum sum corā eis. Caligauit ad indignationē oculus meus,& membra mea quasi in nihilum redacta sunt. Stupebunt iusti super hoc,& innocens cōtra hypocritam suscitabitur. Et tenebit iustus viam suam,& mundis manibus addet fortitudinem. C
He. possidentes. Igitur omnes vos conuertimini,& venite,& nō inueniam in vobis vllum sapientē. Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt,* torquentes cor meum. Noctem verterunt in C
Amos. 5.b diem,& rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est,& in tenebris straui lectulum meum. Putredini dixi, pater meus es, mater mea,& soror mea, vermibus. Vbi est ergo nunc præstolatio mea,& patientiam meam quis considerat? In profundissimū infernum descendent omnia mea, putas ne saltem ibi erit requies mihi?

¶ Baldat, impij pœnas enarrat. Cap. XVIII. A

REspōdēs aūt Baldad Suhites, dixit: Vsque ad quē finē verba iactabis? Intellige prius,& sic loquamur. Quare reputati sumus vt iumenta,& sorduimus corā te? Quid perdis animā tuā, in furore tuo? Nunquid propter te derelinquetur terra,& transferentur rupes de loco suo? Nonne lux impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis B
eius. Lux obtenebrescet in tabernaculo illius,& lucerna quæ super eū est, extinguet. Artabitur gressus virtutis eius,& præcipitabit eū cōsiliū suum. Immisit enim in rethe pedes suos,& in maculis eius ambulat. Tenebitur planta illius laqueo,& exardescet cōtra eū sitis. Abscondita est in terra pedica eius,& decipula illius super semitam. Vndique terrebunt eum formidines,& C
inuoluēt pedes eius. Attenuetur fame robur eius,& inedia inuadat costas illius. Deuoret pulchritudinē cutis eius,& cōsumat brachia illius primogenita mors. Auellatur de tabernaculo
Prouer. 2.d suo fiducia eius,& calcet super eum quasi rex, interitus. Habitēt in tabernaculo illius socij eius qui non est, aspergatur in tabernaculo eius sulphur. Deorsum radices eius siccent, sursum autem D
atteratur messis eius. Memoria illius pereat de terra,& nō celebret nomen eius in plateis. Expellet eū de luce in tenebras,& de vrbe transferet eū. Non erit semen eius, neque progenies in populo suo, nec vllæ reliquiæ in regionibus eius. In die eius stupebūt nouissimi,& primos inuadet horror: Hæc sunt ergo tabernacula iniqui,& iste locus eius, qui ignorat deū.

¶ Iob, descripta sua calamitate, passionem Christi figurans, vniuersalem resurrectionem vaticinatur. Cap. XIX. A

REspondens aūt Iob, dixit: Vsquequo affligitis animā meā,& atteritis me sermonibus? En decies confunditis me,& nō erubescitis, opprimētes me. Nempe & si ignoraui, mecū erit ignoratio mea. At vos contra me erigimini,& arguitis me opprobrijs meis. Saltē nunc intellige, quia deus non æquo iudicio afflixerit me,& flagellis
Abac. 1.a suis me cinxerit. Ecce clamabo vim patiens,& nemo audiet. Vociferabor,& non est qui iudicet. Semitam meā circūsepsit,& transire nō possum,& in calle meo tenebras posuit. Spoliauit me gloria mea,& abstulit coronā de capite meo. Destruxit me vndique,& pereo,& quasi euulsæ arbori abstulit spem meam. Iratus est contra me furor eius,& sic me habuit quasi hostem suū. Simul venerunt latrones eius,& fecerūt sibi viam per me,& obsederūt in gyro tabernaculum meū. Fratres meos longe fecit à me,& noti mei quasi alieni recesserunt à me. De B C
Infra. 30.a reliquerunt me propinqui mei,& qui me nouerant, obliti sunt mei. Inquilini domus meæ,& ancillæ meæ, sicut alienū habuerunt me,& quasi peregrinus fui in oculis eorum. Seruū meū vocaui,& non respondit, ore proprio deprecabar illū. Halitū meū exhorruit vxor mea,& orabam filios vteri mei, stulti quoque despiciebant me,& cū ab eis recessissem, detrahebant mihi. Abominati sunt me quondā consiliarij mei,& quē maxime diligebā, auersatus est me. Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meū,& derelicta sunt tantummodo labia mea circa dentes meos. Miseremini mei miseremini mei, saltē vos amici mei, quia manus dñi tetigit me. D
Heb. non saturamini Heb. ad æternitatem Quare persequimini me sicut deus,& carnibus meis * saturamini? Quis mihi tribuat, vt scribātur sermones mei? Quis mihi det, vt exarentur in libro stilo ferreo,& plūbi lamina, vel * certe sculpantur in silice? Scio quod redēptor meus viuit,& in nouissimo die de terra surrecturus sum & rursum circundabor pelle mea,& in carne mea videbo deū, quem visurus sum egoipse,&
Heb. consumpti sunt renes mei in &c. oculi mei conspecturi sunt,& non alius.* Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Quare ergo nūc dicitis, persequamur eū,& radicē verbi inueniamus contra eū? Fugite ergo à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est. Et scitote esse iudicium.

¶ Impij, hypocritæ, auari,& calumniatoris iniquitates, breui finiendas. Cap. XX.

Rñdens

A R Espondens aũt Sophar Naamathites, dixit. Idcirco cogitationes meæ *variæ succe- Hr. faciũt me
dũt sibi, & mens in diuersa rapitur. Doctrinã, qua me arguis audiã, & spũs intelligen respõdere &
tiæ meæ respondebit mihi. Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super ter- ideo sēſ⁹ me-
ram, ꝙ laus impioꝝ breuis sit, & gaudiũ hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit vs us in me est,
ꝗ ad cœlũ superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquiliniũ in fine perdetur, & qui
eũ viderãt, dicẽt. Vbi est? velut somniũ auolãs nõ inuenietur, transiet sicut visio nocturna, Ocu
B lus qui eũ viderat, nõ videbit, neꝗ vltra intuebitur eũ locus suus. Filij eius atterent egestate, &
manus illius reddent ei dolorẽ suũ. Ossa eius implebunt vitijs adolescentiæ eius, & cũ eo in pul-
uere dormient. Cũ eñ dulce fuerit in ore eius malũ, abscondet illud sub lingua sua. Parcet illi, &
non derelinquet illud, & celabit in guttere suo. Panis eius in guttere suo. Panis eius in vtero illi-
us, vertetur in fel aspidũ intrinsecus. Diuitias quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extra-
C het eas deus. *Caput aspidũ suget, & occidet eũ lingua viperæ. Nõ videat riuulos fluminis, tor- Heb. fel
rentis mellis, & butyri. Luet quæ fecit omnia, nec tamẽ cõsumet. Iuxta multitudinẽ adinuẽtio-
num suaꝝ sic & sustinebit, qm̃ confringẽs nudauit pauperes, domum rapuit, & non ædificauit
eã, nec est saciatus venter eius. Et cũ habuerit quæ cõcupierat, possidere nõ poterit. Nõ reman Ecclesia. 5. c
sit de cibo eius, & propterea nihil ꝑmanebit de bonis eius. Cũ saciatus fuerit, arctabit, æstuabit
& omnis dolor irruet sup eum. Vtinam impleat venter eius, vt emittat in eũ iram furoris sui, &
pluat sup illũ bellum suũ. Fugiet arma ferrea, & *irruet in arcũ æreũ. Gladius eductus & egredi- He. ꝑtranseat eum arcus.
D ens de *uagina sua, & fulgurans in amaritudine sua. Vadẽt & veniẽt sup eũ horribiles, oẽs tene- He. de medio eius.
bræ absconditę sunt in occultis eius. Deuorabit eũ ignis, q nõ succendit, affliget relictus in taber
naculo suo. Reuelabũt cœli iniqtatẽ eius, & terra cõsurget aduersus eũ. Aptũ erit germẽ dom⁹
illius, detrahet in die furoris dei. Hęc est ps hoĩs impij à deo, & hęreditas verboꝝ eius à dño.

¶Impiorum successus. Cap. XXI.

A R Espondẽs aũt Iob, dixit. Audite quęso sermones meos, & agite pœnitentiã. Sustine Math. 3. a. & 4. c
te me, vt ego loquar, & *post mea (si videbitur) verba ridete. Nunqd cõtra hominẽ Hebr. postea uerba mea subsannes.
disputatio mea est, vt merito non debeã contristari? Attendite me, & obstupescite,
& supponite digitũ ori vestro. Et ego qñ recordatus fuero, ꝑtimesco, & cõcutit car Hier. 12. a
nẽ meã tremor. Quare ergo impij viuũt, subleuati sunt, confortatiꝗ sunt diuitijs? Semen eoꝝ Abacu. 1. a
permanet coram eis, propinquoꝝ turba, & nepotũ in conspectu eoꝝ. Domus eoꝝ securæ sũt,
& pacatæ, & non est virga dei sup illos. Bos eoꝝ cõcepit, & non abortiuit, vacca peperit, & nõ
B est priuata fœtu suo. Egrediũtur quasi greges paruuli eoꝝ. & infantes eoꝝ exultant lusibus. Te
nent tympanũ, & cytharam, & gaudent ad sonitũ organi. Ducũt in bonis dies suos, & in pun- Infra 22. c
cto ad inferna descẽdũt. Qui dixerũt deo, recede à nobis, scientiã viaꝝ tuaꝝ nolumus, Quis est
omnipotẽs vt seruiamus ei? Et qd nobis prodest, si orauerimus illũ? Verũtamen quia non sunt Malac. 3. d
in manu eoꝝ bona sua, consiliũ impioꝝ longe sit à me. Quoties lucerna impioꝝ extinguetur, Prouer. 24. e
& superueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris sui, erũt sicut paleæ ante faciẽ venti, & si
cut fauilla quã turbo dispergit. Deus seruabit filijs illius dolorem patris, & cũ reddiderit, tũc sci
C et, Videbũt oculi eius interfectionem suam, & de furore omnipotentis bibet. Quid enim ad eũ
pertinet de domo sua post se? Et si numerus mensiũ eius dimidietur, nũquid deũ docebit quis-
piam scientiam, q excelsos iudicat? Iste morit robustus & sanus, diues & fœlix, viscera eius ple-
na sunt adipe, & medullis ossa illius irrigant. Alius vero moritur in amaritudine aĩæ suæ, absꝗ
vllis opibus, & tamen simul in puluere dormient, & vermes operient eos. Certe noui cogitatio
D nes vestras, & sentẽtias contra me iniquas. Dicitis eñ. Vbi est domus principis, & vbi taberna
cula impioꝝ? Interrogate quẽlibet de viatoribus, & hęc eadẽ illũ intelligere cognoscetis. Quia
in diem ꝑditionis seruatur malus, & ad diẽ furoris ducet. Quis arguet corã eo vias eius, & quæ
fecit, qs reddet illi? Ipse ad sepulchra ducet, & in congerie mortuoꝝ vigilabit. Dulcis fuit glare
is Cocyti, & post se oẽm hominem trahet, & ante se innũerabiles. Quomodo igit cõsolamini
me frustra, cũ responsio vestra repugnare ostensa sit veritati.

¶Iob arguit immisericordiæ, pœnienti bona promittuut. Cap. XXII.

A R Espondẽs aũt Eliphas Themanites, dixit. Nũquid deo cõparari potest homo, etiam
cũ perfectæ fuerit scientiæ? Quid prodest deo si iustus fueris, aut qd ei confers si im-
maculata fuerit via tua? Nũquid timens arguet te, & veniet tecũ in iudiciũ, & nõ pro
pter maliciã tuam plurimã, & infinitas iniquitates tuas? Abstulisti enim pignus fra-
trũ tuoꝝ sine causa, & nudos spoliasti vestibus: Aquã lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti
B panẽ. In fortitudine brachij tui possidebas terrã, & potentissimus obtinebas eam. Viduas dimi
sisti vacuas, & lacertos pupilloꝝ comminuisti, Propterea circũdatus es laqueis, & conturbat te
formido subita, Et putabas te tenebras non visuꝝ, & impetu aquaꝝ inundantium nõ oppres-
sum iri. An cogitas ꝙ deus excelsior cœlo sit, & super stellaꝝ verticẽ sublimet? Et dicis, Quid
eñ nouit deus? Et quasi per caliginem iudicat. Nubes latibulũ eius, nec nostra cõsiderat, & cir-
ca cardines cœli ꝑambulat, Nũquid semitã seculoꝝ custodire cupis, quã calcauerũt viri iniqui-

Sup.21.b qui ſublati ſunt añ tẽpus ſuũ,& fluuius ſubuertit ſundamentũ eoꝝ? Qui dicebant deo,recede à C
nobis,& quaſi nihil poſſit facere omnipotẽs,æſtimabãt eũ,cũ ille impleſſet domos eoꝝ bonis.
Pſal.106. Quoꝝ ſentẽtia procul ſit à me. Videbunt iuſti & lætabunt,& innocens ſubſannabit eos. Nõne
ſucciſa eſt erectio eorũ,& reliquias eorũ deuorauit ignis? Acquieſce igitur ei,& habeto pacẽ,&
ꝑ hæc habebis fructus optimos. Suſcipe ex ore illius legẽ,& pone ſermones eius in corde tuo. D
Si reuerſus fueris ad omnipotentẽ,ædificaberis,& longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo
He.ponet ſu ꝑ puluerem munitionẽ,& ſicut petrã torrentiũ auꝝ Ophir. *Dabit pro terra ſilicẽ,& pro ſilice torrentes aureos. Eritq̃ omnipotẽs cõtra hoſtes tuos,& ar-
gentũ coaceruabiť tibi. Tunc ſup omnipotentẽ delicijs afflues,& eleuabis ad deũ faciẽ tuã. Ro-
gabis eũ,& exaudiet te,& vota tua reddes. Decernes rẽ,& veniet tibi,& in vijs tuis ſplendebit
lumen. Qui eñ humiliatus fuerit,erit in gloria,& qui inclinauerit oculos ſuos,ipſe ſaluabiť. Sal-
Prouer.29.c uabitur innocens,ſaluabitur autem mundicia manuum ſuarum.

¶Se potentiam,& ſententiam iudicis vereri. Cap. XXIII.

RESpondẽs autẽ Iob,ait: Nunc quoq; in amaritudine eſt ſermo meus,& manus plagæ A
meæ aggrauata eſt ſup gemitũ meũ. Quis mihi tribuat vt cognoſcã,& inueniam illũ
H. argumẽtationibus & veniã vſq; ad ſoliũ eius? Ponã corã eo iudiciũ,& os meũ replebo *increpationibus
vt ſciam verba quæ mihi reſpõdeat,& intelligã quid loquatur mihi. Nolo multa for B
titudine cõtendat mecũ,nec magnitudinis ſuæ mole me premat. Proponat æquitatẽ cõtra me
& perueniet ad victoriã iudiciũ meũ. Si ad orientẽ iero,non apparet,ſi ad occidentẽ,non intel-
ligã eũ. Si ad ſiniſtram,q̃d agam? Non apprehendã eum. Si me vertam ad dexteram,non uide- C
bo illũ. Ipſe vero ſcit viã meã,& probabit me quaſi aurũ,quod per ignẽ tranſit. Veſtigia eius ſe-
cutus eſt pes meus,viam eius cuſtodiui,& non declinaui ex ea. A mandatis labioꝝ eius non re-
ceſſi,& in ſinu meo non abſcondi verda oris eius. Ipſe eñ ſolus eſt,& nemo auertere poteſt co- D
gitationẽ eius,& anima eius quodcũq; voluit hoc fecit. Cũq; expleuerit in me voluntatẽ ſuã,&
alia multa ſimilia ꝓſto ſunt ei. Et iccirco à facie eius turbatus ſum,& cõſiderãs eũ,timore ſollici-
tor. Deus molliuit cor meũ,& omnipotens conturbauit me. Non eñ perij propter imminen-
tes tenebras,nec faciem meam operuit caligo.

¶Hominum iniquitates,& impiorum damnationem deſcribit. Cap. XXIIII.

AB omnipotente nõ ſunt abſcondita tẽpora,q autem nouerũt eũ,ignorãt dies illius. A
Alij terminos tranſtulerunt,diripuerunt greges,& pauerũt eos. Aſinũ pupilloꝝ ab-
egerunt,& abſtulerunt pro pignore bouem viduæ. Subuerterunt paupeꝝ viam,&
He.pariter latẽ ſerũ pauperes terræ. *oppreſſerunt pariter manſuetos terræ. Alij quaſi onagri in deſerto egrediuntur ad
opus ſuũ,vigilantesq; ad prædã,præparãt panẽ liberis. Agrũ nõ ſuũ demetũt,& vineam eius, B
quẽ vi oppreſſerunt vindemiãt. Nudos dimittũt hoĩes,indumenta tollentes,quibus nõ eſt ope
rimentũ in frigore,quos imbres montiũ rigant,& nõ habentes velamen,amplexantur lapides
Vim fecerũt,deprędantes pupillos,& vulgũ pauperẽ ſpoliauerũt. Nudis & incedentibus abſq;
veſtitu,& eſuriẽtibus tulerũt ſpicas. Inter aceruos eoꝝ meridiati ſunt,qui calcatis torcularibus
ſitiunt,de ciuitatibus fecerũt viros gemere,& anima vulneratoꝝ clamauit,& deus inultũ abire
non patitur. Ipſi fuerunt rebelles lumini. Neſcierunt vias eius,nec reuerſi ſunt per ſemitas eius. C
Mane primo conſurgit homicida,interficit egenũ,& pauperẽ,ꝑ noctẽ vero erit q̃ſi fur. Ocu-
lus adulteri obſeruat caliginem,dicẽs. Non me videbit oculus,& operiet vultũ ſuum. Perfodit
in tenebris domos,ſicut in die cõdixerãt ſibi,& ignorauerunt lucẽ. Si ſubito apparuerit aurora,
arbitrantur vmbram mortis,& ſic in tenebris,quaſi in luce ambulãt. Leuis eſt ſup faciem aquæ
Heb. Siccitas & calor abſorbẽt aquas,infernus peccatores. Maledicta ſit pars eius in terra,nec ambulet ꝑ viã vineaꝝ. *Ad nimiũ calorẽ trãſeat ab aquis ni D
uiũ,& vſq; ad inferos peccatũ illius. Obliuiſcať eius miſericordia. Dulcedo illius vermes. Nõ ſit
in recordatione,ſed cõteratur quaſi lignũ infructuoſum. Pauit eñ ſterilẽ,& q̃ nõ parit,& viduę
Apoca.2.f bene nõ fecit. Detraxit fortes in fortitudine ſua,& cũ ſteterit,nõ credet vitæ ſuæ. Dedit ei deus
locũ pœnitentiæ,& ille abutiť eo in ſuperbia,oculi aũt eius ſunt in vijs illius. Eleuati ſunt ad mo
He.in nihilũ dicũ,& nõ ſubſiſtẽt,& humiliabunť ſicut oĩa,& auferenť,& ſicut ſummitates ſpicaꝝ contereť.
Quod ſi nõ eſt ita,q̃s me poteſt arguere eſſe mentitũ,& ponere *ante deum verba mea?

¶Coram deo neminem eſſe mundum. Cap. XXV.

REſpondens aũt Baldad Suhites,dixit. Poteſtas & terror apud eũ eſt,qui facit concor A
diam in ſublimibus ſuis. Nunquid eſt numerus militũ eius? Et ſuper quem nõ ſurget
lumen illius? Nunquid iuſtificari poteſt homo,cõparatus deo,aut apparere mũdus B
Supra.4.d natus de muliere? Ecce luna etiam non ſplendet,& ſtellæ non ſunt mundæ in cõſpe- De pu.diſ.2 c.ſi cũ uñ ſi.
ctu eius,quanto magis homo putredo,& filius hominis vermis?

¶Nihil deo ab homine eſſe adiutorij. Cap. XXVI.

REſpondens autem Iob,dixit. Cuius adiutor es? Nunquid imbecillis? Et ſuſtentas A
brachium eius,qui non eſt fortis? Cui dediſti conſilium? Forſitan illi,qui non habet
ſapientiam,& prudentiam tuam oſtendiſti plurimam? Quem docere voluiſti? Nõ-
ne eum qui fecit ſpiramentũ? Ecce gygantes gemũt ſub aquis,& q habitant cum eis B

Nudus est & infernus coram illo, & nullũ est operimentũ perditioni. Qui extendit aquilonem
D sup vacuũ, & appendit terrã sup nihilũ. Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpãt pariter
deorsum. Qui tenet vultum solij sui, & expãdit super illud nebulam suam. Terminũ circũdedit
aquis, vsq; dum finiãtur lux & tenebræ. Columnæ cœli contremiscunt, & pauẽt ad nutũ eius.
In fortitudine illius *repẽte maria cõgregata sunt, & prudentia eius percussit superbum. Spiri- Heb. diuisit est mare.
tus eius ornauit cœlos, & *obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus. Ecce hęc ex He. creat manus ei' serpẽtẽ
parte dicta sunt viarum eius. Et cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis pote- tortu. &c.
rit tonitruum magnitudinis illius intueri?

¶Constantia Iob, pars hominis impij apud deum. Cap. XXVII.

A ADdidit quoq; Iob assumens parabolam suam, & dixit: Viuit deus, qui abstulit iudiciũ
meum, & omnipotens, qui ad amaritudinẽ adduxit animã meam, q̃a donec superest
halitus in me, & spiritus dei in naribus meis, non loquent labia mea iniquitatem, nec
46. dist. c. sũt nõnulli añ fi lingua mea meditabit mendaciũ. Absit à me, vt iustos vos esse iudicem. Donec defici 1. Ioan. 3. d
B am, non recedam ab innocentia mea. Iustificationẽ meã quàm cœpi tenere, non deserã. Neq;
enĩ reprehendit me cor meũ, in om̃i vita mea. Sicut impius inimicus meus, & aduersarius me-
us quasi iniquus. Quæ est enĩ spes hypocritæ, si auare rapiat, & nõ liberet deus animã eius? Nũ-
C q̃d deus audiet clamorẽ eius, cũ venerit sup eũ angustia? Aut poterit in om̃ipotẽte delectari, &
inuocare deũ om̃i tp̃e? Docebo vos p manũ dei quæ om̃ipotens habeat, nec abscondam. Ecce
vos om̃es nostis, & quid sine causa vana loquimini? Hæc est pars hominis impij apud deum, &
hæreditas violentorũ, quã ab omnipotente suscipient. Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio
erunt, & nepotes eius non saturabunt pane. Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu, &
viduæ illius non plorabunt. Si cõportauerit quasi terrã argentũ, & sicut lutũ præparauerit ve- Psal. 48.
D stimenta, præparabit q̃dem, sed iustus vestietur illis, & argẽtum innocens diuidet. Aedificauit
sicut tinea, domũ suã, & sicut custos fecit vmbraculũ. Diues cũ dormierit nihil secũ auferet, ape
riet oculos suos, & nihil inueniet. Apprehendet eũ quasi aqua inopia, nocte opprimet eũ tẽpe-
stas. Tollet eũ ventus vrens, & auferet, & velut turbo rapiet eũ de loco suo. Emittet super eum
& non parcet, de manu eius fugiens fugiet. Stringet super eum manus suas, & sibilabit sup illũ,

¶Diuinam sapientiam esse inscrutabilem. Cap. XXVIII.

A HAbet argentum venarũ suarũ principia, & auro locus est in quo conflatur. Ferrum de
90. dis. cũ ferrũ, cum g'o. terra tollit, & lapis solutus calore, in æs vertit. Tempus posuit tenebris, & vniuersorũ
finẽ ipse considerat. Lapidem quoq; caliginis, & vmbrã mortis diuidit torrens, à po
pulo peregrinante, eos quos oblitus est, pes egẽtis hominis, & inuios. Terra de qua
B oriebat panis, in loco suo igni subuersa est. Locus saphiri lapides eius, & glebæ illius aurum. Se
mitã ignorauit auis, nec intuitus est eum oculus vulturis. Nõ calcauerunt eã filij *institorũ, nec He. leonis.
pertransiuit per eã Leæna. Ad silicẽ extendit manum suã, subuertit à radicibus montes. In pe-
tris riuos excidit, & om̃e pretiosum vidit oculus eius. Profunda quoq; fluuiorũ scrutatus est, & Prouer. 3. b
C abscondita produxit in lucẽ. Sapientia vero vbi inuenit, & quis est locus intelligentiæ? Nescit Ibid. 8. b
homo preciũ eius, neq; inuenit in terra suauiter viuentium. Abyssus dicit, non est in me, & mare Sapient. 7. a
loquitur, nõ est mecum. Non dabitur aurũ obrizum pro ea, nec appendet argentũ in commu-
tatione eius. Nõ cõferet *tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi sardonico preciosissimo, vel saphi- Hebr. auro Ophir nec onichino precio. &c.
Hebr. Ramoth & Gabis, & nomina lapidũ sũt ro. Nõ adæquabit ei aurũ, vel vitrum, nec cõmutabunt p ea vasa auri, *excelsa & eminẽtia, nec
cõmemorabunt in comparatione eius. Trahit autẽ sapiẽtia de occultis. Non adæquabit ei to-
pazius de Aethiopia, nec tincturæ mundissimæ cõponentur. Vnde ergo sapiẽtia venit, & quis
D est locus intelligẽtiæ? Abscondita est ab oculis omniũ viuentiũ, volucres quoq; cœli latet. Per-
ditio & mors dixerunt. Auribus nostris audiuimus famã eius. Deus intelligit viam eius, & ipse
nouit locũ illius. Ipse enĩ fines mundi intuetur, & om̃ia quæ sub cœlo sunt respicit. Qui fecit uẽ-
tis pondus, & aquas appendit in mensura. Quando ponebat pluuijs legẽ, & viam procellis so- Psal. 110. g Prouer. 1. a
26. q. 2. c. q̃ sine in prin. nãtibus. Tunc vidit illam, & enarrauit, & præparauit, & inuestigauit, & dixit homini. Ecce ti-
mor dñi ipsa est sapientia & recedere à malo intelligentia.

¶plangit acti temporis prosperitatem. Cap. XXIX

A ADdidit quoq; Iob, assumẽs parabolam suam, & dixit. Quis mihi tribuat, vt sim iuxta
mẽses pristinos, sc̃dm dies, q̃bus deus custodiebat me? Quãdo splẽdebat lucerna eius
sup caput meũ, & ad lumen eius ambulabã in tenebris. Sicut fui in diebus adolescẽtiæ
meæ, quãdo secreto deus erat in tabernaculo meo. Quando erat om̃ipotens mecum
& in circuitu meo pueri mei. Quando lauabã pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos
B olei. Quando procedebã ad portã ciuitatis, & in platea parabant cathedrã mihi. Videbant me
iuuenes, & abscondebãtur, & senes assurgentes stabant. Principes cessabant loqui, & digitum
supponebant ori suo. Vocẽ suam cohibebant duces, & lingua eorũ gutturi suo adhærebat. Au
C ris audiẽs beatificabat me, & oculus vidẽs testimoniũ reddebat mihi, eo quod liberassem pau-
perẽ vociferãtẽ, & pupillũ cui nõ esset adiutor. Benedictio perituri sup me veniebat, & cor vi-

duæ consolatus sum. Iustitia indutus sum,& vestiui me sicut vestimento,& diademate iudicio D
meo. Oculus fuit cæco,& pes claudo. Pater eram pauperū,& causam quàm nesciebam,diligen De.pr.dis.
tissime inuestigabam. Conterebam molas iniqui,& de dentibus illius auferebam prædam. Di- 2.cap.sapis.
Heb. harena. cebamq́;:In nidulo meo moriar,& sicut*palma multiplicabo dies. Radix mea apta ē secus aq̄s,
Hebr. ramo meo. & ros morabit in*messione mea. Gloria mea semp innouabit,& arcus meus in manu mea instau
rabit. Qui me audiebāt,expectabāt sniam,& intenti tacebāt ad cōsilium meū. Verbis meis ad-
dere nihil audebant,& sup illos stillabat eloquiū meū. Expectabant me sicut pluuiā,& os suum
aperiebāt quasi ad imbrē serotinū. Si qn̄ ridebam ad eos, non credebant,& lux vultus mei non 45.dist.cap.
cadebat in terram. Si voluissem ire ad eos,sedebam primus. Cūq; sederē quasi rex circunstante disciplina.si.
exercitu,eram tamen mœrentium consolator.

¶Præsentis temporis mala deplorat. Cap. XXX.

NVnc aūt derident me iuniores tēpore,quorū non dedignabar pr̄es ponere cū cani- A
bus gregis mei. Quorū virtus manuū mihi erat pro nihilo,& vita ipsa putabant indi
gni. Egestate,& fame steriles,qui rodebāt in solitudine,squalētes calamitate,& mi-
seria. Et mandebāt herbas,& arborū cortices:& radix iuniperorū erat cibus eorū.
He. Ab interi ori euellēt,iu bilabunt sup ea quasi fur. *Qui de conuallibus ista rapiētes,cum singula repetissent,ad ea cum clamore currebant. In de-
sertis habitabant torrentiū,& in cauernis terræ,vel sup glareā. Qui inter huiuscemodi lętabant B
& esse sub sentibus delicias computabant. Filij stultorū & ignobiliū,& in terra penitus non parē
tes. Nunc in eorū canticū versus sum,& factus sum eis in ꝓuerbiū. Abominant me,& longe fu
giunt à me,& faciem meā conspuere non verent. *Pharetram eīn suam aperuit,& afflixit me,
He. neruum meum. & frenū posuit in os meū. Ad dexterā*oriētis calamitatis meæ illico surrexerunt. Pedes meos
He. pueri sur re.&c. subuerterūt,& oppresserūt q̄si fluctibus semitis suis. Dissipauerūt itinera mea,insidiati sunt mi
hi,& præualuerūt,& non fuit qui ferret auxiliū. Quasi rupto muro,& aperta ianua,irruerūt su
per me,& ad meas miserias deuoluti sunt. Redactus sum in nihilū. Abstulit quasi vētus desyde- C
rium meū,& velut nubes ꝑtransit salus mea. Nunc aūt in memetipso marcessit aīa mea,& pos
sident me dies afflictionis. Nocte os meū perforat doloribus,& qui me comedunt non dormi
unt. In multitudine eorū consumit vestimentū meū,& quasi capitio tunicæ succinxerunt me.
Supra.19.a Comparatus sum luto,& assimilatus sum fauillæ & cineri. Clamo ad te,& non exaudis me,sto-
& non respicis me. Mutatus es mihi in crudelē,& in duricia manus tuæ aduersaris mihi. Ele
uasti me,& quasi sup ventū ponēs elisisti me valide. Scio quia morti trades me, vbi cōstituta ē
Hebr. sepul-chrū mittet manū,& ipso destruēte erit clamor. domus omī viuēti. Veruntamē nō ad *consumptionē eorū emittis manū tuam,& si corruerint, D
ipse saluabis. Flebam quondā sup eo qui afflictus erat,& compatiebat anima mea pauperi. Ex-
pectabam bona,& venerunt mihi mala,præstolabar lucē,& eruperunt tenebræ. Interiora mea
efferbuerunt absq; vlla requie,præuenerunt me dies afflictionis. Mętrens incedebam sine furo-
re,consurgens in turba,clamabam: Frater fui draconum,& socius struthionum. Cutis mea de-
nigrata est super me,& ossa mea aruerunt præ caumate. Versa est in luctum cithara mea,& or-
ganum meum in vocem flentium.

¶Recenset vitæ suæ innocentiam. Caput. XXXI.

Prouer.5.b PEpigi fœdus cū oculis meis,vt ne cogitarē quidē de virgine. Quàm eīn partē haberet A
in me deus desup,& hæreditatē omipotens de excelsis? Nunquid non ꝑditio est iniq̄,
infra.34.c & alienatio operantibus iniustitiam? Nonne ipse considerat vias meas,& cūctos gres-
sus meos dinumerat? Si ambulaui in vanitate,& festinauit in malo pes meus:appendat
me in statera iusta,& sciat deus simplicitatem meam. Si declinauit gressus meus de via,& si se-
cutus est oculus meus cor meum,& si in manibus meis adhæsit macula: seram,& alius come-
dat:& progenies mea eradicetur. Si deceptū est cor meū sup muliere,& ad ostiū amici mei isidi
atus sum,scortum alterius sit vxor mea & super illam incuruētur alij:Hoc eīn nephas est & ini
quitas maxima. Ignis est vsq; ad ꝑditionē deuorans & oīa eradicās genimina: Si contempsi su- B
bire iudiciū cū seruo meo,& ancilla mea,cū disceptarēt aduersum me. Quid eīn faciā cum surre
Lucæ.16.a xerit ad iudicandū deus? & cum quæsierit,quid respondebo illi? Nūquid non in vtero fecit me
qui & illum operatus est,& formauit me in vulua vnus? Si negaui, q̄d volebant, pauperibus,&
oculos viduæ expectare feci. Si comedi buccellam meam solus,& non comedit pupillus ex ea,
quia ab infantia mea creuit mecum miseratio,& de vtero matris meæ egressa est mecum. Si
despexi prætereuntem,eo quod non habuerit indumentum & absq; operimēto pauperem. Si
non benedixerunt mihi latera eius,& de velleribus ouium mearū calefactus est. Si leuaui sup pu C
pillū manū meam,etiam cū viderē me in porta superiorē,humerus meus à iunctura sua cadat,
& brachiū meū cum suis ossibus confringat. Semp eīn,quasi tumētes sup me fluctus,timui deū,
He. spē meā. & pondus eius ferre non potui. Si putaui aurū*robur meū,& obryzo dixi fiducia mea. Si læta-
tus sum sup multis diuitijs meis,& quia plurima repperit manus mea. Si vidi solem cum fulge-
He. decæpit. Prouer.17.a ret,& lunam incedentem clare,& *lætatum est in abscondito cor meū,& osculatus sum manū
meā ore meo, q̄ est iniquitas maxima,& negatio contra deum altissimū. Si gauisus sum ad rui-
nam

nam eius, qui me oderat, & exultaui quod inuenisset eum malum. Non enim dedi ad peccan-
D dũ guttur meũ, vt expeterẽ maledicens animã eius. Si non dixerũt viri tabernaculi mei, qs det
de carnibus eius, vt saturemur? Foris non mansit peregrinus, ostiũ meũ viatori patuit. Si abs-
condi quasi homo peccatũ meũ, & celaui in sinu meo iniqtatem meã. Si expaui ad multitudi-
nem nimiã, & despectio ꝓpinquorũ terruit me, & * non magis tacui, nec ingressus sum ostiũ.
Quis mihi tribuat auditorem, * vt desideriũ meũ audiat omnipotens, & librũ scribat ipse q iu-
dicat, vt in humero meo portem illũ, & circũdem illũ quasi coronã mihi? Per singulos gradus
meos ꝓnuntiabo illũ. & quasi principi offerã eũ. Si aduersum me terra mea clamat, & cũ ipsa
sulci eius deflent. Si fructus eius comedi absq; pecunia, & animã agricolarũ eius afflixi, pro fru-
mento oriat̃ mihi tribulus, & pro hordeo spina.

De per. dic. 1. e. agite — De pp. diff. co. dam sancti.

Nō magis sus perest — He. ecce signũ meũ oĩpotẽs & liber quẽ scripsit ut iudicii mei testabun tur pro me

¶ Elihu tacentibus cæteris, arguit illos insipientiæ. Cap. XXXII.

A OMiserunt aũt tres viri isti respõdere Iob, eo q̃ iustus sibi videret̃. Et iratus indigna-
tusq; est Elihu filius Barachel, Buxites, de cognatiõe Ram. Iratus ẽ aũt aduersum Iob,
eo q̃ iustũ se esse diceret corã deo. Porrò aduersum amicos eius indignatus est, eo q̃
nõ inuenissent responsionẽ rationabilem, sed tantũmodo condemnassent Iob. Igit̃
B Elihu expectauit Iob loquentẽ, eo q̃ seniores essent q loquebant̃. Cũ aũt vidisset q̃d tres respõ
dere nõ potuissent, iratus est vehementer. Respõdensq; Elihu filius Barachel, Buxites dixit: Iu
nior sum tp̃e: vos aũt antiquiores. Idcirco demisso capite veritus sum vobis indicare meã sen-
tentiã. Sperabã eñ q̃d ætas ꝓlixior loqueret̃, & annorũ multitudo doceret sapientiã. Sed vt vi- Supra. 11. b
C deo spũs est in hominibus, & inspiratio oĩpotentis dat intelligentiã. Non sunt longæui sapiẽ
tes, nec senes intelligũt iudiciũ. Ideo dicã, audite me, ostendã vobis, etiã ergo meã sapientiã.
Expectaui enim sermones vestros, audiui prudentiã vestrã. Donec disceptaremini sermoni-
bus vestris, & donec putabã vos aliqd dicere, cõsiderabã: sed vt video nõ est q possit arguere
Iob, & respondere ex vobis sermonibus eius. Ne forte dicatis, inuenimus sapientiã. Deus ꝓiẽ
D cit eũ, non homo. Nihil locutus est mihi, & ego nõ sc̃dm sermones vestros r̃ndebo illi. Exti-
muerũt, nec responderũt vltrà, abstulerũtq; à se eloquiũ. Q̃m igit̃ expectaui, & nõ sunt locuti,
steterũt, nec vltrà responderũt, respondebo & ego partem meã, & ostedã sciam meã. Plenus
sum eñ sermonibus, & coarctat me spũs vteri mei. En venter meus quasi mustũ absq; spiracu-
lo, q̃d lagunculas nouas dirumpit. Loquar, & respirabo paululũ, aperiã labia mea, & r̃ndebo.
Non accipiam ꝑsonam viri, & deũ homini non æquabo. Nescio enim q̃diu subsistã, & si post
modicum tollat me factor meus.

¶ Q̃uo deus loquit̃, vt erudiat, increpet, & propitiet̃. Cap. XXXIII.

A AVdi igit̃ Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meũ, lo-
quat̃ lingua mea in faucibus meis. Simplici corde meo sermones mei, & sententiã la-
bia mea purã loquent̃. Spũs dei fecit me, & spiraculũ oĩpotentis viuificauit me. Si
potes, responde mihi, & aduersus faciẽ meã consiste. Ecce & me sicut & te fecit deus
& de eodẽ luto ego quoq; formatus sum. Verũtamen miraculũ meũ non te terreat, & eloquẽ-
tia mea non tibi sit grauis. Dixisti ergo in auribus meis, & vocem verborũ tuorũ audiui. Mun-
B dus sum ego, & absq; delicto immaculatus, & non est iniqtas in me. Quia querelas in me repe-
rit, ideo arbitratus est me inimicũ sibi. Posuit in neruo pedes meos, custodiuit omnes semitas
meas, hoc est ergo in quo non es iustificatus. Respondebo tibi, quia maior sit deus homine. Supra. 4. d
Aduersus eũ contendis, quod non ad omnia verba respondeit tibi. Semel loquit̃ deus & se-
cundo idipsum non repetit, per somniũ in visione nocturna, quando irruit sopor super ho-
C mines, & dormiũt in lectulo. Tũc aperit aures virorũ, & erudiens eos, instruit disciplina, vt
auertat hominem ab his quæ fecit, & liberet eũ de superbia, eruens animam eius à corruptio-
ne, & vitam illius, vt non transeat in gladiũ. Increpat quoq; per dolorem in lectulo, & omnia
ossa eius marcescere facit. Abominabilis ei fit in vita sua panis, & animæ illius cibus ante desi-
derabilis, tabescet caro eius, & ossa quæ tecta fuerant, nudabunt̃. Appropinquabit corruptio-
ni anima eius, & vita illius mortiferis. Si fuerit pro eo angelus loquens vnũ de milibus, vt an-
nũtiet hominis æquitatem, miserebit̃ eius, & dicet: Libera eũ, vt non descendat in corruptio
nem. Inueni in quo ei ꝓpitier. * Consumpta est caro eius à suppliciis, reuertat̃ ad dies adole- He. tenerior erit eius carne pueritiæ.
D scentiæ suæ. Deprecabit̃ deum, & placabilis ei erit, & videbit faciem eius in iubilo, & reddet
homini iustitiam suam. Respiciet homines, & dicet: Peccaui, & vere deliq, & vt eram dignus,
non recepi. Liberauit animam suam, ne pergeret in interitũ, sed viuens lucem videret. Ecce
hæc omnia operat̃ deus tribus vicibus per singulos, vt reuocet animas eorũ à corruptione, &
illuminet luce viuentiũ. Attende Iob, & audi me, & tace, dum ego loquor. Si aũt habes quod lo
quaris, responde mihi: Loquere. Volo enim te apparere iustum. Quod si non habes, audi me,
tace, & docebo te sapientiam.

¶ Laudat dei æquitatem, iustitiam, & vltionem considerantem.
Caput XXXIIII.

Pronun

PRonuntiãs itaq; Eliu etiã hæc locutus est. Audite sapientes verba mea,& eruditi au- A
scultate me. Auris enim verba mea ꝓbat,& guttur escas gustu diiudicat. Iudiciũ eli-
gamus nobis,& inter nos videamus, quid sit melius: quia dixit Iob, iustus sum,& de-
us subuertit iudiciũ meũ. In iudicãdo enim me mendaciũ est,& violenta sagitta mea,
absq; vllo peccato. Quis est vir, vt est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquã, qui gradit cũ
operãtibus iniquitatem,& ambulat cũ viris impijs? Dixit enim: Non placebit vir deo, etiam si
cucurrerit cũ eo. Ideo viri cordati, audite me. Absit à deo impietas:& ab omnipotente iniqui B
tas. Opus enim hominis reddet ei,& iuxta vias singulorũ restituet eis. Vere enim deus non cõ
dẽnabit frustra nec oĩpotens subuertet iudiciũ. Quẽ constituit aliũ sup terrã, aut quem posuit
sup orbem quem fabricatus est? Si dixerit ad eũ cor suũ, spm̃ illius & flatũ ad se trahet. Deficiet
omnis caro simul,& homo in cinerem reuertet. Si habes ergo intellectũ, audi quod dicit,& au-
sculta vocem eloquij mei. Nunquid non q amat iudiciũ, sanare potest? Et quomodo tu eũ qui
iustus est in tantũ condemnas? Qui dicit regi apostata, qui vocat duces impios. Qui non acci- C
pit ꝑsonas principũ, nec cognouit tyrannũ, cũ disceptaret contra pauperem. Opus enim ma-
nuũ eius sunt vniuersi. Subito morient,& in media nocte turbabunt populi,& ꝑtransibunt,&
auferent violentũ absq; manu. Oculi enim eius sup vias hominũ, & omnes gressus eorũ con-
Sup. 31.a Prouer. 5.d syderat. Non sunt tenebræ,& non est vmbra mortis, vt abscondant ibi, q operant iniquita-
tem. Neq; enim vltra in hominis potestate est, vt veniat ad deũ in iudiciũ. Conteret multos
& innumerabiles,& stare faciet alios ꝓ eis. Nouit enĩ opa eorũ,& idcirco inducet noctem
& conterent. Quasi impios ꝑcussit eos,& in loco violentiũ. Qui quasi de industria recesserunt
ab eo,& omnes vias eius intelligere noluerũt, vt ꝑuenire facerent ad eũ clamorem egeni,& au
diret vocem pauperũ. Ipso enim concedente pacem, qs est qui condemnet? Ex quo abscon- D
derit vultũ, quis est q contemplet eũ? Et sup gentes,& sup omnes homines. Qui regnare facit 8.q.cap. Au dacter.
hominem hypocritã, ꝓpter peccata populi. Quia ergo ego locutus sum ad deũ, te quoq; non
ꝓhibebo. Si erraui, tu doce me. Si iniquitatem locutus sum, vltra non addã. Nunqd à te deus
expetit eam, quia displicuit tibi? Tu enim cœpisti loqui,& non ego. Quod si quid nosti meli-
us, loquere. Viri intelligentes loquant mihi, & vir sapiens audiat me. Iob autem stulte lo-
cutus est,& verba illius non sonant disciplinam. Pater mi, probet Iob vsq; ad finem. Ne desi-
nas ab homine iniquitatis, q addidit sup peccata sua blasphẽmiam. Inter nos interim constrin
gat,& tunc ad iudicium prouocet sermonibus suis deum.

¶Non deo, sed homini, vel nocet impietas, vel ꝓdest pietas. Ca. XXXV.

IGitur Elihu hæc rursum locutus est. Nunquid ęqua videt tibi tua cogitatio, vt diceres, iu A
stior sum deo? Dixisti enim: Non tibi placet quod rectum est, vel quid tibi proderit si
ego peccauero? Itaque ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis, tecum. Suspice
cœlum, & intuere,& contemplare æthera, quod altior te sit. Si peccaueris quid ei no- B
cebis? Et si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? Porrò si iuste egeris 1.q.4.c.hii
quid donabis ei, aut qd de manu tua accipiet. Homini q similis est tui, nocebit impietas tua,&
filiũ hominis adiuuabit iustitia tua. Propter multitudinem calumniatorũ clamabũt,& eiulabũt C
ꝓpter vim brachij tyrannorũ. Et non dixit, vbi est deus q fecit me, q dedit carmina in nocte.
Qui docet nos sup iumenta terræ,& sup volucres cœli erudit nos. Ibi clamabunt, & non ex-
audiet ꝓpter supbiam malorũ. Non ergo frustra audiet deus, & omnipotens causas singulorũ
Heb. nõ respicies eũ, iudicium est coram &c. intuebit. Etiam cũ dixeris, non *considerat iudicare corã illo,& expecta eũ. Nunc enim nõ D
infert furorem suum, nec vlciscit scelus valde. Ergo Iob frustra aperit os suum,& absq; scien-
tia verba multiplicat.

¶Ostendit rursum, quare deus flagellet, aut corripiat. Ca. XXXVI.

ADdens quoq; Elihu, hæc locutus est. Sustine me paululũ,& indicabo tibi. Adhuc enĩ A
habeo quod ꝓ deo loquar. Repetam scientiam meã à principio,& operatorem me
um ꝓbabo iustum. Vere enim absque mendacio sermones mei,& pfecta scientia ꝓ-
babitur tibi. Deus potentes non abijcit, cũ & ipse sit potens, sed non saluat impios,
& iudiciũ pauperibus tribuet. Non auferet à iusto oculos suos,& reges in solio collocat in ꝑ-
petuũ,& illic erigunt. Et si fuerint in catenis,& vinciant funibus paupertatis, iudicabit eis opa
eorũ,& scelera eorũ, quia violenti fuerũt. Reuelabit quoq; aurem eorũ, vt corripiat,& loquet, vt
reuertant ab iniquitate. Si audierint,& obseruauerint, complebũt dies suos in bono,& annos B
suos in gloria. Si aũt non audierint, transibũt ꝑ gladium,& consument in stultitia. Simulato-
res & callidi prouocant iram dei, neq; clamabunt, cum vincti fuerint. Morietur in tempesta-
te anima eorũ,& vita eorũ inter effœminatos. Eripiet de angustia sua pauperem,& reuelabit
in tribulatione aurem eius. Igitur saluabit te de ore angusto latissime,& non habente funda
mentũ subter se. Requies autem mensæ tuæ erit plena pinguedine. *Causa tua quasi impij iudi
Hebr. Et iudicium impij impleuisti. cata est, causam, iudiciũq; recipies. Non te ergo superet ira, vt aliquem opprimas, nec multitu
do donorũ inclinet te. Depone magnitudinem tuã absq; tribulatiõe, & oĩes robustos fortitu
dine,

dine. Ne ptrahas noctem, vt ascendant populi p eis. Caue ne declines ad iniqtatem. Hāc em̄
cœpisti sequi post miseriam. Ecce deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legis-
latoribus. Quis poterit scrutari vias eius, aut quis audet ei dicere, operatus es iniquitatem? Me-
D mento q̄d ignores opus eius, de quo cecinerūt viri. Omnes homines vident eum, vnusquisq;
intuet pcul. Ecce deus magnus vincens sciētiā nr̄am. Numerus annorū eius inęstimabilis. Qui
aufert stillas pluuiæ, & effundit imbres ad instar gurgitum, q̄ de nubibus fluūt, quæ ptexerūt
cūcta desup. Si voluerit extendere nubes quasi tentoriū suū, & fulgurare lumine suo desup, car
dines quoq; maris operiet. Per hæc enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus. In Hebr. nubib*
* manibus abscondit* lucem, & præcipit ei, vt rursus adueniat. Annuntiat de ea amico suo, Heb. pluuiæ
quod possessio eius sit, & ad eam possis ascendere.

¶Per nubes designant pdicatores, p lucē vero, & pluuiā pdicatio. Ca. XXXVII.

A SV per hoc expauit cor meū, & emotū est de loco suo. Audiet auditionē in terrore vocis
eius, & sonū de ore illius pcedentē. Subter oēs cœlos ipse considerat, & lumē illius sup
terminos terræ. Post eū rugiet sonitus, tonabit voce magnitudinis suæ, & non inuesti
gabit, cū audita fuerit vox eius. Tonabit deus in voce sua mirabiliter, q̄ facit magna, &
inscrutabilia. Qui pcipit niui, vt descendat in terrā, & hyemis pluuijs, & imbri fortitudinis suæ.
B Qui in manu omniū hominū signat, vt nouerint singuli opa sua. Ingrediet bestia latibulū suū,
& in antro suo morabit. Ab interioribus egrediet tempestas, & ab arcturo frigus. Flante deo
concrescit gelu, & rursum latissime funduntur aquæ. * Frumentū desiderat nubes, & nubes spar- Heb. ppter irrigatões co get de* nubé & nubes disp get pluuiá & voluet se per circuitú &c.
gunt lumen suū, quæ lustrāt cuncta p circūitum, quocūq; eas volūtas gubernātis duxerit. Ad
omne q̄d pceperit illis sup faciē orbis terrarū, siue in vna tribu, siue in terra sua, siue in quocūq;
loco misericordiæ suæ eas iusserit inueniri. Ausculta hæc Iob, sta, & considera mirabilia dei.
C Nunqd scis qn̄ pceperit deus pluuijs, vt ostenderent lucē nubiū eius? Nunqd nosti semitas nu
biū magnas, & pfectas scientias? Nonne vestimenta tua calida sunt, cum pflata fuerit terra au-
stro? Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt. Ostende nobis
qd dicamus illi. Nos qppe inuoluimur tenebris. Quis narrabit ei quæ loquor? Etiā si locutus
D fuerit homo deuorabit, at nūc non vident lucem. Subito aer coget in nubes, & ventus transiēs Heb. ad deū
fugabit eas. Ab aquilone aurū venit, & * à deo formidolosa laudatio. Digne em̄ inuenire non. terribilem de
possumus. Magnus fortitudine, & iudicio, & iustitia, & enarrari non potest. Ideo timebūt eū cor.
viri, & non audebūt contemplari, omnes qui sibi videntur esse sapientes.

¶Mirabilia domini, quæ fecit ab initio. Ca. XXXVIII.

A REspondens aūt dn̄s ad Iob, de turbine, dixit: Quis est iste inuoluēs sententias sermo Infra. 40. a.
nibus imperitis? Accinge sicut vir lūbos tuos, iterrogabo te, & rn̄de mihi: Vbi eras
qn̄ ponebā fundamēta terræ? Indica mihi: si habes intelligentiā. Quis posuit mensu
ras eius si nosti, vel qs tetēdit sup eā lineā? sup quo bases illius solidatæ sunt? Aut qs
dimisit lapidē angularē eius, cū me laudarent simul astra matutina, & iubilarent oēs filij dei.
Quis conclusit ostijs mare, qn̄ erūpebat quasi de vulua pcedens, cū ponerē nubē vestimentū
eius, & caligine illud quasi pānis infantiæ obuoluerem. Circūdedi illud terminis meis, & posui
vectē, & ostia, & dixi: Vsq; huc venies, & non pcedes amplius, & hic confringes tumētes
B fluctus tuos? Nunqd post ortū tuū pcepisti diluculo, & ostendisti auroræ locū suū? Nunqd te
nuisti concutiens extrema terræ, & excussisti impios ex ea? Restituet vt lutū signaculū, & sta-
bit sicut vestimentū. Auferet ab impijs lux sua, & brachiū excelsum confringet. Nunquid in-
gressus es pfundū maris, & in nouissimis abyssi deambulasti? Nunqd apertæ sunt tibi portæ
mortis, & ostia tenebrosa vidisti? Nunqd considerasti latitudinem terræ? Indica mihi, si nosti
C oīa, in qua via lux habitet, & tenebrarū qs locus sit, vt ducas vnūqd'q; ad terminos suos, & in-
telligas semitas domus eius. Sciebas tūc quod nasciturus esses, & numerū dierū tuorū noueras.
Nunqd ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti, q̄ pparaui in tp̄s hostis,
& in diem pugnæ & belli? Per quā viā spargit lux, diuidit æstus sup terrā, qs dedit vehementis
simo imbri cursum? & viā sonātis tonitrui, vt plueret sup terram absq; homine in deserto, vbi
nullus mortaliū cōmorat, vt impleret inuiā & desolatā, vt pduceret herbas virentes? Quis est
pluuiæ pater, vel qs genuit stillas roris? De cuius vtero egressa est glacies, & gelu de cœlo qs
D genuit? In similitudine lapidis aquæ durant, & supficies abyssi cōstringit. Nūqd coniūgere va
lebis micātes stellas, pleiades, aut gyrū arcturi poteris dissipare? Nunqd pducis luciferū in tp̄e
suo, & vesperū sup fines terræ cōsurgere facis? Nunqd nosti ordinē cœli, & pones rōnem ei' in
terra? Nunqd eleuabis in nebula vocē tuā, & impetus aquarū operiet te? Nunqd mittes fulgu-
ra, & ibūt, & reuertētia dicēt tibi, assumus? Quis posuit in viscerib' hominis sapiām, vel qs de-
dit gallo intelligentiā? Quis enarrabit cœlorū rōnem, & concentū cœli qs dormire faciet? Qn̄
fundabat puluis in terra, & glebæ cōpingebant? Nunqd capies leænæ prædā, & animā catu-
lorū eius implebis, qn̄ cubant in antris, & in specubus insidiant? Quis præparat coruo escā suā, Psal. 146
quando pulli eius clamant ad eum, vagientes, eo q̄ non habeant cibos?

¶Rur-

¶Rursus mirabilia domini quæ facit in animalibus. Ca.XXXIX.

NVnquid nosti tempus partus Ibicum in petris, vel parturientes ceruas obseruasti? A
Dinumerasti menses conceptus earum, & scisti tempus partus earum? Incuruantur ad
Heb. pinguescunt. fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt. * Separantur filii earum, & pergunt ad pastum,
egrediuntur, & nõ reuertentur ad eas. Quis dimisit onagrũ liberum, & vincula eius quis sol
uit? Cui dedi in solitudine domũ, & tabernacula eius in terra salsuginis? Contemnit multitu-
dinẽ ciuitatis, clamorẽ exactoris nõ audit. Circũspicit montes pascuæ suæ, & virentia quæque
perquirit. Nunquid volet Rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuũ? Nunquid alligabis rhi
Hebr. 1.c corẽ induisti, amictus lumine sicut vestimento. Extendens cœlũ sicut pellem, qui tegis
aquis superiora eius, Qui ponis nubẽ ascensum tuũ, qui ambulas super pennas ventorũ.
Qui facis angelos tuos spũs, & ministros tuos ignẽ vrentẽ, Qui fundasti terrã super stabilita-
tem suã, non inclinabitur in seculũ seculi. Abyssus sicut vestimentũ amictus eius, super mon-
tes stabunt aquæ, Ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt. Ascendunt B
montes, & descendunt cãpi, in locũ quẽ fundasti eis. Terminũ posuisti, quẽ non transgredi-
entur, neq; conuertentur operire terrã, Qui emittis fontes in conuallibus, inter mediũ mon-
He. exiguũt onagri sitim suam. tiũ pertransibunt aquæ, Potabunt omnes bestiæ agri, * expectabunt onagri in siti sua, Super
ea volucres cœli habitabunt, de medio * petraꝝ dabunt voces, Rigans montes de superiori- He. q. l. e. ende. § his in de sic. nac. c. eukc.
Heb. frondiũ bus suis, de fructu opeꝝ tuoꝝ satiabitur terra, Producens fœnũ iumentis, & herbam seruituti
hominũ, Vt educas panẽ de terra, & vinũ lætificet cor hominis, Vt exhilaret faciẽ in oleo, &
panis cor hominis confirmet, Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani quas plantauit, illic
passeres nidificabunt, Herodij domus dux est eoꝝ, montes excelsi ceruis, petra refugiũ heri- C
nacijs. Fecit lunã in tẽpora, sol cognouit occasum suum, Posuisti tenebras, & facta est nox, in
ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ, Catuli leonũ rugientes, vt rapiant & quærant à deo
escã sibi. Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo ad
Sup. 91.b opus suũ, & ad operationẽ suã vsq; ad vesperã. Quàm magnificata sunt opera tua dñe, omnia
Heb. locis, terminis in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua, Hoc mare magnũ & spaciosum * mani-
bus, illic reptilia quoꝝ non est numerus, Animalia pusilla cũ magnis, illic naues pertransibũt.
Draco iste quẽ formasti ad illudendũ ei, omnia a te expectant, vt det illis escã in tẽpore, Dan D
te te illis, colligent, aperiente te manũ tuã, omnia implebuntur bonitate, Auertente aũt te fa-
ciẽ, turbabuntur, auferes spũ eoꝝ, & deficient, & in puluerẽ suũ reuertentur. Emitte spũ tuũ
Infr. 145.e & creabuntur, & renouabis faciẽ terræ. Sit gloria dñi in seculũ, lætabitur dñs in operibus suis
Qui respicit terrã & facit eã tremere, qui tangit montes, & fumigant. Cantabo dño in vita
mea, psallã deo meo, q̃diu sum. Iucundũ sit ei eloquiũ meũ, ego vero delectabor in dño. Defi
cient peccatores a terra, & iniqui, ita vt non sint, benedic anima mea domino.

¶Alleluia. CIIII.

1. para. 16.d Esa. 12.a COnfitemini domino, & inuocate nomen eius, annuntiate inter gẽtes opera eius. Can- A
tate ei, & psallite ei, narrate omnia mirabilia eius. Laudamini in nomĩe sancto eius, læte
tur cor quærentium dominum. Quærite dominũ, & confirmamini, quærite faciẽ eius
semper. Mementote mirabilium eius, quæ fecit, prodigia eius, & iudicia oris eius. Semen
Abraham serui eius, filij Iacob electi eius. Ipse dominus deus noster, in vniuersa terra iudi-
cia eius. Memor fuit in seculum testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes.
Quod disposuit ad Abraham, & iuramenti sui ad Isaac. Et statuit illud Iacob in præceptũ,
& Israel in testamentũ æternum. Dicens: tibi dabo terrã Chanaan, funiculum hæreditatis ve B
stræ. Cum essent numero breui, paucissimi, & incolæ eius. Et pertransierunt de gente in gen
tem, & de regno ad populum alteꝝ. Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis
1. paral. 19.c reges. Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Et vocauit famẽ
super terram, & omne firmamentũ panis contriuit. Misit ante eos virum, in seruum venun-
datus est Ioseph. Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius,
donec veniret verbum eius. Eloquium domini inflammauit eum, misit rex & soluit eũ, prin
ceps populoꝝ, & dimisit eum. Constituit eum dñm domus suæ, & principem omnis posses- C
sionis suæ. Vt erudiret principes eius, sicut semetipsum: & senes eius prudentiam doceret.
Et intrauit Israel in Aegyptum, & Iacob accola fuit in terra Cham. Et auxit populũ suum ve
hementer: & firmauit eum super inimicos eius. Conuertit cor eoꝝ, vt odirent populum eius
& dolũ facerent in seruos eius. Misit Moysen seruum suũ, Aaron quem elegit ipsum. Posuit
Exo. 10.c in eis verba signoꝝ suoꝝ, & prodigioꝝ, in terra Cham. Misit tenebras, & obscurauit, & nõ
Sup. 77.c exacerbauit sermones suos. Conuertit aquas eoꝝ in sanguinem, & occidit pisces eoꝝ. Edidit
Exod. 7.d terra eoꝝ ranas, in penetralibus regum ipsoꝝ. Dixit, & venit cynomia, & * cynifes in omni-
Ibid. 9.a Ibidẽ. 10.d bus finibus eoꝝ. Posuit pluuias eoꝝ grandinem: ignẽ comburẽtẽ in terra ipsoꝝ. Et percussit Heb. pedicu-lis, & Græci, σκνῖφες
vineas ipsoꝝ, & ficulneas eoꝝ, & contriuit lignũ finiũ eoꝝ. Dixit, & venit locusta, & bruchus
cuius non erat numerus. Et comedit omne fœnum in terra eoꝝ, & comedit omnẽ fructum
terræ eoꝝ. Et percussit omne primogenitum in terra eoꝝ, primitias omnis laboris eorum. D
Et eduxit eos cũ argento & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus. Lætata est Aegy-
Sup. 18.a Exod. 13.d 16.c. 17.b ptus in profectione eoꝝ, quia incubuit timor eoꝝ super eos. Expandit nubẽ in protectione
eoꝝ, & ignẽ vt luceret eis per noctẽ. Petierunt, & venit coturnix, & pane cœli saturauit eos.
Dirupit petrã, & fluxerunt aquæ, abierunt in sicco flumina. Qm̃ memor fuit verbi sancti sui,
quod habuit ad Abrahã pueꝝ suum. Et eduxit populũ suũ in exultatiõe, & electos suos in læ
titia. Et dedit illis regiones gentiũ, & labores populoꝝ possiderunt. Vt custodiant iustifica-
tiones

tiones eius,& legem eius requirant. Alleluia. ¶Alleluia. CV.

A CONfitemini domino quoniam bonus,quõ in seculum misericordia eius. Quis loquetur po- Iudit.13.c
tentias domini,auditas faciet omnes laudes eius? Beati qui custodiunt iudicium & faciũt Infr.106.a
iustitiam in omni tempore. Memento nostri domine in beneplacito populi tui, visita
nos in salutari tuo. Ad videndum in bonitate electorum tuorum,ad lætandum in lætitia gen-
tis tuæ, vt lauderis cum hæreditate tua. Peccauimus cum patribus nostris:iniuste egimus iniq-
tatem fecimus. Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memo- Iudith.7.d
B res multitudinis misericordiæ tuæ. *Et irritauerunt ascendentes in mare: mare rubrum. Et sal- He. Et rebellarũt ad mare,in mari ca
uauit eos propter nomen suum, vt notam faceret potentiam suam. Et increpauit mare rubrum,
& exsiccatum est,& eduxit eos in abyssis,sicut in deserto. Et saluauit eos de manu odientium,& rioso.
redemit eos de manu inimici. Et operuit aqua tribulantes eos, vnus ex eis non remansit. Et
crediderunt in verbis eius,& laudauerunt laudem eius. Cito fecerunt obliti sunt operum eius: Exod.14.g
C & non sustinuerunt consilium eius. Et concupierunt concupiscentiam in deserto,& tẽtauerũt
deum in inaquoso. Et dedit eis petitionem ipsorum:& misit *saturitatem in animas eorum. Et He. maciem.
irritauerũt Moysen in castris, Aaron sanctum domini. Aperta est terra,& deglutiuit Dathan Num.16.d
& operuit super congregationem Abyron. Et exarsit ignis in synagoga eoꝝ: flamma cõbus-
sit peccatores. Et fecerunt vitulum in Horeb:& adorauerunt sculptile. Et mutauerũt gloriam Exo.32.a
D suam,in similitudinem vituli,comedentis fœnum. Obliti sunt deum qui saluauit eos,q fecit ma
gnalia in Aegypto,mirabilia in terra Cham,terribilia in mari rubro. Et dixit vt disperderet e-
os,si nõ Moyses electus eius stetisset in confractione,in conspectu eius. Vt auerteret iram eius
ne disperderet eos,& pro nihilo habuerunt terrã desiderabilem. Non crediderunt verbo eius,
E & murmurauerunt in tabernaculis suis,non exaudierunt vocem dñi. Et eleuauit manũ suã sup
eos, vt prosterneret eos in deserto. Et vt deijceret semen eoꝝ in nationibus,& disperderet eos
in regionibus. Et initiati sunt Beelphegor,& comederunt sacrificia mortuoꝝ. Et irritauerunt
eum in adinuentionibus suis,& multiplicata est in eis ruina. Et stetit Phinees,& *placauit,& He. executus
cessauit *quassatio. Et reputatum est ei ad iustitiam,in gñatione & generationem, vsq; in sem- é iustitiam.
piternũ. Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis,& vexatus est Moyses propter eos,qa He plaga.
exacerbauerunt spm̃ eius. Et distinxit ĩ labijs suis,non disperdiderunt gentes, qa dixit domi-
nus deus illis: Et commixti sunt inter gentes,& didicerunt opera eoꝝ, & seruierunt sculptilib⁹
F eorum,& factum est illis in scandalum. Et immolauerunt filios suos,& filias suas dæmonijs.
Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filioꝝ suorum.& filiaꝝ suarum, quas sacri-
ficauerunt sculptilibus Chanaan. Et infecta ẽ terra in sanguinibus, & contaminata est in ope-
ribus eoꝝ,& fornicati sunt in adinuentionibus suis. Et iratus est furore dominus in populum
G suum:& abominatus est hæreditatem suam. Et tradidit eos in manu gẽtium,& dominati sunt
eorum,q oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici eoꝝ,& humiliati sunt sub manibus eorum
sępe liberauit eos. Ipsi autem exacerbauerunt eũ in consilio suo,& humiliati sunt in iniqtatibus
suis. Et vidit cum tribularentur,& audiuit orationem eorum. Et memor fuit testamenti sui, &
pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ. Et dedit eos in misericordias in cõ-
spectu omnium q cœperunt eos. Saluos fac nos domine deus noster,& congrega nos de natio
nibus. Vt confiteamur nomini sancto tuo,& gloriemur in omni laude tua. Benedictus dñs de-
us Israel,à seculo,& vsq; in seculum,& dicet omnis populus: fiat, fiat.

¶Alleluia. CVI.

A CONfitemini domino,quoniam bonus:quoniam in seculum misericordia eius. Dicant q Iudith.13.e
redempti sunt à domino,quos redemit de manu inimici,de regionibus congregauit eos Infr.117.a
A solis ortu,& occasu,ab aquilone,& mari. Errauerunt in solitudine,in inaquoso: vi-
am ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Esurientes,& sitientes,anima eorum in ipsis defecit.
Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur:& de necessitatibus eorum eripuit eos. Et e-
B duxit eos in viam rectam, vt irent in ciuitatem habitationis. Confiteantur domino *misericor
diæ eius:& mirabilia eius filijs hominum. Quia satiauit animam inanẽ:& animam esurientem Heb. misericordias.
satiauit bonis. Sedentes in tenebris, & vmbra mortis: vinctos in mendicitate, & ferro, Quia
exacerbauerunt eloquia dei:& consilium altissimi irritauerunt. Et humiliatum est in labori-
bus cor eorum:& infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret. Et clamauerunt ad dominum,cum
tribularẽtur,& de necessitatibus eorum liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris,& vmbra mor
tis:& vincula eorum dirupit. Confitemini dño misericordiam eius:& mirabilia eius filijs ho-
minum. Quia contriuit portas æreas,& vectes ferreos confregit. *Suscepit eos de via iniquita-
tis eorum: propter iniustitias enim suas humiliati sunt. Omnem escam abominata est anima He stulti fẽtĩ sũt a uia &c.
eorum,& appropinquauerunt vsque ad portas mortis. Et clamauerunt ad dominum, cum tri
C bularentur:& de necessitatibus eorum liberauit eos. Misit verbum suum,& sanauit eos:& eri
puit eos de interitionibus eorum. Confiteantur domino misericordie eius,& mirabilia fi- Sup. Inf. eod
lijs hominum. Et sacrificent sacrificicium laudis:& annuncient opera eius,in exultatione. Qui

 descen-

descendunt mare in nauibus:facientes operationem in aquis multis. Ipsi viderunt opera domi
ni:& mirabilia eius in profundo. Dixit,& stetit spiritus procellæ:& exaltati sunt fluctus eius.
Ascendunt vsq; ad cœlos,& descendunt vsq; ad abyssos,anima eorum in malis tabescebat.
Turbati sunt,& moti sunt,sicut ebrius,& omnis sapientia eorum deuorata est. Et clamauerunt
ad dominum cum tribularentur:& de necessitatibus eorum eduxit eos. Et statuit procellam eius
in auram,& siluerunt fluctus eius. Et lætati sunt,quia siluerunt,& deduxit eos in portum volun
tatis eorum. Confiteantur domino misericordiæ eius:& mirabilia eius filijs hominum. Et ex- D
altent eum in ecclesia plebis:& in cathedra seniorum laudent eum. Posuit flumina in desertum
& exitus aquarum in sitim. Terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea.
Posuit in desertum stagna aquarum:& terram sine aqua,in exitus aquarum. Et collocauit illic
esurientes,& constituerunt ciuitatem habitationis. Et seminauerunt agros,& plantauerũt vi-
neas,& fecerunt fructum natiuitatis. Et benedixit eis,& multiplicati sunt nimis,& iumenta eo-
rum non minorauit. Et pauci facti sunt:& vexati sunt à tribulatione malorum,& dolore. Effu
sa est contentio super principes:& errare fecit eos in inuio:& non in via. Et adiuuit pauperem
Iob. 22.c de inopia,& posuit sicut oues familias. Videbunt recti,& lætabuntur:& oĩs iniqtas opilabit os
suum. Quis sapiens,& custodiet hæc,& intelliget misericordias domini?

¶Canticum psalmi ipsi Dauid. CVII.

Supr. 56.b PAratum cor meum deus, paratum cor meum: cantabo,& psallam in gloria mea. Exurge A
psalterium,& cithara,exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis domine, & psallam ti
bi in nationibus. Quia magna est super cœlos misericordia tua:& vsque ad nubes veritas
tua. Exaltare super cœlos deus,& super omnem terram gloria tua,vt liberentur dilecti tui. Sal B
uum fac dextera tua,& exaudi me: deus loquutus est in sancto suo. Exultabo,& diuidam Sichi
mam,& conuallem tabernaculorum dimetiar. Meus est Galaad,& meus est Manasses,& E-
Heb. legitur: Et meus Moab olla lotionis meæ. phraim susceptio capitis mei. Iuda*rex meus, Moab lebes spei meæ. In Idumeam extẽdam cal-
ciamentum meum: mihi alienigenæ amici facti sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitam?
quis deducet me vsque in Idumæam? Nonne tu deus qui repulisti nos,& nõ exibis deus in vir- C
tutibus nostris? Da nobis auxilium de tribulatione,quia vana salus hominis. In deo faciemus
virtutem,& ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

¶In finem psalmus Dauid. CVIII.

DEVS laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris & os dolosi super me apertum est. A
Locuti sunt aduersum me lingua dolosa,& sermonibus odij circũdederunt me,& ex-
pugnauerunt me gratis. Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi,ego autem orabã.
Et posuerunt aduersum me mala pro bonis,& odium pro dilectione mea. Constitue super
eum peccatorem,& diabolus stet à dextris eius. Cum iudicatur, exeat condemnatus,& ora- B
tio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci,& episcopatum eius accipiat alter. Fiant filij eius Acto. 1.c
orphani,& vxor eius vidua. Nutantes transferantur filij eius,& mendicent & eijciantur de ha
bitationibus suis. Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius,& diripiant alieni labores e-
ius. Non sit illi adiutor,nec sit qui misereatur pupillis eius. Fiant nati eius in interitum,in gene-
ratione vna deleatur nomen eius. In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu do
mini,& peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra dominum semper,& dispereat de
terra memoria eorum, pro eo quod non est recordatus facere misericordiam. Et persecutus
est hominem inopem,& mendicum,& compunctum corde mortificare. Et dilexit maledi- C
ctionem,& veniet ei,& noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Et induit maledictio-
nem sicut vestimentum,& intrauit sicut aqua in interiora eius,& sicut oleum in ossibus eius.
Fiat ei sicut vestimentum quo operitur,& sicut zona qua semper præcingitur. Hoc opus eo-
rum qui detrahunt mihi apud dominum,& qui loquuntur mala aduersus animam meam. Et
tu domine deus fac mecum propter nomen tuum, quia suauis est misericordia tua. Libera me D
quia egenus & pauper sum ego,& cor meum conturbatum est intra me. Sicut vmbra, cum
declinat,ablatus sum,& excussus sum sicut locustæ. Genua mea infirmata sunt à ieiunio,& ca
ro mea immutata est propter oleum. Et ego factus sum opprobrium illis,viderunt me,& mo
uerunt capita sua. Adiuua me domine deus meus,saluum me fac: propter misericordiam tu-
am. Et sciant quia manus tua hæc,& tu domine fecisti eam. Maledicent illi,& tu benedices, q
insurgunt in me,confundantur, seruus autem tuus lætabitur. Induantur qui detrahunt mi-
hi pudore, operiantur sicut diploide confusione sua. Confitebor domino nimis in ore meo,
& in medio multorum laudabo eum. Qui astitit à dextris pauperis,vt saluam faceret à per-
sequentibus animam meam.

¶Psalmus ipsi Dauid. CIX.

Matth. 22.d Heb. 10.c 1. Cor. 15.c DIxit dominus domino meo: sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos, scabellum A
pedum tuorum. Virgam virtutis tuæ emittet dominus ex Syon,dominare in medio in-
imicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum,ex
vtero

Hebræ.7.c vtero, ante luciferum genui te. Iurauit dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternũ, He. ortus est
Iureiurand. secundum ordinem melchisedec. Dñs à dextris tuis, cõfregit in die iræ suæ reges. Iudicabit in tibi ros natiuitatis tuæ.
c. & si Chri. natiõibus, implebit ruinas: cõquassabit capita in terra multorum. De torrẽte in via bibet, propter-
ea exaltabit caput.

¶Alleluia. CX.

A COnfitebor tibi domine in toto corde meo. Beth. In consilio iustorum: & congregatione Supr. 9.a Infra. 137.a
Gimel. Magna opera domini. Daleth. exquisita in omnes voluntates eius. He. Confessio
& magnificentia opus eius. Vau. & iustitia eius manet in seculum seculi. Zain. Memoriã
fecit mirabilium suorum. Heth. misericors & miserator dominus. Theh. escam dedit timenti-
bus se. Iod. Memor erit in seculum testamenti sui. Caph. Virtutem operum suorum annuncia
B bit populo suo. Lamed. Vt det illis hæreditatem gentium. Mem. opera manuum eius veritas
& iudicium. Nun. Fidelia omnia mandata eius. Samech. cõfirmata in seculũ seculi. Ain. facta in
veritate & æquitate. Phe. Redemptionem misit dominus populo suo. Zade. mãdauit in æter-
num testamẽtum suũ. Cuph. Sanctum & terribile nomẽ eius. Res, initiũ sapiẽtiæ timor domi- Iob. 28.d
ni. Sin. Intellectus bonus oĩbus faciẽtibus eũ. Thau. Laudatio eius manet in seculũ seculi. Prouer. 1.a & 9.b

¶Alleluia, reuersionis Haggei & Zachariæ. CXI. Aleph.

A BEatus vir qui timet dominum. Beth. in mandatis eius volet nimis. Gimel. Potens in terra
erit semen eius. Daleth. generatio rectorum benedicetur. He. Gloria & diuitiæ in domo
eius. Vau. & iustitia eius manet in seculum seculi. Zain. Exortum est in tenebris lumẽ re-
B ctis. Heth. Misericors & miserator, & iustus. Teth. Iucundus homo, qui miseretur & commo-
85.c. Interim dat. Iod. Disponit sermones suos in iudicio. Caph. qa in æternum nõ commouebitur. Lamed.
§. in ipsa. In memoria æterna erit iustus. Mem. ab auditione mala non timebit. Nun. Paratũ cor eius spe 2. Cor. 9.c
rare in dño. Samech. cõfirmatũ est cor eius, nõ commouebitur. Ain. donec despiciat inimicos
suos. Phe. Dispsit dedit paupibus. Zade. iustitia eius manet ĩ seculũ seculi. Cuph. cornu eius ex-
altabit in gloria. Res. Peccator uidebit, & irascetur, Sin. dẽtibus suis fremet, & tabescet. Thau.
desiderium peccatorum peribit.

¶Alleluia. CXII.

A LAudate pueri dominum, laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum, ex hoc Infr. 134.
nunc & vsq; in seculum. A solis ortu vsq; ad occasum, laudate nomen domini. Excelsus su Iob 5.d
per omnes gentes dominus, & super cœlos gloria eius. Quis sicut dominus deus noster, q 1. Reg. 2.b
in altis habitat, & humilia respicit, in cœlo, & in terra. Suscitans à terra inopem, & de stercore
B erigens pauperem. Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. Qui habita-
re facit sterilem in domo matrem filiorum lætantem. Alleluia.

¶Alleluia. CXIII.

A IN exitu Israel de Aegypto, domus Iacob, de populo barbaro. Facta est Iudæa sanctificatio
eius, Israel potestas eius. Mare vidit, & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum. Montes ex-
De cons. dist. ultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium. Quid est tibi mare quod fugisti? & tu Ior-
2. ca. reuera. danis quia conuersus es retrorsum? Montes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium.
A facie domini *mota est terra, à facie dei Iacob. Qui conuertit petram in stagna aquarum, & He. cõtremba
B rupem in fontes aquarum. Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Super
misericordia tua & veritate tua, ne quando dicant gentes, vbi est deus eorum? Deus autem no
ster in cœlo, omnia quæcunq; voluit fecit. Simulachra gentium argentum & aurum, opera ma-
C nuum hominum. Os habent, & nõ loquentur, oculos habent, & nõ videbunt. Aures habẽt, &
nõ audient, nares habent, & nõ odorabunt. Manus habent, & nõ palpabũt, pedes habẽt, & nõ
ambulabunt, non clamabunt in gutture suo, Similes illis fiãt q faciunt ea, & omnes q confidũt
in eis. Domus Israel sperauit in domino, adiutor eorum & protector eorum est. Domus Aaron spe
rauit in domino, adiutor eorum & protector eorum est. Qui timent dñm, sperauerunt in do-
mino, adiutor eorum & protector eorum est. Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis
Benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron. Benedixit omnibus qui timent dñm, pusillis
D cum maioribus. Adijciat dñs super vos & super vos, & super filios vestros. Benedicti vos à dño
qui fecit cœlum & terram. Cœlum cœli domino, terram autem dedit filijs hominum. Nõ mor
tui laudabunt te domine, neq; oĩes q descendunt in infernum, Sed nos q viuimus, benedici-
mus domino, ex hoc nunc & vsq; in seculum.

¶Alleluia. CXIIII.

A DIlexi, quoniam exaudiet dominus vocem orationis meæ. Quia inclinauit aurem suam
mihi, & in diebus meis inuocabo. Circundederunt me dolores mortis, & *pericula infer- He. angustiæ
ni inuenerunt me. Tribulationem & dolorem inueni, & nomen dñi inuocabo. O dñe li
bera animam meã, misericors dominus, & iustus, & deus noster miseretur. Custodiens paruu-
C los dominus, humiliatus sum, & liberauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam, qa do-
minus benefecit tibi. Quia eripuit animam meã de morte, oculos meos à lachrymis pedes me
os à lapsu. *Placebo domino in regione viuorum.

¶Alleluia. CXV

2.Cor.4.c CRedidi propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu A
Rom.3.a. meo, omnis homo mendax. Quid retribuã dño, pro omnibus q̃ retribuit mihi? Calicem De.con.di. 2.c.
Infr.eod. salutaris accipiam, & nomeo dñi inuocabo. Vota mea dño reddam, corã oĩ populo eius, p̃- B
Sapi.9.a ciosa in conspectu domini mors sanctorũ eius. O domine qa ego seruus tuus, ego seruus tuus,
Supra eod. & filius ancillæ tuę. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen domini in-
uocabo. Vota mea domioo reddam, io conspectu omnis populi eius, in atrijs domus domini,
in medio tui Hierusalem.

¶Alleluia. CXVI. A

Rom.15.c LAudate dñm omnes gentes, laudate eum omnes populi. Qm̃ confirmata est sup oos mi-
sericordia eius, & veritas dñi manet in æternum.

¶Alleluia. CXVII.

Sup.140.& 10.& 106.& 135.c COnfitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc A
domus Israel, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nũc domus
Iudit.13.c Aaroo, quoniam in seculum misericordia eius. Dicãt nunc omnes q timent dominũ, qm̃
in seculum misericordia eis. De tribulatione inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudine
He.13.a dominus. Dominus mihi adiutor, noo timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor B
& ego despiciam inimicos meos. Bonũ est cõfidere in dño q̃ cõfidere in hoĩe. Bonũ est sperare
in domino, quam sperare in principibus. Omnes gentes circumierunt me, & in nomine domi-
He. excidam eas. ni, quia * vltus sum in eos. Circũdantes circundederunt me, & in nomine domini, qa vltus sum
He. extincti sunt. in eos. Circundederunt me sicut apes, & * exarserunt sicut ignis io spinis, & io nomine domini,
quia vltus sum in eos. Impulsus, euersus sum, vt caderem, & dominus suscepit me. Fortitudo
Exo.15.a Esa.12.a mea, & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Vox exultationis, & salutis, in taberna-
culis iustorum. Dextera domioi fecit virtutem, dextera domini exaltauit me, dextera domi-
ni fecit virtutem. Non moriar, sed viuam, & narrabo opera domioi. Castigans castigauit me C
dñs, & morti non tradidit me. Aperite mihi portas iustitię, ingressus in eas confitebor domino
Mat.21.d hæc porta domini, iusti intrabunt in eam. Confitebor tibi, quoniam exaudisti me, & factus
es mihi in salutem. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.
A domino factũ est istud, & est mirabile io oculis nostris. Hæc est dies quã fecit dominus, exul-
temus & lætemur in ea. O domine saluum me fac, o domine bene prosperare, benedictus q ve- D
Matth.21.a nit in nomine domini. Benediximus vobis de domo domini, deus dominus & illuxit nobis.
Cõstituite diẽ solennem in condensis, vsq; ad cornu altaris. Deus meus es tu, & confitebor tibi,
Deus meus es tu, & exaltabo te. Confitebor tibi qm̃ exaudisti me, & factus es mihi in salutem.
Confitemioi domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

¶Alleluia. CXVIII. ¶Aleph. A

BEati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Beati qui scrutantur testimonia eius
in toto corde exquirunt eum. Aleph. Non enim q operant iniquitatem, in vijs eius am-
bulauerunt. Aleph. Tu mandasti mandata tu custodiri nimis. Aleph. Vtinam dirigantur
viæ meæ, ad custodiendas iustificationes tuas. Aleph. Tunc non confundar, cum perspexero
in omnibus mandatis tuis. Aleph. Cõfitebor tibi in directione cordis, in eo q᷑ didici iudicia iu-
stitiæ tuæ, Aleph. Iustificationes tuas custodiam, non me derelinquas vsquequaque.

¶Beth. B

IN quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos. Beth. In toto cor-
de meo exquisiui te, ne repellas me à mandatis tuis. Beth. In toto corde meo abscondi eloqa
tua vt non peccem tibi. Beth. Benedictus es domine, doce me iustificationes tuas. Beth. In
labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Beth. In via testimoniorum tuorum delectatus 38.dist.c. ois
sum, sicut in omnibus diuitijs. Beth. In mandatis tuis exercebor, & cõsiderabo vias tuas. Beth.
In iustificationibus tuis meditabor, non obliuiscar sermones tuos

¶Gimel.

REtribue seruo tuo, viuifica me, & custodiam sermões tuos. Gimel. Reuela oculos meos, C
& considerabo mirabilia de lege tua. Gimel. Incola ego sum in terra, non abscondas à me
mandata tua. Gimel. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas, in omni tem
pote. Gimel. Increpasti superbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis. Gimel. Aufer à me
opprobrium & contemptum, quia testimonia tua exquisiui. Gimel. Etenim sederũt principes,
& aduersum me loq̃bantur, seruus autẽ tuus exercebat in iustificationibus tuis. Gimel. Nam &
testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum iustificationes tuæ.

¶Daleth.

ADhæsit pauimẽto aĩa mea, viuifica me secũdũ verbũ tuũ. Daleth. Vias meas enũciaui, & D
exaudisti me, doce me iustificatões tuas. Daleth. Viã iustificationũ tuaꝝ istrue me, & ex
ercebor ĩ mirabilibus tuis. Daleth. Dormitauit aĩa mea p̃ tedio, cõfirma me ĩ verbis tuis.

Daleth

Daleth, Viam iniquitatis amoue à me,& de lege tua miserere mei. Daleth, Viã veritatis ele
gi, iudicia tua non sum oblitus Daleth, Adhæsi testimonijs tuis dñe, noli me cõfundere. Da
leth, Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. ¶He.

E LEgem pone mihi domine viam iustificationũ tuarum, & exquiram eam semper. He, Da
mihi intellectũ,& scrutabor legem tuam,& custodiã illam in toto corde meo. He. De-
duc me in semita mandatorum tuorum, quia ipsum volui. He, Inclina cor meũ in testimonia
tua,& non auaritiã. He, Auerte oculos meos, ne videant vanitatem, in via tua viuifica me. He.simul.
He, Statue seruo tuo eloquiũ tuũ, in timore tuo. He, Amputa opprobriũ meũ quod * suspica
tus sum, quia iudicia tua iucunda. He, Ecce concupiui mãdata tua, in æqtate tua viuifica me.

¶Vau.

F ET veniat super me misericordia tua domine, salutare tuũ scd̃m eloquiũ tuũ. Vau, Et re-
spondebo exprobrantibus mihi verbũ, quia speraui in sermonibus tuis. Vau, Et ne aufe
ras de ore meo verbũ veritatis vsquequaque, quia in iudicijs tuis supersperaui. Vau, Et cu
stodiã legem tuã semper, in seculũ & in seculũ seculi. Vau, Et ambulabã in latitudine, qa man
data tua exquisiui. Vau, Et loquebar in testimonijs tuis in conspectu regũ,& non confunde-
bar. Vau, Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi. Vau, Et leuaui manus meas ad manda-
ta tua, quæ dilexi,& exercebor in iustificationibus tuis. ¶Zain.

G MEmor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti. Zain, Hæc me consolata est
in humilitate mea, quia eloquiũ tuũ viuificauit me. Zain. Superbi inique agebant vs-
quequaque, à lege aũt tua non declinaui. Zain, Memor fui iudiciorum tuorum à seculo do
mine,& consolatus sum. Zain, Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legẽ
tuam. Zain, Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. Zain
Memor fui nocte nominis tui domine,& custodiui legem tuam. Zain, Hæc facta est mihi,
quia iustificationes tuas exquisiui. ¶Heth.

H POrtio mea domine, dixi custodire legem tuã. Heth, Deprecatus sum faciem tuam, in to-
92.di.c.presbyter de cele bra. mis.c.a. to corde meo, miserere mei, secundũ eloquiũ tuũ. Heth, Cogitaui vias meas,& conuerti
pedes meos, in testimonia tua. Heth, Paratus sum,& non sum turbatus, vt custodiã mã-
data tua. Heth, Funes peccatorum circũplexi sunt me,& legem tuam non sum oblitus. Heth, Supra.12.a
Media nocte surgebã ad confitendũ tibi, super iudicia iustificatiõis tuæ. Heth, Particeps ego
sum omniũ timentiũ te.& custodientiũ mandata tua. Heth, Misericordia tua domine plena
est terra, iustificationes tuas doce me. ¶Theth.

I BOnitatem fecisti cũ seruo tuo domine, scd̃m verbũ tuũ. Theth, Bonitatem & disciplinã
& scientiã doce me, quia mãdatis tuis credidi. Theth, Priusquã humiliarer ego deliqui,
propterea eloquiũ tuũ custodiui. Theth, Bonus es tu,& in bonitate tua doce me iustifi-
cationes tuas. Theth, Multiplicata est super me iniquitas superborum, ego autem in toto corde
47.di.c.ob... meo scrutabor mandata tua. Theth, Coagulatũ est sicut lac cor eorum, ego vero legem tuã me
...gio. ditatus sum. Theth, Bonũ mihi quia humiliasti me, vt discã iustificationes tuas. Theth, Bo-
num mihi lex oris tui, super milia auri & argenti. ¶Iod.

K MAnus tuæ domine fecerũt me,& plasmauerũt me, da mihi intellectũ, vt discã mandata Infra.io.b
tua. Iod, Qui timent te, videbũt me,& lætabunt, quia verba tua supersperaui. Iod,
Cognoui domine qa æquitas iudicia tua,& in veritate tua humiliasti me. Iod, Fiat mi
sericordia, tua vt consolet me, scd̃m eloquiũ tuũ seruo tuo. Iod, Veniãt mihi miseratões tuæ &
viuã, quia lex tua meditatio mea est. Iod, Confundant superbi, quia iniuste iniquitatẽ fecerũt
in me, ego aũt exercebor in mãdatis tuis. Iod, Conuertant mihi timentes te,& q nouerũt te-
stimonia tua. Iod, Fiat cor meũ immaculatũ in iustificationibus tuis, vt non confundar.

¶Caph.

L DEfecit in salutare tuũ aĩa mea,& in verbũ tuũ supersperaui. Caph, Defecerũt oculi mei
in eloquiũ tuũ, dicentes, quando consolaberis me? Caph, Quia factus sum sicut vter in
pruina, iustificationes tuas non sum oblitus. Caph. Quot sunt dies serui tui? quando fa-
cies de persequentibus me iudiciũ? Caph * Narrauerũt mihi iniqui fabulatões, sed non vt lex He. Foderunt mihi fo
tua. Caph, Omnia mandata tua veritas, iniqui persequuti sunt me, adiuua me. Caph, Paulo- ueas su-
minus consummauerũt me in in terra, ego aũt non dereliqui mandata tua. Caph, Scd̃m mise perbi quæ nõ sunt
ricordiam tuam viuifica me, & custodiam testimonia oris tui. secundum le
gem tuam

¶Lamed.

M IN æternum domine, verbum tuum permanet in cœlo. Lamed, In generatione & gene-
rationem veritas tua, fundasti terram,& permanet. Lamed, Ordinatione tua perseuerat
dies, quoniam omnia seruiunt tibi. Lamed, Nisi qꝺ lex tua meditatio mea est, tũc forte pe
rijssem in humilitate mea. Lamed, In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in
ipsis viuificasti me. Lamed, Tuus sum ego saluum me fac, quoniam iustificationes tuas exqui
siui, Lamed, Me expectauerunt peccatores, vt perderent me, testimonia tua intellexi.
Lamed,

Lamed: Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis.

¶Mem.

QVomodo dilexi legem tuam domine? tota die meditatio mea est. Mem: Super inimi- N
cos meos prudentem me fecisti mandato tuo, quia in æternum mihi est. Mem: Super
omnes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est. Mem: Super
senes intellexi, quia mandata tua quæsiui. Mem: Ab omni via mala prohibui pedes meos,
nec custodiam verba tua. Mem: A iudicijs tuis non declinaui, quia tu legem posuisti mihi.
Mem: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Mem: A mandatis tuis
intellexi, propterea odiui omnem viam iniquitatis.

¶Nun.

LVcerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Nun: Iuraui, & statui custo O
dire iudicia iustitiæ tuæ. Nun: Humiliatus sum vsquequaq; domine viuifica me secun-
dum verbum tuum. Nun: Voluntaria oris mei beneplacita fac domine, & iudicia tua
doce me. Nun: Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam non sum oblitus. Nun:
Posuerũt peccatores laqueũ mihi, & de mandatis tuis non erraui. Nun: Hæreditate acquisi-
ui testimonia tua in æternũ, quia exultatio cordis mei sunt. Nun: Inclinaui cor meũ ad faciẽ
das iustificationes tuas in æternũ, propter retributionem.

¶Samech.

Hebr. Cogitationes

I*Niquos odio habui, & legem tuam dilexi. Samech: Adiutor meus & protector meus es P
tu, & in verbum tuum supersperaui. Samech: Declinate à me maligni, & scrutabor man-
data dei mei. Samech: Suscipe me secundum eloquium tuum, & viuam, & non confun-
das me ab expectatione mea. Samech: Adiuua me & saluus ero, & meditabor in iustificatio
tubus tuis semper. Samech: Spreuisti omnes discedentes à iudicijs tuis, quia iniusta cogita-
tio eorũ. Samech: * Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ, ideo dilexi testimonia
tua. Samech: Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs em̃ tuis timui.

Heb. velut scoriam delesti oẽs &c.

¶Ain.

FEci iudiciũ & iustitiam, non tradas me calumniantibus me. Ain: Suscipe seruum tuum Q
in bonum, non calumnientur me superbi. Ain: Oculi mei defecerunt in salutare tuum,
& in eloquium iustitiæ tuæ. Ain: Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, &
iustificationes tuas doce me. Ain: Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum, vt sciam testi-
monia tua. Ain: Tempus faciendi domine, dissipauerũt legem tuam. Ain: Ideo dilexi mã-
data tua, super aurũ & topazion. Ain: Propterea ad omnia mandata tua dirigebar, omnem
viam iniquam odio habui.

¶Phe.

MIrabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. Phe: Declaratio sermonum R
tuorum illuminat, & intellectum da paruulis. Phe: Os meum aperui, & attraxi spiri-
tum, quia mandata tua desiderabam. Phe. Aspice in me, & miserere mei, secundum
iudicium diligentium nomen tuum. Phe: Gressus meos dirige, secundum eloquium tuum,
& non dominetur mei omnis iniustitia. Phe: Redime me à calumnijs hominum, vt custodi
am mandata tua. Phe: Faciem tuam illumina super seruum tuum, & doce me iustificationes
tuas. Phe: Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.

¶Zade.

IVstus es domine, & rectũ iudiciũ tuũ. zade: Mandasti iustitiam testimonia tua, & verita S
tem tuam nimis. zade: Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici
mei. zade: Ignitũ eloquiũ tuũ vehementer, & seruus dilexit illud. zade: Adolescentulus
sum ego, & contẽptus, iustificationes tuas non sum oblitus. zade: Iustitia tua, iustitia in æter
nũ, & lex tua veritas. zade: Tribulatio & angustia inuenerũt me, mãdata tua meditatio mea
est. zade: Aequitas testimonia tua in ęternũ, intellectũ da mihi & viuã.

¶Cuph.

CLamaui in toto corde meo, audi me domine, iustificationes tuas requirã. Cuph: Cla- T
maui ad te, saluũ me fac, vt custodiam mandata tua. Cuph: Præueni in maturitate, &
clamaui, quia in verba tua supersperaui. Cuph: Præuenerunt oculi mei ad te diluculo,
vt meditarer eloquia tua. Cuph: Vocem meã audi, secundũ misericordiã tuã domine, secun
dum iudiciũ tuũ viuifica me. Cuph: Appropinquauerũt persequentes me iniquitati, à lege
aũt tua longe facti sunt. Cuph: Prope es tu dñe, & omnes viæ tuæ veritas. Cuph: Initio cõ
gnoui de testimonijs tuis, quia in æternum fundasti ea.

¶Res.

VIde humilitatem meã, & eripe me, quia legem tuã non sum oblitus. Res. Iudica iudici- V
um meũ, & redime me, propter eloquiũ tuũ viuifica me. Res: Longe à peccatoribus
salus, quia iustificationes tuas non exquisierũt. Res: Misericordiæ tuæ multæ domine,
secundũ iudiciũ tuũ viuifica me. Res: Multi q persequunt me, & tribulant me, à testimonijs
tuis non declinaui. Res: Vidi præuaricantes, & tabescebã, quia eloquia tua non custodierũt.
Res: Vide qm̃ mandata tua dilexi dñe, in misericordia tua viuifica me. Res: Principiũ ver
borũ tuorũ veritas, in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.

¶Sin.

X PRincipes perſecutiſunt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meum. Sin. Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa. Sin. Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum, legem aũt tuã dilexi. Sin. Septies in die, laudem dixi tibi, ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Sin. Pax multa diligentibus legem tuã, & non eſt illis ſcandalũ. Sin. Expectabam ſalutare tuũ domine, & mandata tua dilexi. Sin. Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua & dilexit ea vehementer. Sin. Seruaui mandata tua, & teſtimonia tua, quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.

¶Thau.

Y APproinquet deprecatio mea in conſpectu tuo domine, iuxta eloquiũ tuũ da mihi intellectũ. Thau. Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo, ſecundũ eloquiũ tuum eripe me. Thau. Eructabũt labia mea hymnũ, cum docueris me iuſtificationes tuas. Thau. Pronuntiabit lingua mea eloquiũ tuũ, quia oĩa mandata tua æquitas. Thau. Fiat manus tua vt ſaluet me, qm̃ mandata tua elegi. Thau. Concupiui ſalutare tuũ dñe, & lex tua meditatio mea eſt. Thau. Viuet anima mea, & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me. Thau. Erraui ſicut ouis quæ perijt, quære ſeruum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus. Supra. 117.a ioan.14.a (?)

¶Canticum graduum. CXIX.

A AD dominũ (cũ tribularer) clamaui, & exaudiuit me. Domine libera animã meã à labijs iniqs, & à lingua doloſa. Quid def tibi aut qd apponaſ tibi, ad linguã doloſam? Sagittæ potentis acutæ, cũ carbonibus * deſolatorijs. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cũ habitantibus Cedar, multũ incola fuit anima mea. Cũ his qui oderunt pacem, eram pacificus, cum loquebar illis, impugnabant me gratis. He. iunipe rorum (?)

¶Canticum graduum. CXX.

A LEuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxiliũ mihi. Auxiliũ meũ à domino, qui fecit cœlũ & terrã. Non det in cõmotionẽ pedẽ tuũ, neq; dormitet, qui cuſtodit te. Ecce non dormitabit neq; dormitet, qui cuſtodit Iſrahel. Dñs cuſtodit te, dñs protectio tua, ſuper manũ dexterã tuam. Per diem ſol non vret te, neq; luna per noctem. Dñs cuſtodit te ab omni malo, cuſtodiat animam tuam dñs. Dominus cuſtodiat introitũ tuũ, & exitum tuum, ex hoc nunc & vſq; in ſeculum. Eſa.5.g (?)

¶Canticum graduum. CXXI.

A LAetatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domũ dñi ibimus. Stantes erat pedes noſtri in atrijs tuis Hieruſalẽ, Hieruſalem quæ ædificaſ vt ciuitas, cuius participatio eius in idipm̃. Illuc eñ aſcenderũt tribus, tribus dñi, teſtimoniũ Iſrahel, ad confitendũ nomini domini. Quia illic ſederũt ſedes in iudicio, ſedes ſuper domũ Dauid. Rogatæ quæ ad pacem Hierl̃m, & abũdantia diligẽtibus te. Fiat pax in virtute tua, & abũdantia in turribus tuis. Propter frẽs meos, & proximos meos, loquebar pacem de te. Propter domũ dñi dei noſtri quæſiui bona tibi.

¶Canticum graduum. CXXII.

A AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Ecce ſicut oculi ſeruoꝝ, in manibus dominoꝝ ſuoꝝ. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ, ita oculi noſtri ad dominũ deũ noſtrũ, donec miſereaſ noſtri. Miſerere noſtri domine miſerere noſtri, qiua multũ repleti ſumus deſpectiõe. Quia multũ repleta eſt anima noſtra, opprobriũ abũdantibus, & deſpectio ſuperbis.

¶Canticum graduum. CXXIII.

A NIſi quia dñs erat in nobis (dicat nũc Iſrahel) niſi quia dñs erat in nobis. Cũ exurgerent homines in nos, forſitan viuos deglutiſſent nos. Cũ iraſcereſ furor eoꝝ in nos, forſitã aq̃ abſorbuiſſet nos. Torrentẽ pertranſiuit aĩa noſtra ſorſitan pertranſiſſet aĩa noſtra aquã intolerabilẽ. Benedictus dñs, q non dedit nos in captionẽ dentibus eoꝝ. Anima nr̃a ſicut paſſer erepta eſt, de laqueo venantiũ. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Adiutoriũ noſtrũ in nomine dñi, qui fecit cœlũ & terram.

¶Canticũ graduũ. CXXIIII.

A QVi confidũt in domino ſicut mons Sion, non cõmouebiſ in æternũ, qui habitat in Hieruſalem. Montes in circuitu eius, & dñs in circuitu populi ſui, ex hoc nũc & vſq; in ſeculũ. Quia nõ relinquet dominus virgam peccatoꝝ ſuper ſortem iuſtoꝝ, vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas. Bene fac domine, bonis & rectis corde. Declinantes aũt in obligationes, adducet dominus cum operantibus iniquitatem, pax ſuper Iſrahel.

¶Canticum graduum. CXXV.

A IN conuertendo dñs captiuitatẽ Sion, facti ſumus ſicut * conſolati. Tunc repletũ eſt gaudio os noſtrũ, & lingua noſtra exultatione. Tunc dicent inter gentes, magnificauit dñs facere cũ eis. Magnificauit dñs facere nobiſcũ, facti ſumus lętantes. Conuertere dñe captiuitatem noſtrã, ſicut torrens in * auſtro. Qui ſeminãt in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibãt & flebãt, mittentes ſemina ſua. Venientes aũt venient cũ exultatiõe, portantes manipulos ſuos. Heb. ſomniantes / Heb. terra ſicca (?)

¶Canticum graduum. CXXVI.

A NIſi dñs ædificauerit domũ, inuanũ laborauerũt, q ædificant eã. Niſi dñs cuſtodierit ciuitatẽ, fruſtra vigilat, q cuſtodit eã. Vanũ eſt vobis ante lucẽ ſurgere, ſurgite poſtq̃ ſederitis, q mãducatis panem doloris. Cum dederit dilectis ſuis ſomnũ, ecce hæreditas domini, filij,

Ne. parturie ni,filij,merces fructus ventris.Sicut sagittæ in manu potentis,ita filij *.excussorum.Beatus vir
He. pharetram suam qui impleuit* desiderium suum ex ipsis,non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

¶Canticum graduum. CXXVII.

BEati omnes qui timent dominum, qui ambulant in vijs eius. Labores manuum tuarum A
quia manducabis,Beatus es, & bene tibi erit. Vxor tua sicut vitis abundans, in lateribus
domus tuæ.Filij tui sicut nouellæ oliuarum,in circuitu mensæ tuę. Ecce sic benedicetur ho
mo,qui timet dominum.Benedicat tibi dominus ex Sion,vt videas bona Hierusalem, omni-
bus diebus vitæ tuæ,Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israhel.

¶Canticum graduum. CXXVIII.

He. arauerūt arātes,p traxerūt sulcos suos,Dominus iust' cōcidit funes pecca.&c. SAepe expugnauerunt me à iuuentute mea(dicat nunc Israhel:) Sæpe expugnauerunt me A
à iuuentute mea:etenim non potuerunt mihi.Supra dorsum meum *fabricauerunt pec-
catores,prolongauerunt iniquitatem suam.Dominus iustus concidet ceruices peccatorum,
confundantur,& conuertantur retrorsum,omnes qui oderunt Sion.Fiant sicut fœnum tecto B
rum,quod priusquàm euellatur,exaruit.De quo non impleuit manū suam qui metet,& sinum
suum qui manipulos colliget.Et non dixerūt,quia præteribant,benedictio domini super vos
benedicimus vobis in nomine domini.

¶Canticum graduum. CXXIX.

DE profundis clamaui ad te domine,domine exaudi vocem meam.Fiant aures tuæ inten A
lentes,in vocem deprecationis meæ.Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis De pe.d.c.volutem 1ß.
sustinebit?Quia apud te propitiatio est,& propter legem tuam sustinui te domine.Su-
stinuit anima mea in verbo eius,sperauit anima mea in domino. A custodia matutina vsque ad
He. custodiā matutinam,diei sequentis &c. *noctem,speret Israhel in domino.Quia apud dominū misericordia,& copiosa apud eum re-
demptio.Et ipse redimet Israhel,ex omnibus iniquitatibus eius.

¶Canticum graduum. CXXX.

DOmine non est exaltatum cor meum,neque elati sunt oculi mei. Neque ambulaui in ma- A
gnis,neque in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam,sed exaltaui animam
meam.Sicut ablactatus est super matrem suam,ita retributio in anima mea.Speret Isra-
hel in domino,ex hoc nunc & vsque in seculum.

¶Canticum graduum. CXXXI.

MEmento domine Dauid,& omnis mansuetudinis eius.Sicut iurauit domino,votū vo- A
uit deo Iacob.Si introiero in tabernaculum domus meæ,si ascendero in lectum stra
ti mei.Si dedero somnum oculis meis,& palpebris meis dormitationem. Et requiem
temporibus meis,donec inueniam locum domino,tabernaculū deo Iacob. Ecce audiuimus
eam in Ephratha,inuenimus eam in campis syluæ.Introibimus in tabernaculum eius,adorabi
2.Para. mus in loco vbi steterunt pedes eius. Surge domine in requiem tuam, tu & arca sanctificatio B
nis tuæ.Sacerdotes tui induantur iustitia,& sancti tui exultent. Propter Dauid seruum tuum, Acto.2.c.2. de.iureiu.c. & si Christ'
non auertas faciem Christi tui. Iurauit dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum,
de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.Si custodierint filij tui testamentum meum,&
testimonia mea,hęc quæ docebo eos.Et filij eorum vsque in seculum,sedebunt super sedem tuam
Quoniam elegit dominus Sion,elegit eam in habitationem sibi. Hæc requies mea in seculum
seculi,hic habitabo quoniam elegi eam. Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius sa C
turabo panibus.Sacerdotes eius induam salutari,& sancti eius exultatiōe exultabūt.Illuc pro- 40.dist.ca.
ducam cornu Dauid,paraui lucernam Christo meo. Inimicos eius induam confusione,super
ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

¶Canticum graduum. CXXXII.

ECce q̄ bonū & q̄ iucundū,habitare fratres in vnū.Sicut vnguentū in capite,quod descen- A
dit in barbam,barbā Aaron.Quod descendit in oram vestimenti eius,sicut ros Hermon,
qui descendit in montem Sion. Quoniam illic mandauit dn̄s benedictionem, & vitam,
vsque in seculum. ¶Canticum graduum CXXXIII.

ECce nunc benedicite domino,omnes serui domini. Qui statis in domo domini,in atrijs A
Supra.113.d domus dei nostri.In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite domino. 1.q.1.c. nulli de sacra unc. ca.unico
Benedicat te dominus ex Sion,qui fecit cœlum & terram.

¶Alleluia. CXXXIIII.

Supra.112 Supra.133 Hieremo.c LAudate nomen domini,laudate serui dominum. Qui statis in domo domini,in atrijs do A
mus dei nostri. Laudate dominum,quia bonus dominus,psallite nomini eius,quoniam
suaue est.Quoniā Iacob elegit sibi dominus,Israhel possessionē sibi. Quia ego cognoui,
quod magnus est dn̄s,& deus noster præ omnibus dijs.Omnia quæcunque voluit dominus fecit de con.dist.2. ca.omnes.
in cœlo & in terra,in mari,& in omnibus abyssis.Educens nubes ab extremo terræ, fulgura in
supra.77.f. pluuiam fecit.Qui producit ventos de thesauris suis,q percussit primogenita Aegypti, ab ho-
supra.11.d mine,vsque ad pecus.Et misit signa,& pdigia in medio tui Aegypte,in Pharaonem, & in om-
nes ser-

C nes ſeruos eius. Qui percuſſit gentes multas,& occidit reges fortes, Sehon regẽ Amorræorũ Exo.13.d
& Og regẽ Baſan,& oĩa regna Chanaan. Et dedit terrã eorũ hęreditatẽ,hæreditatẽ Iſraël po
pulo ſuo. Dñe nomẽ tuũ in æternũ,dñe memoriale tuũ in generatiõe & generationẽ. Quia Sup.112.
D iudicabit dñs populũ ſuũ,& in ſeruis ſuis deprecabit. Simulachra gentiũ argẽtũ & aurũ,ope Sup.13.d
ra manuũ hominũ. Os habẽt & nõ loquent,oculos habẽt & nõ videbunt. Aures habẽt,& non
audient,neq; eñ eſt ſpũs in ore ipſorũ. Similes illis fiant q faciunt ea,& omnes q confidunt in
eis. Domus Iſrael benedicite dño,domus Aaron benedicite dño. Domus Leui benedicite do
mino,q timetis dñm benedicite dño. Benedictus dñs ex Sion,qui habitat in Hieruſalem.

¶Alleluia. CXXXV.

A Confitemini dño qm̃ bonus,quoniã in ſeculũ miſericordia eius. Confitemini deo deorũ
quoniã. Confitemini domino dominorũ,qm̃. Qui fecit mirabilia magna ſolus,quoniã Sup.104.a
Qui fecit cœlos in intellectu,qm̃. Qui firmauit terrã ſuper aquas,qm̃. Qui fecit lumina- &.105.a.&106.a
B ria magna,qm̃. Solẽ in poteſtatẽ diei,qm̃. Lunã & ſtellas in poteſtatem noctis,qm̃. Qui per- Gne.1.b
cuſſit Aegyptũ cũ primogenitis eorũ,qm̃. Qui eduxit Iſrael de medio eorũ,qm̃. In manu po-
tenti,& brachio excelſo,qm̃. Qui diuiſit mare rubrũ in diuiſiones,qm̃. Et eduxit Iſrael p me-
diũ eius,qm̃. Et excuſſit Pharaonẽ,& virtutẽ eius in mari rubro,qm̃. Qui traduxit populum
C ſuũ per deſertũ,qm̃. Qui percuſſit reges magnos,qm̃. Et occidit reges fortes,qm̃. Sehon re-
gẽ Amorræorũ,qm̃. Et Og regẽ Baſan,qm̃. Et dedit terrã eorũ hæreditatẽ, qm̃. Hæreditatẽ
Iſrael ſeruo ſuo,qm̃. Quia in humilitate noſtra memor fuit noſtri,qm̃. Et redemit nos ab ini-
micis noſtris,qm̃. Qui dat eſcã omni carni,qm̃. Confitemini deo cœli,qm̃ in ſeculũ miſeri-
cordia eius.* Confitemini domino dominorũ,quoniã in æternũ miſericordia eius. hic verſus neq; apud He. neq; apud ſeptuaginta habet, & eſt repetitio tertij verſus.

¶Alleluia,pſalmus Dauid,propter Hieremiam. CXXXVI.

A SVper flumina Babylonis,illic ſedimus & fleuimus,dũ recordaremur tui Sion. In ſalicibus
De conſ.diſt.1.ca.ſi duo. in medio eius,ſuſpẽdimus organa noſtra. Quia illic interrogauerũt nos,q captiuos duxe
De pœ.diſt.1.ca.in ſalicibus. runt nos,verba cantionũ. Et q abduxerũt nos,hymnũ cantate nobis de cãticis Sion. Quõ
cantabimus canticũ dñi,in terra aliena? Si oblitus fuero tui Hieruſalẽ,obliuioni detur dexte-
B ra mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis,ſi nõ meminero tui. Si nõ propoſuero Hieruſa
De pœ.diſt. lẽ,in principio lætitiæ meæ. Memor eſto dñe filiorũ Edom,in die Hieruſalẽ. Qui dicunt,
1.ca.in ſalici. exinanite,exinanite, vſq; ad fundamentũ,in ea. Filia Babylonis miſera,beatus q retribuet ti-
bi retributionẽ tuã,quã retribuiſti nobis. Beatus q timebit,& allidet paruulos ſuos ad petrã.

¶Pſalmus ipſi Dauid. CXXXVII.

A COnfitebor tibi dñe,in toto corde meo,* qm̃ audiſti oĩa verba oris mei. In cõſpectu an- hæc clauſula ſupereſt.
gelorũ pſallã tibi,adorabo ad tẽplũ ſanctũ tuũ,& confitebor nomini tuo. Super miſeri- Sup.9.a
cordia tua & veritate tua,qm̃ magnificaſti ſup omne nomẽ ſanctũ tuũ. In quacunq; die ſup.110.a Sup.115.b
inuocauero te,exaudi me,multiplicabis in anima mea virtutẽ. Confiteantur tibi dñe omnes Sup.10.a
B reges terræ,quia audierunt omnia verba oris tui. Et cantent in vijs domini, quoniã magna
eſt gloria domini. Quoniam excelſus dominus,& humilia reſpicit,& alta à longe cognoſcit,
Si ambulauero in medio tribulationis,viuificabis me,& ſuper iram inimicorũ meorũ exten-
diſti manum tuam,& ſaluum me fecit dextera tua. Dominus retribuet pro me,domine miſe-
ricordia tua in ſeculum,opera manuum tuarum ne deſpicias.

¶In finem,pſalmus Dauid. CXXXVIII.

A DOmine probaſti me & cognouiſti me,tu cognouiſti ſeſſionem meã & reſurrectionem
Gene.19.e uit iuſtum, & cõſeruauit ſine quærela deo, & in filijs miſericordiam fortẽ cuſtodiuit. Hæc iuſtũ
apereuntibus impijs liberauit fugientẽ, deſcendeote igne in Pentapolim, qbus in teſtimonium
nequitiæ fumigabunda conſtat deſrrta terra, & in ceeto tẽpore fructus habẽtes arbores, & incredibilis animæ memoria ſtans figmentũ ſalis. Sapientiã eñ prætrreuntes nõ tantũ in hoc lapſi ſunt, vt ignorarent bona, ſrd & ioſipientiæ ſuæ reliquerunr hominibus memoriã, vt in his
Gene.28.b quæ prccauerũt, nec latrrr potuiſſent. Sapiẽtia aũt hos q ſe obſrruãt, à doloribus liberabit. Hęc
aũt profugiũ iræ fratris iuſtũ deduxit p vias rectas, & oſteodit illi eegnũ dei, & dedi illi ſciẽtiam
ſanctorũ, honeſtauit illũ in laboribus, & cõpleuit labores illius. In feaude circũuenĩẽtium illum C
Gene.39.e affuit illi, & honeſtũ fecit illũ. Cuſtodiuit illũ ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illũ. Et certa-
Gene.44.e men forte dedit illi, vt vinceret, & ſcieet, q̃m omniũ potentior eſt ſapientia. Hæc venditum iuſtũ nõ dereliquit, ſed à prccatoeibus liberauit. Deſceoditq; cũ illo in foueã, & in vioculis nõ dereliquit illũ, donec afferret illi ſceptrũ regni, & potentiã, aduee ſus eos q rũ deprimebãt, & men
Exod.1.c daces oſtrndit q maculauerũt illũ. Et dedit illi claritatẽ ęternã. Hæc populũ iuſtũ & ſemen ſine
Exod.14.f quærela liberauit à nationibus, quæ illũ deprimebant. Intrauit in animã ſerui dei, & ſtetit cõtra De rendi.c. Niſſ.
reges horrendos, in portentis & ſignis. Et eeddidit iuſtis mercędem laborũ ſuorũ, & eduxit illos in via mirabili, & fuit illis in velamẽto diei, & in luce ſtellarũ per noctem. Et tranſtulit illos D
Exodi.15.a per mare rubrũ, & tranſuexit illos per aquã nimiã. Inimicos aũt illorũ drmerſit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iuſti tulerũt ſpolia impiorũ, & decantauerunt dñe, nomẽ 23.q.7.c.a
ſanctũ tuũ & victricem manum tuam laudauerunt pariter. Q̃m ſapientia aperit os mutorum, & linguas infantium fecit diſertas.

¶ Lex datur, vt per quę peccas, torquearis eiſdrm. In menſura, numrro, pondere, deus omnia diſponit, parcit, amat. Cap. XI.

A

Exodi.17.c DIrexit opera eorũ in manibus prophetæ ſancti. Iter fecerunt p deſerta, quæ nõ habi-
Eccleſ.15.a tabantur, & in locis deſertis fecerũt caſas. Steterunt contra hoſtes, & de ioimicis ſe vindicauerũt. Sitierunt, & iouocauerunt te, & data eſt illis aqua, de petra altiſſima, & reqes ſitis de lapide duro. Per quæ eñ pœnas paſſi ſunt inimici illorum, à defectione potus ſui, in eis, cum abundarent filij Iſrael, lœtati ſunt. Per hæc cũ illis dreſſent, bene cum illis actũ eſt. Nam peo fonte qdem ſempiterni fluminis humanũ ſanguinẽ dediſti iniuſtis. Qui B
cũ minuerent in traductiõe infantiũ occiſorũ, dediſti illis abũdantẽ aquã inſperate, oſtendens p ſitim quę tunc fuit, quẽadmodũ tuos exaltares, & aduerſarios illorũ necares. Cũ eñ tentati ſunt & qdẽ cũ miſericordia diſciplinã accipientrs, ſcierunt, quẽadmodũ cũ ira iudicati impij tormẽta paterentur Hos qdem tanq̃ pater monẽs probaſti, illos aũt tanq̃ durus eex interrogans condemnaſti. Abſentes eñ & peæſentes ſimiliter torquebantur. Duplex eñ illos acceperat tædiũ & gemitus cũ mrmoria præteritorũ. Cum eñ audirent p ſua tormenta bene ſecũ agi, commemorati ſunt dominũ, admirantes in finẽ exitus. Quem eñ in expoſitione praua proiectũ deri- C
ſeruot, in finẽ euẽtus mirati ſunt: Nõ ſimilia iuſtis faciẽs, pro cogitationibus aũt inſenſatis iniqtates illorũ. Quod qdam errãtes colebãt mutos ſerpentes, & beſtias ſuperuacuas immiſiſti illis multitudioem mutorum animalium in vindictam. vt ſcirent qa per quæ peccat qs, per hæc & torqurtur. Non eñ impoſſibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuiſa immittere illis multitudinẽ vrſorũ, aut audaces leooes, aut noui generis ira plenas, & ignotas beſtias, aut vaporẽ igneũ ſpirãtes, aut fumi odorẽ peoferẽtes, ſut horrendas ab oculis ſcintillas rmittẽtes, quarũ nõ ſolũ læſura poterat illos exterminare, ſed & aſpectus per timorem occidere. Nam & ſine his vno ſpiritu poterant occidi, perſecutionem paſſi ab ipſis fa- D
ctis ſuis, & diſpergi p ſpm̃ virtutis tuæ. Sed oĩa in mẽſura & nũero & põdere diſpoſuiſti. Mul- 23.q.4.c.qui
tũ eñ valere tibi ſoli ſupererat ſemper, & virtuti brachij tui qs rrſiſtet? Q̃m tanq̃ momentum peccat.
ſtatheræ, ſic eſt antr te orbis terrarũ, & ranquam gutta roris antelucani, q deſceodit in terram Et miſereris omniũ, qa omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam.

Diligis

Diligis ẽm omnia quæ sunt, & nihil odisti eoꝝ quæ fecisti. Non ẽm odiens aliqd constituisti,
aut fecisti. Quõ autẽ posset aliqd permanere, nisi tu voluisses? Aut quod à te vocatum non esset
conseruaret? Parcis aũt omnibus, qm̃ tua sunt dñe, q amas animas.

¶ Mitis & bonus dñi spũs, cui nullus dicit cur faciat. Potest
ẽm solus oĩa. Cap. XII.

A QVàm bonus & suauis est dñe spũs tuus in omnibus. Ideoq; hos q errãt ex parte cor-
ripis, & de qbus peccant admones & alloqueris, vt relicta malicia credant in te dñe,
illos ẽm antiquos inhabitatores terræ sanctæ tuæ quos exhorruisti, qm̃ odibilia o-
pera tibi faciebant per medicamina, & sacrificia iniusta, & filioꝝ suoꝝ necato-
res sine misericordia, & comestores visceꝝ hoĩm, & deuoratores sanguinis, & autores paren-
tes animaꝝ in auxiliataꝝ perdere voluisti à medio sacramẽto tuo, per manus parẽtũ nostroꝝ.
(*Vt dignam perciperent peregrinationem puerorũ dei, quæ tibi omniũ charior ẽ terra.)
B Sed & his tanquam hominibus pepercisti, & misisti antecessores exercitus tui vespas, vt illos
paulatim exterminarent. Non qa impotens eras in bello subijcere impios iustis, aut bestijs sæ-
uis, aut verbo duro simul exterminare, sed partibus iudicans dabas locũ pœnitentiæ, non igno
rans qm̃ iniq est natio eoꝝ, & naturalis malicia ipsoꝝ, & qm̃ nõ poterat mutari cogitatio illoꝝ
in perpetuũ. Semen ẽm erat maledictũ ab initio, nec timens aliquẽ, veniã dabas peccatis illoꝝ.
Quis ẽm dicet tibi, quid fecisti? Aut qs stabit contra iudicium tuum? Aut qs in conspectu tuo
veniet, vindex iniquoꝝ hoĩm? Aut qs tibi imputabit, si perierint natiões, quas tu fecisti? Nec
est ẽm alius deus q̃ tu, cui cura est de oĩbus vt ostendas quoniam non iniuste iudicas iudicium.
Neq; rex neq; tyrannus in conspectu tuo inquirent de his quos perdidisti. Cum ergo sis iustus
iuste omnia disponis, ipsum quoq; q non debet puniri condemnas, & exterum æstimas à tua
virtute. Virtus ẽm tua iustitiæ initiũ est, & ob hoc q oĩm dñs es, oĩbus te parcere facis. Virtu
C tem ẽm ostendis tu, qui non crederis esse in virtute confirmatus, & hos qui te nesciunt in auda
ciam traducis. Tu aũt dñator virtutis cũ tranquillitate iudicas, & cũ magna reuerentia disponis
nos. Subest ẽm tibi cũ volueris posse. Docuisti aũt populũ tuũ p talia opa, qm̃ oportet iustũ esse
& humanũ, & bonæ spei fecisti filios tuos, qm̃ iudicans, das locũ pctĩs pœnitentiæ. Si ẽm ini
micos seruoꝝ tuoꝝ, & debitos morti, cũ tãta cruciasti attentione, & liberasti, dans tempus &
locum, per quæ possent mutari à malicia, cum quanta diligentia iudicasti filios tuos, quoꝝ parẽ
tibus iuramenta & conuentiones dedisti bonaꝝ promissionum? Cum ergo das nobis discipli-
D nam, inimicos nostros multipliciter flagellas, vt bonitatem tuã cogitemus iudicantes, & cũ de
nobis iudicatur, speremus misericordiã tuã. Vnde & illis q in vita sua insensate & iiuste uixerũt
per hæc quæ coluerunt dedisti summa tormenta. Etẽm in erroris via diutius errauerunt, deos
æstimãtes hæc quæ ĩ animalibus sunt superuacua, infantiũ insensatoꝝ more viuentes. Propter
hoc tanquã pueris insensatis iudicium in derisum dedisti. Qui aũt ludibrijs & increpationibus
non sunt correcti, dignum dei iudicium experti sunt. In his ẽm qui patiebantur moleste fere-
bant, in qbus impatientes indignabantur. Per hæc quos putabant deos in ipsis, cum extermina
rentur, videntes illum quem olim negabant se posse verum deum agnouerunt. Propter quod
& finis condemnationis eorum veniet super illos.

Ita potiꝰ uertẽdũ erat ex Gr. ut dignã dei filioꝝ coloniã susciperet terra oĩm apud te honoratissima.

¶ In Idololatras. Cap. XIII.

A VAni autẽ sunt oẽs hoĩes, in qbus nõ subest sciẽtia dei, & de his q̃ non videntur bo-
na, non potuerunt intelligere eum q est, neq; operibus attendentes agnouerunt qs
esset artifex, sed aut ignem, aut spm̃, aut citatum aerem, aut gyrũ stellaꝝ, aut nimiã
aquam, aut solem, & lunã, rectores orbis terraꝝ, deos putauerunt. Quorum & si spe
cie delectati, deos putauerunt, sciant quanto his dñator eorum speciosior est. Speciei ẽm gene-
rator hæc oĩa constituit. Aut si virtutem & opera eoꝝ mirati sunt, intelligãt ab illis quoniam
B qui hæc fecit, fortior est illis. A magnitudine enim speciei, & creaturæ, cognoscibiliter poterit
creator hoꝝ videri. Sed tamen adhuc in his minor est querela. Et hi enim fortasse errant deum
quærentes, & volentes inuenire. Etẽm cum in opibus illius conuersent, & inqrunt, & psuasum
habent, quoniã bona sunt quæ vident. Iteꝝ aũt nec his debet ignosci. Si ẽm tantum potuissent
C scire, vt possent æstimare seculum, quomodo huius dñm non facilius inuenerũt? Infœlices au
tem sunt, & inter mortuos spes illoꝝ est, q appellauerũt deos opera manuũ hoĩm, aurum & ar
gentũ, artis inuentionẽ, & similitudines animaliũ aut lapidẽ inutilẽ opus manus antiquæ. Aut si Esa. 44. a
qs artifex faber de sylua lignũ rectũ secuerit, & huius docte eradat oẽm corticẽ, & arte sua vsus
diligẽter fabricet vas inutile, in cõuersationẽ vitæ, reliqas aũt huius opis ad pparationem escæ,
abutat, & reliquum hoꝝ quod ad nullos vsus facit, lignũ curuũ, & verticibus plenũ, sculpat dili
D genter per vacuitatẽ suã, & per scientiam suæ artis figuret illud, & assimilet illud imagini hoĩs,
aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica, & rubricundũ faciẽs fuco colorẽ illi
us, & oẽm maculã quæ in illo est perliniẽs, & faciat ei dignã habitationem, & in pariete ponẽs
illud, & cõfirmãs ferro, ne forte cadat prospiciẽs illi, sciẽs quoniã nõ potest adiuuare se. Imago

enim eſt,& opus eſt illi adiutorio. Et de ſubſtãtia ſua,& de filijs ſuis,& de nuptijs, votum faciẽs ingrit. Nõ erubeſcit loqui cũ illo,q ſine anima eſt, & pro ſanitate qdẽ infirmũ deprecaẜ & pro vita rogat mortuũ,& in adiutorio inutilẽ inuocat,& pro itinere petit ab eo q ambulare nõ poteſt,& de acqrendo,& de operãdo,& de oĩm reꝝ euẽtu petit ab eo,q in om̃ibus eſt inutilis.

¶De Idololatriæ origine & effectu. Cap. XIIII

ITerũ alius nauigare cogitãs,& per feros fluctus iter facere incipiẽs,ligno portante ſe,fragilius lignũ inuocat. Illud eñ cupiditas acqrendi excogitauit,& artifex ſapiẽtia fabricauit ſua. Tua autem pater prouidẽtia ab initio cũcta gubernat,qm̃ dediſti in mari viam, & inter fluctus ſemitã firmiſſimam oſtendens,qm̃ potens es ex om̃ibus ſanare, etiã ſi ſine rate aliqs adeat mare. Sed vt non eſſent vacua ſapientiæ tuæ opera,propter hoc etiam & exiguo ligno credũt homines animas ſuas,& tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt. Sed & ab initio cũ perirent ſupbi gigãtes,ſpes orbis terraꝝ ad ratẽ confugiẽs,remiſit ſeculo ſemen natiuitatis, quę manu tua erat gubernata. Benedictũ eſt eñ lignum,per quod fit iuſtitia. Per manus autem qd fit Idolum maledictũ eſt & ipſm,& q fecit illud,qa ille quidem operatus eſt,illud autem cum eſſet fragile deus cognominatus eſt. Similiter aũt odio ſunt deo, impius & impietas eius. Etenĩ qd factũ eſt,cum illo q fecit,tormenta patieẜ. Propter hoc & in Idolis nationũ non erit reſpectus,quoniam creaturæ dei in odiũ factæ ſunt,& in tentationũ animæ hominum, & in muſcipulam pedibus inſipiẽtiũ. Initium eñ fornicationis eſt exqſitio Idolorum,& adinuentio illoꝝ corruptio vitæ eſt. Neq; enim erant ab initio,neq; erunt imperpetuum. Superuacuitas eñ hominum,hæc adinuenit in orbem terraꝝ,& ideo breuis illoꝝ finis eſt inuentus. Acerbo enim luctu dolens pater rapti cito ſibi filij, fecit imaginẽ,& illum qui tunc quaſi homo mortuus fuerat nunc tanq̃ deum colere cœpit,& conſtituit inter ſeruos ſuos ſacra, & ſacrificia. Deinde interueniente tempore,conualeſcente antiqua conſuetudine,hic error tanquam lex cuſtoditus eſt, & tyrannoꝝ imperio colebãtur figmẽta. Et hos quos in palàm homines honorare nõ poterant,propter hoc quod longe eſſent,e longinqua figura eorum allata,euidẽtem imaginẽ regis quem honorare volebãt,fecerũt vt illum qui abierat tanquam præſentem colerẽt ſua ſollicitudine. Prouexit autẽ ad hoꝝ culturã,& hos qui ignorabãt artificis eximia diligentia. Ille enim volens plus placere illi qui ſe aſſumpſit,elaborauit arte ſua,vt ſimilitudinem in melius figuraret Multitudo autem hominũ abducta per ſpeciem operis, eum qui ante tempus tanquam homo honoratus fuerat,nunc Deum æſtimauerunt. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio quoniam aut effectui,aut regibus deſeruiẽtes homines,incommunicabile nomẽ lapidibus & lignis impoſuerunt. Et nõ ſuffecerat erraſſe eos circa Dei ſapiẽtiam: ſed & in magno viuentes inſcitiæ bello,tot & tam magna mala pacem appellãt. Aut eñ filios ſuos ſacrificantes,aut obſcura ſacrificia facientes,aut inſaniæ plenas vigilias habentes,neque vitam,neque nuptias,mundas,iã cuſtodiunt,ſed & alius alium per inuidiam occidit,aut adulterans contriſtat, & om̃ia commixta ſunt,ſanguis,homicidium,furtum,& fictio, corruptio,& infidelitas,turbatio,& periurium,tumultus ,bonoꝝ Dei immemoratio,animaꝝ inquinatio,natiuitatis immutatio, nuptiaꝝ inconſtantia,inordinatio mœchiæ,& impudicitiæ. Infandoꝝ eñ Idoloꝝ cultura,oĩs mali cauſa eſt, & initiũ,& finis. Aut eñ dum lætantur,inſaniũt,aut certe vaticinãtur falſa,aut viuunt iniuſte, aut periurãt cito. Dum eñ confidũt in Idolis,quæ ſine intellectu,& ſine anima ſunt,male iurantes,noceri ſe nõ ſperãt. Vtraq; ergo illis eueniẽt digne,quoniã male ſenſerũt de deo, attendentes Idolis,& iurauerũt iniuſte in Idolo,cõtemnẽtes iuſtitiã. Nõ eñ iurantiũ eſt virtus,ſed peccãtium pœna perambulat ſemper iniuſtorum præuaricationem.

¶Item in Idololatras. Cap. XV.

TV autem Deus noſter ſuauis & verus es,patiẽs, & in miſericordia diſponens omnia A
Etenim ſi peccauerimus,tui ſumus, ſciẽtes magnitudinem tuam, & ſi nõ peccauerimus,ſcimus quoniã apud te ſumus computati. Noſſe eñ te cõſummata iuſtitia eſt & ſcire iuſtitiã,& virtutem tuã,radix eſt immortalitatis. Nõ eñ in errorẽ induxit nos B
hoĩm malæ artis excogitatio,nec vmbra picturæ, labor ſine fructu,& effigies ſculpta p varios colores,cuius aſpectus dat iſenſato cõcupiſcẽtiã,& diligit mortuę imaginis effigiẽ ſine aĩa. Malorꝝ amatores digni ſunt morte,q ſpẽ hñt in talibus,& q faciũt illos,& q diligũt,& q colũt. Sed & figulus mollẽ terrã premẽs laborioſe fingit ad vſus noſtros,vnũquodq; vas, & de eodẽ luto fingit quæ mũda ſunt in vſum vaſa,& ſimiliter quæ his ſunt cõtraria. Hoꝝ autẽ vaſorum qs ſit vſus,iudex eſt figulus. Et cum labore vano deum*(fatuũ)fingit de eodẽ luto,ille qui pauloante de terra natus fuerat,& poſt puſillũ reducit ſe vnde acceptus eſt,repetitus aiæ debitũ quã habebat. Sed cura eſt illi,nõ quia laboraturus eſt,nec quoniã breuis illi vita eſt, ſed cõcertat aurificibus & argẽtarijs,ſed & ærarios imitaẜ,& gloriã pfert,qniã res ſupuacuas fingit. Cinis eſt enim C
cor eius,& terra ſuperuacua ſpes illius, & luto vilior vita eius,quoniam ignorauit qui ſe finxit, & qui inſpirauit illi animam qua operatur, & qui inſufflauit ei ſpiritum vitalem . Sed & exiſtimauerunt luſum eſſe vitam noſtram, & conuerſationem vitæ compoſitam ad lucrum,

Supra .1.g

Greci addũt ſtatuum.

& opor

& oportere vndecūq; etiā ex malo acquirere. Hic em̄ scit se super omnes delinquere, q ex ter-
D ræ materia fragilia vasa, & sculptilia fingit, Omēs em̄ insipientes, & infelices supra modū aīæ Psal.113.a
suæ, superbi sunt, inimici populi tui, & imperātes illi, qm̄ oia idola nationū deos existimaue-
runt, qbus nec oculorū visus est ad videndū, neq; nares ad percipiendū spm̄, neq; aures ad audi-
endū, neq; digiti manuū ad tractandū, sed & pedes eorū pigri ad ambulandū. Homo em̄ fecit
illos, & q spm̄ mutuatus est, is finxit illos. Nemo em̄ sibi simile homo poterit deū fingere. Cum
em̄ sit mortalis, mortuū fingit manibus iniquis. Melior em̄ est ipse his quos colit, qa ipse qdē
vixit cū esset mortalis, illi aūt nunq̄. Sed & animalia miserrimi colūt Insensata em̄ cōparata his
illis sunt deteriora. Sed nec aspectu aliqs ex his animalibus bona potest conspicere. Effugerūt
aūt dei laudem, & benedictionem eius.

A ¶Percussos sanat, nō herba, sed verbo, dator vitæ angelici qꝫ cibi. Ca. XVI.

PRopter hæc & his similia, passi sunt digne tormēta, & per multitudinē bestiarū exter-
minati sunt. Pro qbus tormētis bene disposuisti populū tuū qbus dedisti concupiscē- Exo.16.c
tiā delectamenti sui, nouū saporem escā parās eis * ortygometrā, vt illi qdem concu- ὀρτυγομήτρα,
piscentes escā propter ea quæ illis ostensa & missa sunt, etiā à necessariā concupiscen- est rex cotur
tia auerterent. Hi aūt, in breui inopes facti, nouā gustauerūt escā. Oportebat enim illis sine ex- nicum
cusatiōe qdem superuenire interitū, exercentibus tyrannidem: his aūt tantū ostendere, queād-
modū inimici eorū exterminabant. Etenim cū illis superuenit sæua bestiarū ira, morsibus puer- Nume.21.b
B sorū colubrorū exterminabant. Sed non imptuū tua ira permāsit, sed ad correptionē in breui
turbati sunt, signū habentes salutis ad cōmemorationē mādati legis tuæ. Qui enim conuersus
est non per hoc qd videbat, sanabat, sed per te oīm saluatorem. In hoc aūt ostēdisti inimicis no-
stris qa tu es, q liberas ab omni malo. Illos enim locustarū & muscarū occiderūt morsus, & nō Exo.8.f
est inuenta sanitas aīæ illorū, quia digni erāt ab huiuscemodi exterminari. Filios aūt tuos, nec
draconū, nec venenatorū vicerūt dentes. Misericordia enim tua adueniēs sanabat illos. In me
moria enim sermonū tuorū exterminabant, & velociter sanabant, ne in altā incidētes obliuio-
nem, nō possent tuo vti adiutorio, Etenim neq; herba, neq; malagma sanauit eos, sed tuus dñe 1.Re.2.a
sermo q sanat oīa. Tu es dñe, q vitæ & mortis habes ptātem, & deducis vsq; ad portas mortis, Tob.13.a
C & reducis. Homo aūt occidit qdem p malitiā aīmā suā, & cū exierit spūs, nō reuertet, nec re-
uocabit animā quæ recepta est, sed tuā manū effugere impossibile est. Negātes enim te nosse Exo.9.d
impij, p fortitudinē brachij tui flagellati sunt, nouis aqs, & grādinibus, & pluuijs psecutionem
passi sunt, & p ignē consumpti. Quod enim mirabile erat in aqua, quæ oia extinguit plus ignis
valebat. Vindex ē enim orbis iustorū. Quodā enim tpe māsuetabat ignis ne cōburerent, quæ
ad impios missa erāt aīalia: sed vt ipsi videntes scirēt, quoniā dei iudicio patiunt psecutionē. Et
De cōs.dist. qdā tpe in aqua supra virtutē ignis exardescebat vndiq;, vt iniquæ terræ natiōē exterminaret. Exo.16.d
2.c.Reuera Pro qbus angelorū esca nutriuisti ppm tuū, & paratū pahē de cœlo pstitisti illis sine labore, oē
delectamentū in se habētē, & oīs saporis suauitatē. Substantiā enim tuā, & dulcedinē tuā, quā
De cō.dist.2 in filios habes, ostēdebas, & deseruiens vniuscuiusq; volūtati. Ad qd quisq; volebat, cōuerte-
c.quotidie. bat. Nix aūt & glacies sustinebāt vim ignis, & nō tabescebāt, vt scirent qnīa fructus inimicorū
D exterminabat ignis ardēs in grādine, & pluuia coruscās. Hoc aūt iterū vt nutrirent iusti, ignis
etiā suæ virtutis oblitus est. Creatura enim tibi factori deseruiēs, exardescit in tormentū aduer
sus iniustos, & lenior fit ad benefaciendū pro his q in te confidūt. Propter hoc & tūc oīa trāsfi
gurata oīm nutrici grāæ tuæ deseruiebāt ad voluntatē eorū, q à te desiderati sunt vt scirent filij
tui, quos dilexisti dñe, qnīā nō natiuitatis fructus pascūt hoies, sed sermo tuus hos q in te credi
ff.de.i.Ecle derint, conseruat. Quod enim ab igne nō poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis
Rusticorum. calefactū tabescebat, vt notū oībus esset, quoniā oportet præuenire solem, ad benedictionem
tuam, ad ortum lucis te adorare. Ingrati enim spes tanq̄ hibernalis glacies tabescet, & dispe-
riet tanquam aqua superuacua.

¶Iudicia dei magna, qbus mirabilibus pœnis affligit impios. Ca. XVII.

A MAgna enim sunt iudicia tua dñe, & inenarrabilia verba tua, propter hoc indisciplī Exo.10.f
natæ aīæ errauerūt. Dū enim psuasum hñt iniqui posse dñari nationi sanctæ, vincu
lis tenebrarū & lōgæ noctis cōpediti, inclusi sub tectis fugitiui ppetuæ puidentiæ
iacuerūt. Et dū putant se latere, in obscuris peccatis, tenebroso obliuionis velamē-
to dispersi sunt, pauētes horrendæ, & cū admiratiōe nimia pturbati. Neq; enim q̄ cōtinebat il-
los spelūca sine timore custodiebat, quoniā sonitus descendēs pturbabat illos, & psonæ tristes
illis apparētes, pauorē illis pstabāt. Et ignis qdem nulla vis poterat illis lumē pbere, nec siderū
limpidæ flāmæ illuminare poterāt illā noctē horrendā. Apparebat āt illis, subitaneus ignis, ti-
more plenus & timore pcussi illius, quæ non videbat faciei, existimabāt deteriora esse quæ vi-
debant, & magicæ artis appositi erant derisus, & sapiæ gloria correptio cum contumelia. Illi
enim qui promittebant timores, & perturbationes expellere se ab anima languente. Et cum
derisu pleni, timore languebant. Nam & si nihil illos ex monstris perturbabat, transitu ani-
maliū

malium & serpentium sibilatione commoti, tremebundi peribant, & aerem, quem nulla ratio C
Græci carẽt ne qs effugere posset, negantes se videre. *(Frequenter enim præoccupant pessima redarguē
hoc versu. te conscientia.) Cùm sit enim timida nequitia, dat testimonium condemnata. Semper enim
præsumit sæua, perturbata conscientia. Nihil enim est timor nisi præsumptionis adiutorium,
perditio cogitatõis auxiliorum. Et dum ab intro minor est expectatio, maiorem computat po-
tentiã eius causæ, de qua tormentum præstat. Illi autem qui in potentem venere noctem, & ab
infimis, & ab altissimis superuenientem eundem somnum dormientes, aliquando monstrorum
exagitabant timore, aliquando animæ deficiebant traductione. Subitaneus enim illis, & inspe D
ratus timor superuenerat. Deinde si quisquã ex illis decidisset, custodiebat in carcere, sine fer-
ro reclusus. Si enim rusticus quis erat, aut pastor, aut agri laborum operarius præoccupatus esset
ineffugabilem sustinebat necessitatem. Vna eñ catena tenebrarum omnes erant colligati. Siue
spũs sibilans, aut inter spissos arborum ramos auiũ sonus suauis, aut vis aquæ decurrentis nimiũ
aut sonus validus præcipitantiũ petrarum, aut ludentiũ animaliũ cursus inuisus, aut mugientium
valida bestiarum vox, aut resonans de altissimis montibus echo, deficientes faciebat illos præ ti-
more. Omnis eñ orbis terrarum limpido illuminabat lumine, & non impeditis operibus conti
nebatur. Solis autem illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarum, quæ superuentura illis
erat. Ipsi ergo sibi erant grauiores tenebræ.

¶Sanctis maxima lux erat, & cursum peragrante nocte, tuus sermo sedibus exiliit,

Caput XVIII.

Exo.10.f SAnctis autem tuis maxima erat lux, & horum quidem vocem inimici audiebant: sed figu A
ram non videbant. Et quia non & ipsi eadem passi erant, magnificabant te, & qui ante
læsi erant: quia non lædebant, gratias agebant tibi, & vt esset differentia, te deum pete-
bant. Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ, & so-
lem, sine læsura boni hospitij præstitisti. Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tene-
brarum, qui inclusos custodiebant sanctos filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lu-
Exo.1.c men seculo dari. Cum cogitarent iustorum occidere infantes, & vno exposito filio, & liberato
Exo.2.b 14.f in traditionem illorum, multitudinem filiorum abstulisti, & pariter illos perdidisti in aqua valida.
Illa eñ nox ante cognita est à patribus nostris, vt vere scientes quibus iuramentis crediderũt
animæquiores essent. Suscepta est aũt à populo tuo sanitas qdem iustorum, iniustorum autem B
exterminatio. Sicut enim læsisti aduersarios nostros, sic & nos prouocans magnificasti. Abs-
conse enim sacrificabant iusti pueri bonorum, & iustitiæ legem in concordiã disposuerũt, simili-
ter & bona & mala recepturos iustos patri oĩm decantantes laudes. Resonabat aũt inconue-
Exo.12.e niens inimicorum vox, & flebilis audiebat planctus ploratorum infantiũ. Simili aũt pœna seruus
cum dño afflictus est, & popularis homo regi similia passus. Similiter ergo omnes vno nomi
ne mortis, mortuos habebant innumerabiles. Nec enim ad sepeliendum viui sufficiebant,
quoniam vno momento, quæ erat præclarior natio illorum exterminata est. De omnibus C
enim non credentes propter beneficia, tunc cum primũ fuit exterminum primogenitorum,
spoponderunt populum dei se esse. Cum enim quietum silentium contineret omnia, &
nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus domine exiliens de cœlo à re-
galibus sedibus venit, durus debellator, in medium exterminij terram prosiliuit gladius acu-
tus, insimulatum imperium tuum portans, & stans repleuit omnia morte, & vsque ad cœlum
attingebat, stans in terra. Tunc continuo visus somniorum malorum turbauerunt illos, & ti-
mores superuenerunt insperati. Et alius alibi proiectus semiuiuus propter quam moriebatur
Num.16.g causam demonstrabat mortis. Visiones enim quæ illos turbauerunt hæc præmonebant, ne in- D
scij quare mala patiebant, perirent. Tetigit autem tunc & iustos tentatio mortis, & commo
tio in eremo facta est multitudinis. Sed non diu permansit ira tua. Properans eñ hõ sine que-
rela deprecari pro populis, proferens seruitutis suæ scutum orationem, & per incensum depre
cationem allegans, restitit iræ, & finem imposuit necessitati, ostendens quoniam tuus est famu
lus. Vicit autem turbas non in virtute corporis, nec in armatura potentiæ, sed verbo illum, qui
se vexabat, subiecit, iuramenta parentum & testamentũ commemorans. Cum enim iam acer-
uatim cecidissent super alterutrũ mortui, interstitit, & amputauit impetũ, & diuisit illam quæ
ad viuos ducebat viam. In veste enim poderis quam habebat, totus erat orbis terrarum, & pa-
rentũ magnalia in quatuor ordinibus lapidũ erant sculpta, & magnificentia tua in diademate
capitis illius scripta erat. His autem cessit qui exterminabat, & hæc extimuit. Erat enim sola
tentatio iræ sufficiens.

¶Impios noua mors cruciabit, Pios vero exaltabit dominus.

Caput XIX.

IMpijs aũt vsq; ad nouissimũ sine misericordia ira superuenit. Præscribat enim & futura il A
lorum, quoniam cũ ipsi reuersi essent. & permisissent vt se educerent, & cũ magna sollicitu-
dine præmisissent illos, conseqbant illos pœnitentiæ actus. Adhuc eñ inter manus hñtes,

luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam sibi assumpserunt cogitationem
inscientiæ, & quos rogantes proiecerant, hos tanquàm fugitiuos persequebantur. Ducebat
enim illos ad hunc finem digna necessitas, & horum quæ acciderãt commemorationem amit
B tebant, vt quæ deerant tormentis, repleret punitio, & populus quidem tuus mirabiliter transi
ret, illi autem nouam mortem inuenirent. Omnis enim creatura ad suum genus ab initio re-
figurabatur, deseruiens tuis præceptis vt pueri tui custodirentur illæsi. Nam nubes castra il-
lorum obumbrabat, & ex aqua quæ ante erat, terra arida apparuit, & in mari rubro via sine im
pedimento, & campus germinans de profundo nimio, per quem omnis natio transiuit, quæ
tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia, & monstra. Tanquàm enim equi depauerunt
escam, & tanquàm agni exultauerunt, magnificantes te domine, qui liberasti illos. Memores
enim erant adhuc eorum quæ in incolatu illorum facta fuerant, quemadmodum pro natione
C animalium produxit terra muscas, & pro piscibus eructauit fluuius multitudinem ranarum.
Nouissime autem viderunt nouam creaturam auium, cum abducti concupiscentia postulaue-
runt escas epulationis. In allocutione enim desiderij ascendit illis de mari ortygometra, &
vexationes peccatoribus superuenerunt, non sine illis quæ ante facta erant argumentis, per
vim fluminum. Iuste enim patiebantur secundum suas nequitias. Etenim detestabiliorem in-
hospitalitatem instituerunt, Alij quidem ignotos non recipiebant aduenas, alij autem bonos
hospites in seruitutem redigebant. Et non solum hæc, sed & alius quidem respectus illorum
erat, quoniam inuiti recipiebant extraneos. Qui autem cum lætitia receperunt hos qui eisdem Gene.19.c
vsi erant institutis, sæuissimis afflixerunt doloribus. Percussi sunt autem cæcitate, sicut illi in fo
D ribus iusti cum subitaneis cooperti essent tenebris Vnusquisque transitum ostij sui quærebat. Exo.9.c
In se enim elementa dum conuertuntur, sicut in organo qualitatis sonus immutatur, & omnia
sonum suum custodiunt. Vnde æstimari ex ipso visu certo potest. Agrestia enim in aquati-
ca conuertebantur, & quæcunque erant natantia in terram transibant. Ignis in aqua valebat
supra suam virtutem, & aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur. Flammæ econtrario cor-
ruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulantium, nec dissoluebant illam quæ
facile dissoluebatur, sicut glacies, bonam escam. In omnibus enim magnificasti populum do-
mine, & honorasti, & non despexisti in omni tempore, & in omni loco assistens eis.

SAPIENTIAE FINIS.

IN LIBRVM ECCLESIASTICVM IESV, FIlij Syrach, Præfatio Hebræi cuiuspiam, se illius nepotem gloriantis, & ex Hebræo in Græcum sermonem translatoris.

MVltorum nobis, & magnorum, per legem & prophetas, aliosq́ue qui sequuti sunt illos, sapientia demonstrata est, in quibus oportet laudare Israhel doctrinæ & sapientiæ causa, quia non solum ipsos loquentes necesse est esse peritos, sed etiam extraneos posse & discentes & scribentes doctissimos fieri. * Auus meus Iesus postquàm se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, & prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt, voluit & ipse scribere aliquid horum quæ ad doctrinam & sapientiam pertinent, vt desiderantes discere, & illorum periti fieri, magis magisq́ue attendant animo, & confirmentur ad legitimam vitam. Hortor itaque venire vos cum beneuolentia: & attentiori studio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videmur sequentes imaginem sapientiæ, & deficere in verborum compositione. Nam deficient verba Hebraica, quando fuerint translata ad alteram linguam. Non autem solum hæc, sed & ipsa lex, & prophetæ, cæteraq́ue aliorum librorum non paruam habent differentiam, quando inter se dicuntur. Nam in octauo & in tricesimo anno, temporibus Ptolomei * Euergetis regis postquàm perueni in Aegyptum, & cum multum temporis ibi fuissem, inueni ibi libros relictos, non paruæ, neque contemnendæ doctrinæ. Itaque bonum & necessarium putaui, & ipse addere aliquam diligentiam, & laborem, interpretandi librum istum, & multa vigilia attuli doctrinam in spatio temporis, ad illa quæ ad finem ducunt librum istum dare, & illis qui volunt animum intendere, & discere, quemadmodum oporteat instituere mores, qui secundum legem domini proposuerint vitam agere.

[margin: ca.50.infra.]
[margin: εὐεργέτης bene operans dicitur]

FINIS PRAEFATIONIS.

¶Patrem audi & venerare: fisq́ humilis, sapiens corde, sobrie tamen, impartire eleemosynam. Cap. III.

A FIlij sapientiæ, ecclesia iustorum, & natio illorum, obedientia & dilectio. Iudiciũ patris audite filij dilecti, & sic facite vt salui sitis. Deus enim honorauit patrẽ in filijs, & iudicium matris exquirẽs firmauit in filios. Qui diligit deũ, exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis, & in oratione dierum exaudietur, & sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrẽ suã. Qui honorat patrẽ suũ, iucundabitur in filijs, & in die orationis suæ exaudietur. Qui honorat patrẽ suum, vita viuet longiore: & q obedit patri, refrigerabit matrẽ. Exo. 20. b Mat. 15. a Infr. 7. c
B Qui timet dñm, honorat parentes, & quasi dñis seruiet his, qui se genuerunt, in opere, & sermone, & omni patientia. Honora patrẽ tuum, vt superueniat tibi benedictio à deo, & benedictio illius in nouissimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autẽ matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui, non enim est tibi gloria, sed confusio. Gloria eñi hominis ex honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore. Fili suscipe senectã patris tui, & non cõtristes eum in vita illius, & si defecerit sensu veniã da, & ne spernas eum in virtute tua. Eleemosyna enim patris nõ erit in obliuione. Nã pro peccato
C matris restituetur tibi bonũ, & in iustitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis cõmemorabitur tui, & sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua. Quàm malæ famæ est, q derelinquit patrẽ, & maledictus à deo, qui exasperat matrẽ. Fili in mansuetudine opera tua perfice & super hominum gloriam diligeris, Quanto maior es, humilia te in oĩbus, & coram deo inuenies gratiã quoniã magna potentia dei solius, & ab humilibus honoratur. Prouer. 25. d Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcipit tibi deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non est eñi tibi necessariũ, ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius
D non eris curiosus. Plurima eñi super sensum hoĩm ostensa sunt tibi. Multos eñi supplantauit suspitio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum. Cor durum habebit male in nouissimo, & qui amat periculũ, in illo peribit. Cor ingrediens duas vias, non habebit successus, & prauum cor in illis scandalizabitur. Cor nequã grauabitur in doloribus, & peccator adijciet ad peccãdũ.

Synagogæ superborum non erit sanitas, frutex eñi peccati eradicabitur in illis, & non intelligetur. Cor sapientis intelligetur in sapientia, & auris bona audiet cũ omni concupiscentia sapientiã. Sapiens cor & intelligibile, abstinebit se à peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit. Ignẽ ardentẽ extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis, & deus prospector est eius, q reddit grãm. Meminit in posterum, & in tẽpore casus sui inueniet firmamentum.

¶Opera misericordiæ fac, malumq́ confitere, & protege iustitiam. Cap. IIII.

A FIli eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transuertas à paupere. Animam esurientem ne despexeris, & nõ exasperes pauperem in inopia sua. Cor inopis ne afflixeris, & nõ protrahas datum angustiãti. Rogationem contribulati ne abijcias & non auertas faciem tuam ab egeno. Ab inope ne auertas oculos tuos propter irã: &* non relinquas quærentibus tibi retro maledicere. Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius, exaudiet autẽ eum qui fecit illum. Cõgregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia animam tuam, & magnati humilia caput tuũ. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & responde illi pacifice in mansuetudine. Græci, ne dederis locũ homini maledicendi tibi. Libera eũ qui iniuriam patitur de manu superbi, & non acide feras in anima
B tua. In iudicãdo esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorum, & eris tu velut filius altissimi obediens, & miserebitur tui magis q̃ mater. Sapientia filijs suis vitam inspirat, & suscipit exquirentes se, & præibit in via iustitiæ. Et q illam diligit, diligit & vitam, & q vigilauerint ad * illã, complectentur placorem eius. Qui timuerint illam, vitã hæreditabũt, & quo introibit, benedicet deus. Qui seruiunt ei, obsequentes erunt sancto, & eos q diligunt illam, diligit deus. Græci, vitã, replebuntur lætitia. Qui audit illam, iudicabit gentes, & qui intuetur illam, permanebit confidens. Si crediderit ei, hæreditabit illam, & erunt in confirmatione creaturæ illorum, qm̃ in tentatione ambulat cum eo, & in primis elegit eum. Timorem & metum, & probationem inducet su
D per illum, & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ, donec tentet eũ in cogitationibus suis & credat animæ illius. Et firmabit illum, & iter ducet directum ad illum, & lætificabit illum, & denudabit absconsa sua illi, & thesaurizabit super illum scientiam, & intellectum iustitiæ. Si autem oberrauerit, derelinquet eum, & tradet eum in manus inimici sui. Fili conserua tẽpus, & declina à malo. Pro anima tua ne cõfundaris dicere verum. Est eñi confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. Ne accipias faciem aduersus faciem tuã, nec aduersus animã tuã mẽdaciũ. Ne reuerearis proximũ tuũ in casu suo, nec retineas ver
D bũ in tpe salutis. Nõ abscõdas sapientiã tuã in decore suo. In lingua eñi sapientia dinoscit, & sensus, & scia, & doctrina ĩ verbo sensati, & firmamentum ĩ operibus iustitiæ. Non contradicas verbo veritatis vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Non cõfun

daris cõfiteri peccata tua,& ne subijcias te omni homini pro pctõ. Noli resistere cõtra faciem potẽtis,nec coneris cõtra ictũ fulminis. Pro iustitia agonizare pro aĩa tua,& vsq; ad mortem certa pro iustitia,& deus expugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatus esse in lingua tua, & inutilis & remissus in opibus tuis. Noli eẽ sicut leo in domo tua, euertẽs domesticos tuos,& opprimẽs subiectos tibi. Nõ sit porrecta manus tua ad accipiẽdũ,& ad dandũ collecta.

¶Iniquis ne fidas diuitijs,sed vindictam dei time. Conuerti studeas, esse susurro caue. Cap. V.

NOli attendere ad possessiões iniquas,& ne dixeris:est mihi sufficiẽs vita. Nihil eñ A
proderit in tempore vindictæ & obductionis. Ne sequaris in fortitudine tua con
cupiscentiã cordis tui,& ne dixeris. Quomodo potui,aut qs me subijciet propter
facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. Ne dixeris: Peccaui,& qd mihi acci
dit triste? Altissimus enim est patiens redditor. De propitiato peccato noli esse sine metu, B
neq; adijcias peccatũ super peccatũ,& ne dicas: Miseratio dñi magna est, multitudinis pecca
infr.16.b toꝶ meoꝶ miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo cito proximant,& in peccatores re
Deu.32.d spicit ira illius. Non tardes conuerti ad dñm,& ne differas de die in diem. Subito eñ veniet
ira illius,& in tempore vindictæ disperdet te. Noli esse anxius in diuitijs iniustis,non enim C
proderunt tibi in die obductionis,& vindictæ. Non ventiles te in omnẽ ventum,& non
eas in omnẽ viam. Sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Esto firmus in via
dñi,& in veritate sensus tui,& scientia,& prosequatur te verbũ pacis & iustitiæ. Esto man
suetus ad audiendũ verbũ dei,vt intelligas,& cũ sapientia proferas responsum verũ. Si est D
tibi intellectus,responde proximo:sin minus,sit manus tua super os tuũ,ne capiaris in verbo
indisciplinato, & confundaris. Honor & gloria in sermone sensati,lingua vero imprudentis
subuersio est ipsius. Non appelleris susurro in vita tua,& lingua tua ne capiaris & cõfundaris.
Super furem enim est confusio & pœnitentia,& deuotatio pessima super bilinguem,susur
ratori autẽ odium,& inimicitia,& contumelia. Iustifica pusillum & magnum similiter.

¶Si nõ superbis,cõseruas & paras amicos. Sapiẽtiæ ab ineunte ætate operã dato. Ca. VI. A

NOli fieri pro amico inimicus proximo. Improperiũ enim & cõtumeliã malus hæ
reditabit,& omnis peccator inuidus,& bilinguis. Non te extollas in cogitatione
animæ tuæ velut taurus,ne forte elidatur virtus tua per stultitiã,& folia tua come
dat,& fructus tuos perdat,& relinquaris velut lignũ aridum in eremo. Anima eñ
Græ possidẽ nequam disperdet * q se habet,& in gaudiũ inimicis dat illum,& deducet in sortem impioꝶ. Interpretatur
tẽ c.& deri Verbũ dulce multiplicat amicos,mitigat inimicos,& lingua * eucharis in bono homine abũ gratiosa.
sum inimico
rũ faciet se. dabit. Multi pacifici sint tibi,& cõsiliarius sit tibi vnus de mille. Si possides amicũ, in tenta
Guttur dul tione posside eũ,& ne facile credas ei teipsum. Est enim amicus secundũ tẽpus suũ,& nõ per
ced. &c.
inf.22. manebit in die tribulationis, Et est amicus q conuertit ad inimicitiã,& est amicus q odiũ,&
rixam,& cõuitia denudabit. Est aũt amicus socius mensæ,& nõ pmanebit in die necessitatis. B
Amicus si permanserit fixus,erit tibi quasi coæqualis,& in domesticis tuis fiducialiter age. Si
humiliauerit se cõtra te,& à facie tua abscõderit se,vnanimẽ habebis amicitiã bonã. Ab inimi
cis tuis separare,& ab amicis tuis attẽde. Amicus fidelis protectio fortis; q aũt inuenit illũ,in
uenit thesauꝶ. Amico fideli nulla est cõparatio,& nõ est digna ponderatio auri & argẽti cõ
tra bonitatẽ fidei illius. Amicus fidelis medicamẽtũ vitæ,& immortalitatis & q metuũt dñm
inuenient illũ. Qui timet deũ,æque habebit amicitiã bonã,qm̃ secundũ illũ erit amicus illius.
Fili à iuuentute tua excipe doctrinã,& vsq; ad canos inuenies sapientiã. Quasi is q arat,& C
q seminat,accede ad eã,& sustine bonos fructus illius. In opere eñ ipsius exiguũ laborabis,
& cito edes de generationibus illius. Quàm aspera est nimiũ sapiẽtia indoctis hoĩbus,& non
pmanebit in illa excors. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis,& nõ demorabunt proijce
re illã. Sapĩa eñ doctrinæ,secundũ nomẽ est eius,& nõ est multis manifesta. Quibus aũt ag
nita est,pmanet vsq; ad cõspectũ dei. Audi fili & accipe cõsiliũ intellectus,& ne abijcias cõ
siliũ meũ. Inijce pedẽ tuũ in cõpedes illius,& in torques illius collũ tuũ. Subijce humeꝶ tuũ,&
ad est,tædio porta illam,& ne * acidieris vinculis eius. In omni aĩo tuo accede ad illã,& ĩ omni virtute tua D
afficiaris. cõserua vias eius. Inuestiga illã,& manifestabit tibi,& continens factus ne derelinquas eã. In
nouissimis eñ inuenies requiem in ea,& cõuertet tibi in oblectationẽ. Et erũt tibi cõpedes eius
in protectionẽ fortitudinis,& bases virtutis,& torques illius in stolã gloriæ. Decor eñ vitæ
est in illa. Et vincula illius alligatura salutis. Stola gloriæ indues eã,& coronã gratulatiõis su
perpones tibi. Fili si attẽderis mihi,disces eã,& si accõmodaueris animũ tuũ,sapiens eris. Si
inclinaueris aurẽ tuã,excipies doctrinã,& si dilexeris audire,sapiẽs eris. In multitudine pres
byteroꝶ prudentiũ sta,& sapiẽtiæ illoꝶ ex corde cõiungere,vt omnẽ narrationẽ dei possis
audire,& prouerbia laudis nõ effugiant à te. Et si videris sensatũ,euigila ad eũ,& gradus ostio
rũ illius exterat pes tuus. Cogitatũ tuũ habe in præceptis dei,& in mandatis illius maxie assi
duus esto,& ipse dabit tibi cor,& concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.

¶Noli

¶Fuge malum, Iustificationē tuijpsius, Mendacia, Rusticationē ne oderis, Liberos colloca, Deum honora, & memorare nouissima. Cap. VII.

A NOli facere mala, & non te apprehendent, discede ab iniquo, & deficient mala abs
te. Fili non femines mala in sulcis iustitiæ, & non metes ea in septuplum. Noli
quærere *ab homine ducatum, neq; à rege cathedram honoris. Non te iustifices Græci, à dño principatum
ante deum, quoniam agnitor cordis ipse est: & penes regem noli velle videri sapi
ens. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas fa
ciem potentis, & potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. Non pecces in multitudine ci
uitatis, nec te immittas in populum, neq; alliges duplicia peccata. Nec eñ in vno eris immu-
B nis. Noli esse pusillanimis in animo tuo. Exorare & facere eleemosynam ne despicias. Nec di
cas: in multitudine munerum meorum respiciet deus, & offerente me deo altissimo munera,
me suscipiet. Non irrideas hominem in amaritudine animæ, est eñ qui humiliat & exaltat
circunspector deus. Noli amare mendacium aduersus fratrem tuum, neq; in amicum simili-
ter facias, Noli velle mentiri omne mendacium. Assiduitas eñ illius non est bona. Noli ver
bosus esse in multitudine presbyterorum, & non iteres verbum in oratione tua. Nõ oderis
laboriosa opera, & rusticationem creatam ab altissimo. Non te reputes in multitudine indis-
ciplinatorum. Memento iræ, quoniam non tardabit. Humilia valde spm̃ tuum, quoniam
C vindicta carnis impij, ignis & vermis. Noli præuaricari in amicum pecuniam differentem, ne
q; fratrem charissimum auro spreueris. Noli discedere à muliere sensata & bona, quam forti- Infr. 33. d
tus es in timore domini. Gratia eñ verecundiæ illius super aurum. Non lædas seruũ in ve-
ritate operantem, neq; mercenarium dantem animam suam. Seruus sensatus sit tibi dilectus,
quasi anima tua. Non defraudes illum libertate, neq; inopem derelinquas illum. Pecora ti-
bi sunt, attende illis. Et si sunt vtilia, perseuerent apud te. Filij tibi sunt, erudi illos, & cura il-
los à pueritia eorũ. Filiæ tibi sunt, serua corpus illarum, & nõ ostendas hilarem faciem tuã ad
illas, Trade filiam, & grande opus feceris, & homini sensato da illam. Mulier si est tibi secũ-
dum animam tuam, non proijcias illam. Et odibili non credas te in toto corde tuo. Hono-
ra patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. Memento quoniam nisi per illos na-
D tus non fuisses. Et retribue illis, quomodo & illi tibi. In tota anima tua time dominum, &
sacerdotes illius sanctifica, In omni virtute tua dilige eum qui te fecit, & ministros eius non
derelinquas. Honora deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes, & purga te cum Tobiæ. 4. a
brachijs. Da illis partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum & purgationis, & de negligen
tia tua purga te cum paucis. Datum brachiorum tuorum, & sacrificium sanctificationis offe
res domino initia sanctorum, & pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio, &
benedictio tua. Gratia datus in conspectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas gratiã.
Non desis plorantibus in consalatiõe, & cum lugentibus ambula. Non te pigeat visitare in-
firmum, Ex his enim in dilectione firmaberis. In omnibus operibus tuis memorare nouis-
sima tua, & in æternum non peccabis.

¶Non litiges cum potente, diuite, & loquace. A senibus disce, nec omnibus tua consilia crede. Cap. VIII.

A NOn litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius. Non contendas
cum viro locuplete, ne forte econtra constituat litem tibi. Multos eñ perdidit au
rum & argentũ, & vsq; ad cor regum extendit & conuertit. Non litiges cum hoĩe
linguato, & non strues in ignem illius ligna. Non communices homini indocto,
ne mala de progenie tua loquatur. Ne despicias hoĩem auertentem se à peccato, neq; impro
B peres ei, Memento qm̃ omnes in corruptione sumus. Ne spernas hoĩem in sua senectute,
etenĩ ex nobis senescunt. Noli de mortuo inimico tuo gaudere, sciens qm̃ omnes morimur,
& in gaudium volumus venire. Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium, & in
prouerbijs eorum conuersare. Ab ipsis eñ disces sapiãm, & doctrinam ĩtellectus, & seruire
C magnatibus sine querela. Non te prætereat narratio seniorũ, ipsi eñ didicerunt à patribus su
is. Qm̃ ab ipsis disces ĩtellectum, & in tempore necessitatis dabis responsum. Non incẽdas
carbones peccatorum, arguens eos, & ne ĩcendaris flamma ignis peccatorum illorum. Ne
contra faciem stes contumeliosi, ne sedeat quasi ĩsidiator ori tuo. Noli fœnerari homini for-
tiori te, quod si fœneraueris quasi perditum habe. Non spondeas super virtutem tuam, quod
D si spoponderis, quasi restituens cogita. Non iudices contra iudicem, qm̃ secundum quod
iustum est, iudicat. Cum audace non eas ĩ via, ne forte grauet mala sua in te, Ipse eñ secundũ
voluntatem suam vadit, & simul cum stultitia illius peries. Cum iracundo nõ facias rixam
& cum audace non eas ĩ desertum, qm̃ quasi nihil est ante illum sanguis, & vbi non est adiuto-
rium, elidet te. Cum fatuis consilium non habeas, non eñ poterunt diligere, nisi quæ eis
placent. Coram extraneo ne facias consilium, nescis eñ qd pariet. Non omni homini
cor tuum manifestes, ne forte ĩferat tibi grãm falsam, & conuicietur tibi.

¶ Mulieri noli te credere, Et ne deserito veterē amicū, Cōuiuas habeto iustos viros. Cap. IX.

NOn zeles mulierem finus tui, ne ostendat super te malitiā doctrinæ nequam. Non A
des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris.
Ne respicias mulierem multiuolam, ne forte incidas in laqueos illius. Cū saltatrice
ne assiduus sis, nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius. Virginē ne con
spicias, ne forte scandalizeris in decore illius. Ne des fornicariis animā tuam in vllo, ne per-
das te, & hæreditatē tuam. Noli cōspicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius B
Auerte faciem tuā à muliere compta, Et ne circumspicias speciem alienā. Propter speciē mu
Prouer.11.c lieris multi perierunt, Et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Omnis mulier quæ est
fornicaria, quasi stercus in via, ab omnibus prætereuntibus conculcabitur. Speciem mulie-
ris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt, colloquium enī illius quasi ignis exardescit. Cū
aliena muliere non sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum, & nō alterceris cum
illa in vino, ne forte declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionē. Ne de- C
relinquas amicū antiquum, nouus enim nō erit similis illi. Vinum nouum, amicus nouus, Ve
terascet, & cū suauitate bibas illud. Non zeles gloriā, & opes peccatoris, non enī scis, quæ
futura sit illius subuersio. Non placeat tibi iniuria iniustorū, sciens quoniam vsq; ad inferos
non placebit impius. Longe abesto ab homine, potestatem habente occidendi, & non su-
spicaberis timorē mortis. Et si accesseris ad illum, noli aliquid committere, ne forte auferat vi D
tam tuam. Communionē mortis scito, quoniā in medio laqueorum ingredieris, & super
2.Reg.3.a dolentium arma ambulabis. Secundū virtutem tuam caue te à proximo tuo, & cū sapien-
tibus, & prudentibus tracta. Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore dei sit tibi gloriatio &
in sensu sit tibi cogitatus dei, & omnis enarratio tua in præceptis altissimi, in manu artificum
opera laudabūtur, & principes populi in sapientia sermonis sui, in sensu vero seniorū verbū.
Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus, & temerarius in verbo suo odibilis erit.

¶ De sapiente iudice: Auaritia, superbia, modestia, & gloria. Cap. X.

IVdex sapiens iudicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit. Secundum iu- A
dicem populi, sic & ministri eius, & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.
Rex insipiens perdet populum suum, & ciuitates inhabitabuntur per sensum pruden-
tium, in manu dei potestas terræ, & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilem re-
ctorem suscitabit in tempus super illam. In manu dei potestas hominis, & super faciem scri-
Leuit.20.d bæ imponet honorem suum. Omnis iniuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operi-
bus iniuriæ. Odibilis coram deo est, & hominibus superbia, & execrabilis omnis iniquitas
gentium. Regnum à gente in gentem transfertur, propter iniustitias & iniurias, & contu- B
melias, ac diuersos dolos. Auaro autē nihil est scelestius. Quid superbis terra & cinis? Ni- 22.4.7.&.8 de rebus.
hil est iniquitas, q̄ amare pecuniam. Hic enī & animam suam venalem habet, quoniā in vita
sua proiecit intima sua. Omnis potentatus breuis vita, languor prolixior grauat medicum
Breuem languorē præcidit medicus, sicut & rex hodie est, & cras morietur. Cum enī morie
tur homo, hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes. Initium superbiæ hominis, aposta-
tare à deo, quoniam ab eo, qui fecit illū, recessit cor eius, quoniā initium omnis peccati est su-
perbia. Qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finem. Propterea C
exhonorauit dn̄s conuentus malorū, & destruxit eos vsq; in finē. Sedes ducum superborū de-
struxit deus, & sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbarū arefecit deus, & planta-
uit humiles ex ipsis gentibus. Terras gentium euertit dn̄s, & perdidit eas vsq; ad fundamentū
arefecit deus ex ipsis, & disperdidit eos, & cessare fecit memoriam eorū à terra. Memoriam su
perborū perdidit deus, & reliquit memoriam humiliū sensu. Non est creata hominibus super
bia, neq; iracundia nationi mulierū. Semen hominum honorabitur hoc quod timet deum
semen autē hoc exhonorabitur quod præterit mandata dn̄i. In medio fratrum rector illorū
in honore, & q timent dn̄m, erunt in oculis illius. Gloria diuitum honoratorū, & pauperū
timor dei est, non despicere hominem iustum pauperem, & non magnificare virum pecca- D
torem diuitem. Magnus est iudex, & potens est in honore, & non est maior illo qui timet
deū. Seruo sensato liberi seruient, & vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus,
& inscius non honorabitur. Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cunctari in tem
Prouer.12.b pore angustiæ. Melior est qui operatur & abūdat in omnibus, quàm qui gloriatur & eget
pane. Fili mi in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundum meritum
suum. Peccantem in animam suam, quis iustificabit? Et quis honorificabit exhonorantē ani-
mam suam. Pauper gloriatur per disciplinam & timorem suum, & est homo qui honori-
ficatur propter substantiam suam. Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in sub-
stantia? Et qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.

¶ Sapientia est quæ exaltat, quæ recte considerat, recte iudicat, Omnia à domino, qui humilem exaltat, superbumq; deprimit. Cap. XI.

Sapiētia

A SApientia humiliati exaltabit caput illius,& in medio magnatũ cõsedere illum faciet.
Non laudes virum in specie sua,neq; spernas hominẽ in visu suo.Breuis in volatilibus
est apis,& initium dulcoris habet fructus illius. In vestitu ne glorieris vnquã,nec in
die honoris tui extollaris.Qm̃ mirabilia opera altissimi solius,& gloriosa,& abscõsa,
& inuisa opera illius. Multi tyranni sederunt in throno,& insuspicabilis portauit diadema.
Multi potentes oppressi sunt valde,& gloriosi traditi sunt in manus alterorũ.Priusq̃ interro
ges,ne vituperes quenq̃,& cum interrogaueris,corripe iuste. Priusq̃ audias, ne respondeas
B verbũ,& in medio seniorũ ne adijcias loqui. De ea re quæ te non molestat,ne certaueris,&
in iudicio peccantium ne cõsistas. Fili ne in multis sint actus tui,& si diues fueris,nõ eris im
munis à delicto.Si enim secutus fueris,non apprehendes,& nõ effugies,si præcucurreris. Est
homo laborans & festinans,& dolens impius,& tanto magis non abundabit. Est homo mar
cidus,egens recuperatione,plus deficiens virtute,& abundans paupertate,& oculus dei res-
pexit illum in bono,& erexit eũ ab humilitate ipsius,& exaltauit caput eius,& mirati sunt in
illo multi,& honorauerunt deũ. Bona & mala,vita & mors,paupertas & honestas,à deo
sunt.Sapientia & disciplina & scientia legis, apud deũ, dilectio & viæ bonorũ, apud ipsum.
C Error & tenebræ peccatoribus concreata sunt,q autem exultant in malis, cõsenescunt in ma
lo.Datio dei permanet iustis,& profectus illius successus habebit in æternũ. Est qui locu-
pletatur parce agendo,& hæc est pars mercedis illius,in eo q dicit:inueni requiem mihi,nũc
manducabo de bonis meis solus,& nescit q tempus prætereat illũ,& mors appropinquet, &
relinquat omnia alijs,& moriatur. Sta in testamento tuo,& in illo colloquere,& in opere
mandatorũ tuorum veterasce. Nec manseris in operibus peccatorum.Cõfide autem in deo Inf.18.a
& mane in loco tuo.Facile est eñi in oculis dei,subito honestare pauperem. Benedictio dei
in mercedem iusti festinat,& in honore veloci processus illius fructificat, ne dicas.Quid est
mihi opus,& quæ erunt mihi ex hoc bona? Ne dicas:Sufficiẽs mihi sum,& quid ex hoc pes-
simabor.In die bonorum ne immemor sis malorum,& in die malorum ne immemor sis bo-
D norum,quoniam facile est coram deo in die obitus retribuere vnicuiq; secundum vias suas.
Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ,& in fine hominis denudatio operum illius.
Ante mortem ne laudes hominẽ quenq̃,quoniã in filijs suis agnoscitur vir. Non omnẽ ho
minem inducas in domum tuam,multæ eñi sunt insidiæ dolosi. Sicut eñi eructant præcor-
dia fœtentium,& sicut perdix inducitur in caueam,& vt caprea in laqueum,sic & cor super-
borum,& sicut prospector videns casum proximi sui. Bona eñi in mala cõuertens insidia-
tur:& in electis imponet maculam.A scintilla eñi vna augetur ignis,& ab vno doloso auge-
tur sanguis:homo vero peccator sanguini insidiatur. Attende tibi à pestifero: fabricat eñi
mala,ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum.Admitte ad te alienigenã,&
subuertet te in turbine,& abalienabit te à vijs proprijs.

¶Iustis benefac, caue inimicos. Cap. XII.

A SI benefeceris,scito cui feceris,& erit gratia in bonis tuis multa.Benefac iusto,& inue-
nies retributionẽ magnã,& si non ab ipso, certe à dño.Non est eñi ei bene,q assiduus
est in malis,& eleemosynas non danti,qm̃ & altissimus odio habet peccatores,& mi-
sertus est pœnitentibus. Da misericordi,& ne suscipias peccatorẽ,& impijs & pec-
B catoribus redde vindictã,custodiens eos in diẽ vindictæ. Da bono,& non receperis pecca
torem. Benefac humili,& non dederis impio.Prohibe panes illi dare,ne in ipsis potẽtior te
sit. Nã duplicia mala inuenies in oĩbus bonis,quæcunq; feceris illi,qm̃ & altissimus odio ha-
bet peccatores,& impijs reddet vindictã.Non agnoscet in bonis amicus,& nõ abscondetur
in malis inimicus,In bonis viri inimici illius,in tristitia & in malitia illius amicus agnitus est.
C Non credas inimico tuo in æternũ:Sicut eñi æramentũ eruginat nequitia illius,Et si humilia
tus vadat curuus:abijce animũ tuũ,& custodi te ab illo.Non statues illũ penes te, nec sedeat Inf.12.
ad dexterã tuã,ne cõuersus stet in loco tuo,ne forte conuersus in locũ tuũ, inquirat cathedrã
tuã,& in nouissimo cognoscas verba mea,& in sermonibus meis stimuleris. Quis miserebi
D tur incantatori à serpente percusso,& oĩbus q appropiant bestijs? Sic & q comitatur cũ viro
iniquo,& obuolutus est in peccatis eius. Vna hora tecũ permanebit,si autẽ declinauerit,nõ
supportabit te.In labijs suis indulcat inimicus,& in corde suo insidiatur,vt subuertat te in fo
ueam.In oculis suis lachrymatur inimicus,& si inuenerit tẽpus,non satiabitur sanguine, & si
incurrerint tibi mala,inuenies eum illic priorẽ,& quasi adiuuans suffodiat plantas tuas.Caput
suũ mouebit,& plaudebit manu,& multa susurrans,cõmutabit vultum suum.

¶Societas cũ similibus,non diuitibus & superbis ineunda. Cap. XIII.

A QVi tetigerit picem inquinabitur ab ea:& q communicauerit superbo,induet sup-
biam.Pondus super se tollit,qui honestiori se communicat.Et ditiori te ne socius
fueris. Quid communicabit cacabus ad ollam? quando eñi se colliserint cõfrin-
gentur.Diues iniuste egit,& fremet, pauper autem læsus tacebit. Si largitus

fueris, aſſumet te, & ſi non habueris, derelinquet te. Si habes, conuiuet tecũ, & euacuabit te, &
ipſe nõ dolebit ſuper te. Si neceſſarius illi fueris, ſupplantabit te, & ſubridens ſpem dabit, nar-
rans tibi omnia bona, & dicet, quid opus eſt tibi? & cõfundet te in cibis ſuis, donec te exinani B
at bis & ter, & in nouiſſimo deridebit te. Poſtea videns derelinquet te, & caput ſuũ mouebit
à te. Humiliare deo, & expecta manus eius: Attende ne ſeductus in ſtultitia humilieris. No-
li eſſe humilis in ſapiẽtia tua, ne humiliatus in ſtultitia ſeducaris. Aduocatus à potẽtiore, diſce
de, ex hoc eñ magis te aduocabit. Ne improbus ſis, ne impinguaris, & ne longe ſis ab eo, ne
eas in obliuionẽ. Ne retineas ex æquo loqui cum illo, ne credas multis verbis illius. Ex multa
eñ loquela tentabit te, & ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis. Immitis animus illi-
us, & cõſeruabit verba tua, & non parcet, de malitia, & de vinculis. Caue tibi, & attẽde dili- C
Iud.17.b genter auditui tuo, quoniã cum ſubuerſione tua ambulas: Audiens vero verba illa, quaſi in ſo
mnis vide, & vigilabis. Omni vita tua dilige deũ, & inuoca illum in ſalute tua. Omne ani-
mal diligit ſimile ſibi, ſic & omnis homo proximum ſibi. Omnis caro ad ſimilem ſibi coniun
getur, & omnis homo ſimili ſui ſociabitur. Sicut cõmunicabit lupus agno aliquando, ſic pec-
cator iuſto. Quę cõmunicatio ſancto homini ad canem? aut q̃ pars bona diuiti ad pauperem?
Venatio leonis, onager in eremo, ſic & paſcua diuitũ ſunt pauperes. Et ſicut abominatio eſt
2.Cor.6.c ſuperbo humilitas, ſic & execratio diuitis pauper. Diues commotus confirmatur ab amicis D
ſuis, humilis autem cum ceciderit, expelletur à notis. Diuiti decepto multi recuperatores. Lo
cutus eſt ſuperba, & iuſtificauerunt illum, Humilis deceptus eſt, inſuper & arguitur. Locutus
eſt ſenſate, & non eſt datus ei locus. Diues locutus eſt, & omnes tacuerunt, & verbũ illius vſq;
ad nubes perducent. Pauper locutus eſt, & dicunt: Quis eſt hic? Et ſi offenderit, ſubuertent il-
lum. Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia, & nequiſſima paupertas in ore
impij. Cor hominis immutat faciem illius, ſiue in bono, ſiue in malo. Veſtigium cordis
boni, & faciem bonam difficile inuenies, & cum labore.

¶Beatus qui non labitur, ſed conſtans manet in operibus iuſtitiæ. Auarus ni-
hil recte facit: Omnis caro fœnum. Cap. XIIII.

BEatus vir q non eſt lapſus verbo ex ore ſuo, & non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti. A
Iac.3 Felix q non habuit animi ſui triſtitiam, & nõ excidit à ſpe ſua. Viro cupido & te-
naci, ſine ratione eſt ſubſtãtia, & homini liuido ad qd aurum? Qui aceruat ex ani
mo ſuo iniuſte alijs cõgregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. Qui ſibi nequã
eſt, cui alij bonus erit? Et nõ iocundabitur in bonis ſuis. Qui ſibi inuidet, nihil eſt illo nequius,
& hæc redditio eſt malitiæ illius. Et ſi benefecerit, ignoranter & nõ volens facit, & in nouiſſi
mo manifeſtat malitiam ſuam. Nequam eſt oculus liuidi, & auertens faciem ſuam, & deſpi
ciens animam ſuam. Inſatiabilis oculus cupidi, in parte iniquitatis, nõ ſatiabitur, donec con B
Pro.27.c ſumat areſaciens animam ſuã. Oculus malus ad mala, & non ſatiabitur, pane indigens, & in
triſtitia erit ſuper menſam ſuã. Fili ſi habes, benefac tecum. Et deo dignas oblationes offer.
Memor eſto quoniã mors non tardat, & teſtamentum inferorum, quia demonſtratum eſt ti
bi. Teſtamentum eñ huius mundi morte morietur. Ante mortem benefac amico tuo, & ſe C
cundum vires tuas exporrigens da pauperi. Nõ defraudæris à die bono, & particula bonæ
diei non te prætereat. Nõne alijs relinques dolores, & labores tuos? In diuiſione fortis, da &
Eſa.40.b accipe, & iuſtifica animam tuam. Ante obitum tuum operare iuſtitiam, quoniam nõ eſt apud
Iaco.1. inferos inuenire cibum. Omnis caro ſicut fœnum veteraſcet, & ſicut folium fructificãs in ar
bore viridi: Alia generãtur, & alia deijciunt. Sic generatio carnis & ſanguinis, alia finit, & alia
naſcitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur, ibit cũ illo, Et omne
opus electum iuſtificabitur, & q operatur illud, honorabitur in illo. Beatus vir q in ſapiẽtia D
morabitur, & q in iuſtitia ſua meditabitur, & in ſenſu cogitabit circunſpectionem dei. Qui
excogitat vias illius in corde ſuo, & in abſconſis illius intelligens. Vadens poſt illam quaſi in-
ueſtigator, & in vijs illius cõſiſtens. Qui reſpicit per feneſtras illius, & in ianuis illius audiens.
Qui requieſcit iuxta domũ illius, & in parietibus illius figens palum. Statuet caſulam ſuam ad
manus illius, & requieſcent in caſula illius bona per æuũ. Statuet filios ſuos ſub tegmine illius,
& ſub ramis eius morabit. Protegetur ſub tegmine illius à feruore, & in gloria eius requieſcet.

¶Bonus perficit bona, bonisq; cibatur a domino. Peccatoris ex ore
ſordet laus dei. Cap. XV.

QVi timet deũ faciet bona, & q continens eſt iuſtitiæ, apprehendet illam, & obuia- A
bit illi quaſi mater honorificata. & quaſi mulier a virginitate ſuſcipiet illum. Ciba-
bit illũ pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapiẽtiæ ſalutaris potabit illũ. Et firmabi-
tur in illo, & nõ flectetur, & continebit illum, & non confundetur, & exaltabit
illum apud proximos ſuos, & in medio eccleſiæ aperiet os eius, & adimplebit eũ ſpũs ſapien-
tiæ, & intellectus, & ſtola gloriæ veſtiet illũ. Iucunditatẽ & exultationem theſaurizabit ſup
illum, & nomine æterno hæreditabit illũ. Homines ſtulti non apprehendent illum, & ho- B
mines

mines sensati obuiabunt illi. Homines stulti non videbunt eam: longe enim abest à superbia &
C dolo. Viri mendaces non erunt illi memores, & viri veraces inuenientur in illa: & successum
habebunt vsque ad inspectionem dei. Non est speciosa laus in ore peccatoris, quia non est
à domino missus: quoniam à deo perfecta est sapientia. Sapientiæ enim Dei astabit laus, Iac.19.a
& in ore fideli abundabit, & dominator dabit eam illi. Non dixeris per deum abest, quæ enim
D odit, ne feceris. Non dicas ille me implanauit, non eñ necessarij sunt ei homines impij. Omne
execramentum erroris odit dominus, & non erit amabile timentibus eũ. Deus ab initio con-
stituit hoĩem, & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit mandata & præcepta sua. Si volue
ris mandata conseruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam seruare. Apposuit
tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrigere manum tuam. Ante hominem vita & mors
bonum & malum Quod placuerit ei, dabitur illi, quoniam multa sapiã dei, & fortis in poten-
tia, videns oẽs sine intermissione. Oculi domini ad timentes eum, & ipse agnoscit omnem
operam hoĩs. Nemini mandauit impie agere, & nemini dedit spacium peccandi. Non eñ con
cupiscit multitudinem filiorũ infidelium & inutilium.

¶ Non est iucundandum in filijs impijs, de igne vltionis domini, sicut in vno ita &
in multis. Ca. XVI.

A NE iucunderis in filijs impijs, si multiplicantur: nec oblecteris super ipsos, si non est
timor dei in illis. Non credas vitæ illorum, & ne respexeris in labores eorum. Me-
lior est enim vnus timens deum, quàm mille filij impij. Vtilius est mori sine filijs,
quàm relinquere filios impios. Ab vno sensato inhabitabitur patria, & à tribus
impijs deseretur. Multa talia vidit oculus meus, & fortiora horum audiuit auris mea. In
synagoga peccantium exardebit ignis, & in gente incredibili exardescet ira. Non exorauerũt
pro peccatis suis antiqui gigantes, q destructi sunt, confidentes suæ virtuti, & non pepercit pe
B regrinationi illorum, sed percussit eos, & execratus est eos præ superbia verbi illorum. Non
misertus est illis, gentem totam perdens, & extollentem se in peccatis. Et sicut sexcenta milia
peditum, q congregati sunt in duritia cordis sui, & si vnus fuisset ceruicatus, mirum si fuisset im
munis. Misericordia eñ & ira est cum illo, potens est exoratio, & effundens iram. Secundum Supra.5.b
misericordiam suam, sic correctio illius, hoĩem secundum opera sua iudicat. Non effugiet in
rapina peccator, & non retardabit sufferentia misericordiam facientis. Omnis misericordia
faciet locum vnicuiq; secundum meritum operum suorum, & secundum intellectum peregri-
nationis ipsius. Non dicas. A deo abscondar, & ex summo qs mei memorabitur? In populo
magno non agnoscar. Quæ est eñ anĩa mea in tam immensa creatura? Ecce cœlum, & cœli
C cœlorũ: abyssus, & vniuersa terra, & q̃ in eis sunt, in conspectu illius commouebunt montes si-
mul, & colles, & fundamenta terræ, & cum conspexerit illa deus, tremore concutientur. Et in
oĩbus his insensatum est cor, & omne cor intelligitur ab illo, & vias illius qs intelligit, & pro-
cellam quam nec oculus videbit hoĩs? Nam plurima illius opera sunt in absconsis. Sed opera
illius qs annunciabit, aut qs sustinebit? Longe eñ est testamentum à qbusdam, & interroga-
tio hominum in consummatiõe est. Qui minoratur corde, cogitat inania, & vir imprudens, &
errãs cogitat stulta. Audi me fili, & disce disciplinã sensus, & in verbis meis attende in corde
D tuo, & dicam in æquitate disciplinam, & scrutabor enarrare sapiam, & in verbis meis attende
in corde tuo, & dico in æquitate spũs, virtutes quas posuit deus in opera sua ab initio, & in ve-
ritate enunrio sciam eius. In iudicio dei opera eius ab initio, & ab institutiõe hominum ipso-
rum distinxit partes illorum, & initia eorum in gentibus suis. Ornauit in æternum opera illo
rum, nec esurierunt, nec laborauerunt, & non destiterunt ab operibus suis. Vnusquisq; proxi-
mum sibi non angustiabit vsq; in æternum. Non sis incredibilis verbo illius. Post hæc deus in
terram respexit, & impleuit illam bonis suis. Anima autem oĩs vitalis denuntiauit ante faciem
ipsius, & ipsa iterum reuersio illorum.

¶ Deus creator omnium, dedit legem homini in agnitionem peccati, vt eo cogni
to, pœnitentiam ageremus viuentes ante mortem.

Caput XVII.

A DEus creauit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum. Et iterum Gen.1.d
conuertit illum in ipsam, & secundum se vestiuit illum virtute. Numerum dierum.
& tempus dedit illi, & dedit illi potestatem eorum quæ sunt super terram. Posuit ti
morem illius super omnem carnem, & dominatus est bestiarũ, & volatilium. Crea-
uit ex ipso adiutoriũ simile sibi. consilium, & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis ex-
cogitandi, & disciplina intellectus repleuit illos. Creauit & illis sciam spiritus, & sensu imple-
uit cor illorum, & mala & bona ostendit illis. Posuit oculum ipsorum super corda illorũ, osten
dere illis magnalia operum suorum, vt nomen sanctificatiõis collaudent, & gloriari in mirabili
bus illius, vt magnalia enarrent operũ eius. Addidit illis disciplinam & legem vitæ hereditauit
illos. Testamentũ æternũ constituit cum illis, & iustitiã, & iudicia sua ostendit illis. Et magna-

lia honoris eus vidit oculus eorꝫ,& honotem vocis audierunt aures illorꝫ, & dixit illis, atten-
dite ab omni iniquo. Et mandauit illis vnicuiqꝫ de proximo suo. Viæ illorꝫ corã illo sunt sem-
per,& non sunt absconsæ ab oculis ipsius. In vnamquãqꝫ gentem præposuit rectorem,& pars C
dei Israhel facta est manifesta. Et oĩa opera illorꝫ velut sol in conspectu dei;& oculi eius sine
intermissione inspicientes in vijs eorꝫ. Non sunt absconsa testamẽta propter iniqtatem illorꝫ
& omnes iniqtates eorꝫ in conspectu dei. Eleemosyna viri quasi sacculus cũ ipso,& grãm hoĩs
quasi pupillã conseruabit,& postea resurget,& retribuet illis retributionem, vnicuiqꝫ in caput
ipsorꝫ,& conuertet in inferiores partes terræ. Pœnitentibus aũt dedit viã iustitiæ,& confirma
Acto.3.d uit deficientes sustinere,& destinauit illis sortem veritatis. Cõuertere ad dñm,& relinque pec
cata tua, precare ante faciem dñi,& minue offendicula. Reuertere ad dñm,& auertere ab in- D
iustitia tua,& nimis odito execrationẽ,& cognosce iustitias,& iudicia dei,& sta in sorte pro-
positionis,& oratõis altissimi dei. In partes vade seculi sancti,cũ viuis & dantibus confessio-
nem deo. Non demoreris in errore impiorꝫ, ante mortem confitere. A mortuo quasi nil perit
confessio. Confiteberis viuens, viuus & sanus confiteberis,& laudabis deum, & gloriaberis in
miseratõibus illius. Quàm magna misericordia dñi,& propitiatio illius conuertentibus ad se.
Nec enim omnia possunt esse in omnibus , quoniam non est immortalis filius hominis,& in
vanitate malitiæ placuerunt. Quid lucidius sole? Et hic deficiet. Aut quid nequius, q̃ quod ex- A
cogitauit caro & sanguis? Et hoc arguetur. Virtutem altitudinis cœli ipse conspicit. Et omnes
homines terra & cinis.

¶Virtus & potentia dei consummata & inenarrabilis, misericordia eius immen
sa, contra illum non quærendum, sed in omnibus est nobis prouidẽ
dum, gutta enim dies hominis. Ca.XVIII.

QVi viuit in æternum, creauit omnia simul. Deus solus iustificabitur , & manet inui- A
ctus rex in æternũ. Quis sufficiet enarrare opera illius? Quis enim inuestigabit ma-
gnalia eius? Virtutem aũt magnitudinis eius quis enuntiabit? Aut qs adijciet e nar-
rare misericordiam eius? Non est minuere neqꝫ adijcere , nec est inuenire ma-
gnalia dei. Cum consummauerit homo, tunc incipiet, & cum quieuerit operabitur. Quid est
homo,& quæ est gratia illius. Et qd est bonum, aut quid nequam illius? Numerus dierꝫ homi- B
num, ut multum, centum anni, quasi guttæ aquæ maris deputati sunt. Et sicut calculus arenæ,
Gene.6.a. sic exigui anni in die æui. Propter hoc patiens est deus in illis, & effundet super eos misericor-
Psal.89.a diã suã. Vidit præsumptionẽ cordis eorꝫ, quoniam mala est, & cognouit subuersionem illorꝫ,
quoniam nequam est. Ideo adimpleuit propitiationem suam in illis,& ostendit eis viam ęqui
tatis. Miseratio hoĩs circa proximũ suum , misericordia autem dei super omnem carnem.
Qui misericordiam habet, docet,& erudit, quasi pastor gregẽ suũ. Misereatur excipiẽs doctri C
nam miserationis, & qui festinat in iudicijs eius. Fili in bonis non des quærelam , & in omni
dato non des tristitiam verbi mali. Nonne ardorem refrigerabit ros? sic & verbum melius q̃
datum. Nonne ecce verbum super datum bonum? sed vtraqꝫ cum homine iustificato . Stultus
acriter improperabit,& datus indisciplinati, tabescere facit oculos. Ante iudicium para iu-
Lucæ.18.c. Thessa.5.d stitiã tibi,& anteq̃ loquaris disce. Ante languorem adhibe medicinã,& ante iudiciũ interroga
teipsum,& in conspectu dei inuenies propitiationem. Ante languorem humilia te,& in tem-
pore infirmitatis ostende conuersationem tuam. Non impediaris orare semper, & ne verea
ris vsqꝫ ad mortem iustificari, quoniam merces dei manet in æternũ. Ante orõnem præpa-
Supra.11.c. ra aĩam tuam,& noli esse quasi homo qui tentat deũ. Memento iræ in die consummatõis,& tẽ
pus retributõis in conuersatõe facies. Memento paupertatis, in tempore abundantiæ,& ne D
cessitatem paupertatis in die diuitiarꝫ. A mane vsqꝫ vesperꝫ immutabit tempus,& hæc oĩa cita
ta in oculis dei. Homo sapiens in oĩbus metuit,& in diebus delictorꝫ attendet ab inertia. Oĩs
astutus agnoscit sapiãm,& inuenienti eam dabit confessionem. Sensati in verbis & ipsi sapien
ter egerunt,& intellexerunt veritatem & iustitiã,& implorauerunt prouerbia & iudicia. Post
concupiscentias tuas non eas,& à voluntate tua auertere. Si præstes aĩæ tuæ concupiscentias
eius,& faciet te in gaudium inimicis tuis. Ne oblecteris in turbis, nec in modicis. Assidua eñ
est commissio illorꝫ. Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore, & non est tibi nihil in se-
culo, eris enim inuidus animæ tuæ.

¶Vinũ & Venus egenos & stultos faciũt. Secreta teneto. Correptiõe vtil in proximũ.
Prudentia mundi, stultitia apud deum. Ca.XIX.

OPerarius ebriosus non locupletabitur,& q spernit modica paulatim decidet. Vinum A
& mulieres apostatare faciunt sapientes,& arguũt sensatos,& q se iungit fornicarijs,
erit nequam. Putredo,& vermes hæreditabunt illum , & extolletur in exemplũ ma-
ius,& tolletur de numero anima eius. Qui credit cito, leuis est corde,& minorabi-
tur,& q delinquit in animã suam insuper habebitur. Qui gaudet iniqtate denotabitur,& qui
odit correptionem, minuetur vita , & qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. Qui peccat
in ani-

in animam suam pœnitebit, & qui iucundatur in malitia denotabitur. Nec iteres verbum ne-
quam, & duꝝ, & non minoraberis, Amico & inimico noli narrare sensum tuum, & si est tibi
delictũ, noli denudare. Audiet eñi te, & custodiet te, & quasi defendens peccatũ odiet te, & sic
aderit tibi semper. Audisti verbũ aduersus proximũ tuum, & commoriat in te fidens, quoniã
C non te disrumpet. A facie verbi parturiet fatuus, tanq̃ gemitus partus infantis. Sagitta infixa
fœmori canis sic verbũ in corde stulti. Corripe amicum, ne forte non intellexerit, & dicat,
non feci, aut si fecerit, ne iteꝝ addat facere. Corripe proximũ, ne forte non dixerit, & si di-
xerit, ne forte iteret. Corripe amicũ, sæpe eñi fit commissio, & non omni verbo credas. Est
qui labit lingua sua, sed non ex animo. Quis est eñi qui non deliquerit in lingua sua? Corri-
pe proximũ anteq̃ commineris, & da locũ timori altissimi, quia oĩs sapĩa timor dei, & in illa ti-
mere deũ, & in omni sapĩa dispositio legis. Et non est sapĩa nequitiæ disciplina, & non est co-
D gitatus bonus peccatoꝝ prudentia. Est prudentię nequitia, & in ipsa execratio, & est insipiens
qui minuitur sapĩa. Melior est homo qui minuitur sapĩa, & deficiens sensu in timore dei, q̃
qui abundat sensu, & transgreditur legem altissimi. Est solertia certa, & ipsa iniqua, & est qui
emittit verbum certum, enarrans veritatem, est q nequiter humiliat se, & interiora eius plena
sunt dolo, & ẽ iustus q se nimiũ submittit à multa hũilitate, & est iustus q inclinat faciẽ suã, &
fingit non videre se, quod ignoratũ est. Et si ab imbecillitate viriũ vetet peccare, si inuene-
rit tempus male faciendi, malefaciet. Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognosci-
tur sensatus. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enuntiãt de illo. Est cor-
Infra.41.c. rectio mendax in ira contumeliosi, & est iudicium quod non probatur esse bonum, & est ta-
cens, & ipse est prudens.

¶Confessio aperta bona. Sapĩa est tacere ad tempus & loqui, furtum præstat assi-
duo mendacio, Xenium, iudicem excæcat. Ca. XX.

A QVàm bonum est arguere, quàm irasci, & confitentem in oratione non prohibere.
Concupiscentia Spadonis deuirginauit iuuenculã, sic qui facit per vim iudicium
iniquum. Quàm bonum est correptum manifestare pœnitentiam, si enim effugies
voluntarium peccatum. Est tacens qui iuenitur sapiens, & est odibilis q pro-
cax est ad loquendum. Est aũt tacens, & non habens sensum loquelæ, & est tacens, sciens tem-
pus apti temporis. Homo sapiens tacebit vsq; ad tempus, lasciuus aũt & imprudens non ser
B uabunt tempus. Qui multis vtit verbis lædet aĩam suam & q potestatem sibi assumit iniuste,
odietur. Est processio in malis viro disciplinato, & est inuentio in detriimentũ Est datum qđ
non est vtile, & est datum cuius retributio duplex. Est propter gloriam minoratio, & est q ab
humilitate leuabit caput. Est q multa redimat modico precio, & restituens ea in septuplum.
Sapiens in verbis seipsum amabilem facit, gratiæ autem fatuoꝝ effundentur. Datum insipi-
entis non erit vtile tibi, oculi eñi illiꝰ septemplices sunt. Exigua dabit, & multa improperabit,
& apertio oris illius inflammatio est. Hodie fœnerat quis, & cras expetit, & odibilis est homo.
C huiusmodi. Fatuo non erit amicus, & non erit gratia in bonis illius. Qui eñi edunt panem illi-
us falsæ linguæ sunt. Quoties & quãti irridebunt eum? Neq; eñi quod habendum erat directo
sensu distribuit, & similiter quod non erat habendũ. Lapsus falsæ linguæ quasi q in pauimen
to cadens, sic casus maloꝝ festinanter venient. Homo acharis quasi fabula vana, & in ore in-
disciplinatoꝝ assidua erit. Ex ore fatui reprobabit parabola nõ eñi dicit illam in tempore suo. Acharis, id ẽ sine gratia
Est q vetatur peccare præ inopia, & in requie sua stimulabit. Est q perdet animam suam præ
confusione, & ab imprudenti persona perdet eã, personæ aũt acceptione perdet se. Est q præ-
confusione promittit amico, & lucratus est eum inimicum gratis. Opprobriũ nequam in ho-
D mine mendacium, & in ore indisciplinatoꝝ assidue erit. Potior est fur q̃ assiduitas viri menda- Prouer.12.b
cis, perditionem aũt ambo hæreditabũt. Mores hoĩm mendacium sine honore, & confusio il &.28.c
loꝝ cum ipsis sine intermissione. Sapiens verbis producet seipsum, & homo prudens place- Exo 23.b Deut.16.d
bit magnatibus. Qui operatur terrã suã inaltabit aceruum frugum, & q operatur iustitiam Infra.14.c
ipse exaltabitur, q vero placet magnatibus, effugiet iniqtatem. Xenia & dona excæcãt ocu
los iudicum, & quasi mutus in ore auertit correctiones eoꝝ. Sapĩa absconsa, & thesaurus in-
uisus, quæ vtilitas in vtrisq;? Melior est qui cælat insipientiam suam, quàm homo q abscon
dit sapientiam suam.

¶Non irritandum malum, audax & temerarius hæreticus, inops stultus & vas fractum
est, verba eius sarcina. Ca. XXI.

A FIli peccasti, nõ adiicias iteꝝ, sed & de pristinis deꝑcare, vt tibi dimittant. Quasi à facie Supra.5.c.
colubri fuge pc̃tã, & si suscipiẽt te. Dentes leonis dentes eius, interficiẽtes aĩas hoĩm.
Quasi romphęa bis acuta oĩs iniqtas, plagæ illius est sanitas. Obiurgatio & iniuriæ an-
nullabũt substãtiã (& domus q̃ nimis locuples est, annullabit supbi) sic substãtia supbi Græca exem
B eradicabit. Deꝑcatio pauperis ex ore vsq; ad aures pueniet, & iudicium festinato adueniet illi. plaria nõ hã bent hũc uer
Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris, & qui timet deum, conuertetur ad cor suũ. sum.

Notus

Notus à longe potens ligua audaci & sensatus scit labi se ab ipso. Qui ædificat domū suam
impendijs alienis, quasi q colligit lapides suos in hyeme. Stuppa collecta synagoga peccan-
tiū, & consummatio illoꝵ flamma ignis. Via peccantiū complantata lapidibus & in fine illo-
rum inferi, & tenebræ, & pœnæ. Qui custodierit iustitiam, continebit sensum eius, consum-
matio timoris dei, sapiā & sensus. Non erudietur q non est sapiens in bono. Est autem insipi
entia quæ abundat in malo, & non est sensus vbi est amaritudo. Sciā sapientis tanq̄ inundatio
Infra.33.a. abundabit, & consiliū illius sicut fons vitæ permanet. Cor fatui quasi vas confractū & omnē C
sapiam non tenebit. Verbum sapiens quodcunq; audieris scius laudabit, & ad se illud adijciet
audiuit luxuriosus & displicebit illi, & proijciet illud post tergū suū. Narratio fatui quasi sarci-
na in via. Nam in labijs sensati iuenit̃ grā. Os prudentis quęrit̃ in ecclesia, & verba illius cogi
tabunt in cordibus suis. Tanq̄ domus exterminata, sic fatuo sapiā, & sciā insensati inenarra-
bilia verba. Compedes in pedibus doctrina stulto, & quasi vincula manuū super manum de-
xteram. Fatuus in risu exaltat vocem suā, vir autem sapiens vix tacite ridebit. Ornamentū D
auriū prudenti doctrina, & quasi brachiale in brachio dextro. Pes fatui facilis in domū pro-
ximi, & homo peritus confundet̃ à persona potentis. Stultus à fenestra respiciet ī domum
vir autem eruditus foris stabit. Stultitia hoīs auscultare per ostium & prudens grauabit̃ contu
melia. Labia imprudentiū stulta narrabunt, verba aūt prudentiū statera ponderabunt̃. In
ore fatuoꝵ cor illoꝵ, & in corde sapientiū os illoꝵ. Dum maledicit impius diabolū, maledicit
ipse aīam suam, susurro coinquinabit aīam suam, & ī oībus odietur, & q permanserit odiosus,
erit tacitus, & sensatus honorabitur.

¶Piger stercore lapidatur. Liberi, honos & confusio parentum. Quibus prædi-
candum. Quo lugendum. Cū stultis paucis loquendum. Amicitia fide ser-
uanda & beneuolentia. Ca. XXII.

IN lapide vero luteo lapidatus est piger, & omnes loquent̃ super aspiratōe illius. De ster- A
core boum lapidatus est piger, & ois q tetigerit eum, excutiet manus. Confusio patris ē
de filio indisciplinato, filia aūt fatua in deminoratōe fiet. Filia prudens hæreditas viro
suo, nam quæ confundit, in contumeliā fit genitoris. Patrem & viꝵ confundit audax, &
ab ipsis non minorabitur, ab vtrisq; autem inhonorabit̃. Musica in luctu importuna narratio,
flagella & doctrina in omni tempore sapiā. Qui docet fatuum, quasi q conglutinat testam. B
Qui narrat verbum non audienti, quasi q excitat dormientem de graui somno. Cum dor-
Supra.8.d. miente loqtur, q enarrat stulto sapiam, & in fine narratōis, dicit: Quis est hic? Supra mortuū
infra.38.b plora, defecit enī lux eius, & supra fatuū plora, defecit enī sensu. Modicū plora supra mortuū
infra.16.b qm̄ requieuit. Nequissimi enī neqssima vita super mortem fatui. Luctus mortui septem dies,
Supra.12.c fatui autem, & impij, omnes dies vitæ illorum. Cum stulto ne multum loquaris, & cum insen
sato ne abieris. Serua te ab illo, vt non molestiam habeas, & non coinqnaberis in peccatis illi
Græci desidia us. Deflecte ab illo, & inuenies requiem, & non acidiaberis in * stultitiam illius. Super plumbū
Prouer.27.a qd grauabitur? Et quod illi aliud nomen quàm fatuus? Arenam & salem & massam ferri fa-
Psal.140 cilius est ferre, quàm hoīem imprudentem, & fatuum, & impium. Sicut * loramentum ligneū
Id est, Ligamentum. colligatū in fundamento ædificij non dissoluetur, sic cor confirmatum in cogitatōe consilij.
Cogitatus sensati in omni tempore vel metu non deprauabit̃. Sicut paleæ in excelsis, & ce- C
menta sine impensa posita contra faciem venti non permanebūt, sic & cor timidum in cogita
tione stulti, contra impetum timoris non resistit. Sicut ornatus arenosus in pariete limpido,
sic & cor trepidū in cogitatiōe fatui, omni tempore non metuet, sic & q in præceptis dei per-
manet semper. Pungens oculū deducit lachrymas, & q pungit cor profert sensum. Mittens
lapidem in volatilia deijciet illa, sic & q conuitiat̃ amico, dissoluit amicitiā. Ad amicū & si pro-
duxeris gladium, non desperes, est enim regressus ad amicum. Si apparuerit os triste, non ti- D
meas. Est enim concordatio, excepto conuitio, & improperio, & superbia, & mysterij reue-
latione, & plaga dolosa. In his omnibus effugiet amicus. Fidem posside cum amico, in pau-
pertate illius, vt & in bonis illius læteris. In tempore tribulatōis illius permane illi fidelis, vt &
in hæreditate illius cohæres sis. Ante ignem camini vapor, & fumus, ignis exaltat̃, sic & ante
sanguinem maledicta, & contumeliæ, & minæ. Amicum salutare non confundaris, à facie il-
lius non me abscondam & si mala mihi euenerint per illum, sustinebo. Omnis q audiet, cauebit
se ab eo. Quis dabit ori meo custodiā, & super labia mea signaculum certū, vt non cadam in
ipsis, & lingua mea perdat me?

¶Precatio ad deum: Non iurādum temere: Tria genera peccatorum: Timor do-
mini, optimum hominis. Cap. XXIII.

DOmine pater, & dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu, & consilio A
eorum ne sinas me cadere in illa exprobratione. Quis superponit in cogitatu meo
flagella, & in corde meo doctrinam sapientiæ, vt ignorationibus eorum, non par-
cant mihi, & non appareant delicta eorum, & ne adincrescant ignorantiæ meæ, &
multi

multiplicent delicta mea, & peccata mea abũdent, & incidã in conspectu aduersarioꝝ meoꝝ
& gaudeat inimicus meus? Domine pater, & deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu il-
loꝝ. Extollentiam oculoꝝ meoꝝ ne dederis mihi, & omne desideriũ auerte à me. Aufer à me
ventris concupiscentias & concubitus concupiscentiæ ne apprehendãt me, & animo irreueren- Infrunitus & præceps in verbis.
ti, & infrunito ne tradas me. Doctrinã oris audite filij, & q custodierit illã non peribit labijs su-
B is, nec scandalizabit in operibus nequissimis. In vanitate sua apprehendet peccator, & super-
De iurejurando cap. Esth. Christus bus, & maledictus scandalizabit in illis. Iurationi non assuescat os tuũ, multi enim casus in il-
la. Nominatio vero dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctoꝝ non admiscearis, quo-
niã non eris immunis ab eis. Sicut enim seruus interrogatus assidue à liuore non minuit, sic oĩs
iurans, & nominans in toto, à peccato non purgabit. Vir multũ iurans implebit iniqtate, &
non discedet à domo illius plaga. Et si frustrauerit fratrẽ, delictũ illius sup ipsum erit, & si dis-
simulauerit, delinqt dupliciter, & si inuacuũ iurauerit, nõ iustificabit. Replebit enim retributio-
ne pessima domus illius. Est & alia loquela contraria morti, non inueniat in hæreditate Iacob.
Etenim à misericordibus oĩa hæc auferent, & in delictis non volutabũt. Indisciplinatæ lo-
C quelæ non assuescat os tuũ, est enim in illa verbũ peccati. Memento patris & matris tuæ, in 2. Reg. 15. d
medio enim magnatoꝝ consistis, ne forte obliuiscat te deus in conspectu illoꝝ, & assiduitate
tua infatuatus improperium patiaris, & maluisses non nasci, & diem natiuitatis tuæ maledicas.
Homo assuetus in verbis improperij, in oĩbus diebus suis non erudietur. Duo genera ab-
undat in peccatis, & tertium adducit iram, & perditionem. Anima callida quasi ignis ardens
non extinguet donec aliqd glutiat, & homo nequã in ore carnis suæ non desinet, donec incen-
dat ignem. Homini fornicario oĩs panis dulcis, non fatigabitur transgrediens vsq; ad finem. Esaiæ 29. d
Omnis homo q transgredit lectum suũ, contemnens in aĩam suam, & dicens: qs me videt? te-
nebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circũspicit me, quem vereor? deli-
ctoꝝ meoꝝ non memorabit altissimus, & non intellexit quoniam oĩa videt oculus illius, quo-
niam expellit à se timorem dei huiuscemodi hoĩs timor, & oculi hominũ timentes illum, &
non cognouit, quoniam oculi dñi multo plus lucidiores sunt per solem, circũspicientes omnes
D vias hoĩm & profundum abyssi, & hoĩm corda intuentes in absconditas partes. Dño enim
deo antequã crearent oĩa sunt agnita, sic & post perfectum respicit oĩa. Hic in plateis ciuitatis
vindicabitur, & quasi pullus equinus fugabitur, & vbi non sperauit, apprehendetur. Et erit de-
decus omnibus, eo q nõ intellexerit timorem domini. Sic & mulier oĩs relinquens virum su-
um, & statuens hæreditatem ex alieno matrimonio. Primo enim in lege altissimi incredibilis
fuit, & secundo virum suum dereliquit, tertio in adulterio fornicata est, ex alio viro filios sta-
tuit sibi. Hæc in ecclesiam adducetur, & in filios eius respicietur. Non tradent filij eius radices,
& rami eius non dabunt fructum. Derelinquet in maledictum memoriam eius, & dedecus illi-
us non delebitur. Et agnoscent qui derelicti sunt, quoniam nihil melius est quàm timor dei,
& nihil dulcius quàm respicere in mandatis domini. Gloria magna est sequi dominum, longi-
tudo enim dierum assumetur ab eo.

¶Sapientiæ excellentia & laus.

Caput XXIIII.

A SApientia laudabit animam suam, & in deo honorabitur, & in medio populi sui gloria-
bitur in ecclesijs altissimi aperiet os suum, & in conspectu virtutis illius gloriabitur, &
in medio populi sui exaltabitur, & in plenitudine sancta admirabitur, & in multitudi-
ne electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur, dicens: Ego ex ore al-
tissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Ego feci in cœlis, vt oriretur lumen in-
deficiens, & sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habitaui, & thronus meus in co-
lumna nubis. Gyrum cœli circuiui sola, & profundum abyssi penetraui, & in fluctibus maris
ambulaui, & in omni terra steti, Et in omni populo, & in omni genere primatũ habui, & oĩm
B excellentium, & humilium corda, virtute calcaui. Et in his oĩbus requiem quæsiui, & in hæ-
reditate domini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi creator omnium, & qui * creauit me Græci qui possedit
requieuit in tabernaculo meo. Et dixit mihi: In Iacob inhabita, & in Israhel hæreditare, & in
electis meis mitte radices. Ab initio & ante secula creata sum, & vsq; ad futurum seculum non
desinam, & in habitatiõe sancta coram ipso ministraui. Et sic in Syon firmata sum, & in ciuita-
te sanctificata silr requieui, & in Hierusalem potestas mea. Et radicaui ĩ populo honorificato.
Et in partes dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus
De sacra. unctione capi. unico exaltata sum in Lybano, & quasi cypressus in monte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades
& quasi plantatio rosæ in Hiericho. Quasi oliua speciosa in cãpis, & quasi platanus exaltata
C sum iuxta aquas. In plateis sicut cynamomum & balsamum aromatizans odorem dei. Quasi
myrrha electa dedi suauitatem odoris, & quasi storax, & galbanus, & vngula, & gutta. Quasi
lybanus non incisus vaporaui habitationem meam, & quasi balsamum non mixtum odor me-
us, quasi terebynthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ. Ego quasi vitis fru-
ctifica-

ædificaui suauitatem odoris,& flores mei fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchræ
dilectõis,& timoris, & agnitõis, & sanctæ spei. In me gr̃a oĩs vitæ, & veritatis, in me oĩs spes
vitæ,& virtutis. Trãsite ad me omnes q concupiscitis me, & à generatõibus meis adimplemi
ni. Sp̃us em̃ meus super mel dulcis,& hæreditas mea super mel & fauũ. Memoria mea in gene-
Iohan. 4.b. &.6.d ratione seculoꝝ. Qui edunt me,adhuc esurient:& q bibũt me,adhuc sitient. Qui audit me,nõ
confundet,& q operant in me,non peccabũt. Qui elucidant me,vitam æternã habebũt. Hæc
oĩa liber vitæ:& testamentũ altissimi,& agnitio veritatis. Legem mandauit Moyses in præ- D
Gene.2.b, ceptis iustitiaꝝ,& hæreditatem domui Iacob,& Israhel promissiones. Posuit Dauid puero
Iosue.3.d suo excitare regem ex ipso fortissimũ,& in throno honoris sedentem in sempiternũ. Qui im-
plet quasi Phison sapiam,& sicut tygris in diebus nouoꝝ. Qui adimplet quasi Euphrates sen-
sum. Qui multiplicat quasi Iordanis in tempore messis. Qui mittit disciplinã sicut lucem,& as-
sistens quasi Gyhon in die vindemiæ. Qui perficit primus scire illã,& infirmior non inuestiga
bit eam. Amari em̃ abundabit cogitatio eius,& consiliũ eius in abysso magna. Ego sapia ef-
fudi flumina,ego quasi trames aquæ immensæ de fluuio,ego quasi fluuius Dorix,& sicut aquę-
ductus exiui de paradiso. Dixi,rigabo hortum plantationũ,& inebriabo partus mei fructum
Et factus est mihi trames abũdans, & fluuius meus appropinquauit ad mare. Quoniã doctri-
nam quasi ante lucanũ illumino omnibus,& enarrabo illã vsq in longinquũ. Penetrabo om̃es
inferiores partes terræ,& inspiciã omnes dormientes, & illuminabo omnes sperãtes in dñ̃o.
Adhuc doctrinam quasi prophetiã effundã & relinquã illam quærentibus sapiam,& non de-
finam in progenies illoꝝ vsq in æuum sanctũ. Videte quoniam non soli mihi laboraui,sed
omnibus exquirentibus veritatem.

¶ Tria elegit & totidem odit deus, legem laudat. Et nihil peius muliere dicit.

Caput .XXV.

IN tribus placitũ est spiritui meo, quæ sunt probata corã deo,& hominibus. Concordia A
fratrũ,& amor proximoꝝ,& vir & mulier sibi bene consentientes. Tres species odiuit
anima mea,& aggrauor valde animæ illoꝝ. Pauperem superbũ,& diuitem mendacem,&
senem fatuũ,& insensatũ. Quæ in iuuentute tua non congregasti, quõo in senectute tua in-
uenies? Quàm speciosum caniciei iudiciũ,& presbyteris cognoscere consiliũ. Quàm speciosa
veteranis sapia,& gloriosus intellectus, & consiliũ. Corona senum multa peritia, & gloria
Supra.14.a. illoꝝ timor dei. Nouem insuspicabilia cordis magnificaui, & decimũ dicã in lingua hoibus.
Homo q iocundat in filijs viuens,& videns subuersionẽ inimicoꝝ suoꝝ. Beatus q habitat cũ B
muliere sensata,& q lingua sua non est lapsus:& q non seruiuit indignus se. Beatus q inuenit
amicũ veꝝ,& q enarrat iustitiã auri audienti. Quàm magnus q inuenit sapiam & sciam,sed
non est super timentem dñ̃m. Timor dei super oĩa se superposuit. Beatus homo cui donatũ
est habere timorem dei. Qui tenet illũ cui assimilabit? Timor dei initiũ dilectionis eius:fidei
aũt initiũ agglutinandũ est ei. Omnis plaga tristitia cordis est,& oĩs malitia neqtia mulieris, C
& omnem plagã,& non plagã videbit cordis, & omnem nequitiã, & non neqtiã mulieris, &
Prouer. 21.c oẽm obductũ & non obductũ odientiũ,& oẽm vindictã & non vindictã inimicoꝝ. Non est
caput nequius super caput colubri,& non est ira super irã mulieris. Cõmorari leoni & draco-
ni placebit, quã habitare cũ muliere nequã. Neqtia mulieris immutat faciem suã,& obcæcabit
vultũ suũ tanq̃ vrsus,& quasi saccũ ostendit in medio proximoꝝ. Ingemuit vir eius,& audiens
Græci amare suspirauit * modicũ. Breuis oĩs malitia præ malitia mulieris, sors peccatoꝝ cadet super illam.
Sicut ascensus arenosus in pedibus veterani: sic mulier linguata homini quieto. Nec respicias D
in mulieris speciem,& non concupiscas mulierem à specie. Mulieris ira irreuerentia,& con-
fusio magna. Mulier si primatũ habeat, contraria est viro suo. Cor humile,& facies tristis,&
plaga mortis, mulier nequã. Manus debiles,& genua dissoluta, mulier quæ non beatificat viꝝ
Gene.3.a Supra.3.b suũ. A muliere initiũ factũ est peccati,& per illã omnes morimur. Non des aquæ tuæ exitũ,
3.Reg.14.c nec modicũ, nec mulieri nequã veniã prodeundi. Si non ambulauerit ad manũ tuã, confundet
te in conspectu inimicoꝝ. A carnibus tuis abscinde illã, ne semper te abutatur.

¶ Fœmina delectat bona, quatuor inde timenda. Sed tres res contristãt, difficilesq duæ.

Caput XXVI.

MVlieris bonæ beatus vir, numerus enim annoꝝ illoꝝ duplex. Mulier fortis oble- A
ctat virũ suũ,& annos vitæ illius in pace implebit. Pars bona mulier bona, in par
te bona timentium deum dabitur viro pro factis bonis, diuitis autem & pauperis
cor bonũ, in omni tempore vultus illoꝝ hilaris. A tribus timuit cor meum,& in
quarto facies mea metuit. Delaturam ciuitatis, collectionem populi, & calumniam men-
dacem, super mortem oĩa grauia. Dolor cordis & luctus, mulier zelotypa. In muliere zeloty-
pa flagellũ linguę oĩbus cõicans. Sicut boum iugũ qđ mouet, ita & mulier nequã. Qui tenet illã B
quasi q apprehẽdit scorpionẽ. Mulier ebriosa ira magna,& cõtumelia,& turpitudo illius non
Infra.42.b tegetur. Fornicatio mulieris in extollentia oculoꝝ,& in palpebris illius agnoscit. In filia non
auertẽ-

auertente ſe, firma cuſtodiam, ne inuenta occaſione abutatur ſe. Ab omni irreuerētia oculorū
C eius caue, & ne mireris ſi te neglexerit. Sicut viator ſitiens ad fontem os aperiet, & ab omni
aqua proxima bibet, & contra omnē palum ſedebit, & contra omnem ſagittā aperiet phare-
tram, donec deficiat. Gratia mulieris ſedulæ delectabit virū ſuū, & oſſa illius impinguabit.
(Diſciplina illius datū dei eſt. Mulier ſenſata & tacita, nō eſt immutatio eruditæ animæ. Gra
tia ſuper gratiā, mulier ſancta & pudorata. Omnis aūt ponderatio non eſt digna continentis
animæ. Sicut ſol oriens in mundo in altiſſimis dei, ſic & mulieris bonæ ſpecies in ornamen
D tū domus eius. Lucerna ſplendens ſuper candelabrū ſanctū, & ſpecies faciei ſuper ætatē ſta-
bilem. Columnæ aureæ ſuper baſes argēteas, & pedes firmi ſuper plantas ſtabilis mulieris.
Fundamenta æterna ſuper petrā ſolidā, & mandata dei in corde mulieris ſanctæ. In duo-
bus contriſtatū eſt cor meum, & in tertio iracundia mihi aduenit. Vir bellator deficiens per
inopiam, & vir ſenſatus, contemptus, & qui tranſgreditur à iuſtitia ad peccatū: Deus parauit Hæc clauſula
eū ad romphæam. * Duæ ſpecies difficiles & periculoſæ mihi apparuerunt. Difficile exui- in Græc. nō
tur negotians à * negligentia, & non iuſtificabitur caupo à peccatis labiorum. habetur.

¶ Gens delinquit inops, iuſtos tribulatio tentat, ſtultus mutat. Cælāda arcana. Ca. XXVII. Græ. delicto

A PRopter inopiam multi deliquerunt, & qui quærit locupletari, auertit oculū ſuū. Sicut
in medio compaginis lapidum palus figitur, ſic & inter mediū venditionis & emptio
nis anguſtiabitur peccatis. Contereretur cum delinquente delictum. Si non in timore
domini tenueris te inſtanter, & cito ſubuertetur domus tua. Sicut in percuſſura cri-
De por. diff. a ea. ſi enim. bri remanebit puluis, ſic aporia hominis in cogitatu illius. Vaſa figuli probat fornax, & ho Aporia, indi
mines iuſtos tentatio tribulationis. Sicut ruſticatio de ligno oſtendit fructū illius, ſic verbū gentia eſt.
B ex cogitatu cordis hominis. Ante ſermonē non laudes virum. Hæc eñ tentatio eſt homi-
num. Si ſequaris iuſtitiā, apprehendes illā, & indues quaſi poderem honoris, & inhabitabis
cum ea, & proteget te in ſempiternū, & in die agnitionis inuenies firmamētum. Volatilia ad Inf. 33. c
(ſibi ſimilia conueniunt, & veritas ad eos, q operantur illam, reuertetur. Leo venationi inſi
diatur ſemper, ſic peccata operātibus iniquitatē. Homo ſenſatus in ſapiētia manet ſicut ſol
nā ſtultus ſicut luna mutatur in medio inſenſatorū, ſerua verbū tempori: in medio autem co-
C gitantiū aſſiduus eſto. Narratio peccantiū odioſa, & riſus illorū in delictis peccati. Loque-
la multū iurans, horripilationem capiti ſtatuet, & irreuerentia ipſius obturatio auriū. Effu Sup. 23. b
ſio ſanguinis in rixa ſuperborū, & maledictio illorū auditus grauis. Qui denudat arcana ami
ci, fidem perdidit, & non inueniet amicū ad animum ſuum. Dilige proximū, & coniunge-
re fide cum illo. Quod ſi denudaueris abſconſa illius, nō perſequeris poſt eū. Sicut eñ homo
qui perdit amicū ſuum, ſic qui perdit amicitiam proximi ſui. Et ſicut qui dimittit auem de ma
nu ſua, ſic qui dereliquiſti proximū tuum, & non eum capies. Non illum ſequeris, qm̄ longe
abeſt. Effugit eñ quaſi caprea de laqueo, quoniam vulnerata eſt anima eius. * Vltra eum nō Græc, vul
D poteris colligare, & maledicti eſt concordatio. Denudare autē amici myſteria, deſperatio eſt nus eñ pote
animæ infelicis. Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eū abiiciet. In conſpectu oculorū ris colligare,
tuorū condulcabit os ſuū, & ſuper ſermones tuos admirabitur. Nouiſſime autem peruertet & cōuitium
os ſuum, & in verbis tuis dabit ſcandalum. Multa audiui & nō coæquaui ei, & dñs odiet illū. placare.
(Qui in altū mittit lapidem, ſuper caput eius cadet, & plaga doloſa, doloſi diuidet vulnera. Et Pro. 26. d
qui foueam fodit, incidet in eam, & qui ſtatuit lapidem proximo ſuo, offendet in eo, & q la- Eccle. 10. b
queum alii ponit, peribit in illo. Facienti nequiſſimum conſiliū ſuper ipſum deuoluetur, &
non agnoſcet vnde adueniet illi. Illuſio & improperium ſuperborū, & vindicta ſicut leo inſi-
diabitur illi. Laqueo peribunt q oblectātur caſu iuſtorū, dolor aūt cōſumet illos anteq̄ mo
riantur. Iræ & furor vtraq; execrabilia ſunt, & vir peccator continens erit illorum.

¶ Hic qui non parcit, fruſtra quærit ipſe medelam, Vitia linguæ &
eiuſdem pericula. Cap. XXVIII.

A QVi vindicari vult à domino, inueniet vindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit. Deut. 32. c
Relinque proximo tuo nocēti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluētur. Homo Roma. 12. d
homini reſeruat iram, & à deo quærit medelā. In hominem ſimilem ſibi non ha
bet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur. Ipſe dum caro ſit reſeruat irā
& propitiationem petit a deo. Quis exorabit pro delictis illius? memento nouiſſimorum, &
B deſine inimicari. * Tabitudo enim & mors imminent in mandatis. Memorare timorem dei. Græ. ſecūdū
& non iraſcaris proximo. Memorare teſtamenti altiſſimi, & deſpice ignorantiā proximi. corruptionē,
Abſtine te a lite, & minues peccata. Homo eñ iracundus incendit litē, & vir peccator turba- & mortē, ſed
bit amicos, & in medio pacem habitantium immittit inimicitiā. Secundū eñ ligna ſyluæ, ſic mane i man
ignis exardeſcit, & ſecundū virtutem hominis ſic iracundia illius erit, & ſecundum ſubſtātiā datis.
ſuam exaltabit iram ſuam. Certamen feſtinatum incendit ignem, & lis feſtinans effundit ſan Pro. 26. e
guinē, & lingua teſtificans adducet mortem. Si ſufflaueris quaſi ignis exardebit, & ſi expueris
C ſuper illā, extinguetur. Vtraq; ex ore proficiſcuntur. Suſurro & bilinguis maledictus, multos

illi,ne condoleas,& in nouissimo obstupescent dentes tui.Nō des illi potestatē in iuuentute, Sup.7.c
C & ne despicias cogitatus illius.Curua ceruicē eius in iuuentute,& tonde latera eius dū infans
est,ne forte induret,& non credat tibi,& erit tibi dolor animæ. Doce filiū tuum,& operare
in illo,ne in turpitudinē illius offendas.Melior est pauper sanus,& fortis viribus,q̄ diues im
becillis,& flagellatus malitia.Salus animæ in sanctitate iustitiæ,& melior est omni auro & ar
gento,& corpus validū,q̄ census immensus. Non est census super censum salutis corporis, Sup.10.d
& non est oblectamentū sup cordis gaudiū. Melior est mors q̄ vita amara,& requies æter Inf.41
na q̄ languor perseuerans.Bona abscondita in ore clauso,quasi appositiones epularū circum- Danie.14.b
positæ sepulchro.Quid proderit libatio idolo? Nec enī manducabit,nec adorabitur.Sic qui
D effugatur à dño,& portās mercedes iniquitatis.Videns oculis & ingemiscēs,sicut Spado cō A Græcis ad
De pat.Aii.a plectens virginē,& suspirans * ita q in violentia facit iudiciū.⌋ Tristitiā non des animæ tuę, duntur hæc.
ca. qui auit. & nō affligas temetipsum cōsilio tuo.Iucunditas cordis hæc est vita hominis,& thesaurus si-
ne defectione sanctitatis,& exultatio viri est longæuitas. Miserere aīæ tuæ placens deo,&
contine,& cōgrega cor tuū in sanctitate eius,& tristitiā longe expelle à te.Multos enī occi-
dit tristitia,& nō est vtilitas in illa. Zelus & iracundia minuent dies,& ante tēpus senectam
adducet cogitatus.Splendidū cor bonū in epulis est,epulæ enī illius diligenter fiunt.

¶Luxum vigiliæ frenant.Iustus fugit aurum, Vinumq́; sobrie sumit. Cap. XXXI.

A Vigilia honestatis tabefaciet carnes,& cogitatus illius auferet somnum. Cogitatus
præscientiæ auertit sensum,& infirmitas grauis sobriā facit animā.Laborauit di-
ues in cōgregatiōe substātiæ,& in requie sua replebitur bonis suis.Laborauit pau-
per in diminutione victus,& in fine inops fuit.Qui aurū diligit,non iustificabitur: Sup.8.a
& qui insequitur consumptionē,replebitur ex ea. Multi dati sunt in auri casus,& facta est
B in specie ipsius perditio illorū. Lignum offensionis est aurum sacrificantium, væ illis q se-
ctantur illud,& omnis imprudens deperiet in illo. Beatus diues q inuentus est sine macula,
& q post aurū non abijt,nec sperauit in pecunia,& thesauris.Quis est hic,& laudabimus eū? Sup.13.d
Fecit enī mirabilia in vita sua.Qui probatus est in illo,& perfectus inuentus est,& erit illi glo Sup.22.a
ria æterna.Qui potuit transgredi,& non est transgressus,& facere mala,& non fecit. Ideo sta
bilita sunt bona illius in dño,& eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorū. Supra
mensam magnā sedisti,non aperias super illam faucem tuā prior.Nō dicas si multa sunt,q̄ su
per illam sunt.Memento,qm̄ malus est oculus nequam.Nequius oculo quid creatū est? Ideo Mat.20.b
ab omni facie sua lachrymabitur,cum viderit.Ne extendas manū tuam prior,& inuidia con-
C taminatus erubescas,nec comprimaris in conuiuio vino. Intellige quæ sunt proximi tui ex
teipso.Vtere quasi hō frugi,his quæ tibi apponunt,vt non,cū manducas multū odio habea
ris.Cessa prior causa disciplinæ,& noli nimius esse,ne forte offendas,& si in medio multorū
sedisti,prior illis ne extendas manum tuā,nec prior poscas bibere. Quàm sufficiens est ho-
mini erudito vinum exiguum,& in dormiendo non laborabis ab illo,& non senties dolorē.
Vigilia & cholera,& tortura viro infrunito,somnus sanitatis in homine parco.Dormiet
vsq; in mane,& anima illius cū ipso delectabitur.Et si coactus fueris in edendo multū,surge
D è medio,& vome,& refrigerabit te,& non adduces corpori tuo infirmitatē. Audi me fili, Pro.22.b
& ne spernas me,& in nouissimo inuenies verba mea.In omnibus operibus tuis esto velox,
& omnis infirmitas non occurret tibi.Splendidū in panibus benedicent labia multorū,& te
stimoniū veritatis illius fidele.In nequissimo pane murmurabit ciuitas,& testimoniū neqtiæ
illius verū est. Diligentes in vino noli prouocare,multos enī exterminauit vinū. Ignis pro
bat ferrū durū,sic vinū corda supborū arguet in ebrietate potatū.Aequa vita hoībus,vinū ī so
brietate;si bibas illud moderate,eris sobrius.Quę est vita q̄ vita minuit vino? Quid defraudat
vitā? Mors:Vinū in iucunditatē creatū est,& nō in ebrietatē,ab initio.Exultatio aīæ & cor
poris,vinū moderate potatū. Sanitas est animæ & corpori, sobrius potus.Vinum multū
potatum,irritationē & irā,& ruinas multas facit. Amaritudo animæ vinum multū potatū.
Ebrietatis animositas imprudentis offensio, minorans virtutem, &, faciens vulnera. In
conuiuio vini non arguas proximum,& non despicias eum in iucunditate illius. Verba im
properij non dicas illi,& non premas illum in repetendo.

¶Potestas non se extollat,sed omnium curam gerat,omnibus faciles præben-
do aures,Iuuenis tacens quærat. Cap. XXXII.

A Rectorem te posuerunt,noli extolli,esto in illis quasi vnus ex ipsis. Curam illorū
habe,& sic considera,& omni cura tua explicita,recūbe vt læteris propter illos,&
ornamentū gratiæ accipias coronam,& dignitatem consequaris congregationis
Loquere maior natu,decet enī te.Primum verbum diligentis scientiam,& non
impedias musicā. Vbi auditus non est,non effundas sermonem,& importune noli extolli
B in sapientia tua.Gemmula carbunculi in ornamento auri,& cōparatio musicorū in conuiuio
vini.Sicut in fabricatione auri signū est smaragdi,sic numerus musicorū in iucundo & mode

rato vino. Audi tacens,& pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Adolescẽs loquere in
tua causa,vix cũ necesse fuerit.Si bis interrogatus fueris,habeat caput responsum tuũ. In mul
tis esto quasi inscius,& audi tacens simul & quærens.In medio magnatũ loqui nõ præsumas
& vbi sunt senes,non multũ loquaris. Ante grandinem præibit corruscatio,& ante verecũ C
diam præibit gratia,& pro reuerentia accedet tibi bona gratia,& hora surgẽdi non tetrices.
Præcurre autẽ prior in domum tuã,& illic aduocare,& illic lude,& age cõceptiones tuas,
& non in delictis,& in verbo superbo.Super his omnibus benedicito dñm,qui fecit te,& in-
ebriantẽ te ab omnibus bonis suis. Qui timet dñm,accipiat doctrinam eius,& qui vigilaue
rint ad illũ,inuenient benedictionẽ. Qui quærit legẽ,implebitur ab ea:& q insidiose agit,
scandalizabitur ab ea. Qui timent dñm,inuenient iudiciũ iustũ,& iustitias quasi lumen ac- D
cendent. Peccator homo vitabit correptionẽ,& secundũ voluntatẽ suã inueniet cõparati-
onẽ. Vir consilij nõ disperdet intelligentiam,alienus & superbus non pertimescet timorẽ.
Etiam postq̃ fecit cũ eo sine consilio,& suis insectationibus arguetur. Fili sine cõsilio nihil
facias,& post factũ non pœnitebis. In via ruinæ non eas,& nõ offendes in lapides, nec cre
das te viæ laboriosæ,ne ponas animæ tuæ scandalũ. Et à filijs tuis caue,& à domesticis tuis at
tende. In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ, hæc est eñ conseruatio mandatorum.
Qui credit deo,attendit mandatis,& qui confidit in illo, non minoratus erit.

¶ Timor domini conseruat a malis:Stultus vt rota est:Ordo & oppositum omniũ
reꝝ,Subdere te noli tuis,sed corripe,& pasce eos. Cap. XXXIII.

Timenti deum nõ occurrent mala,sed in tentatione deus illum conseruabit,& libe- A
rabit a malis.Sapiens nõ odit mandata,& iustitias,& nõ illidetur quasi in procella
nauis.Homo sensatus credit legi dei,& lex illi fidelis.Qui interrogationẽ manife-
stat,parabit verbũ,& sic deprecatus exaudietur,& conseruabit disciplinam,& tunc
Sup. 21.c respõdebit. Præcordia fatui quasi rota carri,& quasi axis versatilis cogitatus illius. Equus
emissarius,sic & amicus subsannator sub omni suprasedente hinnit.Quare dies diẽ superat,&
iteꝝ lux lucem,& annus annũ,a sole ad solem? A dñi scientia separati sunt facto sole,& prece
ptum custodiente per dei sapientiam diuiduntur.Et immutauit tempora,& dies festos ipso- B
rũ,& in illis dies festos celebrauerunt ad horam.Ex ipsis exaltauit,& magnificauit deus,& ex
ipsis posuit in numerum dieꝝ,& omnes homines de solo,& ex terra,vnde creatus est Adã,in
multitudine disciplinæ domini separauit eos,& immutauit vias eoꝝ.Et ex ipsis benedixit,&
exaltauit,& ex ipsis sanctificauit,& ad se applicauit,& ex ipsis maledixit,& humiliauit,& cõ-
uertit illos a separatione ipsoꝝ.Quasi lutum figuli in manu ipsius,plasmare illud, & dispone-
re.Oẽs viæ eius secundum dispositionẽ eius,sic homo in manu illius,qui se fecit, & reddet illi
secundum iudicium suum. Contra malum bonum est,& contra vitam mors,sic & contra C
virum iustum peccator.Ec sic intuere in omnia opera altissimi.Duo contra duo,& vnũ con
Sup. 24.d tra vnũ.Et ego nouissimus euigilaui,& quasi qui colligit racemos post vindemiatores.In be
nedictione dei & ipse speraui,& quasi qui vindemiat repleui torcular.Respicite qm̃ non mihi
soli laboraui,sed & omnibus exquirentibus disciplinã. Audite me magnates & omnes po-
puli,& rectores ecclesiæ,auribus percipite.Filio & mulieri,fratri & amico,non des potesta-
tem super te in vita tua,& nõ dederis alij possessionẽ tuam,ne forte pœniteat te,& deprece-
ris pro illis. Dum adhuc superes,& aspiras,nõ immutabit te omnis caro. Melius est eñ vt
filij tui te rogent,q̃ te respicere in manus filioꝝ tuoꝝ. In omnibus operibus tuis præcellẽs D
esto. Ne dederis maculam in gloriã tuam. In die consummationis dieꝝ vitæ tuæ,& in tẽ
pore exitus tui distribue hæreditatem tuam. Cibaria,& virga,& onus asino,panis & disci-
plina,& opus seruo.Operatur in disciplina,& quærit requiescere,laxa manus illi, & quærit li
bertatem. Iugum & lorũ curuant collum durum,& seruum inclinant operationes assiduæ.
Seruo maliuolo tortura,& compedes,mitte illum in operationẽ ne vacet.Multam eñ mali-
tiam docuit ociositas.In opera constitue eum,sic eñ condecet illum.Quod si non obaudie-
rit,curua illum compedibus,& non amplifices super omnem carnẽ.Verum sine iudicio ni-
hil facias graue.Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua. Quasi fratrem sic eum tracta,
quoniã in sanguine animæ comparasti illum.Si læseris eum iniuste,in fugam conuertetur,&
si extollens discesserit,quẽ quæras,& in qua via quæres illum,nescis.

¶ Mendacia somnia,& auguria fugienda sapienti:expertus multa scit:Spiritus
deum timentium quæritur:Dona impia, ingrata deo. Cap. XXXIIII.

Vana spes & mendacium viro insensato,& somnia extollũt imprudentes.Quasi q A
apprehendit vmbram,& persequitur ventũ,sic & qui attendit ad visa mendacia.
Secundum hoc visio somnioꝝ. Ante faciem hominis similitudo alterius homi-
nis. Ab immundo quid mundabitur? Et a mendace quid verũ dicetur? Diui-
natio erroris,& auguria mendacia,& somnia malefacientiũ vanitas est.Et sicut parturientis
cor tuũ,fantasias patitur nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio,ne dederis in illis cor tuũ mul-

tos cñ

tos enim errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis. Sine mendacio consummabit
B verbum legis, & sapientia in ore fidelis complanabitur. Qui non est tentatus, quid scit? Vir in
multis expertus cogitabit multa, & qui multa didicit, enarrabit intellectum. Qui non est exp-
tus, pauca recognoscit. Qui autem in multis factus est, multiplicat malitiam. Qui tentatus non alias factus
est, qualia scit? Qui implanatus est, abundat nequitia. Multa vidi errando, & plurimas verborum
consuetudines. Aliquotiens vsque ad mortẽ periclitatus sum horũ causa, & liberatus sum gratia
dei. Spiritus timentium deum quæritur, & in conspectu illius benedicetur. Spes enim illorum
in saluantem illos, & oculi dei in diligentes se. Qui timet dominum nihil trepidabit, & non pa-
C uebit, quoniam ipse est spes eius. Timentis dominum beata est anima eius, ad quem respicit, &
qui est fortitudo eius. Oculi domini super timentes eum, protector potentiæ, firmamentum Psal.31.c
14.q.5.c.immolans. virtutis, tegimen ardoris, & vmbraculum meridiani, depræcatio offensionis, & adiutorium ca Heb.4.d
sus, exaltans animam & illuminans oculos dans sanitatem, & vitam, & benedictionem. Immo-
lantis ex iniquo, oblatio est maculata, & non sunt beneplacitæ subsannationes iniustorum. Do
minus solus sustinentibus se in via veritatis, & iustitiæ. Dona iniquorum non probat altissimus, Prouerb.15.b
nec respicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabit pec
D catis. Qui offert sacrificia ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu pa-
tris sui. Panis egentium vita pauperis est, qui defraudat illum homo sanguinis est. Qui au-
fert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Qui effũdit sanguinem, & q fraudem
facit mercenario, fratres sunt. Vnus ædificans, & vnus destruens, qd prodest illis nisi labor?
Vnus orans, & vnus maledicẽs, cuius vocem exaudiet deus? Qui baptizatur à mortuo, & iterum Num.19
De.pe. d.3.c baptizantur. tangit mortuum, qd proficit lauatio illius? Sic homo q ieiunat in peccatis suis, & iterum eadẽ faci
ens, qd proficit humiliando se? Orationem illius quis exaudiet?

¶ Oratio & sacrificiũ præstãtius: Oblatio hilaris, viduæque & pupilli, & humi-
liantis se preces alte scandunt ad dñm. Cap. XXXV.

A QVi conseruat legem, multiplicat orationem. Sacrificium salutare est attendere man-
datis* ⌊& discedere ab omni iniqtate, & propiciationem litare sacrificiis super iniu
stitias, & depræcatio pro peccatis recedere ab iniustitia ⌋ Retribuet gratiam qui of *Hec. græci nõ habent
fert similaginem, & q facit misericordiam offert sacrificium. Beneplacitum est
domino recedere ab iniquitate, & deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia. Non appare-
bis ante conspectum dñi vacuus. Hæc enim omnia propter mandata dei fiunt. Oblatio iusti Exo.23.b. &
B impinguat altare, & odor suauitatis est in conspectu altissimi. Sacrificiũ iusti acceptum est, & 34.d
memoriam eius non obliuiscetur dominus. Bono animo gloriam redde deo, & non minuas Deut.16.d
primitias manuum tuarum. In omni dato, hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica 2.Cor 9 b Tobi.4.b
decimas tuas. Da altissimo secundum donatum eius, & in bono oculo adinuentionem facito
C manuum tuarum, qm̃ dominus retribuens est, & septies tantum retribuet tibi. Noli offerre mu
nera praua, non enim suscipiet illa. Et noli inspicere sacrificium iniustum, quoniam dominus
iudex est, & nõ est apud illum gloria personæ. Non accipiet dominus personam in pauperem, Rom.2.b
& deprecationem læsi exaudiet. Nõ despiciet preces populi, nec viduam, si effundat loquelam Acto.10.f
gemitus. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducen alias pupilli.
tem eas? A maxilla em̃ ascendunt vsque ad cœlum, & dominus exauditor non delectabitur in il-
lis. Qui adorat deum, in oblectatione suscipietur, & deprecatio illius vsque ad nubes propinqua-
bit. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit, & donec propinquet non consolabitur, & non di
D scedet donec altissimus aspiciat. Et dominus non elongabit, sed iudicabit iustos, & faciet iudi-
cium, & fortissimus non habebit in illis patientiam, vt contribulet dorsum ipsorũ, & gentibus
reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superborum, & sceptra iniquorum contribulet,
donec reddat hominibus secundum actus suos, & secundum opera Adæ, & secundũ præsum-
ptionem illius, donec iudicet iudicium plebis suæ, & oblectabit iustos misericordia sua. Specio
sa misericordia dei in tpe tribulationis, quasi nubes pluuiæ in tpe siccitatis.

¶ Quæ te non quærit, timeat, Gens: Sed miserere nostri, nosque in viam dirige iusti-
tiæ, q ecclesia sponsa delectaris cuius es columna. Cap. XXXVI.

A MIserere nostri deus omnium, & respice nos, & ostende nobis lucem miserationum
tuarum, & immitte timorem tuum super gentes quæ nõ exquisierunt te, vt cogno
scant quia non est deus nisi tu, vt enarrent magnalia tua. Alleua manũ tuam super Tobi.9.b
gentes alienas, vt videant potentiam tuam. Sicut em̃ in conspectu eorum sanctifica-
tus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis ĩ eis, vt cognoscãt te, sicut & nos cogno
uimus, quia non est deus præter te domine. Innoua signa, & immuta mirabilia. Glorifica ma-
num, & brachiũ dextrum. Excita furorem, & effunde iram. Extolle aduersarium, & afflige ini
micum. Festina tempus, & memento finis, vt enarrent mirabilia tua. In ira flammæ deuoretur
B qui saluatur, & qui pessimant plebem tuam inuenient perditionem: Contere caput principum
& inimicorum, dicentium: non est alius præter nos. Congrega oẽs tribus Iacob, & cognoscãt

quia non est deus nisi tu, vt enarrent magnalia tua, & hæreditabis eos sicut ab initio. Miserere plebi tuæ super quam inuocatum est nomen tuum, & Israel quem coæquasti primogenito. Miserere ciuitati sanctificationis tuæ Hierusalem, ciuitati requiei tuæ. Reple Sion inenarrabilibus virtutibus tuis, & gloria tua populum tuum. Da testimonium, quia ab initio creaturæ tuæ sunt, C & suscita prædicationes quas locuti sunt in nomine tuo prophetæ priores. Da mercedem sustinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur, & exaudi orationes seruorum tuorum. Secundum benedictionem Aaron de populo tuo, & dirige nos in viam iustitiæ, vt sciant omnes qui habitant terram, quia tu es deus conspector seculorum. Omnem escam manducabit venter, & est cibus cibo Num. 6. d melior. Fauces contingunt cibum, & cor insensatum verba mendacia. Cor prauum dabit tristitiam, & homo peritus resistet illi. Omnem masculum excipiet mulier, & est filia melior filia. D Species mulieris exhilarat faciem viri sui, & super omnem concupiscentiam hominis superducet desiderium. Si est lingua curationis, est & mitigationis, & misericordiæ, non est vir illius secundum filios hominum. Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessionem, adiutorium secundum illum est, & columna vt requies. Vbi non est sepes diripietur possessio, & vbi non est mulier ingemiscit egens. Cui credit, qui non habet nidum, Et deflectens vbicunque obscurauerit quasi succinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem.

¶Rumpit amicitiam tibi fictus amicus, opusque consilii perdit, estque sophista grauis. Cap. XXXVII.

OMnis amicus dicet, & ego amicitiam copulaui, sed est amicus, solo nomine amicus. A Nonne tristitia inest vsque ad mortem. Sodalis autem & amicus ad inimicitiam conuer- Supra. 9. b tetur. O præsumptio nequissima, vnde creata es cooperire aridam malicia & dolositate. Sodalis amico coiocundabitur in oblectationibus, & in tempore tribulationis aduersarius erit. Sodalis amico condolet causa ventris, & contra hostem accipiet scutum. Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, & non immemor sis illius in operibus tuis. Noli consiliari cum socero tuo, & à zelantibus te, absconde consilium. Omnis consiliarius prodit consilium, sed est consiliarius in semetipso. A consiliario malo serua animam tuam Prius scito quæ sit illius necessitas, & quid ipse in animo suo cogitabit. Ne forte mittat sudem in terram, & dicat tibi: bona est via tua, & stet è contrario videre quid tibi eueniat. Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia, & cum muliere de his quæ æmulatur. Cum timido de bello, cum negociatore de traiectione. Cum emptore de venditione, cum viro liuido de gratijs agendis. Cum impio de pietate, cum inhonesto de honestate, cum operario agrario de omni ope, cum opario annuali de consummatione anni, cum seruo pigro, de multa operatione. Non attendas his in omni consilio Sed cum viro sancto assiduus esto, quæcunque cognoueris obseruantem timorem dei, cuius anima est secundum animam tuam. Quicunque titubauerit in tenebris, non condolebit tibi. Et cor boni consilij statue tecum. Non est enim tibi aliud plus illo. Anima viri sancti enunciat aliquando vera, C quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum Et in his omnibus deprecare altissimum, vt dirigat in veritate viam tuam. Ante omnia opera verbum verax præcedet te, & ante omnem actum consilium stabile. Verbum nequam immutabit cor, ex quo partes quatuor oriuntur, bonum & malum, vita & mors, & dominatrix illorum est assidua lingua. Vir peritus multos erudiuit, & animæ suæ suauis est. Qui sophistice loquitur odibilis est, in omni re defraudabitur. Non est enim illi data à domino gratia, omni enim sapientia defraudatus est. Est sapiens animæ suæ sapiens, & fructus sensus illius laudabilis. Vir sapiens plebem suam erudit, & fructus sensus illius fideles sunt. Vir sapiens implebitur benedictionibus, & videntes illum laudabunt, Vita viri in numero dierum, dies autem Israel innumerabiles sunt. Sapiens in populo hæreditabit ho- D 1. Cor. 6. c norem, & nomen illius erit viuens in æternum. Filii in vita tua tenta animam tuam, & si fuerit & 10. f. nequam, non des illi potestatem. Non enim omnia omnibus expediunt, & non omni animæ omne genus placet. Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsque ad choleram. Propter crapulam multi obierunt, qui autem abstinens est adijciet vitam

¶Honora medicos, nouissimaque recordare, Quisque arte sua gaudet & sapit. Cap. XXXVIII.

HOnora medicum propter necessitatem, etenim illum creauit altissimus. A deo est enim omnis A medela, & à rege accipiet donationem. Disciplina medici exaltabit caput illius, & in conspectu magnatum collaudabitur. Altissimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam. Nonne à ligno indulcata est aqua amara. Ad agnitionem Exod. 15. d hominum virtus illorum. Et dedit hominibus scientiam altissimus, honorari in mirabilibus suis. In his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones conficiet sanitatis, & non consummabunt opera eius. Pax enim dei super faciem terræ. Fili in tua infirmitate ne despicias teipsum, sed ora dominum, & ipse curabit te. Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni B delicto munda cor tuum. Da suauitatem & memoriam similaginis. & impingua oblationem, & da locum medico, Etenim illum dominus creauit, & non discedat à te, quia opera eius sunt necessaria. Est enim tempus quando in ma-

in manibus illorũ incuruas, ipsi vero dñm deprecabunt, vt dirigat regem eorum in sanitatem
propter cõuersationẽ illorũ. Qui deliquit in conspectu eius qui fecit eum, incidet in manus me-
dici. Fili in mortuũ produc lachrymas, & quasi dura passus incipe plorare, & secundũ iudici-
um contege corpus illius, & non despicias sepulturam illius. Propter delaturam antem amare
fer luctum illius vno die, & consolare propter tristitiam, & fac luctum secũdum meritum eius
vno die, vel duobus, propter detractionẽ. A tristitia enim festinat mors, & cooperit virtutẽ Supr. 22. b
& tristitia cordis flectit ceruicem. In abductione permanet tristitia, & substantia inopis secun-
dum cor eius. Ne dederis in tristitia cor tuũ, sed repelle eam à te, & memento nouissimorũ, &
noli obliuisci. Neq; enim est conuersio, & huic nihil proderis, & teipsum pessimabis. Memor
C esto iudicij mei, sic enim erit & tuum. Mihi heri, & tibi hodie. In requie mortui requiescere fac
memoriam eius, & consolare illũ in exitu spũs sui. Sapientiam scribe in tpe vacuitatis, & qui mi-
noratur actu sapientiam percipiet, qa sapientia replebitur. Qui tenet aratrum, & q gloria-
tur in iaculo, stimulo boues agitat, & conuersatur in operibus eorũ, & enarratio eius in filijs tau
rorum. Cor suum dabit ad versandos sulcos, & vigilia eius in sagina vaccarum. Sic omnis faber
& architectus, qui nocte tanquam diem transigit, qui sculpit signacula sculptilia, & assiduitas e-
ius variat picturam. Cor suum dedit similitudinem picturæ, & vigilia sua perficit opus. Sic
faber ferrarius sedens iuxta incudem, & considerans opus ferri. Vapor ignis vrit carnes eius,
& in calore fornacis concertatur. Vox mallei innouat aurem eius, & cõtra similitudinẽ vasis o-
D culus eius. Cor suum dabit in cõsummationem operum, & vigilia sua ornabit imperfectionẽ.
Sic figulus sedens ad opus suum, conuertens pedibus suis rotam, q in solitudine positus est sem Hierem. 18. a
per propter opus suũ, & innumera est omnis operatio eius. In brachio suo formabit lutũ, & an-
te pedes suos curuabit virtutẽ suam. Cor suum dabit vt consũmet linitionẽ, & vigilia sua mũ-
dabit fornacem. Omnes hi in manibus suis sperauerunt, & vnusquisq; in arte sua sapiens est. Si-
ne his omnibus non ædificatur ciuitas. Et non inhabitabunt nec inambulabunt, & in ecclesiam
non transilient. Super cellam iudicis nõ sedebunt, & testamentum iudicij non intelligent, neq;
palã facient disciplinam & iudicium, & in parabolis nõ inuenientur, sed creaturam seculi cõfir
mabunt, & deprecatio illorum in operatione artis, accommodantes animas suas, & conquiren
tes in lege altissimi.

¶ Sapientiam ex antiquis & prophetis inquirit sapiens omi laude
dignus. Bona bonis, mala vero creata malis. Cap. XXXIX.

A SApientiam omniũ antiquorũ exquiret sapiens, & in prophetis vacabit. Narrationẽ vi-
rorum nominatorũ conseruabit, & in versutias parabolarum simul introibit. Occulta
prouerbiorum exqret, & in absconditis parabolarũ conuersabitur. In medio magnatũ
ministrabit, & in conspectu præsidis apparebit. In terram alienigenarũ gentium ptran
siet. Bona enim & mala in omnibus tentabit. Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad do-
minum qui fecit illum, & in cõspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione, & p
delictis suis deprecabitur. Si enim dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illũ,
& ipse tanquam imbres emittet eloquia sapientiæ suæ, & in oratione confitebitur domino. Et
B ipse diriget consilium eius, & disciplinam, & in absconditis suis consiliabitur. Ipse palam faciet
disciplinam doctrinæ suæ, & in lege testamenti domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapi-
entiam eius, & vsq; in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius, & nomen eius requi-
retur à generatione in generationem. Sapientiam eius enarrabunt gentes, & laudem eius enũ- Infra. 44. a
ciabit ecclesia. Si permanserit nomen eius, derelinquet plusquam mille, & si requieuerit: prode-
rit illi. Adhuc consiliabor vt enarrent, ut furore enim repletus sum. Et in voce dicit. Obaudite
me diuini fructus, & quasi rosa plantata super riuos aquarũ fructificate. Quasi libanus odorem
suauitatis habete. Florete flores quasi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam, & collau-
date canticum, & benedicite donminum in operibus suis. Date nomini eius magnificentiam,
C & confitemini illi in voce labiorum vestrorum, & in canticis labiorum, & in cytharis, & sic di-
cetis in confessione. Opera domini vniuersa bona valde. In verbo enim eius stetit aqua sicut
congeries, & in sermone oris illius sicut exceptoria aquarum: quoniam in præcepto ipsius pla-
cor fit: & non est minoratio in salute ipsius. Opera omnis carnis coram illo, & non est quicquã Gen. 1. d
absconditum ab oculis eius. A seculo vsq; in seculum respicit: & nihil est mirabile in conspectu Mat. 7. d
eius. Non est dicere qd est hoc: aut quid est istud, omnia eñ in tempore suo quærentur. Benedi
ctio illius quasi fluuius inundabit, & quomõ cataclysmus aridam inebriauit: sic ira ipsius gentes Cataclysmos diluuium.
quæ non exquisierunt eum hæreditabit. Quomodo conuertit aquas in siccitatem: & siccata est Gene. 7. d
D terra, & viæ illius vijs illorum directæ sunt, sic peccatoribus offensiones in ira eius. Bona bo Exod. 14. e
nis creata sunt ab initio: sic nequissimis bona & mala. Initium necessariæ rei vitæ hominum: Supra. 29.
aqua, ignis: & ferrum, sal, lac, & panis similagineus: & mel, & botrus vuæ: & oleum, & vesti-
mentum. Hæc omnia sanctis in bona, sic & impijs, & peccatoribus in mala conuertentur.
Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua.

Et in tempore consummationis effundent virtutem:& furorem eius, qui fecit illos confundẽt
Infra.40.b Ignis, grando, fames, & mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt. Bestiarum dentes, & scorpij, & serpeotes, & romphea vindicans in exterminium impios. In mandatis eius epulabuntur & super terram in necessitate præparabuntur, & in temporibus suis non præterient verbum.
Supra.eodẽ. Propterea ab initio confirmatus sum:& consiliatus sum, & cogitaui:& scripta dimisi. Omnia opera domini bona, & omne opus hora sua subministrabit. Nõ est dicere:hoc illo nequius est. Omnia eñ in tempore suo comprobabuntur. Et nunc in omni corde, & ore, collaudate, & benedicite nomen domini.

¶Vita nostra stimulus, furor, timor, ira, fames, mors. Omnia prætereũt, firma fides remanet. Cap. XL.

OCcupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam, A
à die exitus de ventre matris eorũ, vsque in diem sepulturæ in matrem omniũ. Cogitationes eorũ, & timores cordis, adinuentiones expectationis:& dies finitionis à p̃sidente sup sedem gloriosam: vsq; ad humiliatum in terram, & cinerem, ab eo q vtitur hyacintho:& portat coronam, vsq; ad eum qui cooperitur lino crudo. Furor, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis, iracundia perseuerans, & contentio:& in tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scientiam eius. Modicum autem tanquam nihil in requie:&
ab eo in somnis quasi in die respectus. Conturbatus est in visu cordis sui:tanquam qui euaserit B
in die belli. In tempore salutis suæ exurrexit:& admirans ad nullum timorem: cum omni carne ab homine vsque ad pecus, & super peccatores septuplum. Ad hæc mors, sanguis, cõtentio,
Gen.7.b & romphea, oppressiones:fames:& contritio, & flagella. Super iniquos creata sunt hæc om̃ia,
Infra.41.b & propter illos factus est cataclismus. Omnia enim quæ de terra sunt in terram conuertentur. & aquæ omnes in mare conuertent. Omne munus & iniquitas delebitur:& fides in seculum stabit. Substantiæ iniustorum sicut fluuius siccabuntur, & sicut tonitruum magnũ in pluuia p̃sonabunt. In aperiendo manus suas lætabitur:sic præuaricatores in consummatione tabescent
Nepotes impiorum non multiplicabuot ramos, & radices immundæ super cacumen petræ C
sonant. Super oẽm aquam viriditas, & ad oram fluminis ante omne fœnum euelletur. Gratia ii.q.i.c.b.Ecclesia stico.
sicut paradisus in benedictionibus:& misericordia in seculo permanet. Vita sibi sufficientis operarij condulcabitur:& in ea inueniet thesaurum. Filij ædificatio ciuitatis confirmabit nomen:& super hanc mulier immaculata computabitur. Vinum & musica lætificant cor, & super vtraq; dilectio sapientiæ. Tibiæ & psalterium suauem faciunt melodiam, & super vtraq; D
lingua suauis. Gratiam & speciem desiderabit oculus tuus:& super hæc virides sationes. Amicus & sodalis in tempore conuenientes:& sup vtrosq; mulier cum viro. Fratres in adiutorium in tempore tribulationis:& super eos misericordia liberabit. Aurum, & argentum, & constitutio pedum, & super vtrunq; consilium beneplacitum. Facultates & virtutes exaltãt cor, & super hæc timor domini. Non est in timore domini minoratio, & non est in eo inquirere adiutorium. Timor domini sicut paradisus benedictionis, & super omnem gloriam operuerunt illum. Fili in tempore vitæ tuæ ne indigeas. Melius est eñ mori quam indigere. Vir respiciens in mensam alienam, non est vita eius in cogitatione victus, alit eñ animam suam cibis alienis. Vir autem disciplinatus, & eruditus custodiet se. In ore imprudentis condulcabit inopia, & ĩ vẽtre eius ignis ardebit.

¶Anxia mors prauis, bona pauperibus senibusque. De illa nõ tã curãda quã de noie bono. Corã qbus de qbusq; erubescẽdũ. Cap. XLI.

OMors quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis, viro A
quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum. O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto ætatæ, & cui de omnibus cura est, & incredibili qui perdit sapiẽtiam. Noli metuere iudicium mortis. Memento quæ ante te fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi. Hoc iudicium à domino omni carni, & quæ superuenient tibi in beneplacito altissimi, siue decem, siue
centum, siue mille anni, Non est enim in inferno accusatio uitæ. Filij abominationum sunt fi- B
lij peccatorũ, & qui cõuersantur secus domos impiorũ. Filiorũ peccatorũ periet hæreditas, & 56.dist.c.si.a q.7.c.q̃ntũ
cũ semine illorũ assiduitas opprobrij. De patre impio queruntur filij, qm̃ propter sunt in opprobrio. Væ vobis viri impij, qui dereliquistis legẽ Domini altissimi, & si nati fueritis, in male
dictione nascemini, si mortui fueritis in maledictiõe erit pars vestra. Om̃ia quę de terra sunt 13.q.2.c.f.Ecclesiastico.
Supra.40.b in terram conuertentur, sic impij à maledicto in perditionem. Luctus hominum in corpore ipsorũ, nomen autem impiorũ delebit. Curam habe de bono noïe, hoc eñ magis permanebit tibi, quam mille thesauri præciosi & magni. Bonæ vitæ numerus dierũ, bonũ autem nomẽ
permanebit in æuum. Disciplinam in pace conseruate filij. Sapientia enim abscõdita, & the- C
saurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisq;. Melior est homo qui abscondit stultitiam suam quàm homo

homo q abſcondit ſapiam ſuam. Veruntamen reuertimini in his quæ procedunt de ore meo.
Non eſt em̄ bonum omnem irreuerentiam obſeruare, & non oīa oībus bene placent in fide.
Erubeſcite à patre, & à matre, de fornicatōe, & à præſidente, & à potente de mendacio, à prin
cipe, & à iudice de delicto, à ſynagoga, & plebe, de iniqtate, à ſocio & amico, de iniuſtitia, & de
loco in q̄ habitas, de furto, de veritate dei, & teſtamento, de diſcubitu in panibus, & ab obfuſca
tione dati, & accepti, & à ſalutātibus de ſilentio, à reſpectu mulieris fornicariæ, & ab auerſione
vultus cognati. Ne auertas faciem tuā à proximo tuo, & ab auferendo partem, & nō reſtituen
do. Ne reſpicias mulierem alieni viri, & ne ſcuteris ancillam eius, neq; ſteteris ad lectum eius.
Caue ab amicis de ſermonibus improperij, & cum dederis, ne improperes.

¶ Audita non publices, nec perſonæ rationem habeas. Natam bene ſerua. Sapiæ diui-
næ commendatio. Ca. XLII.

A NOn duplices ſermonem auditus, de reuelatōe ſermonis abſconditi, & eris vere ſine
confuſione, & inuenies grām in conſpectu oīm hoīm. Ne pro his oībus confunda-
ris, & ne accipias perſonam, vt delinquas. De lege altiſſimi & teſtamento, & de iu-
dicio iuſtificare impium, de verbo ſocioꝝ & viatoꝝ, & de datione hæreditatis ami
corum, de qualitate ſtateræ & ponderum, de acquiſitōe multoꝝ & paucoꝝ, de corruptione
B emptionis & negotiatoꝝ, & de multa diſciplina filioꝝ, & ſeruo peſſimo latus ſanguinare ſu-
per mulierem nequam, bonum eſt ſignum. Vbi manus multæ ſunt claudæ, & quodcunq; tra-
des numera, & appende, datum vero & acceptum omne deſcribe. De diſciplina inſenſati & fa
tui, & de ſenioribus q iudicant ab adoleſcentibus, & eris eruditus in oībus, & probabilis in con
ſpectu oīm viroꝝ. Filia patris abſcondita eſt, vigilia & ſollicitudo eius aufert ſomnū, ne forte
in adoleſcentia ſua adultera efficiat, & cum viro commorata odibilis fiat, ne quando polluatur
in virginitate ſua, & in paternis ſuis grauida inueniat, ne forte cum viro commorata tranſgre
C diat, aut certe ſterilis efficiat. Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiā, ne quando faciat Supra. 18. b.
te i opprobriū venire inimicis, à detractōe in ciuitate, & abiectōe plebis, & cōfundat te in mul
titudine populi. Omni homini noli attendere in ſpecie, & in medio mulieꝝ noli commora
ri. De veſtimentis em̄ procedit tinea, & à muliere iniqtas viri. Melior eſt em̄ iniquitas viri, quā
benefaciens mulier, & mulier confundens in opprobrium. Memor ero igitur operum dn̄i,
& quæ vidi, annuntiabo in ſermonibus dn̄i opera eius. Sol illuminans per oīa reſpexit, & glo
D ria dn̄i plenum eſt opus eius. Nonne dominus fecit ſanctos enarrare omnia mirabilia ſua, quæ
confirmauit dn̄s omnipotens, ſtabilis in gloria ſua? Abyſſum & cor hoīm inueſtigauit, & in
aſtutia eoꝝ excogitauit. Cognouit em̄ dn̄s omnem ſciam, & inſpexit in ſignum æui annunti-
ans, q̄ præterierunt, & quæ ſuperuentura ſunt, reuelans veſtigia occultoꝝ. Non præterit illū
oīs cogitatus, & non abſcondit ſe ab eo vllus ſermo. Magnalia ſapiæ ſuæ decorauit, quæ eſt
ante ſeculum, & vſq; in ſeculū, neq; adiectum eſt, neq; minuetur, & non eget alicuius conſilio.
Quàm deſiderabilia oīa opera eius, & tanq̄ ſcintilla eſt conſiderare. Omnia hæc viuūt, & ma- Græci obedi
nent in ſeculū, & in oīni neceſſitate oīa* obaudiunt ei. Oīa duplicia, vnū contra vnū & nō fecit unt, & quod
Hæc clauſu quicq̄ deeſſe. Vniuſcuiuſq; confirmabit bona.* Et qs ſciens confirmabit fortitudinem eius. Et nos obedire
la græci carēt quis ſatiabitur, videns gloriam eius? veteres obau dire dicebāt.

¶ Pergit commemorare mirabilia, virtutesq; dei memorabiles.

Caput XLIII.

A ALtitudinis firmamētum, pulchritudo eius eſt ſpēs cœli, in viſione gloriæ. Sol in aſpe
ctu annuntians in exitu, vas admirabile opus excelſi. In meridiano exurit terram, &
in conſpectu ardoris eius qs poterit ſuſtinere? Fornacem cuſtodiens in operibus ar-
doris. Tripliciter ſol exurens montes, radios igneos exufflans, & refulgens radijs ſuis
obcæcat oculos. Magnus dn̄s q fecit illum, & in ſermonibus eius feſtinauit iter. Et luna in oī-
bus in tempore ſuo, oſtenſio temporis, & ſignum æui. A luna ſignum dies feſti, luminare quod
B minuitur in conſummatōe. Menſis ſecundū nomen eius eſt, creſcens mirabiliter in conſum-
matione. Vas caſtrorum in excelſis, in firmamento cœli reſpondēs glorioſe. Spēs cœli, gloria
ſtellaꝝ, mundū illuminans in excelſis dominus. In verbis ſancti ſtabūt ad iudiciū, & non de- [illegible]
ficient in vigilijs ſuis. Vide arcum, & benedic eum q fecit illum, valde ſpecioſus eſt in ſplendore [illegible]
ſuo. Gyrauit cœlum in circūitu gloriæ ſuæ, manus excelſi aperuerunt illum. Imperio ſuo ac-
celerauit niuem, & accelerat coruſcationes emittere iudicij ſui. Propterea aperti ſunt theſauri,
& euolauerunt nebulæ ſicut aues. In magnitudine ſua poſuit nubes, & confracti ſunt lapides
grandinis. In conſpectu eius commouebuntur montes, & in voluntate eius aſpirauit nothus.
Vox tonitrui eius verberauit terram, tempeſtas aquilonis, & congregatio ſpiritus, & ſicut auis
deponens ad ſedendum aſpergit niuem, & ſicut locuſta demergens deſcenſus eius. Pulchritu-
C dinem candoris eius admirabitur oculus, & ſuper imbrem eius expaueſcet cor. Gelu ſicut ſa-
lem effundet ſuper terram, & dum gelauerit fiet tanquàm cacumina tribuli. Frigidus ventus
aquilo flauit, & gelauit cryſtallus ab aqua, ſuper omnem congregationem aquaꝝ requieſcet, &
ſicut

sicut lorica induet se aquis. Et deuorabit montes, & exuret desertum, & extinguet viride sicut
ignem. Medicina oĩm in festinatõe nebulæ, & ros obuians ab ardore venienti humilem effi-
ciet eum. In sermone eius siluit ventus, & cogitatõe sua placabit abyssum, & plantauit illũ dñs
Iesus. Qui nauigãt mare enarrant pericula eius, & audiẽtes auribus nostris admirabimur. Illic
præclara opera, & mirabilia, varia bestiaꝝ genera, & oĩm pecoꝝ, & creatura beluaꝝ. Propter D
ipsum confirmatus est itineris finis, & in sermone eius composita sunt oĩa. Multa dicimus, &
Psal.95.a deficimus in verbis, consummatio aũt sermonum ipse est. In oĩbus gloriantes, ad quid valebi-
mus? Ipse eñ omnipotens super oĩa opera sua. Terribilis dñs, & magnus vehementer, & mira
bilis potentia ipsius. Glorificantes dñm quantumcũq; potueritis superualebit adhuc, & admi-
bilis magnificentia eius. Benedicentes dñm exaltate illum quantum potestis, maior enim est
omni laude exaltantes eum replemini virtute. Ne laboretis, non eñ comprehendetis. Quis vi
debit eum, & enarrabit? & quis magnificabit eum sicut est ab initio? Multa abscondita sunt
maiora his. Pauca enim vidimus operum eius. Omnia autem dominus fecit, & pie agentibus
dedit sapientiam.

¶ Laus sanctorum præsertim Enoch, Noe, Abraham, Isaac, & Iacob.

Caput XLIIII.

LAudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. Multam gloriam A
fecit dominus magnificentia sua à seculo. Dominantes in potestatibus suis, homines
magni virtute, & prudentia sua præditi, nuntiantes in prophetis dignitatem prophe
tarum, & imperantes in præsenti populo, & virtute prudentiæ, populis sanctissima
verba. In pueritia sua requirentes modos musicos, & narrantes carmina scripturarum. Homi- B
nes diuites in virtute, pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis. Omnes
isti in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus.
Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. Et sunt quorum non est me-
moria. Perierunt quasi q non fuerint, & nati sunt quasi non nati, & filij eorum cum ipsis. Sed il-
Græd iusti- li viri misericordiæ sunt, quorum * pietates non defuerunt. Et cum semine eoꝝ permanet bo
tiæ nõ sunt na hæreditas, & nepotum ipsoꝝ semen in testamento stetit, & filioꝝ ipsorum semen propter
obliuioni tra filios vsq; in æternũ manet, semen eoꝝ, & gloria eoꝝ non dereliquetur. Corpora eoꝝ in pace C
ditæ. sepulta sunt, & nomen eorum viuet in generationem & generationem. Sapientiam ipsorum
Supra.39.b. narrent populi, & laudem ipsorum nuntiet Ecclesia. Henoch placuit deo, & translatus est
Gene.5.c in paradisum, vt det gentibus sapientiam. Noe inuentus est perfectus iustus, & in tempore
Heb.11.b
Gene.6.b iracundiæ factus est reconciliatio. Ideo dimissum est reliquum terræ, cum factum est diluuiũ.
Heb.11.a. Testamenta seculi posita sunt apud illum, ne deleri possit diluuio omnis caro. Abraham ma-
Gene.17.a gnus pater multitudinis gentium; & non est inuentus similis illi in gloria. Qui conseruauit le-
Gene.22.c. gem excelsi, & fuit in testamento cum illo. In carne eius stare fecit testamentum, & in tentatio D
Heb.11.a ne inuentus est fidelis. Ideo iureiurando dedit illi gloriam in gente sua, crescere illum quasi ter
ræ cumulum, & vt stellas exaltare semen eius, & hæreditare illos à mari vsq; ad mare, & à flu-
mine vsq; ad terminos orbis terræ. Et Isaac eodem modo fecit propter Abraham patrem
eius. Benedictionem omnium gentium dedit illi dominus. Et testamentum suum confir-
mauit super caput Iacob. Agnouit eum in benedictionibus suis, & dedit illi hæreditatem, &
diuisit illi partem in tribubus duodecim. Et conseruauit illi homines misericordię inuenientes
gratiam in oculis omnis carnis.

¶ De laudibus Moysis, Aaronis, & Phinees. Ca. XLV. A

Nume.12.a. DIlectus deo & hominibus Moyses, cuius memoria in benedictione est. Similem il-
Exo.11.a lum fecit in gloria sanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorum, & in ver
bis suis monstra placauit. Glorificauit illum in conspectu regum, & iussit illi coram
populo suo, & ostendit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit il-
lum, & elegit eum ex omni carne. Audiuit enim eum, & vocem ipsius, & induxit illum in nu-
bem. Et dedit illi cor ad præcepta, & legem vitæ, & disciplinæ, docere Iacob testamentum su
um, & iudicia sua Israhel. Excelsum fecit Aaron fratrem suum & similem sibi de tribu Leui. Sta B
tuit ei testamentum æternum, & dedit illi sacerdotium gentis, & beatificauit illum in gloria.
Et circumcinxit eum zona iustitiæ, & induit eum stola gloriæ, & coronauit eum in vasis vir-
Exo.28.f. tutis. Circumpedes & fœmoralia & humerale posuit ei, & cinxit illum tintinnabulis aureis plu
rimis in gyro, dare sonitum in incessu suo, auditum facere sonitum in templo, in memoriam fi
lijs gentis suæ. Stolam sanctam, auro, & hyacintho, & purpura, opus textile, viri sapientis iudi
cio, & veritate præditi. Torto cocco opus artificis, gemmis pretiosis figuratis, in ligatura auri
& opere lapidarij sculptis in memoriam, secundum numerum tribuum Israhel. Corona aurea C
super mitram eius, expressa signo sanctitatis, & gloria honoris, & opus virtutis, desiderio ocu-
loꝝ ornata. Sic pulchra ante ipsum non fuerũt talia vsq; ad originem, Non est indutus illa alie
nigena aliqs, sed tantũ filij ipsius soli, & nepotes eius, per omne tempus, sacrificia ipsius cõsum-
mata

mata sunt igni quotidie. Compleuit Moyses manus eius, & vnxit illum oleo sancto. Factũ est Leui.8.b
illi in testamentum æternum, & semini eius sicut dies cœli fungi sacerdotio, & habere laudem
& glorificare populũ suum in noĩe suo. Ipsum elegit ab omni viuente, offerre sacrificiũ, deo,
incensum, & bonũ odorem in memoriã, placare pro populo suo. Et dedit illi in præceptis suis
potestatem in testamentis iudicioꝝ, docere Iacob testimonia, & in lege sua lucẽ dare Israhel. Nume.16.a
Quia cõtra illũ steterũt alieni, & propter inuidiã circũdederũt illũ hoĩes in deserto, q erant cũ
Dathan, & Abyron, & congregatio Chore in iracundiã. Vidit dñs deus & non placuit illi, &
consumpti sunt in impetu iracundiæ. Fecit illis monstra, & consumpsit illos in flamma ignis
Et addidit Aaron gloriam, & dedit illi hæreditatem, & primitias frugũ terræ diuisit illi. Panẽ
D ipsius in primis parauit in satietatem, nam & sacrificia dñi edent, quæ dedit illi, & semini eius.
Cæteꝝ inter gentes non hæreditabit, & pars non est illi in gente. Ipse est eñ pars eius, & hæ-
reditas. Phinees filius Eleazari tertius in gloria, imitãdo eũ in timore dñi, & stare in reuerẽtia Num.25.c
gentis, in bonitate & alacritate aĩæ suæ placuit deo Israhel. Ideo statuit illi testamentum pa-
cis, & principem sanctoꝝ, & gentis suę, vt sit illi, & semini eius sacerdotij dignitas in æternum.
Et testamentum Dauid regis, filij Iesse, de tribu Iuda, hæreditas ipsi, & semini eius, vt daret sa-
pientiam in cor nostrum, iudicare gentem suam in iustitia ne abolerentur bona ipsoꝝ, & glo-
riam ipsorum in gentem eorum æternam fecit.

¶Laus Iosue, Caleb, & Samuelis. Ca.XLVI.

A FOrtis in bello Iesus Naue, successor Moysi in prophetis, q fuit magnus secundum no-
men suum, maximus in salutem electoꝝ dei, expugnare insurgentes hostes, vt conse- Iosue.8.d.
queretur hæreditatem Israhel. Quam gloriam adeptus est in tollendo manus suas, &
iactando contra ciuitates romphæas. Quis ante illum sic restitit? Nam hostes ipse do-
minus percussit. An non in iracundia eius impeditus est sol, & vna dies facta est quasi duo? In- Iosue.10.c
uocauit altissimũ potẽtẽ in oppugnãdo inimicos vndiq;, & audiuit illũ magnus & sanctus de
us, in saxis grandinis virtutis valde fortis. Impetum fecit contra gentem hostilem, & in descen
su perdidit contrarios, vt cognoscant gentes potentiam eius, qa cõtra deum pugnare non est
facile, & secutus est à tergo potentes. Et in diebus Moysi misericordiam fecit ipse, & Caleb fi Nume.14.
B lius Iephonne, stare contra hostem, & prohibere gentem à peccatis, & perstringere murmur &.14.d.
malitię. Et ipsi duo constituti à periculo liberati sunt, à nũero sexcẽtoꝝ miliũ peditũ inducere Iosue.14
illos in hæreditatem, in terram quæ manat lac & mel. Et dedit dñs illi Caleb fortitudinem,
& vsq; in senectutem permansit illi virtus vt ascenderet in excelsum terræ locũ, & semen ipsi-
C us obtinuit hæreditatem. Et viderunt omnes filij Israhel, qa bonum est obsequi sancto deo.
Et iudices singuli suo noĩe quoꝝ non est corruptũ cor. q non auersi sunt à dño, vt sit memo-
ria illoꝝ in benedictĩõe. Et ossa eoꝝ pullulant de loco suo, & nomen eoꝝ permanet in æternũ,
permanente ad filios illorum sanctorum virorum gloria. Dilectus à domino deo suo Sa-
muel propheta domini renouauit imperium, & vnxit principes in gente sua. In lege domini
congregationem iudicauit, & vidit deũ Iacob, & in fide sua probatus est propheta. Et cogni-
D tus est in verbis suis fidelis, qa vidit deũ lucis. Et inuocauit dñm oĩpotentem, in oppugnando
hostes circũstantes vndiq;, in oblationem viri inuiolati. Et intonuit de cœlo dñs, & in sonitu
magno auditam fecit vocem suam, & contriuit principes Tirioꝝ, & omnes duces Philisthijm. 1.Reg.7.c.
Et ante tempus finis vitæ suæ, & seculi, testimonium præbuit in conspectu dñi & Christi. Pe- 1.Re.12.a.
cunias & vsq; ad calceamenta ab omni carne non accepit, & non accusauit illũ homo. Et post 1.Reg.28.c
hæc dormiuit, & notũ fecit regi, & ostendit illi finem vitæ suæ, & exaltauit vocem eius de ter-
ra in prophetia, delere impietatem gentis.

¶Laudes Nathan, Dauid, Salomonis. Vituperiũ Roboã & Hieroboam. Ca.XLVII.

A POst hæc surrexit Nathan propheta in diebus Dauid. Et quasi adeps separatus à car
ne, sic Dauid à filijs Israhel. Cum leonibus lusit quasi cum agnis, & in vrsis similiter fe
cit sicut in agnis ouium. In iuuentute sua nunquid non occidit gigantem? & abstulit
opprobrium de gente? In tollendo manum in saxo fundæ deiecit exultatione Golię
vbi inuocauit dominum omnipotentem Et dedit in dextera eius tollere hominem fortem in
bello, & exaltare cornu gentis suæ. Sic in decem milibus glorificauit eum, & laudauit eũ in be-
nedictionibus dñi, in offerendo illi coronam gloriæ. Contriuit enim inimicos vndiq;, & ex-
tirpauit Philisthijm contrarios, vsq; in hodiernum diem. Contriuit cornu ipsoꝝ, vsq; in æter- 1.Re.5.d
B num. In omni opere dedit confessionem sancto, & excelso, in verbo gloriæ. De oĩ corde suo
laudauit dñm, & dilexit eum q fecit illum, & dedit illi contra inimicos potentiã. Et stare fecit
cantores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modos, & dedit in celebrationibus decus
& ornauit tempora vsq; in consummationem vitæ, vt laudarent nomen sanctum domini, &
amplificarent mane dei sanctitatem. Christus purgauit peccata ipsius, & exaltauit in æternum
cornu eius. Et dedit illi testamentum regni, & sedem gloriæ in Israhel. Post ipsum surrexit fi 3.Re.2.c
lius sensatus, & propter illum deiecit omnem potentiam inimicorum. Salomon imperauit in
diebus

diebus pacis, cui subiecit deus omnes hostes, vt conderet domũ in nomine suo, & pararet san-
ctitatem in sempiternũ, quemadmodum eruditis est in iuuentute sua. Et impletus est quasi flu
men sapię, & terram retexit anima sua. Et replesti in compatõibus ænigmata, ad insulas lon-
ge diuulgatum est nomen tuum, & dilectus es in pace tua. In cantilenis, & prouerbijs, & com-
paratõibus, & interpretatõibus miratæ sunt terræ, & in nomine dñi dei, cui est cognomen de-
3.Reg.11.a us Israhel. Collegisti quasi aurichalcum, aurum, & vt plumbum complesti argentum. Et incli C
nasti fœmora tua mulieribus. Potestatem habuisti in corpore tuo. Dedisti maculam in gloria
tua, & prophanasti semen tuum, inducere iracundiam ad liberos tuos, & in cæteris stultitiam
tuam, vt faceres imperium bipartitum, & ex Ephraim imperare imperiũ durum. Deus autem
3.Re.12.c non derelinquet misericordiam suam, & non corrumpet, nec delebit opera sua, neq; perdet à
stirpe nepotes electi sui, & semen eius qui diligit dominum non corrumpet. Dedit autem re-
liquum Iacob, & Dauid de ipsa stirpe. Et finem habuit Salomon cum patribus suis. Et dere-
liquit post se de semine suo gentis stultitiam, & imminutum à sua prudentia Roboam, q auer
tit gentem consilio suo, & Ieroboam filium Nabat, qui peccare fecit Israhel, & dedit viam pec
candi Ephraim & plurima redundauerunt peccata ipsorum. Valde enim auerterunt illos à ter
ra sua. Et quæsiuit omnes nequitias vsque dum perueniret ad illos defensio, & ab omnibus
peccatis liberauit eos.

¶Eliæ, Elisei, Hezechiæ, & Esaiæ laudes. Ca. XLVIII.

ET surrexit Elias propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat. Qui indu- A
xit in illos famem, & imitantes illum inuidia sua pauci facti sunt. Non enĩ poterant su-
stinere præcepta domini. Verbo domini continuit cœlum, & deiecit à se ignem ter
ræ. Sic amplificatus est Elias mirabilibus suis. Et qs potest similiter sic gloriari tibi?
3.Reg.19.c Qui sustulisti mortuum ab inferis, de sorte mortis in verbo dñi dei, q deiecisti reges ad perni-
4.Re.1.c ciem, & confregisti facile potentiam ipsorum, & gloriosos de lecto suo. Qui audisti in Syna B
iudicium, & in Horeb iudicia defensionis. Qui vngis reges ad pœnitentiam, & prophetas fa-
cis successores post te. Qui receptus es in turbine ignis, in curru equorũ igneorũ, q inscriptus
es in iudicijs temporũ, lenire iracundiam dñi, conciliare cor patris ad filium, & restituere tri-
bus Iacob. Beati sunt q te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt. Nã nos vita viuimus tantũ,
post mortem autem non erit tale nomen nostrum. Elias qui in turbine tectus est, & in Eliseo
4.Reg.13.c completus est spũs eius. In diebus suis non pertimuit principem, & potentia nemo vicit illũ,
nec superauit illum verbum aliquod, & mortuum prophetauit corpus eius. In vita sua fecit
monstra, & in morte mirabilia operatus est. In oĩbus istis non pœnituit populus, & non re- C
cesserunt à peccatis suis, vsq; dum abiecti sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnem terram,
& relicta est gens perpauca, & princeps in domo Dauid. Quidam ipsorũ fecerunt quod place
ret deo, alij autem multa commiserunt peccata. Hezechias muniuit ciuitatem suam, & induxit
4.Re.18.d. in medium ipsius aquam, & fodit ferro rupem, & ædificauit ad aquam puteum. In diebus ipsi
Esa.36.a us ascendit Sennacherib, & misit Rapsacem, & sustulit manũ suam contra illos, & extulit ma-
num suam in Syon, & superbus factus est potentia sua. Tunc mota sunt corda & manus ipsorũ
& doluerũt quasi parturientes mulieres. Et inuocauerunt dñm misericordem, & expandentes D
4.Reg.19.g manus suas extulerũt ad cœlũ, & sanctus dñs deus audiuit cito vocẽ ipsorũ. Non ẽ cõmemora
Esa.38.b
4.Re.20.b tus peccatorũ illorũ, neq; dedit illos inimicis suis, sed purgauit illos in manu Esaiæ sancti pro-
phetæ. Deiecit castra Assyriorũ, & contriuit illos angelus dñi. Nam fecit Hezechias quod pla-
cuit deo, & fortiter iuit in via Dauid p̃ris sui quã mãdauit illi Esaias ꝓpheta magnus, & fidelis
in cõspectu dei. In diebus ipsius retro redijt sol & addidit regi vitã. Spũ magno vidit vltima, &
cõsolatus ẽ lugẽtes in Sion, vsq; in sempiternũ. Ostẽdit futura, & abscõdita, anteq̃ euenirent.

¶Inter omnes reges tres iusti reperti solummodo, Hieremiæ, Ezechielis duode-
cim prophetarum Zorobabel, Nehemiæ, Enoch, Ioseph, Ioseph, Se-
mi, & Seth laudes Ca. XLIX.

MEmoria Iosiæ in compositiõe odoris facta opus pigmentarij. In omni ore quasi A
mel indulcabitur eius memoria, & vt musica in conuiuio vini. Ipse est directus
diuinitus in pœnitentia gentis, & tulit abominationes impietatis. Et gubernauit
ad dñm cor ipsius, & in diebus peccatorum corroborauit pietatem. Præter Da-
Hiere.18.c uid & Hezechiam, & Iosiam omnes reges peccatum commiserunt, nam reliquerunt legem al- B
Ezech.10.b tissimi reges Iuda, & contempserunt timorem dei. Dederunt enim regnum suum alij, & glo-
riam suam alienigenæ genti. Incenderunt electam ciuitatem sanctitatis, & desertas fecerunt vi
as ipsius in manu Hieremiæ Nam male tractauerunt illum, qui à ventre matris consecratus est
propheta, euertere, & eruere, & pdere, & iterũ ædificare, & renouare. Ezechiel q vidit conspe
ctum gloriæ, quam ostendit illi in curru Cherubim. Nam commemoratus est inimicorum in C
imbre, benefacere illis qui ostenderunt rectas vias. Et duodecim prophetarum ossa pullulant
de loco suo. Nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt se in fide virtutis suæ. Quomodo
ampli-

D amplificemus Zorobabel. Nã & ipse q̃si signũ in dextera manu Israel. Et Iesum filiũ Iosedec. 1.Esd.5
Qui in diebus suis ædificauerunt domũ, & exaltauerunt templũ sanctũ dño, paratũ in gloriã Agg.1.d
sempiternã. Et Nehemias in memoria multi tẽporis, q erexit nobis muros euersos, & stare gene.5.c
fecit portas, & seras, q erexit domos nostras. Nemo natus est in terra qualis Henoch, nã & gene.45.b
ipse receptus est à terra. Et Ioseph q natus est homo princeps fratrũ, firmamentũ gentis, re gene.ult.d
ctor fratrũ, stabilimentũ populi, & ossa ipsius visitata sunt, & post mortẽ prophetauerunt.
Seth & Sem apud homines gloriã adepti sunt, & super omnẽ animã in origine Adam.

¶ Iura sacerdotis, Simeon magnus bene fundat templũ, qui, quasi sol, luna, stellave micat. Gentes quas oderit vel amet. Author libri quis fuerit. Cap. L.

A SImon Oniæ filius sacerdos magnus, q in vita sua suffulsit domũ, & in diebus suis corro
borauit templũ. Templi etiã altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio, & excelsi
parietes tẽpli. In diebus ipsius emanauerũt putei aquarũ, & quasi mare adimpleti sunt
supra modũ. Qui curauit gentẽ suã, & liberauit eã à perditione. Qui præualuit ampli
ficare ciuitatẽ, q adeptus est gloriã in cõuersatione gentis, & ingressum domus & atrij ampli-
ficauit. Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis lucet. Et qua-
si sol refulgens, sic ille effulsit in tẽplo dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi
flos rosarũ in diebus vernis, & quasi lilia quæ sunt in trãsitu aquæ, & quasi thus redolẽs in die-
B bus æstatis. Quasi ignis effulgẽs, & quasi thus ardẽs in igne. Quasi vas auri solidũ, ornatũ om-
ni lapide pretioso. Quasi oliua pullulans, & cypressus in altitudine se extollẽs. In accipiendo
ipsum stolã gloriæ, & vestiri eũ in cõsummatione virtutis in ascensu altaris sancti, gloriã de-
dit sanctitatis amictũ. In accipiẽdo aũt partes de manu sacerdotũ, & ipse stans iuxta arã. Cir-
ca illũ corona fratrũ, & quasi plantatio cedri in monte Libano, sic circa illũ steterũt quasi ra-
mi palmæ, & oẽs filij Aaron in gloria sua. Oblatio aũt dñi in manibus ipsorũ, corã omni syna
C goga Israel, & cõsummatione fungẽs in arã amplificare oblationẽ excelsi regis, porrexit ma-
nũ suã in libatione, & libauit de sanguine vuæ. Effudit in fundamẽto altaris odorẽ diuinũ ex-
celso principi. Tunc exclamauerũt filij Aaron, in tubis ductilibus sonuerũt, & auditã fecerũt
vocẽ magnã in memoriã corã dño. Tunc oĩs populus simul properauerũt, & ceciderũt in fa
ciem super terrã, adorare dñm deũ suũ, & dare preces omnipotẽti deo excelso. Et amplificaue
runt psallẽtes in vocibus suis, & in magna domo factus est sonus suauitatis plenus. Et rogauit
populus dñm excelsum in prece, vsq; dũ perfectus est honor dñi, & munus suũ pfecerũt. Tũc
descẽdens, manus suas extulit in omnẽ cõgregationẽ filiorũ Israel, dare gloriã deo à labijs suis,
D & in noĩe ipsius gloriari. Et iterauit orationẽ suã, volẽs ostẽdere virtutẽ dei. Et post rursum
plus orauit deũ oĩm, q magna fecit in omni terra, q auxit dies nostros à ventre matris nostræ
& fecit nobiscũ secundũ suã misericordiã. Det nobis iocunditatẽ cordis, & fieri pacẽ in die
bus nostris in Israel, p dies sempiternos, credere Israel nobiscũ esse dei misericordiã, vt liberet
nos in diebus suis. Duas gentes odit aĩa mea, tertia aũt non est gens quã oderim. Qui sedẽt
in monte Seir, & Philistijm, & stultus populus q habitat in Sichimis. Doctrinã sapientię &
disciplinæ scripsit in codice isto Iesus filius Sirach Hierosolymita, q renouauit sapientiam de
corde suo. Beatus q in istis versatur bonis. Qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semp.
Si enĩ hæc fecerit, ad omnia valebit, q alux dei vestigium eius est.

¶ Oratio Iesu filij Sirach. Cap. LI.

COnfitebor tibi dñe rex, & collaudabo te deũ saluatorẽ meũ. Cõfitebor nomini tuo
A qm̃ adiutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meũ à pditiõe, à laqueo
linguæ iniquæ, & à labijs operantiũ mẽdaciũ, & in cõspectu astantiũ factus es mihi
adiutor, & liberasti me secundũ multitudinẽ misericordiæ noĩs tui, à rugientibus
præparatis ad escã, de manibus quærentiũ animã meã, & de portis tribulationũ, quæ circũde
derũt me, à pressura flãmæ q̃ circũdedit me, & in medio ignis nõ sum æstuatus. De altitudine
vẽtris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mẽdacij, à rege iniquo, & à lingua iniusta. Lau-
dabit vsq; ad mortẽ aĩa mea dñm, & vita mea appropinquãs erat in inferno deorsum. Cir-
B cũdederunt me vndiq;, & nõ erat q adiuuaret. Respiciens erã ad adiutoriũ hoĩm, & nõ erat.
Memoratus sum misericordiæ tuæ dñe, & cooperationis tuæ, quæ a seculo sunt, qm̃ eruis su-
stinẽtes te dñe, & liberas eos de manibus gẽtiũ. Exaltasti super terrã habitationẽ meã, & pro
morte defluente deprecatus sum. Inuocaui dñm patrẽ dñi mei, vt nõ derelinquat me ĩ die
tribulationis meæ, & in tpe superborũ sine adiutorio. Laudabo nomẽ tuũ assidue, & collauda
bo illud in cõfessione, & exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditiõe, & eruisti me de
tpe iniquo. Propterea cõfitebor, & laudẽ dicã tibi, & benedicã nomini dñi. Cũ adhuc iunior
sum priusq̃ oberrarẽ, quesiui sapiam palã in oratione mea. Ante tẽpus postulabã pro illa &
C vsq; in nouissimis inquirã eã, & florebit tãq̃ præcox vua. Lætatũ est cor meũ in ea, ambulauit
pes meus iter rectũ, a iuuẽtute mea inuestigabam eã. Inclinaui modice aurẽ meã, & excepi il-
lam. Multã inueni in meipso sapientiã, & multũ profeci in ea. Danti mihi sapientiã, dabo

gloriā. Cōsiliatus sum em̄ vt facerē illā, zelatus sum bonū, & nō cōfundar. Colluctata est anima mea in illa, & in faciēdo eā cōfirmatus sum. Manus meas extēdi in altū, & in sapientia eius luxit aīa mea, & ignorantias meas illuminauit. Animā meā direxi ad illā, & in agnitione inueni eā. Possedi cū ipsa cor ab initio, propter hoc nō derelinquar. Venter meus cōturbatus est, quærēdo illā, propterea bonā possidebo possessionē. Dedit em̄ mihi dn̄s linguā mercedē meā D
Esaiæ 55.a & in ipsa laudabo eū. Appropiate ad me indocti, & cōgregate vos in domū disciplinæ. Quid adhuc retardatis, & qd dicitis in his? Animæ vestræ sitiunt vehemēter. Aperui os meū & locutus sum. Cōparate vobis sine argēto sapiētiā, & collū vestrū subijcite iugo eius, & suscipiat aīa vestra disciplinā. In proximo est em̄ inuenire eā. Videte oculis vestris, qa modicū laboraui, & inueni mihi multā requiē. Assumite disciplinā in multo numero argēti, & copiosum aurū possidete in ea. Lætet aīa vestra in misericordia eius, & nō cōfundemini ī laude eius. Operamini opus vestrū ante tempus, & dabit vobis mercedē vestram in tēpore suo.

¶Oratio Salomonis imitaticia illius, quæ est. 3. Reg. 8. &. 2. Paralip. 6.

ET declinauit Salomon genua sua in conspectu totius ecclesiæ Israel, & aperuit manus suas ad cœlū, & dixit: Domine deus Israel, nō est similis deus in cœlo sursum, neq; in terra deorsum, qui custodis testamentū tuū, & misericordiam pueris tuis, euntibus in conspectu tuo in toto corde, seruans puero tuo Dauid, quæ locutus es illi, & locutus es in ore tuo, & in manu tua, implesti, quasi dies iste. Et nunc domine deus Israel, custodi puero tuo Dauid patri meo quæ locutus es illi, dicens: Nō deerit tibi vir a facie mea, sedens in throno Israel. Veruntamen si custodierint filij tui legē meā, & in præceptis meis ambulent, sicut ambulauerunt in conspectu meo fideles. Et nunc domine deus Israel creditum est verbū, quod locutus es puero tuo Dauid, quoniam si vere habitabit deus cum hominibus in terra. Si cœlū, & cœli cœlorū non sufficiant tibi, quāto magis domus hæc quam ædificaui. Sed respicias ad orationē serui tui, & deprecationē eius, vt exaudias dn̄e placationē orationis, quā puer tuus orat corā te hodie, vt sint oculi tui super domum hanc, die & nocte, in locum quē dixisti inuocare nomen tuū, & exaudias orationē quam puer tuus orat in hoc loco, & exaudias precationē pueri tui, & populi tui Israel, si orauerint in loco isto, & exaudias in loco habitationis de cœlo, & exaudias, & propitius sis, si peccauerit vir in te.

FINIS ECCLESIASTICI.

PRAEFATIO SANCTI HIERONYMI, in Esaiam prophetam.

NEmo, cū prophetas versibus viderit esse descriptos, metro eos existimet apud Hebræos ligari, & aliquid simile habere de psalmis vel operibus Salomōis. Sed quod in Demosthene, & in Tullio solet fieri, vt per cola scribant & cōmata, q vtiq; prosa, & nō versibus cōscripserūt. Nos quoq; vtilitati legentiū prouidētes, interpretationē nouā, nouo scribēdi genere distinximus. Ac primū de Esaia sciendū q in sermone suo disertus sit, quippe vir nobilis & vrbanæ eloquentiæ, nec habēs quicq̄ in eloquio rusticitatis admixtū. Vnde accidit, vt præ cæteris florē sermonis, eius translatio nō potuerit cōseruare. Deinde etiā hoc adijciendū, q non tam propheta dicendus sit, q̄ euangelista. Ita em̄ vniuersa Christi ecclesiæq; mysteria ad liquidū prosecutus est, vt nō putes eū de futuro vaticinari, sed de p̄teritis historiā texere. Vnde conijcio noluisse tūc tp̄is septuaginta interpretes fidei suæ sacramenta perspicue Ethnicis prodere, ne sanctū canibus, & margaritas porcis darēt, quæ cū hanc æditionē legeritis, ab illis animaduertetis abscōdita. Nec ignoro, quāti laboris sit prophetas intelligere, nec facile quempiā posse iudicare de interpretatione, nisi intellexerit ante quæ legerit. Nos quoq; patere morsibus plurimorū, q stimulante inuidia, qd cōsequi nō valēt despiciūt. Sciens ergo & prudēs in flāmā mitto manū, & nihilominus hoc à fastidiosis lectoribus precor, vt quō Græci post septuaginta translatores, Aquilā & Symmachū & Theodotionē legunt, vel ob studiū doctrinæ suæ, vel vt septuagīta magis ex collatiōe eorū intelligāt, sic & isti saltē vnū post priores habere dignētur interpretē. Legāt prius, & postea despiciāt, ne videant nō ex iudicio, sed ex odij p̄sumptione ignorata dānare. Prophetauit aūt Esaias in Hierusalē & in Iudæa, necdū decē tribubus in captiuitatē ductis, ac de vtroq; regno nūc commixtim, nūc separatim texit oraculū, & cū interdū ad præsentem respiciat historiam, & post Babyloniæ captiuitatē reditū populi significet in Iudæā, tamen omnis eius cura de vocatione gentiū, & de aduentu Christi est. Quē quanto plus amatis o Paula & Eustochiū, tanto magis ab eo petite, vt pro obtrectatione præsenti, qua me indesinēter æmuli laniant, ipse mihi mercedem restituat in futuro, qui scit me ob hoc in peregrinæ linguæ eruditione sudasse, ne Iudæi de falsitate scripturarum ecclesiis eius diutius insultarent.

Explicit prologus.

¶Argu-

¶Argumentum in Esaiam prophetam.

ESaias in Hierusalem nobili genere ortus est, ibiq; prophetauit, sub Manasse rege sectus in duas partes, occubuit, Sepultusq; est sub quercu Rogel, iuxta transitum aquarum, quas olim Ezechias rex iacto obstruxerat puluere.

ESAIAS PROPHETA.

¶Argumentum capitis primi.

¶Præcinit iram diuinam contra Hierusalem, propter eius peccata. Cap. I.

A VISIO ESAIAE, FILII AMOS, QVAM VIDIT SV-
per Iudã & Hierusalẽ, in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, & Hezechiæ
regũ Iuda. Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniã dñs locu
tus est, Filios nutriui & exaltaui, ipsi aũt spreuerũt me. Cognouit bos
possessorẽ suũ, & asinus præsepe dñi sui. Israel aũt me nõ cognouit,
B & populus meus nõ intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui
iniquitate, semini nequã, filijs sceleratis. Dereliquerũt dñm, blasphe-
mauerũt sanctũ Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiã
vos vltra addẽtes præuaricationẽ. Omne caput languidũ, & oẽne
cor mœrẽs: A plãta pedis vsq; ad verticẽ, nõ est in eo sanitas: Vulnus, & liuor, & plaga tumẽs — 6.q.1.c. Sicut plurimũ
C nõ est circũligata, nec curata medicamine, neq; fota oleo. Terra vestra deserta, ciuitates ve
stræ succẽsæ sunt igni, Regionẽ vestrã corã vobis alieni deuorãt, & desolabitur, sicut in vasti-
tate hostili, Et derelinquet filia Sion vt vmbraculũ in vinea, & sicut tuguriũ in cucumerario, — Roma. 9.f
& sicut ciuitas q̃ vastatur. Nisi dñs exercituũ reliquisset nobis * semẽ, quasi Sodoma fuisse- — He. reliquias paucas.
mus, & quasi Gomorrha similes essemus. Audite verbũ dñi principes Sodomorũ, percipite — Heb. nostri.
D auribus legẽ dei * vestri populus Gomorrhæ. Quo mihi multitudinẽ victimarũ vestrarũ? di-
cit dñs: Plenus sum, holocausta arietũ, & adipẽ pinguiũ, & sanguinẽ vitulorũ, & agnorũ, & hir — Hiere. 6.c
corũ nolui. Cũ veniretis ante cõspectũ meũ, qs q̃siuit hæc de manibus vr̃is, vt ambularetis in — Amos. 5.f
atrijs meis? Ne offeratis vltra sacrificiũ frustra. Incensum abominatio est mihi, Neomeniã, & — Inf. 9.a
sabbatũ, & festiuitates alias nõ ferã, Iniqui sunt cœtus vestri. Calendas vestras, & solennitates
E vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens, Et cũ extenderitis ma-
nus vestras, auertã oculos meos à vobis, & cũ multiplicaueritis orationẽ, non exaudiã. Ma- — De pe. dis. 1 ca. Lauamini
nus enĩ vestræ sanguine plenæ sunt. Lauamini, mundi estote, auferte malũ cogitationum — 87. dist. ca. de
vestrarũ ab oculis meis. Quiescite agere puerse, discite bñfacere. Querite iudiciũ, subuenite op — fessionis.
C. presso, iudicate pupillo, defendite viduã, & venite, & * arguite me, dicit dñs. Si fuerint pecca — He. corripite me.
ta vestra vt coccinũ, quasi nix dealbabunt, & si fuerint rubra sicut vermiculus, velut lana alba
F erunt. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Quod si nolueritis, & me ad ira-
cundiã prouocaueritis, gladius deuorabit vos, qa os dñi locutũ est. Quomodo facta est me- — m. dis. c. Eicerns. in fin.
retrix, ciuitas fidelis, plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc aũt homicidæ. Argentũ tuum — Hiere. 5.g
versum est in scoriã, vinũ tuũ mixtũ est aqua. Principes tui infideles, socij furũ, Omnes diligũt
munera, sequunt retributiões. Pupillo nõ iudicãt, & causa viduæ nõ ingredit ad illos. Propter
hoc ait dñs deus exercituũ, fortis Israel. Heu ego cõsolabor sup hostibus meis, & vindicabor
G de inimicis meis. Et cõuertã manũ meã ad te, & excoquã ad purũ scoriã tuã, & auferã omne
stannũ tuũ, & restituã iudices tuos, vt fuerunt prius, & cõsiliatores tuos, sicut antiquitus. Post
hoc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis. Sion in iudicio redimet, & reducẽt eã in iustitia. Et cõ — Roma. 9.d
teret scelestos & peccatores simul, & q dereliquerũt dñm, cõsument. Cõfundent enĩ ab idolis
quibus sacrificauerũt. Et erubescetis sup hortis, quos elegeratis, cũ fueritis velut quercus, de-
fluẽtibus folijs, & velut hortus absq; aqua. Et erit fortitudo vestra * vt fauilla stuppæ, & opus — He. in stuppã
vestrum quasi scintilla. Et succendetur vtrunq; simul, & non erit qui extinguat.

¶De aduentu & morte Christi, Iudæorumq; reprobatione. Cap. II.

A VErbũ q̃d vidit Esaias, filius Amos, sup Iudam & Hierusalẽ. Et erit in nouissimis
diebus pparatus mons domus dñi, in vertice montiũ, & eleuabitur sup colles, Et — Mich. 4.a
fluent ad eũ oẽs gentes, & ibũt populi multi, & dicẽt: Venite ascendamus ad mon
tẽ dñi, & ad domum dei Iacob: & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis
eius: qa de Sion exibit lex, & verbum dñi de Hierusalẽ, Et iudicabit gentes, & arguet populos
multos, Et cõflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falcea, Nõ leuabit gens cõtra
B gentẽ gladiũ, nec exercebunt vltra ad præliũ. Domus Iacob venite, & ambulemus in lumi- — Mich. 4.b
ne dei nostri, Proiecisti enĩ populũ tuũ, domũ Iacob, qa repleti sunt * vt olim, & augures ha- — He. ab oriẽte,
buerũt vt Philistijm, & pueris alienis adhæserũt. Repleta est terra argẽto & auro, & nõ est fi- — id est, maleficio orientis.
nis thesaurorũ eius, Et repleta est terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius, Et repleta

est terra eius idolis, Opus manuũ suarũ adorauerunt, quod fecerunt digiti eorũ, Et incuruauit
se hõ, & humiliatus est vir, Ne ergo dimittas eis: Ingredere in petrã, & abscondere in fossa
humo, à facie timoris dñi, & à gloria maiestatis eius, Oculi sublimis hominis humiliati sunt & C
incuruabitur altitudo virorũ, Exaltabitur autẽ dñs solus in die illa, quia dies dñi exercituũ sup
omnẽ superbũ & excelsum, & sup omnẽ arrogantẽ, & humiliabit, & sup oẽs cedros Libani, He.per. diẽs ea principi.
sublimes & rectas, & sup oẽs quercus Basan, & sup oẽs montes excelsos, & sup oẽs colles ele-
He.oẽs pictu uatos, & sup omnẽ turrim excelsam, & sup omnẽ murũ munitũ, & super omnes naues Tharsis
ras desidera- & sup* omne quod visui pulchrũ est, Et incuruabitur sublimitas hominũ, & humiliabitur al- D
biles. titudo virorũ, Et eleuabitur dñs solus in die illa, & idola penitus cõterentur, Et introibunt in
Inf. 51.d speluncas petrarũ, & in voragines terræ, à facie formininis dñi, & à gloria maiestatis eius, cũ
surrexerit percutere terrã, In die illa proijciet homo idola argẽti sui, & simulachra auri sui, q̃
Luc.23.c fecerat sibi, vt adoraret talpas, & vespertiliones, Et ingredietur scissuras petrarũ, & in cauernas
saxorũ, à facie formidinis dñi, & à gloria maiestatis eius, cũ surrexerit percutere terrã. Quies-
cite ergo ab homine, cuius spũs in naribus eius est, quia excelsus reputatus est ipse.

¶ Christo aduenìente, omne è Iudæa robur auferendũ prædicit. Cap. III.

ECce ẽm dominator dñs exercituum, auferet ab Hierusalem, & ab Iuda validũ & for- A
tem, & omne robur panis, & omne robur aquæ, & fortem, & virum bellatorẽ, & iu-
dicẽ, & prophetã, & hariolum, & senem principẽ super quinquaginta, & honorabi-
lem vultu, & consiliarium, & sapientem de architectis, & prudentẽ eloquij mystici.
Et dabo pueros principes eorũ, & * effœminati dominabũtur eis, Et corruet populus, vir ad
heb. paruuli heb. iualescet virum, & vnusquisq; ad proximum suum, * Tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis B
contra nobilẽ. Apprehendet ẽm vir fratrẽ suum, domesticũ patris sui, Et dicent, vestimentũ
He. colliga- tibi est, princeps esto noster, ruina autẽ hæc sub manu tua. Respondebitq; in die illa, dicens,
tor uel prin- Non * sum medicus, & in domo mea nõ est panis, neq; vestimentũ, nolite cõstituere me prin
ceps cipẽ populi. Ruit ẽm Hierusalem, & Iudas cõcidit, quia lingua eorũ, & adinuentiones eorum
contra dñm, vt prouocarent oculos maiestatis eius, Agnitio vultus eorũ respondebit eis, &
peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt, Væ animæ eorũ, quoniam
reddita sunt eis mala. Dicite iusto, quoniã bene, qm̃ fructum adinuentionũ suarũ comedet, C
Væ impio in malum, retributio ẽm manuum eius fiet ei. Populum meũ exactores sui spo-
Luc.11.f liauerunt, & mulieres dominatæ sunt eis. Popule meus qui te beatũ dicunt, ipsi te decipiũt,
& viam ingressuũ tuorũ dissipant, Stat ad iudicandum dñs, & stat ad iudicandos populos, Do
minus ad iudiciũ veniet, cum senibus populi sui, & principibus eius, Vos ẽm depasti estis vi-
neam meã, & rapina pauperis in domo vestra, Quare atteritis populum meũ, & facies paupe
rum commolitis, dicit dominus exercituum? Et dicit dominus deus, Pro eo q̃ eleuatæ sunt
filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambu- D
ne, & in pe- dibus suis pe labant * pedibus suis, & composito gradu incedebant, decaluabit dominus verticem filiarũ
risphyris, id Sion, & dominus crinem earum nudabit, In die illa auferet dominus ornamentum calciamẽ-
est. ornamen ta habuere torum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & perischeli-
des, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, & gemmas in fronte pendentes, &
mutatoria, & palliola, & lintheamina, & acus & specula, & syndones, & vittas, & theristra. Et
he. qm̃ (fæ erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fas-
de) pro pul- cia pectorali cilicium, * Pulcherrimi quoq; viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio, Et
chris. viri &c mœrebunt, atq; lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit.

¶ De septem mulieribus virum vnum accepturis. Cap. IIII.

ET apprehendẽt septẽ mulieres virũ vnum, in die illa, dicentes, Panẽ nostrum come- A
demus, & vestimentis nostris operiemur, tantũmodo inuocetur nomen tuum super
nos, aufer opprobrium nostrum. In die illa erit germẽ domini in magnificẽtia, &
gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his q saluati fuerint de Israel, Et erit om
nis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Hierusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus B
est in vita, in Hierusalẽ, Si abluerit dñs sordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit,
de medio eius, in spiritu iudicij, & in spiritu ardoris, Et creabit dominus super omnẽ locum
montis Sion, & vbi inuocatus est, nubẽ per diẽ, & fumum, & splendorẽ ignis flammantis in
nocte, super omnẽ enim gloriam protectio, & tabernaculum erit in vmbraculũ diei ab æstu,
& in securitatem, & absconsionem à turbine, & à pluuia.

¶ De Christo, eiusq; vinea, Superfluæ ædificationis, ebrietatisq; execratio. Cap. V.

CAntabo dilecto meo cãticũ patruelis mei, vineæ suæ. Vinea facta ẽ dilecto meo in A
Hiere. 2.d Matth. 21.d cornu filio olei, Et sepiuit eã, & lapides elegit ex ea, & plãtauit vineã electã, Et ædi
hebr. excidit uel effodit ficauit turrim ĩ medio eius, & torcular * extruxit in ea, Et expectauit, vt faceret vuas
& fecit labruscas, Nũc ergo habitatores Hierusalẽ, & viri Iuda, iudicate inter me &
vineã meã, Quid ẽ q̃d debui vltra facere vineæ meæ, & nõ feci ei? An q̃ expectaui vt faceret
vuas,

B vuas,& fecit labruſcas? Et nunc oſtendã vobis qd ego faciam vineæ meæ,auferã ſepẽ eius,&
erit in direptionẽ.Diruã maceriã eius,& erit in conculcationẽ,& ponam eã deſertam. Nõ pu-
tabitur,& non fodietur,& aſcendent ſuper eã vepres,& ſpinæ,& nubibus mandabo, ne pluant
ſuper ea imbrẽ.Vinea em̃ dñi exercituũ domus Iſrael eſt,& viri Iuda,germen eius delectabile,
C Et expectaui vt faceret iudicium,& ecce iniqtas,& iuſtitiã,& ecce clamor.Væ qui coniungitis
domũ ad domũ,& agrũ agro copulatis vſq; ad terminum loci,Nunquid habitabitis vos ſoli,in
medio terræ,In auribus meis ſunt hæc,dicit dñs exercituũ, Niſi domus multæ deſertæ fuerint
grandes & pulchræ,& abſq; habitatore.Decem em̃ iugera vinearũ facient lagunculam vnam,
& triginta modij ſemẽtis facient modios tres.Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatẽ ſectandã,
11.q.1.c. Vſq dicitis. & potandũ vſq; ad veſperã,vt vino æſtuetis,Cithara,& lyra,& tympanũ:& tibia,& vinum in
D cõuiuijs veſtris,& opus dñi nõ reſpicitis,nec opera manuũ eius cõſideratis.Propterea captiuus
ductus eſt populus meus,qa nõ habuit ſcientiã,& nobiles eius interierũt fame,& multitudo e-
ius ſiti exaruit.Propterea dilatauit infernus animã ſuã,& aperuit os ſuũ,abſq; vllo termino. Et
deſcendẽt fortes eius,& populus eius,& ſublimes,glorioſiq; eius ad eũ.Et incuruabit homo,&
humiliabitur vir,& oculi ſublimiũ deprimentur. Et exaltabitur dñs exercituũ in iudicio,& deus
ſanctus ſanctificabitur in iuſtitia.Et paſcentur agni iuxta ordinẽ ſuũ,& deſerta in vbertatẽ verſa
aduenæ comedent.Væ q trahitis iniqtatem in funiculis vanitatis,& quaſi vinculũ plauſtri pec-
E catũ.Qui dicitis,Feſtinet & cito veniet opus eius,vt videamus,& appropiet,& veniat cõſilium
11.q.3.ca. Vſq dicitis & c. ſi qs hominem ſancti Iſrael,& ſciemus illud. Væ qui dicitis malum bonũ,& bonum malum,ponẽtes tenebras
lucem,& lucem tenebras ponẽtes amarum in dulce,& dulce in amarũ. Væ qui ſapientes eſtis
in oculis veſtris,& coram vobiſmetipſis prudentes. Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinũ Prouer.17.d
F & viri fortes ad miſcendam ebrietatem.Qui iuſtificatis impiũ pro muneribus,& iuſtitiam iuſti He.paleã flã-
auferis ab eo. Propter hoc ſicut deuorat ſtipulã lingua ignis,& *calor flãmæ exurit,ſic radix ma.
eorũ ſicut *fauilla erit,& germẽ eorũ vt puluis aſcẽdet. Abiecerũt em̃ legẽ dñi exercituũ,& elo He.putredo.
quiũ ſancti Iſrael blaſphemauerũt.Ideo iratus eſt furor dñi in populũ ſuũ,& extendit manũ ſuã Infra.9.c.& 10.a
ſuper eũ,& pcuſſit eũ,Et cõturbati ſunt montes,& facta ſunt morticinia eorum quaſi ſtercus,in
G medio platearũ.In his om̃ibus nõ eſt auerſus furor eius,ſed adhuc manus eius extenta,Et eleua-
bit ſignũ in nationibus procul,& ſibilabit ad eũ de finibus terræ,& ecce feſtinus velociter veni-
et,Nõ eſt deficiens neq; laborãs in eo,non dormitabit neq; dormiet neq; ſoluetur cingulũ renum
eius,neq; rumpetur corrigia calciamẽti eius.Sagittæ eius acutæ,& om̃es arcus eius extenti, Vn-
gulæ equorum eius vt ſilex,& rotæ eius quaſi impetus tempeſtatis. Rugitus eius vt leonis,rugi
et vt catuli leonũ,Et frendet & tenebit prædã,& amplexabitur,& non erit q eruat,& ſonabit
ſuper eũ in die illa,ſicut ſonitus maris,Aſpiciemus in terrã,& ecce tenebræ tribulationis,& lux
obtenebrata eſt in* caligine eius. Heb.cœlis.

¶Eſaias videt gloriã dñi,& mittitur ad Iudææ deſolationẽ prophetandũ. Cap. VI.

A IN anno quo mortuus eſt rex Ozias,vidi dñm ſedẽtẽ ſup ſolium excelſum,& eleuatum,&
plena erat domus à maieſtate eius,& *ea q̃ ſub ipſo erant,replebant templũ,Seraphim ſta- He.fimbriæ
bãt ſup illud,ſex alæ vni,& ſex alæ alteri,Duabus velabãt faciẽ eius,& duabus velabãt pe- Apoca.4.c
dẽs eius,& duabus volabãt,Et clamabãt,alter ad alterũ,& dicebãt:Sãctus ſanctus ſanctus,
B dñs deus exercituũ,plena eſt om̃is terra gloria eius,& cõmota ſunt ſuperliminaria cardinum,à
24.q.3.ca. Qui negligit voce clamãtis,& domus repleta eſt fumo,Et dixi. Væ mihi,qa *tacui,qa vir pollutus labijs e- Heb.excíſus ſum.
go ſum,& in medio populi polluta labia habentis,ego habito,& regem dñm exercituum vidi
C oculis meis,Et volauit ad me vnus de Seraphim,& in manu eius calculus, quem forcipe tule-
rat de altari,& tetigit os meũ,& dixit:Ecce tetigi hoc labia tua,& auferetur iniquitas tua,& pec-
8.q.1.c.ĩ ſcripturis catum tuum mundabitur,Et audiui vocem domini dicentis. Quem mittam,& qs ibit nobis? Math.13.b
Et dixi:Ecce ego,mitte me.Et dixit,Vade:& dices populo huic.Audite audientes,& nolite in- Marc.4.a
D telligere,& videte viſionem,& nolite cognoſcere,Excæca cor populi huius,& aures eius ag- Lucæ.8.b Actu.14.f
graua,& oculos eius claude,ne forte videat oculis ſuis,& auribus ſuis audiat,& corde ſuo intel- Rom.11.b
ligat,& cõuertatur,& ſanem eum,Et dixi:Vſq; quo dñe? Et dixit,Donec deſolentur ciuitates abſ-
q; habitatore,& domus ſine homine,& terra relinquatur deſerta,& longe faciet dominus ho-
mines,Et multiplicabitur,quæ derelicta fuerat,in medio terræ,& adhuc in ea decimatio. Et
conuertetur,& erit in oſtenſionẽ,ſicut therebinthus,& ſicut quercus,quæ expandit ramos ſu-
os,Semen ſanctum erit id quod ſteterit in ea.

¶Syri cõtra Hieruſalẽ præliaturi veniunt,prophetatur virgo cõceptura. Cap. VII.

A ET factũ eſt in diebus Achas,filij Ionathan,filij Oziæ,regis Iuda,aſcendit Raſin rex Sy- 4.Reg.16
riæ,& Phacee filius Romeliæ rex Iſrael,in Hieruſalẽ,ad p̃liãdũ cõtra eã,& nõ potuerũt
debellare eã.Et nunciauerũt domui Dauid,dicẽtes:Requieuit Syria ſuper Ephraim,&
cõmotũ eſt cor eius,& cor populi eius,ſicut mouentur ligna ſyluarũ à facie venti, Et di-
xit dñs ad Eſaiã.Egredere in occurſum Achas,tu,& q derelictus ẽ Iaſub,filius tuus,ad extre-
mũ aquæ ductus piſcinæ ſuperioris,ĩ via agri fullonis,& dices ad eũ,Vide vt ſileas.Noli timere

& cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium istorū, in ira furoris Rasin re-
gis Syriæ, & filij Romeliæ, eo quod consilium inierit contra te Syria in malū, & Ephraim, & filius
Hc. abhor- Romeliæ, dicentes. Ascendamus ad Iudā, & *suscitemus eum: & euellamus eū ad nos, & pona-
reamus. mus regē in medio eius, filiū Tabeel. Hęc dicit dn̄s deus: Nō stabit, & nō erit istud, sed caput Sy- B
riæ Damascus, & caput Damasci Rasin. Et adhuc sexaginta & quinque anni, & desinet Ephra-
im esse populus, & caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ. Si nō credideritis
nō permanebitis. Et adiecit dominus loqui ad Achas, dicens. Pete tibi signū à domino deo tuo,
in profundū inferni, siue in excelsum, supra. Et dixit Achas. Non petā, & non tentabo dominū.
Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia mo
Matth. 1. d lesti estis, & deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signū. Ecce virgo cōcipiet, & pa-
Luce 1. e riet filiū: & vocabitur nomen eius Emanuel. Butyrū & mel comedet: vt sciat reprobare malum
& eligere bonū. Quia antequam sciat puer reprobare malū, & eligere bonū, derelinquetur ter- C
ra, quā tu detestaris, à facie duorū regum suorū. Adducet dominus super te & super populū tuū,
& super domum patris tui dies, qui non venerunt à diebus separatiōis Ephraim, à Iuda, cū re-
ge Assyriorum. Et erit in die illa, Sibilabit dn̄s muscæ, quæ est in extremo fluminū Aegypti,
& api, quæ est in terra Assur, & venient, & requiescent oēs in torrentibus vallium, & in cauer-
nis petrarū, & ī omnibus frutetis, & in vniuersis foraminibus. In die illa radet dominus in noua-
4. Paral. 28. e cula conducta, in his qui trans flumen sunt, in rege Assyriorū, caput, & pilos pedū, & barbā vni-
uersam. Et erit in die illa, Nutriet homo vaccam boum, & duas oues, & præ vbertate lactis co-
He. subrudi- medet butyrū. Butyrū enī & mel manducabit omnis homo, qui relictus fuerit in medio terræ.
unt ualebūt. Et erit in die illa. Omnis locus vbi fuerint mille vites, * mille argenteis, & in spinas, & ī vepres
erunt. Cū sagittis & arcu ingredietur illuc. Vepres enī vt spinæ erunt, in vniuersa terra. Et oēs
montes qui in sarculo sarrientur, nō veniet illuc terror spinarum & veprium, & erit in pascua
bouis, & in conculcationem pecoris.

¶De liberatione terræ per Emanuelē, de lapide offensionis, & petra scandali. Cap. VIII.

Hc. charti. ET dixit dominus ad me. Sume tibi *librū grandē, & scribe in eo stilo hominis, veloci- A
ter spolia, detrahe, cito prædare. Et adhibui mihi testes fideles Vriā sacerdotē, & Za-
chariam filiū Barachiæ. Et accessi ad prophetissam, & cōcepit, & peperit filiū. Et di-
xit dn̄s ad me. Voca nomen eius, accelera spolia detrahe, festina prædari. Quia antequā
sciat puer vocare patrem suū, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ
coram rege Assyriorū. Et adiecit dominus loqui ad me adhuc, dicens. Pro eo quod abiecit popu
lus iste aquas Siloe, quæ vadunt cū silentio, & assumpsit magis Rasin, & filiū Romeliæ, propter
hoc ecce dn̄s adducet super eos aquas fluminis, fortes & multas, regem Assyriorū, & omnē glo B
riā eius. Et ascendit super oēs riuos eius. Et fluet super vniuersas ripas eius, & ibit per Iudā in-
undans, & transiens, vsque ad collū veniet. Et erit extensio alarū eius, implens latitudinem terræ
tuæ, ò Emanuel. Congregamini populi, & vincemini, & audite vniuersæ procul terræ. Con-
fortamini, & vincemini, accingite vos, & vincemini, inite cōsiliū, & dissipabitur, loquimini ver-
bū, & nō fiet, quia nobiscū deus. Hæc enī ait dn̄s ad me. Sicut in manu forti erudiuit me, ne irem
in via populi huius, dicēs. Ne dicatis, coniuratio. Omnia enī quæ loquitur populus iste, cōiuratio est C
& timorē eius ne timeatis, neque paueatis. Dn̄m exercituū ipsum sanctificate, & ipse pauor ve-
ster, & ipse est terror vester, & erit vobis in sanctificationē, in lapidē aūt offensionis, & petram
scandali duabus domibus Israel & in laqueū, & in ruinā habitantibus Hierusalem. Et offendēt
ex eis plurimi, & cadent, & cōterentur, & irretientur, & capientur. Liga testimoniū, signa legē
in discipulis meis, expectabo dn̄m qui abscondit faciē suā à domo Iacob, & præstolabor eū. Ecce D
Hebr. 2. c ego & pueri mei, quos dedit mihi dn̄s in signū, & in portentū Israel, à dn̄o exercituū qui habitat
He. garrienti in monte Syon. Et cū dixerint ad vos, quærite à pythonibus, & à diuinis * qui stridēt in incanta-
bus ac mussi tiōibus suis, nūquid nō populus à deo suo requiret visionem, pro viuis & mortuis? Ad legem ma
tantibus. gis, & ad testimoniū. Quod si nō dixerint iuxta verbū hoc, nō erit eis matutina lux. Et transibit
per eā & corruet, & esuriet, & cū esurierit irascetur, & maledicet regi suo, & deo suo. Et suspici-
et sursum, & ad terrā intuebitur, & ecce tribulatio, & tenebræ, & dissolutio, & angustia, & cali-
go persequens, & non poterit auolare de angustia sua.

¶Prophetat Christi natiuitatem, eiusque imperium. Cap. IX.

PRimo tēpore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephthali, & nouissimo aggrauata A
est via maris trans Iordanē, Galilææ gentiū. Populus qui ambulabat in tenebris vidit
Matth. 4. c lucē magnam, habitantibus in regione vmbre mortis, lux orta est eis. Multiplicasti 15. dist. c. In
gentem, non magnificasti lætitiam. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in mes-
se, sicut exultant victores capta præda, quādo diuidunt spolia. Iugū enī oneris eius, & virgā hu
Hc. filium meri eius, & sceptrū exactoris eius superasti, sicut in die Madian. Quia oīs* violēta prædatio cū tu
multu, & vestimentū mixtū sanguine erit in combustionem, & cibus ignis. Paruulus enī na- B
tus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerū eius, & vocabitur nomē

eius admi

2.q.7.ca.nos eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Multiplicabit eius
ſt de ſacr.un imperium, & pacis non erit finis. Super ſolium Dauid, & ſuper regnũ eius ſedebit, vt cõfirmet infra, 59.d
ſtãe c.unic. illud, & corroboret in iudicio, & iuſtitia amodo, & vſq; in ſempiternũ, zelus dñi exercituum fa
C ciet hoc. Verbũ miſit dñs in Iacob, & cecidit in Iſrael. Et ſciet oĩs populus Ephraim, & ha-
bitãtes Samariã, in ſuperbia, & magnitudine cordis, dicentes: Lateres ceciderũt, ſed quadris la-
pidibus ædificabimus, ſycomoros ſucciderũt, ſed cedros immutabimus. Et eleuabit dominus
hoſtes Raſin ſuper eum, & inimicos eius in tumultum vertet, Syriam ab oriente, & Philiſtijm
ab occidẽte & deuorabũt Iſrael toto ore. In omnibus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc Supra, 5.f
manus eius extenta, & populus non eſt reuerſus ad percutientem ſe, & dominum exercituum Infra eod.
non inquiſierunt. Et diſperdet dñs ab Iſrael caput, & caudam, incuruantem & deprauantẽ die
vna. Longæuus & honorabilis ipſe eſt caput, & propheta docens mendacium, ipſe eſt cauda.
Et erunt q beatificãt populũ iſtũ ſeducentes, & q beatificantur, præcipitati. Propter hoc ſuper
adoleſcentulis eius non lætabitur dñs, & pupillorũ eius & viduarũ non miſerebit. Quia oĩs hy-
D pocrita eſt & nequã & vniuerſum os loquutũ eſt ſtultitiã. In omnibus his non eſt auerſus furor
eius, ſed adhuc manus eius extenta. Et populus eius non eſt reuerſurus ad pcutientem ſe. Suc-
cenſa eſt eñ quaſi ignis impietas, vepres, & ſpinã vorabit. Et ſuccendetur in denſitate ſaltus, &
conuoluet in ſupbia fumi. In ira dñi exercituũ cõturbata eſt terra, & erit populus q̃ſi eſca ignis
Vir fratri ſuo non parcet, & declinabit ad dexterã, & eſuriet, & comedet ad ſiniſtrã, & non ſatu Supra, 5.f &
rabit. Vnuſqſq; carnẽ brachij ſui vorabit, Manaſſes Ephraim, & Ephraim Manaſſen, & ſimul 19. infra.
ipſi cõtra Iudam. In oĩbus his nõ eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta.

¶Comminatur oppreſſoribus pauperũ, & viduarum, prophetat contra Sennacherib. Cap. X.

A VAe qui condunt leges iniquas, & ſcribẽtes iniuſtitiam ſcripſerunt, vt opprimerẽt in
iudicio pauperes, & vim facerent cauſæ humiliũ populi mei, vt eſſent viduæ præda Supra, c.f &
9.q.1.c.aliorum. eorũ, & pupillos diriperẽt. Quid facietis in die viſitationis & calamitatis de longe 9.d
venientis? Ad cuius cõfugietis auxiliũ, & vbi derelinquetis gloriã veſtrã, ne incurue-
B
23.q.5.c. ſin mini ſub vinculo, & cũ interfectis cadatis? Sup oĩbus his, nõ eſt auerſus furor eius, ſed adhuc
manus eius extẽta. Væ Aſſur, virga furoris mei, & baculus ipſe eſt. In manu eius indignatio
mea. Ad gentem fallacẽ mittã eum, & contra populum furoris mei mãdabo illi, vt auferat ſpo
lia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem, quaſi lutũ platearũ, ipſe aũt non ſic ar
bitrabitur, & cor eius non ita æſtimabit, ſed ad conterendũ erit cor eius, & ad internitionẽ gen-
tium non paucarũ. Dicet eñ: Nunquid non principes mei ſimul reges ſunt? Nunquid non vt
C Carchamis, ſic Calanno, & vt Arphad, ſic Hemath? Nunquid non vt Damaſcus ſic Samaria?
Q̃uo inuenit manus mea regna Idoli, ſic & ſimulachra eorũ de Hieruſalẽ, & de Samaria? Nũqd
nõ ſicut feci Samariæ, & Idolis eius, ſic faciã Hieruſalẽ, & ſimulachris eius? Et erit cũ impleue
rit dñs cuncta opa ſua in monte Syon, & in Hieruſalẽ, viſitabo ſuper fructũ magnifici cordis re
gis Aſſur, & ſuper gloriam altitudinis oculorũ eius. Dixit enim. In fortitudine manus meæ feci He. theſauros.
& in ſapiẽtia mea intellexi. Et abſtuli terminos populorũ & *pricipes eorũ depdatus ſum, & de-
D traxi, quaſi potẽs *in ſublimi reſidẽtes. Et inuenit q̃ſi nidũ manus mea fortitudinem populorũ, He. in ſublimi ſupereſt
& ſicut colliguntur oua, quæ derelicta ſunt, ſic vniuerſam terram ego congregaui, & non fuit q
21.diſt.ca.inferior.23.q.4 c. remittunt moueret pennam, & aperiret os, & ganniret. Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum qui ſe- He. leuans
cat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eum, à quo trahitur? *Quomodo ſi eleuetur virga contra virgã, leuare
eleuantẽ ſe, & exaltetur baculus qui vtiq; lignum eſt? Propter hoc mittet dñator dñs exercituũ eleuãtẽ eã cũ
E in pingues eius tenuitatem, & ſubtus gloria eius ſuccenſa ardebit, quaſi combuſtio ignis, & erit exaltet baculũ nõ arborẽ
lumen Iſrael in igne, & ſanctus eius in flamma, & ſuccẽdetur & deuorabit ſpina eius, & vepres He. diſſolutus uexillifer
in die vna, & gloria ſaltus eius, & carmeli eius, ab anima vſq; ad carnẽ conſumetur. Et erit *ter-
rore profugus, & reliquiæ ligni ſaltus eius præ paucitate numerabũtur, & puer ſcribet eas. Et
erit in die illa, nõ adijciet reſiduũ Iſrael, & hi q fugerint de domo Iacob inniti ſup eo q percurit
eos, ſed innitetur ſuper dominum ſanctum Iſrael. In veritate reliquiæ conuertentur, reliquiæ Roma, 9.f
inquam Iacob ad dominum fortem. Si eñ fuerit populus tuus Iſrael quaſi arena maris, reliquię Infra, 28.f
F conuertentur ex eo. Conſummata *abbreuiata inundabit iuſtitiam. Conſummationem enim He. conſummata.
& abbreuiationem dominus deus exercituum faciet, in medio omnis terræ. Propter hoc, hæc
dicit dñs deus exercituũ. Noli timere populus meus, habitator Syon, ab Aſſur. In virga eñ per
cutiet te, & baculum ſuũ leuabit ſuper te, in via Aegypti. Adhuc eñ paululũ, modicũq;, & con-
ſummabitur indignatio mea, & furor meus ſuper ſcelus eorũ. Et ſuſcitabit ſuper eum dñs exer-
G cituum flagellum iuxta plagam Madiã, in petra Horeb, & virgam ſuam ſuper mare, & leuabit Iudit. 7.g
eã in via Aegypti. Et erit in die illa auferetur onus eius de humero tuo, & iugũ eius de collo tuo
& cõputreſcet iugũ à facie olei. Veniet in Aioth, trãſibit in Magron, apud Machmas commẽ-
dabit vaſa ſua. Trãſierunt curſim, Gabaa ſedes nřa. Obſtupuit rama Gabaa Saulis fugit. Hinni
voce tua filia Galli, attẽde Laiſa paupcula Anathoth, Migrauit Medemena, habitatores Gabim

confortamini,adhuc dies est,vt in Nobe stetur. Agitabit manum suam super montem filiæ Sy
on,& collem Hierusalem. Ecce dominator Dominus exercituum confringet lagunculā in
terrore,& excelsi statura succidentur,& sublimes humiliabuntur. Et subuertentur condensa
saltus eius ferro,& Libanus cum excelsis cadet.

¶Prædicit natiuitatem Christi,eiusq; populum,crucem,& sepulchrum,conuersionem religarum Israel,& fidem gentium. Cap. XI.

He. stipite sai & surcul' de radi. Xe ET egredietur virga de*radice Iesse,& flos de radice eius ascendet,& requiescet super eū A
spūs domini,spūs sapientiæ,& intellectus,spūs consilij,& fortitudinis,spūs scientiæ,&
De timore domini. *pietatis,& replebit eum spiritus timoris dñi. Non secundū visionē oculoꝝ iudicabit
neq; secundū auditum aurīū arguet. Sed iudicabit in iustitia pauperes,& arguet in æq
tate pro māsuetis terræ. Et pcutiet terrā virga oris sui & spiritu labioꝝ suoꝝ interficiet impiū. B
2.Thes.2.b Et erit iustitia cingulum lumborum eius,& fides cinctoriū renū eius. Habitabit lupus cū agno,
Infra.65.d & pardus cū hœdo accubabit. Vitulus,& leo,& ouis,simul morabunt,& puer paruulus mina-
bit eos. Vitulus,& vrsus pascentur,simul requiescent catuli eoꝝ,& leo quasi bos comedet pale-
as. Et delectabitur infans ab vbere super foramina aspidis,& in cauernam reguli qui ablactatus
fuerit,manum suā mittet. Non nocebunt,& non occident in vniuerso monte sancto meo, qa
replera est terra scientia dñi, sicut aqua maris operientis. In die illa radix Iesse q stat in signū C
populoꝝ,ipsum gentes deprecabunt,& erit sepulchrum eius gloriosum. Et erit in die illa,adij-
Roma.15.c ciet dñs secūdo manū suam,ad possidendum residuū populi sui,quod relinquetur ab Assyrijs,
& ab Aegypto & à Phetros,& ab Aethiopia,& ab Elan,& à Sennaar, & ab Hemath, & ab In-
sulis maris. Et leuabit signū in nationes,& cōgregabit profugos Israel. Et dispersos Iuda colli-
get à q̄tuor plagis terræ,& auferet zelus Ephraim,& hostes Iuda peribūt. Ephraim nō æmula-
He.ad occidē tem. bit Iudā,& Iudas nō pugnabit cōtra Ephraim. Et volabūt in humeros Philisthijm,*p mare si- D
mul p̄dabunt filios oriētis. Idumea & Moab, p̄ceptū manus eoꝝ,& filij Ammon obediētes e-
runt. Et desolabit dñs linguā maris Aegypti,& leuabit manum suam sup flumen, in fortitudine
spūs sui,& pcutiet eum in septem riuis,ita vt transeāt per eum calciati. Et erit via residuo popu-
Exod.14.g lo meo,q relinquet ab Assyrijs sicut fuit Israel,in die illa qua ascēdit de terra Aegypti.

¶Canticū Ecclesiæ pro deuicto mundi regno. Cap. XII.

ET dices in die illa. Confitebor tibi Domine,quoniam iratus es mihi, conuersus est fu A
Exod.15.a ror tuus,& cōsolatus es me. Ecce deus saluator meus fiducialiter agam & nō timebo.
Psal.117.a Quia fortitudo mea,& laus mea dominus,& factus est mihi in salutem. Haurietis aq̄s
in gaudio de fontibus saluatoris,& dicetis in die illa: Confitemini dño,& inuocate no
Psal.104 men eius. Notas facite in populis adinuentiones eius, mementote quoniam excelsum est no- B
1.Paral.16.b men eius. Cantate domino,quoniam magnifice fecit,annunciate hoc in vniuersa terra. Exul-
ta & lauda habitatio Syon,qa magnus in medio tui sanctus Israel.

¶Euersionē Babylonis,captiuitatem & reditum populi prophetat. Cap. XIII.

He. eleuatē neb.p̄parātis ONus Babylonis,quod vidit Esaias,filius Amos. Super montem *caliginosum,leuate A
signum,& exaltate vocem,leuate manum,& ingredientur portas duces. Ego man-
daui*sanctificatis meis,& vocaui fortes meos ī ira mea,exultātes in gloria mea, Vox
multitudinis in montibus,quasi populorum frequentium, vox sonitus regum, gēti-
um congregatarum. Dominus exercituum precepit militiæ belli, venientibus de terra procul
Num.2.c A summitate cœli Dominus,& vasa furoris eius,vt disperdat omnem terrā. Vlulate quia pro- B
pe est dies dñi,quasi vastitas à domino veniet,propter hoc omnes manus dissoluentur, & om
ne cor hominis contabescet,& conteretur. Torsiones & dolores tenebunt, quasi parturientes
dolebunt. Vnusquisque ad proximum suum stupebit,facies combustæ vultus eorum. Ecce
dies domini veniet crudelis & indignationis plenus,& iræ, furorisq;, ad ponendam terram in
Ezech.32.b solitudinem,& peccatores eius conterendos de ea,quoniam stellæ cœli,& splendor earum nō
expandet lumen suum. Obtenebratus est sol in ortu suo,& luna non splendebit in lumine suo.
Et visitabo super orbis mala,& contra impios iniquitatem eorum. Et requiescere faciam su-
perbiam infidelium,& arrogantiam fortium humiliabo. Præciosior erit vir auro,& homo mū C
do obrizo. Super hoc cœlum turbabo,& mouebitur terra de loco suo, propter indignationē
domini exercituum, & propter diem iræ furoris eius. Et erit quasi damula fugiens, & quasi o-
uis,& non erit qui congreget. Vnusquisque ad populum suum conuertetur,& singuli ad terrā
suam fugient,omnis qui inuentus fuerit,occidetur,& omnis qui superuenerit,cadet,cadet ī gla
dio. Infantes eoꝝ allidentur,in oculis eoꝝ diripientur domus eoꝝ,& vxores eoꝝ violabuntur
Ecce ego suscitabo super eos Medos q argentū non quærant,nec auꝝ velint,sed sagittis paruu D
los interficient,& lactantibus vteris non miserebunt,& super filios non parcet oculus eorum.
Gene.19.e Et erit Babylon illa ciuitas goriosa,in regnis inclyta,in superbia Chaldæoꝝ subuersa, sicut
subuertit dñs Sodomam & Gomorram. Non habitabit vsq; in finem, & non fundabit vsq; ad
generationē & generationē, Nec ponet ibi tētoria Arabs, nec pastores requiescent ibi,sed re-
quiescent

quiescent ibi bestiæ, & replebunt domus eorum draconibus. Et habitabūt ibi struthiones, & pi-
losi saltabūt ibi, & rñdebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & * syrenes in delubris voluptatis. ne. dracones

¶Parabolica insultatio, in regem Babylonis.

Caput XIIII.

A PRope est vt veniat tempus eius, & dies ei' nō elongabunt. Miserebit enim dñs Iacob, &
eliget adhuc de Israhel, & requiescere eos faciet super humū suā. Adiunget aduena ad
eos, & adhærebit domui Iacob. Et tenebunt eos populi, & adducent eos in locū suū.
Et possidebit eos domus Israhel super terrā dñi, in seruos, & ancillas, & erunt capien-
tes eos, q se cœperant, & subijcient exactores suos. Et erit in die illa cū requiem dederit tibi
B deus, & à labore tuo, & à concussione tua, & à seruitute dura qua ante seruisti, sumes parabo
lam istā contra regem Babylonis, & dices: Quomodo cessauit exactor? quieuit tributū? Con-
triuit dominus baculum impiorum, virgā dominantium, cædentem populos in indignatiōe, pla
ga insanabili, subijcientem in furore gentes, & persequentem crudeliter. Conquieuit & siluit
omnis terra, gauisa est & exultauit, abietes quoque lætatæ sunt super te, & cedri lybani. Ex quo
dormisti, non ascendit qui succidat nos. Infernus subter te conturbatus est, in occursum ad-
C uentus tui, suscitauit tibi gigantes. Omnes principes terræ surrexerūt de solijs suis, omnes prin
cipes nationum, vniuersi respondebunt, & dicent tibi: Et tu vulneratus es, sicut & nos, & no-
stri similis effectus es. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuū. Subter te ster-
34.q.2.c. qui netur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, q ma-
sup baculũ arundineũ cõfractũ istũ, super Aegyptũ, cui si innixus fuerit homo, intrabit in ma- 23. q. 5. c.
nũ eius, & perforabit eã, sic Pharao rex Aegypti omnibus q cõfidunt in eo. Quod si responderis
mihi, in dño deo nostro cõfidimus, nonne ipse est, cuius abstulit Hezechias excelsa, & altaria,
nec. pignora. & dixit Iudæ, & Hierusalem, corã altari isto adorabitis? Et nũc trade *te dño meo, regi Assyri-
orũ, & dabo tibi duo milia equoꝝ, nec poteris ex te præbere ascensores eoꝝ, & quomõ sustine
bis faciẽ iudicis vnius loci, ex seruis domini mei minoribus? Quod si confidis in Aegypto in q̃-
driga, & in equitibus, & nũc nunquid sine domino ascendi ad terrã istã, vt disperderẽ eã? Do- C
minus dixit ad me, Ascende super terrã, & disperde eã. Et dixit Eliachim, & Sobna, & Ioah, ad
Rapsacem. Loquere ad seruos tuos Syra lingua, intelligimus enĩ, ne loquaris ad nos Iudaice, in
auribus populi, q est super muꝝ. Et dixit ad eos Rapsaces. Nunquid ad dominũ tuũ, & ad te,
misit me dñs meus, vt loquerer omnia verba ista, & nõ potius ad viros, q sedent in muro, vt co
medant stercora sua, & bibant vrinã pedũ suoꝝ vobiscum? Et stetit Rapsaces & clamauit voce
magna Iudaice, & dixit. Audite verba regis magni, regis Assyrioꝝ. Hæc dicit rex. Non vos se-
ducat Hezechias, quia nõ poterit eruere vos, & nõ vobis tribuat fiduciã Hezechias sup dño, di-
cens. Eruens liberabit nos dñs, non dabitur ciuitas ista in manu regis Assyrioꝝ. Nolite audire
Hezechiã. Hæc enĩ dicit rex Assyrioꝝ. Facite mecũ benedictionẽ & egredimini ad me, & co- D
medite vnusquisq; vineã suã, & vnusquisq; ficũ suã, & bibite vnusquisq; aquã cisternæ suæ do-
nec veniã, & tollã vos ad terrã, quæ est vt terra vestra, terrã frumenti & vini, terrã panum & vi
neaꝝ. Nec conturbet vos Hezechias, dicens. Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt
dij gentiũ vnusquisq; terrã suã de manu regis Assyrioꝝ? Vbi est deus Hemath, & Arphat? Vbi
est deus Sepharuaim? Nunqd liberauerũt Samariã de manu mea? Quis est ex oibus dijs terraꝝ
istaꝝ, q eruerit terrã suã de manu mea, vt eruat dominus Hierusalẽ de manu mea? Et siluerunt
& nõ responderunt ei verbũ. Mandauerat enĩ eis rex, dicens. Ne respondeatis ei. Et ingres-
sus est Eliachim filius Helchiæ, q erat super domũ, & Sobna scriba, & Ioah filius Asaph, à com-
mentarijs, ad Hezechiã, scissis vestibus, & nunciauerunt ei verba Rapsacis.

¶ Exercitus Sennacherib ab angelo pcutit, ipse à proprijs filijs interficit. Cap. XXXVII.

4. Reg. 19. a ET factũ est cũ audisset rex Hezechias, scidit vestimẽta sua, & obuolutus est sacco, & in- A
trauit in domũ dñi. Et misit Eliachim, q erat sup domũ, & Sobnam scribã, & seniores
de sacerdotibus opertos saccis, ad Esaiã, filiũ Amos, prophetã, & dixerũt ad eũ. Hæc
dicit Hezechias. Dies tribulationis & correptionis, & blasphemiæ, dies hæc, quia vene-
rũt filij vsq; ad partũ, & virtus non est pariendi. Si q̃modo audiat dominus deus tuus verba Ra-
psacis, quẽ misit rex Assyrioꝝ dominus suus, ad blasphemandũ dominũ deũ viuentẽ, & expro- B
brandũ sermonibus, quos audiuit dominus deus tuus. Leua ergo orationẽ pro reliquijs, quę re
pertæ sunt. Et venerũt serui regis Hezechiæ ad Esaiam, & dixit ad eos Esaias. Hęc dicetis do-
mino vestro. Hæc dicit dominus. Ne timeas à facie verboꝝ, quæ audisti, quibus blasphemaue
runt pueri regis Assyrioꝝ me. Ecce ego dabo ei spiritũ, & audiet nunciũ, & reuertetur ad terrã
suã, & corruere eum faciam gladio in terra sua. Reuersus est autẽ Rapsaces, & inuenit regẽ Assy
riorum præliantem aduersus Lobnam. Audierat enĩ quia profectus esset de Lachis, & audiuit
de Taracha, rege Aethiopiæ, dicẽtes. Egressus est vt pugnet contra te. Quod cũ audisset, misit
nuncios ad Hezechiam, dicens. Hæc dicetis Hezechiæ, regi Iudæ, loquẽtes. Nõ te decipiat de
us tuus, in quo tu confidis, dicens. Nõ dabitur Hierusalem in manu regis Assyrioꝝ. Ecce tu au-
disti omnia q fecerũt reges Assyrioꝝ, omnibus terris, q̃s subuerterũt, & tu poteris liberari? Nun-
qd eruerũt eos dij gentiũ, q̃s subuerterũt patres mei, Gozan, & Haran, & Reseph, & filios Eden C
q erãt in Thalassar? Vbi est rex Hemath, & rex Arphad, & rex vrbis Sepharuaim, Ena & Aua?

Et tulit

Et tulit Hezechias libros de manu nunciorꝫ, & legit eos, & ascendit in domũ dñi, & expan-
dit eos corã dño. Et orauit ad dominũ, dicẽs: Dñe exercituũ, deus Israel, q sedes sup Cherubin
tu es deus solus, omniũ regnorꝫ terræ, tu fecisti cœlum & terram. Inclina dñe autem tuã, & au
di, aperi oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, quæ misit ad blasphemandum
D deũ viuentẽ. Vere enim domine desertas fecerunt reges Assyriorꝫ terras, & regiones earum,
& dederunt deos earum igni, non enim erant dij, sed opera manuum hominum, lignum, & la-
pis, & comminuerunt eos. Et nunc domine deus noster, salua nos de manu eius, & cognoscant
omnia regna terræ, quia tu es deus solus. Et misit Esaias filius Amos ad Hezechiam, dicens:
Hæc dicit dominus, deus Israel. Pro quibus rogasti me de Sennacherib, rege Assyriorꝫ, hoc est
verbum quod loquutus est dñs super eum. Despexit te, & subsannauit te, virgo filia Sion, post
E te caput mouit, virgo filia Hierusalem. Cui exprobrasti, & quẽ blasphemasti, & sup quẽ exalta
sti vocem tuam? & leuasti altitudinem oculorꝫ tuorꝫ? Ad sanctum Israel. In manu seruorꝫ tuo-
rum exprobrasti domino, & dixisti: In multitudine quadrigarum mearꝫ ego ascendi in altitu-
dinem montium, iuga Libani, & succidam excelsa cedrorꝫ eius, & electas abietes illius, & intro-
ibo altitudinem summitatis eius, saltum carmeli eius ego fodi, & bibi aquam, & siccaui vestigio
pedis mei omnes riuos aggerum. Nunquid non audisti, quæ olim fecerim ei. Ex diebus antiqs Hе. ad de-
ego plasmaui illud, & nunc adduxi, & factum est *in eradicationẽ collium compugnantium, & uastandũ in
ciuitatum munitarꝫ. Habitatores earꝫ breuiata manu contremuerunt, & confusi sunt, facti sunt aceruos des-
sicut fœnum agri, & gramen pascuæ, & herba tectorꝫ, quæ exaruit anteq̃ maturesceret. Habita tructionũ ci-
F tionem tuã, & egressum tuũ, & introitũ tuũ ego cognoui, & insaniã tuã cõtra me. Cum fureres uitates muni
aduersum me, supbia tua ascẽdit in aures meas. Ponã ergo circulũ in naribus tuis, & frenũ in la- tas.
bijs tuis & reducã te in viã p quã venisti. Tibi aũt hoc erit signũ. Comede hoc anno q̃ spõte na
scunt, & in anno secũdo pomis vescere. In anno aũt tertio seminate, & metite, & plantate vine
as, & comedite fructũ earꝫ. Et emittet id q̃d saluatũ fuerit de domo Iuda, & q̃d reliquũ est mit-
tet radicẽ deorsum, & faciet fructũ sursum: qa de Hierusalẽ exibũt reliquiæ, & saluatio de mõte
G Sion, zelus dñi exercituũ faciet istud, propterea hæc dicit dñs de rege Assyriorꝫ. Non intrabit
ciuitatẽ hanc, & nõ iaciet ibi sagittã, & nõ occupabit eã clypeus, & nõ mittet in circũitu eius ag
gerẽ. In via qua venit, per eam reuertet, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit dñs: Ego pro-
tegã ciuitatem istam, vt saluem eam, propter me, & propter Dauid seruum meum. Egressus 4. Reg. 19. g
est aũt angelus dñi, & percussit in castris Assyriorꝫ centũ octoginta quinq; milia. Et surrexerũt Eccls. 48. g
mane, & ecce omnes cadauera mortuorꝫ. Et egressus est, & abijt. Et reuersus est Sennacherib,
rex Assyriorꝫ, & habitauit in Niniue. Et factũ est cum adoraret in templo Nesrach deum suũ
Adramelech & Sarasar, filij eius percusserunt eum gladio, fugeruntq; in terrã Ararat, & regna-
uit Asarhaddon filius eius pro eo.

¶ Hezechiæ ægrotanti, & oranti quindecim anni addũtur. Cap. XXXVIII.

A IN diebus illis ægrotauit Hezechias vsq; ad mortẽ. Et introiuit ad eum Esaias filius Amos
De. pe. dist. propheta, & dixit ei: Hæc dicit dñs. Dispone domui tuæ, qa morieris tu, & non viues. Et 4. Reg. 20. a
c. ca. gobrem. cõuertit Hezechias faciẽ suã ad parietẽ, & orauit ad dñm, & dixit: Obsecro dñe, memẽto 2. Paral. 32. f
quæso qũo ambulauerim corã te, in veritate & in corde pfecto, & quod bonũ est in oculis
tuis fecerim. Et fleuit Hezechias fletu magno. Et factũ est verbũ dñi ad Esaiã dicens: Vade, &
dic Hezechiæ: Hæc dicit dñs deus Dauid, patris tui. Audiui orationẽ tuã, vidi lachrymas tuas.
B Ecce ego adijciã sup dies tuos, quindecim annos, & de manu regis Assyriorꝫ eruã te, & ciuitatẽ
istã, & protegam eã. Hoc aũt tibi erit signũ à dño, quia faciet dñs verbũ hoc q̃d locutus est. Ecce 1. Reg. 1. g
ego reuerti faciã vmbram linearꝫ, p quas descenderat in Horologio Achas, in sole retrorsum, Luc. 1. b
decem lineis. Et reuersus est sol decẽ lineis p gradus quos descenderat. Scriptura Hezechiæ Eccls. 48. a
regis Iuda, cũ ægrotasset, & cõualuisset de infirmitate sua. Ego dixi in dimidio dierꝫ meorꝫ, va
C dam ad portas inferi. Quæsiui residuũ annorꝫ meorꝫ, dixi, non videbo dñm deũ in terra viuẽti-
um. Nõ aspiciã hominẽ vltra, & habitatorẽ quietis. Generatio mea ablata est, & conuoluta est
à me q̃si tabernacula pastorꝫ. Præcisa est velut à texente vita mea, dũ adhuc ordirer succidit me
De mane vsq; ad vesperã finies me, sperabã vsq; ad mane. Quasi leo sic cõtriuit omia ossa mea. Iob. 4. d
De mane vsq; ad vesperã finies me, sicut *pullus hirundinis, sic clamabo, meditabor vt colum- Heb. grus ac
ba. Attenuati sunt oculi mei, suspiciẽtes in excelsum. Dñe vim patior, respõde pro me. Quid di hirũdo garriã
cã, aut qd respõdebit mihi, cũ ipse fecerim? *Recogitabo omes annos meos in amaritudine a- gemã ut colũ
D nimæ meæ. Dñe si sic viuit, & in talibus vita spũs mei, corripies me, & viuificabis me, ecce in pa ba. Ekusti
ce amaritudo mea amarissima. Tu aũt *eruisti animã meã, ut nõ periret, proiecisti post tergum sũt oculi mei
tuum omia pctã mea. Quia non infernus cõfitebit tibi, neq; mors laudabit te, nõ expectabũt q in excelsum.
descendũt in lacũ veritatẽ tuã. Viuẽs, viuens ipse cõfitebit tibi, sicut & ego hodie, pater filijs no ne. faciã pro
tam faciet veritatẽ tuã. Dñe saluũ me fac, & psalmos nr̃os cãtabimus cũctis diebus vitæ nr̃æ, in gredi.
domo dñi. Et iussit Esaias vt tollerent massam de ficis, & cataplasmarent sup vulnus eius, & sa- Heb. Deside-
naret. Et dixit Hezechias: Quod erit signũ, quia ascendam in domũ domini. rasti (eruere) animam meã a fouea perditionis.

¶Hezechias ostensis thesauris suis legatis regis Babylonij corripitur
ab Esaia. Cap. XXXIX.

IN tempore illo, misit Metodach Baladan. filius Baladan, rex Babylonis libros & munera
4.Reg.20.c ad Hezechiã. Audierat eñ quod ægrotasset & conualuisset. Lætatus est autẽ super eis He- A
zechias, & ostendit eis cellã aromatũ, & argenti, & auri, & odoramentorũ, & vnguẽti op
timi, & oẽs apothecas supellectilis suæ, & vniuersa quæ inuenta sunt in thesauris suis.
Non fuit verbum quod non ostenderet eis Hezechias, in domo sua, & in omni potestate sua. B
Introiuit aũt Esaias propheta ad Hezechiam regem, & dixit ei: Quid dixerunt viri isti: & vn
de venerũt ad te? Et dixit Hezechias: De terra longinqua venerũt ad me de Babylone. Et di-
xit: Quid viderũt in domo tua? Et dixit Hezechias: Oĩa quæ in domo mea sunt, viderũt. Nõ C
fuit res quã nõ ostẽderim eis: in thesauris meis. Et dixit Esaias ad Hezechiã. Audi verbum
domini exercituũ. Ecce dies venient, & auferent oĩa quæ in domo tua sunt, & quæ thesauri-
zauerũt patres tui, vsq; ad diem hanc, in Babylonem: Non relinquetur quicquam, dicit dñs. D
Et de filijs tuis, qui exibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Baby-
lonis. Et dixit Hezechias ad Esaiam. Bonum verbum domini, quod locutus est. Et dixit: Fiat
tantum pax, & veritas in diebus meis.

¶De Iohannis Baptistæ aduentu, apostolorum prædicatione, & gentium
vocatione. Cap. XL.

COnsolamini, consolamini, popule meus, dicit deus vester. Loquimini ad cor Hieru- A
Hr. cõple- salem, & aduocate eam, quoniam *cõpleta est malicia eius, dimissa est iniquitas illius,
ta est tẽpus suscepit de manu domini duplicia pro oĩbus peccatis suis. Vox clamantis in de-
eius. ferto. Parate viam dñi, rectas facite in solitudine semitas dei nostri. Oĩs vallis exal-
Matth.3.a
Marci.1.a tabit, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas. B
Lucæ.3.c Et reuelabit gloria domini, & videbit oĩs caro pariter, q̃ os dñi loquutum est. Vox dicẽtis
Ioan.1.c clama. Et dixi: Quid clamabo? Oĩs caro fœnum, & oĩs gloria eius quasi flos agri. Exiccatũ
est fœnum, & cecidit flos: quia spũs dñi sufflauit in eo. Vere fœnum est populus. Exiccatum est
Eccle.14.c
Iacob.1.b fœnum, & cecidit flos, verbũ aũt dñi manet in æternum. Super montẽ excelsum ascende tu, q If.4.10.a.b
1.Petri.1.d euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Hierusalem. Exalta, noli
timere. Dic ciuitatibus Iuda. Ecce deus vester. Ecce dñs deus in fortitudine veniet, & brachiũ C
infra.62.d eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo, & opus illius corã illo. Sicut pastor gregem suum
pascet in brachio suo, congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. Quis mẽsus
est pugillo aquas, & cœlos palmo põderauit? quis appendit tribus digitis molem terræ, & libra
Sapien.9.c uit in pondere montes, & colles in statera? quis adiuuit spiritum dñi? aut quis consiliarius eius
fuit, & ostendit illi? Cũ quo iniit consiliũ, & qs instruxit eũ & docuit eũ semitã iustitiæ? & erudi D
Roma.11.d uit eũ sciã? & viã prudẽtiæ ostẽdit illi? Ecce gẽtes q̃si stella situlæ, & q̃si momentũ stateræ repu-
tatæ sunt. Et insulæ q̃si puluis exiguus, & libanus nõ sufficiet ad succẽdendũ, & aĩalia eius non
sufficiẽt ad holocaustũ. Oẽs gẽtes q̃si nõ sint, sic sunt corã eo, & q̃si nihilũ, & inane reputate sunt E
ei. Cui ergo similẽ fecistis deũ? aut quã imaginẽ ponetis ei? Nunqd sculptile cõflabit faber, aut
aurifex auro figurabit illud, & laminis argẽteis argẽtarius? Forte lignũ & imputribile elegit, ar
tifex sapiens q̃rit q̃uo statuat simulachrũ, q̃d non moueatur. Nunqd nõ scitis? Nunqd nõ audi-
stis? Nunqd nõ annunciatũ est vobis ab initio? Nunqd nõ intellexistis fundamẽta terræ. Qui
Heb.continẽ sedet sup gyrũ terræ, & habitatores eius sunt, q̃si locustæ. Qui extẽdit velut* nihilum cœlos, &
expãdit eos sicut tabernaculũ ad inhabitãdũ. Qui dat secretorũ scrutatores, quasi nõ sint iudi-
ces terræ velut inanes fecit. Et qdẽ neq; plantato, neq; sato, neq; radicato in terra trunco eorũ. F
Repente flauit in eos, & aruerunt, & turbo q̃si stipulã auferet eos. Et cui assimilastis me, & ad-
æquastis me, dicit sanctus? Leuate in excelsum oculos vestros, & videte, qs creauit hæc? Qui e-
Infra.46.b ducit in nũero militiã eorũ, & oẽs ex noĩe vocat. Pre multitudine fortitudinis & roboris vir-
Matth.17.b tutisq; eius, neq; vnũ reliquũ fuit. Quare dicis Iacob & loqueris Israel, abscõdita est via mea dño G
& à deo meo iudiciũ meũ transibit. Nunqd nescis, aut nõ audisti? Deus sempiternus dñs, q cre-
auit terminos terræ, nõ deficiet, neq; laborabit, neq; est inuestigatio sapiẽtiæ eius. Qui dat lasso
virtutẽ, & his q nõ sunt, fortitudinẽ, & robur multiplicat. Deficient pueri, & laborabũt, & iuue
nes in infirmitate cadẽt. Qui aũt sperãt in domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas,
sicut aqlæ, current & nõ laborabunt, ambulabunt & non deficient.

¶De ascensione, & Resurrectione Christi. Cap. XLI.

TAceant ad me Insulæ, & gẽtes mutent fortitudinẽ. Accedãt & tũc loquantur, simul ad A
iudiciũ propinquemus. Quis suscitabit ab oriente iustũ, vocauit eum, vt sequeretur se?
Dabit in cõspectu eius gẽtes, & reges obtinebit. Dabit quasi puluerem gladio eius,
sicut stipulã vento raptam arcui eius. Persequetur eos transibit in pace, semita in pedi-
Infra.44.a bus eius nõ apparebit. Quis hæc operatus est, & fecit vocãs gñatiões ab exordio? Ego dñs, pri-
& 46.b mus & nouissimus ego sum. Viderũt insulæ & timuerũt, extrema terræ obstupuerũt, appropin. B

quæuerũt,& accesserũt. Vnusquisq; pximo suo auxiliabit,& fratri suo dicet, cõfortare. Cõforta Heb. artifice
uit faber * ærarius, percutiens malleo eũ, q cudebat tũc tpis, dicẽs glutino, bonũ est, & cõforta mollificans
uit eũ clauis, vt non moueat. Et tu Israhel serue meus. Iacob quẽ elegi, semen Abraham amici malleo, pcus
C mei, in quo apprehẽdi te ab extremis terræ, & à longinquis eius vocaui te, & dixi tibi: Seruus sione Icudis
meus es tu, elegi te, & non abieci te. Ne timeas, quia ego tecũ sum, ne declines, quia ego deus dicẽs adhesio
tuus. Confortaui te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera iusti mei. Ecce confundent & ni, bonũ est, & cætera.
erubescent omnes, q pugnãt aduersum te. Erunt quasi non sint & peribũt viri, q contradicũt infra. 41.
tibi. Quæres eos, & non inuenies viros rebelles tuos, & erũt quasi non sint, & velut consum-
D ptio hominis bellãtis aduersum te, quia ego dñs deus tuus, apprehendens manũ tuã, dicensq;
tibi. Ne timeas, ego audiui te. Noli timere vermis Iacob, q mortui estis ex Israhel. Ego auxilia
tus sum tibi dicit dñs, & redẽptor tuus sanctus Israhel. Ego posui te quasi plaustrũ triturãs no-
uum, habẽs rostra serrãtia. Triturabis montes, & cõminues, & colles quasi puluerẽ pones. Ven
tilabis eos, & ventus tollet eos, & turbo disperget eos, & tu exultabis in dño, & in sancto Isra-
E hel lætaberis. Egeni & pauperes quærunt aquas, & non sunt, lingua eorũ siti aruit. Ego dñs ex-
audiã eos, deus Israhel, nõ derelinquã eos. Aperiã in supremis collibus flumina, & in medio cã-
porũ fontes. Ponã desertũ in stagna aquarũ, & terrã inuiã riuos aquarũ. Dabo in solitudinem
cedrũ, & pinũ, myrtũ, & lignũ oliuæ. Ponã in deserto abietẽ, vlmũ, buxum simul, vt videãt, &
sciãt, & recogitẽt, & intelligãt pariter, quia manus dñi fecit hæc, & sanctus Israhel creauit illud
F Prope facite iudiciũ vestrũ, dicit dñs, afferte si qd forte habetis, dicit rex Iacob. Accedãt, & nũ
tient vobis quæcũq; ventura sunt. Priora quæ fuerunt, nuntiate, & ponemus cor nr̃m, & scie-
Ab. q.5.ca.1. mus nouissima eorũ, & quæ ventura sunt, indicate nobis. Annũtiate quæ ventura in futurũ, &
G sciemus qa dij estis vos. Bene quoq; aut male (si potestis) facite, loquamur, & videamus simul.
Ecce vos estis ex nihilo, & opus vr̃m ex eo qđ non est. Abominatio est q elegit vos. Suscitaui
ab aquilone, & veniet ab ortu solis. Vocabit nomen meũ, & adducet magistratus quasi lutum,
& velut plastes conculcans humũ. Quis annũtiauit ab exordio, vt sciamus, & à pricipio, vt di
camus, iustus es? Non est annũtians neq; prædicẽs, neq; audiens sermones vestros. Primus ad
Syon dicet, ecce adsum, & Hierusalem euangelistas dabo. Et vidi, & non erat ex istis quisq̃ qui
iniret consilium, & interrogatus respõderet verbum. Ecce omnes iniusti, & vana opera eorũ,
ventus & inane, simulachra eorum.

¶De Christo, eiusq; aduentu & baptismo. Ca. XLII.

A ECce seruus meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. De- Math. 12. b.
2.q.7.c. Nos si in fin. di spiritũ meum, super eum, iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neq; accipiet
personam, nec audiet vox eius foris. Calamũ quassatum non conteret, & linum fumi-
gans non extinguet. In veritate educet iudicium, non erit tristis, neq; turbulentus, do-
nec ponat in terra iudiciũ, & legem eius insulæ expectabunt. Hæc dicit dñs deus creans cœ-
los, & extendens eos, firmãs terrã & quæ germinant ex ea, dans flatum populo, q est super eã,
& spm̃ calcantibus eam. Ego dñs vocaui te in iustitia, & apprehendi manũ tuam, & seruaui te.
Et dedi te in fœdus populi, in lucem gentiũ, vt aperires oculos cæcorũ, & educeres de conclu
B sione vinctũ, de domo carceris sedentes in tenebris. Ego dñs, hoc est, nomen meũ. Gloriam infra. 49. a
meam alteri non dabo, & laudem meã sculptilibus, quę prima fuerũt ecce venerũt, noua quoq;
ego annuntio, anteq̃ orian audita vocis faciam. Cantate domino canticũ nouũ, laus eius ab Infra. 48. b.
extremis terræ. Qui descenditis in mare, & plenitudo eius, insulæ & habitatores earũ. Leuet
desertũ, & ciuitates eius, in domibus habitãbit Cedar. Laudate habitatores petræ, de vertice Psal. 49
montiũ clamabunt. Ponent domino gloriam, & laudem eius in insulis nuntiabunt. Domi-
C nus sicut fortis egredietur, sicut vir præliator suscitabit zelum. Vociferabitur, & clamabit, su- He. clamabo, dissi. &c.
per inimicos suos confortabit. Tacui, semper silui, patiens fui, sicut parturiens * loquar. Dissi-
pabo & absorbebo simul, desertos faciam montes & colles, & omne germen eorũ exiccabo.
Ponam flumina in insulas, & stagna arefaciã. Et educã cæcos in viam quam nesciunt, & in se-
mitis quas ignorauerũt ambulare eos faciã. Ponã tenebras corã eis in lucem, & praua in recta.
Hæc verba feci eis, & non dereliqui eos. Conuersi sunt retrorsum. Confundant confusione q
confidunt in sculptili, qui dicunt conflatili, vos dij nostri. Surdi audite, & cæci intuemini ad
videndũ. Quis cæcus nisi seruus meus? & surdus, nisi ad quem nuntios meos misi? Quis cæcus,
D nisi q venundatus ẽ? Et qs cecus, nisi seruus dñi? Qui vides multa, nõne custodies? Qui apertas
habes aures, nonne audies? Et dñs voluit vt sanctificaret eũ, & magnificaret legem, & extolle-
ret, ipse aũt pp̃ls direptus & vastatus. Laqueus iuuenũ omnes, & in domibus carcerũ abscondi
2.q.7.c. Pu hus dicit. ti sunt. Facti sunt in rapinã, nec est q eruat: in direptionẽ, nec est q dicat, redde: Quis est in vo-
bis q audiat hoc, attendat & auscultet futura? Quis dedit in direptionẽ Iacob, & Israhel vastan
tibus? Nonne dñs ipse est, cui peccauimus? Et noluerũt in vijs eius ambulare, & non audierũt,
legem eius. Et effudit super eũ indignationem furoris sui, & forte bellum, & combussit eum in
circuitu, & non cognouit, & succendit eum, & non intellexit.

¶Populũ

¶Populum credentem secum facit, taxat gentes Idololatras, reprobant Iudæorum sacrificia. Cap. XLIII.

ET nunc hæc dicit dñs, creans te Iacob, & formans te Israhel. Noli timere, quia rede- A
mi te, & vocaui te nomine tuo. Meus es tu. Cum transieris per aquas tecũ ero, & flumi
na non operient te. Cum ambulaueris in igne non combureris, & flamma nõ ardebit
in te, quia ego dñs deus tuus, sanctus Israhel, saluator tuus. Deus propitiationem tuã
Aegyptũ, & Aethiopiã, & Saba pro te, ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & glorio-
Supra.41.b. sus, ego dilexi te. Et dabo homines pro te, & populos pro anima tua. Noli timere qa ego tecũ
sum. Ab oriente adducã semen tuũ, & ab occidente congregabo te. Dicã aquiloni, da, & austro
noli prohibere. Affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ. Et omnem q
inuocat nomen meũ, in gloriã meam creaui eum, formaui eum, & feci eum. Aeduc foras po- B
pulum cæcũ, & oculos habentem, surdũ, & aures ei sunt. Omnes gentes congregatæ sunt simul
& collectæ sunt tribus. Quis in vobis annuntiet istud, & quę prima sunt audire vos faciet? Dẽt
testes eorũ, & iustificent, & audiãt, & dicant: Vere vos testes mei, dicit dñs, & seruus meus quẽ
elegi, vt sciatis, & credatis mihi, & intelligatis: quia ego ipse sum. Ante me non est formatus
deus, & post me nõ erit. Ego sum, ego sum dñs, & non est absq; me saluator. Ego annuntiaui,
Osee.13.b. & saluaui, auditũ feci, & non fuit in vobis alienus. Vos testes mei, dicit dñs, & ego deus, & ab
initio ego ipse, & non est q de manu mea eruat. Operabor, & qs auertet illud? Hæc dicit domi
nus, redemptor vester, sanctus Israhel. Propter vos emisi in Babylonem, & detraxi vectes vni
uersos, & Chaldæos in nauibus suis gloriantes Ego dñs sanctus vester, creans Israhel, rex ve- C
ster. Hæc dicit dñs, qui dedit in mari viam, & in aquis torrentibus semitam. Qui eduxit quadri
gam & equũ, agmen, & robustũ. Simul obdormierunt, nec resurgent, & contriti sunt quasi li-
num, & extincti sunt. Ne memineritis priorũ, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua,
1.Cor.5.d & tunc orient, vtiq; cognoscetis ea. Ponam in deserto viam, & in inuio flumina. Et glorifica-
Apoc.21.b bit me bestia agri, dracones, & struthiones, quia dedi in deserto aquas, & flumina in inuio, vt da D
rem potũ populo meo, electo meo. Populũ istũ formaui mihi, laudem meam narrabit. Non
Nec quia me inuocasti Iacob, * nec laborasti in me Israhel. Non obtulisti mihi arietem holocausti tui,
& victimis tuis non glorificasti me. Non te seruire feci in oblatione, nec laborem tibi præbui
in thure. Nõ emisti mihi argento calamũ, & adipe victimarũ tuarũ non inebriasti me. Verũtñ
seruire me fecisti in peccatis tuis, pbuisti mihi laborem in iniqtatibus tuis. Ego sum, ego sum
ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorũ tuorũ non recordabor. Reduc me in De pe dña
memoriam, & iudicemur simul, narra si quid habes, vt iustificeris. Pater tuus primus peccauit, ca. Ecce nũc
& interpretes tui præuaricati sunt in me. Et cõtaminaui principes sanctos, dedi ad internitio-
nem Iacob, & Israhel in blasphemiam.

¶Promittit nouũ baptismũ, detestat Idola, vocat ad pœnitentiã. Ca. XLIIII.

Infra.50.b. ET nũc audi Iacob serue meus, & Israhel quẽ elegi. Hæc dicit dñs: faciens, & formans te A
&.46.g ab vtero, auxiliator tuus. Noli timere serue meus Iacob, & rectissime quẽ elegi. Effun-
dam eñi aquas super sitientem, & fluenta super aridã. Effundã spm meũ super semen
tuũ, & benedictionẽ meã super stirpẽ tuã, & germinabũt inter herbas quasi salices iu-
xta præterfluentes aquas. Iste dicet: Dñi ego sum, & ille vocabit in nomine Iacob. Et hic scri-
Nec cognoscebitur. bet manu sua dño, & in nomine Israhel * assimilabit. Hæc dicit dñs rex Israhel, & redemptor
supra.41.c eius, dñs exercituũ. Ego primus, & ego nouissimus, & absq; me non est deus. Quis similis mei? B
& infra 48.b Vocet & annuntiet, & ordinem exponat mihi. Ex quo constitui mihi populũ antiquũ. Ven-
Apoc.1.d.& 22.c tura & quæ futura sunt, annũtiet eis. Nolite timere, neq; conturbemini. Ex tũc audire te feci, &
annũtiaui. Vos estis testes mei. Nunqd est deus absq; me, & formator quẽ ego non nouerim?
Plastæ idoli omes nihil sunt, & amãtissima eorũ non proderũt eis, ipsi sunt testes eorũ, qa non
Baruch.6.a vident, neq; intelligũt, vt confundant. Quis formauit deũ, & sculptile conflauit ad nihil vtile?
Ecce omnes participes eius confundent. Fabri eñi sunt ex hoĩbus. Conueniẽt eñi oẽs, stabũt
Sapien.13.c & pauebũt, & confundent simul. Faber ferrarius lima operatus est in prunis, & in malleis for-
mauit illud, & operatus est in brachio fortitudinis suæ. Esuriet, & deficiet, non bibet aquã, & C
lassescet. Artifex lignarius extendit normã, formauit illud in runcina. Fecit illud in angularibus
& in circino tornauit illud, & fecit imaginẽ viri, quasi speciosum hominẽ habitãtem in domo.
Succidit cedros, tulit ilicem, & quercũ quæ steterat inter ligna saltus. Plãtauit pinũ quã pluuia
nutriuit, & facta est hoĩbus in focũ. Sumpsit ex eis, & calefactus est, & succẽdit, & coxit panes,
de reliquo aũt operatus est deũ, & adorauit, fecit sculptile, & curuatus est ante illud. Medium
eius cõbussit igni, & de medio eius carnes coxit, & comedit, coxit pulmentũ, & saturatus est, &
calefactus est, & dixit: Vah, calefactus sum, vidi focũ. Reliquũ aũt eius deũ fecit, & sculptile sibi.
Curuat añ illud, & adorat illud, & obsecrat, dicẽs: Libera me, qa deus meus es tu. Nescierũt ne-
q; intellexerũt. Obliti eñ sunt ne videãt oculi eorũ, & ne intelligãt in corde suo. Non recogitãt
in mente sua neq; cognoscũt, neq; sentiũt, vt dicãt, Medietatẽ eius cõbussi igni, & coxi sup car

bones

D bones eius panes,& coxi carnes,& comedi,& de reliquo eius Idolum faciã. Ante truncũ ligni
procidã. Pars eius cinis est. Cor insipiens adorabit illud,& non liberabit animã suã, neq; dicet
forte mendaciũ ẽ in dextera mea. Memẽto hoꝝ Iacob & Israhel, qm̃ seruus meus es tu. Forma
ui te, seruus meus es tu Israhel, non obliuiscaris mei. Deleui vt nubem iniq̃tates tuas,& quasi ne
bulã p̃c̃tã tua. Reuertere ad me, qm̃ redemi te. Laudate cœli qm̃ misericordiã fecit dñs, iubila
te extrema terræ. Resonate montes laudationẽ, saltus & omne lignũ eius. Qm̃ redemit dñs Ia
cob,& Israhel gloriabit̃. Hæc dicit dñs redemptor tuus,& formator tuus ex vtero. Ego sum
dñs, faciens oĩa, extendens cœlos solus, stabiliens terrã,& nullus mecũ. Irrita faciens signa di
uinoꝝ,& hariolos in furorẽ vertens. Conuertẽs sapientes retrorsum,& sciam eoꝝ stultã faciẽs
Suscitãs verbũ serui sui,& consiliũ nunciorum suoꝝ complens. Qui dico Hier̃lm, habitaberis;&
ciuitatibus Iudæ ædificabimini,& deserta eius suscitabo. Qui dico profundo desolare,& flumi
na tua arefaciã. Qui dico Cyro, pastor meus es,& omnẽ volũtatem meã complebis. Qui dico
Hierusalem ædificaberis,& templo, fundaberis.

¶ De Cyro, sub typo Christi, populum liberaturo: De Christi aduentu, de gentibus ad fidem conuertendis. Cap. XLV.

A HAec dicit dñs Christo * meo Cyro, cuius apprehendi dexterã, vt subijciã ante faciem He. suo & ꝑ
eius gentes,& dorsa regũ vertã. Et aperiã corã eo ianuas & portæ non claudentur. subiiciam le
He. anfractus ꝯquabo Ego ante te ibo,& * gloriosos terræ humiliabo. Portas æreas conterã,& vectes fer- gũ expandã & ꝑ uertam
reos confringã. Et dabo tibi thesauros absconditos,& arcana secretoꝝ, vt scias quia dissoluam.
ego dñs, q voco nomen tuũ. Deus Israhel propter seruũ meũ Iacob,& Israhel electum meum.
Et vocaui te nomine tuo,* assimilaui te,& non cognouisti me. Ego dñs,& non est amplius, Heb. nõ saui
extra me nõ ẽ deus. Accinxi te,& non cognouisti me, vt sciant hi q ab ortu solis,& q ab occi- Amos. 3.
B dente, qm̃ absq; me non est deus. Ego dñs,& non est alter, formans lucem,& creans tenebras,
24. q. 1. c. quidam vero. Collatione. faciens pacem,& creans malum. Ego dñs faciens omnia hæc. Rorate cœli desuper,& nubes
pluant iustũ, aperiat̃ terrra,& germinet saluatorem,& iustitia oriat̃ simul. Ego dñs creaui eam.
Væ qui contradicit factori suo, testa de samijs terræ. Nunquid dicet lutum figulo suo, quid Rome. 9. d
facis,& opus tuũ absq; manibus est? Væ qui dicit patri, quid generas: & mulieri, quid partu- Luce. 1. 6
ris? Hæc dicit dñs, sanctus Israhel, plastes eius. Ventura interrogate me,& super opus manuũ
meaꝝ mandate mihi. Ego feci terrã & hominem super eã creaui ego. Et manus meæ tetende
runt cœlos,& omni militiæ eoꝝ mandaui. Ego suscitaui eum ad iustitiã,& omnes vias eius di
rigã. Ipse ędificabit ciuitatem meã,& captiuitatem meã dimittet, non in pretio, neq; in mune
C ribus, dicit dñs deus exercituũ. Hæc dicit dñs deus: Labor Aegypti,& negotiatio Aethio-
piæ,& Sabaim viri sublimes, ad te transibunt,& tui erunt. Post te ambulabunt, vincti manicis
pergent,& adorabunt, teq; deprecabunt̃. Tantum in te est deus,& non est absq; te deus. Vere
tu es deus absconditus, Deus Israhel saluator. Confusi sunt,& erubuerunt omnes simul: abierũt
in confusionem fabricatores erroꝝ. Israhel saluatus est à domino, salute æterna. Non confun
demini,& non erubescetis vsq; in seculum seculi: quia hæc dicit dñs creans cœlos. Ipse deus
formans terrã,& faciens eam, ipse plastes eius. Non inuanũ creauit eam sed vt habitetur, for-
D mauit eam. Ego dñs,& non est alius. Non in abscondito locutus sum, in loco terræ tenebro
so. Non dixi semini Iacob frustra, quęrite me. Ego dñs loquens iustitiã, annuntians recta. Con
gregamini,& venite,& accedite simul, qui saluati estis ex gentibus. Nescierunt qui leuant * si- Heb. lignũ
gnum sculpturæ suæ,& rogant deum non saluantem. Annuntiante,& venite,& consiliamini
simul. Quis auditũ fecit hoc ab initio? Extunc prædixi illud. Nunquid non ego dñs,& non est
vltra deus absq; me. Deus iustus & saluans, non est præter me. Conuertimini ad me,& salui eri Roma. 14. b.
tis om̃es fines terræ: qa ego deus,& non alius. Ita in memetipso iuraui, egrediet̃ de ore meo iu
stitiæ verbũ,& non reuertet̃, quia mihi curuabit̃ omne genu,& iurabit omnis lingua. Ergo in
dño dicet: Meæ sunt iustitiæ,& imperiũ. Ad eũ venient,& confundent̃ omnes q repugnant
ei, in dño iustificabitur,& laudabitur omne semen Israhel.

¶ Idolorum finis, Iudæorum increpatio, salus per Christum. Caput XLVI.

A COnfractus est Bel, contritus est Nabo, facta sunt simulachra eoꝝ bestijs & iumentis.
Onera vestra graui pondere vsq; ad lassitudinem contabuerunt,& contrita sunt
simul. Non potuerunt saluare portantem,& anima eoꝝ in captiuitatem ibit. Audite
me domus Iacob,& omne residuũ domus Israhel. Qui portamini à meo vtero, qui
B gestamini à mea vulua. Vsq; ad senectam ego ipse,& vsq; ad canos ego portabo. Ego feci,&
ego feram, ego portabo,& saluabo. Cui assimilastis me,& adæquastis,& comparastis me,& fe Supra. 4. f
cistis similem? Qui confertis aurum de sacculo,& argentum in statera ponderatis, conducen- Baruch. 6. a
tes artificem, vt faciat deum,& procidunt & adorant. Portant illum in humeris gestantes,&
ponentes in loco suo,& stabit ac de loco suo non mouebit̃. Sed & cũ clamauerint ad eũ, nõ au
diet, de tribulatiõe nõ saluabit eos. Memẽtote istud,& cõfundamini, redite p̃uaricatores ad cor

Recor-

Recordamini prioris ſeculi, quoniam ego ſum deus, & non eſt vltra me deus, nec eſt ſimilis mei
annuntians ab exordio nouiſſimũ, & ab initio, quæ necdũ facta ſunt, dicens: Conſiliũ meum
ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. Vocans ab oriente auem, & de terra longinqua virũ volun
tatis meæ. Et locutus ſum, & adducam illud, creaui, & faciã illud, audite me duro corde, q lon-
ge eſtis à iuſtitia. Prope feci iuſtitiam meam, non elongabit, & ſalus mea non morabitur. Da-
bo in Sion ſalutem, & in Iſrahel gloriam meam.

¶Sermo contra Babylonem. Ca. XLVII.

DEſcende, ſede in puluere, virgo filia Babylon, ſede in terra. Non eſt ſoliũ filiæ Chal- A
Ezech. 21. c dæorum, quia vltra non vocaberis mollis & tenera. Tolle molam, & mole farinã, de- 31. 4. c. & Paulus
Hebr. cinctorium tuum diſcoo nuda* turpitudinem tuam. Diſcooperi humerum, reuela crura, tranſi flumina. Reue- Heb. turp tudo.
operi plãtas, reuela &c. labitur* ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum. Vltionem capiam, & non
*reſiſtet mihi homo. Redemptor noſter dñs exercituũ, nomen illius ſanctus Iſrahel. Sede ta-
Naum. 3. b cens, & intra in tenebras filia Chaldæorum, qa non vocaberis vltra dña regnorum. Iratus ſum ſuper
Heb. mecũ irruam ſicut homo populũ meũ, contaminaui hæreditatem meam, & dedi eos in manu tua. Non poſuiſti eis mi-
ſericordias. Super ſenem aggrauaſti iugum tuum valde, & dixiſti. In ſempiternũ ero domina. B
Apoca. 18. b. Non poſuiſti hæc ſuper cor tuum, neque recordata es nouiſſimi tui. Et nunc audi hæc delicata,
& habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo, ego ſum, & non eſt præter me amplius. Non
ſedebo vidua, & ignorabo ſterilitatem. Venient tibi duo hæc ſubito, in die vna, ſterilitas, & vi-
duitas. Vniuerſa venerunt ſuper te, propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duri-
Hie. 49. c. tiã incantatorum tuorum vehementem. Et fidutiã habuiſti in malitia tua, & dixiſti: Non eſt q vide C
at me. Sapiẽtia tua, & ſciẽtia tua hæc decepit te. Et dixiſti in corde tuo: Ego ſum, & præter me non
eſt altera. Veniet ſuper te malum, & neſcies ortum eius, & irruet ſuper te calamitas, quam non
poteris expiare. Veniet ſuper te repente miſeria, quam neſcis. Sta cum incantatoribus tuis, &
cum multitudine maleficiorum tuorum, in qbus laboraſti ab adoleſcentia tua, ſi forte qd proſint ti D
bi, aut ſi poſſis fieri fortior. Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum. Stent & ſaluent te augures
cœli, q contemplabantur ſidera, & ſupputabant menſes, vt ex eis annuntiarent ventura tibi.
Ecce facti ſunt quaſi ſtipula, ignis combuſſit eos. Non liberabunt animam ſuam, de manu flam
mæ: non ſunt prunæ quibus calefiant, nec focus vt ſedeant ad eum. Sic facta ſunt tibi in qbuſ-
cunque laboraueras. Negotiatores tui ab adoleſcentia tua vnuſquiſque in via ſua errauerunt,
Non eſt qui ſaluet te.

¶Reprehenduntur Iudæi ob duritiã, dñs vult ſolus coli. Ca. XLVIII.

AVdite hæc domus Iacob, q vocamini nomine Iſrahel: & de aquis Iuda exiſtis. Qui iu A
ratis in nomine dñi, & dei Iſrahel recordamini, non in veritate, neque in iuſtitia. De ci
uitate enim ſancta vocati ſunt, & ſup deũ Iſrahel cõſtabiliti ſunt, dñs exercituũ nomẽ
eius. Priora extunc annuntiaui, & ex ore meo exierũt, & audita feci ea, repente ope
ratus ſum, & venerunt. Sciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea
prædixi tibi extunc, anteq̃ uenirent indicaui tibi, ne forte diceres. Idola mea fecerunt hæc, &
ſculptilia mea, & conflatilia mandauerunt iſta. Quæ audiſti, vide omnia, vos autem non annun
tiaſtis. Audita feci tibi noua extunc, & conſeruata ſunt quæ neſcis. Nunc creata ſunt, & non B
extunc, & ante diem, & nõ audiſti ea, ne forte dicas: Ecce ego cognoui ea. Neque audiuiſti, neque
cognouiſti, neque extunc aperta eſt auris tua. Scio enim quia præuaricans præuaricaberis, & trãſ-
greſſorem ex vtero vocaui te. Propter nomen meũ longe faciã furorem meum, & laude mea
infrenabo te, ne intereas. Ecce excoxi te, ſed non quaſi argentũ, elegi te in camino paupertatis
Propter me, propter me faciã, vt non blaſphemer, & gloriã meã alteri non dabo. Audi me Ia-
cob, & Iſrahel, quem ego voco. Ego ipſe, ego primus, & ego nouiſſimus. Manus quoque mea
fundauit terram, & dextera mea menſa eſt cœlos. Ego vocabo eos, & ſtabunt ſimul. Congre- C
Supra. 42. b gamini omnes vos, & audite. Quis de eis annuntiauit hæc? Dominus dilexit eum, faciet volun-
Supra. 41. b. 44. a tatem ſuam in Babylone, & brachium ſuũ in Chaldæis. Ego, ego locutus ſum, & vocaui eum,
Apoc. 1. d adduxi eum, & directa eſt via eius. Accedite ad me, & audite hæc. Non à principio in abſcon-
dito locutus ſum. Ex tẽpore anteq̃ fierent, ibi eram, & nunc dñs deus miſit me, & ſpiritus eius.
Hæc dicit dñs deus redemptor tuus, ſanctus Iſrahel. Ego dñs deus tuus, docens te vtilia, guber
nans te in via, qua ambulas. Vtinã attendiſſes mãdata mea. Facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, &
iuſtitia tua, ſicut gurgites maris. Et fuiſſet quaſi arena ſemẽ tuũ, & ſtirps vteri tui, vt lapilli eius,
Non interijſſet & non fuiſſet attritũ nomen eius à facie mea. Egredimini de Babylone, fugite à
Chaldæis, in voce exultationis annuntiate, auditum facite hoc, & afferte illud, vſque ad extrema
terræ. Dicite: Redemit dominus ſeruum ſuum Iacob. Non ſitierunt in deſerto, cum educeret
eos. Aquam de petra produxit eis, & ſcidit petram, & fluxerunt aquæ. Non eſt pax impijs,
Infra. 57. d dicit Dominus.

¶Christus ad ſe adducturus omnes gentes, eccleſiam alloquitur.
Caput XLIX.

Audite

A AVdite insulæ,& attēdite populi de longe.Dñs ab vtero vocauit me,de vētre matris
meæ recordatus est noīs mei.Et posuit os meū quasi gladiū acutū,in vmbra manus Heb. terram
suæ ptotexit me,& posuit me sicut sagittā * electā.In pharetra sua abscondit me,&
dixit mihi.Seruus meus es tu Israel,qa in te glorificabor.Et ego dixi.Inuacuū labo-
B raui,sine causa,& vane fortitudinē meā cōsumpsi.Ergo iudiciū meū cū dño,& opus meū cū
deo meo. Et nūc hæc dicit dñs,formās me ex vtero seruū sibi,vt reducā Iacob ad eū,& Israel
nō cōgregabit.Et glorificatus sum ī oculis dñi,& deus meus factus ē fortitudo mea.Et dixit.
Parū est,vt sis mihi seruus,ad suscitādas tribus Iacob,& fæces Israel cōuertēdas.Dedi te in lu- Sup. 42.b
cē gentiū,vt sis salus mea vsq ad extremū terræ. Hæc dicit dñs redēptor Israel,sanctus eius Act.13.g
C ad cōtemptibilē animā,ad abominatā gentē ad seruū dñorū,Reges videbūt,& cōsurgēt prin
cipes,& adorabūt propter dñm,qa fidelis est,& sanctū Israel,q elegit te. Hæc dicit dñs. In 2.Cor.6.a
tpe placito exaudiui te,& in die salutis auxiliatus sum tibi.Et seruaui te,& dedi te in fœdus po
puli,vt suscitares terrā,& possideres hæreditates dissipatas:vt diceres his q vincti sunt,exite:
D & his q in tenebris,reuelamini.Sup vias pascent,& in oībus*planis pascua eorū.Nō esurient, He.locis altis
neq sitiēt,& nō pcutiet eos æstus & sol,qa miserator eorū reget eos,& ad fontes aquarū po- Apo.7.d
tabit eos.Et ponā oēs mōtes meos in viā,& semitæ meæ exaltabunt.Ecce isti de lōge veniēt
& ecce illi ab aquilone,& mari,& isti de terra australi.Laudate cœli,& exulta terra,iubilate
2.4.6.c.ad mōtes laudē,qa cōsolatus est dñs populū suū,& pauperū suorū miserebit.Et dixit Sion. Dere
Romanos. liquit me dñs,& dñs oblitus ē mei.Nunqd obliuisci pt mulier infantē suū,vt nō misereat filio
E vteri sui?Et si illa oblita fuerit,ego tñ nō obliuiscar tui.Ecce ī manibus meis descripsi te,muri
tui corā oculis meis sp.*Venerūt structores tui,destruētes te,& dissipātes à te exibūt.Leua in Inf.60.a He.Festina-
circūitu oculos tuos,& vide,oēs isti cōgregati sunt,venerūt tibi.Viuo ego dicit dñs,qa oībus uerūt filii tui
his velut ornamēto vestieris,& circūdabis tibi eos,quasi sponsa.Quia deserta tua,& solitudi-
F nes tuæ,& terra ruinæ tuæ,nunc angusta erunt præ habitatoribus,& longe fugabunt qui ab
sorbebant te adhuc dicent in auribus tuis,filij sterilitatis tuæ.Angustus est mihi locus,fac spa
ciū mihi,vt habitē.Et dices in corde tuo.Quis genuit mihi istos?Ego sterilis,& non pariens
transmigrata,& captiua,& istos quis enutriuit?Ego destituta,& sola,& isti vbi hic erant?
Hæc dicit dñs deus.Ecce leuabo ad gētes manū meā,& ad populos exaltabo signū meum.Et
G afferēt filios tuos in vlnis,& filias tuas sup humeros portabunt.Et erunt reges nutricij tui,&
reginæ nutrices tuæ.Vultu in terrā demisso adorabunt te,& puluerē pedū tuorū lingent.Et
scies qa ego dñs,sup quo nō cōfundent qui expectāt eū.Nunqd tollet à forti præda,aut quod
captū fuerit à robusto saluū esse poterit?Quia hæc dicit dñs.Equidē & captiuitas a forti tollet
& quod ablatum fuerit a robusto,saluabit.Eos vero q iudicauerunt te,ego iudicabo,& filios
tuos ego saluabo.Et cibabo hostes tuos carnibus suis,& quasi musto,sanguine suo inebriabū
tur.Et sciet omnis caro,quia ego dñs saluans te,& redemptor tuus fortis Iacob.

¶De Iudææ reprobatione,& Christi passione. Cap. L.

A HAec dicit dñs:Quis est hic liber repudij mrīs vestræ?q dimisi eā?aut qs est creditor
meus,cui vēdidi vos?Ecce enī in iniqtatibus vestris vēditi estis,& ī sceleribus vrīs Osee.4
dimisi matrē vestrā,qa veni,& nō erat vir:vocaui,& nō erat q audiret. Nunqd ab-
breuiata,& paruula facta ē manus mea,vt nō possim redimere?aut nō est in me vir- Inf.59.a
B tus ad liberādū?Ecce in icrepatiōe mea desertū faciā mare,ponā flumina ī siccū.Cōputrescēt
pisces sine aqua,& morient in siti.Induā cœlos tenebris,& saccū ponā operimētū eorū.Dñs
dedit mihi linguā eruditā,vt*sciā sustētare eū,q lassus est verbo.Erigit mane,mane erigit mi He.loquar in
C hi aurē,vt audiā q̄si magistrū.Dñs deus apuit mihi aurē,ego aūt nō cōtradico,retrorsum nō tpe ei,&c.
abij.Corpus meū dedi pcutiētibus,& genas meas vellētibus.Faciē meā nō auerti ab increpā Matt.26.g
tibus,& cōspuētibus ī me.Dñs deus auxiliator meus,& ideo nō sum cōfusus.Ideo posui faciē
meā,vt petrā durissimā,& scio qm̄ nō cōfundar.Iuxta est q iustificat me.Quis cōtradicet mi
D hi?Stemus simul.Quis ē aduersarius meus?Accedat ad me,ecce dñs de⁹ auxiliator me⁹.Quis
est q cōdēnet me?ecce oēs q̄si vestimētū cōterent,& tinea comedet eos.Quis ex vobis timēs
dñm,audiēs vocē serui sui?Quis ambulauit ī tenebris,& nō est lumē ei?Speret in noīe dñi,& Psal.30.d
innitat sup deū suū.Ecce vos oēs accēdētes ignē,accincti flāmis.Ambulate ī lumine ignis ve
stri,& in flāmis quas succēdistis,de manu mea factū est hoc vobis.In doloribus dormietis.

¶Reprobatis Iudæis,vocat dñs populū,cui gloriosam promittit ecclesiā,&c. Cap. LI.

A AVdite me,q sequimini quod iustū est,& quæritis dñm:Attēdite ad petrā,vnde exci
si estis,& ad cauernā laci,de qua pcisi estis.Attendite ad Abrahā patrē vestrū,& ad
Saram q peperit vos.Quia vnū vocaui eū,& benedixi ei,& multiplicaui eū.Cōso-
labit ergo dñs Sion,& cōsolabitur oēs ruinas eius.Et ponet desertū eius quasi deli-
tias,& solitudinē eius quasi hortum dñi.Gaudium & lætitia inueniet in ea,gratiarū actio,&
vox laudis.Attendite ad me popule meus,& tribus mea me audite.Quia lex a me exiet,& iu Heb.quiescere faciam
B diciū meū in lucē populorū * requiescet.Prope est iustus meus,egressus est saluator meus,&

brachia mea populos iudicabũt. Me insulæ expectabũt,& brachiũ meũ sustinebũt. Leuate in
cœlũ oculos vestros,& videte sub terra deorsum, q̃a cœli sicut fumus liquescẽt,& terra sicut
vestimẽtũ atteret,& habitatores eius sicut hæc interibũt. Salus aũt mea in sempiternũ erit,&
iustitia mea nõ deficiet. Audite me q̃ scitis iustũ, populus meus, lex mea in corde eoꝝ. No- C
lite timere opprobriũ hoĩm,& blasphemias eoꝝ ne metuatis. Sicut eñ vestimẽtũ, sic come-
det eos vermis,& sicut lanã, sic deuorabit eos tinea. Salus aũt mea in sempiternũ erit,& iusti-
Inf. 52.a tia mea in generatiões generationũ. Cõsurge, cõsurge, induere fortitudinẽ brachiũ dñi. Cõ
surge sicut in diebus antiquis, in generationibus seculoꝝ. Nunq̃d non tu percussisti superbũ?
Sup. 35.d vulnerasti dracone? Nunq̃d nõ tu siccasti mare? aquã abyssi vehemẽtis? Qui posuisti profun- D
dũ maris viã, vt transirẽt liberati. Et nunc q̃ redẽpti sunt à dño, reuertent,& venient in Sion
laudãtes,& lætitia sempiterna sup capita eoꝝ. Gaudiũ & lætitiã tenebunt, fugiet dolor & ge
mitus. Ego, ego ipse cõsolabor vos. Quis tu, vt timeas ab hoĩe mortali,& à filio hoĩs, q̃ quasi E
fœnũ, ita arescet,& oblitus es dñi factoris tui? Qui tetẽdit cœlos,& fundauit terrã,& formi-
dasti iugiter tota die à facie furoris eius, q̃ te tribulabat,& parauerat ad perdendũ. Vbi nũc est
he. morietur furor tribulãtis? Cito veniet gradiẽs ad aperiendũ,& nõ* interficiet vsq; ad internitionẽ, nec
in fouea, nec deficiet panis eius. Ego aũt sum dñs deus tuus, q̃ cõturbo mare,& intumescũt fluctus eius: Dñs
defi. &c. exercituũ nomẽ meũ. Posui verba mea in ore tuo,& in vmbra manus meæ protexi te, vt plã F
he. fæcẽ cali- tes cœlos,& fundes terrã,& dicas ad Sion, populus meus es tu. Eleuare, eleuare, consurge
cis tremoris Hierusalẽ, q̃ bibisti de manu dñi calicẽ iræ eius* vsq; ad fundũ calicis soporis bibisti,& pota-
bibisti, expo- sti vsq; ad fæces. Nõ est q̃ sustẽtet eã ex oĩbus filijs quos genuit,& nõ est q̃ apprehendat ma-
tasti non est nũ eius ex oĩbus filijs q̃s enutriuit. Duo sunt q̃ occurrerũt tibi. Quis cõtristabit sup te? Vasti- G
&c. tas,& cõtritio,& fames,& gladius. Quis cõsolabit te? Filij tui proiecti sunt, dormierũt in ca-
pite oĩm viaꝝ, sicut oryx illaqueatus, pleni indignatiõe dñi, increpatiõe dei tui. Idcirco audi
hæc paupercula,& ebria non à vino. Hæc dicit dominator tuus, dñs & deus tuus, q̃ pugnauit
pro populo suo. Ecce tuli de manu tua calicẽ soporis, fundũ calicis indignationis meæ. Non
adijcies vt bibas illũ vltra. Et ponã illũ in manu eoꝝ qui te humiliauerũt,& dixerunt animæ
tuæ, incuruare, vt transeamus,& posuisti vt terrã corpus tuum,& quasi viam transeuntibus.

¶ Excitatur ecclesia ad virtutes: Laudantur apostolici prædicatores, describi-
tur Christi humilitas. Cap. LII.

Sup. 51.c CONsurge, consurge, induere fortitudine tua Sion. Induere vestimentis gloriæ tuæ A
Hierusalẽ, ciuitas sancti, q̃a nõ adijciet vltra, vt pertrãseat per te incircũcisus,& im
mundus. Excutere de puluere, consurge, sede Hierusalẽ. Solue vincula colli tui, ca-
ptiua filia Sion, q̃a hæc dicit dñs. Gratis venũdati estis,& sine argẽto redimemini.
Quia hæc dicit dñs deus. In Aegyptũ descẽdit populus meus in principio, vt colonus esset ibi B
& Assur absq; vlla causa calũniatus est eũ. Et nunc quid mihi est hic, dicit dñs? Qm̃ ablatus est
populus meus gratis. Dominatores eius inique agunt, dicit dñs,& iugiter tota die nomẽ meũ
blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomẽ meũ in die illa, q̃a ego ipse q̃ loquebar, ec
Naum. 1.c ce adsum. Quàm pulchri sup montes pedes annuntiantis & prædicãtis pacẽ, annuntiantis C
Roma. 10.c bonũ, pdicantis salutẽ, dicẽtis Sion, regnabit deus tuus. Vox speculatoꝝ tuoꝝ leuauerunt vo 93. distin. ca. diaconi.
Sup. 49.d cẽ, simul laudabũt, q̃a oculo ad oculũ videbunt, cũ cõuerterit dñs Sion. Gaudete & laudate si- 8. q. 1. c. olim
Psal. 97.a mul deserta Hierusalẽ, q̃a consolatus est dñs populũ suũ, redemit Hierusalẽ. Parauit dñs bra-
2. Cor. 6.d chiũ sanctũ suũ, in oculis omniũ gentiũ,& videbunt oẽs fines terræ salutare dei nostri. Re- D
cedite, recedite, exite inde, pollutũ nolite tangere. Exite de medio eius, mundamini qui fertis 45. dist. c. re-
vasa dñi. Qm̃ non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis. Præcedet eñ vos dñs,& con cedite. 21. q.
gregabit vos deus Israel. Ecce intelliget seruus meus,& exaltabitur,& eleuabitur,& sublimis 4. ca. ecce.&
erit valde. Sicut obstupuerunt sup te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius,& for- ca. recedite. 1.
ma eius inter filios hominũ. Iste asperget gentes multas, sup ipsum cõtinebunt reges os suum q. 1. c. nostre
Roma. 15.c Quia quibus non est narratum de eo, viderunt,& qui non audierunt, contemplati sunt.

¶ Apertissime prædicit Christi passionem. Cap. LIII.

Iohan. 12.f QVis credidit auditui nostro? & brachiũ dñi, cui reuelatũ est? Et ascẽdet sicut virgul A
Rom. 10.c tũ corã eo,& sicut radix de terra sitienti. Nõ est species ei, neq; decor. Et vidimus
Matth. 8.b eũ,& nõ erat aspectus,& desiderauimus eũ despectũ,& nouissimũ viroꝝ. Viꝝ do-
1. Pet. 2.d loꝝ,& * scientẽ infirmitatẽ. Et quasi abscõditus vultus eius,& despectus, vnde
heb. expertũ nec reputauimus eũ. Vere languores nostros ipse tulit,& dolores nr̃os ipse portauit. Et nos B
reputauimus eũ quasi leprosum,& pcussum à deo,& humiliatũ. Ipse aũt vulneratus est pro- De cons. dist. 2. c. Manife.
pter iniquitates nr̃as, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nr̃æ sup eũ,& liuore
eius sanati sumus. Oẽs nos quasi oues errauimus, vnusq̃sq; in viã suã declinauit,& posuit dñs
in eo iniquitatẽ oĩm nostrũ. * Oblatus est q̃a ipse voluit,& nõ aperuit os suũ. Sicut ouis ad oc
he. Mulctatus cisionẽ ducet,& q̃si agnus corã tõdẽte se obmutescet,& nõ apiet os suũ. De angustia,& de iu- C
est & afflict' dicio sublatus est. Generationẽ eius q̃s enarrabit? Quia abscisus est de terra viuẽtiũ. Propter
& nõ, &c.

scelus

D scelus populi mei pcussi eũ. Et dabit ĩpios pro sepultura, & diuites pro morte sua, eo ꝙ iniqta 1.pet.2.d
tẽ nõ fecerit, neq; dolus fuerit ĩ ore eius, & dñs voluit cõterere eũ in ĩfirmitate. Si posuerit ꝓ
pc̃tõ animã suã, videbit semẽ lõgæuũ, & volũtas dñi in manu eius diriget. Pro eo ꝙ laborauit
aĩa eius, videbit, & saturabit. In scia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniqtates
eoꝝ ipse portabit. Ideo disptiã ei plurimos & fortiũ diuidet spolia, pro eo ꝙ tradidit ĩ mortẽ Mar.15.d
aĩam suã, & cũ sceleratis reputatus ẽ. Et ipse pc̃tã multoꝝ tulit, & ꝓ trãsgressoribus rogauit. Luc.22.d

¶De Iudæorum & gentium vocatione. Cap. LIIII.

A LAuda sterilis q̃ nõ paris, decãta laudẽ, & hinni, q̃ nõ pariebas, qm̃ multi filij desertæ, Sup.1.c
magis q̃ eius q̃ habebat virũ, dicit dñs. Dilata locũ tẽtorij tui, & pelles tabernaculoꝝ Luc.22.d
tuoꝝ extẽde. Ne parcas, lõgos fac funiculos tuos, & clauos tuos cõsolida. Ad dexte- Gal.4.d
rã eñ, & ad leuã penetrabis, & semẽ tuũ gẽtes hæreditabit, & ciuitates desertas inha
B bitabit. Noli timere qa nõ cõfunderis, neq; erubesces. Nõ eñ te pudebit, qa cõfusiõis adoles-
cẽtiæ tuæ obliuisceris, & opprobrij viduitatis tuæ nõ recordaberis amplius. Quia dñabit tui,
q fecit te, Dñs exercituũ nomẽ eius, & redẽptor tuus sanctus Israel, deus oĩs terræ vocabitur.
Quia vt mulierẽ derelictã, & mœrentẽ spũ, vocauit te dñs, & vxorẽ ab adolescentia abiectã.
Dixit deus tuus. Ad punctũ in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis cõgregabo
C te. In momento indignationis abscondi faciẽ meã parumper à te, & in misericordia sempi- Gene.9.b
terna misertus sum tui. Dixit redẽptor tuus dñs. Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui iuraui
ne inducerẽ aquas diluuij vltra supra terrã, sic iuraui, vt nõ irascar tibi, & nõ increpẽ te. Mon-
tes eñ cõmouebunt, & colles cõtremiscẽt. Misericordia aũt mea nõ recedet à te, & fœdus pa
cis meæ nõ mouebit. Dixit miserator tuus dñs. Paupercula, tempestate cõuulsa, absq; vlla cõ-
solatiõe, ecce ego sternã per ordinẽ lapides tuos, & fundabo te in saphyris, & ponã iaspidem
D propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & oẽs terminos tuos in lapides desidera
biles. Vniuersos filios tuos doctos à dño, & multitudinẽ pacis filijs tuis, & in iustitia fundabe
ris. Recede procul à calũnia, qa nõ timebis, & a pauore, qa nõ appropinquabit tibi. Ecce ac-
cola veniet, q nõ erat mecũ, aduena quondã tuus adiũget tibi. Ecce ego creaui fabrũ sufflantẽ
in igne prunas, & proferentẽ vas in opus suum, & ego creaui interfectorẽ ad disperdendum.
Omne vas quod fictũ est, contra te non dirigetur, & omnẽ linguã resistentem tibi, in iudicio
iudicabis. Hæc est hæreditas seruoꝝ dñi, & iustitia eoꝝ apud me, dicit dominus.

¶De baptismo, & populo Christiano, de verbo dei, nõ redeunte vacuo. Cap. LV.

A OMnes sitiẽtes, venite ad aquas, & q nõ habetis argẽtũ, propate, emite, & comedite. Apo.22.d
Venite, emite absq; argẽto, & absq; vlla cõmutatiõe, vinũ & lac. Quare appenditis
argẽtũ, nõ in panibus, & laborẽ vestrũ nõ in saturitate? Audite audiẽtes me, & co-
medite bonũ, & delectabit in crassitudine aĩa vestra. Inclinate aurẽ vestrã, & veni-
B te ad me, audite, & viuet aĩa vr̃a. Et feriã vobiscũ pactũ sempiternũ, miscdias Dauid fideles.
Ecce testẽ populis dedi eũ, ducẽ, ac p̃ceptorẽ gentibus. Ecce gentẽ quã nesciebas, vocabis, &
de pe. dis.1. gẽtes q̃ te nõ cognouerũt, ad te currẽt, propter dñm deũ tuũ, & sanctũ Israel, qa glorificauit te
c. his autẽ Quærite dñm, dũ inueniri pt: inuocate eũ, dũ prope est. Derelinquat impius viã suã, & vir ini
temporibus. C quus cogitatiões suas, & reuertat ad dñm, & miserebit eius, & ad deũ nostrũ, qm̃ multus est ad
ignoscẽdũ. Nõ eñ cogitatiões meæ, cogitatiões vestræ, neq; viæ meæ, viæ vestræ, dicit dñs.
Quia sicut exaltant cœli a terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ a vijs vestris, & cogitatiões meæ a
cogitatiõibus vestris. Et qũo descẽdit imber, & nix de cœlo, & illuc vltra nõ reuertit, sed ine-
briat terrã, & infundit eã, & germinare eã facit, & dat semẽ serẽti, & panem comedẽti, sic erit
D verbũ meũ, q̃d egrediet de ore meo, nõ reuertet ad me vacuũ, sed faciet q̃cunq; volui, & pro-
sperabit in his, ad q̃ misi illud. Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini. Montes &
colles cãtabunt corã vobis laudẽ, & oĩa ligna regionis plaudẽt manu. Pro saliuncula ascẽdet
abies, & pro vrtica crescet myrtus. Et erit dñs nominatus in signũ æternũ, q̃d non auferetur.

¶De sabbato custodiendo, & pastoribus deuorantibus populum. Cap. LVI.

A HAec dicit dñs: Custodite iudiciũ, & facite iustitiã, qa iuxta ẽ salus mea, vt veniat, & iu
stitia mea, vt reuelet. Beatus vir q facit hoc, & filius hoĩs q apprehẽdet istud. Custo-
diẽs sabbatũ, ne polluat illud, custodiẽs manus suas, ne faciat oẽ malũ. Et nõ dicat fi-
lius aduenæ, q adhæret dño, dicẽs: Separatiõe diuidet me dñs a pp̃lo suo. Et nõ dicat
B eunuchus, Ecce ego lignũ aridũ, Quia hęc dicit dñs eunuchis. Qui custodierint sabbata mea,
& elegerint q̃ ego volui, & tenuerint fœdus meũ, dabo eis ĩ domo mea, & ĩ muris meis locũ, Sup.2.d
& nomẽ melius, a filijs & filiabꝰ. Nomẽ sempiternũ dabo eis, & q̃d nõ pibit. Et filios aduenæ, Supr.29
q adhærẽt dño, vt colãt eũ, & diligãt nomẽ eius, vt sint ei ĩ seruos, oẽm custodiẽtẽ sabbatũ ne Marc.11.b
C polluat & tenẽtẽ fœdus meũ, adducã eos in montẽ sanctũ meũ, & lætificabo eos ĩ domo ora- Matt.21.a
tiõis meæ. Holocausta & victimę eoꝝ placebũt mihi, sup altari meo, qa domus mea, domus Luc.19.g
ee. dist. ca.1. orõnis vocabit cũctis populis, ait dñs deus, q cõgregat dispsos Israel, adhuc cõgregabo ad eũ
1. q.1.ca. salua cõgregatiões eius. Oẽs bestiæ agri venite ad deuorãdũ vniuersæ bestiæ saltus. Speculatores
tor.16. q.7.c.

He. dormitã tes, iacentes, amãtes, &c. He. a fine ei⁹ venit, &c.

eius cæci oẽs, nescierunt vniuersi, canes muti, nõ valẽtes latrare,* vidẽtes vana, dormiẽtes, & amãtes somnia, & canes impudẽtissimi nescierũt saturitatẽ. Ipsi pastores ignorauerũt intelligentiã. Oẽs in viã suã declinauerũt, vnusquisq; ad auaritiã suã,* à summo vsq; ad nouissimũ; venite sumamus vinũ, & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius.

& hæc dictum. 43. dist. ca. nœte. 6. a Sup. 2. b

¶Increpantur Iudæi ob illusionem Christo factam. Cap. LVII.

IVstus perit, & nõ est qui recogitet in corde suo, & viri misericordiæ colligunt, qa nõ est qui intelligat. A facie eñ malitię collectus est iustus. Veniat pax, requiescat in cubili suo q ambulauit in directione sua. Vos aũt accedite huc filij auguratricis, semen adulteræ & fornicariæ. Super quẽ lusistis? Super quẽ dilatastis os, & eiecistis linguã? Nunqd nõ vos filij scelesti, semen mẽdax?* Qui cõsolamini in dijs, subter omne lignũ frondosum, immolantes paruulos in torrẽtibus, subter eminẽtes petras.* In partibus torrẽtis pars tua, hæc est sors tua. Et ipsis effudisti libamẽ, obtulisti sacrificiũ. Nunqd sup his nõ indignabor? Super montẽ excelsum & sublimẽ posuisti cubile tuũ, & illuc ascẽdisti, vt immolares hostias. Et post ostiũ, & retro postẽ posuisti memoriale tuũ, qa iuxta me discooperuisti & suscepisti adulterũ. Dilatasti cubile tuũ, & pepigisti cũ eis fœdus. Dilexisti stratũ eorũ* manu aperta, & ornasti te regio vnguento, & multiplicasti pigmẽta tua. Misisti legatos tuos procul, & humiliata es vsq; ad inferos. In multitudine viæ tuæ laborasti, nec dixisti: quiescam. Vitã manus tuæ inuenisti, propterea nõ rogasti. Pro quo solicita timuisti, qa mẽtita es, & mei nõ es recordata, neq; cogitasti in corde tuo, qa ego tacẽs, & quasi nõ vidẽs, & mei oblita es. Ego aũt annũtiabo iustitiã tuã, & opa tua nõ proderũt tibi, cũ clamaueris, liberẽt te cõgregati tui, & oẽs eos auferet ventus, tollet aura. Qui aũt fiduciã habet mei, hæreditabit terrã, & possidebit montẽ sanctũ meũ & dicã: Viã facite, prębete iter, declinate à semita, auferte offendicula de via populi mei. Quia hęc dicit dñs excelsus, & sublimis, habitãs æternitatẽ, & sanctũ nomẽ eius, in excelso, & in sancto habitãs, & cũ cõtrito, & humili spũ, vt viuificet spm̃ humiliũ, & viuificet cor cõtritorum Nõ eñ in sempiternũ litigabo, neq; vsq; ad finẽ irascar, qa spũs à facie mea egredieẽ, & flatus ego faciã. Propter iniquitatẽ auaritiæ eius iratus sum, & pcussi eũ. Abscondi à te faciẽ meã, & indignatus sum. Et abijt vagus in via cordis sui. Vias eius vidi, & sanaui eũ, & reduxi eũ, & reddidi cõsolationes ipsi, & lugentibus eius. Creaui fructũ labiorũ pacẽ, pacẽ ei qui longe est, & qui prope, dixit dñs, & sanaui eũ. Impij aũt quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundãt fluctus eius in cõculcationẽ & lutum. Non est pax impijs, dicit dñs deus.

He Calefacti in quercubus subter, &c. He. in lenib⁹ petris torrentis. Hebr. in loco quẽ vidisti. Munera obtulisti regi in vnguẽ, &c. Sup. 48. d

A B C D

de pe. dist. ca. talis.

¶Inuehit in hypocritica ieiunia. Cap. LVIII.

CLama, ne cesses, quasi tuba exalta vocẽ tuã, & annuntia populo meo scelera eorũ, & domui Iacob peccata eorũ. Me eteñ de die in diẽ quærunt, & scire vias meas volũt quasi gens quæ iustitiã fecerit, & quæ iudiciũ dei sui nõ dereliquerit. Rogãt me iudicia iustitiæ, & appropinquare deo volũt. Quare ieiunauimus, & nõ aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenitur volũtas vestra, & oẽs debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & ad cõtentiões ieiunatis, & pcutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hanc diẽ, vt audiaẽ in excelso clamor vester. Nunqd tale est ieiuniũ qd elegi? p diẽ affligere hominẽ animã suã? Nunqd cõtorquere quasi circulũ caput suũ, & saccũ, & cinerẽ sternere? Nunqd istud vocabis ieiuniũ, & diẽ acceptabilẽ dño? Nõne hoc est magis ieiuniũ qd elegi? Dissolue cogitatiões impietatis, solue fasciculos deprimẽtes. Dimitte eos q cõfracti sunt, liberos, & omne opus dirũpe, Frange esuriẽti panẽ tuũ, & egenos vagosq; induc in domũ tuã. Cũ videris nudũ, operi eũ, & carnẽ tuã ne despexeris. Tũc erũpet qsi mane lumẽ tuũ, & sanitas tua citius orieẽ. Et anteibit faciẽ tuã iustitia tua, & gloria dñi colliget te Tunc inuocabis, & dñs exaudiet te, clamabis: & dicet, ecce adsum, qa misericors sum, dñs deus tuus. Si abstuleris de medio tui catenã, & desieris extendere digitũ, & loqui quod nõ prodest, cũ effuderis esurienti animã tuã, & animã afflictã repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies, Et requiem tibi dabit dñs deus tuus semper, & implebit *splẽdoribus animã tuã, & ossa tua liberabit, Et eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarũ cuius non deficient aquæ, Et ædificabunẽ in die deserta seculorũ, fundamenta generatiõis, & generationis suscitabis. Et vocaberis ædificator sepium, auertẽs semitas iniquitatum, Si auerteris sabbato pedẽ tuum, facere voluntatẽ tuã in die sancto meo, & vocaberis sabbatũ delicatũ, & sanctũ dñi gloriosum, & glorificaueris eum dum nõ facias vias tuas, & nõ inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem, tunc delectaberis super dño, & sustollã te super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui, os eñ dñi locutum est.

A B C D

43. dist. ca. 8 rector. 17. q. 4. ca. no[illegible]. 12. q. 2. ca. n[illegible]. Heb. in siti

¶Dominus ad saluandum potens, ad audiendum facilis. Cap. LIX.

ECce nõ est abbreuiata man⁹ dñi, vt saluare nequeat, neq; aggrauata ẽ auris eius, vt nõ exaudiat, sed iniqtates vestræ diuiserũt inter vos & deũ vestrũ, & peccata vestra absconderũt faciẽ eius à vobis, ne exaudiret. Manus eñ vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniqtate, Labia vestra locuta sunt mendaciũ, & lingua vestra iniquitatem fatetur.

A

Supr. 50. a Nume. 11. c Sup. 1. d Iob. 35. d

fatur. Nõ est q inuocet iustitiã, neq; est q iudicet vere, sed cõfidũt in nihili, & loquunt vanita-
B tes. Cõceperũt laborẽ, & pepererũt iniquitatẽ. Oua aspidũ ruperũt, & telas araneæ texuerũt.
Qui comederit de ouis eorũ, morief, & qd cõfotũ est, erũpet in regulũ. Telæ eorũ nõ erunt in
vestimẽtũ, neq; operient operibus suis. Opa eorũ, opa inutilia, & opus iniqtatis in manib' eorũ. Pro.1.d
Pedes eorũ ad malũ currũt, & festinãt, vt effundãt sanguinẽ innocẽtẽ. Cogitatiões eorũ cogi-
tatiões inutiles. Vastitas & cõtritio in vijs eorũ, Viã pacis nescierũt, & nõ est iudiciũ in *gressi Heb.viis
bus eorũ. Semitæ eorũ incuruatæ sunt eis, oĩs q calcat in eis, ignorat pacẽ. Propter hoc elõga-
tũ est iudiciũ à nobis, & nõ apprehẽdet nos iustitia. Expectauimus lucẽ, & ecce tenebræ, splẽ
dorẽ, & in tenebris ambulauimus. Palpauimus sicut cæci parietẽ, & q̃si absq; oculis attrectaui
C mus. Impegimus meridie q̃si in tenebris, in caliginosis quasi mortui. Rugiemus q̃si vrsi oẽs, &
quasi colũbæ meditãtes, gememus. Expectauimus iudiciũ, & nõ est, salutẽ, & elõgata est ã no
bis. Multiplicatæ sunt enĩ iniqtates nostræ corã te, & pctã nr̃a respõderunt nobis. Quia sce-
lera nr̃a nobiscũ, & iniquitates nr̃as cognouimus, peccare & mẽtiri cõtra dñm, & auersi sum'
ne iremus post tergũ dei nostri, vt loqueremur calũniã & transgressionẽ. Cõcepimus, & locu
ti sumus de corde verba mẽdacij, & couersum ẽ retorsum iudiciũ, & iustitia longe stetit. Quia
corruit in platea veritas, & æquitas nõ potuit ingredi, Et facta est veritas in obliuiõe, & q re-
D cessit à malo, prædæ patuit. Et vidit dñs, & malũ apparuit in oculis eius, qa non est iudiciũ. Et
vidit deus qa nõ est vir, & aporiatus est, qa nõ est q occurrat. Et saluabit sibi brachiũ suũ, & iu
stitia eius ipsa cõfirmauit eũ. Indutus est iustitia vt lorica, & galea salutis in capite eius. Indu- Ephe.6.c
tus est vestimẽtis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli, sicut ad vindictã quasi ad retributio- 1 Thessa.5.b
nẽ indignatiõis hostibus suis, & vicissitudinẽ inimicis suis, Insulis vicẽ reddet, & timebunt q
ab occidẽte, nomẽ dñi, & qui ab ortu solis, gloriã eius. Cũ venerit quasi fluuius violẽtus quem
spũs dñi *cogit, & venerit Sion redemptor, & eis q redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit dñs. He.leuauerit
Hoc fœdus meũ cũ eis, dicit dñs. Spũs meus q est in te, & verba mea q̃ posui in ore tuo, non re
cedent de ore tuo, & de ore seminis tui, dicit dñs, amodo, & vsq; in sempiternum.

¶ Primitiuæ, præsentis, & futuræ ecclesiæ, conditio. Cap. LX.

A SVrge, illuminare *Hierusalẽ, qa venit lumẽ tuũ, & gloria dñi sup te orta est. Quia ecce In heb. nõ ha
tenebræ operiẽt terrã, & caligo pplos: sup te aũt orief dñs, & gloria eius in te videbif. bet Hierusa.
Et ambulabũt gẽtes in lumine tuo, & reges in splẽdore ortus tui. Leua in circuitu ocu
los tuos, & vide, oẽs isti cõgregati sunt, venerũt tibi, Filij tui de lõge veniẽt, & filię tuę Sup.49.e
*de latere surgẽt. Tũc videbis, & afflues, & mirabif, & dilatabif cor tuũ, qñ cõuersa fuerit ad tẽ Mat.8.a
B multitudo maris, fortitudo gẽtiũ venerit tibi. Inundatio camelorũ operiet te, dromedarij Ma Heb. ad latus nutrientur. &
dian & Epha. Oẽs de Saba veniẽt, aurũ & thus deferẽtes, & laudẽ dño annuntiãtes. Omne pe quidã hic legũt, lac sugẽt
cus Cedar cõgregabif tibi, arietes in Nabaioth ministrabũt tibi. Offerent sup placabili altari
meo, & domũ maiestatis meæ glorificabo. Qui sunt isti q vt nubes volãt, & quasi colũbæ ad
fenestras suas? Me enĩ insulæ expectãt, & naues maris in principio, vt adducã filios tuos de lõ
ge. Argẽtũ eorũ, & aurũ eorũ cum eis, nomini dñi dei tui, & sancto Israel, qa glorificauit te. Et
C ædificabunt filij peregrinorũ muros tuos, & reges eorũ ministrabunt tibi. In indignatiõe enĩ
mea pcussi te, & in recõciliatione mea misertus sum tui, Et aperient portæ tuæ iugiter, die ac
nocte nõ claudenf, vt afferaf ad te fortitudo gẽtiũ, & reges earũ adducanf. Gens enĩ & regnũ Apo.21.g
qd nõ seruierit tibi, peribit, & gẽtes solitudine vastabunf. Gloria Libani ad te veniet, abies, &
buxus, & pinus simul ad ornãdũ locũ sanctificatiõis meæ, & locũ pedũ meorũ glorificabo. Et Apo.3.b
veniet ad te curui, filij eorũ, q humiliauerũt te, & adorabũt vestigia pedũ tuorũ, oẽs q detrahe
bant tibi, & vocabũt te ciuitatẽ dñi Sion, sancti Israel, Pro eo q fuisti derelicta, & odio habi-
D ta, & nõ erat q per te trãsiret, ponã te in supbiã seculorũ, & gaudiũ in generationẽ & genera-
tionẽ. Et suges lac gẽtiũ, & mamilla regum lactaberis, Et scies qa ego dñs, saluãs te, & redem
ptor tuus, fortis Iacob, Pro ære afferã aurũ, & pro ferro afferã argentũ, & pro lignis æs, & pro
lapidibus ferrũ, Et ponã visitationẽ tuã pacẽ, & ppositos tuos iustitiã, Nõ audief vltra ĩ terra
iniqtas tua, vastitas, & cõtritio in terminis tuis, & occupabit salus muros tuos, & portas tuas
laudatio. Nõ erit tibi ãplius sol ad lucẽdũ p diẽ, nec splẽdor lunæ illũinabit te, sed erit tibi dñs
in lucẽ sempiternã, & deus tuus ĩ gloriã tuã, Nõ occidet vltra sol tuus, & luna tua nõ *minuef, Sup.17.a Heb. deficiet
qa dñs erit tibi in lucẽ sempiternã, & cõplebunf dies luctus tui. Populus aũt tuus, oẽs iusti, in
ppetuũ hæreditabũt terrã germẽ plãtatiõis meæ, opus manus meę, ad glorificãdũ: Minimus
erit in mille, & paruulus in gentẽ fortissimã, Ego dñs, in tẽpore eius subito faciã istud.

¶ Vnctio, missio, & prædicatio Christi. Cap. LXI.

A SPiritus dñi sup me, eo q vnxerit me, Ad annũtiandũ mãsuetis misit me, vt mederer cõ Luc.4.c
tritos corde, & pdicare captiuis indulgẽtiã, & clausis apertionẽ, vt pdicarẽ annũ placa
bilẽ dño, & diẽ vltionis deo nr̃o, vt cõsolarer oẽs lugẽtes, vt ponerẽ fortitudinẽ lugẽ-
tibus Sion, & darẽ eis coronã pro cinere: oleũ gaudij pro luctu, pallium laudis pro spũ
mœroris, Et vocabunf in ea fortes iustitiæ, plãtatio dñi ad glorificãdũ, Et ædificabũt deserta

à ſeculo,& ruinas antiquas erigẽt,& inſtaurabũt ciuitates deſertas,& diſſipatas, in generatio- B
nẽ & generationẽ,& ſtabũt alieni,& paſcẽt pecora veſtra,& filij peregrinoꝝ agricolæ,& vi-
nitores veſtri erũt. Vos aũt ſacerdotes dñi vocabimini,miniſtri dei nr̃i dicẽt vobis. Fortitudi
nẽ gẽtiũ comedetis,& in gloria eoꝝ ſupbietis. Pro cõfuſiõe veſtra duplici,& rubore, lauda- C
bũt partẽ eoꝝ. Propter hoc in terra ſua duplicia poſſidebũt,lætitia ſempiterna erit eis,Quia de cõf.Æ.a
ego dñs diligẽs iudiciũ,& odio habẽs rapinã in holocauſtũ,Et dabo opus eoꝝ in veritate,& ta.non me-
fœdus ꝑpetuũ feriã.Et ſciẽt in gẽtibus ſemẽ eoꝝ,& germẽ eoꝝ in medio populoꝝ.Oẽs q vi diocriter.
derint eos,cognoſcẽt illos,qa iſti ſunt ſemẽ cui bñdixit dñs.Gaudẽs gaudebo in dño,& exul D
tabit aĩa mea ĩ deo meo,Qui induit me veſtimẽtis ſalutis,& indumẽto iuſtitiæ circũdedit me
q̃ſi ſpõſum decoratũ corona,& q̃ſi ſponſam ornatã monilibus ſuis,Sicut eñ terra profert ger
mẽ ſuũ,& ſicut hortus ſemẽ ſuũ germinat,ſic dñs deus germinabit iuſtitiã,& laudẽ corã vni-

¶Prænuntiat aduentum Chriſti. Cap. LXII. (uerſis gentibus.

PRopter Sion nõ tacebo,& propter Hieruſalẽ nõ quieſcã,donec egrediaẽ vt ſplendor A
iuſtus eius,& ſaluator eius,& lãpas accendaẽ. Et videbunt gentes iuſtũ tuũ,& cuncti
reges inclytũ tuũ. Et vocabiẽ tibi nomẽ nouũ,q̃d os dñi noĩauit,Et eris corona glo-
riæ in manu dñi,& diadema regni in manu dei tui,Non vocaberis vltra derelicta,&
terra tua nõ vocabitur amplius deſolata,Sed vocaberis voluntas mea in ea,& terra tua inha- B
bitata. Quia cõplacuit dño in te,& terra tua inhabitabitur,Habitabit eñ iuuenis cũ virgine,
& habitabunt in te filij tui,Et gaudebit ſponſus ſup ſponſam,& gaudebit ſuper te deus tuus.
Super muros tuos Hieruſalẽ cõſtitui cuſtodes,tota die,& tota nocte in ꝑpetuũ nõ tacebũt C
Qui reminiſcimini dñi,ne taceatis,& ne detis ſilentiũ ei,donec ſtabiliat,& donec ponat Hie-
ruſalẽ laudẽ in terra. Iurauit dñs in dextera ſua,& in brachio fortitudinis ſuæ, Si dedero triti-
Sup. 40.c cũ tuũ vltra cibũ inimicis tuis,& ſi biberint filij alieni vinũ tuũ,in quo laboraſti. Quia q con-
Zach. 9.b gregabunt illud,comedẽt,& laudabunt dñm,& q cõportãt illud,bibẽt in atrijs ſanctis meis. D
Matt. 21.a Tranſite,trãſite p portas,p̃parate viã populo,Planũ facite iter,& eligite lapides,& leuate ſi-
gnũ ad populos. Ecce dñs auditũ fecit in extremis terræ. Dicite filiæ Sion,Ecce ſaluator tuus
venit,ecce merces eius cum eo,& opus eius coram illo,Et vocabunt eos populus ſanctus,re-
dempti à dño. Tu autem vocaberis quęſita ciuitas,& non derelicta.

¶Triũphus Chriſti ab Idumæis,aduerſarijs Iacob,id eſt,paſſio & aſcenſio eius. Cap. LXIII.

Hebr. rubentes ueſtes habẽs de &c. QVis eſt iſte q venit de Edom,* tinctis veſtibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua A
gradiẽs in multitudine fortitudinis ſuæ,Ego q loq̃r iuſtitiã,& propugnator ſum
ad ſaluãdũ. Quare ergo rubrũ eſt indumẽtũ tuũ,& veſtimẽta tua ſicut calcantiũ in
torculari? Torcular calcaui ſolus,& de gẽtibus nõ eſt vir mecũ. Calcaui eos in
furore meo,& cõculcaui eos in ira mea. Et aſpſus eſt ſanguis eoꝝ ſup veſtimẽta mea,& oĩa in B
dumẽta mea inq̃naui. Dies eñ vltionis in corde meo,annus retributiõis meæ venit. Circũ- [illegible]
ſpexi,& nõ erat auxiliator: q̃ſiui,& nõ fuit q adiuuaret,Et ſaluauit mihi brachiũ meũ,& indi-
gnatio mea ipſa auxiliata ẽ mihi,Et cõculcaui pp̃los in furore meo,& inebriaui eos in indig-
natiõe mea,& detraxi in terrã virtutẽ eoꝝ. Miſerationũ dñi recordabor,laudẽ dñi ſup oĩbus
q̃ reddidit nobis dñs,& ſup multitudinẽ bonoꝝ domus Iſrael,q̃ largitus eſt eis, ſcd̃m indul-
gẽtiã ſuã,& ſecũdũ multitudinẽ miſericordiaꝝ ſuaꝝ. Et dixit: Verũtamẽ pp̃lus meus es,filij
nõ negãtes,& factus ẽ eis ſaluator,In omni tribulatiõe eoꝝ nõ eſt tribulatus,& angelus faciei C
eius ſaluauit eos,In dilectiõe ſua,& in indulgẽtia ſua ipſe redemit eos,& portauit eos, & eleua
uit eos cũctis diebus ſeculi,Ipſi aũt ad iracũdiã prouocauerũt,& afflixerũt ſpm̃ ſancti eius. Et
cõuerſus eſt eis in inimicũ,& ipſe debellauit eos. Et recordatus eſt dieꝝ ſeculi,Moyſi,& po-
puli ſui,Vbi eſt q eduxit eos de mari cũ paſtoribus gregis ſui? Vbi eſt q poſuit in medio eius
ſpm̃ ſancti ſui? Qui eduxit ad dexterã Moyſen brachio maieſtatis ſuæ,q ſcidit aquas ante eos
vt facerẽt ſibi nomẽ ſempiternũ,q eduxit eos p abyſſos,q̃ſi equum in deſerto, nõ impingentẽ,
Deut. 26.d q̃ſi animal in cãpo. Deſcẽdẽs ſpũs dñi ductor eius fuit,Sic adduxiſti populũ tuũ,vt faceres ti- D
Baruch. 2.d bi nomẽ gloriæ. Attẽde de cœlo,& vide de habitaculo ſancto tuo,& ſolio gloriæ tuæ,Vbi [illegible]
eſt zelus tuus,& fortitudo tua,multitudo viſceꝝ tuoꝝ,& miſerationũ tuaꝝ? Sup me cõtinue
runt ſe,Tu eñ pater noſter,& Abrahã neſciuit nos,& Iſrael ignorauit nos. Tu dñe pater no
ſter,& redẽptor nr̃,à ſeculo nomẽ tuũ. Quare errare nos feciſti dñe de vijs tuis? induraſti cor
noſtꝝ,ne timeremus te? Cõuertere propter ſeruos tuos,tribus hæreditatis tuæ,Quaſi nihilũ
poſſiderunt populũ ſanctũ tuũ,hoſtes noſtri cõculcauerunt ſanctificationẽ tuã, Facti ſumus
quaſi in principio,cum nõ dominareris noſtri,neq; inuocaretur nomẽ tuum ſuper nos.

¶Deſideratur aduentus Chriſti. Cap. LXIIII.

VTinã dirũpes cœlos,& deſcẽderes. A facie tua mõtes defluerẽt,ſicut exuſtio ignis A
1. Cor. 2.c tabeſcerẽt,aquę arderẽt igni,vt notũ fieret nomẽ tuũ ĩimicis tuis,& facie tua gẽtes
turbarenẽ. Cũ feceris mirabilia,nõ ſuſtinebim⁹. Deſcẽdiſti,& à facie tua mõtes de-
fluxerũt. A ſeculo nõ audierũt,neq; auribus ꝑceperũt,Oculus nõ vidit,deus abſq; B
te,quæ

te, quæ præparasti expectantibus te. Occurristi lætanti, & facienti iustitiã, in viis tuis recorda-
bunt tui. Ecce tu iratus es, & peccauimus, in ipsis fuimus semp, & saluabimur. Et facti sumus Hie. vestis
vt immũdi oẽs nos, & quasi * pannus * menstruatæ vniuersæ iustitiæ nr̃æ. Et cecidimus quasi ignea, vel.
C foliũ vniuersi, & iniqtates nostræ quasi ventus abstulerũt nos. Non est q inuocet nomen tuũ, q & cætera
cõsurgat, & teneat te. Abscõdisti faciẽ tuã à nobis, & allisisti nos in manu iniqtatis nr̃æ. Et nũc Psal.78.b.
dñe pater noster es tu, nos vero lutũ, & fictor noster tu, & opa manuũ tuaꝝ oẽs nos. Ne irasca-
ris dñe satis, & ne vltrà memineris iniqtatis nr̃æ. Ecce respice, pplus tuus oẽs nos. Ciuitas san
D cti tui facta est deserta, Syon deserta facta est, Hierl̃m desolata est, domus sanctificatõis nr̃æ, &
gloriæ nr̃æ, vbi laudauerũt te pr̃es nr̃i, facta ẽ in exustionẽ ignis, & oĩa desiderabilia nr̃a versa
sunt in ruinas. Nunqd sup his cõtinebis te dñe, tacebis & affliges nos vehementer.

¶De passione Christi, de felicitate nouæ Hierl̃m. i. ecclesiæ. Ca. LXV.

A QVæsierũt me, q ante nõ interrogabãt, inuenerũt, qui non quæsierũt me. Dixi: Ecce Roma.10.d
ego, ecce ego ad gentẽ quæ nesciebat me, & quæ nõ inuocabat nomen meũ. Expan
di manus meas tota die ad populũ incredulũ, q gradit in via non bona post cogita
tiones suas. Populus q ad iracundiã prouocat me, ante faciẽ meã semper, q im
molant in hortis, & sacrificãt super lateres, q habitãt in sepulchris, & in delubris Idoloꝝ dor-
B miunt q comedũt carnẽ suillã, & ius prophanũ in vasis eoꝝ. q dicũt, recede à me, non appro-
pinques mihi, quia immũdus es. Isti fumus erũt in furore meo, ignis ardens tota die. Ecce scri- Infra.66.a
ptum est corã me. Non tacebo, sed reddã & retribuã in sinũ eoꝝ iniqtates vestras, & iniqtates
patrum vestroꝝ simul, dicit dñs, q sacrificauerunt super montes, & super colles exprobraue-
runt mihi, & remetiar opus eoꝝ primũ in sinu eoꝝ. Hæc dicit dñs: Quõ si inueniat granum in
Botro, & dicat ne dissipes illud, qm̃ benedictio est. Sic faciã propter seruos meos, vt nõ disper-
dam totũ. Et educam de Iacob semen, & de Iuda possidentẽ montes sanctos meos. Et hæredi
tabunt eam electi mei, & serui mei habitabũt ibi, & erũt campestria in caulas gregum, & vallis
C Achor in cubile armentoꝝ populo meo, q requisierũt me. Et vos q dereliquistis dñm, q obliti Prouer.1.c
estis montẽ sanctũ meũ, q ponitis fortunæ mensam, & libatis sup eã, numerabo vos in gladio Deute.7.c
& oẽs in cæde corruetis, pro eo qd vocaui, & nõ r̃ndistis, loquutus sum, & nõ audistis, & facie
batis malũ in oculis meis, & q̃ nolui elegistis. Propter hoc, hæc dicit dñs deus. Ecce serui mei
comedẽt, & vos esurietis. Ecce serui mei bibẽt, & vos sitietis. Ecce serui mei lætabunt, & vos cõ
fundemini. Ecce serui mei laudabũt præ exultatõe cordis, & vos clamabitis pre dolore cordis.
& præ contritõe spũs vlulabitis, & dimittetis nomen vestrũ in iuramentũ electis meis. Et in-
terficiet te dñs deus, & seruos suos vocabit nomine alio. In quo q benedictus est super terrã, be
nedicet in deo, amen. Et q iurat in terra iurabit in deo, amen. Quia obliuioni traditæ sunt an-
gustiæ priores, & quia absconditæ sunt ab oculis nostris. Ecce enim ego creo cœlos nouos, &
D terrã nouã, & non erũt in memoria priora. Et non ascendent super cor, sed gaudebitis & exul
tabitis vsq; in sempiternũ, in his quæ ego creo. Quia ecce ego creo Hierusalem exultationẽ, &
1.q.7.c. Pau populũ eius gaudiũ, & exultabo in Hierusalẽ, & gaudebo in populo meo, & nõ audiet in ea vl-
l' dicit, &c. tra vox fletus, & vox clamoris. Non erit ibi amplius infans dieꝝ, & senex, q non impleat dies
qui nec. suos, qm̃ puer centũ annoꝝ moriet, & peccator centũ annoꝝ maledictus erit. Et ædificabunt
domos, & inhabitabũt, & plantabũt vineas, & comedent fructus eaꝝ. Non ædificabũt, & ali-
us habitabit, non plantabũt, & alius comedet. Secundũ enĩ dies ligni, erunt dies populi mei, &
opera manuũ eoꝝ inueterabunt. Electi mei non laborabũt frustra, neq; generabunt in con-
turbatione, quia semen benedictoꝝ domini est, & nepotes eoꝝ cum eis. Eritq;, antequã cla-
ment, ego exaudiam, adhuc illis loquentibus, ego audiam. Lupus & agnus pascent simul, & leo
& bos comedent paleas, & serpenti puluis panis eius. Non nocebunt neq; occident in omni Supra.11.b
monte sancto meo, dicit dominus.

¶Materialis tẽpli, & carnalis sacrificii reprobatio, nouæ Hierl̃m. i. ecclesiæ felicitas, iu-
dicium dñi per secundum aduentum. Ca. LXVI.

A HAec dicit dñs: Cœlũ sedes mea, terra autem scabellũ pedũ meoꝝ. Quæ est ista domus
quã ædificabitis mihi? & qs est iste locus requietõis meæ? Omnia hæc manus mea fe Acto.7.
cit, & facta sunt vniuersa ista, dicit dñs. Ad quem aũt respiciã, nisi ad pauperculum,
& contritũ spũ, & tremẽtem sermones meos? Qui immolat bouẽ, quasi q interficiat Heb. decer
2.q.1.ca. per viꝝ. Qui mactat pecus, quasi qui * excerebret canẽ. Qui offert oblationẽ, quasi q sanguinẽ suil- uicet
Eliam lum offerat. Qui * recordat thuris, quasi q benedicat Idolo. Hæc oĩa elegerunt in viis suis, & in He. adolet
abominatõibus suis anima eoꝝ delectata est. Vnde & ego eligã illusiones eoꝝ, & quæ timebãt thus.
B adducã eis, qa vocaui, & nõ erat q responderet, locutus sum, & nõ audierũt. Feceruntq; malum
in oculis meis, & q̃ nolui elegerũt. Audite verbũ dñi, q tremitis ad verbũ eius. Dixerũt fr̃es ve-
stri odientes vos, & abiicientes, propter nomẽ meũ. Glorificet dñs, & videbimus in lætitia ve
stra, ipsi aũt cõfundent. Vox populi de ciuitate, vox de tẽplo, vox dñi reddentis retributionẽ
inimicis suis. Antequàm parturiret, peperit, antequã veniret partus eius, peperit masculum.

Hiere.18.c ne.cõfringā & nõ faciam parere &c. Deu.prohibitus

Quis audiuit vnq̃ tale & quis vidit huic simile? Nunqd parturiet terra in die vna, aut pariet gẽs C
simul, quia parturiuit & peperit Syon filios suos? Nunqd ego *q alios parere facio, ipse non pa
riam dicit dñs? Si ego q generationẽ cæteris tribuo, * sterilis ero, ait dñs deus tuus: Lætamini
cũ Hierusalẽ, & exultate in ea oẽs q diligitis eã. Gaudete, cũ ea gaudio, vniuersi q lugetis sup eã
vt fugatis, & repleamini ab vbere consolatõis eius, vt mulgeatis, & delicijs affluatis ab omnimo
da gloria eius. Quia hæc dicit dñs: Ecce ego declinabo sup eã quasi fluuiũ pacis, & quasi torren
tem inundantẽ gloriã gentiũ, quã sugetis. Ad vbera portabimini, & sup genua blãdient vobis. D
Qũo si cui mater blãdiat, ita ego cõsolabor vos, in Hierusalẽ cõsolabimini. Videbitis, & gaude
bit cor vestrũ, & ossa vestra quasi herba germinabunt, & cognoscet manus dñi seruis eius, &
indignabit inimicis suis. Quia ecce dñs in igne veniet, & quasi turbo quadriga eius, reddet in
indignatõe furorẽ suũ, & increpationẽ suã in flãma ignis: quia in igne dñs dijudicabit, & in glã
dio suo ad omnẽ carnẽ, & multiplicabunt interfecti à dño. Qui sanctificabant, & mũdos se pu E
tabãt in hortis post ianuã intrinsecus, q comedebãt carnẽ suillã, & abominatiõnẽ, & murẽ, si-
mul cõsument, dicit dñs. Ego aũt opa eoꝝ & cogitatões eoꝝ venio vt cõgregẽ, cũ oibus gen-
tibus, & linguis, & veniẽt, & videbũt gloriã meã. Et ponã in eis signũ, & mittã ex eis, q saluati
fuerint, ad gẽtes in mare, in Africã, & Lydiã, tenẽtes sagittã, in Italiã, & Græciã ad insulas lõge
ad eos q non audierũt de me, & nõ viderũt gloriã meã. Et annũtiabũt gloriã meã gẽtibus, & à
adducẽt oẽs fratres vestros de cũctis gẽtibus donũ dño, in equis, & in quadrigis & in lecticis, F
& in mulis, & in carrucis ad montẽ sanctũ meũ Hierlm, dicit dñs, qũo si inferãt filij Israhel mu
nus, in vase mũdo, in domũ dñi. Et assumã ex eis in sacerdotes, & leuitas, dicit dñs, q a sicut cœ
li noui, & terra noua q̃ ego facio stare corã me dicit dñs deus, sic stabit semẽ vestrũ, & nomen
vestrũ. Et erit mẽsis ex mẽse, & sabbatũ ex sabbato. Veniet oĩs caro, vt adoret corã facie mea,
Marc.9.g. dicit dñs. Et egredient & videbũt cadauera viroꝝ, q p̃uaricati sunt in me. Vermis eoꝝ nõ mo [illegible]
rief, & ignis eoꝝ nõ extinguet, & erũt vsq; ad satietatem visionis omni carni.

ESAIAE FINIS.

PRAEFATIO IN HIEREMIAM PROPHETAM.

HAec interpretatio sancti Hieronymi est: Si quid in ea nouerit secundũ Hebræos codices, exploret. Alia est septuaginta interpretũ ecclesijs vsitata. Quæ q̃uis nonnulla aliter habeat, q̃ in Hebræis codicibus inuenit, tñ vtraq;, id est, secundũ septuaginta, & secundũ Hebræã, apostolica authoritate firmata est: non errore neq; reprehensione superiori, sed certo consilio septuaginta nonnulli aliter dixisse, vel contexuisse intelligunt. Quod ideo præmonemus, ne quispiam alteram ex altera velit emendare. Quod singulorum in suo genere veritas obseruanda est.

¶Præfatio Hieronymi in eundem.

HIeremias propheta, cui hic prologus scribit, sermone qdam apud Hebræos Esaiæ, & Osee, & qbusdam alijs prophetis videt esse rusticior, sed sensibus par est quippe q eodem spiritu prophetauerit. Porro simplicitas eloquij à loco ei in quo natus ẽ, accidit. Fuit enĩ Anathotites, q est vsq; hodie viculus, tribus ab Hierosolymis distans milib⁹. Sacerdos ex sacerdotibus, & in mr̃is vtero sanctificatus, virginitate sua euangelicũ virũ Christi ecclesiæ dedicãs. Hic vaticinari exorsus est puer, & captiuitatem vrbis atq; Iudææ nõ solũ spiritu, sed & oculis carnis intuitus est. Iam decem tribus Israhel Assyrij in Mœdos transtulerant: iam terras eoꝝ coloniæ gentiũ possidebãt. Vñ in Iuda tm̃ & in Beniamin prophetauit, & ciuitatis suæ ruinas quadruplici planxit alphabeto quod nos mensuræ metri, versibusq; reddidimus. Præterea ordinem visionũ, qui apud Græcos & Latinos omnino confusus est, ad pristinam fidem correximus. Librum aũt Baruch notarij eius, q apud Hebræos nec legit nec habetur, prætermisimus: pro his omnibus maledicta ab æmulis præstolantes: quibus me necesse est per singula opuscula respondere. Et hoc patior, quia vos me cogitis. Cæterum ad compendium mali rectius fuerat, modum furori eorum, silentio meo ponere, quàm quotidie noui aliquid scriptitantem, inuidorum insaniam prouocare.

¶Item alius prologus in eundem.

IOachim filius Iosiæ: cuius tertiodecimo anno prophetare orsus est Hieremias, sub quo & Olda mulier prophetauit. Ipse est qui alio nomine appellat Eliachim: & regnauit super tribum Iuda, & Hierusalem annis vndecim. Cui successit in regnũ filius Ioachim cognomento Iechonias: q tertio mense regni eius die decima captus à diebus Nabuchodonosor, ductus est in Babylonem: & in loco eius constitutus est Sedechias filius Iosiæ patruus eius Cuius anno vndecimo Hierusalem capta atque subuersa est. Nemo igitur putet eundem in Danielis principio Ioachin, q in Ezechielis exordio Ioachim scribit. Iste extremã syllabam chim habet: ille chin. Et ob hanc causam in euangelio secundum Matthæum vna videtur deesse generatio: quia secunda tessare decas in Ioachin definit filium Iosiæ: & tertia incipit à Ioachin fi-

chin filio Ioachim. Quod ignorans Porphyrius, calumniam instruit ecclesiæ: suam ostendes imperitiam, dum euangelistam Matthæum arguere nititur falsitatis. Quodq; traditum scribit Ioachim monstrat non aduersarioꝝ fortitudinis fuisse victoriam, sed dñi voluntatis.

PROLOGORVM FINIS.

ARGVMENTVM IN HIEREMIAM.

Hieremias Anathotites, qui est viculus, tribus ab Hierosolymis distans milibus, apud Thamnas in Aegypto, à populo lapidibus obrutus, occubuit. Iacet vero in loco sepultus, quo dudum Pharao eex habitaueeat. Et quoniam postulatione sua defugatis ab eodem loco serpentibus, Aegyptios à tactu aspidum facit esse securos, magna cum ibi religione Aegyptij veneeantur.

ARGVMENTI FINIS.

HIEREMIAS PROPHETA

¶ Sanctificatur, mittiturq; Hieremias ad prophetandum.

CAPVT I.

A
VERBA HIEREMIAE, FILII HELCHIAE, DE SAcerdotibus q fuerũt in Anathoth, in terra Beniamin. Quod factũ est verbũ dñi ad eum, in diebus Iosiæ, filij Amon, regis Iuda, in tertiodecimo anno eegni eius. Et factũ ẽ in diebus Ioachim, filij Iosiæ regis Iu
B da, vsq; ad consummationem vndecimi anni Sedechiæ, filij Iosiæ, eegis Iuda, vsq; ad transmigrationem Hierusalem, in mense quinto. Et factũ est verbũ dñi ad me, dicens: Priusq̃ te formarẽ in vtero, noui te, & anteq̃ exiees de vulua, sanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te. Et dixi, ah, ah, dñe deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit dns ad me: Noli dicere, quia puer sum, qm̃ ad oia quæ mittam te, ibis & vniuersa quæ-
C cũq; mandauero tibi, loqueris. Ne timeas à facie eoꝝ: quia tecũ ego sum, vt eruã te, dicit dñs. Infra.14.b
Et misi dñs manũ suã, & tetigit os meũ, & dixit ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce cõstitui te hodie super gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ędifices, & plantes. Et factũ est verbũ dñi ad me, dicẽs: Quid tu vides Hieremia? Et dixi: Virgam * vigilantem ego video. Et dixit dñs ad me: Bene vidisti. Quia * vigilabo ego super verbo meo, vt faciã illud. Et factũ est verbũ dñi secundo ad me, dicens: Quid tu vides? Et dixi, ollam succensam ego video, & faciem eius, à facie aquilonis. Et dixit dñs ad me: Ab aquilone pandet omne malum, super omnes habitatores terræ. Quia ecce ego conuocabo omnes cogitationes regnoꝝ aquilonis (ait dominus) & venient, & ponent vnusquisq; solium suũ in introitu portaꝝ Hierusalem, & super omnes muros eius in circuitu, & super vniuersas vrbes Iuda. Et lo-
D quar iudicia mea cum eis, super omnem malitiã eoꝝ, qui dereliquerunt me, & libauerunt dijs alienis, & adorauerunt opus manuum suarum. Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorum, * nec enim timere faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferreã & in murum æreum, super omnem terram regibus Iuda, principibus eius, & sacerdotibus eius & omni populo terræ, & bellabunt aduersum te, & non præualebunt, quia ego tecum sum (ait Dominus) vt liberem te.

Marginal notes: 8.q.1.c.I scripturis. | 16.dis.c.q ecclesiasticis De maio. & obe.c.solitæ | He. amygdalum | Infra 14.d | He. accelerabo & in Hebraismo opti me, ẽ allusio. | He ne forte cõterã te ante eos | Infra.15.d

¶ Inuehit in sacerdotes, & pastores, increpat Hierusalem ob diuini verbi inobedientiã, fornicationemq; cum Idolis. Ca. II.

A ET factum est verbum dñi ad me, dicens: Vade, & clama in auribus Hierusalem, dicens: Infra.4 Hæc dicit dñs: Recordatus sum tui, miserans adolescentiã tuã, & charitatem desponsationis tuæ, quando sequuta es me in deserto, in terra quę non seminat. Sanctus Israhel Domino, primitiæ frugum eius. Omnes qui deuorant eum delinquunt, mala venient super eos, dicit dominus. Audite verbum domini domus Iacob, & omnes cognatiões domus Israhel. Hęc dicit dominus: Quid inuenerunt patres vestri in me iniqtatis, quia elongauerunt
B à me, & ambulauerũt post vanitatem, & vani facti sunt? Et non dixerunt, vbi est dñs, qui ascẽdere nos fecit de terra Aegypti, qui traduxit nos per desertum, per terrã inhabitabilem, & inuiã, per terram sitis, & imaginem mortis, & per terrã in qua non ambulauit vir, neq; habitauit homo? Et induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructũ eius, & bona illius. Et ingressi contaminastis terram meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem. Sacerdotes
C non dixert, vbi est dominus, & tenentes legẽ, nescierũt me, & pastores pręuaricati sunt in me. Et prophetæ prophetauerunt in Baal, & Idola sequuti sunt. Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum ait dñs, & cum filijs vestris disceptabo. Transite ad insulas Cethim, & videte, & in

Cedar

Cedar mittite, & considerate vehementer, & videte si factum est huiuscemodi, si mutauit gens
deos suos, & certe ipsi nõ sunt dij. Populus vero meus mutauit gloriam suam in idolum. Ob-
stupescite cœli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer, dicit dñs. Duo enim mala fecit
populus meus. Me dereliquerũt fontem aquæ viuæ, & foderũt sibi cisternas, cisternas dissipa D
tas, quæ continere non valent aquas. Nunquid seruus est Israhel, aut vernaculus? Quare ergo fa-
ctus est in prædã? Super eũ rugierũt leones, & dederũt vocem suã, posuerũt terrã eius in solitu
He. cõfrege-
rũt tibi uer-
ticem
dinem. Ciuitates eius exustæ sunt, & non est q habitet in eis. Filij quoq; Mempheos & Taph-
neos* constuprauerũt te, vsq; ad verticem. Nunquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti
dñm deũ tuũ, eo tempore quo ducebat te per viam? Et nũc qd tibi vis in via Aegypti, vt bibas
aquam turbidam? Et qd tibi cũ via Assyriorũ, vt bibas aquam fluminis? Arguet te malitia tua,
Heb. tuũ tua
Heb. trãsgre
diar
& auersio increpabit te. Scito, & vide, qa malũ & amarũ est reliquisse te dñm deũ tuũ, & nõ eẽ
timorem eius apud te, dicit dñs deus exercituũ. A seculo confregisti iugũ meũ* rupisti vincula
Infra. 5. b mea * & dixisti. Non * seruiã. In omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu * pro- E
Heb. discur
rebas
sternebaris meretrix. Ego aũt plantaui te vineam electã, omne semen verũ. Quomodo ergo
Esa. 5. d conuersa es mihi in prauũ, vinea aliena? Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Bo-
rith, maculata es iniqtate tua coram me, dicit dñs deus. Quomodo dicis, non sum polluta, post
Camelus le-
uis cõmiscẽs
uias &c.
He. euentus
Baalim non ambulaui? Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris. * Cursor leuis explicans
vias suas. Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit ventum * amoris sui.
Nullus auertet eam. Omnes q quærunt eam non deficient, in menstruis eius inuenient eam.
Prohibe pedem tuũ à nuditate, & guttur tuũ à siti. Et dixisti, desperaui, nequaq̃ faciam. Ad-
amaui qppe alienos, & post eos ambulabo. Quomodo confunditur fur, quando deprehenditur, sic
confusi sunt domus Israhel, ipsi & reges eorũ, principes, & sacerdotes, & prophetæ eorũ, dicen
Infra. 10. f. tes ligno, pater meus es tu, & lapidi, tu me genuisti. Verterũt ad me tergũ, & nõ faciem, & in tẽ
Infra. 11. c pore afflictionis suæ dicent: surge, & libera nos. Vbi sunt dij tui, quos fecisti tibi? Surgãt, & li-
berent te, in tempore afflictionis tuæ. Secundũ numerũ qppe ciuitatũ tuarũ, erant dij tui Iuda F
Quid vultis mecũ iudicio contẽdere? Omnes dereliquistis me, dicit dñs. Frustra percussi filios
vestros, disciplinã non receperũt. Deuorauit gladius vester prophetas vestros, quasi leo vasta
Heb. caligi
nois
tor, generatio vestra. Videte verbũ dñi. Nunquid solitudo factus sum Israheli, aut terra * sero-
tina? Quare ergo dixit, populus meus, recessimus, & non veniemus vltra ad te? Nunquid obliui-
scetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? Populus vero meus oblitus est mei
diebus innumeris. Quid niteris bonam ostendere viam tuã, ad quærendã dilectionẽ, quæ in- G
super & malitias tuas docuisti vias tuas, & in alis tuis inuentus est sanguis animarũ pauperũ, &
innocentũ? Non in fossis inueni eos, sed in omnibus quæ supra memoraui. Et dixisti: Absq; pec
cato, & innocẽs ego sum, & pptere a auertatur furor tuus à me. Ecce ego iudicio contendã tecũ
eo q dixeris, non peccaui. Quã vilis facta es nimis, iterans vias tuas? Et ab Aegypto confun-
deris, sicut cõfusa es ab Assur. Nam & ab ista egredieris, & manus tuæ erũt super caput tuũ, qm
contriuit dñs confidentiã tuam, & nihil habebis prosperum.

¶ Arguit Hierusalem fornicationis, reuocat ad pœnitentiam. Ca. III.

VVlgo dicit: Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo, duxerit virũ alterũ, nũ- A
He. peccãdo
peccauimus,
& cætera.
quid reuertetur ad eam vltra? Nunquid non * polluta erit, & contaminata, mulier illa?
Tu aũt fornicata es cũ amatoribus multis, tamen reuertere ad me (dicit dñs) & ego
suscipiam te. Leua oculos tuos in directũ, & vide vbi nunc prostrata sis. In vijs se
debas expectans eos, quasi latro insidians in solitudine, & polluisti terram in fornicatiõibus tu-
is, & in malicijs tuis. Quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluuiarũ, & serotinus imber non fuit.
Frons mulieris meretricis facta est tibi, & noluisti erubescere. Ergo saltem amodo voca me, pa B
ter meus dux virginitatis meæ es tu. Nunquid irasceris in perpetuũ? aut perseuerabis in finem?
Et p uerbis
usq; tractasti i
Heb. nõ hñt
Ecce locuta es, & fecisti mala, & potuisti? * Et pro verbis pœnitẽtiæ blasphemasti, & implesti
cogitationẽ tuã malã, & ostendisti contra virũ fortitudinẽ tuã, vt possis facere quod sermone
tractasti) Et dixit dñs ad me in diebus Iosiæ regis: Nunquid vidisti, q̃ fecerit auersatrix Israhel? C
Abijt sibimet super oẽm montẽ excelsum, & sub omi ligno frondoso, & fornicata est ibi. Et di
xi cũ fecisset hæc oĩa. Ad me reuertere, & nõ est reuersa. Et vidit præuaricatrix soror eius Iuda
quia pro eo qđ mœchata esset auersatrix Israhel, dimisissem eã, & dedissem ei libellũ repudij, &
nõ timuit præuaricatrix Iuda soror eius, sed abijt & fornicata est etiam ipsa, & facilitate forni-
cationis suæ contaminauit terrã, & mœchata est cũ lapide, & ligno. Et in oĩbus his non est re-
uersa ad me puaricatrix Iuda soror eius, in toto corde suo, sed in mendacio, ait dñs: Et dixit do
minus ad me. Iustificauit animã suã auersatrix Israhel, cõparatione puaricatricis Iuda. Vade &
Supra. 1. d. clama sermones istos cõtra aquilonẽ, & dices: Reuertere auersatrix Israhel, ait dominus, & nõ D
auertam faciem meam à vobis, quia sanctus ego sum (dicit dominus) & non irascar in ppetuũ
Veruntñ scito iniquitatem tuã, quia in dñm deum tuũ præuaricata es. Et dispersisti vias tuas
alienis, sub omni ligno frondoso, & vocem meã non audisti, ait dominus: Conuertimini filij
reuer-

E reuertentes(dicit dñs)quia ego vir vester. Et assumã vos, vnũ de ciuitate,& duos de cognatio-
ne,& introducã vos in Syon. Et dabo vobis pastores iuxta cor meũ, & pascent vos scientia &
doctrina. Cũq; multiplicati fueritis,& creueritis in terra. In diebus illis(ait dñs)non dicent vl-
tra, arca testamenti domini, neq; ascendet super cor, neq; recordabunt illius, nec visitabit, nec
F fiet vltra. In tempore illo vocabũt Hierusalem, soliũ dñi,& congregabunt ad eũ omẽs gentes,
in nomie domini, in Hierusalem,& non ambulabũt post prauitatem cordis sui pessimi. In die
bus illis ibit domus Iuda ad domũ Israhel,& venient simul de terra aquilonis, ad terram quam
dedi patribus vestris. Ego aũt dixi: Quomodo ponã te in filios,& tribuã tibi terrã desiderabi- Infra.31.b
lem, hæreditatẽ præclaram, exercituũ gentiũ? Et dixi: Patrẽ vocabis me,& post me, ingredi Matth.23.d
non cessabis. Sed quomodo si contemnat mulier amatorem suũ, sic contempsit me domus Isra
G hel, dicit dñs. Vox in vijs audita est, ploratus,& vlulatus filiorũ Israhel, qm̃ iniquam fecerũt vi
am suam, obliti domini dei sui. Conuertimini filij, reuertentes,& sanabo auersiones vestras.
Ecce nos venimus ad te. Tu enim es dñs deus noster. Vere mendaces erant colles,& multitu-
do montiũ. Vere in domino deo nostro salus Israhel. Confusio comedit laborem patrum no-
strorũ, ab adolescentia nostra, greges eorũ & armenta eorũ, filios eorũ & filias eorũ comedit cõ
fusio. Dormiemus in confusione nostra,& operiet nos ignominia nostra, qm̃ domino deo no
stro peccauimus, nos & patres nostri ab adolescentia nostra, vsq; ad diem hanc,& non audiui-
mus vocem domini dei nostri.

¶Pœnitenti Hierusalem promittit venia, non pœnitenti vastatio per Assyrios.

Caput .IIII.

A SI reuerteris ad Israhel(ait dñs)ad me conuertere. Si abstuleris offendicula tua, à facie
32.q.4.ca.Non iurabunt. mea, non commoueberis. Et iurabis, viuit dñs, in veritate,& in iudicio,& in iustitia,&
benedicent eum gentes, ipsumq; laudabunt. Hæc enim dicit dñs viro Iuda,& habitato Osee.4.d
ri Hierusalem. Nouate vobis nouale,& nolite serere super spinas. Circũcidimini domi
no,& auferte præputia cordiũ vestrorũ viri Iuda,& habitatores Hierusalem, ne forte egrediat
vt ignis indignatio mea,& succẽdat,& non sit qui extinguat. Om̃ia aũt hæc mala venient, pro
B pter malitiã cogitationũ vestrarũ. Annuntiate in Iuda,& in Hierusalem auditũ facite, loquimi
ni,& canite tuba in terra, clamate fortiter,& dicite: Congregamini,& ingrediamur ciuitates
munitas, leuate signũ in Sion. Confortamini & nolite stare, quia malũ ego adduco ab aquilo-
ne,& contritionem magnã. Ascendit leo de * cubili suo,& prædo gentiũ se leuauit. Egressus Heb. umbraculo.
est de loco suo, vt ponat terrã tuam in solitudinem. Ciuitates tuę vastabunt, remanentes absq;
C habitatore. Super hoc accingite vos cilicijs, plãgite,& vlulate, quia non est auersa ira furoris
domini à vobis. Et erit in die illa(dicit dñs)peribit cor regis,& cor principũ,& obstupescent
sacerdotes,& prophetæ cõsternabunt. Et dixi: Heu, heu, heu, dñe deus. Ergo ne decepisti po-
pulũ istũ,& Hierusalem, dicens: pax erit vobis? Et ecce peruenit gladius vsq; ad animã. In ipe
illo dicet populo huic,& Hierusalem, ventus vrens in vijs, quæ sunt in deserto viæ filiæ populi
mei, non ad ventilandũ,& non ad purgandũ. Spũs plenus ex his veniet mihi. Et nũc ego, sed
D loquar iudicia mea cũ eis. Ecce quasi nubes ascendet,& quasi tẽpestas currus eius. Velociores Sophon.1.c.
aquilis equi illius. Væ nobis, qm̃ vastati sumus. Laua à malitia cor tuũ Hierusalem, vt salua fias.
Vsquequo morabunt in te cogitatões noxiæ? Vox enim annũtiantis à Dan,& notũ facientis
* idolũ de monte Ephraim. Dicite gentibus: Ecce auditũ est in Hierusalem, custodes venire Heb. iniquitatẽ
de terra longinqua,& dare super ciuitates Iuda vocẽ suam. Quasi custodes agrorũ facti sunt su
E per eam in gyro, quia me ad iracundiam prouocauit, dicit dñs. Viæ tuæ,& cogitatões tuæ fe
cerunt hæc tibi. Ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuũ. Ventrem meũ, ventrem meũ
doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me. Non tacebo. Quoniã vocem buccinæ audiuit ani
ma mea, clamorem prælij. Contritio super contritionẽ vocata est,& vastata est omnis terra.
Repente vastata sunt tabernacula mea, subito pelles meæ. Vsquequo videbo fugientes, audiã
15.q.7.ca.Et hoc diximus vocem buccinæ, quia stultus populus meus me non cognouit? Filij insipiẽtes sunt & vecordes
Sapiẽtes sunt, vt faciant mala, bene aũt facere nescierunt. Aspexi terram,& ecce vacua erat,&
F nihil,& cœlos,& non erat lux in eis. Vidi montes,& ecce mouebant,& oẽs colles conturbati
sunt. Intuitus sum,& non erat homo,& omne volatile cœli recessit. Aspexi,& ecce Carmelus
desertus,& omnes vrbes eius destructæ sunt, à facie dñi,& à facie iræ furoris eius. Hęc eñ dicit
dñs. Deserta erit omnis terra, sed tamẽ consummationẽ non faciã. Lugebit terra,& mœrebũt
G cœli desuper, eo q locutus sum. Cogitaui,& non pœnituit me, nec auersus sum ab eo. A voce
equitis & mittentis sagittã, fugit omnis ciuitas. Ingressi sunt ardua,& ascenderũt rupes. Vniuer
sæ vrbes derelictæ sunt,& non habitat in eis homo. Tu aũt vastata quid facies? Cum vestieris
te coccinno, cũ ornata fueris monili aureo,& pinxeris stibio oculos tuos, frustra * compone- Heb. ornaris
ris. Contempserũt te amatores tui, animã tuã quærent, vocem enim quasi parturientis audiui, Heb. cõquerẽtis
angustias vt puerperæ. Vox filiæ Syon * inter morientes, expandẽtisq; manus suas. Væ mihi, expãdẽtis
quia defecit anima mea propter interfectos.

¶Quarti

¶Quęritur fides in populo: Prædicitur vastitas Iudææ, recensentur peccata eius.

¶Caput .V.

CIrcũite vias Hierusalem,& aspicite,& considerate,& quærite in plateis eius, an inue- A
niatis virũ facientẽ iudiciũ,& quærentem fidem,& propitius ero ei. Quod si etiã, vi
uit dñs, dixerint,& hoc falso iurabũt dñe oculi tui respiciũt fidem. Percussisti eos,&
non doluerũt, attriuisti eos,& renuerũt accipere disciplinã. Indurauerũt facies suas,
supra petrã,& noluerũt reuerti. Ego aũt dixi: Forsitan pauperes sunt,& stulti, ignorãtes viam B
dñi,& iudiciũ dei sui. Ibo ergo ad optimates,& loquar eis. Ipsi enim cognouerũt viã dñi,& iu-
diciũ dei sui. Et ecce magis hi simul confregerũt iugũ, ruperunt vincula. Idcirco percussit eos
leo de sylua, lupus ad vesperã vastauit eos, pardus vigilans super ciuitates eorũ. Omnis q egres
sus fuerit ex eis capietur, quia multiplicatæ sunt præuaricatiões eorũ, confortatæ sunt auersiones
Ezech. 22. c. Infra eodem eorũ. Super quo propitius tibi esse potero? Filij tui dereliquerũt me,& iurant in his q non sunt C
Heb. congregabantur. dij. Saturaui eos,& mœchati sunt,& in domo meretricis * luxuriabunt. Equi * amatores in fę- Heb. armati mane fuerũt vnusquisque & cætera.
Bude' admissarij legẽdũ putat, in ano. Poster. in f. minas,& * emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Nunqd super his
non visitabo (dicit dñs)& in gente tali non vlciscet ania mea? Ascendite muros eius,& dissipa
te, consummationem aũt nolite facere. Auferte propagines eius: qa nõ sunt dñi. Præuaricatio-
ne enĩ præuaricata est in me domus Israhel,& domus Iuda, ait dñs: Negauerũt dominũ & di-
xerunt. Non est ipse, neque veniet super nos malũ, gladiũ & famem non videbimus. Prophetæ D
fuerũt, in ventũ loquuti sunt,& responsum non fuit in eis. Hæc ergo euenient illis. Hæc dicit
dñs deus exercituũ: Quia locuti estis verbũ istud. Ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem,
& populũ istũ in ligna,& vorabit eos. Ecce ego adducã super vos gentem de longinquo do-
mus Israhel (ait dñs) gentem robustam, gentẽ antiquam, gentẽ cuius ignorabis linguã, nec in-
telliges qd loquat. Pharetra eius quasi sepulchrũ patens, vniuersi fortes. Et comedet segetes tu
as,& panem tuum, deuorabit filios tuos,& filias tuas, comedet gregem tuũ,& armenta tua,&
comedet vineã tuã,& ficũ tuam,& conteret vrbes munitas tuas, in qbus tu habes fiduciam, gla
Infra. 16. b dio. Veruntamen in diebus illis (ait dominus) non faciam vos in consummationem. Quod si E
dixeritis: quare fecit nobis dominus deus noster hæc omnia? dices ad eos: Sicut dereliquistis
me,& seruistis deo alieno in terra vestra, sic seruietis alienis in terra non vestra. Annũtiate hęc
domui Iacob,& auditum facite in Iuda, dicentes: Audi popule stulte, qui non habes cor, q ha-
bentes oculos non videtis,& aures,& non auditis. Me ergo non timebitis (ait dominus)& à
facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminũ mari, præceptũ sempiternum, quod non
pteribit & cõmouebunt,& nõ poterũt,& ĩtumescẽt fluctus eius,& nõ trãsibũt illud. Populo aũt
huic factũ est cor incredulum,& exasperans. Recesserũt,& biberunt,& non dixerunt in corde F
suo. Metuamus dominũ deũ nostrũ, qui dat nobis pluuiam temporaneam,& serotinam, in
tempore suo, plenitudinem annuæ messis custodientem nobis. Iniquitates vestræ declinaue-
Heb. cauea. runt hæc,& peccata vestra prohibuerũt bonũ à vobis, quia inuenti sunt in populo meo impij
insidiantes q̃si aucupes, laqueos ponentes,& pedicas, ad capiendos viros. Sicut * decipula ple- G
na auribus, sic domus eorũ plenæ dolo. Ideo magnificati sunt & ditati, incrassati sunt,& impin
Supra eodem & infra. 9. c. guati,& præterierũt sermones meos pessime. Causam viduæ non iudicauerũt, causam pupilli
non dixerũt,& iudiciũ pauperũ non iudicauerũt. Nunqd super his non visitabo (dicit dñs) aut
sup gentẽ huiuscemodi non vlciscet aĩa mea? Stupor & mirabilia facta sunt in terra. Prophetæ
prophetabãt mendaciũ,& sacerdotes applaudebant manibus suis,& populus meus dilexit ta
lia. Quid igitur fiet in nouissimo eius?

¶Pręnũtiat aduentũ Nabuchodonosor, populique captiuitatẽ ob sacerdotum auaritiã.

Caput VI.

COnfortamini filij Beniamin in medio Hierusalem,& in Thecua clangite buccina,& A
super Bethcarem leuate vexillũ, quia malũ visum est ab aquilone, cõtritio magna spe
ciosæ,& delicatæ assimilaui filiã Syon, ad eam venient pastores,& greges eorũ. Fixe
rũt in ea tentoria in circuitu, pascet vnusquisque eos qui sub manu sua sunt. Sanctifi-
cate sup eã bellũ, consurgite,& ascẽdamus in meridie. Væ nobis qa declinauit dies, qa longio-
res factæ sunt vmbræ vesperi. Surgite & ascendamus in nocte,& dissipemus domus eius, quia
He. securite hæc dicit dominus exercituũ. Cedite lignũ eius,& fundite circa Hierusalem aggerem. Hæc est B
He. scaturire ciuitas visitatõis, oĩs calumnia in medio eius. Sicut * frigidã facit cisterna aquã suã, sic * frigidã
fecit malitiam suã. Iniquitas & vastitas audiet in ea corã me semp, infirmitas & plaga. Erudire
Hierusalẽ, ne forte recedat anima mea à te, ne forte ponã te desertã, terrã inhabitabilẽ. Hæc di
cit dñs exercituũ. Vsque ad racemũ colligent, quasi in vinea reliquias Israhel. Conuerte manum C
tuam quasi vindemiator ad cartallum. Cui loquar,& quem contestabor, vt audiat? Ecce incir-
cũcisæ aures eorũ,& audire non possunt. Ecce verbũ dñi factũ est eis in opprobriũ,& nõ susci
piẽt illud. Idcirco furore dñi plenus sum,& laboraui sustinens. Effunde sup paruulũ foris,& sup
concilium iuuenum simul. Vir enim cum muliere capietur, senex cũ pleno dierũ. Et trãsibunt

domus

D domus eorum ad alteros, agri & vxores pariter, quia extendam manum meam super habitātes Infr.4.d
terram, dicit dñs: A minore quippe vsque ad maiorem omnes auaritiæ student, & à propheta E.a.56.d
vsque ad sacerdotē, cuncti faciunt dolum. Et curabant contritionē filiæ populi mei, cū ignomi
nia, dicentes: pax, pax, & non erat pax: Confusi sunt qa abominationē fecerunt, quin potius
confusione nō sunt confusi, & erubescere nescierunt. Quamobrē cadent inter ruentes, in tpe
E visitationis suæ corruent, dicit dñs. Hæc dicit dñs: State super vias, & videte, & interrogate
de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigeriū animabus ve-
stris. Et dixerunt: Nō ambulabimus, Et cōstitui super vos speculatores. Et dixi: Audi vocem
tubæ. Et dixerunt: Nō audiemus. Ideo audite gentes, & cognosce cōgregatio, quāta ego faciā
eis. Audi terra: Ecce ego adducā mala super populum istum, fructum cogitationum eius, qa
F verba mea non audierunt, & legem meā proiecerunt. Vt quid mihi thus de Saba affertis, & Esa.1.d
calamum suaue olentē de terra longinqua? Holocaustomata vestra nō sunt accepta, & victi-
mæ vestræ nō placuerunt mihi. Propterea hæc dicit dñs: Ecce ego dabo in populum istū ru-
inas, & ruent in eis patres & filij simul, vicinus & proximus peribunt. Hæc dicit dñs: Ecce po
pulus venit de terra aquilonis, & gens magna consurget à finibus terræ: Sagittā & scutum ar-
G ripiet, crudelis est, & nō miserebitur: Vox eius quasi mare sonabit, & super equos ascendent,
præparati quasi vir ad prælium, aduersum te filia Sion. Audiuimus famā eius, dissolutæ sunt
manus nostræ: Tribulatio apprehendit nos, dolores vt parturientē. Nolite exire ad agros, &
in vineā ne ambuletis, quoniam gladius inimici, pauor in circuitu. Filia populi mei accingere cili-
cio, & cōspergere cinere. Luctū vnigeniti fac tibi planctū amarū, quia repente veniet vasta-
tor super vos. Probatorem dedit te in populo meo robustum, & scies, & probabis vias eorum.
Omnes isti principes declinātes, ambulātes fraudulenter: Aes & ferrū, vniuersi corrupti sunt,
Defecit sufflatorium in igne, consumptū est plumbum. Frustra conflauit conflator, malitiæ
enim eorum non sunt consumptæ, Argentū reprobū vocate eos, quia dñs proiecit illos.

¶Hypocritas nihil iuuare exterioris templi cultum, aut sacrificia. Cap. VII.

A VErbum quod factū est ad Hieremiam à dño, dicens: Sta in porta domus domini, Inf.26.a
& prædica ibi verbū istud, & dic: Audite verbum domini omnis Iuda, qui ingre-
dimini per portas has, vt adoretis dñm, hæc dicit dominus exercituum deus Isra-
el. Bonas facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo vobiscū in loco isto: No-
lite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templū domini, templum domini, templum do-
mini est. Quoniā si benedixeritis vias vestras, & studia vestra: si feceritis iudicium inter virum
B & proximum eius: aduenæ, & pupillo, & viduæ nō feceritis calumniam, nec sanguinē inno-
4.reg. centē effuderitis in loco hoc, & post deos alienos non ambulaueritis, in malū vobismetipsis,
habitabo vobiscum in loco isto, in terra quam dedi patribus vestris, à seculo & vsque in seculū.
Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacij, qui non proderunt vobis, furari, occide-
re, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire post deos alienos, quos ignoratis, Et ve
nistis & stetistis corā me, in domo hac in qua inuocatum est nomen meum, & dixistis: Libe- Esa.56.c
rati sumus, eo quod fecerimus omnes abominationes istas. Nunquid ergo spelunca latronum fa- Mat.21.b
C cta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris? Ego ego sum, ego vi Inf.26.c
di dicit dñs, Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio, & videte, quæ
fecerim ei propter malitiā populi mei Israel. Et nunc quia fecistis omnia opera hæc (dicit do
minus) & locutus sum ad vos, mane consurgens, & loquens, & non audistis, & vocaui vos, & Pro.1.c
nō respondistis, faciā domui huic in qua inuocatū est nomen meū, & in qua vos habetis fidu- Esa.65.b
ciam, & in loco quē dedi vobis, & patribus vestris, sicut feci Silo, & proijciā vos à facie mea si-
cut proieci omnes fratres vestros vniuersum semen Ephraim. Tu ergo noli orare pro po
D pulo hoc, nec assumas pro eis laudē, & orationē, & non absistas mihi: quia non exaudiam te;
Nonne vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalē? Filij colligunt ligna
& patres succendunt ignē, & mulieres conspergunt adipem, vt faciant placētas * reginæ coe Heb. soli
li, & libent dijs alienis, & me ad iracundiam prouocent, Nunquid me ad iracundiā prouocāt
dicit dñs? Nonne semetipsos in confusionem vultus sui? Ideo hæc dicit dñs deus: Ecce furor
meus, & indignatio mea conflatur super locum istum, super viros, & super iumenta & super
E lignum regionis, & super fruges terræ, & succendetur, & non extinguetur. Hæc dicit dñs
exercituū, deus Israel: Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes, qa
non sum locutus cū patribus vestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti
de verbo holocaustomatum, & victimarum. sed hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocē
meam, & ero vobis deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via quam mandaui
vobis, vt bene sit vobis. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam, sed abierunt in
F * voluptatibus suis, & in prauitate cordis sui mali, factique sunt retrorsum: & nō in antea à die quo Heb. consilijs
egressi sunt patres eorum de terra Aegypti, vsque ad diem hanc. Et misi ad vos omnes seruos
meos prophetas, per diem consurgens diluculo, & mittens, & non audierunt me, nec inclina

uerunt aurem suam, sed indurauerant ceruicem suã, & peius operati sunt q̃ patres eorũ. Et lo-
queris ad eos omnia verba hæc, & nõ audient te, & vocabis eos, & nõ respondebunt tibi. Et
Infr. 61. c dices ad eos: Hæc est gens quæ non audiuit vocem domini dei sui, nec recepit disciplinam. G
Heb. super Perijt fides, & ablata est de ore eorũ. Tonde capillum tuum, & proijce, & sume * in directum
excelsa planctum, quia proiecit dominus, & reliquit generationem furoris sui, quia fecerunt filij Iu-
da malũ in oculis meis, dicit dominus. Posuerunt offendicula sua in domo, in qua inuocatum
est nomen meũ, vt polluerent eã, & ædificauerunt excelsa Topheth, quæ est in valle filij En-
non, vt incenderent filios suos, & filias suas igni, quæ nõ præcepi, nec cogitaui in corde meo.
Ideo ecce dies venient (dicit dñs) & non dicetur amplius Topheth, & vallis filij Ennon, sed
Supr. eodem vallis interfectionis, & sepelientur in Topheth, eo q͏̃ non sit locus. Et erit morticinum popu
li huius in cibum volucribus cœli, & bestijs terræ, & non erit qui abigat. Et quiescere faciam
Ezech. 26. c de vrbibus Iuda, & de plateis Hierusalem vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, &
vocem sponsæ In desolatione enim erit terra.

¶ Cõminatur residuis de captiuitate, reprehendunt scribæ mendaces. Cap. VIII. A

IN illo tempore (ait dominus) eijcient ossa regis Iuda, & ossa principũ eius, & ossa sacer-
dotum, & ossa prophetarum, & ossa eorũ qui habitauerunt Hierusalem de sepulchris su-
is, & expandent ea ad solẽ, & lunam, & omnem militiam cœli quę dilexerunt, & quibus
seruierunt, & post quæ ambulauerunt, & quæ quæsierunt, & adorauerunt. Nõ colligen-
tur & non sepelientur, in sterquilinium super faciẽ terræ erunt. Et eligent magis mortem, q̃ B
vitã, omnes q residui fuerint de cognatione hac pessima, in vniuersis locis quæ derelicta sunt
ad quæ eieci eos, dicit dominus exercituum. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus. Nunquid q
cadit, non resurget? & qui auersus est, non reuertetur? Quare ergo auersus est populus iste in
Hierusalem, auersione contentiosa? Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. At
tendi, & auscultaui, nemo quod bonum est loquitur. Nullus est qui agat pœnitentiam super
peccato suo, dicens: quid feci? Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu va C
dens ad præliũ. Miluus in cœlo cognouit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custo-
dierunt tẽpus aduentus sui: populus autẽ meus non cognouit iudicium domini. Quomodo
dicitis, sapientes nos sumus, & lex domini nobiscũ est? Vere mendacium operatus est stilus
mendax scribarũ. Confusi sunt sapientes, perterriti & capti sunt. Verbũ enim domini proie-
Supr. 6. c cerunt, & sapientia nulla est in eis. Propterea dabo mulieres eorũ exteris, agros eorũ hæredi- D
Esa. 56. d bus. Quia à minimo vsq; ad maximum omnes auaritiam sequuntur, à propheta vsq; ad sacer
dotem cuncti faciunt mendaciũ. Et sanabant contritiones filiæ populi mei ad ignominiam,
dicentes: pax, pax, cum non esset pax. Confusi sunt, quia abominationem fecerunt, quinimò
confusione nõ sunt confusi, & erubescere nescierunt. Idcirco cadent inter corruentes, in tem E
pore visitationis suæ corruent, dicit dñs. Congregans congregabo eos, ait dominus. Non
est vua in vitibus, & nõ sunt ficus in ficulnea, foliũ defluxit, & dedi eis quæ prætergressa sunt.
Inf. 14 Quare sedemus? Conuenite, & ingrediamur ciuitatem munitam, & sileamus ibi, quia dñs de
us noster silere nos fecit, & potũ dedit nobis aquam fellis. Peccauimus enĩ domino. Expecta F
uimus pacem, & non erat: bonum tempus medelæ, & ecce formido. A Dan auditus est fremi
tus equorũ eius, à voce hinnituum pugnatorum eius commota est omnis terra. Et venerũt &
deuorauerunt terram & plenitudinem eius, vrbem, & habitatores eius. Quia ecce ego mittã
vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, & mordebunt vos, ait dominus. Dolor G
meus super dolorem, in me cor meum mœrens. Ecce vox clamoris filiæ populi mei, de terra
longinqua. Nunquid dominus non est in Sion, aut rex eius non est in ea? Quare ergo me ad
iracundiam concitauerunt in sculptilibus suis, & in vanitatibus alienis. Transiit messis, fini-
ta est æstas, & nos saluati non sumus. Super contritione populi mei contritus sum, & contri-
status, stupor obtinuit me, Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Qua-
re igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei?

¶ Planctus prophetæ super populi malitiam. Cap. IX.

QVis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarũ? Et plorabo die A
ac nocte interfectos filiæ populi mei. Quis dabit me in solitudinem diuersorum vi
atorum? Et derelinquam populum meũ, & recedam ab eis, quia omnes adulteri
sunt, & cœtus præuaricatorũ, & extenderunt linguã suam quasi arcum mẽda-
cij, & non veritatis. Confortati sunt in terra, quia de malo ad malũ egressi sunt, & me non co B
gnouerunt, dicit dominus. Vnusquisq; se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non
habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit, & oĩs amicus fraudulenter in-
cedet, & vir fratrem suũ deridebit, & veritatem non loquentur. Docuerunt enim linguam
suam loqui mendaciũ, vt inique agerent, laborauerunt, Habitatio tua in medio doli, in dolo C
renuerunt scire me, dicit dñs. Propterea hæc dicit dominus exercituũ. Ecce ego cõflabo &
probabo eos, Quid enĩ aliud faciam à facie filiæ populi mei? Sagitta vulnerans lingua eorum
dolum

dolum locuta est. In ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias Nun Psal.17.a
quid super his non visitabo (dicit dominus), aut in gente huiuscemodi non vlciscetur anima Sup.5.c
mea? Super montes assumam fletum ac lamentũ, & super speciosa deserti planctum, quoniã
D incensa sunt, eo ꝙ non sit vir pertransiens, & non audierunt vocẽ possidentis. A volucre cœ Oser.14.d
li vsq; ad pecora transmigrauerunt, & recesserunt. Et dabo Hierusalem in aceruos harenæ
& cubilia draconum, & ciuitates Iuda dabo in desolationem, eo ꝙ non sit habitator. Quis est
vir sapiens qui intelligat hoc, & ad quem verbum oris domini fiat, vt annuntiet istud? Quare
perierit terra, & exusta sit quasi desertũ, eo ꝙ non sit qui pertranseat. Et dixit dominus: Quia
E dereliquerunt legem meam, quam dedi eis, & non audierunt vocem meam, & non ambula-
uerunt in ea, & abierunt post prauitatem cordis sui, & post Baalim quod didicerũt à patribus
suis. Idcirco hæc dicit dominus exercituum, deus Israel. Ecce ego cibabo populum istũ ab-
sinthio, & potum dabo eis aquam fellis, & dispergam eos in gentibus, quas nõ nouerunt, ipsi Infr.14.d
& patres eorum, & mittam post eos gladium, donec consumantur. Hæc dicit dominus ex-
ercituum. Contemplamini, & vocate lamentatrices, vt veniant, & ad eas quæ sapientes sunt
F mittite, & properent, & festinent, & assumant super nos lamentũ. Deducant oculi nostri la-
chrymas, & palpebræ nostræ defluant aquis, quia vox lamentatiõis audita est de Sion. Quo-
modo vastati sumus & confusi vehementer? quia dereliquimus terram, quoniam deiecta sunt
tabernacula nostra. Audite ergo mulieres verbum domini, & assumant aures vestræ sermo-
nem oris eius, & docete filias vestras lamentum, & vnaquæq; proximã suam planctum, quia
ascendit mors per fenestras vestras, ingressa est domos vestras, disperdere paruulos deforis,
G iuuenes de plateis. Loquere. Hæc dicit dñs: Et morticinum hominis quasi stercus super faciẽ
regionis, & quasi fœnum post tergum metentis, & non est qui colligat. Hæc dicit dñs: Nõ 1.Cor.1.d
glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & nõ glorietur di 2.Cor.10.d
ues in diuitijs suis, sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum dñs, qui fa
cio misericordiam & iudicium, & iustitiam in terra, hæc enĩ placent mihi, ait dñs. Ecce dies
venient (dicit dominus) & visitabo super omnem qui incircuncisum habet præputium, super
Aegyptum, & super Iudam, & super Edom, & super filios Ammon, & super Moab, & super
omnes * qui attonsi sunt in comam, habitantes in deserto, quia omnes gentes habent præpu He. habitante in fine angu
tium: omnis autem domus Israel incircuncisi sunt corde. li, habi. &c.

¶Non esse metuendas syderum constellationes. Cap. X.

A AVdite verbum quod locutus est dominus super vos domus Israel. Hæc dicit dñs:
Iuxta vias gentium nolite discere, & à signis cœli nolite metuere, quæ timent gẽtes
quia leges populorum vanæ sunt. Quia lignum de saltu præcidit opus manus arti-
ficis in ascia, Argẽto & auro decorauit illud, clauis & malleis compegit vt nõ dissol-
uatur. * In similitudinẽ palmæ fabricata sunt, & non loquẽtur; portata tollentur, quia incede- He. sicut palma, ductile,
re non valent. Nolite ergo timere ea, quia nec male possunt facere, nec bene. Non est similis vel æquale ipsum, & nõ
tui dñe, magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine: Quis non timebit te, o rex gẽ &c. Apo.15.b
B tium? Tuum est enim decus. Inter cunctos sapientes gentium, & in vniuersis regnis eorũ, nul
lus est similis tui. Pariter insipientes, & fatui * probabũtur, doctrina vanitatis eorũ lignum est Heb. stunt
Argentũ * inuolutum de Tharsis affertur, & aurum de Ophir, opus artificis, & manus ærarij He. diductũ malleo, & pro
hyacinthus, & purpura indumentum eorũ. Opus artificum vniuersa hæc, dñs autem deus ve Ophir legunt
rus est. Ipse deus viuens, & rex sempiternus. Ab indignatiõe eius commouebitur terra, & Vphas. i. bene purgato
non sustinebunt gentes cõminationẽ eius, Sic ergo dicetis eis: Dij qui cœlos & terrã non fece auro.
runt, pereant de terra, & de his quæ sub cœlo sunt. Qui facit terram in fortitudine sua, præpa
C rat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cœlos. ad vocem suam dat multitudinẽ
aquarum in cœlo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terre. Fulgura in pluuiã facit, & educit Psal.134.b
ventum de thesauris suis. Stultus factus est omnis homo à scientia sua, confusus est artifex oĩs
in sculptili, quoniam falsum est quod conflauit, & non est spiritus in eis. Vana sunt & opus
* risu dignum. In tẽpore visitationis suæ peribunt. Non est his similis pars Iacob. Qui enĩ for He. seductionis
mauit omnia, ipse est, & Israel virga hæreditatis eius. Dominus exercituũ nomen illi. Con-
grega de terra * cõfusionẽ tuam quæ habitas in obsidione, quia hæc dicit dominus. Ecce ego Heb. merces tuas.
longe projiciã habitatores terræ in hac vice, & tribulabo eos, ita vt * non inueniãtur. Væ mi In Heb. non, superest.
D hi super contritione mea, pessima plaga mea. Ego autem dixi: Plane hæc infirmitas mea est,
& portabo illam. Tabernaculũ meum vastatũ est, omnes funiculi mei dirupti sunt. Filij mei
exierunt à me, & non subsistunt. Nõ est qui extẽdat vltra tentoriũ meũ, & erigat * pelles me- He. cortinas
as, quia stulte egerunt pastores, & dominũ non quæsierunt, propterea non intellexerunt, &
omnis grex eorũ dispersus est. Vox auditionis ecce venit, & cõmotio magna de terra aqui
lonis, vt ponat ciuitates Iuda in solitudinem, & habitaculum draconum. Scio domine, quia
non est hominis via eius, nec viri est vt ambulet, & dirigat gressus suos. Corripe me dñe, ve Psal.78
runtamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Effunde indigna-

tionem tuam super gentes quæ non cognouerunt te,& super prouincias, quæ nomen tuum
non inuocauerunt,quia comederunt Iacob,& deuorauerunt eum,& consumpserunt illum,
Heb. habitaculum & * decus eius dissipauerunt.

¶ Maledictio eorum,qui non obediunt verbo dei. Prædicit Christus se crucifigendum. Cap. XI.

VErbum quod factum est à domino ad Hieremiã,dicens:Audite verba pacti huius A
& loquimini ad viros Iuda,& ad habitatores Hierusalem,& dices ad eos:Hæc di-
cit dominus deus Israel:Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius , quod
præcepi patribus vestris,in die qua eduxi eos de terra Aegypti,de fornace ferrea
dicens:Audite vocem meam,& facite omnia quæ præcepi vobis,& eritis mihi in populũ,&
ego ero vobis in deũ,vt suscitem iuramentũ,quod iuraui patribus vestris,daturũ me eis ter-
ram fluentem lacte & melle,sicut est dies hæc.Et respondi,& dixi:Amẽ domine.Et dixit do
minus ad me:Vociferare omnia verba hæc,in ciuitatibus Iuda, & foris Hierusalem,dicens:
Audite verba pacti huius,& facite illa,quia contestans contestatus sum patres vestros, in die B
qua eduxi eos de terra Aegypti,vsq; in diem hanc.Mane consurgens contestatus sum, & di-
xi:Audite vocem meam,& non audierũt,nec inclinauerũt aurem suam,sed abierũt vnusquisq;
in prauitate cordis sui mali.Et induxi super eos omnia verba pacti huius, quod præcepi vt
facerent,& non fecerũt. Et dixit dominus ad me:Inuenta est coniuratio in viris Iuda ,& in
habitatoribus Hierusalem.Reuersi sunt ad iniquitates patrũ suoꝝ priores,qui noluerũt audi-
re verba mea.Et hi ergo abierũt post deos alienos,vt seruirent eis.Irritũ fecerunt domus Is-
rael,& domus Iuda pactũ meũ,quod pepigi cũ patribus eoꝝ. Quamobrem dicit dominus:
Ecce ego inducam super eos mala,de quibus exire non poterũt,& clamabunt ad me,& non
exaudiam eos.Et ibunt ciuitates Iuda,& habitatores Hierusalem,& clamabũt ad deos, qbus C
libant,& non saluabũt eos in tempore afflictionis eoꝝ.Secundũ numeꝝ enim ciuitatũ tuaꝝ de conf. di. 2 c. q. solemnes
Sup. 2. f erant dij tui Iuda,& secundũ numeꝝ viaꝝ tuaꝝ Hierusalem,posuisti aras confusionis, ad li-
Sup. 17. e bandũ Baalim. Tu ergo noli orare pro populo hoc,& ne assumas pro ais laudem, & oratio
Infr. 14. b nem,quia non exaudiam in tempore clamoris eoꝝ ad me,in tempore afflictionis eorum.
Quid est quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ aufe-
rent à te malitias tuas in quibus gloriata es? Oliuam vberem,pulchram fructiferã, speciosam
vocauit dñs nomen tuũ.Ad vocem loquelæ grandis exarsit ignis in ea,& combusta sunt fru-
teta eius.Et dominus exercituũ qui plantauit te,locutus est super te malũ,pro malis domus
Israel,& domus Iuda,quæ fecerũt sibi,ad irritandũ me,libantes Baalim. Tu aũt domine de D
Heb. & bos monstrasti mihi,& cognoui,tu ostendisti mihi studia eoꝝ.Et ego quasi * agnus mansuetus,
qui portatur ad victimam.Et non cognoui,quia cogitauerũt super me consilia,dicẽtes:Mit-
tamus lignũ in panẽ eius,& eradamus eũ de terra viuẽtiũ,& nomẽ eius nõ memoretur amplius
Inf. 20. c Tu aũt domine sabaoth qui iudicas iuste,& probas renes & corda, videam vltionem tuam ex
eis,tibi enim reuelaui causam meam. Propterea hæc dicit dominus ad viros Anathoth,qui
quærunt animam tuam,& dicũt:non prophetabis in nomine domini,& non morieris in ma
nibus nostris.Propterea hæc dicit dominus exercituũ.Ecce ego visitabo super eos , Iuuenes
morientur in gladio,filij eoꝝ,& filiæ eoꝝ morientur in fame,& reliquiæ non erunt ex eis.In
ducam enim malũ super viros Anathoth,annũ visitationis eorum.

¶ Conqueritur impijs cuncta euenire prospere,inuehit in pastores, populi seductores. Cap. XII.

He. cõtendã IVstus quidem tu es domine,si * disputem tecũ,verũtamen * iusta loquar ad te.Quare via A
Heb. iudicia impioꝝ prosperatur,bene est omnibus qui præuaricantur,& inique agunt? Plantasti
Iob. 21. a eos,& radicem miserunt,proficiunt,& faciunt fructũ,Prope tu es ori eorum,& longe à
Abac. 1. a renibus eorũ.Et tu domine nosti me,vidisti me,& probasti cor meũ tecum.* Congre-
Heb. Euelle ga eos quasi gregem ad victimam,& sanctifica eos in die occisionis. Vsquequo lugebit ter
ra,& herba omnis regionis siccabitur,propter malitiam habitantiũ in ea? Consumptũ est ani B
mal,& volucre,quoniam dixerũt,non videbit nouissima nostra.Si cum peditibus currens la-
borasti, quomodo contendere poteris cũ equis? Cum autem in terra pacis securus fueris, qd
facies in superbia Iordanis? Nam & fratres tui,& domus patris tui,etiam ipsi pugnauerunt ad
uersum te,& clamauerũt post te plena voce:Ne credas eis,cum locuti fuerint tibi bona. Re-
liqui domũ meam,dimisi hæreditatem meam. Dedi dilectam animam meam in manus ini-
micorũ eius,& facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua.Dedit contra me vocem, ideo C
odiui eam.Nũquid auis discolor hæreditas mea mihi? Nunquid auis tincta per totũ? Ve-
nite,congregamini oẽs bestiæ terræ,properate ad deuorandũ.Pastores multi demoliti sunt
vineam meam,conculcauerũt partem meam.Dederunt portionem meam desiderabilem in
Heb. omnis desertũ solitudinis,posuerunt eam in dissipationem,luxitq; super me. Desolatione desolata
loca alta est omnis terra,quia nullus est qui recogitet corde,Super * omnes vias deserti venerũt omnes
vastatores

vastatores terræ, quia gladius domini deuorabit ab extremo terræ, vsq; ad extremũ eius. Non
est pax vniuersæ carni. Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt, hæreditatem acceperunt
D & non eis proderit. Confundemini à fructibus vestris, propter iram furoris domini. Hæc di-
cit dominus aduersum omnes vicinos meos pessimos, qui tangunt hæreditatem quam distri-
bui populo meo Israel. Ecce ego euellam eos de terra sua, & domum Iuda euellam de medio e-
orum. Et cum euulsero eos, conuertar, & miserebor eorũ, & reducã eos, uirũ ad hæreditatẽ suã,
& virũ in terrã suã. Et erit, si eruditi didicerint vias populi mei, vt iurent in nomine meo, viuit
dñs, sicut docuerũt populũ meũ iurare in Baal, ædificabunt in medio populi mei. Quod si nõ au-
dierint, euellam gentẽ illã euulsione, & perditione ait dñs.

¶Per lumbare putrefactum dñs internitionẽ Iuda præfigurat. Cap. XIII.

A Hæc dicit dominus ad me: Vade: & posside tibi lumbare lineũ, & pones illud super lum
bos tuos, & in aquam non inferes illud. Et possedi lumbare, iuxta verbum domini, &
posui circa lumbos meos. Et factus est sermo domini ad me secundo, dicens: Tolle
lumbare quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgens vade ad Eufraten, &
absconde ibi illud in foramine petræ. Et abij & abscondi illud in Eufrate, sicut præceperat mi-
hi dominus. Et factũ est post dies plurimos, dixit dominus ad me: Surge: & vade ad Eufraten,
& tolle inde lumbare quod præcepi tibi, vt absconderes illud ibi. Et abij ad Eufraten, & fodi,
& tuli lumbare de loco, vbi absconderã illud. Et ecce computruerat lumbare, ita vt nulli vsui a-
ptum esset. Et factum est verbum domini ad me, dicens: Hæc dicit dominus. Sic computres-
B cere faciam superbiam Iuda, & superbiam Hierusalem multam, populum istum pessimum, qui
nolunt audire verba mea, & ambulant in prauitate cordis sui, abieruntq; post deos alienos, vt
seruirent eis, & adorarent eos. Et erunt sicut lumbare istud, quod nulli vsui aptum est. Sicut enĩ
adhæret lumbare ad lumbos viri sic agglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem do-
mum Iuda, dicit dominus, vt essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam,
& non audierunt. Dices ergo ad eos sermonem istum. Hæc dicit dominus deus Israel. Omnis
laguncula implebitur vino, Et dicent ad te: Nunquid ignoramus, quia omnis laguncula imple
bitur vino? Et dices ad eos: Hæc dicit dominus. Ecce ego implebo omnes habitatores terræ
huius, & reges qui sedent de stirpe Dauid super thronum eius, & sacerdotes, & prophetas, &
C om̃es habitatores Hierusalem ebrietate, & dispergam eos, virũ à fratre suo, & patres, & filios
pariter, ait dominus: Non parcam, & non concedam, neq; miserebor, vt non disperdam eos.
Audite, & auribus percipite, nolite eleuari, quia dominus loquutus est, Date domino deo ve
stro gloriam, antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caligi-
nosos. Expectabitis lucem, & ponet eam in vmbram mortis, & in caliginem. Quod si hoc non infra. 31. b
audieritis in abscondito, plorabit anima mea à facie superbiæ. Plorãs plorabit, & deducet ocu- Tren. 1. a
lus meus lachrymã, quia captus est grex domini. Dic regi, & dominatrici. Humiliamini, sede-
te in terra, quoniam descendet de capite vestro corona gloriæ vestræ. Ciuitates austri clausę
D sunt, & non est qui aperiat. Translata est omnis Iuda transmigratione perfecta. Leuate oculos
vestros, & videte, qui venitis ab Aquilone. Vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclytum tuũ?
Quid dices cum visitauerit te? Tu enim docuisti eos aduersum te, & erudisti in caput tuum. Nũ
quid non dolores apprehendent te, quasi mulierem parturientẽ? Quod si dixeris in corde tuo.
Quare venerunt mihi hæc? Propter multitudinem iniquitatis tuæ *reuelata sunt verecũdiora He. nudatæ
tua, pollutæ sunt plantæ tuæ. Si mutare potest æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas sunt fimbriæ
& vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Et disseminabo eos quasi stipulam, q̃ vẽto tuæ, discoop-
raptatur in deserto. Hæc sors tua, parsq; mensuræ tuæ à me (dicit dominus) quia oblita es mei, ertæ sunt. &c.
& confisa es in mendacio. Vnde & ego nudaui fœmora tua, contra faciem tuam, & apparuit ig infra. 50. c
nominia tua, adulteria tua, & hinnitus tuus, scelus fornicationis tuæ. Super colles in agro vidi
abominationes tuas. Væ tibi Hierusalem. Non mundaberis post me, Vsquequo adhuc?

¶Neque ieiunia, neque preces prodesse obstinatis. Minatur falsis prophetis.

¶Caput. XIIII.

A Qvod factum est verbum domini ad Hieremiam, de sermonibus *siccitatis. Luxit Iu Heb. famis
dæa, & portæ eius corruerunt, & obscuratæ sunt in terra, & clamor Hierusalem as-
cendit. Maiores miserunt minores suos ad aquam, venerunt ad hauriendum. Non
inuenerunt aquam, reportauerunt vasa sua vacua. Confusi sunt, & afflicti, & o-
peruerunt capita sua, propter terræ vastitatem, quia non venit pluuia in terram. Confusi sunt
agricolæ, operuerunt capita sua. Nam & cerua in agro peperit, & reliquit, quia non erat her
ba. Et Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum
B quia non erat herba. Si iniquitates nostræ responderint nobis domine, fac propter nomẽ tu
um, quoniam multæ sunt auersiones nostræ. Tibi peccauimus expectatio Israel, saluator eius
in tempore tribulationis. Quare quasi *colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad Heb. aduena.
manendum? Quare futurus es velut vir *vagus, & fortis, qui non potest saluare? Tu autem in He. attonitus

nobis es domine,& nomen tuum inuocatum est super nos,ne derelinquas nos. Hæc dicit do-
minus populo huic, qui dilexit mouere pedes suos,& nō quieuit,& domino non placuit. Nūc
Supra.7.a recordabitur iniquitatum eorum,& visitabit peccata eorum. Et dixit dominus ad me: Noli
orare pro populo isto,in bonum. Cum ieiunauerint non exaudiam preces eorum,& si obtule
Sup.1.b rint holocaustomata,& victimas,non suscipiam ea,quoniam gladio,& fame,& peste consumā
eos. Et dixi: Ah,ah,domine deus. Prophetæ dicunt eis: Non videbitis gladium, & fames non
Inf. 23.d.27.c.29.b erit in vobis,sed pacem veram dabit vobis in loco isto. Et dixit dominus ad me: Falso prophe- De.pr.dict.
tæ vaticinantur in nomine meo. Non misi eos,& non præcepi eis,neque loquutus sum ad eos. C
Visionem mendacem,& diuinationem fraudulentam: & seductionem cordis sui prophetant
vobis. Idcirco hæc dicit dominus de prophetis,qui prophetant in nomine meo:quos ego nō
misi,dicentes:gladius & fames non erit in terra hac. In gladio & fame consumentur prophetæ
illi,& populus quibus prophetauerunt,erūt proiecti in vijs Hierusalem, præ fame & gladio,&
non erit qui sepeliat eos,ipsi & vxores eorum,filij & filiæ eorum,& effundam super eos malū
suum. Et dices ad eos verbum istud: Deducant oculi mei lachrymam per noctem & diem,&
Trenh.1.f non taceant, quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei,plaga pessima ve- D
hementer,Si egressus fuero ad agros,ecce occisi gladio. Et si introiero in ciuitatem, ecce atte
nuati fame,Propheta quoq;,& sacerdos abierunt,in terram quam ignorabant. Nunquid p-
ijciens,abiecisti Iudam? aut Sion abominata est anima tua? Quare ergo percussisti nos,ita vt
nulla sit sanitas? Expectauimus pacem,& non est bonum,& tempus curationis,& ecce tur-
Sup.8.e batio. Cognouimus domine impietates nostras,iniquitates patrum nostrorum,quia pecca-
Hc.ne contemnas pter non.ē tuum ne deiicias so liū gloriæ tuæ recordare.&c. uimus tibi,*ne des nos in opprobrium,propter nomen tuum,neque facias nobis contumeliā,
solij gloriæ tuæ recordare. ne irritum facias fœdus tuum nobiscum. Nunquid sunt in sculptili
bus gentiū,qui pluant,aut cœli possunt dare imbres,nisi tu volueris? Nonne tu es dn̄s deus no-
ster,quem expectauimus? Tu enim fecisti omnia hæc.

¶ Minatur dn̄s vltionem in populum Iudaicū, neq; se exauditurū,etiam si Moses & Samuel pro eis obsecrauerint. Cap. XV.

Zach.11.b ET dixit dominus ad me: Si steterint Moses & Samuel coram me, non est anima mea A
ad populum istum. Eijce illos à facie mea,& egrediantur. Quod si dixerint ad te, quo
egrediemur? dices ad eos: Hæc dicit dominus. Qui ad mortem,ad mortem,& qui ad
gladium,ad gladium:& qui ad famem,ad famem:& qui ad captiuitatem,ad captiuita-
tem. Et visitabo super eos quatuor species,dicit dominus: Gladium ad occisionem,& canes ad
lacerandum,& volatilia cœli:& bestias terræ ad deuorandum,& dissipandum, & dabo eos in
feruorem vniuersis regnis terræ,propter Manassen filium Hezechiæ regis Iuda, super omni-
bus quæ fecit in Hierusalem. Quis enim miserebitur tui Hierusalem? aut quis contristabitur p
He.ad pœnitendum. te? Aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Tu reliquisti me (dicit dominus) retrorsum abij- B
sti. Et extendā manum meam super te,& interficiam te. Laboraui *rogans. Et dispergam eos
ventilabro in portis terræ. Interfeci & disperdidi populum meum,& tamen à vijs suis nō sunt
reuersi. Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius,super arenam maris. Induxi eis super matrem ado-
lescentis vastatorem meridie,misi super ciuitates repente terrorem. Infirmata est quæ peperit
septem,defecit anima eius. Occidit ei sol cum adhuc esset dies,confusa est,& erubuit. Et residu
os eius in gladiū dabo in conspectu inimicorum eorum, ait dominus. Væ mihi mater mea.
Quare genuisti me virum rixæ,virum discordiæ in vniuersa terra? Non fœneraui,nec fœnera C
uit mihi quisquam. Omnes maledicunt mihi, dicit dominus: Si non reliquiæ tuæ in bonum, si
non occurr[er]it tibi in tempore afflictionis:& in tēpore tribulationis aduersum inimicum. Nun-
He.cōteret ferrū,ferrum &c. quid *fœnerabitur ferrum ferro ab aquilone,& æs? Diuitias tuas & thesauros tuos in direptio-
nem dabo gratis,in omnibus peccatis tuis:& in omnibus terminis tuis. Et adducam inimicos
He.in lōganimitate furoris tui susci.&c. tuos de terra quam nescis:qa ignis succensus ē in furore meo, & super vos ardebit. Tu scis do-
mine,recordare mei,& visita me,& tuere me,ab his qui persequuntur me. Noli in *patientia Deut.32.e
tua suscipere me. Scito quoniā sustinui propter te opprobriū. Inuenti sunt sermones tui,& co-
medi eos. Et factum est mihi verbum tuum in gaudium,& in lætitiam cordis mei,quoniam in-
Heb.& nō exultaui. uocatum est nomen tuum super me. Domine deus exercituum. Non sedi in consilio ludentiūt D
&*gloriatus sum à facie manus tuæ. Solus sedebam:quoniam amaritudine replesti me. Quare 2.q.1.c.Cum ergo.
factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis,renuit curari? Facta est mihi quasi
mendacium aquarum infidelium. Propter hoc hæc dicit dominus. Si conuerteris conuertā te,
& ante faciem meam stabis,& si separaueris preciosum à vili: quasi os meum eris. Conuertent
ipsi ad te:& tu non conuerteris ad eos. Et dabo te populo huic in murum æreum, fortem, &
bellabunt aduersum te:& non præualebunt,quia ego tecū sum,vt saluem te,& eruā te,dicit dn̄s
Et liberabo te de manu pessimorum,& redimam te de manu fortium.

¶ Prædicit calamitatem Iudæorū,& de populo Christiano ex gentibus. Caput. XVI.

A ET factum est verbum domini ad me :dicens. non accipies vxorem: & non erunt tibi fi
lij,& filiæ,in loco isto. Quia hæc dicit dominus: & super filios & filias qui generantur
in loco isto:& super matres eorum quæ genuerunt eos:& super patres eorum: de quorum stirpe sunt nati in terra hac,mortibus ægrotationum morientur:non plangentur
& non sepelientur:in sterquilinium super faciem terræ erunt,& gladio & fame consumentur,
& erit cadauer eorum in escam volatilibus cœli,& bestijs terræ. Hæc enim dicit dominus, Ne
ingrediaris domum conuiuij,neque vadas ad plangendum:neque consoleris eos, quia abstuli
pacem meam à populo isto(dicit dominus)misericordiam,& miserationes. Et morientur grã
des,& parui,in terra ista,non sepelientur,atq; plangentur,& non se incident,neq; caluitium fi-
B et pro eis. Et non frangent inter eos lugenti panem,ad consolandum super mortuo,& non da
bunt ei potum calicis,ad consolandum super patre suo,& matre. Et domum conuiuij non in-
grediaris,vt sedeas cum eis,& comedas,& bibas, quia hæc dicit dominus exercituum deus Is-
rael. Ecce ego auferam de loco isto in oculis vestris,& in diebus vestris, vocem gaudij, & vocẽ
letitiæ,vocem sponsi, & vocem sponsæ. Et cum annunciaueris populo huic omnia verba hęc
& dixerint tibi,quare loquutus est dominus super nos omne malum grande istud: quæ iniqui-
tas nostra,aut quod peccatum nostrum,quod peccauimus domino deo nostro: dices ad eos.
Quia dereliquerunt me patres vestri(ait dominus)& abierunt post deos alienos,& seruierunt e
is,& adorauerunt eos,& me dereliquerunt,& legem meam non custodierunt. Sed & vos pe-
ius operati estis,quàm patres vestri. Ecce enim ambulat vnusquisq; post prauitatem cordis sui, Supra.5.a
C mali,vt me nõ audiat, Et ejciam vos de terra hac,i terram quã ignoratis vos& patres vestri,&
seruietis ibi dijs alienis die ac nocte, *qui nõ dabunt vobis requiem. Propterea ecce dies ve- Supra.7.f He.quia nõ dabo vobis misericordiam.
nient(dicit dominus)& non dicetur vltra, viuit dominus, qui eduxit filios Israel de terra Ae-
gypti,sed viuit Dominus,q eduxit filios Israel de terra aquilonis, & de vniuersis terris ad quas Supra.23.d
eiecit eos:& reducam eos in terram suam,quam dedi patribus eorum. Ecce ego mittam pisca
tores multos (dicit dñs) & piscabuntur eos. Et post hæc mittam eis multos venatores, & ve-
D nabuntur eos de oĩmi monte,& de omni colle,& de cauernis petrarum. quia oculi mei super o-
mnes vias eorum, Non sunt absconditæ à facie mea, & non fuit occultata iniquitas eorum ab
oculis meis. Et reddam primum duplices iniquitates,& peccata eorum: quia contaminauerũt
terram meam in morticinis idolorum suorum:& abominationibus suis impleuerunt hæredi-
tatem meam. Domine fortitudo mea,& robur meum & refugium meum in die tribulationis.
Ad te gentes venient ab extremis terrę,& dicent. Vere mendacium possederunt patres nostri,
vanitatem quæ eis non profuit. Nunquid faciet sibi homo deos: Et ipsi non sunt dij. Idcirco
ecce ego ostendam eis per vicem hanc,ostendam eis manum meam,& virtutem meam,& sci-
ent quia nomen mihi dominus.

¶ Iudæorum obstinatio, Maledicti in hominem confidentes, Obseruandũ sabbatum. Cap. XVII.

A PEccatum Iuda scriptum est stilo ferreo,in ungue*adamantino,exaratum super latitu Heb.forti
dinem cordis eorum,& in cornibus ararum eorum. Cum recordati fuerint filij eorũ
ararum suarum: & lucorum suorum,lignorumq; frondentium in* montibus excelsis Heb.collibus excelsis Mõtes in agro. &c.
sacrificantes in agro:fortitudinem tuam:& omnes thesauros tuos in direptionẽ da-
bo:excelsa tua propter peccata in vniuersis finibus tuis. Et relinqueris sola ab hæreditate tua:
quam dedi tibi: & seruire te faciam inimicis tuis:in terra quam ignoras. Quoniam ignem suc-
B cendisti in furore meo:vsque in æternum ardebit. Hæc dicit Dominus. Maledictus homo Infr.48.a
qui confidit in homine,& ponit carnem brachium suum: & à domino recędit cor eius. Erit
enim quasi miricæ in deserto,& non videbit cum venerit bonũ:sed habitabit in siccitatẽ in de-
serto,in terra salsuginis,& inhabitabili. Benedictus vir qui confidit in domino,& erit dominus Psal.1.
fiducia eius. Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas,quod ad humorem mittit ra
dices suas,& non*timebit cum venerit æstus. Et erit folium eius viride, & in tempore siccita- He. uidebit, curabit.
C tis non erit sollicitum:nec aliquando desinet facere fructum. Prauum est cor hominis &*in- He.dolori est positum.
scrutabile,quis cognoscet illud: Ego dominus scrutans cor,& probans renes qui do vnicuiq;
iuxta viam suam,& iuxta fructum adinuentionum suarum. Perdix fouit quæ non peperit, fe- Apoc.2.f.
cit diuitias,& non in iudicio. In dimidio dierum suorum derelinquet eas,& in nouissimo suo e-
rit insipiens,Solium gloriæ altitudinis à principio:locus sanctificationis nostræ expectatio Isra
el. Domine,oĩes qui te derelinquũt,confundentur,recedentes à te in terra scribentur, quoniã
dereliquerũt venã aquarum viuentiũ dominum Sana me domine,& sanabor, saluũ me fac,
& saluus ero,quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicũt ad me. Vbi est verbum domini: Veniat,
Et ego nõ *sum turbatus,te pastorẽ sequens,& diẽ hominis nõ desideraui,tu scis. Quod egres- Heb.Incubui ut essem pastor post te, & diẽ forte nõ desii.&c.
sum est de labijs meis,rectũ in conspectu tuo fuit. Nõ sis tu mihi formidini,spes mea tu in die
afflictionis. Confundantur qui me persequuntur,& non confundar ego, paueant illi,& non
pauẽam ego. Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. Hæc

dicit dominus ad me. Vade & sta in porta filioꝝ populi mei, per quam ingrediuntur reges Iu
da, & egrediuntur, & in cunctis portis Hierusalem, & dices ad eos. Audite verbū domini reges
Iuda, & omnis Iuda, cunctiq; habitatores Hierusalem, q ingredimini p portas istas. Hæc di-
cit dominus. Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbati, nec inferatis p
portas Hierusalē, & nolite ejicere onera de domibus vestris in die sabbati, & omē opus nō faci-
Leuit. 25. a etis. Sanctificate diē sabbati sicut pcepi patribus vestris, & nō audierūt, nec inclinauerūt aurem
suā, sed indurauerūt ceruicē suā ne audirēt me, & ne acciperēt disciplinā. Et erit. Si audieritis me D
(dicit dn̄s) vt nō inferatis onera per portas ciuitatis huius in die sabbati, & si sanctificaueritis di
em sabbati: ne faciatis in eo omne opus, ingredientur per portas ciuitatis huius reges & princi-
pes, sedentes super solium Dauid: & ascendentes in curribus & equis: ipsi & principes eoꝝ: viri
Iuda & habitatores Hierusalem: & habitabitur ciuitas hæc in sempiternum. Et venient de ciui
tatibus Iuda, & de circuitu Hierusalē, & de terra Beniamin, & de campestribus, & de montuo-
sis, & ab austro, portantes holocaustum, & victimam, & sacrificium, & thus, & inferent obla-
tionem in domo domini. Si autem non audieritis me: vt sanctificetis diem sabbati, & ne porte-
tis onus, & ne inferatis per portas Hierusalem in die sabbati: succendam ignem in portis eius, &
deuorabit domos Hierusalem: & non extinguetur.

¶Comparat hominē vasis figuli, Sua psequutione Christi passionem præ-
figurat. Cap. XVIII.

VErbum quod factū est ad Hieremiam, à domino dicens. Surge: & descende in do- A
mum figuli: & ibi audies verba mea. Et descendi in domum figuli, & ecce ipse facie-
bat opus super rotam. Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat è luto, manibus suis
Conuersusq; fecit illud vas alterum: sicut placuerat in oculis eius, vt faceret. Et fa-
ctum est verbum domini ad me, dicens. Nunquid sicut figulus iste: non potero vobis facere do
mus Israel: ait dominus? Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos domus Israel, in manu mea, B
Repente loquar aduersum gentem. & aduersum regnū: vt eradicē, & destruā, & disperdam il- 22. q. 4. c. in. cōmutabilis.
lud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam: agam & ego De. pœ. dist.
pœnitentiam super malo: quod cogitaui vt facerem ei: & subito loquar de gente, & de regno, 1. c. si agam
vt ædificem, & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis: vt non audiat vocem meam, pœ
Infra. 25. b nitentiam agam super bono, quod locutus sum vt facerem ei. Nunc ergo dic viro Iuda, & ha
& infra. 35. c bitatori Hierusalem, dicens. Hæc dicit dominus. Ecce ego fingo contra vos malum, & cogito
contra vos cogitationem. Reuertatur vnusquisq; à via sua mala, & dirigite vias vestras, & stu- C
dia vestra. Qui dixerunt, desperauimus, post cogitationes enim nostras ibimus, & vnusquisq;
prauitatem cordis sui mali faciemus. Ideo hæc dicit dominus. Interrogate gentes. Quis audi-
uit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel? Nunquid deficiet de petra agri nix Libani, aut
euelli possunt aquæ erumpentes, frigidæ, & defluētes? Quia oblitus est mei populus meus, fru-
Infra. 16. 49. 50. c stra libantes, & impinguentes in vijs suis, & in semitis seculi, vt ambularent p eas in itinere non
trito, vt fieret terra eoꝝ in desolationē, & in sibilum sempiternū. Omīs qui præterierit p eam,
obstupescet, & mouebit caput suū. Sicut ventus vrēs dispergam eos coram inimico, dorsum
& nō faciem ostendam eis, in die perditionis eoꝝ. Et dixerunt. Venite, & cogitemus cōtra
Hieremiam cogitationes. Non enī peribit lex à sacerdote, neque consiliū à sapiente, nec sermo
à propheta. Venite & pcutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuersos sermones eius. D
Attende domine ad me, & audi vocem aduersarioꝝ meoꝝ. Nunquid reddetur pro bono ma- 91. dist. c. de
lum? quia foderunt foueam animæ meæ. Recordare quod steterim in conspectu tuo: vt loque- cons. ibi nō
rer pro eis bonum, & auerterem indignationē tuam ab eis. Propterea da filios eoꝝ in famem, butem.
& deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eoꝝ absq; liberis, & viduæ, & viri eaꝝ interfician-
tur morte. Iuuenes eoꝝ confodiantur gladio in prælio, audiatur clamor de domibus eoꝝ. Ad
duces enī super eos latronē repente: quia foderunt foueam, vt caperent me, & laqueos abscon-
derunt pedibus meis. Tu autē domine scis omne consilium eoꝝ, aduersum me in mortem. Ne
propitieris iniquitati eoꝝ, & peccatum eoꝝ à facie tua nō deleatur Fiant corruentes in cōspe-
ctu tuo, in tempore furoris tui abutere eis.

¶Minatur dira habitatoribus Hierusalē, propter idololatriam. Cap. XIX.

Heb. eme. HAec dicit dominus. Vade, & *accipe lagunculam figuli testeam, de senioribus populi A
& de senioribus sacerdotum, & egredere ad vallem filioꝝ Ennon, quæ est iuxta in-
troitum portæ fictilis, & prædicabis ibi verba, quæ ego loquor ad te, & dices. Audite
verbum domini reges Iuda, & habitatores Hierusalem. Hæc dicit dominus exercitu-
Supra. 6. e um, Deus Israel. Ecce ego inducam afflictionem super locum istum, ita vt omnis qui audierit
Infra. eodem illam, tinniant aures eius, eo q dereliquerunt me, & alienum fecerunt locum istum, & libauerūt B
in eo dijs alienis, quos nescierunt ipsi, & patres eorum, & reges Iuda, & repleuerunt locum istū
sanguine innocentum, & ædificauerūt excelsa Baalim, ad comburendos filios suos igni, in ho-
locaustum Baalim, q̄ non præcepi, nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum, Propterea
ecce

ecce dies venient, dicit Dominus, & non vocabitur amplius locus iste Topheth, & vallis filij
Ennon, sed vallis occisionis. Et dissipabo consilium Iuda, & Hierusalem, in loco isto, & subuer
tam eos gladio, in conspectu inimicorũ suorũ, & in manu quærentiũ animas eorum, & dabo ca
C dauera eorũ escam volatilibus cœli, & bestijs terræ, & ponam ciuitatem hanc in stuporem, & Supra.19.c
in sibilum. Omnis qui præterierit per eam, obstupescet, & sibilabit, super vniuersa plaga eius. Infra.49.a
Et cibabo eos carnibus filiorũ suorũ, & carnibus filiarũ suarum, & vnusquisq; carnes amici sui co- &.50.c
medet, in obsidione, & in angustia, in qua concludent eos inimici eorũ, & qui quærunt animas
eorum. Et conteres laguncula in oculis virorum q ibunt tecũ, & dices ad eos. Hæc dicit Do-
minus exercituum. Sic conteram populum istum & ciuitatem istam, sicut conteritur vas figu
li, quod non potest vltra instaurari. Et in Topheth sepelient, eo quod non sit alius locus ad se-
D peliẽdum. Sic faciam loco huic (ait Dominus) & habitatoribus eius, & ponam ciuitatem istam
sicut Topheth. Et erunt domus Hierusalem, & domus regum Iuda, sicut locus Topheth, im-
mundæ, omnes domus in quarũ domatibus sacrificauerunt omni militiæ cœli, & libauerunt li
bamina dijs alienis. Venit autem Hieremias de Topheth, quo miserat eum Dominus, ad pro
phetandum, & stetit in atrio domus Domini, & dixit ad omnem populum. Hæc dicit Domi-
nus exercituum, Deus Israhel. Ecce ego inducam super ciuitatem hanc, & super omnes vrbes
eius, vniuersa mala quę locutus sum aduersum eam, quoniam indurauerunt ceruicem suam, vt
non audirent sermones meos.

¶Hieremias ob verbum dei percutitur, incarceratur, prędicit ciuitatis vastationem, de-
sperat, maledicit natiuitati suæ. Ca. XX.

A ET audiuit Phashur, filius Emmer, sacerdos, q constitutus erat princeps in domo Do- Infra.17.a
mini, Hieremiam prophetantem sermones istos. Et percussit Phashur Hieremiã pro
phetam, & misit eũ in neruũ, quod erat in porta Beniamin superiori, in domo Domi-
ni. Cumq; illuxisset in crastinum, ęduxit Phashur Hieremiam de neruo. Et dixit ad eũ
Hieremias. Non Phashur vocauit dñs nomen tuũ: sed pauorem vndiq;: quia hæc dicit dñs: Ec
ce ego dabo te in pauorem, & omnes amicos tuos, & corruent gladio inimicorũ suorũ, & ocu-
B li tui videbunt. Et omnem Iudã dabo in manu regis Babylonis, & traducet eos in Babylonem
& percutiet eos gladio. Et dabo vniuersam substantiã ciuitatis huius, & omnem laborem eius
omneq; pretiũ, & cunctos thesauros regũ Iuda dabo in manu inimicorũ eorũ, & diripient eos,
& tollent, & ducent in Babylonem. Tu aũt Phashur, & omnes habitatores, domus tuæ ibitis
in captiuitatem, & in Babylonem venies, & ibi morieris, ibiq; sepelieris tu, & omnes amici tui
quibus prophetasti mendaciũ. Seduxisti me domine, & seductus sum: fortior me fuisti, & in-
ualuisti. Factus sum in derisum tota die. Omnes subsannant me, quia iam olim loquor, vocife- Psal.30.c
C rãs iniqtatem, & vastitatem clamito. Et factus est mihi sermo Dñi in opprobriũ, & in derisum
tota die. Et dixi: Non recordabor eius neq; loquar vltra in nomine illius. Et factus est in corde
meo quasi ignis exæstuans, claususq; in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens. Audiui em̃
contumelias multorũ, & terrorem in circuitu. * Persequimini & persequamur eũ, ab omnibus Hebr. annũciate (in illũ
viris q erant pacifici mei, & custodientes latus meũ, si quomodo decipiat, & præualeamus ad- falsum) & an
uersus eũ, & consequamur vltionem ex eo. Dñs aũt mecũ est tanquã bellator fortis, idcirco q nũciabimus
psequunt me, cadent, & infirmi erũt, & confundent vehementer, quia nõ intellexerũt oppro- illud (regi)
D briũ sempiternũ, quod nunq̃ delebit. Et tu Domine exercituũ probator iusti, q vides renes & Supra.11.d
cor, videam quæso vltionem tuam ex eis. Tibi em̃ reuelaui causam meam. Cantate Domino,
laudate Dominũ, quia liberauit animam pauperis, de manu malorũ. Maledicta dies in qua na Iob.3.a
tus sum, dies in qua peperit me mater mea non sit benedicta. Maledictus vir q annuntiauit pa
tri meo, dicens, natus est tibi puer masculus, & quasi gaudio lætificauit eũ. Sit hõ ille vt sunt ci- Iob.3.b
uitates quas subuertit Dominus, & nõ pœnituit eũ. Audiat clamorem mane, & vlulatũ in tem-
pore meridiano, quia non me interfecit à vulua, vt fieret mihi mater mea sepulchrum, & vulua
eius conceptus sempiternus. Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem, & dolorem, &
consumerent in confusione dies mei.

¶Vaticinat capiendũ Sedechiã regem, vrbemq; exurendã. Ca. XXI.

A VErbum quod factũ est ad Hieremiã à Domino, quando misit ad eum rex Sedechias
Phashur filium Melchiæ, & Sophoniam filium Maasiæ, sacerdotem, dicens: In-
terroga pro nobis Dominũ, quia Nabuchodonor rex Babylonis præliatur aduer- Infra.37.a
sum nos, si forte faciat Dominus nobiscum secundum omnia mirabilia sua, & rece-
dat à nobis. Et dixit Hieremias ad eos. Sic dicetis Sedechiæ. Hæc dicit Dominus deus Israhel
Ecce ego conuertã vasa belli, quæ in manibus vestris sunt, & qbus vos pugnatis aduersum re-
gem Babylonis, & Chaldæos q obsident vos in circuitu murorũ, & congregabo ea in medio
ciuitatis huius, & debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti, & in furore, & in indi
gnatione, & in ira grandi, & percutiã habitatores ciuitatis huius, homines & bestiæ pestilẽtia
magna morient. Et post hoc ait Dominus, dabo Sedechiã regem Iuda, & seruos eius, & popu
lũ eius,

lum eius,& qui derelicti sunt in ciuitate hac à peste,& à gladio,& à fame;in manu Nabucho- C
donosor regis Babylonis,& in manu inimicorum eorum,& in manu quærentium animam eorum, &
Infra.18 percutiet eos in ore gladij,& non flectet,neque parcet,neque miserebit. Et ad populũ hunc dices,
Hæc dicit dñs deus: Ecce ego do coram vobis viam vitæ , & viam mortis. Qui habitauerit in
vrbe hac,morietur gladio,& fame,& peste, qui aũt egressus fuerit, & transfugerit ad Chaldæos qui
obsident vos,viuet,& erit ei anima sua quasi spoliũ. Posui enim faciem meã super ciuitatẽ hãc
in malum,& non in bonum,ait dñs,in manu regis Babylonis dabitur,& exuret eam igni. Et do- D
Infra.22.a mui regis Iuda. Audite verbũ dñi domus Dauid. Hęc dicit dñs: Iudicate mane iudiciũ,& erui-
te vi oppressum de manu calumniantis,ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea,& succenda
tur,& non sit qui extinguat,propter malitiã studiorum vestrorum. Ecce ego ad te habitatricem val
lis solidæ,atque campestris,ait dñs. Qui dicitis,quis percutiet nos, & quis ingredietur domus no-
stras? Et visitabo super vos iuxta fructũ studiorum vestrorum,dicit dñs. Et succẽdã ignem in saltu
eius,& deuorabit omnia in circumitu eius.

¶ Monetur rex iudicij & iustitiæ,&c. Ca. XXII.

HAec dicit dominus: descende in domũ regis Iuda , & loqueris ibi verbum hoc, & di- A
ces: Audi verbum domini rex Iuda , qui sedes super soliũ Dauid,tu & serui tui,& po-
pulus tuus,qui ingredimini per portas istas. Hæc dicit dominus. Facite iudiciũ,& iustiti-
am , & liberate vi oppressum de manu calumniatoris, & aduenam,& pupillum,& vi
duã nolite contristare,neque opprimatis inique;& sanguinem innocentem ne effundatis in lo-
co isto. Si enim facientes feceritis verbum istud,ingredientur per portas domus huius reges,sedẽ-
tes de genere Dauid super thronũ eius,& ascendentes currus,& equos,ipsi & serui,& populus
eorum. Quod si non audieritis verba hæc,in memetipso iuraui, dicit dominus quia in solitudi- B
nem erit domus hæc. Quia hæc dicit dominus, super domũ regis Iuda. Galaad tu mihi caput
Lybani. Si non posuero te solitudinem vrbes inhabitabiles. Et sanctificabo super te inter-
ficientem virum,& arma eius, & succident electas cedros tuas,& præcipitabunt in ignem & per-
transibũt gentes multæ per ciuitatem hanc,& dicet vnusquisque proximo suo. Quare fecit domi-
D ut.29.d nus sic ciuitati huic grandi? Et respondebũt. Eo quod dereliquerint pactũ domini dei sui,& ado-
3.Re.9.a rauerint deos alienos,& seruierint eis. Nolite flere mortuũ,neque lugeatis super eũ fletu . Plan- C
gite eũ qui egreditur : quia non reuertetur vltra,nec videbit terrã natiuitatis suæ,quia hæc dicit do
minus ad Sellum filiũ Iosiæ regis Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo, qui egressus est de loco
isto. Non reuertetur huc amplius: sed in loco ad quem transtuli eum , ibi morietur,& terram istã
non videbit amplius. Væ qui ædificat domũ suam in iniustitia,& cœnacula sua non in iudicio.
Amicũ suũ opprimet frustra,& mercedem eius non reddet ei. Qui dicit, ædificabo mihi do- D
Ve. mensuram mũ * latam,& cœnacula spaciosa,qui aperit sibi fenestras,& * facit laquearia cedrina,pingitque sy
Hebr. tegit cedro nopide. Nunquid regnabis,quoniam confers te cedro? Pater tuus nunquid non comedit & bibit
& fecit iudicium,& iustitiam,tunc cum bene erat ei? Iudicauit causam pauperis,& egeni in bo-
num suũ. Nunquid non ideo quia cognouit me,dicit dñs. Tui vero oculi,& cor ad auaritiam, &
ad sanguinem innocentem fundendũ,& ad calumniam,& ad cursum mali operis. Propterea
hæc dicit dñs ad Ioachim filium Iosiæ regem Iuda. Non plangent eum, væ frater,væ soror, E
non concrepabũt ei væ domine,& væ inclyte. Sepultura asini sepelietur, putrefactus , & proie-
ctus extra portas Hierusalem. Ascende Lybanũ, & clama,in Basan da vocem tuam,& clama
ad transeũtes,quia contriti sunt omnes amatores tui . Locutus sum ad te in abũdantia tua,di-
xisti. Non audiam. Hæc est via tua ab adolescentia tua : quia non audisti vocem meã. Omnes
pastores tuos pascet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibũt. Et tũc confunderis,& erube F
He Chonias prius syllaba in eius contemptum abiecta. sces ab omni malitia tua, quæ sedes in lybano,& nidificas in cedris. Quomodo congemuisti,cũ
venissent tibi dolores quasi dolores parturiẽtis? Viuo ego,dicit dñs, quia si fuerit * Iechonias filius
Ioachim regis Iuda,annulus in manu dextera mea,inde euellam eũ . Et dabo te in manu quæ-
rentiũ animam tuã,& in manu quorum tu formidas faciem,& in manu Nabuchodonosor regis
Babylonis,& in manu Chaldæorum. Et mittã te,& matrem tuã,quæ genuit te,in terrã alienã in G
Heb. Nonne sculptile contemptũ, contritus vir iste Chonias nunc vas quod nemo vult? Quare &c. qua nati non estis: ibique moriemini . Et in terrã ad quã ipsi leuant aĩam suã, vt reuertantur illuc,
& non reuertentur.* Nunquid vas fictile atque contritũ, vir iste Iechonias? Nunquid vas absque omni
voluptate? Quare abiecti sunt,ipsi,& semen eius,& proiecti in terram quã ignorauerunt? Ter-
ra,terra,terra,audi sermonem dñi. Hæc dicit dñs. Scribe virum istũ sterilem, virum qui in diebus
suis non prosperabitur. Nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauid, & po
testatem habeat vltra in Iuda.

¶ Inuehitur in malos pastores, gregem dñi lacerãtes,ac dei verbũ adulterantes, prædi
citque Christum nasciturum. Ca. XXIII.

VAe pastoribus qui disperdunt & dilacerant gregem pascuæ meæ, dicit Dominus. A
Ezech.34.a Ideo hæc dicit dominus deus Israhel, ad pastores,qui pascunt populum meũ. Vos
dispersistis gregem meum,& eiecistis eos,& non visitastis eos. Ecce ego visitabo
super

super vos malitiam studiorum vestrorum, ait dominus. Et ego congregabo reliquias gregis mei, Infra.33.c.
de omnibus terris, ad quas eiecero eos illuc, & conuertam eos ad rura sua, & crescent, & multi-
plicabunt, & suscitabo super eos pastores, & pascent eos. Non formidabunt vltra & non paue
bunt, & * nullus quæret ex numero, dicit dñs: Ecce dies veniunt, dicit dñs, & suscitabo Dauid Heb. non deficient
B germen iustũ, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudiciũ, & iustitiam in terra. In diebus il
lis saluabit Iuda, & Israhel habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod vocabũt eum, Dñs iu- Deut.33.d
stus noster. Propter hoc ecce dies veniũt, dicit dñs, & nõ dicent vltra viuit dñs q eduxit filios Supra.16.c
Israhel de terra Aegypti, sed viuit dominus, q eduxit: & adduxit semen domus Israhel de terra
aquilonis, & de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc, & habitabũt in terra sua. Ad prophe-
tas. Contritum est cor meum in medio mei, contremuerũt omnia ossa mea. Factus sum quasi
C vir ebrius, & quasi homo madidus à vino, à facie dñi, & à facie verborum sanctorum eius, qa adul
terijs repleta est terra, quia à facie maledictionis luxit terra, arefacta sunt arua deserti. Fa-
ctus est cursus eorum malus, & fortitudo eorum dissimilis. Propheta nãq; & sacerdos * polluti sunt Heb. peccauerunt
& in domo mea inueni malũ eorum, ait dñs. Idcirco via eorum erit quasi lubricũ in tenebris, impel-
lent enĩ, & corruent in ea. Afferã enĩ super eos mala, annũ visitatõis eorum, ait dñs. Et in prophe
tis Samariæ vidi * fatuitatẽ, & prophetabant in Baal, & decipiebant populũ meũ Israhel. Et in He. insipientiã
prophetis Hierusalem vidi * similitudinem adulterantiũ, & iter mendacij. Et confortauerunt He. turpitudinem adulterij.
manus pessimorum, vt non conuerteret vnusquisq; à malitia sua. Facti sunt mihi omnes vt Sodo-
D ma, & habitatores eius quasi Gomorrha. Propterea hæc dicit dñs exercituum ad prophetas. Supra.9.a
Ecce ego cibabo eos absynthio, & potabo eos felle. A prophetis enĩ Hierusalem egressa est pol
lutio super omnem terrã. Hæc dicit dñs exercituũ. Nolite audire verba prophetarum, qui pro-
phetant vobis, & decipiunt vos, Visionem cordis sui loquunt, non de ore dñi. Dicunt his qui
blasphemãt me, locutus est dñs, pax erit vobis, & oĩbus q ambulant in prauitate cordis sui, di-
xerunt, non veniet super vos malum. Quis enĩ affuit in consilio dñi, & vidit, & audiuit sermo
nem eius? Quis considerauit verbũ illius, & audiuit? Ecce turbo dñicæ indignatõis egredietur,
& tempestas erũpens super caput impiorum veniet. Non reuertet furor domini vsq; dum faci-
at, & vsq; dũ compleat cogitationem cordis sui. In nouissimis diebus intelligetis consiliũ eius.
E Nõ mittebã prophetas, & ipsi currebãt, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabãt. Si stetissent Supra.14.c. Infra.29.c
in cõsilio meo, & nota fecissent verba mea pplo meo, auertissem vtiq; eos à via sua mala, & à co
gitatõibus suis pessimis. Putásne dñs è vicino ego sum (dicit dñs) & non deus de longe? Si oc-
cultabit vir in absconditis, & ego non videbo eum, dicit dñs. Nunquid non cœlum, & terram
ego implebo, dicit dñs. Audiui quæ dixerunt prophetæ, prophetantes in nomine meo men-
dacium, atq; dicentes: Somniaui, somniaui. Vsquequo istud est in corde prophetarum, vatici-
nantium mendacium, & prophetantiũ seductiones cordis sui? Qui volunt facere vt obliuiscat
populus meus nominis mei, propter somnia eorum, quæ narrat vnusquisq; ad proximũ suum, si
cut obliti sunt patres eorum nominis mei, propter Baal. Propheta qui habet somnium narret
somnium, & q habet sermonem meum, loquat sermonem meũ vere. Quid paleis ad triticum
F dicit dñs? Nunqd non verba mea sunt quasi ignis (dicit dñs) & quasi malleus conterens petrã?
Propterea ecce ego ad prophetas (ait dñs) q furant verba mea, vnusquisq; à proximo suo. Ecce
ego ad prophetas (ait dominus) q assumunt linguas suas, & aiunt, dicit dominus. Ecce ego ad
prophetas somniantes mendaciũ (dicit dñs) q narrauerunt ea, & seduxerunt populũ meum in
mendacio suo, & in miraculis suis, cum ego nõ misissem eos, nec mandassem eis, qui nihil pro-
fuerunt populo huic, dicit dñs. Si igitur interrogauerit te populus iste, vel propheta, aut sacer-
dos, dicens: Quod est onus dñi? Dices ad eos: Vos estis onus, Proijciã quippe vos, dicit domi-
nus. Et propheta, & sacerdos, & populus q dicit onus Dñi, visitabo super virum illũ, & super do-
G mũ eius. Hæc dicetis vnusquisq; ad proximũ, & ad fratrem suũ. Quid respondit Dñs, & qd locu-
tus est Dñs? Et onus Dñi vltra non memorabit, quia onus erit vnicuiq; sermo suus. Et peruer-
tistis verba * Dei viuentis, Domini exercituũ Dei nostri. Hæc dices ad Prophetã. Quid respon He. deorũ viuentiũ ut trinitas personarum indicetur.
dit tibi Dominus, & quid locutus est Dñs? Si aũt onus Domini dixeritis, propter hoc, hæc di-
cit Dñs. Quia dixistis sermonem istũ, onus Domini, & misi ad vos, dicens: nolite dicere onus
Domini, propterea ecce ego tollam vos portans, & derelinquam vos, & ciuitatem quam dedi
vobis, & patribus vestris, à facie mea, & dabo vos in opprobrium sempiternum, & in ignomi
niam obliuione delebitur.

¶Visio duorum calathorum.

Caput XXIIII.

A OStendit mihi Dominus, & ecce duo calathi pleni ficis, positi ante templum Domini,
postquàm transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam filium Ioachim, Supra.22.
regem Iuda, & principes eius, & fabrũ, & inclusorem de Hierusalem, & adduxit eos
in Babylonem. Et calathus vnus ficus bonas habebat nimis, vt solent ficus esse primi
tpis. Et calathus vnus, ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterãt, eo q essent malæ.

Et di-

Et dixit dñs ad me: Quid tu vides Hieremia? Et dixi: Ficus, ficus bonas, bonas valde, & malas
malas valde, quę comedi nõ possunt, eo ꝙ sint malæ. Et factũ est verbũ dñi ad me, dicẽs: Hęc
dixit dñs deus Israhel. Sicut ficus hæ bonæ, sic cognoscã transmigrationẽ Iuda, quã emisi de lo- C
co isto in terrã Chaldæorũ in bonũ, & ponã oculos meos sup eos ad placandũ. Et reducã eos
Infra.31.d in terrã hãc, & ædificabo eos, & nõ destruã, & plãtabo eos, & nõ euellã, & dabo eis cor vt sciãt
me, quia ego sum dñs. Et erunt mihi in populũ, & ego ero eis in deũ, quia reuertent ad me, in
toto corde suo. Et sicut ficus pessimæ quæ comedi non possunt, eo ꝙ sint malæ (hæc dicit dñs)
sic dabo Sedechiam regem Iuda, & principes eius, & reliquos de Hierusalem, q remanserũt in D
Infra.29.d vrbe hac, & q habitant in terra Aegypti. Et dabo eos in vexationem, afflictionemq; omnibus
regnis terræ, in opprobrium, & in parabolam, & in prouerbium, & in maledictionem in vni-
uersis locis, ad quæ eieci eos, & mittam in eis gladiũ, & famem, & pestem, donec consumantur
de terra, quam dedi eis, & patribus eorum.

¶ De septuaginta annorũ captiuitate totius Iudæ. Ca. XXV.

VErbum quod factũ est ad Hieremiam de omni populo Iudæ, in anno quarto Ioa- A
chim, filij Iosiæ, regis Iuda, ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylo-
nis. Et loquutus est Hieremias propheta ad omnem populũ Iuda, & ad vniuersos
habitatores Hierusalem, dicens. A tertiodecimo anno Iosiæ, filij Ammon, regis Iu-
Heb. mane. da, vsq; ad diem hanc, ipse est tertius & vicesimus annus, factũ est verbũ dñi ad me, & locutus
sum ad vos, * de nocte consurgens & loquens, & non audistis. Et misit dominus ad vos oẽs
Supra.7.b seruos suos prophetas, consurgens diluculo, mittensq;, & non audistis, neq; inclinastis aures
Infra.35.c vestras, vt audiretis, cum diceret: Reuertimini vnusquisq; à via sua mala, & à pessimis cogita- B
4.Reg.17.c tionibus vestris, & habitabitis in terra, quam dedit dominus vobis, & patribus vestris, à secu-
lo, & vsq; in seculum. Et nolite ire post deos alienos, vt seruiatis eis, adoretisq; eos, neq; me ad
iracundiam prouocetis in operibus manuum vestrarũ, & non affligam vos. Et non audistis
me (dicit dominus) vt me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuũ vestrarũ, in malum
vestrum. Propterea hæc dicit Dominus exercituum. Pro eo quod non audistis verba mea, ec-
ce ego mittam, & assumam vniuersas cognationes aquilonis, ait dominus, & Nabuchodono-
sor regem Babylonis seruum meum, & adducã eos super terram istã, & super habitatores eius,
& super omnes nationes quæ in circuitu illius sunt, & interficiã eos, & ponã eos in stuporem,
& in sibilũ, & in solitudines sempiternas. Perdamq; ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vo-
cem sponsi, & vocem sponsæ, vocem molæ, & lumen lucernæ. Et erit vniuersa terra eius in so- C
Infra.29.c litudinem, & in stuporem, & seruient omnes gentes istæ regi Babylonis, septuaginta annis.
Cũq; impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam,
dicit dñs, iniqtatem eorum, & super terram Chaldæorũ, & ponam illam in solitudines sempi-
ternas. Et adducam super terram illam omnia verba mea, quæ locutus sum contra eam, omne
quod scriptũ est in libro isto, quæcũq; prophetauit Hieremias aduersum omnes gentes, quia
seruierũt eis, cũ essent gentes multæ, & reges magni. Et reddam eis secundũ opera eorũ, & se-
cundũ factum manuũ suarũ. Quia sic dicit dominus exercituum, deus Israhel. Sume calicem vi- D
ni furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te, &
bibent & turbabunt, & insanient à facie gladij, quem ego mittã inter eos. Et accepi calicem
de manu domini, & propinaui cunctis gentibus, ad quas misit me dominus, Hierusalem, & ci-
uitatibus Iuda, & regibus eius, & principibus eius, vt darem eos in solitudinem, & in stuporem
& in sibilũ, & in maledictionem, sicut est dies ista. Pharaoni regi Aegypti, & seruis eius, & prin-
He. Hus. cipibus eius, & omni populo eius, & vniuersis generaliter cunctis regibus terræ * Ausitidis, &
cunctis regibus terræ Philistijm, & Ascalonis, & Gazæ, & Accaron, & Azoti, & reliquis Idu- E
He. habitant mææ, & Moab, & filijs Ammon, & cunctis regibus Tyri, & vniuersis regibus Sydonis, & regi-
in angulis bus terræ insularũ, qui sunt trans mare, & Dedan, & Theman, & Bus, & vniuersis qui * attonsi
(maris) sunt in coma, & cũctis regibus Arabiæ, & cunctis regibus occidentis, q habitant in deserto, &
cunctis regibus Zambri, & cunctis regibus Elam, & cunctis regibus Mœdorũ, cunctis quoq;
regibus aquilonis de prope, & de longe: & vnicuiq; contra fratrem suum, & omnibus regnis
terræ, quæ super faciem eius sunt. Et rex Sesach bibet post eos. Et dices ad eos: Hæc dicit do-
Cant.1.a minus exercituũ. Deus Israhel: Bibite & inebriamini, & vomite. Et cadite, neq; surgatis à facie
gladij, quem ego mittam inter vos. Cunq; noluerint accipere calicem de manu, vt bibant, di- F
ces ad eos. Hæc dicit dñs exercituum, Bibentes bibetis. Quia ecce in ciuitate in qua inuocatum
est nomen meum, ego incipio affligere, & vos quasi innocentes, & immunes eritis? Non eritis
immunes. Gladiũ enĩ ego voco super omnes habitatores terræ, dicit dñs exercituũ. Et tu pro-
*Iohel.3.c phetabis ad eos omnia verba hæc. Et dices ad illos, dominus de excelso rugiet, & de habitacu-
Amos.1.a lo sancto suo dabit vocem suam. Rugiens rugiet super decorem suum, Celeuma quasi calcanti-
um concinetur aduersus omnes habitatores terræ. Peruenit sonitus vsque ad extrema terræ,
quia iudicium domino cum gentibus, Iudicatur ipse cum omni carne, Impios tradidi gladio:

Hæc di

Hæc dicit dominus exercituũ, Ecce afflictio egredietur de gente in gentẽ,& turbo magnus
egredietur à summitatibus terræ,& erunt interfecti domini in die illa,à summo terræ vsq; ad
summũ eius,Non plangetur,& non colligentur,neq; sepelientur,in sterquiliniũ super faciem
terræ iacebunt. Vlulate pastores,& clamate,& aspergite vos cinere optimates gregis,quia
completi sunt dies vestri,vt interficiamini,& dissipationes vestræ,& cadetis quasi vasa pre-
tiosa.Et peribit fuga à pastoribus,& saluatio ab optimatibus gregis, Vox clamoris pastorũ,
& vlulatus optimatũ gregis,quia vastauit dñs pascua eorũ,& conticuerunt arua pacis à facie
iræ furoris domini,Dereliquit quasi leo tabernaculũ suũ,quia facta est terra eorũ in desolatio-
nem,à facie iræ * columbæ,& à facie iræ furoris domini. Heb. contristantis,& a facie furoris sui.

¶Sacerdotes Hieremiam prophetam interficere conantur. Cap. XXVI.

A IN principio regni Ioachim,filij Iosiæ regis Iuda,factũ est verbũ istud à domino, dicens:
Hæc dicit dñs,Sta in atrio domus domini,& loqueris ad omnes ciuitates Iuda, & de q-
bus veniunt vt adorent in domo dñi,vniuersos sermones,quos ego mandaui tibi,vt lo-
quaris ad eos. Noli subtrahere verbũ,si forte audiant,& cõuertatur vnusquisq; à via sua
mala,& pœniteat me mali quod cogitaui facere eis,propter malitiam studiorũ eorum. Et di
B ces ad eos,Hæc dicit dominus,Si non audieritis me,vt ambuletis in lege mea,quam dedi vo-
bis,vt audiatis sermones seruorũ meorũ prophetarũ,quos ego misi ad vos,de nocte consur-
gens,& dirigens,& non audistis,dabo domũ istam sicut Silo,& vrbem hanc dabo in maledi-
ctionem cunctis gentibus terræ. Et audierunt sacerdotes,& prophetæ,& omnis populus Infr. eodem
Hieremiã loquentẽ verba hæc,in domo dñi.Cumq; cõplesset Hieremias loquens omnia quę
C præceperat ei dñs,vt loqueretur ad vniuersum populũ,apprehenderũt eũ sacerdotes & pro
phetæ,& oĩs populus dicens. Morte moriatur,Quare prophetauit in nomine dñi,dicens, si
cut Silo erit domus hæc,& vrbs ista desolabitur,eo q non sit habitator? Et congregatus est
omnis populus aduersus Hieremiã,in domo dñi,& audierunt principes Iuda verba hæc,& Supr. eodem
ascẽderunt de domo regis,in domũ dñi,& sederunt in introitu portæ domus dñi nouæ,Et lo
D cuti sunt sacerdotes & prophetæ ad principes,& ad omnẽ populũ, dicentes, Iudiciũ mortis
est viro huic,qa prophetauit aduersus ciuitatẽ istã,sicut audistis auribus vestris. Et ait Hie
remias ad oẽs pricipes, & ad vniuersum populũ,dicẽs:Dñs misit me,vt prophetarẽ ad domũ
istã,& ad ciuitatẽ hanc,oĩa verba quæ audistis,Nunc ergo bonas facite vias vestras,& studia Sup. 7.a
vestra,& audite vocẽ domini dei vestri,& pœnitebit dñm mali,quod locutus est aduersum
E vos,Ego autem ecce in manibus vestris sum,facite mihi quod bonũ & rectũ est in oculis ve-
stris,Veruntamen scitote,& cognoscite,quia si occideritis me, sanguinẽ innocentẽ tradetis
contra vosmetipsos,& cõtra ciuitatẽ istã,& habitatores eius,In veritate eñi misit me dñs ad
vos,vt loquerer in auribus vestris omnia verba hæc. Et dixerũt principes,& omnis popu-
lus ad sacerdotes,& prophetas,Nõ est viro huic iudiciũ mortis,qa in noĩe dñi dei nostri locu
F tus est ad nos. Surrexerũt ergo viri de senioribus terræ,& dixerũt ad omnẽ cœtũ populi lo
quẽtes,Michæas de Morasthin fuit propheta in diebus Hezechiæ regis Iuda,& ad omnẽ po
pulũ Iudæ,dicẽs:Hæc dicit dñs exercituũ,Sion quasi ager arabit,& Hierusalẽ in aceruũ lapi-
dũ erit,& mons domus dñi in excelsa syluarũ,Nunquid morte cõdemnauit eũ Hezechias rex Mich. 3. d
Iuda,& omnis Iuda? Nunquid non timuerunt dñm,& deprecati sunt faciem domini,& pœ-
G nituit dominũ mali,quod locutus fuerat aduersus eos? Itaq; nos facimus malũ grande con
tra animas nostras? Fuit quoq; vir prophetans in nomini dñi,Vrias filius Semei,de Caria-
thiarim,& prophetauit aduersus ciuitatẽ istã,& aduersus terrã hanc,iuxta omnia verba Hie-
remiæ,Et audiuit rex Ioachim,& omnes potentes,& principes eius verba hæc, & quæsiuit
rex interficere eũ,Et audiuit Vrias,& timuit,fugitq;,& ingressus est Aegyptum,Et misit rex
Ioachim viros in Aegyptũ,Elnathan filiũ Achabor,& viros cũ eo in Aegyptũ,Et eduxerũt
Vriam de Aegypto,& adduxerũt eũ ad regem Ioachim,& percussit eũ gladio,& proiecit ca-
dauer eius in sepulchris vulgi ignobilis.Igitur manus Ahicam filij Saphan fuit cũ Hieremia,
vt non traderetur in manus populi,& interficerent eum.

¶Iussu domini, Hieremias regibus mittit vincula, quibus mouentur subijci
Nabuchodonosor. Cap. XXVII.

A IN principio regni Ioachim,filij Iosiæ regis Iuda,factũ est verbũ istud ad Hieremiã a do-
mino,dicẽs:Hæc dicit dñs ad me,Fac tibi vincula,& catenas,& pones eas in collo tuo,&
mittes eas ad regẽ Edom,& ad regẽ Moab,& ad regẽ filiorũ Ammon,& ad regẽ Tyri,
& ad regẽ Sydonis,in manu nũtiorũ,qui venerũt Hierusalẽ ad Sedechiam regẽ Iuda,&
præcipies eis,vt ad dños suos loquantur.Hæc dicit dominus exercituũ,deus Israel,Hæc dice-
tis ad dños vestros,Ego feci terrã & hoĩes,& iumẽta quæ sunt super faciem terræ,in fortitu-
dine mea magna,& in brachio meo extento,& dedi eã ei,qui placuit in oculis meis. Et nunc
itaq; ego dedi oẽs terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei, Insuper
B & bestias agri dedi ei,vt seruiant illi,Et seruient ei oẽs gentes,& filio eius,& filio filij eius do-

nec veniat tēpus terræ eius,& ipsius. Et seruiēt ei gentes multæ,& reges magni. Gens aūt &
regnū q̄d nō seruierit Nabuchodonosor regi Babylonis,& quicūq; nō curuauerit collū suum
sub iugo regis Babylonis,in gladio & in fame,& in peste visitabo sup gētē illā(ait dn̄s)donec
cōsumā eos in manu eius. Vos ergo nolite audire prophetas vestros,& diuinos,& somniato-
res,& augures,& maleficos,q dicūt vobis,nō seruietis regi Babylonis,qa mendaciū prophe-
tāt vobis,vt lōge faciāt vos de terra vestra,& eijciant vos,& pereatis. Porrò gens q̄ subiecerit
ceruicē sub iugo regis Babylonis,& seruierit ei,dimittā eā in terra sua(dicit dn̄s)& colet eā &
habitabit in ea. Et ad Sedechiā regē Iuda locutus sum secundū oīa verba hæc, dicēs: Subijcite C
colla vestra sub iugo regis Babylonis,& seruite ei,& populo eius,& viuetis. Quare moriemi
ni,tu,& populus tuus gladio,& fame,& peste,sicut locutus est dn̄s ad gentē quæ seruire no-
Sup. 14.c lueritregi Babylonis? Nolite audire verba propheta℞,dicentiū vobis. Nō seruietis regi Ba-
& Inf. 19.d bylonis,qa mendaciū ipsi loquunt̄ vobis,Quia nō misi eos(ait dn̄s)& ipsi prophetāt in noīe
meo mēdaciter,vt eijciāt vos,& pereatis,tā vos q̄ prophetæ,q vaticinant̄ vobis. Et ad sacer
dotes,& ad populū istū locutus sum,dicēs: Hæc dicit dn̄s, Nolite audire verba prophetarum
vestro℞,q prophetāt vobis,dicētes: Ecce vasa dn̄i reuertent̄ de Babylone nunc cito, Menda
ciū eīm prophetāt vobis. Nolite ergo audire eos,sed seruite regi Babylonis,vt viuatis. Quare D
Heb. orent dn̄m, &c. datur hæc ciuitas in solitudinē? Et si prophetæ sunt,& est verbū dn̄i in eis,* occurrāt dn̄o ex-
ercituū,vt non veniant vasa quæ derelicta fuerant in domo dn̄i,& in domo regis Iuda,& in
Hierusalē,in Babylonē. Quia hæc dicit dn̄s exercituū ad colūnas,& ad mare,& ad bases,& ad
4. Reg. 15.c reliqua vaso℞ quæ remāserunt in ciuitate hac,quæ nō tulit Nabuchodonosor rex Babylonis
cū transferret Ieconiam filiū Ioachim regē Iuda de Hierusalē in Babylonē, & oēs optimates
Iuda,& Hierusalē. Quia hæc dicit dn̄s exercituū,deus Israel,ad vasa quæ derelicta sunt in do-
mo dn̄i,& in domo regis Iuda & Hierusalē,In Babylonē transferent̄,& ibi erunt vsq; ad diē
visitationis suæ,dicit dn̄s,Et afferri faciam ea,& restitui in loco isto.

¶Hananiæ cuiusdam falsa prophetia. Cap. XXVIII. A

ET factum est in anno illo,in principio regni Sedechiæ regis Iuda, in anno quarto,in
mēse quinto,dixit ad me Hananias filius Azur,propheta de Gabaon,in domo dn̄i,
corā sacerdotibus,& omni pp̄lo,dicēs: Hæc dicit dn̄s exercituū,deus Israel. Contriui
iugū regis Babylonis. Adhuc duo anni die℞,& ego referri faciā ad locū istū oīa vasa
dn̄i,q̄ tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto,& transtulit ea in Babylonē,Et Ie-
choniā filiū Ioachim regē Iuda,& oēm trāsmigrationē Iudę,q ingressi sunt in Babylonē,ego B
cōuertā ad locū istū,ait dn̄s,Cōterā eīm iugū regis Babylonis. Et dixit Hieremias propheta ad
Hananiā prophetā in oculis sacerdotū,& in oculis oīs populi q stabat in domo dn̄i,& ait Hie
remias propheta. Amē,sic faciat dn̄s. Suscitet dn̄s verba tua,q̄ prophetasti,vt referant̄ vasa in
domū dn̄i,& oīs trāsmigratio de Babylone,ad locū istū. Verūtamē audi verbū hoc,q̄d ego lo
quor in auribus tuis,& in auribus vniuersi popul. Prophetæ q fuerūt ante me,& ante te ab ini
tio,& prophetauerūt sup terras multas,& sup regna magna de prælio,& de afflictiōe,& de fa C
me,propheta q vaticinatus est pacē,cū venerit verbū eius,scietur propheta,quē misit dn̄s in
veritate. Et tulit Hananias propheta catenā de collo Hieremiæ prophetæ,& cōfregit eā. Et
ait Hananias in cōspectu oīs populi,dicēs. Hæc dicit dn̄s,sic cōfringā iugū Nabuchodonosor
regis Babylonis,post duos annos die℞, de collo omniū gentiū. Et abijt Hieremias propheta
in viā suā. Et factū est verbū dn̄i ad Hieremiā,postq̄ cōfregit Hananias propheta catenam
de collo Hieremiæ prophetæ,dicens. Vade & dices Hananiæ, Hæc dicit dn̄s,catenas ligneas D
contriuisti,& facies pro eis catenas ferreas,quia hæc dicit dn̄s exercituū,deus Israel,Iugū fer-
reū posui super collū cuncta℞ gentiū ista℞,vt seruiant Nabuchodonosor regi Babylonis, &
seruient ei,insup & bestias terræ dedi ei. Et dixit Hieremias propheta ad Hananiā prophetā.
Audi Hanania,Non misit te dn̄s,& tu confidere fecisti populum istum in mendacio,Idcirco
hæc dicit dn̄s. Ecce ego mittā te à facie terræ,Hoc anno morieris,aduersum eīm dn̄m locutus
es. Et mortuus est Hananias propheta,in anno illo,mense septimo.

¶Describit populi transmigrationem,eiusq; post. LXX. annos reditum, Monet
cauendum à falsis prophetis. Cap: XXIX. A

Heb. epistolæ ET hæc sunt verba* libri,quē misit Hieremias propheta de Hier̄lm ad reliqas senioꝝ
transmigratiōis,& ad sacerdotes,& ad prophetas,& ad oēm populū quē traduxerat
Nabuchodonosor de Hier̄lm in Babylonē,postq̄ egressus ē Iechonias rex,& dn̄a,&
eunuchi,& principes Iuda & Hierusalē,& faber,& inclusor de Hierusalē,ī manu Ela
Infr. eodem sa,filij Saphan,& Gamariæ filij Helchiæ,quos misit Sedechias rex Iuda ad Nabuchodonosor
regē Babylonis,in Babylonē,dicens,Hæc dicit Dn̄s exercituū,Deus Israel,omni transmigra
tioni quā transtuli de Hierusalem in Babylonem. Aedificate domos,& habitate,& plantate
hortos,& comedite fructum eo℞. Accipite vxores,& generate filios,& filias,& date filijs ve B
stris vxores,& filias vestras date viris,& pariāt filios & filias,& muliplicabimini ibi,& nolite
esse pau

C esse pauci numero,& quærite pacē ciuitatis,ad quā trāsmigrare vos feci,& orate pro ea ad dñm
quia in pace illius erit pax vobis.Hæc enī dicit dñs exercituū,deus Israel,Nō vos seducāt pro
phetæ vestri,qui sunt in medio vestrū,& diuini vestri,& ne attēdatis ad somnia vestra,q̃ vos
de pse.dist.1. somniatis,q falso ipsi prophetāt vobis in nomine meo,& nō misi eos,dicit dñs.Quia hęc di Supr.14.c
cap.diuinat. cit dñs.Cū cœperint impleri in Babylone septuaginta anni,visitabo vos,& suscitabo sup vos 2.para.36.d
verbū meū bonū,& reducā vos ad locū istū.Ego enī scio cogitationes, quas ego cogito sup 2.Esd.1.d
vos(ait dñs)cogitationes pacis,& nō afflictionis,vt dem vobis finē & patientiā,& inuocabi Sup.25.c
tis me,& viuetis,& adorabitis me,& ego exaudiā vos,quæretis me,& inuenietis.Cum quæ-
D sieritis me in toto corde vestro,& inueniar à vobis,ait dñs.Et reducā captiuitatē vestrā,& cō
gregabo vos de vniuersis gentibus,& de cūctis locis ad q̃ expuli vos,dicit dñs.Et reuerti vos
faciā de loco,ad quē trāsmigrare vos feci,quia dixistis:Suscitabit nobis dñs prophetas in Ba
bylone.Quia hæc dicit dominus ad regē,qui sedet super soliū Dauid,& ad omnē populū ha
bitatorē vrbis huius,& ad fratres vestros,qui non sunt egressi vobiscū in transmigrationem.
Hæc dicit dominus exercituū,Ecce ego mitto in eos gladiū,& famē,& pestē,& ponā eos q̃si
ficus malas,quæ comedi nō possunt,eo q͏ pessime sint,& persequar eos in gladio,& in fame Sup.24.d
& in pestilentia.Et dabo eos in vexationē vniuersis regnis terræ,in maledictionē,& in stu-
E porē,& in sibilū,& in opprobrium cunctis gentibus,ad quas ego eieci eos,eo q͏ nō audierūt
verba mea(dicit dñs)quæ misi ad eos per seruos meos prophetas,de nocte cōsurgens & mit-
tens,& nō audistis,dicit dñs.Vos ergo audite verbū dñi,oīs trāsmigratio,quā emisi de Hieru
salē in Babylonē.Hæc dicit dñs exercituū,deus Israel ad Achab filiū Cholaiæ,& ad Sedechiā
filiū Maasiæ,q prophetāt vobis in noīe meo mēdaciter.Ecce ego tradā eos in manu Nabu-
chodonosor regis Babylonis,& percutiet eos in oculis vestris.Et assumetur ex eis maledictio
omni trāsmigrationi Iudæ,quæ est in Babylone,dicentiū.Ponat te dñs sicut Sedechiā,& si-
F cut Achab,quos frixit rex Babylonis in igne,pro eo q͏ fecerint stultitiā in Israel,& mœchati
sunt in vxores amicoꝝ suoꝝ,& locuti sunt verbū in noīe meo mēdaciter,quod nō mandaui
eis.Ego sum iudex,& testis,dicit dñs. Et ad Semeiā Nehelamitem dices.Hæc dicit dñs ex-
ercituū,deus Israel.Pro eo q͏ misisti in noīe * meo libros ad omnē populū qui est in Hierusalē Heb.tuo lite-
& ad Sophoniā filiū Maasiæ sacerdotē,& ad vniuersos sacerdotes,dicens,Dñs dedit te sacer ras ad,&c.
dotē pro Ioiada sacerdote,vt sis dux in domo dñi,super omnē virū arreptitiū,& prophetan
tē,vt mittas eū in neruū,& in carcerē.Et nunc quare non increpasti Hieremiā Anathotiten,
G qui prophetat vobis?Quia super hoc misit in Babylonē ad nos,dicens:Longū est,ædificate Sup.eo.
domos,& habitate,& plantate hortos,& comedite fructus eoꝝ. Legit ergo Sophonias sa-
cerdos librū istū,in auribus Hieremiæ prophetæ.Et factū est verbū dñi ad Hieremiā,dicens:
Mitte ad omnē transmigrationem,dicens.Hæc dicit dominus ad Semeiam Nehelamitem.
Pro eo q͏ prophetauit vobis Semeias,& ego non misi eum,& feci vos confidere in menda-
cio,idcirco hæc dicit dñs.Ecce ego visitabo super Semeiam Nehelamitem,& super semen
eius.Non erit ei vir sedens in medio populi huius,& non videbit bonū,quod ego faciam po
pulo meo,ait dñs,quia præuaricationem locutus est aduersus dominum.

¶Captiuitatē Iudæ,liberationemq́;,ac in hostes vltionem prædicit: Cap. XXX.

A HOc verbū quod factū est ad Hieremiā à dño,dicens:Hæc dicit dñs,deus Israel:Scri-
be tibi oīa verba quæ locutus sum ad te in libro.Ecce enī dies veniunt,dicit dñs,&
cōuertā cōuersionē populi mei Israel,& Iuda,ait dñs,& cōuertā eos ad terrā quā de
di patribus eoꝝ,& possidebunt eā. Et hæc verba quæ locutus est dñs ad Israel,&
ad Iudā.Qm̃ hæc dicit dñs.Vocē terroris audiuimus,formido,& nō est pax.Interrogate,&
videte,si generat masculus.Quare ergo vidi oīs viri manū sup lūbū suū,quasi parturientis,&
cōuersæ sunt vniuersæ facies in auriginē?Væ quia magna dies illa,nec est similis eius,tēpusq́;
B tribulatiōis est Iacob,& ex ipso saluabit.Et erit in die illa,ait dñs exercituū,conterā iugū eius
de collo tuo,& vincula eius dirumpam,& nō dominabunt ei amplius alieni,sed seruient dño Inf.46.g
deo suo,& Dauid regi suo,quē suscitabo eis.Tu ergo ne timeas serue meus Iacob,ait dñs,neq; Esa.44.a
paueas Israel,quia ecce saluabo te de terra longinqua,& semē tuū de terra captiuitatis eorum
Et reuertet Iacob,& quiescet,& cunctis affluet bonis,& nō erit quem formidet,qm̃ tecū ego
sum,ait dñs,vt saluem te.Faciam enī cōsummationē in cunctis gentibus,in quibus dispersi te,
C te aūt non faciā in cōsummationē,sed castigabo te in iudicio,vt tibi non videaris innoxius,
quia hæc dicit dñs.Insanabilis fractura tua,pessima plaga tua.Nō est qui iudicet iudiciū tuū,
ad alligandā curationē tuā vtilitas non est tibi.Omnes amatores tui obliti sunt tui,teq́; non
quærent.Plaga enī inimici percussi te,castigatione crudeli.Propter multitudinē iniquitatis
tuæ dura facta sunt peccata tua.Quid clamas super cōtritione tua?* Insanabilis est dolor tu- He.desperatus
us.Propter multitudinē iniquitatis tuæ,& propter dura peccata tua,hæc feci tibi.Propterea sup.15.d
oēs qui comedūt te,deuorabunt,& vniuersi hostes tui in captiuitatē ducentur.Et oēs qui te
vastant,vastabuntur,cunctosq́; prædatores tuos dabo in prędā,Obducā enī cicatricē tibi,&

à vulneribus tuis sanabo te, dicit dñs. Quia eiectã vocauerũt te Sion, hæc est quæ nõ habebat
requirentẽ. Hæc dicit dñs: Ecce ego conuertã conuersionẽ tabernaculo℞ Iacob, & tectis eius D
miserebor. Et ædificabitur ciuitas in excelso suo, & templũ iuxta ordinẽ suum fundabitur. Et
egredieť de eis laus, voxq́ ludentiũ, & multiplicabo eos, & nõ minuenť, & glorificabo eos, &
nõ attenuabunť, & erũt filij eius sicut à principio, & cœtus eius corã me permanebit. Et vi-
sitabo aduersum oẽs qui tribulãt eũ, & erit dux eius ex eo, & princeps de medio eius produce
tur. Et applicabo eũ, & accedet ad me. Quis eñ iste ẽ q applicet cor suũ, vt appropinquet mi
hi? ait dñs. Et eritis mihi in populũ, & ego ero vobis in deũ. Ecce turbo dñi, furor egrediens,
procella ruens, in capite impio℞ cõquiescet. Non auertet irã indignationis dñs, donec fa-
ciat, & compleat cogitationem cordis sui. In nouissimo die℞ intelligetis ea.

¶ Dispersum Iudam, in terrã suam reducendũ, Rachel ploraturam in Rama, Christũ è fœmi-
na nasciturũ, Nouam legem in cordibus scribendam. Cap. XXXI.

IN tẽpore illo, dicit dñs, ero deus vniuersis cognatiõibus Israel, & ipsi erũt mihi in popu A
lũ. Hæc dicit dñs. Inuenit gratiã in deserto populus qui remanserat gladio. Vadet ad re-
quiẽ suã Israel. Longe dñs apparuit mihi. Et in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi
te miserãs, Rursumq́ ædificabo te, & ædificaberis virgo Israel. Adhuc ornaberis tym
panis tuis, & egredieris in choro ludentium. Adhuc plantabis vineas, in montibus Samariæ.
Plantabũt plantãtes, & donec tempus veniat, nõ vindemiabũt, qa erit dies in qua clamabunt
custodes in mõte Samariæ, & in mõte Ephraim. Surgite, & ascendamus in Sion, ad dñm deũ
nostrũ, qa hæc dicit dñs. Exultate in lætitia Iacob, & hinnite cõtra caput gentiũ, personate & B
canite, & dicite: Salua dñe populũ tuũ, reliquias Israel. Ecce ego adducã eos de terra aquilõis, sa. q. i. c. in g ordi in glo.
& cõgregabo eos ab extremis terræ, inter quos erunt cæcus & claudus, & pregnans & pariẽs
simul, cœtus magnus reuertentiũ huc. In fletu venient, & in misericordia reducã eos. Et addu
cã eos p torrẽtes aqua℞ in via recta, & nõ impingẽt in ea, qa factus sum Israeli pr̃, & Ephraim
primogenitus meus est. Audite verbũ dñi gẽtes, & annũtiate in insulis q̃ procul sunt, & di-
cite. Qui dispersit Israel, cõgregabit eũ & custodiet eũ sicut pastor gregẽ suũ. Redimet eñi dñs
Iacob, & liberabit eũ de manu potẽtioris. Et veniẽt, & laudabũt in mõte Sion; & cõfluent ad C
bona dñi sup frumẽto, vino & oleo, & fœtu peco℞, & armento℞, eritq́ aĩa eo℞ quasi hortus
irriguus, & vltra nõ esurient. Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes, & senes simul. Et con-
uertã luctũ eo℞ in gaudiũ, & consolabor eos, & lætificabo à dolore suo. Et inebriabo animã
Sup. 4. g sacerdotũ pinguedine, & populus meus bonis meis adimplebitur, ait dñs. Hæc dicit dñs:
Mat. 2. d Vox in excelso audita est, lamẽtationis, luctus, & fletus, Rachel plorãtis filios suos, & nolẽtis
cõsolari sup eis, qa non sunt. Hæc dicit dñs: Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachry D
mis, qa est merces operi tuo, ait dñs. Et reuertentur de terra inimici, & est spes in nouissimis
tuis, ait dñs, & reuerteneť filij tui ad terminos suos. Audiens audiui Ephraim transmigrantem.

Castigasti me dñe, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus. Cõuerte me, & cõuertar, qa
tu dñs deus meus. Postq̃ eñ cõuertisti me, egi pœnitentiã, & postq̃ ostendisti mihi, percussi
fœmur meũ. Cõfusus sum & erubui, qm̃ sustinui opprobriũ adolescentiæ meæ. Si filius hono
rabilis mihi Ephraim, si puer delicatus, qa ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius. E
He. signa viæ Idcirco cõturbata sunt viscera mea sup eũ, miserãs miserebor eius, ait dñs. Statue tibi * spe-
Heb. titulos, Mercuriales statuas culã, pone tibi * amaritudines. Dirige cor tuũ in viã rectã, in qua ambulasti. Reuertere virgo
Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas. Vsquequo * delicijs dissolueris filia vaga? Quia creauit
He. vagaris filia procax dñs nouũ sup terrã, fœmina circũdabit viru℞. Hæc dicit dñs exercituũ, deus Israel. Adhuc di
cent verbũ istud in terra Iuda, in vrbibus eius, cũ cõuertero captiuitatem eo℞. Benedicat tibi
Heb. habitaculum. dñs, * pulchritudo iustitiæ, mons sanctus. Et habitabũt in eo, Iudas & oẽs ciuitates eius simul
Ezech. 18. a agricolæ, & minãtes greges, qa inebriaui animã lassam, & omnẽ animam esurientẽ saturaui. F
Ideo quasi de somno suscitatus sum, & vidi, & somnus meus dulcis mihi. Ecce dies veniũt
(dicit Dñs) & seminabo domũ Israel, & domũ Iuda semine hominũ, & semine iumẽto℞. Et si
cut vigilaui sup eos, vt euellerẽ, & demolirer, & dissiparẽ, & disperderẽ, & affligerẽ, sic vigila
bo sup eos, vt ædificẽ, & plantẽ ait dñs. In diebus illis nõ dicẽt vltra, patres comederũt vuam
acerbã, & dentes filio℞ obstupuerũt, sed vnusquisq́ in iniquitate sua morieť. Omnis homo
Heb. 8. c qui comederit vuã acerbã, obstupescent dentes eius. Ecce dies venient, dicit dñs, & feriam
domui Israel & domui Iuda fœdus nouũ. Nõ secundũ pactũ qđ pepigi cũ patribus vestris, in G
die qua apprehẽdi manũ eo℞, vt educerẽ eos de terra Aegypti, pactũ qđ irritũ fecerũt, & ego
dominatus sum eo℞, dicit dñs, sed hoc erit pactũ qđ feriã cũ domo Israel. Post dies illos dicit
dñs, dabo legẽ meam in visceribus eo℞, & in corde eo℞ scribam eam, & ero eis in deũ, & ipsi
erunt mihi in populũ. Et nõ docebit vltra vir proximũ suum, & vir fratrẽ suũ, dicẽs: cognos-
Supr. 24 ce dominũ. Omnes eñ cognoscent me, à minimo eo℞ vsq́ ad maximum, ait dominus, quia
Heb. 8. c propitiabor iniquitati eo℞, & peccati eorum nõ memorabor amplius. Hæc dicit dñs, qui
dat solẽ in lumine diei, ordinem lunæ, & stella℞, in lumine noctis, q turbat mare, & sonãt fluctus

ctus eius, Dñs exercituũ nomẽ illi. Si defecerint leges iſtæ corã me, dicit dñs, tunc & ſemen Iſra
el deficiet, vt non ſit gens corã me cunctis diebus. Hæc dicit dñs. Si menſurari poterũt cœli ſur
ſum, & inueſtigari fundamenta terræ deorſum, & ego abijciã vniuerſum ſemen Iſrael propter
G omnia que fecerunt, dicit dñs. Ecce dies venient, dicit dñs, & ædificabitur ciuitas domino, à
turre Hananeel, vſqꝫ ad portã anguli. Et exibit vltra normã menſuræ in conſpectu eius ſuper
collem Gareb, & circũibit Goatha, & omnẽ vallẽ cadauerũ, & cineres, & *vniuerſam regionem He. oẽs agros
mortis, vſqꝫ ad torrentem Cedron, & vſqꝫ ad angulũ portæ equorũ orientalis. Sanctum domi- vſq. &c
ni non euelletur, & non deſtruetur vltra in perpetuum.

¶ Prophetat Hieremias in carcere, Sedechiã regẽ in Babylonẽ ducẽdũ, Emit agrũ in Anatoth,
prædicit ciuitatẽ incẽdio deuaſtandã, Deinde captiui populi liberationẽ. Cap. XXXII.

A VErbũ q̃d factũ eſt ad Hieremiã à domino, in anno decimo Sedechiæ regis Iuda, ipſe
eſt annus decimuſoctauus Nabuchodonoſor. Tunc exercitus regis Babylonis ob-
ſidebat Hieruſalẽ, & Hieremias propheta erat clauſus in atrio carceris, q erat in do
mo regis Iuda. Clauſerat eñ eũ Sedechias rex Iuda, dicens. Quare vaticinaris dicẽs
hæc dicit Dñs. Ecce ego dabo ciuitatẽ iſtã in manus regis Babylonis, & capiet eã: & Sedechias,
rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorũ, ſed tradetur in manus regis Babylonis, & loquetur
os eius cũ ore illius, & oculi eius, oculos illius videbũt, & in Babylonẽ ducent Sedechiam, & ibi
erit donec viſitem eũ, ait Dñs. Si aũt dimicaueritis aduerſum Chaldæos, nihil proſperũ habebi-
tis. Et dixit Hieremias. Factũ eſt verbũ dñi ad me, dicens. Ecce Hananeel filius Sellũ, patrue-
lis tuus veniet ad te, dicẽs. Eme tibi agrũ meũ, qui eſt in Anathoth. Tibi eñ cõpetit ex propinq
B tate, vt emas. Et venit ad me Hananeel, filius patrui mei, ſecundũ verbũ Domini, ad veſtibulũ
carceris, & ait ad me. Poſſide agrũ meũ, qui eſt in Anatoth, in terra Beniamin, q̃a tibi cõpetit hę
reditas, & tu propinquus es, vt poſſideas. Intellexi aũt q̃ verbũ dñi eſſet. Et emi agrũ ab Ha-
naneel filio patrui mei, qui eſt in Anatoth. Et appendi ei argentũ, ſeptẽ ſtateras, & decẽ argen-
teos, & ſcripſi in libro, & ſignaui & adhibui teſtes. Et appẽdi argẽtum in ſtatera, & accepi librũ
*poſſeſſionis ſignatũ, & ſtipulationes, & rata, & ſigna forinſecus. Et dedi librũ poſſeſſionis Ba- He. emptionis ſigillatũ,
ruch, filio Neriæ, filij Maaſiæ, in oculis Hananeel patruelis mei, & in oculis teſtiũ, qui ſcripti e- pceptũ, cõſue
C rant in libro emptionis, & in oculis omniũ Iudæorũ, qui ſedebant in atrio carceris. Et præcepi tudiẽs & dĩ-
Baruch corã eis, dicẽs. Hæc dicit dominus exercituũ, Deus Iſrael. Sume libros iſtos, librũ empti- coopertũ, & ap
onis, hũc ſignatũ, & librũ hũc q apertus ẽ, & pones illos in vaſæ fictili, vt pmanere poſſint diebus tã chartam.
multis. Hæc eñ dicit dñs exercituũ, Deus Iſrael. Adhuc poſſidebũtur domus, & agri, & vineæ
in terra iſta. Et oraui ad dñm. poſtq̃ tradidi librũ poſſeſſionis Baruch, filio Neriæ, dicẽs. Heu,
heu, heu, dñe deus. Ecce tu feciſti cœlum, & terrã, in fortitudine tua magna, & in brachio tuo
extento. Non erit tibi difficile omne verbum qui facis miſericordiam in milibus, & reddis ini-
quitatẽ patrũ in ſinu filiorũ eorũ poſt eos. Fortiſſime, magne, & potens, Deus exercituũ nomen Exodi. 34. a
tibi, magnus cõſilio, & incõprehenſibilis cogitatu, cuius oculi aperti ſunt ſup oẽs vias filiorũ Adã
D vt reddas vnicuiqꝫ ſcd̃m vias ſuas, & ſcd̃m fructũ adinuentionũ eius. Qui poſuiſti ſigna, & por
tẽta, in terra Aegypti, vſqꝫ ad diẽ hãc, & in Iſrael, & in hominibus, & tibi feciſti nomẽ, ſicut eſt
dies hæc, Et eduxiſti populũ tuũ Iſrael de terra Aegypti, in ſignis, & in portẽtis, & in manu ro
buſta & in brachio extẽto. & in terrore magno, & dediſti eis terrã hãc, quã iuraſti pr̃ibus eorũ,
vt dares eis terrã, fluẽtẽ lacte & melle, & ingreſſi ſunt, & poſſiderũt eam. Et nõ obedierũt voci
tuæ, & in lege tua nõ ambulauerũt, oĩa q̃ mandaſti eis, vt facerẽt, nõ fecerunt, & euenerũt eis
oĩa mala hæc. Ecce munitiones extructæ ſunt aduerſum ciuitatẽ, vt capiatur, & vrbs data eſt
in manus Chaldæorũ, & in manus regis Babylonis, qui præliant aduerſum eã, à facie gladij, &
E famis, & peſtilẽtiæ, & quæcunqꝫ loquutus es, acciderunt, vt tu ipſe cernis. Et tu dicis mihi Dñe
deus, eme agrũ argẽto, & adhibe teſtes, cũ vrbs data ſit in manus Chaldæorũ. Et fctm̃ eſt ver
bũ dñi ad Hieremiam, dicens: Ecce ego dñs, deus vniuerſæ carnis. Nunq̃d mihi difficile erit oẽ
verbum? Propterea hęc dicit dñs. Ecce ego tradam ciuitatẽ iſtã in manus Chaldęorũ, & in ma
nus regis Babylonis, & capiẽt eã, & veniẽt Chaldæi præliãtes aduerſum vrbẽ hanc, & ſuccẽdẽt
eã igni, & comburẽt eã, & domos, in quarũ domatibus ſacrificabãt Baal, & libabãt dijs alienis li-
bamina, ad irritandũ me. Erãt eñ filij Iſrael, & filij Iuda iugiter faciẽtes malũ in oculis meis, ab
adoleſcẽtia ſua, filij Iſrael, qui vſqꝫ nũc exacerbãt me in opere manuũ ſuarũ, dicit dñs, q̃a in furo
F re, & in indignatione mea facta eſt mihi ciuitas hæc, à die qua ædificauerũt eã, vſqꝫ ad diem iſtã
qua auferet de cõſpectu meo, propter malitiam filiorũ Iſrael, & filiorũ Iuda, quã fecerunt, ad ira
cundiã me prouocãtes, ipſi & reges eorũ, & principes eorũ, & ſacerdotes eorũ, & prophetæ eo-
rũ, viri Iuda, & habitatores Hieruſalẽ. Et verterũt ad me terga, & non facies, cũ docerẽ eos, &
erudirẽ diluculo, & nollẽt audire, vt acciperẽt diſciplinã. Et poſuerũt idola ſua in domo in q̃ in- Supra. 2. f
uocatum eſt nomẽ meum, vt polluerẽt eam, & ædificauerunt excelſa Baal, quæ ſunt in valle filij Supra. 7. b
Edom, vt initiarẽt filios ſuos, & filias ſuas Moloch, quod non mandaui eis, nec aſcendit in cor
meum, vt facerẽt abominationẽ hanc, & in pctm̃ deducerent Iudã. Et nunc propter iſta hæc

 dicit do-

dicit dominus, Deus Israel ad ciuitatem hanc, de qua vos dicitis, ꝙ tradatur in manus regis Ba-
bylonis, in gladio, & in fame, & in peste. Ecce ego congregabo eos de vniuersis terris ad quas
eieci eos, in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi, & reducã eos ad locũ istũ, & ha
bitare eos faciam confidenter, & erunt mihi in populũ, & ego ero eis in deum. Et dabo eis cor
vnum, & viam vnã, vt timeant me, in vniuersis diebus, & bene sit eis, & filijs eorũ post eos. Et G
feriã eis pactũ sempiternũ, & non desinã eis benefacere, & timorem meũ dabo in corde eorum
vt non recedant à me, & lætabor super eis cũ bene eis fecero. Et plantabo eos in terra ista in ve-
ritate in toto corde meo, & in tota anima mea, quia hæc dicit Dominus. Sicut adduxi sup po-
pulum istũ omne malũ hoc grande, sic adducam super eos omne bonũ, qđ ego loquor ad eos.
Et possidebuntur agri in terra ista, de qua vos dicitis, ꝙ deserta sit, eo ꝙ non remanserit homo
& iumentũ, & data sit in manus Chaldæorũ. Agri ementur pecunia, & scribent in libro, & im-
primetur signum, & testes adhibebuntur in terra Beniamin, & in circuitu Hierusalẽ, in ciuitati-
bus Iuda & in ciuitatibus montanis, & in ciuitatibus cãpestribus, & in ciuitatibus q̃ ad austrum
sunt, quia cõuertam captiuitatem eorũ, ait dñs.

¶De conuersione Iuda, & Hierusalem, de suscitando verbo Dei
& Christo nascituro. Cap. XXXIII.

ET factum est verbum dñi ad Hieremiam secũdo, cũ adhuc clausus esset in atrio carceris A
dicens. Hæc dicit dominus, qui facturus est, & formaturus illud, & paraturus. Dñs no-
men eius. Clama ad me, & exaudiã te, & annunciabo tibi grandia, & firma, quæ nescis
Quia hæc dicit dominus deus Israel, ad domos vrbis huius, & ad domos regis Iuda, q̃
destructæ sunt, & ad munitiones, & ad gladium veniẽnum, vt dimicent cũ Chaldæis, & imple
ant eas cadaueribus hominũ, quos percussi in furore meo, & in indignatione mea abscondens
faciem meam à ciuitate hac, propter omnem malitiã eorũ. Ecce ego obducã eis* cicatricẽ, & sa
al. curationẽ nitatẽ, & curabo eos, & reuelabo illis deprecationẽ pacis, & veritatis. Et cõuertã cõuersionẽ Iu
da, & cõuersionẽ Hierusalẽ, & ædificabo eos, sicut à principio, & emũdabo illos ab omni iniqui B
tate sua, in qua peccauerũt mihi, & propitius ero cũctis iniquitatibus eorũ, in qbus deliquerũt
mihi, & spreuerũt me. Et erit mihi in nomẽ, & in gaudiũ, & in laudẽ, & in exultationem cũctis
gentibus terræ, quæ audierunt omnia bona, quæ ego facturus sum eis, & pauebũt, & turbabun
tur in vniuersis locis, & in omni pace, quam ego faciam eis. Hæc dicit dñs. Adhuc audiet in
loco isto, quẽ vos dicitis esse desertũ, eo ꝙ non sit homo, nec iumentũ in ciuitatibus Iuda, & fo-
ris Hierusalẽ, quæ desolatæ sunt absq; homine, & absq; habitatore, & absq; pecore, vox gaudij,
& vox lætitiæ, vox sponsi, & vox sponsæ, vox dicẽtium. Confitemini domino exercituũ, quo-
Heb. laudẽ niam bonus dominus, qm̃ in æternũ misericordia eius, & portantium* vota in domũ domini. C
al. captiuitatẽ eo. Reducã enim* conuersionẽ terræ, sicut à principio, dicit dñs. Hæc dicit dñs exercituũ. Ad-
huc erit in loco isto deserto absq; hoĩe, & absq; iumento, & in cunctis ciuitatibus eius, habitacu
lum pastorum, & accubantiũ gregũ, & in ciuitatibus mõtuosis, & in ciuitatibus campestribus,
& in ciuitatibus quæ ad austrum sunt, & in terra Beniamin, & in circuitu Hierusalem, & in ci-
Supra. 23. uitatibus Iuda adhuc trãsibũt greges ad manũ nũerantis, ait dñs. Ecce dies venient, dicit dñs
& suscitabo verbũ bonum, quod loquutus sum ad domũ Israel, & ad domũ Iuda. In diebus illis,
& in tempore illo, germinare faciam Dauid germen iustititiæ, & faciet iudicium & iustitiam in
terra In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit cõfidenter. Et hoc est nomen quod vo
Heb. ipsũ Dauid. cabũt eum, Dominus iustus noster. Quia hæc dicit dominus. Non interibit* de Dauid, vir qui
sedeat sup thronũ domus Israel, & de sacerdotibus, & de Leuitis nõ interibit vir à facie mea, q D
offerat holocaustomata, & incẽdat sacrificiũ, & cædat victimas om̃ibus diebus. Et factum est
verbũ dñi ad Hieremiam, dicẽs. Hæc dicit dominus. Si irritum potest fieri pactum meum cum
die, & pactũ meũ cũ nocte, vt non sit dies, & nox in tempore suo, & pactum meum irritũ esse
poterit cum Dauid seruo meo, vt non sit ex eo filius qui regnet in throno eius, & Leuitæ & sa
cerdotes ministri mei. Sicut enumerari non possunt stellæ cœli, & metiri arenæ maris, sic mul
tiplicabo semen Dauid serui mei & Leuitas ministros meos. Et factũ est verbum dñi ad Hiere-
miam, dicens. Nunquid nõ vidisti quid populus hic loquutus sit, dicens: Duæ cognatiões quas
elegerat dñs, abiectæ sunt, & populũ meũ despexerũt, eo ꝙ nõ sit vltra gens corã eis? Hæc dicit
dñs. Si pactũ meũ inter diem & noctẽ, & leges cœli & terræ non posui, equidem & semẽ Iacob
& Dauid serui mei proijciam, vt non assumã de semine eius principes seminis Abraam, Isaac, &
Iacob. Reducam em̃ conuersionem eorum, & miserebor eis.

¶Minatur tradendam ciuitatem, increpantur qui fratres libertate donatos
retrahunt in seruitutem. Cap. XXXIIII.

VErbũ quod factũ est ad Hieremiam à domino, quãdo Nabuchodonosor rex Baby- A
lonis, & oĩs exercitus eius vniuersaq; regna terræ, quę erant sub potestate manus e-
ius, & omnes populi bellabant contra Hierusalem, & cõtra omnes vrbes eius, dicẽs.
Hæc dicit dñs, deus Israel. Vade, & loquere ad Sedechiam regẽ Iuda, & dices ad eũ.

Hæc di-

Hæc dicit dominus: Ecce ego tradam ciuitatem hanc in manu regis Babylonis, & succẽdet eã
igni. Et tu nõ effugies de manu eius, sed comprehensione capieris, & in manu eius traderis, &
oculi tui oculos regis Babylonis videbunt, & os eius cum ore tuo loquetur, & Babylonem in-
troibis. Attñ audi verbũ dñi Sedechia rex Iuda. Hæc dicit dominus ad te. Non morieris in gla-
dio, sed in pace morieris, & secundum combustiones patrum tuoꝝ regum prioꝝ qui fuerunt
ante te, sic comburent te, & væ domine plangent te, quia verbum hoc ego loquutus sum, dicit
B dominus. Et loquutus est Hieremias Propheta ad Sedechiam regem Iuda, vniuersa verba
hæc in Hierusalem, & exercitus regis Babylonis pugnabat contra Hierusalem, & contra omnes
ciuitates Iuda, quæ reliquæ erant, contra Lachis, & cõtra Azecha, hæ enim supererant, de ciui-
tatibus Iuda vrbes munitæ. Verbum qđ factum est ad Hieremiam à dño, postq̃ percussit rex
Sedechias fœdus cum omni populo in Hierusalem, prædicans libertatem, vt dimitteret vnus-
quisq; seruum suum, & vnusquisq; ancillam suam, Hebræum, & Hebræam, liberos, & nequaq̃
dominarentur eis, id est in Iudæo, & fratre suo. Audierunt ergo omnes principes, & vniuer
sus populus, qui inierant pactum, vt dimitteret vnusquisq; seruum suum, & vnusquisq; ancillã
suam liberos, & vltra non dominarẽtur eis. Audierunt igitur, & dimiserunt. Et cõuersi sunt de-
C inceps, & retraxerunt seruos suos, & ancillas suas, quos dimiserunt liberos, & subiugauerunt in
famulos & famulas. Et factũ est verbũ dñi ad Hieremiã, à dño dicẽs. Hæc dicit dominus de- Exod. 21
us Israel. Ego percussi fœdus cũ patribus vestris, in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de do- Deut. 15. d
mo seruitutis, dicẽs. Cũ cõpleti fuerint septẽ anni, dimittat vnusquisq; fratrẽ suũ Hebræũ, q vẽ
ditus est ei, & seruiet tibi sex annis, & dimittes eum à te liberũ. Et nõ audierũt patres vestri me,
nec inclinauerũt aurẽ suã. Et cõuersi estis vos hodie, & fecistis qđ rectũ est in oculis meis vt p̄di-
caretis libertatẽ, vnusquisq; ad amicũ suũ, & inistis pactũ in conspectu meo, in domo in qua in-
uocatum est nomen meũ sup eam. Et reuersi estis, & cõmaculastis nomen meum, & reduxistis
vnusquisq; seruũ suũ, & vnusquisq; ancillã suã, quos dimiseratis, vt essent liberi, & suæ p̄tãtis, &
D subiugastis eos, vt sint vobis serui, & ancillæ. Propterea hæc dicit dñs. Vos non audistis me,
vt p̄dicaretis libertatẽ vnusquisq; fratri suo, & vnusquisq; amico suo. Ecce ego prædico liberta
tem, ait dominus, ad gladiũ, ad pestẽ, & ad famẽ, & dabo vos in cõmotionẽ cunctis regnis ter-
ræ. Et dabo viros qui præuaricant fœdus meũ, & nõ obseruauerũt verba fœderis, quibus assen
si sunt in conspectu meo, vitulũ quẽ conciderunt in duas partes, & transierunt inter diuisiones
eius, & principes Iuda, & principes Hierusalem, eunuchi, & sacerdotes, & omnis populus terræ,
qui transierunt inter diuisiones vituli, & dabo eos in manus inimicorum suorum, & in manus
E quærentium animas eoꝝ, & erit morticinũ eoꝝ in escam volatilibus cœli, & bestijs terræ. Et
Sedechiam regem Iuda, & principes eius dabo in manus inimicoꝝ suoꝝ, & in manus quæren-
tium animas eoꝝ, & in manus exercituũ regis Babylonis, qui recesserunt à vobis. Ecce ego p̄-
cipio, dicit dñs, & reducam eos in ciuitatem hanc, & prælíabunt aduersus eã, & capient eam, &
incendent igni. Et ciuitates Iuda dabo in solitudinẽ, eo qđ non sit habitator.

¶ Iudæ & Hierusalem inobedientia increpatur, ex obedientia Rechabitarum paterna. Cap. XXXV.

A VErbum quod factum est ad Hieremiam, à domino, in diebus Ioachim, filij Iosiæ, re-
gis Iuda, dicẽs: Vade ad domum Rechabitarum, & loquere eis, & introduces eos in
domum domini, in vnam exedram thesauroꝝ, & dabis eis bibere vinum. Et assum
psi * Iasaniã, filiũ Hieremię, filij Habasiniæ, & fratres eius, & oẽs filios eius & vni- He. Iezoniã & quidã ma le legunt Iechoniam.
uersam domũ Rechabitaꝝ, & introduxi eos in domũ dñi, ad gazophilacium filiorum Hanan
filij Iegedaliæ hominis dei, quod erat iuxta gazophilacium principum, super thesaurum Ma-
asiæ, filij Sellum, qui erat custos vestibuli. Et posui coram filijs domus Rechabitaꝝ scyphos ple
B nos vino, & calices, & dixi ad eos bibite vinum. Qui rñderunt: Non bibemus vinum, quia Iona
dab filius Rechab, pater noster, præcepit nobis, dicẽs: Nõ bibetis vinum, vos & filij vestri, vsq;
in sempiternum. Et domum non ædificabitis, & sementẽ non seretis, & vineas non plantabitis
nec habebitis, sed in tabernaculis habitabitis cũctis diebus vestris, vt viuatis diebus multis sup
faciem terræ, in qua vos peregrinamini. Obediuimus ergo voci Ionadab, filij Rechab, patris
nostri in oĩbus quæ præcepit nobis, ita vt non biberemus vinum cunctis diebus nostris, nos
& mulieres nostræ, filij & filiæ nostræ, & non ædificaremus domos ad habitandum, & vineã, &
agrum, & sementem non habuimus, sed habitauimus in tabernaculis, & obedientes fuimus iu-
C xta omnia quæ præcepit nobis Ionadab pater noster. Cum autem ascendisset Nabuchodo-
nosor rex Babylonis ad terram nostram, diximus. Venite, & ingrediamur Hierusalem à facie
exercitus Chaldæorum, & à facie exercitus Syrię, & mansimus in Hierusalem. Et factum est
verbum domini ad Hieremiam, dicens: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel. Vade, &
dic viris Iuda, & habitatoribus Hierusalem. Nunquid non recipietis disciplinam, vt obediatis
verbis meis, dicit dominus: Præualuerunt sermones Ionadab, filij Rechab, quos præcepit filijs
suis, vt nõ biberẽt vinum, & nõ biberunt vsq; ad diem hanc, quia obedierunt p̄cepto patris sui.

Ego autem locutus ſum ad vos,de mane conſurgens,& loquens,& non obediſtis mihi. Miſiq́ꝫ
Supr.18.b.& 25 b ad vos om̃es ſeruos meos Prophetas,conſurgens diluculo,mittensq́ꝫ,& dicens: Conuertimini
vnuſquiſqꝫ à via ſua peſſima,& bona facite ſtudia veſtra, & nolite ſequi deos alienos,neqꝫ cola
tis eos,& habitabitis in terra,quam dedi vobis,& patribus veſtris. Et non inclinaſtis aurem ve D
ſtram,neqꝫ audiſtis me. Firmauerũt igiť filij Ionadab,filij Rechab, præceptum patris ſui,quod
præceperat eis:populus aũt iſte nõ obediuit mihi. Idcirco hæc dicit dñs exercituũ,Deus Iſrael.
Ecce ego adducam ſup Iudam,& ſup om̃es habitatores Hieruſalem, vniuerſam afflictionem,
quã loquutus ſum aduerſum illos,eo q̃d locutus ſum ad illos,& non audierunt: vocaui illos, &
nõ reſponderũt mihi. Domui aũt Rechabitarũ,dixit Hieremias. Hæc dicit dñs exercituũ Deus
Iſrael. Pro eo q̃d obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis om̃ia mandata eius,
& feciſtis vniuerſa quæ præcepit vobis:propterea hæc dicit dñs exercituum,Deus Iſrael, Non
deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab,ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.

¶Liber Hieremiæ corã populo lectus. per regẽ Ioachim exurit. Cap. XXXVI.

ET factum eſt in anno quarto Ioachim filij Ioſiæ regis Iuda, factum eſt verbum hoc ad A
Hieremiam,à dño,dicens: Tolle volumen libri,& ſcribes in eo om̃ia verba, quæ locu-
tus ſum tibi aduerſum Iſrael,& Iudam,& aduerſum om̃es gentes,à die q̃ loquutus ſum
ad te:ex diebus Ioſiæ vſqꝫ ad diem hanc,ſi forte audiẽte domo Iuda,vniuerſa mala quę
ego cogito facere eis,reuertatur vnuſquiſqꝫ à via ſua peſſima,& propitius ero iniquitati, & pec
cato eorũ. Vocauit ergo Hieremias Baruch,filiũ Neriæ. Et ſcripſit Baruch ex ore Hieremiæ
oẽs ſermones dñi,quos loquutus eſt ad eum,in volumine libri. Et præcepit Hieremias Baruch,
dicẽs ego clauſus ſum,nec valeo ingredi domũ dñi. Ingredere ergo tu,& lege de volumine, in
quo ſcripſiſti ex ore meo,verba dñi,audiẽte populo in domo domini, in die ieiunij, inſuper &
audiẽte vniuerſo Iuda,qui veniunt de ciuitatibus ſuis. Leges eis,ſi forte cadat oratio eorũ in cõ B
ſpectu domini, & reuertať vnuſqſqꝫ à via ſua peſſima,qm̃ magnus furor,& indignatio eſt quã
locutus eſt dñs aduerſus populũ hũc. Et fecit Baruch filius Neriæ,iuxta om̃ia q̃ præceperat Hi-
eremias Propheta,legens ex volumine ſermones dñi, in domo dñi. Factũ eſt aũt in anno q̃nto
Ioachim,filij Ioſiæ regis Iuda,in menſe nono,p̃dicauerũt ieiuniũ in cõſpectu dñi, om̃i populo
in Hieruſalẽ,& vniuerſæ multitudini q̃ cõfluxerat de ciuitatibus Iuda in Hieruſalẽ. Legitq́ꝫ Ba
ruch ex volumine ſermones Hieremiæ,in domo dñi,in gazophilacio Gamariæ filij Saphã ſcri
bæ:in veſtibulo ſupiori,in introitu portæ nouæ domus dñi,audiente omni populo. Cũq́ꝫ au
diſſet Michæas,filius Gamariæ,filij Saphan,omnes ſermones domini ex libro:deſcendit in do-
mum regis ad Gazophilacium ſcribæ. Et ecce omnes principes ſedebant, Eliſama ſcriba, & C
Dalaias filius Semei,& Elnathan filius Achabor,& Gamarias filius Saphan, & Sedechias filius
Hananiæ,& vniuerſi principes. Et nunciauit eis Michęas omnia verba quæ audiuit legentem
Baruch,ex volumine in auribus populi. Miſerunt itaqꝫ omnes principes ad Baruch Iudi ſili
um Nathanię,filij Selemiæ filij Chuſi,dicentes. Volumen ex quo legiſti audiente populo, ſume
in manu tua,& veni. Tulit ergo Baruch filius Neriæ,volumen in manu ſua, & venit ad eos. Et
dixerunt ad eum. Sede,& lege hæc in auribus noſtris,& legit Baruch in auribus eorum. Igi-
tur cum audiſſent omnia verba, obſtupuerunt vnuſquiſque ad proximum ſuum, & dixerunt
ad Baruch. Nuntiare debemus regi omnes ſermones iſtos? Et interrogauerunt eum,dicẽtes. D
Indica nobis, quomodo ſcripſiſti omnes ſermones iſtos ex ore eius. Dixit autem eis Baruch
Ex ore ſuo loquebatur,quaſi legens ad me omnes ſermones iſtos,& ego ſcribebam in volu-
mine atramento. Et dixerunt principes ad Baruch. Vade,& abſcondere tu,& Hieremias, &
nemo ſciat vbi ſitis. Et ingreſſi ſunt ad regem in atrium. Porrò volumen commendauerunt in
gazophilacio Eliſamæ ſcribæ. & nunciauerunt audiente rege omnes ſermones. Miſitq́ꝫ rex Iu
di,vt ſumeret uolumen. Qui tollens illud de gazophilacio Eliſamæ ſcribæ, legit audiente re E
ge,& uniuerſis principibus,qui ſtabant circa regem. Rex autem ſedebat in domo hyemali in
He.focus aũ eũ ardebat. menſe nono,& *poſita erat arula corã eo plena prunis. Cunq́ꝫ legiſſet Iudi tres pagellas, uel
quatuor,ſcidit illud ſcalpello ſcribæ,& proiecit in ignem, qui erat ſuper arulam, donec conſu- 24.4.1.ca.nd afferamus.
meretur omne uolumen igni,qui erat in arula. Et non timuerunt, neqꝫ ſciderunt ueſtimenta
ſua rex & omnes ſerui eius,qui audierunt uniuerſos ſermones iſtos. Veruntamen Elnathan, F
& Dalaias,& Gamarias,contradixerunt regi,ne combureret librum,& non audiuit eos. Et
præcepit rex Ierahmeel filio Amalech,& Saraiæ, filio Ezriel,& Selemiæ,filio Achdeel,ut com
prehenderent Baruch ſcribam,& Hieremiam Prophetam. Abſcondit autem eos Dominus.
Et factum eſt uerbum domini ad Hieremiam Prophetam, poſtquam combuſſerat rex uolu-
men & ſermones,quos ſcripſerat Baruch ex ore Hieremiæ, dicens. Rurſum tolle uolumen a-
liud,& ſcribæ in eo omnes ſermones priores, qui erant in primo volumine, quod combuſſit
Ioachim rex Iuda, & ad Ioachim regem Iuda,dices. Hæc dicit Dominus. Tu combuſſiſti G
uolumen iſtud,dicens. Quare ſcripſiſti in eo,annuncians, feſtinus ueniet rex Babylonis, & va-
ſtabit terram hanc,& ceſſare faciet ex illa hominẽ,& iumẽtum. Propterea hæc dicit dominus
deus

Deus contra Ioachim regem Iuda. Non erit ex eo qui sedeat super solium Dauid: & cadauer
eius proijcietur ad æstum per diem & ad gelu per noctem. Et visitabo contra eum, & contra
semen eius, & contra seruos eius iniquitates suas, & adducā super eos, & super habitatores Hie-
rusalem, & super viros Iuda omne malum quod locutus sum ad eos, & non audierunt. Hiere-
mias autem tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ scribæ, q scripsit in eo ex ore
Hieremiæ omēs sermones libri quē combusserat Ioachim rex Iuda igni, & insuper additi sunt
sermones multo plures q̃ antea fuerant.

¶Hieremias vrbis excidium prædicens, à Sedechia rege mittitur in carcerem.

Capput XXXVII.

A ET regnauit rex Sedechias filius Iosiæ, pro Iechonia filio Ioachim, quē constituit regē
Nabuchodonosor rex Babylonis in terra Iuda, & nō obediuit, ipse, & serui eius, & po-
pulus terræ verbis dñi, quæ locutus est in manu Hieremiæ prophetæ. Et misit rex Se-
dechias Iucal filiū Selemiæ, & Sophoniā filiū Maasiæ sacerdotē, ad Hieremiā prophe Infra.24.a
tam, dicens: Ora pro nobis Dñm Deū nostrū. Hieremias aūt libere ambulabat in medio popu
li. Non eñ miserāt eum in custodiā carceris. Igit̄ exercitus Pharaonis egressus est de Aegypto
Et audientes Chaldæi, q obsidebāt Hierusalem huiuscemodi nunciū, recesserūt ab Hierusalem.
B Et factū ē verbū dñi ad Hieremiā ꝓphetā, dicens: Hæc dicit Dñs Deus Israhel. Sic dicetis regi
Iuda, q misit vos ad me interrogandū. Ecce exercitus Pharaonis q egressus est vobis in auxi-
liū, reuertet̄ in terrā suā in Aegyptū, & redient Chaldæi, & bellabunt contra ciuitatem hāc, &
capient eam, & succendent eā igni. Hæc dicit Dñs. Nolite decipere animas vestras, dicentes:
Euntes abibunt, & recedēt à nobis Chaldæi: quia non abibunt. Sed & si percusseritis omnem
exercitū Chaldæorꝫ, q præliant̄ aduersum vos, & derelicti fuerint ex eis aliq vulnerati, singuli
C de tentorio suo consurgent, & incendent ciuitatem hanc igni. Ergo cum recessisset exercitus
Chaldæorꝫ ab Hierusalem, propter exercitū Pharaonis, egressus est Hieremias de Hierusalem
vt iret in terrā Beniamin, & diuideret ibi possessionē in conspectu ciuiū. Cūq; puenisset ad por
tam Beniamin, erat ibi custos portæ per vices nomine Ierias filius Selemiæ, filij Hananiæ, & ap
prehendit Hieremiā prophetā, dicens Ad Chaldæos profugis? Et respondit Hieremias. Fal-
sum est, non fugio ad Chaldæos. Et non audiuit eum: sed comprehendit Ierias Hieremiam, &
adduxit eū ad principes. Quamobrem irati principes contra Hieremiā, cæsum eum miserūt in
carcerem, q erat in domo Ionathan scribæ. Ipse eñ præpositus erat super carcerem. Itaq; in- Supra.20.a.
gressus est Hieremias in domū laci, & in ergastulū, & sedit ibi Hieremias diebus multis. Mittēs
aūt Sedechias rex, tulit eum, & interrogauit eū in domo sua abscondite, & dixit. Putàsne est ser
D mo à Dño? Et dixit Hieremias. Est. Et ait: In manus regis Babylonis traderis. Et dixit Hiere-
mias ad regem Sedechiā. Quid peccaui tibi, & seruis tuis, & populo tuo: qa misisti me in domū
carceris? Vbi sunt prophetæ vestri qui prophetabant vobis, & dicebant, non veniet rex Ba-
bylonis super vos, & super terram hanc? Nunc ergo audi, obsecro domine mi rex. Valeat de-
precatio mea in cōspectu tuo, & ne me remittas in domū Ionathan scribæ, ne moriar ibi. Præ-
cepit ergo rex Sedechias, vt traderetur Hieremias in vestibulum carceris, & dare t̄ ei torta pa-
nis quotidie, * excepto pulmento, donec consumerentur omnes panes de ciuitate. Et mansit He. de pla-
Hieremias in vestibulo carceris. tea pistorꝫ

¶Principes petunt Hieremiam occidi, mittit̄ in lacum, per Abdemelech eunuchum ex-
trahitur. Caput XXXVIII.

A AVdiuit autem Saphatias filius Mathan, & Gadalias filius Phashur, & Iuchal filius Se-
lemiæ, & Phashur filius Melchiæ, sermones quos Hieremias loquebat̄ ad omnem po
pulum, dicens: Hæc dicit Dñs. Quicūq; manserit in ciuitate hac, morietur gladio, &
fame, & peste, qui autem profugerit ad Chaldæos, viuet, & erit anima eius sospes, & Supra.21.a
viuens. Hæc dicit Dñs. Tradendo tradet̄ ciuitas hæc in manu exercitus regis Babylonis, & ca-
piet eā. Et dixerunt principes regi. Rogamus vt occidatur homo iste: De industria eñ dissol
uit manus virorꝫ bellantiū, qui remanserunt in ciuitate hac, & manus vniuersi populi, loquens
B ad eos vniuersa verba hæc. Siqdem homo iste non quærit pacem populo huic, sed malum.
Et dixit rex Sedechias: Ecce ipse in manibus vestris ē, nec eñ fas est regem vobis quicq̃ nega-
re. Tulerunt ergo Hieremiam, & proiecerunt eum in lacum Malchiæ filij Amelech, q erat in
vestibulo carceris, & submiserunt Hieremiā in funibus, in lacum, in quo non erat aqua, sed lu-
tum. Descendit itaq; Hieremias in cœnum. Audiuit autem * Abdemelech Aethiops, vir eu- He. Ebed-
nuchus, qui erat in domo regis, quod misissent Hieremiam in lacum. Porrò rex sedebat in por melech (q in
ta Beniamin. Et egressus Abdemelech de domo regis, locutus est ad regem, dicens: Domi- terpretatur
ne mi rex, malefecerunt viri isti, omnia quæcunq; perpetrarunt contra Hieremiam prophe- seruꝰ regis)
C tam, mittentes eum in lacum, vt moriatur ibi fame. Non sunt eñ panes vltra in ciuitate. Præ- Aethiops eu
cepit itaq; rex Abdemelech Aethiopi, dicens: Tolle tecū hinc triginta viros, & leua Hieremiā nuchus, q &c.
prophetam de lacu, antequam moriatur. Assumptis ergo Abdemelech secum viris, ingressus
est do-

est domũ regis, quæ erat sub cellario, & tulit inde veteres pannos, & antiqua vestimenta quæ
computruerant, & submisit ea ad Hieremiam in lacum per funiculos. Dixitq; Abedemelech
Aethiops ad Hieremiã prophetam. Pone veteres pannos, & hæc scissa, & putrida sub cubito
manuũ tuarũ, & super funes. Fecit ergo Hieremias sic. Et extraxerũt Hieremiã funibus, & edu-
xerũt eũ de lacu. Mansit aũt Hieremias in vestibulo carceris. Et misit rex Sedechias, & tulit ad D
se Hieremiã prophetam, ad ostiũ tertiũ quod erat in domo dñi. Et dixit rex ad Hieremiã. In-
terrogo ego te sermonẽ, ne abscondas me aliqd. Dixit aũt Hieremias ad Sedechiã. Si annun
tiauero tibi nunqd non interficies me? Et si consilium dedero tibi, non me audies. Iurauit ergo
rex Sedechias Hieremiæ clam, dicens: Viuit dñs, q fecit nobis aĩam hãc, si occidero te, & si tra-
didero te in manus virorũ istorũ, q quærũt aĩam tuam. Et dixit Hieremias ad Sedechiã. Hæc E
dicit dñs exercituũ, deus Israhel. Si ꝓfectus exieris ad principes regis Babylonis, viuet aĩa tua,
& ciuitas hæc nõ succẽdet igni, & saluus eris tu, & ppls tuus, & domus tua. Si aũt nõ exieris ad prĩci
pes regis Babylonis, tradet ciuitas hæc in manus Chaldæorũ, & succendent eã igni, & tu non
effugies de manu eorũ. Et dixit rex Sedechias ad Hieremiã. Sollicitus sum propter Iudæos, qui
transfugerũt ad Chaldæos, ne forte tradar in manus eorũ, & illudant mihi. Respondit aũt Hie- F
remias, & dixit ad eũ. Non te tradent. Audi quæso vocem dñi, quã ego loquor ad te, & bene
tibi erit, & viuet anima tua. Quod si nolueris egredi, iste est sermo quẽ ostendit mihi dñs. Ecce
omnes mulieres quę remanserũt in domo regis Iuda, educent ad principes regis Babylonis, &
ipsæ dicent. Seduxerũt te, & præualuerũt aduersum te viri pacifici tui, demerserũt te in cœno
& in lubrico pedes tuos, & recesserũt à te. Et oẽs vxores tuæ, & filij tui educent ad Chaldæos, & G
non effugies manus eorũ: sed in manu regis Babylonis capieris, & ciuitatẽ hãc cõburet igni. Di
xit ergo Sedechias ad Hieremiã. Nullus sciet verba hæc, & nõ morieris. Si aũt audierint princi
pes, q a locutus sum tecũ, & venerint ad te, & dixerint tibi, indica nobis qd locutus sis cũ rege,
ne cæles, & nõ te interficiemus, & qd locutus est tecũ rex, dices ad eos. Prostraui ego ꝓces me-
as corã rege, ne me reduci iuberet in domũ Ionathã, & ibi morerer. Venerũt ergo oẽs princi
pes ad Hieremiã, & interrogauerũt eũ. Et locutus est eis iuxta oĩa verba quæ ꝓceperat ei rex: Et
supra eodẽ cessauerũt ab eo. Nihil eñi fuerat auditũ. Mansit vero Hieremias in vestibulo carceris, vsq; ad
diem quo capta est Hierusalem. Et factum est vt caperetur Hierusalem.

¶ Capit civitas, Sedechias fugit, comprehendit, exoculat. Hieremias & Abdemelech sal
uantur. Ca. XXXIX.

infra, 52.a A
4. Reg. 25. a.
Par. nona.

ANno nono Sedechię regis Iuda, mense decimo, venit Nabuchodonosor rex Babylo
nis, & omnis exercitus eius, ad Hierusalem, & obsidebant eam. Vndecimo aũt anno
Sedechiæ, mense quarto, * quinta die mensis, aperta est ciuitas, & ingressi sunt omnes
principes regis Babylonis, & sederũt in porta media, Neregel, Sareser, Samegar, Na-
busarsachim, Rabsaris, Neregel, Sareser, Rabma, & oẽs reliq principes regis Babylonis. Cumq;
vidisset eos Sedechias rex Iuda, & omnes viri bellatores, fugerũt & egressi sunt nocte de ciuita
te, per viam horti regis, & per portam quæ erat inter duos muros, & egressi sunt ad viã deser- B
ti. Persecutus est aũt eos exercitus Chaldæorũ, & comprehenderunt Sedechiam, in cãpo soli-
tudinis Hiericho, & captum adduxerunt ad Nabuchodonosor regem Babylonis, in Reblatha,
quæ est in terra Hemath, & locutus est ad eum iudicia. Et occidit rex Babylonis filios Sede-
chiæ in Reblatha, in oculis eius, & omnes nobiles Iuda occidit rex Babylonis. Oculos quoque
Sedechiæ eruit, & vinxit eum compedibus, vt duceret in Babylonẽ. Domũ quoq; regis, & do-
mũ vulgi succenderunt Chaldæi igne, & murũ Hierusalem subuerterunt. Et reliquias populi, C
quæ remanserant in ciuitate, & profugos qui transfugerant ad eum, & superfluos vulgi qui re-
manserant, transtulit Nabusaradan magister militũ in Babylonem, & de plebe pauperũ qui ni
hil penitus habebant, dimisit Nabusaradan magister militiæ, in terra Iuda, & dedit eis vineas,
& cisternas in die illa. Præceperat autem Nabuchodonosor rex Babylonis de Hieremia Nabu
saradan magistro militum, dicens: Tolle illum, & pone super eum oculos tuos, nihilq; ei mali
facias: sed vt voluerit, sic facies ei. Misit ergo Nabusaradan princeps militiæ, & Nabu, & Ses-
ban, & Rabsaris, & Neregel, & Sereser, & Rabmag, & omnes optimates regis Babylonis, mise-
runt, & tulerunt Hieremiam de vestibulo carceris, & tradiderunt eum Godoliæ, filio Ahicam D
filio Saphan, vt intraret in domum, & habitaret in populo. Ad Hieremiam autem factus fu-
erat sermo Domini, cum clausus esset in vestibulo carceris, dicens: Vade, & dic Abdemelech
Aethiopi, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israhel. Ecce ego inducam sermo-
nes meos super ciuitatem hanc, in malum, & non in bonum, & erunt in conspectu tuo in die il
la, & liberabo te in die illa, ait Dominus. Et non traderis in manus virorum, quos tu formidas,
sed eruens liberabo te, & gladio non cades, sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habui-
sti fiduciam, ait Dominus.

¶ Dat Hieremiæ libertas proficiscendi quo velit. Iohanan dicit Godoliæ duci cedẽ suã.
Caput XL.

A SErmo qui factus est ad Hieremiam à domino, postq̃ dimissus est à Nabusaradan magi Infra.43.a
stro militiæ, de Rama, quando tulit eũ vinctũ catenis, in medio omnium qui migrabāt
de Hierusalem, & Iuda, & ducebantur in Babylonem. Tollens ergo princeps militiæ
Hieremiam, dixit ad eum. Dñs Deus tuus locutus est malum super locũ istũ, & addu-
xit, & fecit Dñs sicut locutus est: qa peccastis Dño, & non audistis vocem eius, & factus est vo- Gene.15.b
bis sermo hic. Nũc ergo ecce solui te hodie de catenis, quæ sunt in manibus tuis. Si placet tibi
vt venias mecũ in Babylonẽ, veni, & ponam oculos meos super te. Si aũt displicet tibi venire
B mecũ in Babylonem, reside. Ecce oñis terra in conspectu tuo est. Quod elegeris, & quo placue he, adhuc eo
rit tibi, vt vadas, illuc perge, & * mecũ noli venire: sed habita apud Godoliã filiũ Ahicam, filij nõ reuertēte
Saphan, quem præposuit rex Babylonis ciuitatibus Iudæ. Habita ergo cũ eo in medio populi, (sit) reuertere
vel quocũq; placuerit tibi vt vadas, vade. Dedit quoq; ei magister militiæ cibaria, & munuscu re ad Godo-
la, & dimisit eũ. Venit aũt Hieremias ad Godoliã, filiũ Ahicã, in * Maspha, & habitauit cũ eo in liam &c.
medio populi, q relictus fuerat in terra. Cũq; audissent oĩes principes exercitus, q dispersi fue ut, Masphah
rant per regiones ipsi & socij eo℞, q̊d præfecisset rex Babylonis Godoliam, filiũ Ahicã, terræ,
C & quod commendasset ei viros, & mulieres, & paruulos, & de pauperibus terræ, q non fuerant
translati in Babylonẽ, venerunt ad Godoliã in Maspha, & Ismael filius Nathaniæ, & Iohanan
filius Careah, & Ionathan, & Sareas filius Thantometh, & filij Offai, qui erat Nephathites, &
Iesanias filius Maachati, ipsi & viri eo℞. Et iurauit eis Godolias filius Ahicã, filij Saphan, & co
mitibus eo℞, dicens: Nolite timere seruire Chaldæis. Habitate in terra, & seruite regi Baby- 4.Reg.25.f
lonis, & bene erit vobis. Ecce ego habito in Maspha, vt respondeã præcepto Chaldæo℞, qui
mittunt ad nos. Vos aũt colligite vindemiã & messem, & oleũ, & cõdite in vasis vestris, & ma-
D nete in vrbibus vestris quas tenetis. Sed & oẽs Iudæi q erãt in Moab, & in finibus Ammon, &
in Idumæa, & in vniuersis regionibus, audito q̄ dedisset rex Babylonis reliquias in Iudæa, & q̄
præposuisset sup eos Godoliã, filiũ Ahicã, filij Saphan, reuersi sunt (inquã) oẽs Iudæi de vniuer
sis locis, ad quæ profugerãt, & venerũt in terrã Iuda, ad Godoliã, in Maspha, & collegerunt vi
num, & messem multam nimis. Iohanan aũt filius Careah, & oẽs principes exercitus, q dispersi
fuerãt in regionibus, venerũt ad Godoliã in Maspha, & dixerũt ei. Scito q̊d Baalis rex filiorum
Ammon misit Ismael filiũ Nathaniæ, pcutere aĩam tuã. Et nõ credidit eis Godolias, filius Ahi
cam. Iohanan aũt filius Careah dixit ad Godoliã seorsum in Maspha, loquẽs. Ibo, & pcutiam
Ismael, filiũ Nathaniæ, nullo sciẽte, ne interficiat aĩam tuã & dissipent oẽs Iudæi, q cõgregati
sunt ad te, & peribũt reliquiæ Iuda. Et ait Godolias, filius Ahicã, ad Iohanã, filiũ Careah. Noli
facere verbũ hoc. Falsum eñ tu loqueris de Ismael.

¶ Ismael occidit Godoliã, Iohanan psequit̃ Ismaelem. Ca. XLI.

A ET factũ est in mẽse septimo, venit Ismael filius Nathaniæ, filij Maasiæ, filij Elisama, de
semine regali, & optimates regis, & decẽ viri cũ eo ad Godoliã, filiũ Ahicã, in Maspha
& comederũt ibi panes simul in Maspha. Surrexit aũt Ismael filius Nathaniæ, & decẽ
re dist.c.le. uanium.&c. viri q cũ eo erant, & percusserũt Godoliã, filiũ Ahicã, filij Saphan, gladio, & interfece-
runt eum, quem præfecerat rex Babylonis terræ. Omnes quoq; Iudæos q erant cum Godo-
lia in Maspha, & Chaldæos, q reperti sunt ibi, & viros bellatores, percussit Ismahel. Secundo
autem die postq̃ occiderat Godoliã nullo adhuc sciente, venerunt viri de Sichem, & de Silo, &
de Amaria, octoginta viri, rasi barba, & scissis vestibus, & squallentes, & munera, & thus habe-
B bant in manu, vt offerrent in domo Dñi. Egressus ergo Ismael filius Nathaniæ in occursum
eo℞ de Maspha, incedens & plorans ibat, Cum aũt occurrisset eis, dixit ad eos. Venite ad
Godoliã, filium Ahicam. Qui cum venissent ad mediũ ciuitatis, interfecit eos Ismael, filius Na-
thaniæ, circa mediũ laci, ipse & viri q erant cum eo. Decem aũt viri reperti sunt inter eos, qui
dixerunt ad Ismael. Noli occidere nos quia habemus thesauros in agro, frumenti, & hordei, &
olei, & mellis. Et cessauit, & non interfecit eos cũ fratribus suis. Lacus aũt in quem proiecerat
Ismael oñia cadauera viro℞ q̃s pcusserat, ppter Godoliã, ipse est quem fecit rex Asa, propter
C Baasa regem Israhel. Ipsum repleuit Ismael, filius Nathaniæ, occisis. Et captiuas duxit Ismael
omnes reliquias populi, q erãt in Maspha, filias regis, & vniuersum populũ, q remanserant in
Maspha, quos cõmendauerat Nabusaradan princeps militiæ, Godoliæ, filio Ahicam. Et cœ-
pit eos Ismael filius Nathaniæ, & abijt vt trãsiret ad filios Ammon. Audiuit aũt Iohanan filius
Careah, & omnes principes bellato℞, q erãt cũ eo, omne malũ q̊d fecerat Ismael filius Natha-
niæ, & assumptis vniuersis viris, profecti sunt vt bellarẽt aduersum Ismaelẽ, filium Nathaniæ &
inuenerũt eũ ad aquas multas, quæ sunt in Gabaon. Cumq; vidisset omnis populus q erat cũ
Ismael, Iohanan filium Careah, & vniuersos principes bellato℞, q erant cũ eo, lætati sunt. Et
reuersus est omnis populus quem cœperat Ismael in Maspha, reuersusq; abijt ad Iohanã, filiũ
D Careah. Ismael aũt filius Nathaniæ fugit cum octo viris, à facie Iohanan, & abijt ad filios Am
mon. Tulit ergo Iohanã filius Careah, & omnes principes bellato℞, q erãt cũ eo, vniuersas reli
quias vulgi, quas reduxerat ab Ismael filio Nathaniæ de Maspha, postq̃ pcussit Godoliã, filiũ
Ahicã,

Ahicã,fortes viros ad præliũ,& mulieres,& pueros;& eunuchos,quos reduxerat de Gabaon,
& abierũt,& sederũt peregrinantes in Chamaan,quæ est iuxta Bethlehem,vt pergerẽt, & in-
troirent Aegyptũ,à facie Chaldæoꝝ,timebant eñ eos, qa percusserat Ismael filius Nathaniæ
Gadoliã filiũ Ahicam,quem præposuerat rex Babylonis in terra Iuda.

¶Hieremias monet reliquias populi,ne proficiscantur in Aegyptum.

Caput .XLII.

ET accesserũt oẽs principes bellatoꝝ,& Iohanan filius Careah,& Iesanias filius Osaiæ, A
& reliquũ vulgus à paruo vsq; ad magnũ, dixeruntq́; ad Hieremiã prophetã. Cadat
Supra.11.b oratio nostra in conspectu tuo, & ora pro nobis ad dñm deũ tuũ,pro vniuersis istis,
&.17.d. quia derelicti sumus pauci de pluribus,sicut oculi tui nos intuenť, & annuntiet nobis
Infra eodẽ. Dominus Deus tuus viam,per quam pergamus, & verbum quod faciamus. Dixit aũt ad eos
Hieremias propheta. Audiui. Ecce ego oro ad dñm deum vestrũ secundũ verba vestra, omne
verbũ quodcũq; responderit mihi, indicabo vobis,nec cælabo vos quicq̃. Et illi dixerunt ad
Hieremiã. Sit Dñs inter nos testis veritatis & fidei, si non iuxta omne verbũ in q̃ miserit te do-
minus deus tuus ad nos,sic faciemus,siue bonũ est,siue malũ. Voci Domini Dei nostri ad quem B
mittimus te,obediemus,vt bene sit nobis, cũ audierimus vocem Dñi Dei nostri. Cum autẽ
completi essent decem dies,factũ est verbũ dñi ad Hieremiam. Vocauitq́; Iohanan filium Ca-
reah,& omnes principes bellatoꝝ,qui erant cum eo, & vniuersum populũ à minimo vsq; ad
maximũ,& dixit ad eos. Hæc dicit Dñs Deus Israhel,ad quem misistis me,vt prosternerẽ pre-
ces vestras,in conspectu eius. Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos,& non de-
struam:plantabo,& non euellam. Iam eñ placatus sum super malo quod feci vobis. Nolite
timere à facie regis Babylonis,quem vos pauidi formidatis. Nolite metuere eũ dicit dñs,quia
vobiscũ sum ego,vt saluos vos faciam,& eruam de manu eius, & dabo vobis misericordias, &
miserebor vestri,& habitare vos faciã in terra vestra. Si aũt dixeritis vos,non habitabimus in
terra ista,nec audiemus vocem Dñi Dei nostri,dicentes:nequaquã,sed ad terrã Aegypti per- C
gemus, vbi non videbimus bellũ,& clangorem tubæ non audiemus,& famem non sustinebi-
mus,& ibi habitabimus:propter hoc nũc audite verbũ dñi,reliquiæ Iuda. Hæc dicit Dñs exer-
cituũ,Deus Israhel. Si posueritis faciẽ vestrã vt ingrediamini Aegyptũ,& intraueritis,vt ibi
habitetis,gladius quẽ vos formidatis,ibi cõprehendet vos,in terra Aegypti,& fames pro qua
estis solliciti,adhærebit in Aegypto,& ibi moriemini. Omnesq́; viri q posuerũt faciem suã vt
ingrediant Aegyptũ, vt habitent ibi,morienť gladio,& fame, & peste,nullus de eis remane-
bit,nec effugiet à facie mali,quod ego afferã super eos. Quia hæc dicit dñs exercituũ,deus Isra
hel. Sicut conflatus est furor meus,& indignatio mea super habitatores Hierlm sic conflabiť in-
dignatio mea super vos,cũ ingressi fueritis Aegyptũ,& eritis in iusiurandũ, & in stuporem,&
Sup.1 eodẽ. in maledictũ,& in opprobriũ,& nequaq̃ vltra videbitis locũ istũ. Verbũ dñi sup vos reliquiæ D
Iuda. Nolite intrare Aegyptũ:Scientes scietis,quia obtestatus sum vos hodie, quia decepistis
animas vestras. Vos eñ misistis me ad Dominũ Deũ vestrũ,dicentes:Ora pro nobis ad Domi-
num deũ nostrũ,& iuxta omnia quæcũq; dixerit tibi Dñs Deus noster,sic annuntia nobis,& fa
ciemus. Et annuntiaui vobis hodie,& non audistis vocem Dñi Dei vestri,super vniuersis pro
quibus misit me ad vos. Nunc ergo scientes scietis,quia gladio,& fame, & peste moriemini, in
loco ad quem voluistis intrare,vt habitaretis ibi.

¶Reclamante Hieremia,Iohanan abducit reliquias populi in Aegyptũ,Hieremias prædicit vastitatem Aegypti. Ca.XLIII.

FActũ est aũt,cũ complesset Hieremias loquens ad populũ vniuersos sermones Domi- A
ni Dei eoꝝ,pro quibus miserat eũ dñs deus eoꝝ ad illos,omnia verba hæc dixit Aza-
rias filius Osaiæ & Iohanan filius Careah,& omnes viri superbi,dicentes ad Hieremi-
am: Mendacium tu loqueris. Non misit te dñs deus noster,dicens: Ne ingrediamini
Aegyptũ,vt habitetis illic;sed Baruch filius Neriæ incitat te aduersum nos vt tradat nos in ma B
Supra.40.a. nus Chaldæoꝝ,vt interficiat nos,& traduci faciat in Babylonem. Et non audiuit Iohanan fi
lius Careah,omnes principes bellatoꝝ,& vniuersus populus,vocem dñi,vt manerent in terra
Iuda. Sed tollens Iohanan filius Careah, & vniuersi principes bellatoꝝ vniuersos reliquiarum
Iuda,q reuersi fuerãt de cũctis gentibus,ad quas fuerant ante dispersi,vt habitarent in terra Iu C
da,viros,& mulieres,& paruulos,& filias regis, & omnẽ aĩam quam reliquerat Nabusaradãn
princeps militiæ,cũ Godolia,filio Ahicam,filij Saphan,& tulit Hieremiã prophetã,& Baruch
filiũ Neriæ,& ingressi sunt in terrã Aegypti:qa nõ obedierũt voci domini. Et venerũt vsq; ad
Tahpãhes. * Taphnis. Et factus est sermo dñi ad Hieremiã in Taphnis, dicens: Sume tibi lapides grandes
in manu tua,& absconde eos in cripta,quæ est sub muro latericio, in porta domus Pharaonis, D
in Taphnis cernentibus viris Iudæis,& dices ad eos: hæc dicit dñs exercituũ, Deus Israhel. Ec
ce ego mittã,& assumã Nabuchodonosor regem Babylonis seruũ meũ,& ponam thronum eius
super lapides istos,quos abscondi,& statuet soliũ suum super eos. Veniensq́; percutiet terram

Aegypti

Aegypti quos in morte, in mortē: & quos in captiuitate, in captiuitatē: & quos in gladio, in
gladiū. Et succendet ignē in delubris deoꝝ Aegypti, & cōburet ea, & captiuos ducet illos, &
amicief terra Aegypti sicut amicitur pastor pallio suo, & egredief inde in pace. Et cōteret sta
tuas domus solis, quæ sunt in terra Aegypti, & delubra deoꝝ Aegypti cōburet igni.

¶ Hieremias arguit populi reliquias idololatriæ, & inobedientiæ, illi persistunt in malitia, & cultu reginæ cœli. Cap. XLIIII.

A VErbū quod factū est ad Hieremiā, ad oēs Iudæos q habitabāt in terra Aegypti, ha
bitātes in Magdalo, & in Taphnis, & in Memphi, & in terra Phatures, dicēs. Hæc
dicit dn̄s exercituū, deus Israel: Vos audistis omne malū istud, qđ adduxi sup Hie-
rusalē, & sup oēs vrbes Iuda, & ecce desertæ factæ sunt hodie, & nō est in eis habi-
tator, propter malitiā quā fecerūt, vt me ad iracundiā prouocarēt, & irent, & sacrificarent, &
colerent deos alienos quos nesciebant, & illi, & vos, & patres vestri. Et misi ad vos oēs seruos
meos prophetas, de nocte consurgens, mittensq;, & dicens. Nolite facere verbū abominatio
nis huiuscemodi. Et nō audierunt, nec inclinauerunt aurē suā, vt conuerterent à malis suis, &
B nō sacrificarent dijs alienis. Et conflata est indignatio mea, & furor meus, & succensa est in ci
uitatibus Iuda, & in plateis Hierusalē, & versæ sunt in solitudinē, & vastitatē, secūdū diē hāc.
Er nūc hæc dicit dn̄s exercituū, deus Israel. Quare vos fecistis malū grande hoc, cōtra aīas ve-
stras, vt intereat ex vobis vir, & mulier, paruulus, & lactēs, de medio Iuda, nec relinquaf vo-
bis quicq̄ residuū, prouocātes me in operibus manuū vestraꝝ, sacrificādo dijs alienis, in terra
Aegypti, in quā ingressi estis, vt habitetis ibi, & dispereatis, & sitis in maledictionē, & in op-
probriū cūctis gētibus terræ: Nunqd obliti estis mala patrum vestroꝝ, & mala regū Iuda, &
mala vxoꝝ eoꝝ, & mala vestra, & mala vxoꝝ vestraꝝ, quæ fecerūt in terra Iuda, & in regio- Heb. contriti
C nibus Hierusalē: Nō sunt * mūdati vsq; ad hanc diē, & nō timuerūt, & nō ambulauerūt in le- uel humiliati,
ge dn̄i, & in ꝓceptis meis, quæ dedi corā vobis, & corā patribus vestris. Ideo hæc dicit dn̄s ex
ercituū, deus Israel. Ecce ego ponā faciē meā in vobis in malū, & disperdā omnē Iudā: Et assu Amos. 9
mā reliquias Iuda, q posuerunt facies suas, vt ingrederent terrā Aegypti, & habitarent ibi. Et Infr. eo.
cōsumentur oēs in terra Aegypti, & cadēt in gladio, & in fame, & cōsumenf, à minimo vsq;
ad maximū, in fame, & in gladio morienf, & erūt in iusiurandum, & in miraculū, & in maledi
ctionē, & in opprobriū, Et visitabo super habitatores terræ Aegypti, sicut visitaui sup Hieru
salem, in gladio, & fame, & peste, & nō erit * qui effugiat, & sit residuus de reliquijs Iudæoꝝ, q Hebr. cursor
D vadunt vt peregrinenf in terra Aegypti, & reuertanf in terram Iuda, ad quā ipsi eleuant aīas
suas, vt reuertanf, & habitent ibi, Non reuertenf illuc, nisi q fugerint, Respoderūt aūt Hiere-
miæ omnes viri, scientes ꝙ sacrificarent vxores eoꝝ dijs alienis, & vniuersæ mulieres, quarū
stabat multitudo grandis, & omnis populus habitantiū in terra Aegypti, in * Phatures, dicē- He. Pathros
tes, Sermonē quem locutus es ad nos in nomine domini, non audiemus ex te, sed facientes fa
ciemus omne verbū q̄d egredietur de ore nostro, vt sacrificemus * reginæ cœli, & libemus ei Heb. machi-
libamina, sicut facimus nos, & patres nostri, reges nostri, & principes nostri, in vrbibus Iuda næ cœli, uel
& in plateis Hierusalē, & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malumq; nō vidimus, Ex soli,
E eo aūt tempore, quo cessauimus sacrificare reginæ cœli, & libare ei libamina, indiguimus om
nibus, & gladio & fame cōsumpti sumus, Quod si nos sacrificamus reginæ cœli, & libamus ei
libamina, nunqd sine viris nostris faciemus ei placentas, ad colendū eā, & libamina, ad liban-
dū: Et dixit Hieremias, ad oēm populū aduersum viros, & aduersum mulieres, & aduersum
vniuersam plebē, qui responderāt ei verbū, dicēs, Nunqd nō sacrificiū quod sacrificastis in
ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalē, vos & patres vestri, reges vestri, & principes vestri,
& populus terræ, hoꝝ recordatus est dn̄s, & ascendit super cor eius, & non poterat dn̄s vltra
portare, propter malitiā studioꝝ vestroꝝ, & propter abominatiōes, quas fecistis, & facta est
F terra vestra in desolationē, & in stuporē, & in maledictū, eo ꝙ nō sit habitator sicut ē dies hęc,
Propterea ꝙ sacrificaueritis idolis, & peccaueritis domino, & non audieritis vocem domini,
& in lege, & in præceptis, & in testimonijs eius nō ambulaueritis, idcirco euenerūt vobis ma
la hæc, sicut est dies hæc. Dixit autē Hieremias ad omnē populū, & ad vniuersas mulieres,
Audite verbū dn̄i, omnis Iuda, qui estis in terra Aegypti. Hæc dicit dominus exercituū, deus
Israel, dicens. Vos & vxores vestræ locuti estis ore vestro, & manibus vestris implestis, dicē
tes. Faciamus vota nostra quæ vouimus, vt sacrificemus reginæ cœli, & libemus ei libamina
G Implestis vota vestra, & opere perpetrastis ea, Ideo audite verbū domini, omnis Iuda, q ha-
bitatis in terra Aegypti, Ecce ego iuraui in nomine meo magno (ait dominus) quia nequaq̄
vltra vocabitur nomen meū ex ore omnis viri Iudæi, dicentis, viuit dn̄s deus, in omni terra
Aegypti, Ecce ego vigilabo super eos in malū, & non in bonū, & consumentur oēs viri Iuda
qui sunt in terra Aegypti, gladio, & fame, donec penitus cōsumantur, Et qui fugerint gladiū, Supra eodē
reuertenf de terra Aegypti, in terrā Iuda, viri pauci, & scient omnes reliquiæ Iuda, ingrediē- Gene. 12
tium terrā Aegypti, vt habitent ibi, cuius sermo compleatur, meus an illorum, Et hoc vobis

ſignum, ait dominus, quod viſitem ego ſuper vos in loco iſto, vt ſciatis quia vere complebũ-
tur ſermones mei contra vos in malum. Hæc dicit dominus, Ecce ego tradam Pharaonem
Ophrea regem Aegypti, in manu inimicorum eius, & in manibus quærentium animam illi-
us, ſicut tradidi Sedechiam regem Iuda, in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, inimici
ſui, & quærentis animam eius.

¶Baruch increpatur ab Hieremia puſillanimitatis. Cap. XLV. A

VErbum quod locutus eſt Hieremias propheta ad Baruch filiũ Neriæ, cũ ſcripſiſ-
ſet verba hæc in libro, ex ore Hieremiæ, anno quarto Ioachim, filij Ioſiæ regis Iu-
da, dicens. Hæc dicit dñs deus Iſrael, ad te Baruch. Dixiſti, Væ miſero mihi, qm̃ ad
didit dominus dolorem dolori meo, Laboraui in gemitu meo, & requiem nõ in- B
ueni. Sic dices ad eum. Hæc dicit dominus, Ecce quos ædificaui, ego deſtruo, & quos planta-
Alii, gradia ui, ego euello, & vniuerſam terram hanc, Et tu quæris tibi *grandia. Noli quærere, quia ecce
ego adducã malum ſuper omnem carnem, ait dominus, & dabo tibi animam tuam in ſalutẽ,
in omnibus locis, ad quæcunq; perrexeris.

¶Prædicit cladem Aegypti, & liberationem Iſraelis. Cap. XLVI. A

QVod factũ eſt verbũ dñi ad Hieremiã prophetã, cõtra gentes, ad Aegyptũ, aduer-
ſum exercitũ Pharaonis Necho, regis Aegypti, qui erat iuxta fluuiũ Euphratẽ, in
Charchamis, quẽ percuſſit Nabuchodonoſor rex Babylonis, in quarto anno Ioa-
chim, filij Ioſiæ, regis Iuda. Præparate ſcutũ & clypeũ, & procedite ad bellum.
Iungite equos, & aſcendite equites, ſtate in galeis, polite lãceas, induite vos loricis. Quid igit? B
Vidi ipſos pauidos, & terga vertentes, fortes eorũ cæſos, Et fugerũt conciti, nec reſpexerunt:
Terror vndiq;, ait dñs, Nõ fugiet velox, nec ſaluari ſe putet fortis. Ad aquilonẽ iuxta flumen
Euphraten victi ſunt, & ruerunt, Quis eſt iſte q quaſi flumẽ aſcendit, & veluti fluuiorũ intu-
meſcunt gurgites eius? Aegyptus fluminis inſtar aſcẽdit, & veluti flumina mouebunt fluctus
eius, & dicet. Aſcendẽs operiã terrã, perdã ciuitatẽ & habitatores eius, Aſcẽdite equos, & ex- C
ultate in curribus, & procedãt fortes Aethiopiæ, & Lybiæ, tenẽtes ſcutũ, & Lidij, arripiẽtes,
& iaciẽtes ſagittas. Dies aũt ille dñi, dei exercituũ, dies vltionis, vt ſumat vindictã de inimicis
ſuis, Deuorabit gladius, & ſaturabit, & inebriabit ſanguine eorũ, Victima eñ dñi exercituũ in
terra aqlonis, iuxta flumen Euphraten, Aſcẽde in Galaad, & tolle reſinã virgo filia Aegypti.
Fruſtra multiplicas medicamina, ſanitas nõ erit tibi, Audierũt gentes ignominiã tuã, & vlula D
tus tuus repleuit terrã, qa fortis impegit in fortẽ, & ambo pariter cõciderũt. Verbũ qd lo-
Supr. 1. a cutus eſt dñs ad Hieremiã prophetã, ſup eo φ venturus eſſet Nabuchodonoſox rex Babylo-
nis, & pcuſſurus terrã Aegypti. Annũtiate Aegypto, & auditũ facite in Magdalo, & reſonet
in Memphi, & in Taphnis dicite, Sta, & ppara te, qa deuorabit gladius ea q̃ per circuitũ tuũ
ſunt, Quare cõputruit fortis tuus? Nõ ſtetit, qm̃ dñs ſubuertit eũ, Multiplicauit ruentes, ceci- E
ditq; vir ad proximũ ſuũ. Et dicet, Surge, & reuertamur ad populũ noſtrũ, & ad terrã natiui-
Heb. concu- tatis noſtrę, à facie gladij * colũbæ. Vocate nomẽ Pharaonis regis Aegypti, tumultũ adduxit
ſtancis tẽpus. Viuo ego (inquit rex), dñs exercituum nomẽ eius, qm̃ ſicut Tabor in mõtibus, & ſicut
Carmelus in mari veniet, Vaſa trãſmigratiõis fac tibi, habitatrix filia Aegypti, qa Memphis
in ſolitudinẽ erit, & deſeret, & inhabitabilis erit, Vitula elegans atq; formoſa Aegyptus, ſti-
mulator ab aquilone veniet ei, Mercenarij quoq; eius, qui verſabant in medio eius, & quaſi F
vituli ſaginati, verſi ſunt, & fugerũt ſimul, nec ſtare potuerunt, quia dies interfectiõis eorũ ve
nit ſuper eos, & tẽpus viſitationis eorũ, Vox eius quaſi * æris ſonabit, qm̃ cũ exercitu propera
He. ſerpentis bunt, & cũ ſecuribus venient ei, quaſi cedentes ligna ſucciderũt ſaltũ eius, ait dñs, q ſupputari
nõ poteſt, Multiplicati ſunt ſuper locuſtas, & non eſt in eis numerus, Confuſa eſt filia Aegy-
pti, & tradita in manus populi aquilonis, dicit dñs exercituũ, deus Iſrael. Ecce ego viſitabo ſu
He. regẽ No per * tumultũ Alexandriæ, & ſup Aegyptũ, & ſup deos eius, & ſup reges eius, & ſup Pharao- G
.i. Alexãdriæ nẽ, & ſup oẽs qui confidunt in eo. & dabo eos in manus quærentiũ animã eorũ, & in manus
& ſup Pharoh Nabuchodonoſor regis Babylonis, & in manus ſeruorũ eius, Et poſt hæc habitabit ſicut die-
& ſup Aegy ptum &c. bus priſtinis, ait dñs. Et tu ne timeas ſerue meus Iacob, & ne paueas Iſrael. Quia ecce ego ſal
Eſa. 4. a uũ te faciã de longinquo, & ſemẽ tuũ de terra captiuitatis tuæ, & reuertetur Iacob, & requieſ-
Supr. 3. b cet, & proſperabitur, & nõ erit qui exterreat eũ. Et tu noli timere ſerue meus Iacob, ait dñs
quia tecũ ego ſum, quia ego conſumam cunctas gentes, ad quas eieci te, Te vero non conſu-
He. excidendo non excidam te. mam, ſed caſtigabo te in iudicio, * nec quaſi innocenti parcam tibi.

¶Sermo domini contra Paleſtinos. Cap. XLVII. A

QVod factum eſt verbũ domini ad Hieremiam prophetã, contra Paleſtinos, anteq̃
percuteret Pharao Gazam. Hæc dicit dominus, Ecce aquæ aſcẽdent ab aquilone,
& erunt quaſi torrens inundans, & operient terrã, & plenitudinem eius, vrbem, &
habitatores eius. Clamabũt homines, & vlulabunt omnes habitatores terræ, B
à ſtrepitu pompæ armorũ, & bellatorum eius, à commotione quadrigarum eius, & multitu-

dine

C dinĕ rota℞ illius. Nõ respexerũt patres filios, manibus dissolutis, pro aduentu diei, in quo va
stabunt omnes Philistijm, & dissipabitur Tyrus & Sydon, cũ omnibus reliquis auxilijs suis,
Depopulatus est eñ dñs Palestinos, reliquias insulæ Capadociæ, Venit caluiciũ super Gazam
D cõticuit Ascalon, & reliquiæ vallis ea℞. Vsquequo cõcideris? O mucro dñi, vsq; quo nõ qui-
esces? Ingredere in vaginã tuam, refrigerare, & sile, Quomodo quiescet, cũ dñs præceperit ei
aduersus Ascalonem, & aduersus maritimas eius regiones, ibiq; condixerit illi?

¶ Sermo contra Moabitas. Cap. XLVIII.

A AD Moab. Hæc dicit dñs exercituũ, deus Israel: Væ super Nabo, quoniam vastata est
& cõfusa. Capta est Cariathiarim, confusa est fortis & tremuit. Non est vltra exulta
tio in Moab, cõtra Hesebon cogitauerũt malũ, Venite & disperdamus eam de gen Sup. 17.d
te. Ergo silens cõticesces, sequeturq; te gladius, Vox clamoris de Horonaim, vasti-
tas, & cõtritio magna. Contrita est Moab, annuntiate clamorem paruulis eius, Per ascen-
sum eñ Luhith plorãs, ascendet in fletu, quoniã in descensu Horoniam hostes vlulatũ contri
B tionis audierũt: Fugite, saluate animas vestras, & eritis quasi miricæ in deserto, Pro eo eñ ꝙ
habuisti fiduciã in munitionibus tuis, & in thesauris tuis, tu quoq; capieris. Et ibit Chamos
in transmigrationẽ, sacerdotes eius, & principes eius simul, Et veniet prædo ad omnẽ vrbẽ,
& vrbs nulla saluabitur, Et peribunt valles, & dissipabuntur campestria, quoniã dicit domi- Heb. aliã Mo
nus: Date * florem Moab, quia florens egredietur, & ciuitates eius desertæ erunt, & inhabita ab, quia vo-
de crle, miss. biles. Maledictus qui facit opus dñi fraudulenter, & maledictus qui prohibet gladiũ suum à lans egredi.
ea.in Clem. sanguine. Fertilis fuit Moab ab adolescẽtia sua, & requieuit in fæcibus suis. Nec transfusus est &c.
C de vase in vas, & in transmigrationẽ non abijt, Idcirco ꝑmansit gustus eius in eo, & odor eius He. transla-
nõ est immutatus, Propterea ecce dies veniunt, dicit dñs, & mittam ei * ordinatores, & stra- tores q trãs-
tores lagunculaꝝ, & sternent eũ, & vasa eius exhaurient, & lagunculas eoꝝ collident. Et cõ- ferent eos, &
fundetur Moab à Chamos, sicut cõfusa est domus Israel à Bethel, in qua habebat fidutiam. vasa ei⁹, &c.
Quomodo dicitis, fortes sumus, & viri robusti ad prælianduũ? Vastata est Moab, & ciuitates
illius succenderũt, & electi iuuenes eius descenderũt in occisionẽ, ait rex, Dñs exercituũ no-
men eius. Prope est interitus Moab, vt veniat, & malũ eius velociter accurret nimis, Cõsola-
mini eũ omnes qui estis in circuitu eius, & vniuersi q scitis nomen eius, dicite. Quomodo cõ
D fracta est virga fortis, baculus gloriosus? Descẽde de gloria, & sede in siti, habitatio filiæ Di-
bon, qm̃ vastator Moab ascẽdet ad te, dissipabit munitiones tuas. In via sta, & prospice habi
tatio Aroer. Interroga fugientẽ, & ei q euasit dic quid accidit. Confusus est Moab, qm̃ victus
est. Vlulate, & clamate, annũtiate in Arnon, qm̃ vastata est Moab, & iudiciũ venit ad terram
cãpestrẽ, super Holon, & sup Iasa, & sup Mephaath, & sup Dibon, & sup Nabo, & super do-
mũ Deblathaim, & sup Cariathaim, & sup Bethgamul, & sup Bethmaon, & sup Carioth, &
sup Bosra, & sup oẽs ciuitates terræ Moab, quæ longe & prope sunt, abscisum est cornu Mo-
ab, & brachiũ eius contritũ est, ait dñs. Inebriate eũ, qm̃ cõtra dñm erectus est, Et allidet ma-
nũ Moab in vomitu suo, & erit in derisum etiam ipse. Fuit eñ in derisum tibi Israel, quasi in-
ter fures repperisses eũ. Propter verba ergo tua, q̃ aduersum illũ locutus es, captiuus duceris.
Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab, & estote quasi colũba nidificans
E in summo ore foraminis. Audiuimus superbiã Moab, superbus est valde, Sublimitatẽ eius
& arrogantiã, & superbiã, & altitudinẽ cordis eius ego scio, ait dñs. Iactantiã eius, eo ꝙ nõ sit Esa. 16.d
iuxta eã virtus eius, nec iuxta quod poterat, conata sit facere, Ideo super Moab eiulabo, & ad
Moab vniuersum clamabo, ad viros muri fictilis lamẽtantes. De planctu Iazer plorabo ti-
bi, vinea Sabama, Propagines tuæ transierũt mare, vsq; ad mare Iazer ꝑuenerũt, Sup messem
tuã & vindemiã tuã prædo irruit, ablata est lætitia, & exultatio de Carmelo, & de terra Mo- Esa. 16.e
F ab, & vinũ de torcularibus sustuli, Nequaq̃ calcator vuæ solitũ celeusma cãtabit. De clamore
Hesebon vsq; Eleale, & Iosa, dederũt vocẽ suã, à Segor vsq; ad Horonaim, vitulã consternan
tẽ, aquæ vero Memrim pessimæ erũt. Et auferã de Moab (ait dñs) offerentẽ in excelsis, & sa-
crificantẽ dijs eius. Propterea cor meũ ad Moab, quasi tibia æris resonabit, & cor meũ ad vi- Esa. 15.a
ros muri fictilis dabit sonitũ tibiaꝝ, quia plus fecit q̃ potuit, idcirco perierunt. Omne eñ ca-
put caluiciũ, & oĩs barba rasa erit. In cunctis manibus colligatio, & sup omne dorsum ciliciũ.
Et super oĩa tecta Moab, & in plateis eius omnis planctus, qm̃ contriui Moab sicut vas inuti-
le, ait dñs. Quomodo victa est, & vlulauerunt? Quomodo deiecit ceruicem Moab, & confu-
G sus est? Eritq; Moab in derisum, & in exemplũ omnibus in circuitu suo. Hæc dicit dñs. Ec
ce quasi aquila volabit, & extendet alas suas ad Moab. Capta est Carioth, & munitiones com
prehensæ sunt. Et erit cor fortiũ Moab in die illa, sicut cor mulieris parturientis. Et cessabit
Moab esse populus, quoniã cõtra dñm gloriatus est. Pauor, & fouea, & laqueus sup te o habi- Esa. 14.e
tator Moab, ait dñs, qui fugerit à facie pauoris, cadet in foueam, & q conscenderit de fouea,
capietur laqueo. Adducam eñ super Moab annũ visitatiõis eoꝝ, ait dñs. In vmbra Hesebon
steterunt, de laqueo fugientes, q a ignis egressus est de Hesebon, & flamma de medio Sehon,

& deuorabit partē Moab, & verticē filioꝝ tumultus. Væ tibi Moab. Peristi popule Cha-
mos, quia cōprehensi sunt filij tui, & filiæ tuæ in captiuitatē. Et conuertā captiuitatem Moab
in nouissimis diebus, ait dñs. Hucusq; iudicia Moab.

¶ Sermo domini, cōtra Ammon, Idumæū, Damascū, Cedar, & Elam. Cap. XLIX. A

AD filios Ammon, hæc dicit dñs Nunquid nō filij sunt Israel, aut hæres nō est ei? Cur
igitur hæreditate possedit Melchon Gad, & populus eius in vrbibus eius habitauit?
Ideo ecce dies veniunt in te, dicit dñs, & auditū faciā super Rabbath filioꝝ Ammon
fremitū prælij, & erit in tumultū dissipata, filiæq; eius igne succēdent, & possidebit
Israel possessores suos, ait dñs. Vlula Hesebon, qm̄ vastata est Hai. Clamate filiæ Rabbath, ac-
cingite vos cilicijs. Plangite, & circuite p sepes, quoniā Melchon in trāsmigrationē ducetur,
sacerdotes eius, & principes eius simul. Quid gloriaris in vallibus? Defluxit vallis tua, filia deli
cata, quæ cōfidebas in thesauris tuis, & dicebas. Quis veniet ad me? Ecce ego inducā super te B
terrorē, ait dominus, deus exercituū, ab omnibus qui sunt in circuitu tuo, & dispergimini sin
guli à cōspectu vestro, nec erit qui congreget fugientes. Et post hæc reuerti faciam fugiētes,
& captiuos filioꝝ Ammon, ait dominus. Ad Idumæam. Hæc dicit dñs exercituum. Nun-
quid nō vltra est sapientia in Theman? Perijt cōsilium à filijs. Inutilis facta est sapientia eorū.
Fugite, & terga vertite, descēdite in voraginē habitatores Dedan. Quoniā perditionē Esau
adduxi super eū, tēpus visitationis eius. Si vindemiatores eius venissent sup te, nō reliquissent
racemū, si fures in nocte, rapuissent, quod sufficeret sibi. Ego vero discooperui Esau, reuelaui
abscondita eius, & celari nō poterit. Vastatū est semen eius, & fratres eius, & vicini eius, & nō
erit. Relinque pupillos tuos, & ego faciā eos viuere, & viduæ tuæ in me sperabunt, quia hęc di C
cit dominus. Ecce quibus nō erat iudiciū, vt biberent calicē, bibētes bibent, & tu quasi inno-
cens relinqueris? Nō eris innocēs, sed bibens bibes. Quia per memetipsum iuraui, dicit domi
nus, quod in solitudinē, & in opprobriū, & in desertū, & in maledictionē erit Bosra, & oēs ci-
Esa.47.e uitates eius erunt in solitudines sempiternas. Auditū audiui à dño, & legatus ad gentes missus
Abdi.a.c sum. Congregamini, & venite cōtra eā, & cōsurgamus in præliū. Ecce eñ paruulū dedi te in
gentibus, cōtemptibilē inter homines. Arrogātia tua decepit te, & superbia cordis tui, qui ha
bitas in cauernis petræ, & apprdhēdere niteris altitudinē collis. Cū exaltaueris quasi aquila ni
Supra.18.c dū tuū, inde detrahā te, dicit dñs. Et erit Idumæa deserta. Omnis q trāsibit per eā, stupebit, & D
&.16.c sibilabit sup oēs plagas eius, sicut subuersa est Sodoma & Gomorrha, & vicinæ eius, ait dñs.
Infr.50.c Nō habitabit ibi vir, & nō incolet eā filius hoīs. Ecce quasi leo ascendet, de superbia Iordanis,
ad pulchritudinē robustā, qa subito curreee faciā eū ad illā. Et qs erit electus quem ꝑponā ei?
Quis eñ similis mei, & qs sustinebit me? Et qs est iste pastor, q resistat vultui meo? Propter-
ea audite cōsiliū dñi, qd inijt de Edom, & cogitatiōes eius, qs cogitauit de habitatoribus The
man. Si nō deiecerint eos paruuli gregis, nisi dissipauerint cū eis habitaculū eoꝝ. A voce rui-
næ eoꝝ cōmota est terra, clamor in mari rubro auditus est vocis eius. Ecce quasi aquila ascen E
det, & euolabit, & expādet alas suas sup Bosram. Et erit cor fortiū Idumææ in die illa, qsi cor
mulieris parturientis. Ad Damascū. Confusa est Hemath, & Arphad, quia auditū pessimū
audierunt. Turbati sunt in mari præ solicitudine quiescere nō potuit. Dissoluta est Damas-
cus, versa est in fugā, tremor apprehendit eā, angustia, & dolores tenuerunt eā, quasi partu-
He. dereli&ta nō est ciuitas laudis, ci uitas gaudij mei. rientē. Quomodo * dereliquerunt ciuitatē laudabilē, vrbē lætitiæ? Ideo cadent iuuenes eius
in plateis eius, & omnes viri prælij conticescent in die illa, ait dominus exercituū. Et succēdā
ignē in muro Damasci, & deuorabit mœnia Benadab. Ad Cedar, & ad regna Hasor, q per- F
cussit Nabuchodonosor rex Babylonis, hæc dicit dominus. Surgite, & ascēdite ad Cedar, &
vastate filios orientis, tabernacula eoꝝ, & greges eoꝝ capient, pelles eoꝝ, & oīa vasa eorum
& camelos eoꝝ tollēt sibi, & vocabunt sup eos formidinē in circuitu eius. Fugite, abite vehe
mēter, in voraginibus sedete, qui habitatis Hasor, ait dominus. Inijt eñ cōtra vos Nabucho
donosor rex Babylonis consiliū, & cogitauit aduersum vos cogitationes. Consurgite, & ascē
dite ad gentē quietam, & habitantē confidenter, ait dominus. Non ostia, nec vectes ei, soli
habitant. Et erunt cameli eoꝝ in direptionē, & multitudo iumentoꝝ in prędam, & disper
He. habitātiū angulū (tertio) & ex oi latere ei' adducam, &c. gam eos in omnē ventū, * qui sunt attonsi in comam, & ex omni confinio eoꝝ adducam in- G
teritum super eos, ait dominus. Et erit Hasor in habitaculū draconū, deserta, vsq; in æternū.
Nō manebit ibi vir, nec incolet eā filius hominis. Quod factū est verbū dñi ad Hieremiam
prophetā aduersus Elam, in principio regni Sedechiæ regis Iuda, dicens. Hæc dicit dñs exer
cituū, Ecce ego confringā arcū Elam, & summā fortitudinē eoꝝ, & inducā super Elam quatu-
or ventos, à quatuor plagis cœli, & ventilabo eos in oēs ventos istos, & non erit gens ad quā
non paruenniant profugi Elam. Et pauere faciā Elam corā inimicis suis, & in conspectu quæ-
rentiū animā eoꝝ, & adducā supee eos malū, iram furoris mei, dicit dñs. Et mittam post eos
gladiū, donec cōsumā eos, & ponā soliū meū in Elā, & perdā inde reges, & principes, ait dñs
In nouissimis autem diebus reuerti faciam captiuos Elam, dicit dominus.

¶ Prędi-

¶Prædicit euersionẽ Babylonis,& reditum captiui Israelis. Cap. L.

A VErbũ quod locutus est dñs de Babylone,& de terra Chaldæoꝝ,in manu Hiere-
miæ prophetæ. Annuntiate in gẽtibus,& auditũ facite. Leuate signũ, prædicate,
& nolite celare,dicite,capta est Babylon,cõfusus est Bel,victus est Merodach.Cõ
fusa sunt oĩa sculptilia eius,separata sunt idola eoꝝ.Quoniã ascendet contra eam
gens ab aquilone,q̃ ponet terrã eius in solitudinẽ,& nõ erit qui habitet in ea,ab homine vsq;
ad pecus,& moti sunt,& abierunt. In diebus illis,& in tẽpore illo(ait dñs)uenient filij Isra-
el,ipsi,& filij Iuda simul,ambulãtes,& flentes properabũt,& dñm deũ suum quærent,in Sion
interrogabunt viã,huc facies eoꝝ venient,& apponentur ad dñm,fœdere sempiterno,quod
nulla obliuione delebitur. Grex perditus factus est populus meus, pastores eoꝝ seduxerũt
B eos,feceruntq; vagari in montibus,de monte in collẽ transierunt,obliti sunt cubilis sui. Oẽs
qui inuenerũt,comederũt eos,& hostes eoꝝ dixerũt.Nõ peccauimus,pro eo q̃ peccauerunt
dño decori iustitiæ,& expectationi patrum eoꝝ dño. Recedite de medio Babylonis,& de
terra Chaldæoꝝ egredimini,& estote quasi hœdi ante gregẽ.Quoniã ecce ego suscitabo ,&
adducã in Babylonẽ congregationẽ gentiũ magnaꝝ,de terra aquilonis ,& præparabuntur
aduersus eã,& inde capietur.Sagitta eius quasi viri fortis interfectoris,non reuertetur vacua.
Et erit Chaldæa in prædã,omnes vastantes eã,replebuntur,ait dñs.Quoniã * exultatis,& ma
gna loquimini,diripientes hæreditatẽ meã,quoniã effusi estis sicut vituli super herbã, & mu-
gistis sicut tauri.Confusa est mater vestra nimis,& adæquata pulueri,quæ genuit vos. Ecce
C nouissima erit in gentibus,& deserta,inuia,& arens.Ab ira dñi non habitabitur,sed redigetur
tota in solitudinẽ.Omnis qui transibit per Babylonẽ,stupebit,& sibilabit super vniuersis pla
gis eius.Præparamini contra Babylonẽ,per circuitũ.Omnes q̃ intẽditis arcũ,debellate eã,&
Infr. eodem non parcatis iaculis,quia dño peccauit.Clamate aduersus eã.Vbiq; dedit manũ. Ceciderunt
fundamenta eius,destructi sunt muri eius,qm̃ vltio dñi est.Vltionẽ accipite de eã.Sicut fecit,
facite ei.Disperdite satorẽ de Babylone,& tenentẽ falcem in tẽpore messis,à facie gladij * co
lumbæ,vnusquisq; ad populũ suum conuertetur,& singuli ad terram suam fugient. * Grex
dispersus Israel,leones eiecerunt eũ.Primus comedit eum rex Assur,iste nouissimus exossauit
eũ.Nabuchodonosor rex Babylonis.Propterea hæc dicit dñs exercituũ,deus Israel.Ecce ego
visitabo regẽ Babylonis,& terrã eius,sicut visitaui regem Assur,& reducam Israel ad habita-
D culũ suũ.Et pascet Carmelus,& Basan,& in mõte Ephraim,& ĩ Galaad saturabit anima eius.
In diebus illis,& in tẽpore illo,ait dominus,quæretur iniquitas Israel,& non erit,& peccatũ
Iuda,& non inuenietur,qm̃ propitius ero eis,quos reliquero.Super terrã dominantiũ ascende,
& super habitatores eius visita,Dissipa,& interfice,quæ post eos sunt,ait dñs,& fac iuxta om
nia quæ præcepi tibi.Vox belli in terra,& contritio magna.Q̃io confractus est, & cõtritus,
malleus vniuersæ terræ?Quomodo versa est in desertũ,Babylon in gentibus.Illaqueaui te,&
capta es Babylon,& nesciebas,inuenta es,& apprehensa, qm̃ dñm prouocasti. Aperuit dñs
thesauꝝ suũ,& protulit vasa iræ suæ,qm̃ opus est dño deo exercituũ in terra Chaldæoꝝ.Ve
nite ad eã ab extremis finibus,aperite,vt exeant,qui cõculcẽt eã.Tollite de via lapides,& re-
digite in aceruos,& interficite eã,nec sit quicq̃ reliquũ.Dissipate vniuersos fortes eius,descen
E dant in occisionẽ.Væ eis,q̃a venit dñs eoꝝ,tẽpus visitationis eoꝝ.Vox fugientiũ,& eorũ q̃
euaserũt de terra Babylonis,vt annuntiẽt in Sion vltionẽ dñi dei nostri, vltionẽ templi eius.
Annuntiate in Babylone plurimis,oĩbus qui tendũt arcũ.Consistite aduersus eã per gyrũ,&
nullus euadat.Reddite ei secundũ opus suũ,iuxta omnia quæ fecit,facite illi,quia contra dñm
erecta est aduersum sanctũ Israel.Idcirco cadent iuuenes eius in plateis eius,& oẽs viri bella-
tores eius conticescent,in die illa,ait dñs. Ecce ego ad te superbe,dicit dñs deus exercituũ,
quia venit dies tuus,tẽpus visitationis tuæ.Et cadet superbus,& corruet,& non erit q̃ suscitet
F eũ.Et succendã ignẽ in vrbibus eius,& deuorabit omnia in circuitu eius. Hæc dicit dñs de-
us exercituũ.Calumniã sustinent filij Israel,& filij Iuda simul.Omnes qui cæperũt eos,tenẽt,
nolunt dimittere eos.Redemptor eoꝝ fortis,dñs exercituum nomen eius. Iudicio defendet
causam eoꝝ,vt exterreat terrã,& cõmoueat habitatores Babylonis. Gladius ad Chaldæos
(ait dñs)& ad habitatores Babylonis,& ad principes,& ad sapientes eius.Gladius ad diuinos
eius,qui stulti erunt.Gladius ad fortes illius,qui timebũt.Gladius ad equos eius,& ad currus
eius,& ad omne vulgus quod est in medio eius,& erunt quasi mulieres.Gladius ad thesauros
eius,q̃ diripient.Siccitas super aquas eius erit,& arescẽt,quia terra sculptiliũ est,& in porten
tis gloriant.Propterea habitabũt * dracones cũ fatuis ficarijs,& habitabũt in ea strutiones.
Gene. 19. c Et nõ inhabitabitur vltra,vsq; in sempiternũ,nec extruetur,vsq; ad generationẽ,& genera-
G tionẽ,sicut subuertit dñs Sodomã & Gomorrhã,& vicinos eius,ait dñs.Nõ habitabit ibi vir
& nõ incolet eã filius hoĩs. Ecce populus veniet ab aquilone,& gens magna,& reges mul-
ti cõsurgẽt à finibus terræ.Arcũ & scutũ apprehendẽt,crudeles sunt,& immisericordes.Vox
eoꝝ q̃si mare sonabit,& sup equos ascendẽt,sicut vir paratus ad prælũ,cõtra te filia Babylon

He. læti fuistis, qm̃ exultastis diripiẽtes hæreditatẽ meam, qm̃ creuistis sicut vitula herbas pascẽs, & hinnistis ut fortes. Confusa &c.

He. cõtristãria. He. Pecus

Supr. eodem

Hebr. bestiæ sylvestres cũ vlulis, & pro ficarus quidã legũt, ficarius .i. sycophãta

Audiuit rex Babylonis famā eorꝫ, & dissolutæ sunt manus eius. Angustia apprehendit eū, dolor quasi parturientē. Ecce quasi leo ascēdet de superbia Iordanis, ad pulchritudinē robustā, quia subito currere faciam eū ad illā. Et quis erit electus quē præponā ei? Quis eñ similis mei,
Iob. 41. a & quis sustinebit me? Et quis est iste pastor qui resistat vultui meo? Propterea audite cōsiliū dñi, quod mente concepit aduersum Babylonē, & cogitationes eius, quas cogitauit super terrā Chaldæorꝫ. Nisi detraxerint eos paruuli gregū, nisi dissipatū fuerit cū ipsis habitaculū eorum. A voce captiuitatis Babylonis cōmota est terra, & clamor inter gentes auditus est.

¶Continuat calamitatem euersionis Babylonicæ. Cap. LI. A

HAec dicit dominus. Ecce ego suscitabo super Babylonē, & sup habitatores eius, qui cor suū leuauerunt contra me, quasi ventū pestilentē, & mittā in Babylonē ventilatores & ventilabunt eā, & demolientur terrā eius, quoniā venerunt sup eā vndiqꝫ in die afflictionis eius. Non tendat qui tendit arcū suū, & nō ascendet loricatus. Nolite parcere iuuenibus eus, interficite omnē militiā eius. Et cadent interfecti in terra Chaldæorū, & vulnerati in regionibus eius Quoniā non fuit viduatus Israel, & Iuda à deo suo, dño exer-
Apo. 14. b cituū. Terra autem eorꝫ repleta est delicto, à sancto Israel. Fugite de medio Babylonis, vt saluet vnusquisqꝫ animā suam. Nolite tacere super iniquitatē eius, quoniā tēpus vltionis eius est à dño, vicissitudinē ipse retribuet ei. Calix aureus Babylon in manu dñi, inebriās omnem terram. De vino eius biberunt omnes gentes, & ideo cōmotæ sunt. Subito cecidit Babylon, B
& cōtrita est. Vlulate super eā, tollite resinā ad dolorē eius, si forte sanetur. Curauimus Babylonē, & non est sanata. Derelinquamus eā, & eamus vnusquisqꝫ in terrā suā. Quoniā peruenit vsqꝫ ad cœlos iudiciū eius, & eleuatū est vsqꝫ ad nubes. Protulit dñs iustitias nostras, venite, & narremus in Sion opus dñi dei nostri. Acuite sagittas, & implete pharetras. Suscitauit dñs spiritū regū Mœdorꝫ, & contra Babylonē mens eius est, vt perdat eā, quoniā vltio domini est, vltio templi sui. Super muros Babylonis leuate signū, augete custodiā. Leuate custodes præparate insidias, quia cogitauit dñs, & fecit quæcunqꝫ locutus est contra habitatores Baby-
Heb. brachiū deprædationis tuæ. lonis. Quæ habitas super aquas multas, locuples in thesauris, venit finis tuus, * pedalis præcisionis tuæ. Iurauit dñs exercituū per animā suā, quoniā replebo te hominibus quasi brucho,
Amos 6. a & super te celeusma cantabitur. Qui fecit terrā in fortitudine sua, & præparauit orbē in sapi-
Supra. 10. b entia sua, & prudētia sua extendit cœlos, Dante eo vocē, multiplicantur aquæ in cœlo. Qui leuat nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiā fecit, & producit ventos de thesauris suis. Stultus factus est omnis homo à scientia, confusus est omnis conflator in sculptili, quia mendax C
est cōflatio eius, nec est spūs in eis, vana sunt opera, & risu digna, in tpe visitationis suæ peribunt. Non sicut hæc pars Iacob, quia q fecit omnia ipse est, & Israel sceptrū hæreditatis eius, Dñs exercituū nomen eius. Collidis tu mihi vasa belli, & ego collidā in te gentes, & disperdā in te regna. Et collidā in te equū, & equitē eius, & collidā in te currū, & ascensorē eius, & collidā in te virum & mulierē. Et collidā in te senē & puerꝫ, & collidā in te iuuenem & virginem Et collidā in te pastorē & gregē eius, & collidā in te agricolā, & iugales eius. Et collidā in te duces & magistratus. Et reddā Babyloni, & cūctis habitatoribus Chaldææ, omne malū suū, quod fecerunt in Sion, in oculis vestris, ait dominus. Ecce ego ad te mons pestifer, ait dñs, qui corrumpis vniuersam terrā. Et extendā manum meā super te, & euoluam te de petris, & dabo te in montē combustionis, & non tollent de te lapidē in angulū, & lapidē in fundamento, sed perditus in æternum eris, ait dominus. Leuate signum in terra, clangite buccina in gē-
verb. Mini & Ascenaz, id est Germaniæ, & sistite ei principem Adducite, &c. tibus. Sanctificate super eā gentes, annūtiate contra illā regibus Ararat, * Menni, & Ascanez, D
numerate contra eam Taphsar. Adducite equū quasi bruchū aculeatū. Sanctificate cōtra eā gentes, reges Mœdiæ, duces eius, & vniuersos magistratus eius, cunctamqꝫ terram potestatis eius. Et cōmouebitur terra, & conturbabitur, quia euigilabit contra Babylonē cogitatio domini, vt ponat terrā Babylonis desertā, & inhabitabilem. Cessauerunt fortes Babylonis à præ-
verbe. Perijt lio, habitauerunt in præsidijs. * Deuoratū est robur eorꝫ, & facti sunt quasi mulieres. Incēsa sunt tabernacula eius, contriti sunt vectes eius. Currens obuiam currenti veniet, & nuntius obuius nuntianti, vt annuntient regi Babylonis, quia capta est ciuitas eius, à summo vsqꝫ ad summū, & vada præoccupata sunt, & paludes incensæ sunt igni, & viri bellatores conturbati sunt. Quia hæc dicit dñs exercituū, deus Israel. Filia Babylonis quasi area, tēpus trituræ eius. Adhuc modicū, & veniet tēpus messiōis eius. Comedit me, deuorauit me Nabuchodonosor rex Babylonis. Reddidit me quasi vas inane. Absorbuit me q̄si draco, repleuit vētrē suū teneritudine mea, & eiecit me. Iniquitas aduersum me, & caro mea sup Babylonē, dicit habitatio Sion, & sanguis meus sup habitatores Chaldææ, dicit Hierl'm. Propterea hæc dicit dñs. Ec- E
ce ego iudicabo causam tuā, & vlciscar vltionē tuā. Et desertū faciā mare ei', & siccabo vineā eius. Et erit Babylon in tumulos, habitatio draconū, stupor & sibilus, eo q̄ nō sit habitator. Si-
Hebr. clamabunt, veluti, &c. mul vt leones rugiēt, & * excutiēt comas, veluti catuli leonū, In calore eorꝫ ponā potus eorꝫ, & inebriabo eos vt sopiant, & dormiāt somnū sempiternū, & nō cōsurgāt, dicit dñs. Dedu-

cam eos

cam eos, quaſi agnos ad victimam, & quaſi arietes cũ hœdis. Q̃uo capta eſt Seſach, & compre-
henſa eſt inclyta vniuerſæ terræ? Q̃uo facta eſt in ſtuporẽ Babylon inter gentes? Aſcendit ſup
Babylonẽ mare, multitudine fluctuũ eius operta eſt. Factæ ſunt ciuitates eius in ſtuporẽ, ter-
ra inhabitabilis, & deſerta, terra in q̃ nullus habitet nec tranſeat per eã filius hominis. Et viſita-
bo ſuper Bel in Babylone, & eijciã quod abſorbuerat de ore eius, & non confluẽt ad eã vltra gẽ
tes Siqdem & murus Babylonis corruet. Egredimini de medio eius populus meus, vt ſaluet
vnuſquiſq; animã ſuã, ab ira furoris dñi. Et ne forte molleſcat cor veſtrũ, & timeatis auditum,
qui audietur in terra. Et veniet in anno auditio, & poſt hũc annũ auditio, & iniquitas in terra
& dominator ſuper dominatorem. Propterea ecce dies veniũt, & viſitabo ſuper ſculptilia Ba
bylonis, & omnis terra eius confundet, & vniuerſi interfecti eius cadent in medio eius. Et lau-
dabũt ſuper Babylonem cœli, & terra, & oĩa quæ in eis ſunt: quia ab aquilone venient ei præ
F dones, ait Dñs. Et q̃ſo fecit Babylon, vt caderent occiſi in Iſrahel, ſic de Babylone cadent occi-
ſi, in vniuerſa terra. Qui fugiſtis gladiũ, venite, nolite ſtare. Recordamini procul Dñi, & Hieru
ſalem aſcendat ſuper cor veſtrũ. Confuſi ſumus, qm̃ audiuimus opprobriũ. Operuit ignomi-
nia facies noſtras: quia venerũt alieni ſuper ſanctificationem domus Dñi. Propterea ecce dies
veniũt, ait Dñs, & viſitabo ſuper ſculptilia Babylonis, & in omni terra eius mugiet vulneratus.
Si aſcenderit Babylon in cœlũ, & firmauerit in excelſo robur ſuũ, ad me veniẽt vaſtatores eius
ait Dñs. Vox clamoris de Babylone, & contritio magna de terra Chaldæoꝝ, qm̃ vaſtauit dñs
Babylonem, & perdidit ex ea vocem magnã, & ſonabũt fluctus eoꝝ, quaſi aquæ multæ. Dedit
ſonitum vox eoꝝ, quia venit ſuper eam, id eſt, ſuper Babylonem, prædo. Et apprehenſi ſunt
fortes eius, & emarcuit arcus eoꝝ, quia fortis vltor Dñs reddens retribuet. Et inebriabo princi
pes eius, & ſapientes eius, duces eius, & magiſtratus eius, & fortes eius. Et dormiẽt ſomnũ ſem
G piternũ, & non expergiſcent, ait rex: Dominus exercituũ nomen eius. Hæc dicit dominus ex-
ercituũ. Murus Babylonis ille latiſſimus, ſuffoſſione ſuffodiet, & portæ eius excelſæ, igne com
burent, & labores populoꝝ ad nihilũ, & gentiũ in ignem erũt, & diſperibũt. Verbũ qd̃ præce
pit Hieremias propheta Saraiæ, filio Neriæ, filij Maaſię, cũ pergeret cũ Sedechia rege in Baby
lonem, in anno quarto regni eius. Saraias aũt erat princeps* prophetiæ. Et ſcripſit Hieremias *De quolețis ul' xenii deferendi.
omne malum quod ventuꝝ erat ſuper Babylonem, in libro vno omnia verba hæc, quæ ſcripta
ſunt contra Babylonem. Et dixit Hieremias ad Saraiam: Cum veneris in Babylonem, & vide
tis, & legeris oĩa verba hæc, dices: Domine tu locutus es contra locũ iſtum, vt diſperderes eũ,
ne ſit q in eo habitet, ab homine vſq; ad pecus, & vt ſit perpetua ſolitudo. Cũq; compleueris le
gere librũ iſtum, ligabis ad eum lapidem, & proijcies illũ in mediũ Euphraten, & dices. Sic ſub-
merget Babylon, & non conſurget à facie afflictionis, quam ego adduco ſuper eã, & diſſoluet.
Hucuſque verba Hieremiæ.

¶Repetit ciuitatis, regiſq; Sedechiæ captionem, vrbs inceditur, templum ſpo-
liatur. Rex Ioachin captiuus è carcere educitur, conſtituuntur ei ci-
baria regia.

Caput LII.

A FIlius viginti & vnius anni erat Sedechias, cũ regnare cœpiſſet, & vndecim annis regna 4.Re.24.d.
uit in Hieruſalẽ, & nomen matris eius Hamutal, filia Hieremiæ, de Lobna. Et fecit ma 2.Par.36.d
lum in oculis dñi, iuxta omnia quæ fecerat Ioachin, qm̃ furor dñi erat in Hieruſalem, &
in Iuda, vſquequo proijceret eos à facie ſua. Et receſſit Sedechias à rege Babylonis.
Factũ eſt aũt in anno nono regni eius, in menſe decimo, decima die menſis, venit Nabuchodo Supra.36.a.
noſor rex Babylonis, ipſe & oĩs exercitus eius, aduerſum Hieruſalẽ, & obſederũt eã, & ædifica- 4.Reg.25.a
uerũt cõtra eã munitiões in circũitu, & fuit ciuitas obſeſſa vſq; ad vndecimũ annũ regni Sede-
B chiæ. Menſe aũt quarto, nona die menſis, obtinuit fames ciuitatem, & nõ erãt alimenta popu-
lo terræ. Et dirupta eſt ciuitas, & oẽs viri bellatores eius fugerũt, exierũtq; de ciuitate noctis p
viã portæ, q̃ ẽ inter duos muros, & ducit ad hortũ regis: Chaldæis obſidentibus vrbem in gy
ro, & abierũt p viã, quæ ducit in eremũ. Perſecutus eſt aũt Chaldæoꝝ exercitus regem, & ap
prehenderunt Sedechiã in deſerto, qd̃ eſt iuxta Hiericho, & oĩs comitatus eius diffugit ab eo.
Cũq; comprehendiſſent regem, adduxerunt eum ad regem Babylonis, in Reblatha, quæ eſt in
C terra Hemath, & locutus eſt ad eũ iudicia. Et iugulauit rex Babylonis filios Sedechiæ in oculis
eius: ſed & omnes principes Iuda occidit in Reblatha. Et oculos Sedechiæ eruit, & vinxit eum
compedibus, & adduxit eũ rex Babylonis in Babylonẽ, & poſuit eũ in domo carceris, vſq; ad
76.diſt.cap. [illegible] diem mortis eius. In menſe aũt quinto, decima menſis, ipſe eſt annus nonuſdecimus Nabucho
donoſor regis Babylonis, venit Nabuzaradan princeps militiæ, qui ſtabat coram rege Ba-
bylonis, in Hieruſalem, & incendit domũ dñi, & domũ regis, & omnes domus Hieruſalem, &
omnem domũ magnam igne combuſſit, & totũ murum Hieruſalem per circũitum deſtruxit
cunctus exercitus Chaldęoꝝ, q erat cũ magiſtro militiæ. De pauperibus aũt populi, & de re-
D liquo vulgo, quod remãſerat in ciuitate, & de profugis, q transfugerãt ad regem Babylonis, &
cæteros de multitudine tranſtulit Nabuzaradan princeps militiæ. De pauperibus vero terræ

reliquit Nabuzaradan princeps militiæ vinitores,& agricolas. Columnas quoq; æreas quæ
erant in domo dñi,& bases,& mare æneũ,quod erat in domo dñi confregerũt Chaldæi,& tu-
lerũt omne æs eorũ,in Babylonẽ. Et lebetes,& creagras,& psalteria,& phialas,& mortariola,
& omnia vasa ærea,quæ in ministerio fuerãt,tulerũt:& hydrias,& thymiamateria,& vrceos, E
& pelues,& cãdelabra,& mortaria,& cyathos. Quotquot aurea,aurea:& quotquot argentea,ar-
gentea. Tulit magister militiæ colũnas duas,& mare vnũ,& vitulos duodecim æreos,q erant
sub basibus,quas fecerat rex Salomon in domo dñi. Non erat pondus æris omniũ horũ vasorũ.
De colũnis aũt decẽ & octo cubiti altitudis erãt in colũna vna,& funiculus duodecim cubitorũ
circũibat eã. Porrò grossitudo eius quatuor digitorũ,& intrinsecus caua erat,& capitella super
vtrãq; ærea. Et altitudo capitelli vnius,quinq; cubitorũ,& retiacula,& malogranata sup coro
nam in circũitu,oĩa ænea. Similiter colũnæ alterius,& fuerunt malogranata nonaginta sex de- F
pendentia,& oĩa malogranata centum retiaculis circũdabant. Et tulit magister militiæ Sa-
raiam sacerdotem primũ,& Sophoniã sacerdotem secundũ,& tres custodes vestibuli. Et de
ciuitate tulit eunuchũ vnũ,qui erat præpositus super viros bellatores,& septẽ viros de his qui
videbant faciem regis,q inuenti sunt in ciuitate,& scribã principem militũ, qui probabat tyro
nes,& sexaginta viros de populo terræ,q inuenti sunt in medio ciuitatis. Tulit autem eos Na-
buzaradan magister militiæ & duxit eos ad regẽ Babylonis in Reblatha. Et pcussit rex eos Ba
bylonis:& interfecit eos in Reblatha,in terra Hemath. Et translatus est Iuda de terra sua. Iste
est populus quem transtulit Nabuchodonosor. In anno septimo: Iudæos tria milia,& viginti G
tres. In anno octauodecimo Nabuchodonosor transtulit de Hierusalem,animas octingentas
trigintaduas. In anno vicesimotertio Nabuchodonosor trãstulit Nabuzaradan magister mi-
litiæ animas Iudæorũ septingentas quadragintaquinq;. Omnes ergo animæ quatuor milia
sexcentæ. Et factum est in tricesimoseptimo anno transmigratõis regis Ioachin,regis Iuda,
duodecimo mense,vicesimaquinta mensis,leuauit Euilmerodach rex Babylonis ipso an-
no regni sui caput Ioachin regis Iuda,& eduxit eum de domo carceris,& locutus est cum eo
bona. Et posuit thronũ eius sup thronos regum,q erant post se in Babylone,& mutauit vesti-
menta carceris eius,& comedebat panem corã eo semper,cunctis diebus vitæ suæ. Et cibaria
eius,cibaria perpetua dabãtur ei,à rege Babylonis statuta per singulos dies,vsq; ad diem mor-
tis suæ,cunctis diebus vitæ eius.

HIEREMIAE FINIS.

THRENI SIVE LAMENTATIONES HIEREMIAE QVAE CINNOTH ET ECHA,

id est, quomodo Hebraicæ inscribitur.

CAPVT .I.

verba hęc usque ad Quō &c. in Heb. non habent, sed a quopiã interprete apposita sunt

T factũ est postq̃ in captiuitatẽ redactus est Israhel,& Hierlm deser- A
ta est,sedit Hieremias propheta,flens,& planxit lamentatiõe hac in 19.dist.c.Sancta de ima. eccle.ca.non minus
Hierlm,& amaro animo suspirans,& eiulans,dixit: א Quõ sedet so
la ciuitas,plena populo. Facta est quasi vidua,domina gentiũ,prin-
ceps prouinciarũ,facta est sub tributo. ב Plorãs plorauit in nocte,
& lachrymæ eius in maxillis eius. Non est q cõsoletur eã,ex oĩbus cha
Hiere.25.c ris eius. Oẽs amici eius spreuerũt eã,& facti sunt ei inimici. ג Mi
grauit Iudas,propter afflictionẽ & multitudinẽ seruitutis,habitauit B
inter gentes,nec inuenit requiẽ. Oẽs psecutores eius apprehende-
runt eã,inter angustias. ד Viæ Syon lugẽt,eo q non sint q veniant ad solennitatem. Omnes
portæ eius destructæ,sacerdotes eius gemẽtes. Virgines eius squalidæ,& ipsa oppressa amari-
He. afflixit tudine. ה Facti sunt hostes eius in capite:inimici eĩ eius locupletati sunt,quia dñs * locutus
eam. est sup eam,propter multitudinẽ iniquitatũ eius. Paruuli eĩ ducti sunt in captiuitatẽ,ante fa-
ciem tribulantis. ו Et egressus est à filia Syon,omnis decor eius. Facti sunt principes eius ve
lut arietes,non inueniẽtes pascua,& abierũt absq; fortitudine,ante faciem subsequẽtis. ז Re- C
He. luctus. cordata est Hierusalẽ dierũ afflictõis suæ,& * præuaricatõis oĩm desiderabilium suorũ,quæ ha
buerat à diebus antiquis,cũ caderet populus eius in manu hostili,& non esset auxiliator. Vide-
runt eã hostes,& deriserunt sabbata eius. ח Peccatũ peccauit Hierlm,propterea instabilis fa
cta est. Omnes q glorificabãt eã,spreuerunt illã:quia viderũt ignominiã eius. Ipsa aũt gemẽs,
He. fimbriis. & cõuersa est retrorsum. ט Sordes eius in * pedibus eius,nec recordata est finis sui. Deposita
He. mirabiliter. est * vehemẽter,nõ habẽs consolatorẽ. Vide dñe afflictionem meam,qm̃ erectus est inimicus. D
י Manũ suã misit hostis ad omnia desiderabilia eius,quia vidit gentes ingressas sanctuarium
tuum,de quibus præceperas ne intrarent in ecclesiam tuam. כ Omnis populus eius gemens,

& quæ

& quærens panem, dederunt pretiosa quæq; pro cibo, ad refocillandũ animã. Vide dñe, & cõ
sidera, qm̃ facta sum vilis. ל O vos omnes q̃ transitis per viã, attendite, & videte, si est dolor He. meus, q
E sicut dolor * meus. Qm̃ vindemiauit me, vt locutus est dñs, in die iræ furoris sui. מ De excel- fact' est mihi
He. domi- so misit ignẽ in ossibus meis, & * erudiuit me. Expãdit rete pedibus meis, cõuertit me retror- quẽ inflixit
nus ipse sum. Posuit me desolatã, tota die mœrore confectã. נ * Vigilauit iugũ iniqtatũ mearũ in ma dñs &c.
nu eius, conuolutæ sunt, & impositæ collo meo. Infirmata est virtus mea, dedit me dñs in ma- He. adhæsit
nu, de qua non potero surgere. ס * Abstulit oẽs magnificos meos dñs, de medio mei, voca- He. conculcauit
uit aduersum me tẽpus, vt contereret electos meos. Torcular calcauit Dominus virgini filiæ
Iuda. ע Idcirco ego plorãs, & oculus meus deducẽs aq̃s, qa lõge factus est à me cõsolator cõ Diuisq.
F uertẽs animã meã. Facti sunt filij mei perditi: qm̃ inualuit inimicus. פ Expãdit Syon manus
suas, non est q̃ consolet eam, mandauit dñs aduersum Iacob, in circuitu eius hostes eius. Fa-
cta est Hierusalem, quasi polluta menstruis inter eos. צ Iustus est dominus, quia os eius ad ira
cundiã prouocaui. Audite obsecro vniuersi populi, & videte dolorẽ meũ. Virgines meæ, & iu
uenes mei, abierũt in captiuitatẽ. ק Vocaui amicos meos, & ipsi deceperunt me. Sacerdotes
mei, & senes mei in vrbe consumpti sunt: qa quæsierũt cibũ sibi, vt refocillarẽt animas suas. ר
G Vide dñe, qm̃ tribulor, * conturbatus est venter meus, subuersum est cor meũ in memetipsa, He. cõtristati
qm̃ amaritudine plena sum, foris * interficit gladius: & domi mors similis est. ש Audierũt qa He. orbat
ingemisco ego, & non est q̃ consolet me. Oẽs inimici mei audierũt malũ meũ, lætati sunt, q̃- Hebr. quem
niam tu fecisti. Adduxisti diem * consolatõis, & fiant similes mei. ת Ingrediat omne malum vocasti
eorũ corã te, & * deuindemia eos, sicut vindemiasti me, propter omnes iniquitates meas. Mul- He. fac eis
ti enim gemitus mei, & cor meum mœrens. sicut fecisti mihi ꝓpter & cætera.

Caput .II. א

A QVomodo obtexit caligine in furore suo dñs filiã Syon, proiecit de cœlo in terram
inclytã Israhel, & nõ est recordatus scabelli pedũ suorũ in die furoris sui? ב Præci
pitauit dñs, nec pepercit, oĩa speciosa Iacob, destruxit in furore suo munitões virgi
nis Iuda, & deiecit in terrã. Polluit regnũ & principes eius. ג Confregit in ira
furoris sui omne cornu Israhel, auertit retrorsum dexterã suã, à facie inimici, & succendit in Ia-
cob quasi ignem flãmæ, deuorãtis in gyro. ד Tetendit arcũ suũ, q̃si inimicus firmauit dexte
B rã suã, q̃si hostis, & occidit oẽ q̃d pulchrũ erat visu, in tabernaculo filiæ Syon, effudit q̃si ignẽ
indignationẽ suã. ה Factus est dñs velut inimicus, præcipitauit Israhel. Præcipitauit omnia
mœnia eius, dissipauit munitões eius, & repleuit in filia Iuda humiliatum, & humiliatã. ו Et
dissipauit quasi hortũ, tentorium suũ, demolitus est tabernaculum suũ. Obliuioni tradidit dñs
C in Syon festiuitatem, & sabbatũ: & spreuit in opprobrio, & indignatõe furoris sui, regem, & sa
cerdotem. ז Reppulit dñs altare suũ, maledixit sanctificationi suæ, tradidit in manus inimi-
ci muros turrium eius. Vocem dederunt in domo Domini, sicut in die solenni. ח Cogitauit
Dñs dissipare murum filiæ Syon, tetendit funiculũ suũ, & non auertit manum suã à perditio-
D ne. Luxitq; antemurale, & murus pariter dissipatus est. ט Defixæ sunt in terrã portæ eius,
perdidit, & contriuit vectes eius, regem eius, & principes eius, in gentibus. Non est lex, & pro-
phetæ eius non inuenerunt visionem à dño. י Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sy
on, consperserunt cinere capita sua, accincti sunt cilicijs. Abiecerunt in terra capita sua virgi-
nes * Iuda. כ Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea, effusum est He. Hierusa.
in terra iecur meum, super contritionem filiæ populi mei, cũ deficeret paruulus, & lactens, in
E plateis oppidi. ל Matribus suis dixerunt, vbi est triticum & vinũ, cum deficerent, quasi vul-
nerati in plateis ciuitatis, cum exhalarent animas suas, in sinu matrum suarũ. מ Cui compara
bo te, vel cui assimilabo te filiæ Hierusalem? Cui adæquabo te, & consolabor te virgo filia Sy-
42. dist. c. sic on? Magna est enim, velut mare, contritio tua, quis medebitur tui? נ Prophetæ tui viderũt
tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. Vide
runt aũt tibi assumptiones falsas, & eiectiones. ס Plauserunt super te manibus, omnes trans-
F euntes per viã, sibilauerũt, & mouerũt capita sua, super filiã Hierlm: hæccine est vrbs (dicẽtes)
perfecti decoris, gaudiũ vniuersæ terræ? פ Aperuerũt super te os suũ, oẽs inimici tui sibilaue
rũt, & fremuerũt dentibus suis, & dixerũt, deuorabimus. En ista est dies quã expectabamus, in
uenimus, vidimus. ע Fecit dñs quæ cogitauit, cõpleuit sermonẽ suũ, quem præceperat, à die
bus antiquis. Destruxit, & non pepercit, & lætificauit sup te inimicũ, & exultauit cornu hostiũ
tuorũ. צ Clamauit cor eorũ ad dñm super muros filiæ Syon. Deduc quasi torrentem lachry- Leuit. 26.c
mas, p diem & noctẽ nõ des requiẽ tibi, neq; taceat pupilla oculi. ק Cõsurge, lauda in nocte, Deut. 28.b
in principio vigiliarũ, effunde sicut aquam cor tuũ, ante conspectũ domini. Leua ad eum ma-
nus tuas pro animabus paruulorũ tuorũ, qui fame pereunt, in capite omnium compeditorũ.
G ר Vide domine, & considera, quem vindemiaueris ita. Ergo ne comedent mulieres fructũ suũ
paruulos ad mensurã palmæ? Si occidit in sanctuario domini sacerdos & propheta. ש Iacue
rũt i terra foris, puer, & senex, virgines meæ, & iuuenes mei ceciderũt in gladio. Interfecisti in

die fu-

lignum. ט Melius fuit occisis gladio, q̃ interfectis fame: quoniam isti * extabuerunt consum He. effluxerunt
pti à sterilitate terræ. י Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, facti sunt cibus confossi fertilitatē agri.
earum in contritione filiæ populi mei. כ Compleuit dn̄s furorem suum, effudit iram indigna- Iudith.7
tionis suæ. Et succendit ignem in Syon, & deuorauit fundamenta eius. ל Non crediderūt re 4.Reg.6.
ges terræ, & vniuersi habitatores orbis: quū ingrederet̃ hostis & inimicus per portas Hierusalē: Esa.52.d
C מ Propter peccata prophetarum eius, & iniq̃tates sacerdotū eius, q effuderūt in medio eius san- He. ut nō cō-
guinem iustorum. נ Errauerūt cæci in plateis, polluti sunt sanguine. * Cumq̃ non possent in- tingerēt (ac-
trare, tenuerūt lacinias suas. ס Recedite polluti, clamauerunt eis, recedite, abite, nolite tan- cedētes) ue-
gere. * Iurgati quippe sunt & commoti, dixerūt inter gentes, non addet vltra vt habitet in eis. stimēta eorū
פ Facies dñi diuisit eos, non addet vt respiciat eos. Facies sacerdotū non erubuerūt, neq̃ senū & p iurgati
miserti sunt. ע Cum adhuc subsisteremus, defecerūt oculi nostri ad auxiliū nostrū vanū, cum legūt fœrue-
D respiceremus attenti ad gentem quæ saluare nos non poterat. צ Lubricauerūt vestigia no- rūt & pro fa-
stra in itinere platearum nostrarum: appropinquauit finis noster, completi sunt dies nostri, q a ve- cies ira
nit finis noster. ק Velociores fuerūt persecutores nostri aquilis cœli, super mōtes persecuti He. narīū no
sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis. ר Spūs * oris nostri Chr̄us dn̄s captus est in peccatis strarum Chrūs
nostris, cui diximus, in vmbra tua viuemus in gentibus. ש Gaude & lætare filia Edom, quæ dn̄i capt' est
habitas in terra Hus. Ad te quoq̃ perueniet calix, inebriaberis atq̃ nudaberis. ת Completa in foueis eo-
est iniquitas tua filia Syon, non addet vltra vt transmigret ad te. Visitabit iniquitatem tuā filia rū, cui &c.
Edom, discooperiet peccata tua.

ORATIO HIEREMIAE. Ca.V.

A Recordare dñe, quid acciderit nobis, intuere, & respice opprobrium nostrū. Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostræ ad extraneos. Pupilli facti sumus absq̃ patre, matres nostræ quasi viduæ. Aquam nostrā pecunia bibimus, ligna nostra precio comparauimus. * Ceruicibus nostris minabamur, lassis non dabat̃ requies. Aegy- He. Sup col-
B pto dedimus manū, & Assyrijs, vt saturemur pane. Patres nostri peccauerūt, & non sunt, & nos la nostra pse-
iniquitates eorum portauimus. Serui dominati sunt nostri, non fuit q redimeret de manu eorum. cutionē pas-
In animabus nostris afferebamus panem nobis, à facie gladij, in deserto. Pellis nostra quasi cli- si sumus, la-
banus exusta est, à facie tempestatū famis. Mulieres in Syon humiliauerūt, & virgines in ciui- borauimus,
tatibus Iuda principes manu suspensi sunt, facies senum non erubuerūt. Adolescentibus impu- nō dab. &c.
C dice abusi sunt, & pueri in ligno corruerūt. Senes defecerūt de portis, iuuenes de choro psallentiū. Defecit gaudiū cordis nostri, versus est in luctū chorus noster. Cecidit corona capitis nostri. Væ nobis, quia peccauimus. Propterea mœstū factum est in dolore cor nostrum, ideo contenebrati sunt oculi nostri, Propter montem Sion, quia disperijt, vulpes ambulauerunt in eo. Tu autem Domine in æternum permanebis, solium tuum in generatione & generationem.
D Quare in perpetuum obliuisceris nostri: derelinques nos in longitudine dierum: Conuerte nos domine ad te, & conuertemur, innoua dies nostros, sicut à principio. Sed proijciens, repulisti nos, iratus es contra nos vehementer.

THRENORVM FINIS.

PRAEFATIO HIERONYMI IN BARVCH.

Liber iste, qui Baruch prænotatur, in Hebræo canone non habetur, sed tantum in vulgata æditione, similiter & epistola Hieremiæ: Propter notitiam autem legentium hic scripta sunt, quia multa de Christo, nouissimisq̃ temporibus indicant.

BARVCH PROPHETA

¶ Baruch legit librū suum ad aures capti populi. Qui simul cū libro & pecunia Hierusalem mittit̃, vt oret̃ pro ipsis. Cap.I.

A Et hæc verba libri q̃ scripsit Baruch, filius Neriæ, filij Maasiæ, filij Sedechiæ, filij Sedęi, filij Helchię, in Babylonia, in anno q̃nto, & i septimo die mensis, in tpe in quo cœperūt Chaldæi Hierl̃m, & succenderūt eā igni. Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechonię, filij Ioachim regis Iuda, & ad aures vniuersi populi venientis ad librū, & ad aures potentiū filiorum regū, & ad aures presbyterorum, & ad aures populi, à minimo vsq̃ ad maximū eorum, oim habitantiū in Babylonia, ad flumen
B Sodi. Qui audientes plorabāt, & ieiunabāt, & orabāt in cōspectu domini. Et collegerūt pecuniā scd̄m quod potuit vniuscuiusq̃ manus Et miserunt in Hierusalem ad Ioachim, filium Helchiæ, filij Salon sacerdotem, & ad reliquos sacerdotes, & ad omnem populū q inuenti sunt cū eo in Hierusalē, cū acciperēt vasa tēpli dn̄i,

quæ

miſerationem tuā illam magnam,ſicut locutus es in manu pueri tui Moyſi,in die qua præce
piſti ei ſcribere legem tuam corā filijs Iſrael,dicens:Si non audieritis vocem meam,multitu-
do hæc magna conuertetur in minimā gentē,quoniā ego eos diſpergam,quia ſcio ꝙ me non
G audiet populus.Populus eſt eñ dura ceruice.Et conuertetur ad cor ſuum in terra captiuita-
tis ſuæ,& ſcient quia ego ſum dominus deus eorum,& dabo eis cor,& intelligent & aures,&
audient:& laudabunt me in terra captiuitatis ſuæ,& memores erunt nominis mei.Et auer-
tent ſe à dorſo ſuo duro,& à malignitatibus ſuis,quia reminiſcent viam patrum ſuorum,qui
peccauerunt in me.Et reuocabo illos in terram,quam iuraui patribus eoꝝ, Abraham,Iſaac,
& Iacob,& dominabuntur eis.Et multiplicabo eos,& non minorabuntur.Et ſtatuam illis te
ſtamentum alterum ſempiternum,vt ſim illis in deum,& ipſi erunt mihi in populum,& non
mouebo amplius populum meum filios Iſrael,à terra quam dedi illis.

¶ Anxij ſpiritus clamor.Verba vitæ audienda,vt ſciamus prudentiam,quæ deus
eſt,in terra viſus hominibuſq; conuerſatus. Cap. III.

A ET nunc domine omnipotens deus Iſrael,anima in anguſtijs,& ſpūs anxius clamat ad
te.Audi domine & miſerere,quia deus es miſericors,& miſerere noſtri, quia pecca-
mus ante te.Quia tu ſedes in ſempiternum,& nos peribimus in æuū.Domine omni-
potens deus Iſrael,audi nunc orationē mortuoꝝ Iſrael,& filioꝝ ipſorum qui pecca-
uerunt ante te,& nō audierunt vocē domini dei ſui,& agglutinata ſunt nobis mala.Noli me-
miniſſe iniquitatis patrum noſtroꝝ,ſed memento manus tuæ,& nominis tui in tēpore iſto,
quia tu es dominus deus noſter,& laudabimus te domine,qa propter hoc dediſti timorē tuū
in cordibus noſtris,& vt inuocemus nomen tuum,& laudemus te in captiuitate noſtra, quia
B conuertemur ab iniquitate patrum noſtroꝝ qui peccauerunt ante te. Et ecce nos in capti-
uitate noſtra ſumus hodie,qua nos diſperſiſti,in improperiū,& in maledictū,& in peccatum
ſecundū omnes iniquitates patrum noſtroꝝ,qui diſceſſerunt à te domine deus noſter. Au-
di Iſrael mandata vitæ,auribus percipe,vt ſcias prudentiam.Quid eſt Iſrael,ꝙ in terra inimi-
corum es?Inueteraſti in terra aliena,coinquinatus es cū mortuis.Deputatus es cum deſcen-
dentibus in infernum,dereliquiſti fontē ſapientiæ. Nam ſi in via dei ambulaſſes,habitaſſes
vtiq; in pace ſuper terrā.Diſce vbi ſit prudētia,vbi ſit virtus,vbi ſit intellectus, vt ſcias ſimul
vbi ſit longiturnitas vitæ,& victus,vbi ſit lumen oculorum,& pax.Quis inuenit locū eius?
Et quis intrauit in theſauros eius?Vbi ſunt principes gentiū,& qui dominantur ſuper beſtias
C quæ ſunt ſuper terram?Qui in auibus cœli ludunt,qui argentū theſaurizāt,& aurum,in quo
confidunt homines,& non eſt finis acquiſitionis eorum?Qui argentum fabricant,& ſoliciti
ſunt,nec eſt inuentio operum illorum?Exterminati ſunt,& ad inferos deſcenderunt,& alij
loco eorum exurrexerunt.Iuuenes viderunt lumen,& habitauerunt ſuper terram,viam autē
diſciplinæ ignorauerunt,neq; intellexerūt ſemitas eius,neq; filij eoꝝ ſuſceperunt eā.A facie
ipſoꝝ longe facta eſt.Nō eſt audita in terra Chanaan,neq; viſa eſt in Theman.Filij ꝗq; Agar
q exquiſierūt prudentiā,ꝗ de terra eſt,negotiatores terræ,& Theman,& fabulatores,& ex-
quiſitores prudētiæ,& intelligētiæ,viā aūt ſapiētiæ neſcierūt,neq; cōmemorati ſunt ſemitas
eius. O Iſrael ꝗ magna eſt domus dñi,& ingens locus poſſeſſionis eius.Magnus eſt,& non
habet finē,excelſus & immēſus. Ibi fuerūt gigantes nominati,illi qui ab īnitio fuerūt ſtatu-
D ra magna,ſcientes bellū.Nō hos elegit dñs,neq; viā diſciplinę inuenerūt,propterea perierūt.
Et qm̄ non habuerunt ſapientiā,interierūt propter ſuā inſipientiā.Quis aſcendit in cœlū,&
accepit eā,& eduxit eā de nubibus?Quis transfretauit mare,& inuenit illā,& attulit illā ſuper
auꝝ electū?Nō eſt qui poſſit ſcire vias eius,neq; qui exquirat ſemitas eius.Sed & qui ſcit vni-
uerſa,nouit eā,& adinuenit eā prudentia ſua.Qui præparauit terrā in æterno tēpore, & re-
pleuit eā bipedibus,& quadrupedibus.Qui emittit lumen & vadit,& vocauit illud, & obe-
dit illi in tremore.Stellæ aūt dederunt lumen in cuſtodijs ſuis,& lætatæ ſunt.Vocatæ ſunt,&
dixerunt:Adſumus.Et luxerūt ei cū iucunditate,q fecit illas.Hic eſt deus noſter,& non æſti-
mabitur alius aduerſus eū.Hic adinuenit omnē viā diſciplinæ,& tradidit illam Iacob puero
ſuo,& Iſrael dilecto ſuo.Poſt hæc in terris viſus eſt,& cum hominibus conuerſatus eſt.

¶ Lex dat vitam & mortē.Eccleſiæ vox in tribulationibus conſtituta. Cap. IIII.

A HIc liber mandatoꝝ dei,& lex quæ eſt in æternū,Oēs qui tenent eā,peruenient ad vi-
tam:qui aūt dereliquerint eā,in mortē.Conuertere Iacob,& apprehende eā,am-
bula per viā ad ſplendorē eius,contra lumen eius,Ne tradas alteri gloriā tuā, & di-
gnitatē tuā genti alienæ.Beati ſumus Iſrael,qa quæ deo placēt,manifeſta ſunt nobis
Animæquior eſto populus dei, memorabilis Iſrael.Venundati eſtis gentibus,nō in perditio
B nē,ſed propter quod in ira dei ad iracundiā prouocaſtis dñm,traditiq; eſtis aduerſarijs.Exa-
cerbaſtis eñ eū qui fecit vos,deū æternū,immolātes dæmonijs,& nō deo.Obliti eñ eſtis qui
nutriuit vos,& contriſtaſtis nutricē veſtrā Hieruſalē.Vidit eñ iracundiā à deo venientē vo-
bis,& dixit:Audite cōfines Sion.Adduxit eñ mihi deus luctū magnū.Vidi enim captiuitatē

populi mei,filiorum meorum,& filiarum,quam ſuperduxit illis æternus. Nutriui enim illos C
cum iucunditate,dimiſi autem illos cum fletu & luctu. Nemo gaudeat ſuper me viduam &
deſolatam,à multis derelicta ſum,propter peccata filiorum meorum,quia declinauerunt à le
ge dei. Iuſtitias autem ipſius neſcierunt,nec ambulauerunt per vias mandatoꝝ dei, neq; per
ſemitas veritatis eius,cum iuſtitia ingreſſi ſunt. Veniant confines Sion,& memorentur capti
uitatẽ filiorum,& filiarum mearum,quam ſuperinduxit illis æternus. Adduxit enim ſuper il-
los gentem de longinquo,gentem improbam,& alterius linguæ,qui non ſunt reueriti ſenem
neq; pueroꝝ miſerti ſunt. Et adduxerunt dilectos viduæ,& à filijs vnicam deſolauerũt. Ego D
autem quid poſſum adiuuare vos? Qui eñ adduxit ſuper vos mala,ipſe vos eripiet de ma-
nibus inimicorum veſtrorum. Ambulate filij,ambulate,ego eñ derelicta ſum ſola. Exui me
Inf.eodem ſtola pacis,indui autem me ſacco obſecrationis,& clamabo ad altiſſimũ in diebus meis. Ani-
mæquiores eſtote filij,clamate ad dominum,& eripiet vos de manu principum inimicorum
Ego enim ſperaui in æternum,ſalutem veſtram,& venit mihi gaudium à ſancto ſuper miſe-
ricordia,quæ veniet vobis ab æterno ſalutari noſtro. Emiſit enim vos cũ luctu,& ploratu,re E
ducet aũt vos mihi dñs cũ gaudio,& iucũditate,in ſempiternũ. Sicut eñ viderũt vicinæ Sion
captiuitatẽ veſtrã à deo,ſic videbũt,& in celeritate ſalutẽ veſtrã in deo,q̃ ſuperueniet vobis
honore magno,& ſplendore æterno. Filij patiẽter ſuſtinete irã,q̃ ſuperueniet vobis. Perſecu
tus eſt eñ te inimicus tuus,ſed cito videbis perditionẽ ipſius, & ſup ceruices ipſius aſcendes.
Delicati mei ambulauerũt vias aſperas,ducti ſunt eñ vt grex direptus ab inimicis. Animæ-
Supr.eodem quiores eſtote filij,& proclamate ad dñm. Erit eñ memoria veſtra ab eo qui duxit vos. Sicut F
eñ fuit ſenſus veſter vt erraretis à deo,decies tantũ iterũ conuertentes requiretis eũ. Qui eñ
induxit vobis mala,ipſe rurſum adducet vobis ſempiternã iucunditatẽ,cum ſalute veſtra.
Animæquior eſto Hieruſalẽ. Exhortatur eñ te qui te nominauit. Nocentes peribunt q̃ te ve
xauerunt,& qui gratulati ſunt in tua ruina,punient. Ciuitates quibus ſeruierunt filij tui,puni-
entur,& quæ accepit filios tuos. Sicut eñ gauiſa eſt in tua ruina,& læ tata eſt in caſu tuo,ſic cõ G
triſtabitur in ſua deſolatione, Et amputabitur exultatio multitudinis eius ,& gaudimonium
eius erit in luctũ. Ignis eñ ſuperueniet ei ab æterno,in longiturnis diebus,& habitabitur à dæ
monijs in multitudine tẽporis. Circunſpice Hieruſalem ad orientẽ,& vide iucunditatem à
deo tibi venientem. Ecce eñ veniunt filij tui quos dimiſiſti diſperſos,veniunt collecti ab ori
ente vſq; ad occidentem,in verbo ſancto gaudentes in honorem dei.

¶ De Chriſto qui eſt iocunditas veniens,miſſus à deo Eccleſiæ. Cap. V.

EXue te Hieruſalem ſtola luctus,& vexationis tuæ,& indue te decore,& honore,quæ A
a deo tibi eſt ſempiterna gloria, Circũdabit te deus diploide iuſtitiæ,& imponet mi
tram capiti tuo honoris æterni. Deus eñ oſtendet ſplendorẽ ſuũ in te, qui ſub cœlo
eſt. Nominabitur eñ tibi nomen tuũ a deo in ſempiternũ,pax iuſtitiæ,& honor pie B
tatis. Exurge Hieruſalẽ,& ſta in excelſo,& circunſpice ad orientem , & vide collectos filios
tuos,ab oriente ſole vſq; ad occidentẽ,in verbo ſancti gaudentes dei memoria. Exierunt eñ
abs te pedibus ducti ab inimicis,adducet autem illos dominus ad te portatos in honorẽ, ſicut C
filios regni. Conſtituit enim deus humiliare omnem montem excelſum, & rupes perennes,
& conualles replere in æqualitatẽ terræ, vt ambulet Iſrael diligẽter in honorem dei. Obum-
brauerũt autẽ ſyluæ,& omne lignũ ſuauitatis Iſrael mandato dei. Adducet eñ deus Iſrael cũ D
iucunditate in lumine maieſtatis ſuæ,cum miſericordia & iuſtitia,quæ ex ipſo eſt.

¶ Exemplar epiſtolæ quam miſit Hieremias ad abducendos in Ba-
bylonem. Cap. VI.

PRopter peccata quæ peccaſtis ante deũ:abducemini in Babyloniam captiui,a Nabu A
chonodoſor rege Babylonioꝝ. Ingreſſi itaq; in Babylonem,eritis ibi annis plurimis
& temporibus longis,vſq; ad generationes ſeptem,poſt hoc autem educam vos in-
de cum pace. Nunc autem videbitis in Babylonia deos aureos,& argenteos,& lapi-
deos,& ligneos,in humeris portari,oſtentantes metũ gentibus. Videte ergo,ne & vos ſimi-
les efficiamini factis alienis,& metuatis,& metus vos capiat in ipſis. Viſa itaq; turba de retro
& ab ante,adorãtes,dicite in cordibus veſtris. Te oportet adorari domine. Angelus aũt meus
vobiſcum eſt, Ipſe aũt exquiram animas veſtras. Nam ligna ipſorum polita a fabro, ipſa etiã
inaurata & inargentata,falſa ſunt,& non poſſunt loqui. Et ſicut virgini amanti ornamẽta,ita
accepto auro,fabricata ſunt. Coronas certe aureas habent ſuper capita ſua dij illoꝝ,vnde ſub
trahũt ſacerdotes ab eis auꝝ,& argentũ,& erogant illud in ſemetipſos. Dant aũt ex ipſo pro- B
ſtitutis,& meretrices ornant,& iteꝝ cũ receperint illud a meretricibus,ornant deos ſuos. Hi
aũt non liberantur ab erugine & tinea. Opertis aũt illis veſte purpurea,extergent faciẽ ipſoꝝ
propter puluerẽ domus,qui eſt plurimus inter eos. Sceptrum aũt habet,vt homo,ſicut iudex
regionis,q in ſe peccantẽ nõ interficit. Habet & in manu gladiũ,& ſecurim,ſe aũt de bello,&
a latronibus nõ liberat. Vnde vobis notũ ſit,qa non ſunt dij. Nõ ergo reuereamini eos. Sicut
enim

eñ vas hoīs confractū,inutile efficit,tales sunt & dīj illoꝝ.Cōstitutis illis in domo,oculi eoꝝ
pleni sunt puluere,a pedibus introeūtiū,& sicut alicui q regē offendit circūseptæ sunt ianuæ,
aut sicut ad sepulchrū adductū mortuū,ita tutāt sacerdotes ostia,clausura,& seris,ne a latroni
bus expolient.Lucernas accēdūt illis,& quidē multas,ex qbus nullā videre possunt.Sunt aūt
sicut trabes in domo.Corda vero eoꝝ dicūt elingere serpentes,q de terra sunt,dū comedunt
C eos,& vestimētū ipsoꝝ,& nō sentiūt. Nigræ sunt facies eoꝝ a fumo,q in domo fit.Supra
corpus eoꝝ,& supra caput eoꝝ volāt noctuæ,& hirūdines,& aues etiā,similiter & catæ.Vn
de sciatis qa nō sunt dīj.Ne ergo timueritis eos.Auꝝ etiā qd habēt ad speciē,nisi aliquis exter
serit eruginē,nō fulgebūt.Neq; eñ dū cōflarētur,sentiebāt.Ex omni pretio empta sunt,in q-
bus spūs nō est in ipsis.Sine pedibus in humeris portant,ostētantes ignobilitatē suā hoībus. Esa. 46.b
Cōfundant etiā qui colūt ea.Propterea si ceciderint in terrā,à semetipsis nō cōsurgūt, neq; si
qs eū statuerit rectū,per semetipsum stabit,sed sicut mortuis humeri eoꝝ illis apponent.Ho
stias illoꝝ vendūt sacerdotes ipsoꝝ,& abutunt similiter & mulieres eoꝝ decerpētes,neq; in-
firmo,neq; mēdicāti aliqd impartiūt,de sacrificijs eoꝝ fœtæ & mēstruatæ cōtingūt.Scientes
itaq; ex his qa nō sunt dīj,neq; timeatis eos.Vnde eñ vocant dīj? qa mulieres apponūt dijs ar
gēteis,& aureis,& ligneis,& in domibus eoꝝ sacerdotes sedēt,habētes tunicas scissas,& capi
D ta,& barbā rasam,quoꝝ capita nuda sunt.Rugiūt aūt clamātes cōtra deos suos,sicut in cœna
mortui.Vestimēta eoꝝ auferūt sacerdotes,& vestiūt vxores suas,& filios suos.Neq; si qd.ma
li patiunt ab aliq̄,neq; si qd boni poterūt retribuere,neq; regē cōstituere possunt,neq; auferre
Similiter neq; dare diuitias possunt,neq; malū retribuere.Si qs illis votū vouerit,& nō reddi-
derit,neq; hoc requirūt,hoīem à morte nō liberāt,neq; infirmū à potētiore eripiūt.Hominē
cæcū ad visum nō restituūt,de necessitatibus hoīem nō liberabūt.Viduę nō miserebunt,neq;
orphanis bñfaciēt.Lapidibus de mōte siles sunt dīj illoꝝ lignei,& lapidei,& aurei,& argētei.
Qui aūt colūt ea,cōfundent.Qūo ergo æstimādū est,aut dicēdū,illos eē deos? Adhuc eñ ipsis
Chaldæis nō honorātibus ea,q cū audierint mutū nō posse loq,offerūt illud ad Bel,postulan
tes ab eo loqui,q̄si possint sentire,q nō habēt motū.Et ipsi eū intellexerint,relinquēt ea.Sen-
sum eñ nō habēt ipsi dīj illoꝝ.Mulieres aūt circūdatæ funib⁹,in vijs sedēt,succēdētes ossa oli
E uaꝝ.Cū aūt aliq̄ ex ipsis abstracta ab aliq̄ trāseunte dormierit cū eo,proximæ suæ exprobrat
ꝙ ea non sit digna habita sicut ipsa,neq; funis eius diruptus sit.Oīa aūt q̄ illis fiunt,falsa sunt.
Qūo æstimādū aut dicēdū est,illos eē deos? A fabris aūt,& ab aurificibus facta sunt.Nihil ali-
ud erūt,nisi id ꝙ volūt esse sacerdotes:aurifices etiā ipsi q ea faciūt,nō sunt multi tpis.Nunqd
ergo possunt ea q̄ fabricata sunt ab ipsis,esse dīj? Reliquerūt aūt falsa,& opprobriū postea fu-
turis.Nā cū supuenerit illis ꝓlium,& mala cogitāt sacerdotes post se,vbi se abscondāt cū illis.
Qūo ergo sentire debeāt,qm̄ dīj sunt,q nec de bello se liberāt,neq; de malis se eripiūt? Nā cū
sint lignea,& lapidea,& inaurata,& inargētata,scient postea qa falsa sunt ab vniuersis gētibus,
& regibus,q̄ manifesta sunt,q non sunt dīj,sed opera manuū hoīm,& nullū opus dei cū illis.
Vnde ergo notū est,qa nō sunt dīj,sed opera manuū hoīm,& nullū dei opus in ipsis est.Regē
regioni nō suscitāt,neq; pluuiā hoībus dabunt.Iudiciū quoq; nō discernet, neq; regiones li-
F berabūt ab iniuria,qa nihil possunt,sicut corniculæ inter mediū cœli & terræ. Eteñ cū inci-
derit ignis in domū deoꝝ ligneoꝝ,& argēteoꝝ,& aureoꝝ,sacerdotes quidā ipsoꝝ fugient,
& liberabunt:ipsi vero sicut trabes in medio cōburent.Regi aūt,& bello nō resistēt.Qūo er-
go æstimandū est,aut recipiēdū,qa dīj sunt? Nō a furibus neq; a latronibus se liberabūt dīj li-
gnei,& lapidei,& inaurati.& inargētati,qbus iniqui fortiores sunt.Auꝝ,& argentū,& vesti-
mentū,quo operti sunt,auferēt illis,& abibunt,nec sibi auxiliū ferēt,itaq; melius est esse regē
ostētantē virtutē suā,aut vas in domo vtile,in quo gloriabit q possidet illud,vel ostiū in do-
mo,quod custodit quæ in pace sunt,q̄ falsi dīj.Sol quidē,& luna,ac sydera,cū sint splēdida &
emissa ad vtilitates,obaudiūt,similiter & fulgur cū apparuerit,perspicuū est, Idipsum autē &
spūs in omni regione spirat,& nubes,qbus cū imperatū fuerit a deo,perambulare in vniuer
G sum orbē,ꝑficiunt qd imperatū est eis.Ignis etiā missus desuper,vt cōsumat mōtes,& syluas,
facit qd præceptū est ei.Hæc aūt neq; speciebus,neq; virtutibus vni eoꝝ similia sunt.Vnde
neq; æstimādū est,neq; dicēdū,illos esse deos,qñ nō possunt,neq; iudiciū iudicare,neq; quicq̄
facere hoībus.Sciētes itaq; qa nō sunt dīj,ne ergo timueritis eos,Neq; eñ regibus maledicēt,
neq; benedicēt.Signa etiā in cœlo gētibus nō ostendunt,neq; vt sol lucebūt, neq; illumina-
bunt vt luna. Bestiæ meliores sunt illis,q̄ possunt fugere sub tectū,aut prodesse sibi.Nullo
itaq; modo nobis est manifestū,qa sunt dīj,propter quod ne timeatis eos. Nā sicut in cucu
merario formido nihil custodit,ita sunt dīj illoꝝ,lignei,& argentei,& inaurati. Eodē modo
& in horto spina alba,supra quā oīs auis sedet.Similiter & mortuo proiecto in tenebris,simi
les sunt dīj illoꝝ,lignei,& inaurati,& inargentati.A purpura q̄q;& * murice,q̄ supra illos te- Quidā legūt marmore,nā
neant,scietis itaq;,qa nō sunt dīj.Ipsi etiā postremo comedunt,& erit opprobriū in regione. græce legit,
Melior est homo iustus,qui non habet simulachra,nam erit longe ab opprobrijs. μαρμάρου

DIVI HIERONYMI IN EZECHIELEM PRAEFATIO.

EZechiel propheta cũ Ioachin rege Iuda captiuus ductus in Babylonẽ, ibiq́ꝫ his q cũ eo capti fuerãt, prophetauit pœnitẽtibus, ꝙ ad Hieremiæ vaticiniũ se vltro aduersarijs tradidissent, & viderẽt adhuc vrbẽ Hierosolymã stare, quã ille casurã eẽ ꝓdixerat Tricesimo aũt ætatis suæ anno, & captiuitatis quinto, exorsus est ad cõcaptiuos loq. Et eodẽ tpe, licet posterior, hic in Chaldæa, Hieremias in Iudæa prophetauerũt. Sermo eius nec satis disertus, nec admodũ rusticus est, sed ex vtroqꝫ medie tẽperatus. Sacerdos & ipse fuit sicut Hieremias: principia voluminis & finẽ magnis habens obscuritatibus inuoluta. Sed & vulgata eius æditio non multũ distat ab Hebraico. Vnde satis miror, quid causæ extiterit, vt si eosdẽ in vniuersis libris habemus interpretes, in alijs eadẽ, in alijs diuersa transtulerint. Legite igitur & hunc iuxta translationem nostram, quoniã per cola scriptus & commata, manifestiorẽ legentibus sensum tribuit. Si aũt amici mei & hunc subsannauerint, dicite eis ꝙ nemo eos compellat vt scribant, Sed vereor ne illud eis eueniat, quod Græce significantius dicitur, vt vocentur * phagoloedori, quod est manducantes senecias.

[redacted]pi nal egendũ, φιλολοίϑ Δοιγοι, quibus studiũ est calũniari & carpere.

EZECHIEL PROPHETA.

¶ Visio quatuor animalium, rotarum, throni dei, & imaginis super throno. Cap. .I.

ET factum est in tricesimo anno, in quarto, in quinta mẽsis, cũ essem A
in medio captiuoꝝ, iuxta fluuium Chobar, aperti sunt cœli, & vidi
visiones dei. In quinta mensis, ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioachin, factũ est verbũ dñi ad * Hezechielẽ, filium Buzi, sacerdotẽ, in terra Chaldæoꝝ, secus flumen Chobar, Et facta est
super eum ibi manus dñi. Et vidi, & ecce vẽtus turbini veniebat ab B
aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens. Et splẽdor in circuitu eius, & de medio eius quasi species * electri, id est, de medio ignis. Et in medio eoꝝ similitudo quatuor animalium, & hic aspectus eoꝝ, similitudo hominis in eis. Et quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni. Et pedes eoꝝ pedes re-
cti, & planta pedis eoꝝ, quasi planta pedis vituli, & scintillæ quasi aspectus æris candentis. Et C
manus hominis sub pennis eoꝝ, in quatuor partibus, & facies, & pennas, per quatuor partes habebant, iunctæq́ꝫ erant pennæ eoꝝ, alterius ad alteꝝ. Non reuertebantur cum incederẽt, sed vnumquodqꝫ ante faciẽ suã gradiebatur. Similitudo aũt vultus eoꝝ facies hominis, & facies leonis à dextris ipsoꝝ quatuor, facies aũt bouis à sinistris ipsoꝝ quatuor, & facies aquilæ * desuper ipsoꝝ quatuor, & facies eoꝝ, & pennæ eoꝝ, extentæ desuper. Duæ pennæ singulo-
rũ iungebantur, & duæ regebant corpora eoꝝ. Et vnumquodqꝫ eoꝝ coram facie sua ambu- D
labat. Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebant, nec reuertebantur, cũ ambularent. Et similitudo animaliũ, & aspectus eoꝝ, quasi carbonũ ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Hæc erat visio discurrens in medio animaliũ, splendor ignis, & de igne fulgur egrediẽs. Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinẽ fulguris coruscãtis. Cũq́ꝫ aspicerẽ anima-
lia, apparuit rota vna super terrã, iuxta animalia, habens quatuor facies. Et aspectus rotaꝝ, & E
opus eaꝝ, quasi visio * maris, & vna similitudo ipsaꝝ quatuor, & aspectus eaꝝ, & opera, quasi sit rota in medio rotæ. Per quatuor partes eaꝝ euntes ibant, & non reuertebant, cũ ambularent. Statura quoqꝫ erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus, & totũ corpus oculis plenũ, in circuitu ipsaꝝ quatuor. Cũq́ꝫ ambularent animalia, ambulabãt pariter, & rotæ iuxta ea, &
Apo. 4 cũ eleuarent animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ. Quocunqꝫ ibat spũs, illuc eunte spiritu, & rotæ pariter eleuabantur, sequentes eũ. Spiritus enĩ vitæ erat in rotis. Cum euntibus
ibant, & cũ stantibus stabant, & cũ eleuatis à terra pariter eleuabantur, & rotæ sequentes ea, F
quia spiritus vitæ erat in rotis. Et similitudo super capita animaliũ firmamẽti, quasi aspectus crystalli horribilis, & extenti super capita eoꝝ desuper. Sub firmamẽto aũt pẽnæ eoꝝ, rectæ alterius ad alteꝝ. Vnumquodqꝫ duabus alis velabat corpus suũ, & alteꝝ similiter velabat. Et audiebã sonũ alaꝝ, quasi sonũ aquaꝝ multaꝝ, quasi sonum sublimis dei. Cumq́ꝫ ambularent
quasi sonus erat multitudinis, vt sonus castroꝝ. Cumq́ꝫ starent, demittebantur pennæ eorũ. G
Nam cũ fieret vox super firmamentũ, quod erat super caput eorum, stabãt, & submittebant alas suas. Et super firmamentũ, quod erat imminens capiti eoꝝ, quasi aspectus lapidis saphiri, similitudo throni, & super similitudinẽ throni, similitudo, quasi aspectus hoĩs desup. Et vidi quasi speciẽ electri, velut aspectũ ignis intrinsecus per circulũ eius, à lumbis eius, & desuper & à lumbis eius, vsqꝫ deorsum, vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu, velut aspectũ arcus, cum fuerit in nube, in die pluuiæ, hic erat aspectus splendoris per gyrum.

Margin notes: Iechezchel ab Heb. dicitur. — Hebr. filium Buzi (?) — Hebr. angeli de medio ignis — Heb. ad ipsa quatuor — de per. diss. c. pennis, & e nõ reuertẽb. — Hebr. tarsis (lapidis preciosi)

¶ Mitti tur

¶Mittitur propheta ad reuocandum populum ab errore. Cap. II.

A HAec visio similitudinis gloriæ dñi. Et vidi, & cecidi in faciẽ meam, & audiui vocem (Infra. 3.f)
(sup. 1. ca. qd est hoc.) loquentis. Et dixit ad me: Fili hominis, sta super pedes tuos, & loquar tecũ. Et ingres-
sus est in me spũs, postq̃ loquutus est mihi, & statuit me supra pedes meos. Et audiui
loquentem ad me, & dicentẽ: Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apo
B statrices, q̃ recesserunt à me. Patres eorũ præuaricati sunt pactũ meum, vsq; ad diẽ hãc, & filij du-
ra facie, & indomabili corde sunt, ad q̃s ego mitto te. Et dices ad eos: Hæc dicit dñs deus, si for-
te uel ipsi audiant, & si forte quiescant: q̃m domus exasperans est, & sciẽt, quia propheta fuerit (Heb. rebelles & spinę sunt &c.)
in medio eorũ. Tu ergo fili hominis, ne timeas eos, neq; sermones eorũ metuas, *q̃m increduli,
C & subuersores sunt tecũ, & cũ scorpionibus habitas. Verba eorũ ne timeas, & vultus eorũ ne for (He. cessent)
(33. 4. c. Nabuc. 48. dist. s. quelibet.) mides, q̃a domus exasperans est. Loqueris ergo verba mea ad eos, si forte audiant, &* quiescãt, (Apoca. 5. a)
q̃m irritatores sunt. Tu aũt fili hominis audi q̃cũq; loquar ad te, & noli esse exasperãs, sicut do-
mus exasperatrix est. Aperi os tuum, & comede, q̃cunq; ego do tibi. Et vidi, & ecce manus (Heb. ante & retro.)
missa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expãdit illũ corã me, q erat scriptus* intus & foris, & (Heb. q̃re'a & planctus)
D scriptæ erant in eo lamentationes, &* carmen, & væ.

¶Propheta pastus volumine, & frontem filicis accipiens, ad Israel in transmigratione
mittit: Visio gloriæ dei: Increpatio pastoris non castigantis pctõrem. Cap. III.

A ET dixit ad me: Fili hominis, q̊dcunq; ĩueneris comede. Comede volumen istud: & va
dens, loquere ad filios Israel. Et aperui os meum, & cibauit me volumine illo. Et dixit
ad me: Fili hominis, venter tuus comedet, & viscera tua cõplebũtur volumine isto, q̊d
ego do tibi. Et comedi illud, & factum est in ore meo, sicut mel dulce. Et dixit ad me, (Apoc. 10. d)
Fili hominis, vade ad domũ Israel, & loqueris verba mea ad eos. Non em̃ ad populum profun-
B di sermonis, & ignotæ linguæ, tu mitteris ad domũ Israel, neq; ad populos multos profũdi ser-
monis, & ignotæ linguæ, quorũ non possis audire sermones. Et si ad illos mittereris, ipsi audi-
rent te. Domus autem Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. Om̃is quippe domus Isra
el attrita fronte est, & duro corde. Ecce dedi faciẽ tuam* valẽtiorem faciebus eorũ, & frontem (He. fortẽ con tra facies.)
tuam duriorem frontibus eorũ, vt adamantem, *& vt silicẽ dedi faciem tuam. Ne timeas eos, (He. fortiorẽ silice.)
C neq; metuas à facie eorũ, quia domus exasperans est. Et dixit ad me: Fili hominis, omnes sermo
nes meos, q̃s ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi, & vade, & ingredere ad
transmigrationem, ad filios populi tui, & loqueris ad eos, & dices ei. Hæc dicit dñs deus, si for-
te audiant & quiescant. Et assumpsit me spũs, & audiui post me vocem commotionis magnæ,
benedictæ gloriæ domini de loco suo. & vocem alarũ animalium percutientium alteram ad al-
D teram, & vocem rotarũ sequentium animalia, & vocem commotionis magnæ. Spiritus quoq;
(95. q. 5. c. spi) leuauit me, & assumpsit me, & abij amarus, in indignatione spiritus mei. Manus enim dñi erat
mecum, confortans me. Et veni ad trãsmigrationem, ad* aceruum nouarũ frugum, ad eos qui (Supra. 1. c)
habitabant iuxta flumen Chobar, & sedi vbi illi sedebant, & mansi ibi septem diebus, mœrens (He. Telabib (nomẽ loci))
in medio eorũ. Cum aũt pertransissent septem dies, factũ est verbum dñi ad me, dicens: Fili ho (Infra. 33. b)
minis speculatorẽ dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum, & annũtiabis eis ex me.
Si dicente me ad impium, morte morieris, nõ annũtiaueris ei, neq; loquutus fueris, vt auertat
E à uia sua impia, & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinẽ autẽ eius de manu tua
requiram. Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via
sua impia, ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. Sed & si cõ
uersus iustus à iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatem, ponam offendiculum corã eo. Ipse mo-
rietur, quia non annuntiasti ei: In pctõ suo morietur, & non erunt in memoria iustitiæ eius, q̃s
F fecit, sanguinem vero eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris iusto, vt non pec
cet iustus, & ille nõ peccauerit, viuens viuet, quia annuntiasti ei, & tu animã tuam liberasti. Et
facta est super me manus dñi & dixit ad me: Surgens egredere in campũ, & ibi loquar tecũ. Et (Supra. 1. a)
surgẽs egressus sum in campũ. Et ecce ibi gloria dñi stabat, quasi gloria quã vidi iuxta fluuium
Chobar, & cecidi in faciẽ meã. Et ingressus est in me spũs, & statuit me super pedes meos. Et
G loquutus est mihi, & dixit ad me: Ingredere, & includere in medio domus tuæ. Et tu fili homi
(De remun. c. null §. pper malic.) nis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris de medio eorũ, & lin-
guam tuam adhærere faciã palato tuo. Et eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exa-
sperans est. Cum autem loquutus fuero tibi, aperiam os tuum, & dices ad eos, Hęc dicit dñs de
us. Qui audit, audiat, & qui quiescit, quiescat, quia domus exasperans est.

¶De obsidione Hierusalem. Cap. IIII.

A ET tu fili hominis, sume tibi laterem, & pones eũ corã te, describes in eo ciuitatẽ Hieru-
salẽ. Et ordinabis aduersus eã obsidionẽ, & ædificabis munitiones, & cõportabis agge
rem, & dabis cõtra eã castra, & pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginẽ ferreã, (Infra. 9. e)
& pones eã murũ ferreũ, inter te, & inter ciuitatẽ, & obfirmabis faciẽ tuã ad eã, & erit (Alias, domus)
B in obsidionem, & circũdabis eã. Signũ est domus Israel. Et tu dormies sup latus tuum sinistrũ,

& pones iniquitates domus Israel super eo numeco dieꝝ,quibus dormies sup illud, & assumes
iniquitates eoꝝ. Ego aūt dedi tibi annos iniquitatis eoꝝ,numero dieꝝ trecentos,& nonagin-
Nume.14.f ta dies,& poetabis iniquitatem domus Israel. Et cū compleueeis hæc, dormies super latus tuū
dextrum secundo,& assumes iniquitatem domus Iuda,quadeaginta diebus. Diē pro anno,di-
em inquam pro anno,dedi tibi.Et ad obsidionem Hierusalem conuertes faciem tuā,& brachi- C
um tuum eeit extentum,& prophetabis aduersus eam.Ecce circundedi te vinculis,& nō te cō-
uertes à latere tuo,in latus aliud,donec compleas dies obsidionis tuæ. Et tu sume tibi frumētū
& hoedeum.& fabam,& lentem,& millium,& viciam,& mittes ea in vas vnum,& facies tibi
panes numero dieꝝ,quibus doemies super latus tuum.Trecētis & nonagiuta diebus comedes
illud.Cibus aūt tuus,quo vesceris,erit in pondere,viginti stateres in die.A tempore vsq; ad tē-
pus comedes illud.Et aquam in mensura bibes,sextam partem hin.A tempore vsq; ad tempus
Heb.coques. bibes illud.Et quasi subcinericium hordeaceum comedes illud,& stercore quod ingreditur de
Inf̄r.o.g homine,*operies illud in oculis eorum.Hęc dicit dominus:Sic comedent filiȷ Israel panem suū D
Hr.aha pollutū,inter gentes,ad quas eȷiciam eos.Et dixi,*ah,ah,ah,domine deus.Ecce anima mea nō
Inf.s.d.9.d est polluta,& morticinum,& laceratum à bestȷs non comedi,ab infantia mea vsq; nunc,& nō
est ingressa in os meū omnis caro immunda.Et dixit ad me:Ecce dedi tibi fimū boū peo ster-
coribus humanis,& facies panem tuum in eo,& dixit ad me: Fili homiois,ecce ego conteram
baculum panis in Hierusalem,& comedent panem suum in pondere,& in sollicitudine,& aquā
in mensura,& in angustȷs bibent,vt deficientibus pane,& aqua,corruat vnusquisq; ad fratrē
suum,& contabescat in iniquitanbus suis.

¶Minatur dñs Hierusalem ob contempta iudicia & pcepta sua. Cap. V. A

Hr.nouaculā q rasorum. ET tu fili hominis,sume tibi gladium acutū,*radentē pilos,& assumes eū,& duces per
caput tuum,& pee barbam tuā,& assumes tibi staterā pōderis,& diuides eos.Teetiā p
tem igni combures,in medio ciuitatis,iuxta cōpletionem dieꝝ obsidionis,& assumes
tertiam partē,& concides gladio in circuitu eius,tertiā vero aliā disperges in ventū,&
gladiū nudabis post eos.Et sumes inde paruum numeꝝ,& ligabis eos in summitate pallȷ tui.
Et ex eis rursum tolles,& proȷcies eos in medio ignis,& combuees eos igni,& ex eis egeedieč
ignis,in omnem domū Israel.Hæc dicit dominus deus.Ista est Hierusalem,In medio gentium
posui eam,& in circūitu eius terras.Et contempsit iudicia mea,vt plus esset impia q̄ gentes,&
præcepia mea,vltra quam terræ,quæ in ciecumitu eius sunt.Iudicia enim mea proiecerunt,&
in præceptis meis non ambulauerunt.Idcirco hæc dicit dominus deus.Quia superastis gentes, B
quæ in circuitu vesteo sunt,& in præceptis meis non ambulastis,& iudicia mea non fecistis,&
iusta iudicia gentium,quæ in cirtūitu vestro sunt non estis operati,ideo hæc dicit dominus de
us.Ecce ego ad te & ipse ego faciam in medio tui iudicia in otulis gētium,& faciā in te quæ nō
feci,& quibus similia vltra non faciā,propter oēs abominationes tuas.Ideo patres comedēt
filios suos in medio tui,& filȷ comedent patees suos.Et faciam in te iudicia,& ventilabo vni-
uersas reliquias tuas in omnem ventum.Idcirco viuo ego (dicit dominus deus) nisi pro eo q̄d
sanctum meum violasti,in omnibus offensionibus tuis,& in cūctis abominationibus tuis,ego
quoq; confringam,& non parcet oculus meus,& non miserebor.Tertia pars tui peste morieč C
& fame consumetur in medio tui,& tertia paes tui in gladio cadet,in circūitu tuo.Tertiā vero
partem tuam in omnē ventum dispergā,& gladiū euaginabo post eos. Et complebo furoeem
meum,& requiescere faciam indignationē meā in eis,& consolabor.Et scient quia ego domi-
nus loquutus sum in zelo meo,cū impleuero omnem indignationem meam in eis. Et dabo te
in desertum,& in opprobrium gentibus,quæ in circumitu tuo sunt:in conspectu oīs pręter-
euntis.Et eris oppeobrium & blasphemia,exemplum,& stupor in gētibus,quæ in circūitu tuo
sunt,cū fecero in te iudicia in fueore,& in indignatione,& in increpationibus iræ,q̄ ego dñs lo D
quutus sum:q̄n misero sagittas famis pessimas in eos:q̄ erūt mortiferæ,& quas mittam vt disp-
dam vos:Et famem congregabo super vos,& conteram in vobis baculum panis,& immittam
in vos famem,& bestias pessimas,vsq; ad internitionem.Et pestilentia,& sanguis transibunt p
te,& gladiū inducā super te.Ego dominus loquutus sum.

¶Populum à deo percuti ob idololatriæ peccatū. Cap. VI.

ET factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis,pone faciem tuam ad mōtes A
Iseael,& prophetabis ad eos,& dices:Montes Iseael,audite verbum domini dei. Hæc
dicit dominus deus,montibus,& collibus,rupibus,& vallibus.Ecce ego inducā super
vos gladium,& dispeedam excelsa vestea,& demoliar aras vestras,& confringentur
Infra.36. simulachra vestra,& deȷciam interfectos vestros,ante idola vestea. Et dabo cadauera filioꝝ
Israel ante faciem simulachrorum vesteorum.Et dispergam ossa vestea circa aras vesteas,in o-
mnibus habitationibus vestris,Vrbes desertæ erunt,& excelsa demolientur.Et dissipabuntur B
& interibunt aræ vestræ,& confringentur,& cessabunt idola vestra,& contereuř delubra ve-
stra,& delebuntur opa vestra,& cadet interfectus in medio vestri;& scietis quia ego sum do-

minus. Et relinquam in vobis, eos qui fugerint gladium in gentibus: cũ dispersero vos in ter-
ras, & recordabuntur mei liberati vestri in gentibus, ad quas captiui ducti sunt, qa* cõtriui cor Heb. cõtritus
C eorum fornicans, & recedens à me, & oculos eoꝝ fornicantes post idola sua: & displicebunt si- sui corde &c
bimet, super malis quæ fecerant in vniuersis abominationibus suis: & scient quia ego dominus
non frustra loquutus sum, vt facerem eis malum hoc. Hæc dicit dominus deus. Percute manũ
tuam, & allide pedem tuum, & dic heu ad omnes abominationes maloꝝ domus Israel, quia gla
dio, fame, & peste ruituri sunt. Qui longe est, peste morietur: qui autem prope, gladio corruet
& qui relictus fuerit, & obsessus, fame morietur. Et complebo indignationem meam in eis, &
scietis quia ego dominus, cum fuerint interfecti vestri in medio idolorum vestrorum, in circu-
D itu ararum vestrarum, in omni colle excelso, & in cunctis summitatibus montiũ, & * subtus oẽ He. subter, la
lignum nemorosum, & subtus vniuersam quercum frondosam, locum vbi accenderunt thura tinus hic ha-
redolentia vniuersis idolis suis. Et extendam manum meam super eos, & faciam terram eorum betetur.
desolatam, & destitutam, à deserto Deblata, in omnibus habitationibus eoꝝ: & scient quia ego
dominus.

¶ De instanti & longa populi captiuitate & causis eiusdẽ. Cap. VII.

A ET factus est sermo domini ad me dicens. Et tu fili hominis: Hæc dicit dominus deus
terræ Israel. Finis venit: venit finis super quatuor plagas terræ. Nunc finis super te: & Infr. eodem
immittam furorem meum in te. Et iudicabo te iuxta vias tuas. Et ponã contra te oẽs infra. 9.b
abominationes tuas. Et non parcet oculus meus super te: & non miserebor: sed vias tu
as ponam super te: & abominationes tuæ in medio tui erunt: & scietis quia ego dominus. Hæc
B dicit dominus deus. Afflictio, vna afflictio, ecce venit. Finis venit, venit finis. Et vigilabit ad-
uersum te: ecce venit. Venit* contritio super te: qui habitas in terra. Venit tempus, prope ẽ di- He. mane.
es occisionis: & non* gloriæ montium. Nunc de propinquo effundam iram meam super te, & He. clamoris
cõplebo furorem meum in te. Et iudicabo te iuxta vias tuas, & imponã tibi omnia scelera tua infra. eodem
Et non parcet oculus meus, nec miserebor, sed vias tuas imponam tibi: & abominationes tuæ
in medio tui erunt, & scietis quia ego sum dominus percutiens. Ecce dies, ecce venit. Egressa ẽ
C contritio. Floruit virga: germinauit superbia: iniquitas surrexit in via impietatis. Non ex eis, & Heb. diuitiis
non ex* populo, neq; ex sonitu eorum, & nõ erit requies in eis. Venit tempus: appropinquauit eoꝝ, & non
dies. Qui emit non lætetur: & qui vendit non lugeat, quia ira super omnem populum eius, quia ex eis (a vel
qui vendit ad id quod vendidit non reuertetur: & adhuc in viuentibus vita eorum. Visio enim erit) & non
ad omnem multitudinem eius non regredietur, & vir in iniquitate vitæ suæ non confortabit. erit lamenta
Canite tuba, præparentur omnes, & non est qui vadat ad prælium. Ira enim mea super vniuer tio in eis.
sum populum eius. Gladius foris, pestis, & fames intrinsecus. Qui in agro est, gladio moriet, &
D qui in ciuitate, pestilentia, & fame deuorabuntur, & saluabuntur qui fugerint ex eis. Et erunt in
montibus, quasi columbæ conuallium, omnes trepidi, vnusquisq; in iniquitate sua. Omnes ma Esa. 15. a.
nus dissoluentur, & omnia genua fluent aquis. Et accingent se ciliciis, & operiet eos formido, Sopho. 1. d
& in omni facie confusio, & in vniuersis capitibus eorum caluitium. Argentũ eorum foris pro
iicietur, & aurum eorum in sterquilinium erit. Argentum eorum, & aurum eorum non vale-
E bit liberare eos, in die furoris domini. Animam suam non saturabunt, & ventres eoꝝ nõ im-
plebuntur, quia scandalum iniquitatis eorum factum est, & ornamentum monilium suorum,
in superbiam posuerunt, & imagines abominationũ suarum, & simulachroꝝ, fecerunt ex eo.
Propter hoc dedi eis illud in immunditiam, & dabo illud in manus alienorum ad diripiendum,
& impiis terræ in prædam, & contaminabunt illud. Et auertã faciem meam ab eis, & violabũt He. dissipato-
arcanum meum & introibunt in illud* emissarii, & cõtaminabunt illud, Fac* cõclusionem, qm̃ res.
F terra plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena iniquitate. Et adducam pessimos de gẽtibus He. catenam
& possidebunt domos eorum. Et quiescere faciam superbiam potentium, & possidebunt san-
ctuaria eorum. Angustia superueniente requirent pacem, & non erit. Conturbatio super con-
turbationem veniet, & auditus super auditũ. Et quærent visionem de propheta, & lex peribit
à sacerdote, & consilium à senioribus. Rex lugebit, & principes induent mœrore, & manus po
G puli terræ conturbabuntur. Secundum viam eorum faciam eis, & secundum iudicia eorum iu-
dicabo eos, & scient quia ego dominus.

¶ Apparitio similitudinis dei, Ostensio abominationũ per foramen parietis.
Caput. VIII.

A ET factum est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis, ego sedebam in domo
mea, & senes Iuda sedebant coram me & cecidit ibi super me manus domini dei. Et
uidi, & ecce similitudo, quasi aspectus ignis. Ab aspectu lumborum eius, & deorsum
ignis, & à lumbis eius, & sursum, quasi aspectus splendoris, & visio electri. Et emissa si-
militudo manus apprehẽdit me in cincinno capitis mei, & eleuauit me spiritus, inter cœlum &
B terram, & adduxit me in Hierusalem, in visione dei, iuxta ostium interius, quod respiciebat ad
aquilonem, vbi erat statutũ idolũ cœli, ad prouocandũ æmulationem. Et ecce ibi gloria dei Is-

rael,secundū visionem quā videram in campo,& dixit ad me. Fili hoīs, leua oculos tuos ad viā C
aquilonis. Et leuaui oculos meos ad viam aquilonis, & ecce ab aquilone portæ altaris idolū zelī,
in ipso introitu. Et dixit ad me. Fili hominis putasne vides tu, quid isti faciūt abominationes
magnas, quas domus Israel facit hic, vt procul recedā à sanctuario meo? Et adhuc cōuersus
videbis abominatiōes maiores. Et introduxit me ad hostiū atrij. Et vidi, & ecce foramen vnū
in pariete. Et dixit ad me, Fili hominis fode parietem. Et cum perfodissem parietem, apparuit D
ostium vnum, & dixit ad me. Ingredere & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic.
Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptiliū, & animalium abominatio, & vniuersa idola
domus Israel depicta erant in pariete, & in circuitu ꝑ totū. Et septuaginta viri de senioribus
domus Israel, & Iaasanias, filius Saphan, stabat in medio eorum stantium ante picturas, & vnusquisque
habebat thuribulum in manu sua, & vapor nebulæ de thure consurgebat. E dixit ad
me. Certe vides fili hominis, quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, vnusquisque in ab- E
scondito cubilis sui. Dicunt enim Non videt dominus nos. Dereliquit dominus terram. Et dixit
ad me. Adhuc conuersus videbis abominationes maiores, q̄s isti faciunt. Et introduxit me
Heb. Tamuz per ostium portæ domus domini, quæ respiciebat ad aquilonem. Et ecce ibi mulieres sedebāt,
(nomen idoli) plangentes* Adonidem. Et dixit ad me. Certe vidisti fili hominis. Adhuc conuersus videbis
abominationes maiores his. Et introduxit me in atrium domus domini interius. Et ecce in o- F
stio templi domini, inter vestibulum & altare quasi vigintiquinq; uiri, dorsa habentes contra
templum domini, & facies ad orientem, & adorabant ad ortum solis. Et dixit ad me. Certe vidisti
fili hominis Nunquid leue est hoc domui Iuda, vt facerent abominationes istas, quas fecerunt
hic, quia replentes terram iniquitate: conuersi sunt ad irritandum me? Et ecce applicāt ra- G
mum ad nares suas. Ergo & ego faciam in furore: nō parcet oculus meus, nec miserebor: & cū
clamauerint ad aures meas voce magna: non exaudiam eos

¶ Mittuntur sex uiri ad uastandum populum, iusti autem seruant, signati signo Thau. Cap. IX.

ET clamauit in auribus meis voce magna dicēs. Appropinquauerunt visitationes vrbis A
& vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua. Et ecce sex viri ueniebant de uia
portæ superioris, quæ respicit ad aquilonem, & unuscuiusq; uas interitus in manu eius
Sup 4.c Vir quoq; unus in medio eorum uestitus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes
eius. Et ingressi sunt, & steterunt iuxta altare æreum: & gloria domini Israel assumpta est de
cherub: quæ erat super eum, ad limen domus. Et uocauit uirum qui indutus erat lineis, & atra- B
H.b. signum mentarium scriptoris habebat in lumbis suis. Et dixit dominus ad eum, transi per mediam ci- 21.q.4.ca.nō potest.
Sup.7.a uitatem, in medio Hierusalem, & signa* Thau super frontes uirorum gementium, & dolentium,
Iud.2.b super cunctis abominationibus: quæ fiunt in medio eius. Et illis dixit, audiente me. Transite ꝑ
ciuitatem, sequentes eum, & percutite. Non parcat oculus uester: neq; misereamini. Senem, a- 50.dist.c.&
dolescentulum, & uirginem: paruulum, & mulieres interficite usque ad internitionem. Omnē C
autem super quem uideritis Thau: ne occidatis, & à sanctuario meo incipite. Cœperunt ergo purgabit.
à uiris senioribus: qui erant ante faciem domus. Et dixit ad eos. Contaminate domum: & im-
plete atria interfectis. Egredimini. Et egressi sunt, & percutiebant eos qui erant in ciuitate. Et
cede completa, remansi ego, ruique super faciem meam: & clamans, aio. Heu, heu, heu. Domine
deus. Ergone disperdes omnes reliquias Israel, effundens furorem tuum super Hierusalem?
Et dixit ad me, Iniquitas domus Israel & Iuda, magna est nimis ualde: & repleta est terra san- D
guinibus: & ciuitas repleta est auersione, Dixerunt enim. Dereliquit dominus terram: & dominus
non uidet. Igitur & meus non parcet oculus, neque miserebor. Viam eorum sup caput
eorum reddam. Et ecce uir qui erat indutus lineis, qui habebat atramentarium in dorso suo, respondit
uerbum, dicens. Feci sicut præcepisti mihi.

¶ Visio uiri accipientis prunas è medio rotarum & Cherubim, repetitio uisionis rotarum, animalium, & cherubim. Cap .X.

ET uidi: & ecce in firmamento quod erat super caput cherubim: quasi lapis saphirus: & A
quasi species similitudinis solij, apparuit super ea. Et dixit ad uirum qui indutus erat lineis,
& ait. Ingredere in medio rotarum, quæ sunt subtus cherubim, & imple manum
tuam prunis ignis, quę sunt inter cherubim, & effunde super ciuitatem. Ingressusq; est
in conspectu meo. Cherubim autem stabant à dextris domus, cum ingrederetur uir, & nubes
impleuit atrium interius. Et eleuata est gloria domini desuper cherubim, ad limen domus, &
repleta est domus nube. Et atrium repletum est splendore gloriæ domini, & sonitus alarū cherubim
audiebatur, usq; ad atrium exterius, quasi uox dei omnipotentis loquētis. Cūq; ꝓcepisset B
uiro qui indutus erat lineis, dicens. Sume ignem de medio rotarum, quę sunt inter Cherubim,
ingressus ille, stetit iuxta rotam, Et extendit cherub manum de medio cherubim, ad ignem qui
erat inter cherubim, & sumpsit, & dedit in manus eius, qui indutus erat lineis. Qui accipiens,
egressus ē, Et apparuit in cherubim similitudo manus hoīs, subtus pennas eorū. Et uidi & ecce
quæ-

ce quatuor rotę iuxta Cherubim. Rota vna iuxta Cherub vnum, & rota alia iuxta Cherub vnū
Species aūt rotaꝝ erat q̄ſi viſio lapidis Chryſolithi, & aſpectus eaꝝ ſiſitudo vna quatuor, qua-
ſi ſi ſit rota in medio rotæ. Cumq́ꝫ ambularent, in quatuor partes gradiebant, & non reuerte-
C bant ambulantes, ſed ad locū ad quem ire declinabat, quæ prima erat, ſequebantur & cæteræ,
nec reuertebant. Et omne corpus eaꝝ, & colla, & manus, & pennæ, & circuli plena erant ocu-
lis, in circūitu quatuor rotaꝝ, & rotas iſtas vocauit volubiles, audiente me. Quatuor aūt facies
habebat vnū. Facies vna, facies Cherub: & facies ſecunda, facies hominis: & in tertio, facies leo
nis: & in quarto, facies aquilæ. Et eleuata ſunt Cherubim. Ipſum eſt animal quod videram
iuxta flumen Chobar. Cumq́ꝫ ambularent Cherubim, ibant pariter, & rotæ iuxta ea, & cū ele-
uarent Cherubim alas ſuas, vt exaltarent de terra, non reſidebant rotæ, ſed & ipſæ iuxta erant.
D Stantibus illis ſtabant, & cum eleuatis eleuabant. Spiritus em̄ vitæ erat in eis. Et egreſſa eſt glo
ria Domini à limine templi, & ſtetit ſuper Cherubim. Et eleuantia Cherubim alas ſuas, exal-
tata ſunt à terra coram me, & illis egredientibus, rotæ quoque ſubſecutæ ſunt. Et ſtetit in in-
troitu portæ domus Domini orientalis, & gloria Dei Iſrahel erat ſuper ea. Ipſum eſt animal
quod vidi ſubter Deum Iſrahel, iuxta fluuiū Chobar, & intellexi quod Cherubim eſſent. Qua-
tuor per quatuor vultus vni, & quatuor alæ vni, & ſimilitudo manus hoīs ſub alis eoꝝ. Et ſimi
litudo vultuū eoꝝ, ipſi vultus quos viderā iuxta fluuiū Chobar, & intuitus eoꝝ, & impetus ſin-
guloꝝ ante faciem ſuam ingredi.

¶ Viſio vigintiq́nq́ꝫ viroꝝ per quos terræ deſolationē, & populi diſperſionē intelligit.

Caput XI.

A ET eleuauit me ſpiritus, & introduxit me ad portam domus Domini orientalem, quæ
reſpicit ſolis ortum. Et ecce in introitu portæ vigintiquinq́ꝫ viri. Et vidi in medio eo-
rum Iaaſaniam filiū Azur, & Pheltiam filium Banaiæ, principes populi, dixitq́ꝫ ad me.
Fili hominis, hi ſunt viri qui cogitant iniquitatem, & tractant conſilium peſſimū in
vrbe iſta, dicentes. Nonne dudum ædificatæ ſunt domus? Hæc eſt lebes, non aūt carnes. Idcir-
co vaticinare de his, vaticinare fili hominis. Et irruit in me ſpiritus, & dixit ad me. Loque-
B re. Hæc dicit Dn̄s. Sic locuti eſtis domus Iſrahel, & cogitationes cordis veſtri ego noui. Pluri-
mos occidiſtis in vrbe hac, & impleſtis vias eius interfectis, propterea hæc dicit Dn̄s Deus Iſra
hel. Interfecti veſtri, quos poſuiſtis in medio eius, hi ſunt carnes, & hæc eſt lebes, & educā vos
de medio eius. Gladium metuiſtis, & gladiū inducam ſuper vos, dicit Dn̄s Deus, vt eijciam vos
de medio eius. Daboq́ꝫ vos in manu hoſtium, & faciam in vobis iudicia, gladio cadetis. In fini-
bus Iſrahel iudicabo vos, & ſcietis quia ego Dn̄s. Hæc non erit vobis in lebetem, & vos non
eritis in medio eius in carnes. In finibus Iſrahel iudicabo vos, & ſcietis quia ego Dn̄s: quia in
C præceptis meis non ambulaſtis, & iudicia mea non feciſtis: ſed iuxta iudicia gentiū, quæ in cir
cuitu veſtro ſunt, eſtis operati. Et factū eſt cū prophetarem, Pheltias filius Banaiæ mortu
us eſt. Et cecidi in faciem meā, clamans voce magna, & dixi. Heu, heu, heu, Dn̄e deus, conſum
mationem tu facis reliquiaꝝ Iſrahel? Et factū eſt verbū dn̄i ad me, dicens: Fili hominis, fratres
tui, viri propinqui tui, & omnis domus Iſrahel, vniuerſi q̄bus dixerunt habitatores Hiel̄m, lon
ge recedit à dn̄o, nobis data eſt terra in poſſeſſionem, propterea hæc dicit dn̄s deus. Quia lon
ge feci eos in gentibus, & quia diſperſi eos in terra, ero eis in ſanctificationem modicā, in terris
ad quas venerūt. Propterea loquere. Hæc dicit dn̄s deus. Congregabo vos de populis, & adu-
D nabo de terris in q̄bus diſperſi eſtis, daboq́ꝫ vobis humū Iſrahel, & ingredient illuc, & auferent
om̄es offenſiones, cunctasq́ꝫ abominationes eius de illa. Et dabo eis cor vnū, & ſpiritū nouum
tribuam in viſceribus eoꝝ. Et auferam cor lapideū de carne eoꝝ, & dabo eis cor carneū, vt in Infra.36.d
præceptis meis ambulent, & iudicia mea cuſtodiant, faciantq́ꝫ ea, & ſint mihi in populū, & ego
ſim eis in deū. Quoꝝ aūt cor poſt offendicula, & abominationes ſuas ambulat, hoꝝ viā in ca-
pite ſuo ponam, dicit dn̄s deus. Et eleuauerūt Cherubim alas ſuas, & rotæ cū eis, & gloria dei
Iſrahel erat ſuper ea. Et aſcendit gloria dn̄i de medio ciuitatis, ſtetitq́ꝫ ſuper montem, q̄ eſt ad
orientem vrbis. Et ſpūs leuauit me, adduxitq́ꝫ in Chaldęam, ad tranſmigrationē, in viſione, in
ſpiritu dei. Et ſublata eſt à me viſio quam viderā. Et locutus ſum ad tranſmigrationem om̄ia
verba domini, quæ oſtenderat mihi.

¶ Tranſmigrationem Iudæ prædicit.   Ca. XII.

A ET factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili hominis, in medio domus exaſperantis
tu habitas, qui oculos habent ad videndū, & non vident, & aures ad audiendū, & non
audiunt: quia domus exaſperans eſt. Tu ergo fili hominis fac tibi vaſa tranſmigratōis,
& tranſmigrabis per diem coram eis. Tranſmigrabis autem de loco tuo, ad locum al-
terum, in conſpectu eorum, ſi forte aſpiciant, quia domus exaſperans eſt. Et efferes foras vaſa
tua, quaſi vaſa tranſmigrantis per diem in conſpectu eoꝝ. Tu autem egredieris veſpere corā
eis, ſicut egreditur migrans ante oculos eoꝝ. Perfode tibi parietem, & egredieris per eū, in cō-
ſpectu eoꝝ. In humeris portaberis, in caligine effereris. Faciē tuā velabis, & non videbis ter-
ram

ram: quia portentū dedi te domui Israhel. Feci ergo sicut præceperat mihi dñs. Vasa mea pro
tuli, quasi vasa transmigrantis per diem, & vespere perfodi mihi parietem manu, & in caligine
egressus sum, & in humeris portatus, in conspectu eoꝝ. Et factus est sermo dñi mane ad me,
dicens Fili hoīs nunqd non dixerūt ad te domus Israhel, domus exasperans, qd tu facis? Dic ad C
eos. Hæc dicit dñs deus. Super ducem onus istud, q est in Hierusalē, & super omnem domū Isra
hel, quæ est in medio eoꝝ. Dic ego portentū vestrū. Quō feci, sic fiet illis. In transmigrationē
& ī captiuitatē ibūt, & dux q est in medio eoꝝ, in humeris portabit, in caligine egredieť. Parie
tem perfodient, vt educant eū, facies eius operieť, vt non videat oculo terram. Et extendā re- D
te meū super eū, & capieť in sagena mea. Et adducā eum in Babylonem, in terrā Chaldæoꝝ, &
ipsam non videbit, ibiq́ꝫ morieť, & omnes q circa eū sunt. Præsidiū eius, & agmina eius disper-
gam in omnem ventū, & gladiū euaginabo post eos. Et scient quia ego dñs, quando disperse-
rō illos in gentibus, & disseminauero eos in terris. Et relinquā ex eis viros paucos, à gladio, &
fame, & pestilentia: vt narrent omnia scelera eoꝝ in gentibus, ad quas ingredienť. Et scient qa E
ego dñs. Et factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis, panem tuū in conturbatione
comede: sed & aquā tuā in festinatione & mœrore bibe, & dices ad populū terræ. Hæc dicit do
minus deus, ad eos q habitant in Hierusalem, in terra Israhel. Panem suum in solitudine come-
dent, & aquam suam in desolatione bibent, vt desoleť terra à multitudine sua, propter iniqui-
tates omnium q habitant in ea, & ciuitates q̄ nunc habitantur desolatæ erunt, terraq́ꝫ deserta.
2.Pet.3.f Et scietis, quia ego dominus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, quod F
est prouerbium istud in terra Israhel, dicentium, in longum differenť dies, & peribit omnis vi-
sio? Ideo dic ad eos. Hæc dicit dominus deus. Quiescere faciam prouerbium istud, neq; vulgo
dicetur vltra in Israhel. Et loquere ad eos, qđ appropinquauerint dies & sermo oīs visiōis. Nō
eñi erit vltra oīs visio cassa, neqꝫ diuinatio ambigua in medio filioꝝ Israhel: quia ego dominus
loquar, & quodcunqꝫ locutus fuero verbum, fiet. Non prolongabitur amplius: sed in diebus G
vestris domus exasperans, loquar verbum, & faciam illud, dicit Dominus Deus. Et factus est
sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, ecce domus Israhel, dicentium: Visio quam hic vi-
det in dies multos, & in tempora longa iste prophetat. Propterea dic ad eos. Hæc dicit Domi
nus Deus. Non prolongabitur vltra omnis sermo meus. Verbum quod locutus fuero, comple
bitur, dicit Dominus Deus.

¶Sermo Domini in falsos prophetas. Capút XIII.

ET factus est sermo domini ad me, dicēs: Fili hominis, vaticinare ad prophetas Israhel, A
qui prophetant, & dices prophetantibus de corde suo. Audite verbum domini, hæc
dicit dominus deus: Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spūm suum, & nihil vi- 14.q.1.ca.
Heb. in ruptura dent. Quasi vulpes in desertis prophetæ tui Israhel erant. Non ascendistis * ex aduer- 41.dist.ca.s.
Heb. sepem. so, neqꝫ opposuistis * murum pro domo Israhel, vt staretis in prælio in die domini. Vident va saluator.
na, & diuinant mendaciū, dicentes, ait Dominus, cum Dominus non miserit eos, & perseuera-
uerunt confirmare sermonem. Nunqd non visionem cassam vidistis, & diuinationem menda
cem locuti estis? & dicitis, ait Dñs, cum ego non sim locutus. Propterea hæc dicit Dñs Deus,
Quia locuti estis vana, & vidistis mendacium: ideo ecce ego ad vos, ait Dominus, & erit manus
mea super prophetas, q vident vana, & diuinant mendaciū. In consilio populi mei non erunt B
Heb. solū sic le & in scriptura domus Israhel non scribenť, nec in terram Israhel ingredienť: & scietis qa ego 46.dist.c.s.
gūt hic pax. Dominus Deus. Eo quod deceperint populū meum, dicentes: * Pax, pax, & non est pax, & ipse cui nōnulli.
Heb. sine su mage ædificabat parietem, illi aūt liniebant eum * luto absqꝫ paleis. Dic ad eos q liniunt absqꝫ tempe
He. grandi ratura, quod casurus sit. Erit eñi imber inundans, & dabo lapides * pergrandes, & desuper irru
nis magnæ entes, & ventū procellæ dissipantem. Siqdem, ecce cecidit paries. Nunqd non diceť vobis, vbi
est litura quam linistis? Propterea hæc dicit Dominus Deus. Et erumpere faciam spiritū tem- C
pestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit, & lapides grandes in ira
in consummationem. Et destruam parietem quem linistis absqꝫ temperamēto, & adæquabo
eum terræ, & reuelabitur fundamentum eius, & cadet, & consumetur in medio eius, & scietis
quia ego sum Dominus. Et complebo indignationem meam in pariete, & in his q liniūt eum
absqꝫ temperamento, dicamq́ꝫ vobis. Non est paries, & non sunt q liniunt eum, propheta Isra
hel, qui prophetant ad Hierusalem: & vident ei visionem pacis, & non est pax, ait Dominus
Deus. Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de corde D
suo, & vaticinare super eas, & dic. Hæc dicit Dominus Deus. Væ quę consuūt puluillos sub 11.q.3.ca. ple
omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis, ad capiendas animas. Et rūque.
cum caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum, & violabant me ad populū meū
propter pugillum hordei, & fragmentum panis, vt interficerent animas, quæ non moriunť, &
viuificarent animas, quæ non viuūt, mentiētes populo meo, credenti mendacijs. Propter hoc
hæc dicit Dominus Deus. Ecce ego ad puluillos vestros, qbus vos capitis animas volantes, &
dirumpam eos de brachijs vestris, & dimittam animas quas vos capitis, animas ad volandum.

Et di-

Et dirumpam ceruicalia veſtra,& liberabo populum meum de manu veſtra,neq; erũt vltra in
manibus veſtris ad prædandũ. Et ſcietis quia ego dñs. Pro eo quod mœrore feciſtis cor iuſti
mendaciter,quem ego non contriſtaui,& cõfortaſtis manus impij, vt non reuerteref à via ſua
mala,& viueret,propterea vana non videbitis,& diuinatões non diuinabitis amplius, & eruã
populum meum de manu veſtra,& ſcietis quia ego dominus.

¶Ob peccata Dominus populo verbum ſuum denegat.

Caput .XIIII.

A ET venerũt ad me viri ſeniorũ Iſrahel,& ſederũt corã me. Et factus eſt ſermo domini ad
me dicens: Fili hoīs,viri iſti * poſuerunt immunditias ſuas in cordibus ſuis, & ſcanda
lum iniqtatis ſuæ ſtatuerũt contra faciem ſuam. Nunqd interrogatus rñdebo eis. Pro
pter hoc loquere eis,& dices ad eos: Hæc dicit dñs deus. Homo,homo,de domo Iſra-
hel,q poſuerit immunditias ſuas in corde ſuo,& ſcandalũ iniquitatis ſuæ ſtatuerit contra faciẽ
ſuam, & venerit ad prophetã,interrogans per eum me,ego dñs reſpondebo ei in multitudi-
ne immunditiarũ ſuarũ,vt capiatur domus Iſrahel in corde ſuo, quo receſſerunt à me,in cũctis
B Idolis ſuis. Propterea dic ad domũ Iſrahel. Hæc dicit dñs deus. Conuertimini,& recedite ab
Idolis veſtris,& ab vniuerſis contaminationibus veſtris,auertite facies veſtras. Quia homo,ho
mo,de domo Iſrahel,& de proſelithis,quicũq; aduena fuerit in Iſrahel,ſi alienatus fuerit à me,
& poſuerit Idola ſua,in corde ſuo,& ſcandalũ iniquitatis ſuæ ſtatuerit contra faciem ſuam, &
C venerit ad prophetam,vt interroget per eum me, ego dñs reſpondebo ei per me,& ponam fa
ciem meam ſuper hominem illũ,& faciam eum in exemplũ,& in prouerbiũ,& diſperdam eum
de medio populi mei. Et ſcietis quia ego dñs. Et propheta cũ errauerit,& locutus fuerit ver-
bum,ego dñs decepi prophetam illũ. Et extendã manũ meam ſuper illũ,& delebo illũ de me-
dio populi mei Iſrahel,& portabit iniqtatem ſuam. Iuxta iniquitatem interrogantis,ſic iniqtas
prophetæ erit,vt non erret vltra domus Iſrahel à me,neq; polluaf in vniuerſis præuaricatio-
D nibus ſuis,ſed ſit mihi in populũ,& ego ſim eis in deũ,ait dñs exercituum. Et factus eſt ſermo
domini ad me,dicens: Fili hominis,terra cum peccauerit mihi,vt præuaricef præuaricans, ex-
tendam manũ meã ſuper eam,& conteram virgam panis eius,& immittã in eam famem,& in-
terficiam de ea hoiem & iumentũ. Et ſi fuerint tres viri iſti in medio eius, Noe,Daniel,& Iob,
ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas,ait dñs exercituũ. Quod & ſi beſtias peſſimas induxero
E ſuper terrã,vt * vaſtem eam,& fuerit inuia,eo φ non ſit pertranſiens propter beſtias, tres viri
iſti ſi fuerint in ea,viuo ego dicit dñs deus: quia nec filios,nec filias liberabunt, ſed ipſi ſoli libe
rabunf,terra aũt deſolabif. Vel ſi gladium induxero ſuper terram illam, & dixero gladio trãſi
per terram, & interfecero de ea hominem, & iumentũ, & tres viri iſti fuerint in medio eius,
F viuo ego dicit dñs deus,non liberabunt filios,neq; filias,ſed ipſi ſoli liberabunf. Si aũt & peſti-
lentiam immiſero ſuper terram illam,& effudero indignationem meam ſuper eam in ſangui-
ne,vt auferam ex ea hominem & iumentũ,& Noe,& Daniel,& Iob fuerint in medio eius,viuo
ego dicit Dñs Deus,quia filium & filiam non liberabunt,ſed ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas
G ſuas. Quoniam hæc dicit dñs,quod & ſi quatuor iudicia mea peſſima,gladiũ & famem, ac be-
ſtias malas,& peſtilentiam immiſero in Hieruſalem,vt interficiam de ea hominẽ & pecus, ta-
men relinquef in ea ſaluatio educentium filios & filias. Ecce ipſi egredienf ad vos, & videbitis
viam eorũ,& conſolabimini ſuper malo quod induxi in Hieruſalem,in omnibus quæ importa
ui ſuper eam,& conſolabunf vos,cum videritis viam eorũ,& adinuentiones eorũ,& cognoſce
tis φ non fruſtra fecerim omnia quæ feci in ea,ait dominus deus.

[margin: me, fecerunt aſcẽdere idola ſua in cor ſuum]
[margin: V.q.2.ca. in præſenti]
[margin: Roma.14 Gala.6. Supra.4.d Supra.5.d.]
[margin: Heb. vaſtauerit uel orbauerit]

¶Contra Hieruſalem vitem infructuoſam.

Caput XV.

A ET factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili hominis quid fiet de ligno vitis,ex omni
bus lignis nemorũ,quæ ſunt inter ligna ſyluarũ? Nunquid tolletur de ea lignum vt fiat
opus,aut fabricabitur de ea paxillus,vt dependeat in eo quodcunq; vas? Ecce igni da-
tum eſt in eſcã,vtrãq; partem eius conſumpſit ignis,& medietas eius *redacta eſt in fa
uillam. Nunquid vtile erit ad opus? Etiam cum eſſet integrum,non erat aptum ad opus,quã-
B to magis cũ illud ignis deuorauerit,& combuſſerit,nihil ex eo fiet operis, propterea hæc dicit
dñs deus. Quomodo lignum vitis inter ligna ſyluarũ,quod dedi igni ad deuorandũ,ſic tradam
habitatores Hieruſalem,& ponam faciem meam in eos. De igne egredienf, & ignis conſumet
eos. Et ſcietis quia ego dñs cum poſuero faciem meã in eos,& dedero terram inuiam, & deſo-
latam,eo φ præuaricatores extiterint, dicit dominus deus.

[margin: Heb. aruſta eſt (ab igne)]

¶Egregia deſcriptio fornicatricis Hieruſalem.

Caput XVI.

A ET factus eſt ſermo dñi ad me,dicẽs: Fili hoīs,notas fac Hierlm abominatões ſuas, & di
ces: Hæc dicit dñs deus Hierlm: *Radix tua,& gñtio tua de terra Chanaan,pr̃ tuus Am
morrçus,& mr̃ tua Cethæa. Et qñ nata es,in die ortus tui nõ eſt pciſus vmbilicus tuus,
& in

[margin: Heb. commoratio.]

Hebr. leni- & in aqua non es lota in * salutē, nec sale salita, nec inuoluta pannis. Non pepercit super te ocu
mentum lus meus, vt faceret tibi vnum de his, misertus tui, sed proiecta es super faciem terræ in abiectio
Infra eodem. ne animæ tuæ, in die qua nata es. Transiens autē per te, vidi te conculcari in sanguine tuo. Et
dixi tibi cum esses in sanguine tuo, viue. Dixi, inquam, tibi, in sanguine tuo, viue. Multiplicatā
quasi germen agri dedi te, multiplicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & peruenisti ad mū
dum muliebrem. Vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit, & eras nuda, & confusione
plena, & transiui per te, & vidi te, & ecce tempus tuum, tempus amantium. Et expandi amictū
meum super te, & operui ignominiam tuam. Et iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait B
Heb. taxo. Dominus Deus. Et facta es mihi, & laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te, & vnxi
Heb. veste te oleo, & vestiui te discoloribus, & calciaui te * hyacintho, & cinxi te bysso, & indui te * subti-
serica libus, & ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collū tuum, &
dedi inaurem super os tuū, & circulos naribus tuis, & coronam decoris in capite tuo. Et orna-
ta es auro & argento, & vestita es bysso, & polimito, & multis coloribus. Similam, & mel, &
oleum comedisti, & decora facta es vehementer nimis. Et profecisti in regnum, & egressum
est nomen tuū in gentes, propter speciem tuam, quia perfecta eras in decore meo, quem po-
sueram super te, dicit Dominus Deus. Et habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in
He. tuis & nomine tuo, & exposuisti fornicationem tuā omni transeunti, vt eius fieres. Et sumens de ve-
in multis ita stimentis * meis, fecisti tibi excelsa, hincinde consuta, & fornicata es super eis, sicut non est fa- C
habes exem- ctum neq; futurū est. Et tulisti vasa decoris tui de auro meo, & argento meo, quæ dedi tibi, &
plaribus etiā fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis, & assumpsisti vestimenta tua multicolo-
hunis. ria, & operuisti illas. Et oleū meū, & thymiama meū posuisti coram eis, & panem meum, quē
dedi tibi, similam, & oleū, & mel, quibus enutriui te, posuisti in conspectu eorum, in odorem
suauitatis. Et factū est (ait Dñs Deus) & tulisti filios tuos, & filias tuas, quas generasti mihi, &
immolasti eis ad deuorandum. Nunquid parua est fornicatio tua? Immolasti filios meos, &
dedisti illos, consecrans eis. Et post omnes abominationes tuas & fornicationes, non es recor-
data dierum adolescentiæ tuæ, quando eras nuda, confusione plena, conculcata in sanguine de coll. fift.
tuo. Et accidit post omnem malitiam tuam, væ, væ tibi, ait dominus deus. Et ædificasti tibi lu sec. Nunquid.
panar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis. Ad omne caput viæ ædificasti signū pro-
stitutionis tuæ, & abominabilem fecisti decorem tuum. Et diuisisti pedes tuos omni transeun
ti, & multiplicasti omnes fornicationes tuas. Et fornicata es cū filijs Aegypti, vicinis tuis ma-
gnarum carnium, & multiplicasti fornicationem tuam ad irritādum me. Ecce ego extendam
manum meam super te, & auferam iustificationem tuam. Et dabo te in animas odientium te fi D
liarum palæstinarum, quæ erubescunt in via tua scelerata. Et fornicata es in filijs Assyriorū, eo
quod necdum fueris expleta. Et postquam fornicata es, nec sic es satiata, & multiplicasti forni-
cationem tuam in terra Chanaan, cum Chaldęis, & nec sic satiata es. In quo mundabo cor tu-
um, ait dominus deus, cū facias omnia hæc opera mulieris meretricis, & procacis? quia fabrica-
sti lupanar tuū in capite omnis viæ, & excelsum tuum fecisti in omni platea. Nec facta es quasi
meretrix, fastidio augens pretium, sed quasi mulier adultera, quæ super virum suū inducit alie-
nos. Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu aūt dedisti mercedes cūctis amatoribus tuis,
& dona donabas eis, vt intrarent ad te vndiq;, ad fornicandū tecum. Factumq; est in te contra
consuetudinem mulierū, in fornicationibus tuis, & post te nō erit fornicatio. In eo enim quod
dedisti mercedes, & mercedes non accepisti. Factū est in te contrariū. Propterea meretrix au-
di verbū dñi. Hæc dicit dominus deus. Quia effusum est æs tuū, & reuelata est ignominia tua
in fornicationibus tuis, super amatores tuos, & super Idola abominationū tuarū, in sanguine fi
liorū tuorū quos dedisti eis, ecce ego congregabo omnes amatores tuos, qbus commixta es,
& omnes quos dilexisti, cū vniuersis quos oderas. Et congregabo eos super te vndiq;, & nuda E
bo ignominiam tuam coram eis, & videbūt omnem turpitudinem tuam, & iudicabo te iudi-
cijs adulterarū & effundentiū sanguinem. Et dabo te in sanguinem furoris, & zeli, & dabo te
in manus eorū. Et destruent lupanar tuū, & demolient prostibulū tuum, & denudabūt te vesti-
mentis tuis, vt auferant vasa decoris tui, & derelinquent te nudam, plenamq; ignominia, & ad-
ducent super te multitudinem. Et lapidabūt te lapidibus, & trucidabunt te gladijs suis. Et com
burent domos tuas igni, & facient in te iudicia in oculis mulierū plurimarum. Et desines forni-
4. Reg. 24. cari, & mercedes vltra non dabis. Et requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à
te, & quiescam, nec irascar amplius, eo quod non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, &
prouocasti me in omnibus his. Quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi (ait dominus de
us) & non feci iuxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis. Ecce omnis qui dicit vulgo
Supra eodem prouerbiū, in te assumet illud, dicens: Sicut mater, ita & filia eius. Filia matris tuę es tu, quæ pro F
iecit virū suum, & filios suos, & soror sororū tuarū, quæ proiecerunt viros suos, & filios suos.
Mater vestra Cethæa, & pater vester Amorræus, & soror tua maior Samaria, ipsa & filiæ eius
quæ habitant ad sinistram tuā. Soror autem tua minor te, quæ habitat à dextris tuis Sodoma

& filiæ eius, Sed nec in vijs earum ambulasti, neq; secundum scelera earum fecisti. * Pauxillū minus pene sceleratiora fecisti illis, in omnibus vijs tuis. Viuo ego, dicit dominus deus, quia non fecit Sodoma soror tua, ipsa & filiæ eius, sicut fecisti tu, & filiæ tuæ. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarū eius, & manum egeno & pauperi non porrigebant, & eleuatæ sunt, & fecerunt abominationes coram me, & abstuli eas sicut vidisti. Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, sed vicisti eas sceleribus tuis, & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis, quas operata es. Ergo & tu porta confusionem tuam, quæ fecisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratius agens ab eis. Iustificatæ sunt enī à te: Ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quæ iustificasti sorores tuas, & conuertam restituens eas conuersione Sodomorum cum filiabus suis, & conuersione Samariæ, & filiarum eius. Et conuertam reuersio-

G nem tuam in medio earum, vt portes ignominiam tuam, & confundaris in omnibus quæ fecisti, consolans eas. Et soror tua Sodoma, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam, & Samaria & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam, & tu, & filiæ tuæ reuertimini ad antiquitatem vestram. Non fuit autē Sodoma soror tua audita in ore tuo, & in die superbiæ tuæ, antequam reuelaretur malitia tua, sicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarum Palestinarum, quæ ambiunt te per gyrum. Scelus tuum, & ignominiam tuam tu portasti, ait dominus deus. Quia hæc dicit dominus deus. Et faciam tibi sicut despexisti iuramentum, vt irritum faceres pactum, & recordabor ego pacti mei tecū, in diebus adolescentiæ tuæ, & suscitabo tibi pactum meum sempiternum. Et recordaberis viarum tuarum, & confunderis, cum receperes sorores tuas te maiores, cū minoribus tuis. Et dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo, & suscitabo ego pactum meū tecum. Et scias quia ego dominus, vt recorderis, & confundaris, & non sit tibi vltra aperire os, præ cōfusione tua, cum placatus tibi fuero, in omnibus quæ fecisti, ait dominus deus.

¶ Prædicit regem Babylonis vastaturum Hierusalem, eiusq; regem abducturum, prophetat de Christo. Cap. XVII.

A ET factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis, propone ænigma, & narra parabolam ad domum Israel, & dices, Hæc dicit dominus deus: Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate, venit ad Libanū, & tulit * medullam cedri. Summitatem frondium eius auulsit, & transportauit eam in terram Chanaan, in vrbe negotiatorum posuit illam. Et tulit de semine terræ, & posuit il-

B lud in terra pro semine, vt firmaret radicē super aquas multas. In superficie posuit illud. Cūq; illud germinasset, creuit in vineam latiorē, humili statura respicientibus ramis eius ad eam, & radices eius sub illa erant. Facta est ergo vinea, & fructificauit in palmites, & emisit propagines. Et facta est aquila altera grandis, magnis alis, multisq; plumis. Et ecce vinea ista * quasi

C mittens radices suas ad eam, palmites suos extendit ad illam, vt irrigaret eam, de areolis germinis sui. In terra bona super aquas multas plantata est, vt faciat frondes, & portet fructum, vt sit in vineam grādem. Dic hæc, dicit dominus deus, Ergo ne prosperabitur? Nōne radices eius euellet, & fructus eius distringet, & siccabit omnes palmites germinis eius, & arescet, & non in brachio grandi, neq; in populo multo, vt euelleret eam radicitus? Ecce plantata est,

D Ergo prosperabitur? Nonne cum tetigerit eam ventus vrens, siccabitur, & in areis germinis

E sui arescet? Et factum est verbum domini ad me, dicens: Dic ad domum exasperantem, nescitis quid ista significent? Dic: Ecce veniet rex Babylonis in Hierusalem, & assumet regem & principes eius, & adducet eos ad semetipsum in Babylonē, & tollet de semine regni, ferietq; cum eo fœdus, & ab eo accipiet iusiurandum. Sed & fortes terræ tollet, vt sit regnum humile

E & non eleuetur, sed custodiat pactum eius, & seruet illud. Qui recedens ab eo, misit nuntios ad Aegyptum, vt daret sibi equos, & populum multum. Nunquid prosperabitur, vel consequetur salutem, qui fecit hæc? Et qui dissoluit pactum, nunquid effugiet? Viuo ego (dicit dominus deus) quoniā in loco regis qui constituit eum regem, cuius fecit irritū iuramentum, & soluit pactum quod habebat cū eo, in medio Babylonis morietur. Et non in exercitu grandi

F neq; in populo multo faciet contra eū Pharao prælium, in iactu aggeris, & in extructiōe vallorum, vt interficiat animas multas. Spreuerat enī iuramentum, vt solueret fœdus, & ecce dedit manum suam: Et cum omnia hæc fecerit, non effugiet. Propterea hæc dicit dn̄s deus. Viuo ego, quoniā iuramentum quod spreuit, & fœdus quod præuaricatus est, ponam in caput eius. Et expandā super eū rete meū, & comprehendetur in sagena mea, & adducā eū in Baby

G lonē, & iudicabo eū in præuaricatiōe, qua despexit me, & oēs profugi eius cū vniuerso agmine suo gladio cadent. Residui aūt in omnē ventū dispergentur, & scietis quia ego dn̄s locutus sum. Hæc dicit dn̄s deus. Et sumā ego de medulla cedri sublimis, & ponā de vertice ramorum eius teneræ, distringā, & plantabo super montē excelsum, & eminentē in monte sublimi Israel plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructū, & erit in cedrū magnā, & habitabūt

Hic multi le gunt, paulo minus, &c.

Gene. 19.

Heb. altum ramū. Caput nouellarum plantationū eius, &c.

Heb. colligebat radi. &c.

sub ea oẽs volucres,& vniuersum volatile sub vmbra frondiũ eius nidificabit. Et scient omnia
ligna regionis,quia ego dñs humiliaui lignũ sublime,& exaltaui lignũ humile,& siccaui lignũ
viride,& frondere feci lignum aridum. Ego dominus locutus sum & feci.

¶ Vnumquemq; iuxta proprij operis ratione vere iudicandũ. Cap. XVIII.

Hiere.31.e ET factus est sermo domini ad me,dicens:Quid est quod inter vos parabolã vertitis, A
in prouerbiũ istud,in terra Israel,dicentes:patres comederunt vuam acerbã,& den-
tes filiorum obstupescunt:Viuo ego,dicit dominus deus,si erit vltra vobis parabola
hæc in prouerbiũ in Israel. Ecce omnes animæ meæ sunt. Vt anima patris,ita & ani-
ma filij mea est,Anima quæ peccauerit,ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus,& fecerit iudiciũ
& iustitiã,in montibus non comederit,& oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel,& B
vxorẽ proximi sui non violauerit,& ad mulierem menstruatã non accesserit, & hominẽ nõ
contristauerit,pignus debitori reddiderit,per vim nihil rapuerit,panem suum esurienti dede 14.4.f.[illegible]
rit,& nudũ operuerit vestimento,ad vsuram non commodauerit,& amplius non acceperit, [illegible]
ab iniquitate auerterit manum suã,& iudicium verũ fecerit inter virum & virum,& in præce-
ptis meis ambulauerit,& iudicia mea custodierit,vt faciat veritatẽ,hic iustus est. Vita viuet,
He.[illegible] ait dominus deus. Quod si genuerit filiũ * latronem,effundentem sanguinem,& fecerit vnũ
de istis,& hæc quidẽ omnia non facientem,sed in montibus comedentem,& vxorem proxi C
mi sui polluentẽ,egenum & pauperem contristantem,rapientẽ rapinas,pignus nõ redden-
tem,& ad idola leuantem oculos suos,abominationem facientem,ad vsuram dantem,& am
plius accipientem,nunquid viuet? Non viuet. Cũ vniuersa hæc detestanda fecerit,morte mo
rietur. Sanguis eius in ipso erit. Quod si genuerit filiũ,qui vidẽs omnia peccata patris sui quæ
fecit,timuerit,& non fecerit simile eis,super montes nõ comederit,& oculos suos non leua-
uerit ad idola domus Israel,& vxorem proximi sui non violauerit,& virum nõ cõtristauerit, D
pignus non retinuerit,& rapinam non rapuerit,panem suum esurienti dederit,& nudũ ope-
ruerit vestimento, à pauperis iniuria auerterit manum suam, vsuram & superabundantiam
non acceperit,& iudicia mea fecerit,& in præceptis meis ambulauerit, hic non morietur in 14.4.[illegible]
iniquitate patris sui,sed vita viuet. Pater eius,quia calumniatus est,& vim fecerit fratri,& ma [illegible]
Deut.24.c lum operatus est in medio populi,ecce mortuus est in iniquitate sua. Et dicitis:Quare nõ por
4.Reg.14.b tabit filius iniquitatẽ patris sui? Videlicet quia filius iudiciũ & iustitiã operatus est,omnia præ
cepta mea custodiuit,& fecit illa,viuet vita. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius E
non portabit iniquitatẽ patris,& pater non portabit iniquitatẽ filij. Iustitia iusti super eũ erit
& impietas impij erit super eũ. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis su-
is,quæ operatus est,& custodierit omnia præcepta mea,& fecerit iudiciũ & iustitiam,vita vi
uet,& non morietur. Omniũ iniquitatum eius quas operatus est,non recordabor. In iustitia [illegible]
sua,quã operatus est,viuet. Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit dominus deus,&
nõ vt conuertatur à vijs suis,& viuat? Si autẽ auerterit se iustus à iustitia sua,& fecerit iniquitatẽ
secundum omnes abominationes,quas operari solet impius,nunquid viuet? Omnes iustitiæ F
eius quas fecerit,nõ recordabũtur. In præuaricatione qua præuaricatus est,& in peccato suo
quod peccauit,in ipsis morietur. Et dixistis:Nõ est æqua via domini. Audite ergo domus Is-
rael. Nunquid via mea nõ est æqua,& non magis viæ vestræ prauæ sunt? Cum enim auerterit
se iustus à iustitia sua,& fecerit iniquitatem,morietur in eis:In iniustitia quã operatus est,mo
rietur. Et cũ auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est,& fecerit iudicium & iu-
stitiam,ipse animã suam viuificabit. Considerans enim,& auertens se ab omnibus iniquitati- G
bus suis,quas operatus est,vita viuet,& nõ morietur. Et dicunt filij Israel:Nõ est æqua via do-
mini. Nunquid viæ meæ nõ sunt æquæ domus Israel,& nõ magis viæ vestræ prauæ? Idcirco
vnumquẽq; iuxta vias suas iudicabo. Domus Israel,ait dñs deus:Cõuertimini & agite pœni-
tentiã ab omnibus iniquitatibus vestris,& nõ erit vobis in ruinã iniquitas. Proiicite à vobis
oẽs iniquitates vestras,in qbus præuaricati estis,& facite vobis cor nouũ,& spiritũ nouũ. Et quare [illegible]
moriemini domus Israel? Quia nolo mortẽ morientis(dicit dñs deus)reuertimini, & viuite.

¶ Captiuitas Ioachim,Iechoniæ,& filij Ioachim,per leunculos & le-
onem significatorum. Cap. XIX.

ET tu fili hominis assume planctũ super principes Israel,& dices:quare mater tua leæ- A
na inter leones cubauit? In medio leunculorũ enutriuit catulos suos. Et eduxit vnum
de leunculis suis,leo factus est,& didicit capere prædã,hominẽq; comedere. Et audi
He.in reti eo erunt de eo gentes,& * nõ absq; vulneribus suis ceperunt eum,& adduxerunt eum
rũ captus est in catenis in terram Aegypti. Quæ cum vidisset, quoniam * infirmata est,& perijt expectatio B
Hebr.in spe eius,tulit vnũ de leunculis suis,leonem constituit eũ,qui incedebat inter leones. Et factus est
sua. leo,& didicit prædã capere,& homines deuorare,didicit viduas facere,& ciuitates earũ in de
sertũ adducere,& desolata est terra,& plenitudo eius à voce rugitus illius. Et conuenerunt
Heb. In reti aduersus eũ gentes,vndiq; de prouincijs,& expanderunt super eum rete suum, *In vulne- C
ribus

nibus earum captus est,& miserunt eum in caueam. In catenis adduxerunt eum ad regem
Babylonis,miseruntq́; eum in carcerem,ne audiretur vox eius vltra super montes Israel. Ma
ter tua quasi vinea in sanguine tuo,super aquam plantata est.Fructus eius & frondes eius cre-
D uerunt ex aquis multis,& factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra dominantiũ,& exaltata est sta
tura eius inter frondes.Et vidit altitudinem suam in multitudine palmitũ suorum,& euulsa
est in ira,in terramq́; proiecta,& ventus vrens siccauit fructum eius,marcuerunt & arefactæ
sunt virgæ roboris eius. Ignis comedit eam. Et nunc transplantata est in desertũ in terra
inuia & sitienti,& egressus est ignis de virga ramorum eius qui fructum eius comedit,& non
fuit in ea virga fortis,sceptrum dominantium.Planctus est,& erit in planctum.

¶Rennuit dominus respondere rogantibus,ob eorum peccata,& idololatriæ impietatem. Cap. XX.

A ET factum est in anno septimo,in quinto,in decima mensis,venerunt viri de seniori-
bus Israel,vt interrogarent dominum,& sederunt coram me.Et factus est sermo do
mini ad me,dicens:Fili hominis loquere senioribus Israel,& dices ad eos: Hæc dicit Heb. quam
dominus deus:Nunquid ad interrogandũ me vos venistis? Viuo ego,quia non *res-
pondebo vobis,ait dominus deus,si iudicas fili hominis,abominationes patrum eorũ osten
de eis,& dices ad eos:Hæc dicit dominus deus.In die qua elegi Israel,& leuaui manum meã He. notus erã
pro stirpe domus Iacob,& *apparui eis in terra Aegypti,& leuaui manum meam pro eis,di-
cens:Ego dominus deus vester,in die illa leuaui manum meam pro eis,vt educerem eos de Heb. inuesti-
terra Aegypti,in terram quam *prouideram eis,fluentem lacte & melle,quæ est egregia in- gaueram
ter omnes terras. Et dixi ad eos:Vnusquisq; offensiones oculorum suorũ abiiciat,& in ido
B lis Aegypti nolite pollui.Ego dominus deus vester,Et irritauerunt me,nolueruntq́; me au-
dire.Vnusquisq; abominationes oculorum suorum non proiecit,nec idola Aegypti relique- Inf. eodem
runt.Et dixi,vt effunderem indignationem meam super eos,& implerem iram meam in eis,
in medio terræ Aegypti.Et feci propter nomen meum,vt non violaretur coram gẽtibus in He. Eduxi
quarũ medio erãt,& inter quas apparui eis,vt educerẽ eos de terra Aegypti.* Eieci ergo eos Exod. 20. b
de terra Aegypti,& eduxi eos in desertũ.& dedi eis præcepta mea,& iudicia mea ostendi eis, 31. c
quæ faciens homo,viuet in eis.Insuper & sabbata mea dedi eis,vt esset signũ inter me & eos,
& scirent quia ego dominus sanctificans eos.Et irritauerũt me domus Israel in deserto,in pręc Exo. 16. f
ceptis meis non ambulauerunt,& iudicia mea proiecerunt,quæ faciens homo,viuet in eis,&
C sabbata mea violauerunt vehementer. Dixi ergo vt effunderem furorem meum super eos Sup. Inf. eo.
in deserto,& consumerem eos. Et feci propter nomen meum,ne violaretur coram genti-
bus,de quibus eieci eos in conspectu earum. Ego igitur leuaui manum meam super eos in
deserto,ne inducerem eos in terram quam dedi eis,fluentem lacte & melle,præcipuam ter-
rarum omnium,quia iudicia mea proiecerunt,& in præceptis meis non ambulauerũt,& sab
bata mea violauerunt.Post idola enĩ cor eorum gradiebatur.Et pepercit oculus meus super
eos,vt non interficerem eos,nec consumpsi eos in deserto. Dixi autem ad filios eorum in so
litudine.In præceptis patrum vestrorum nolite incedere,nec iudicia eorum custodiatis,nec
in idolis eorum polluamini.Ego dominus deus vester.In pręceptis meis ambulate,& iudicia
mea custodite,& facite ea,& sabbata mea sanctificate,vt sit signum inter me,& vos,& sciatis
D quia ego sum dominus deus vester.Et acerbauerunt me filij,& in præceptis meis nõ ambula
uerunt,& iudicia mea non custodierunt,vt facerent ea,quæ cum fecerit homo,viuet in eis.
Et sabbata mea violauerunt.Et comminatus sum,vt effunderem furorem meũ super eos,& Sup. eodem
implerem iram meam in eis in deserto.Auerti autem manum meã,& feci propter nomẽ me-
um,vt non violaretur coram gentibus,de quibus eieci eos in oculis earum.Iterum leuaui ma
nũ meã in eos,in solitudine,vt dispergerem illos in nationes,& ventilarem in terras,eo q iu
dicia mea non fecissent,& præcepta mea reprobassent,& sabbata mea violassent,& post ido
la patrum suorũ fuissent oculi eorũ.Ergo & ego dedi eis præcepta non bona,& iudicia,in q-
bus non viuent,& pollui eos in muneribus suis,cũ *offerrent omne quod aperit vuluã pro- Heb. transire
E pter delicta sua,& scient quia ego dominus. Quamobrem loquere ad domũ Israel fili homi facerent (per
nis,& dices ad eos:Hæc dicit dominus deus.Adhuc & in hoc *blasphemauerunt me patres ignẽ) oẽ ape
vestri,cũ spreuissent me contemnentes,& induxissem eos in terram super quam leuaui manũ riens uuluã,
meam,vt darem eis.Viderunt omnem collem excelsum,& omne lignũ nemorosum,& im- ut deuastem
molauerunt ibi victimas suas,& dederunt ibi irritationẽ oblationis suæ,& posuerunt ibi odo eos, ut sciant
rem suauitatis suæ,& libauerunt libationes suas.Et dixi ad eos:Quid est excelsum ad quod &c.
vos ingredimini? Et vocatum est nomen eius excelsum,vsq; ad hanc diem.Propterea dic ad
domũ Israel.Hæc dicit dominus deus.Certe in via patrum vestrorũ vos polluimini,& post
offendicula eorũ vos fornicamini,& in oblatione donorum vestrorum,cum traducitis filios
vestros per ignẽ,vos polluimini in omnibus idolis vestris vsq; hodie,& ego respondebo vo
bis domus Israel. Viuo ego(dicit dominus deus)quia non respondebo vobis,neq; cogita-

Heb. offenderunt me pa- tres vestri, cũ in me præua ricati fuerint & indux. &c

tio mentis vestræ fiet, dicentiū: Erimus sicut gentes, & sicut cognationes terræ, vt colamus
ligna & lapides. Viuo ego, dicit dominus deus, quoniā in manu forti, & in brachio extento, F
& in furore effuso regnabo super vos. Et educam vos de populis, & cōgregabo vos de terris
in quibus dispersi estis. In manu valida, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo su-
per vos, & educam vos in desertum populorum, & iudicabor vobiscum ibi, facie ad faciem.
Sicut iudicio contendi aduersum patres vestros in deserto terræ Aegypti, sic iudicabo vos
dicit dominus. Et subijciam vos sceptro meo, & inducam vos in vinculis fœderis. Et eligā
de vobis transgressores, & impios, & de terra incolatus eorum educam eos, & in terram Israel
non ingredientur, & scietis quia ego dominus, & vos domus Israel, hæc dicit dominus deus.
He. non polluetis Singuli post idola vestra ambulate, & seruite eis. Quod si & in hoc nō audieritis me, & nomē
meū sanctum * pollueritis vltra, in muneribus vestris, & in idolis vestris. *In monte sancto
Heb. Quoniā in, &c. meo, in monte excelso Israel, ait dominus deus, ibi seruiet mihi omnis domus Israel. Omnes
inquā in terra, in qua placebunt mihi. Et ibi quærā primitias vestras, & initium decimarū ve-
strarū in omnibus sanctificationibus vestris. In odorem suauitatis suscipiam vos, cū eduxe- G
ro vos de populis, & congregauero vos de terris in quos dispersi estis, & sanctificabor in vo
bis, in oculis nationū. Et scietis quia ego dn̄s, cum induxero vos ad terram Israel, in terrā, pro
qua leuaui manum meam, vt darem eam patribus vestris. Et recordabimini ibi viarū vestra-
rum, & omniū scelerum vestrorum, quibus polluti estis in eis, & displicebitis vobis in cōspe-
ctu vestro, in omnibus malicijs vestris quas fecistis, & scietis quia ego dominus, cū benefece-
ro vobis propter nomen meum, & non secundū vias vestras malas, neq; secundum scelera ve
stra pessima, domus Israel, ait dominus deus. Et factus est sermo domini ad me, dicēs: Fili
He. & loquere ad austrū, hominis pone faciem tuam contra viam austri, * & stilla ad Aphricum, & propheta ad saltū
agri meridiani, & dices saltui meridiano. Audi verbū domini. Hæc dicit dominus deus: Ecce
Sup. 4. a ego succendā in te ignem, & comburam in te omne lignū viride, & omne lignū aridum, Nō
extinguetur flamma succensionis, & comburetur in ea omnis facies, ab austro vsq; ad aquilo
nem, & videbit vniuersa caro, quia ego dominus succendi eam, nec extinguetur. Et dixi: Ah,
ah domine deus. Ipsi dicunt de me. Nunquid non per parabolas loquitur iste.

¶ Minatur gladium, hoc est, cladem Hierosolymis, minatur item
filijs Ammon. Cap. XXI.

ET factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, pone faciē tuā ad Hierusalem, A
& stilla ad sanctuaria, & propheta contra humū Israel, & dices terræ Israel, hæc dicit
dominus deus: Ecce ego ad te, & eijciam gladiū meū de vagina sua, & occidam in te
iustū & impiū. Pro eo q̄ occidi in te iustū & impiū, idcirco egredietur gladius meus
de vagina sua, ad omnē carnē, ab austro vsq; ad aquilonem, vt sciat omnis caro, quia ego do
minus eduxi gladium meum de vagina sua irreuocabilem. Et tu fili hominis ingemisce in B
contritione lumborū, & in amaritudinibus ingemisces coram eis. Cumq; dixerint ad te, qua-
re tu gemis? Dices: Pro auditu, quia venit, & tabescet omne cor, & dissoluentur vniuersæ ma
nus, & infirmabitur omnis spiritus, & per cuncta genua fluent aquæ. Ecce venit, & fiet, ait do
minus deus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis propheta, & dices: Hęc
dicit dn̄s deus. Loquere, Gladius, gladius exacutus est, & limatus. Vt cædat victimas exacu-
He. vel gaudebimus? (tribū filii mei abominatus est (ut contere) omne lignum tus est, vt splendeat limatus est. * Qui moues sceptrum filij mei, succidisti omne lignū. Et de- C
di eū ad leuigandū, vt teneatur manu. Iste exacutus est gladius, & iste limatus est, vt sit in ma
nu interficientis. Clama & vlula fili hominis, quia hic factus est in populo meo, hic in cunctis
ducibus Israel qui fugerant, gladio traditi sunt, cū populo meo. Idcirco plaude super fœmur,
quia probatus es, & hoc cū sceptrum subuerterit, & non erit, dicit dn̄s deus. Tu ergo fili homi
nis propheta, & percute manum ad manum, & duplicetur gladius, ac triplicetur gladius in-
terfectorū. Hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupescere eos facit, & corde tabescere, D
& multiplicat ruinas. In omnibus portis eorū dedi conturbationē gladij acuti, & limati, ad
fulgendū, amicti ad cædē. Exacuere, & vade ad dexterā, siue ad sinistrā, quocunq; faciei tuæ
est appetitus. Quin & ego plaudā manu ad manū, & implebo indignationem meā. Ego dn̄s
He. locū elige in &c. locutus sum. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Et tu fili hominis, pone tibi duas vias
vt veniat gladius regis Babylonis. De terra vna egredientur ambæ. Et * manu capiet conie-
Heb. elige. cturā, in capite viæ ciuitatis * conijciet. Viam pones, vt veniat gladius ad Rabath filiorū Am- E
mon, & ad Iudā in Hierusalē munitissimā. Stetit enī rex Babylonis in biuio, in capite duarum
Heb. poliuit Hebræ. iecur uidit. viarū, diuinationē quærens, * commiscens sagittas. Interrogauit idola, * exta consuluit. Ad
dexterā eius facta est diuinatio super Hierusalē, vt ponat arietes vt aperiat os in cęde, & vt ele
uet vocem in vlulatu, vt ponat arietes contra portas, vt cōportet aggerem, vt ædificet muni
He. iuramēta iuratis (eorū) ipsis, ipse &c. tiones. Eritq; quasi consulens frustra oraculū in oculis eorum, & * sabbatorū otium imitans,
ipse autē recordabitur iniquitatis ad capiendū. Idcirco hæc dicit dn̄s deus, pro eo q̄ recorda-
ti estis iniquitatis vestræ, & reuelastis præuaricationes vestras, & apparuerūt peccata vestra F
in om

In omnibus cogitationibus vestris, pro eo, inquam, quod recordati estis, manu capiemini. Tu
autem prophane, impie dux Israel, cuius venit dies, in tempore iniquitatis præfinita. Hæc di-
cit dominus deus. Aufer cydarim, tolle coronam. Nonne hæc est quæ humilem subleuauit, &
sublimen humiliauit? Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam. Et hoc non factũ
est donec veniret cuius est iudicium, & tradam ei. Et tu fili hominis propheta, & dic: Hæc dicit
dominus deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum. Et dices: Mucro, mucro, euagina
G te ad occidendum, lima te vt interficias, & fulgeas, cum tibi viderentur vana, & diuinarentur
mendacia, vt dareris super colla vulneratorum impiorum, quorum venit dies in tempore in-
iquitatis præfinita. Reuertere ad vaginam tuam, in loco in quo creatus es. In terra natiuitatis
tuæ iudicabo te, & effundam super te indignationem meam. In igne furoris mei sufflabo in te
daboque te in manus hominum insipientium, & fabricantiũ interitum. Igni eris cibus. Sãguis
tuus erit in medio terræ, obliuioni traderis, quia ego dominus loquutus sum.

¶Sermo domini contra Hierusalem, ob sanguinis effusionẽ, & parentibus negatum honorem. Item de impia sacerdotum, & pseudoprophetarum doctrina, eorumque inexplebili auaritia.

¶Caput XXII.

A ET factum est verbum domini ad me, dicens: Et tu fili hominis, *num iudicas ciuitatẽ He. nõne iudicabis. nõne iudicabis ciui. &c.
sanguinum, & *ostendis ei omnes abominationes suas? Et dices: Hæc dicit dominus
deus. Ciuitas effundens sanguinem in medio sui, vt veniat tempus eius, & quæ fecit i- Heb. notas facies.
dola contra semetipsam, vt pollueretur. In sanguine tuo qui à te effusus est deliquisti.
& in idolis tuis quæ fecisti polluta es. Et appropinquare fecisti dies tuos, & adduxisti tempus
annorum tuorum. Propterea dedi te opprobrium gentibus, & irrisionem vniuersis terris, quę Hb. illudet tibi sordida: nobis, multa tumultu. Ecce &c
B iuxta sunt, & quæ procul à te. *Triumphabunt de te sordida, nobilis grãdis interitu. Ecce prin-
cipes Israel singuli in brachio suo fuerunt in te, ad effundendum sanguinem, patrem & matrem
contumeliis affecerunt in te. Aduenam calumniati sunt in medio tui, pupillum & viduam con-
tristauerunt, apud te, sanctuaria mea spreuistis, & sabbata mea polluistis. Viri detractores fue- Hb.
runt in te ad effundendum sanguinem, & super montes comederunt in te, scelus operati sunt
C in medio tui. Verecundiora patris discooperuerunt in te, immundiciam menstruatæ humilia-
uerunt in te. Et vnusquisque in vxorem proximi sui operatus est abominationem, & *socer nu He. unusquisque
rum suam polluit nephariæ, frater sororem suam filiam patris sui oppressit in te. Munera ac-
ceperunt apud te ad effundendum sanguinem, vsuram & superabundantiam accepisti, & aua-
14.q.1.ca.pu re proximos tuos calumniabaris, meique oblita es, dicit dominus deus. Ecce complosi ma-
nus meas super auaritiam tuam quam fecisti, & super sanguinem qui effusus est in medio tui.
Nunquid sustinebit cor tuum, aut præualebunt manus tuæ in diebus quos ego faciam tibi?
Ego dominus loquutus sum, & faciam. Et dispergam te in nationes & ventilabo te in terras,
D & deficere faciam immundiciam tuam à te, & possidebo te in conspectu gentium, & scies q̃a
ego dominus. Et factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis versa est mihi do-
mus Israel in scoriam. Omnes isti æs, & stannum, & ferrum, & plumbũ in medio fornacis sco-
ria argenti facti sunt. Propterea hæc dicit dominus deus: Eo quod versi estis omnes in scoriam
propterea ecce ego congregabo vos in medio Hierusalem congregatione argenti, & æris, &
stanni, & ferri, & plumbi, in medio fornacis, vt succendam in ea ignem ad conflandum. Sic cõ
E gregabo in furore meo, & in ira mea, & requiescam. Et conflabo vos, & congregabo vos, &
succendam vos in igne furoris mei, & conflabimini in medio eius, vt conflatur argentũ in me-
dio fornacis, sic eritis in medio eius. Et scietis quia ego dominus cum effuderim indignationẽ
meam super vos. Et factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis dic ei, Tu es terra
immunda, & non compluta in die furoris. Coniuratio prophetarum in medio eius. Sicut leo
rugiens rapiensq; prædam, animas deuorauerunt, opes & pretium acceperũt, viduas eius mul-
F tiplicauerunt in medio illius. Sacerdotes eius *contempserunt legem meam, & polluerũt san Heb. extenderunt
ctuaria mea. Inter sanctum & prophanum non habuerunt distantiam, inter pollutum & mun
dum non intellexerunt, & à sabbatis meis auerterunt oculos suos, & coinquinabar in medio e- Mich.3.d
orum. Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes prædam, ad effundendum sanguinem Soph.3.d
& ad perdendas animas, & auare sectando lucra. Prophetæ autem eius liniebant eos absque
temperamento videntes vana, & diuinantes eis mendacium, dicẽtes: Hæc dicit dominus deus,
cum dominus non sit loquutus. Populi terræ calumniabantur calumniam & rapiebant violen-
G ter egenum, & pauperem affligebant, & aduenam opprimebant calumnia absque iudicio. Et
quæsiui de eis virũ, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissi-
parẽ eã, & non inueni. Et effudi super eos indignationẽ meã, & in igne iræ meæ consumpsi eos
Viam eorũ in caput eorũ reddidi, ait dominus deus.

¶De adulterio, hoc est, idololatria Samariæ & Hierusalẽ, sub nomine Oolę & Ooliba. Caput. XXIII.

ET factus est sermo domini ad me, dicens. Fili hominis, duæ mulieres filię matris vnius A
fuerunt, & fornicatæ sunt in Aegypto. In adolescentia sua fornicatæ sunt. Ibi subacta
Heb. Ahola. sunt vbera earum, & fractæ sunt mammæ pubertatis earum. Nomina earum *Oola
maior, & Ooliba soror eius minor. Et habui eas, & pepererunt filios & filias. Porrò e-
arum nomina Samaria Oola, & Hierusalem Ooliba. Fornicata est igitur super me Oola, & in-
sanivit in amatores suos, in Assyrios propinquantes, vestitos hyacintho, principes, & magis-
stratus, iuuenes cupidinis, vniuersos equites, & ascensores equorum, & dedit fornicationes suas
super eos electos filios Assyriorum vniuersos, & in omnibus in quos insaniuit in immundicijs
eorum polluta est, Insuper & fornicationes suas quas habuerat in Aegypto non reliquit. Nam B
& illi dormierunt cum ea, in adolescentia eius, & illi confregerunt vbera puperbatis eius, & ef-
fuderunt fornicationem suam super eam. Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum
in manus filiorum Assur, super quorum insaniuit libidine. Ipsi discooperuerũt ignominiã eius
Heb. fuit nomen (malũ) mulieribus (aliis) filios & filias eius tulerunt, & ipsam occiderunt gladio, & *factæ sunt famosæ mulieres, & iu-
dicia perpetrauerunt in ea. Quod cum vidisset soror eius Ooliba, plusquam illa insaniuit libidi-
ne, & fornicationem suam super fornicationem sororis suæ ad filios Assyriorum præbuit im-
pudenter, ducibus, & magistratibus ad se venientibus, indutis veste varia, equitibus qui vecta
bantur equis, & adolescentibus forma cunctis egregia. Et vidi quod polluta esset via vna am- C
barum, & auxit fornicationes suas. Cumque vidisset viros depictos in pariete imagines Chaldęo
rum, expressas coloribus, & accinctos baltheis renes, & tiaras tinctas in capitibus eorum, for-
mam ducum omnium, similitudinem filiorum Babylonis, terræque Chaldæorum in qua orti
sunt, insaniuit super eos concupiscentia oculorum suorum, & misit nuncios ad eos in Chaldæ-
am. Cumque venissent ad eam filij Babylonis, ad cubile mammarum, polluerunt eam stupris suis
& polluta est ab eis, & saturata est anima eius ab illis. Denudauit quoque fornicationes suas, &
discooperuit ignominiã suã. Et recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea à sorore e-
ius. Multiplicauit enim fornicationes suas, recordans dies adolescentiæ suæ, quibus forni-
cata est in terra Aegypti, & insaniuit libidine super concubitũ eorum, quorum carnes sunt, vt D
carnes asinorum, & sicut fluxus equorum, fluxus eorum, & visitasti scelus adolescentiæ tuæ,
quando subacta sunt in Aegypto vbera tua, & confractæ sunt mammæ pubertatis tuæ. Pro-
pterea Ooliba, hæc dicit dominus deus: Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de
quibus satiata est anima tua, & congregabo eos aduersum te in circuitu filios Babylonis, & v-
niuersos Chaldæos, nobiles, tyrannosque, & principes, omnes filios Assyriorum, iuuenes for-
ma egregia, duces, & magistratus, vniuersos principes principum, & nominatos ascensores e-
quorum. Et venient super te instructi curru, & rota. Multitudo populorum, lorica, & clypeo,
& galea armabuntur contra te vndique. Et dabo coram eis iudicium, & iudicabunt te iudicijs su
is. Et ponam zelum meum in te, quem exercent tecum in furore. Nasum tuum, & aures tuas E
præcident, & quæ remanserint gladio concident. Ipsi filios tuos, & filias tuas capient, & nouis-
simum tuum deuorabitur igni. Et denudabunt te vestimentis tuis, & tollent vasa gloriæ tuæ.
Et requiescere faciam scelus tuum de te, & fornicationẽ tuam de terra Aegypti, nec leuabis o-
culos tuos ad eos, & Aegypti non recordaberis amplius, quia hæc dicit dominus deus: Ecce
ego tradam te in manus eorum quos odisti, in manus de quibus satiata est anima tua, & agent te-
cum in odio. Et tollent omnes labores tuos, & dimittent te nudam, & ignominia plenam, & re
uelabitur ignominia fornicationum tuarum. Scelus tuum, & fornicationes tuæ fecerunt hęc ti-
bi, quia fornicata es post gentes, inter quas polluta es, in idolis earum. In via sororis tuæ ambu-
lasti, & dabo calicem eius in manu tua. Hæc dicit dominus deus. Calicem sororis tuæ bibes, p F
fundum & latum. Eris in derisum, & in subsannationem quæ est capacissima, ebrietate & dolo
re repleberis, calice mœroris & tristitiæ, calice sororis tuæ Samariæ. Et bibes illum, & potabis
Heb. & exuges, & testas cõteres, & vbera. &c *vsque ad fæces, & fragmenta eius deuorabis, & vbera tua lacerabis, quia ego loquutus sum, ait
dominus deus. Propterea hæc dicit dominus deus: Quia oblita es mei, & proiecisti me post cor-
pus tuum, tu quoque porta scelus tuum, & fornicationes tuas. Et ait dominus ad me, dicens:
Fili hominis, nunquid iudicas Oolam, & Oolibam? & annuntias eis scelera earum, quia adulte-
ratæ sunt, & sanguis in manibus earum. & cum idolis suis fornicatæ sunt, insuper & filios suos,
quos genuerunt mihi, obtulerunt eis ad deuorandum, Sed & hoc fecerunt mihi. Polluerunt
sanctuarium meum in die illa, & sabbata mea prophanauerunt. Cunque immolarent filios su-
os idolis suis, & ingrederentur sanctuarium meum in die illa, vt polluerent illud, etiam hæc fe- G
cerunt in medio domus meæ. Miserunt ad viros venientes de longe, ad quos nuncios miserãt.
Itaque ecce venerunt quibus te lauisti. & circumlinisti stibio oculos tuos, & ornata es mundo
muliebri. Sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante te. Thymiama meum & vn-
guentum meum posuisti super eam, & vox multitudinis exultantis erat in ea. Et in viris qui de
multitudine hominum adducebantur, & veniebant de deserto, posuerunt armillas in mani-
bus eorum, & coronas speciosas in capitibus eorum. Et dixi ei, quæ attrita est in adulterijs.

Nunc

Nunc fornicabitur in fornicatione sua etiam hæc. Et ingressi sunt ad eam, quasi ad mulierem
meretricem, sic ingrediebantur ad Oolam & ad Oolibam mulieres nepharias. Viri ergo iusti
sunt. Hi iudicabunt eas iudicio adulterarum, & iudicio effundentium sanguinem, quia adulteræ
sunt, & sanguis in manibus earum. Et cum idolis suis fornicatæ sunt. Hæc enim dicit do-
minus deus. Adduc ad eas multitudinem, & trade eas in tumultum, & in rapinam, & lapident
lapidibus populorum, & confodiantur gladijs eorum. Filios & filias earum interficient, & do-
mos earum igne succendent. Et auferam scelus de terra, & discent omnes mulieres, vt faciāt secū-
dum scelus earum. Et dabunt scelus vestrū super vos, & peccata idolorum vestrorum portabi-
tis, & scietis quia ego dominus deus.

¶Hierosolymæ incendium, populique captiuitatem, per ollam liquefactam significat.

Cap. XXIIII.

A ET factum est verbum domini ad me, in anno nono, in mense decimo, decima die men-
sis, dicens. Fili hominis, scribæ tibi nomen diei huius, in qua confirmatus est rex Baby-
lonis aduersum Hierusalem hodie, & dices per prouerbium ad domum irritatricē pa-
rabolā, & loqueris ad eos. Hæc dicit dñs deus. Pone ollam æneā, pone inquā, & mitte
B in eā aquā. Cōgere frusta eius in ea omnē partē bonā fœmur, & armū, *electa & ossibus plena,
pinguissimū pecus assume, cōpone strues ossiū sub ea. Et efferbuit coctio eius, & dissoluta sunt
ossa illius in medio eius. Propterea hæc dicit dominus deus. Væ ciuitati sanguinum, ollæ cuius
*rubigo in ea est, & rubigo eius nō exiuit de ea. Per partes, & per partes suas eijce eā. Nō cecidit
super eam sors. Sanguis enim eius in medio eius est, super lympidissimam petram effudit illū. Non
effudit illum super terram, vt possit operiri puluere, vt superinducerem indignationem meam
& vindicta vlciscerer. Dedi sanguinem eius super petram lympidissimam, ne operiretur. Pro-
pterea hæc dicit dominus deus. Væ ciuitati sanguinum, cuius ego grandem faciam pyrā. *Cō
gere ossa quæ igne succendam. Consumentur carnes, & coquatur vniuersa compositio, & os-
C sa tabescent. Pone quoque eam super prunas vacuam, vt incalescat, & liquefiat æs eius, & confle
tur in medio eius inquinamentum eius, & consumatur rubigo eius, *neque per ignem. Immūdi
tia tua execrabilis, quia mundare te volui, & non es mundata à sordibus tuis. Sed nec mundabe
ris prius, donec quiescere faciam indignationem meam in te. Ego dominus locutus sum. Veni
& faciam, non transeam, nec parcam, nec placabor. Iuxta vias tuas, & iuxta adinuētiones tuas
D iudicabo te, dicit dominus. Et factum est verbum domini ad me, dicens. Fili hominis, ecce
ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum, in plaga, & non planges, neque plorabis, neque fluent
lachrymæ tuæ. Ingemisce tacens, mortuorum luctum non facies. Corona tua circumligata sit
tibi, & calciamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium co-
medes. Loquutus sum ergo ad populum mane, & mortua est vxor mea vespere, fecique mane si
E cut præceperat mihi. Et dixit ad me populus, quare non indicas nobis, quid ista significent, quæ
tu facis? Et dixit ad eos. Sermo domini factus est ad me, dicens. Loquere domui Israel. Hæc di-
cit dominus deus. Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperij vestri, & deside-
rabile oculorum vestrorum, & super quo pauet anima vestra. Et filij vestri, & filiæ vestræ, quas
reliquistis, gladio cadent, & facietis sicut feci. Ora amictu non velabitis, & cibos lugentium nō
F comedetis. Coronas habebitis in capitibus vestris, & calciamenta in pedibus. Non plangetis
neque flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris, & vnusquisque gemet ad fratrem suum. Erit-
que Ezechiel vobis in portentum. Iuxta omnia quæ fecit, facietis, cum venerit istud, & scietis
quia ego dominus deus. Et tu fili hominis, ecce in die qua tollam ab eis fortitudinem eorum, &
gaudium dignitatis, & desiderium oculorum eorum, super quo requiescunt animæ eorum, &
G filios & filias eorum in die illa, cum venerit fugiens ad te, vt annunciet tibi, in die inquam ape-
rietur os tuum cum eo qui fugit, & loqueris, & non silebis vltra, erisque ei in portentum & scie-
tis, quia ego dominus.

He. spuma
Num. 3. a
Abacuc. 2. c

He. electis ossib' ipse, electū pecus assume, & ei ā incende ossa sub ea, ebullire fac, coquite ossa. &c Supra. eodē. He. mul ipsi ea ligna, a.. de ignem.

He. in vanitatibus lassam laspauit & nō exiuit ab ea mul a spuma eius, igne (consumetur) spuma eius.

¶Sermo domini contra Ammon, Moab, Seir, & Palestinos.

¶Caput. XXV

A ET factus est sermo domini ad me, dicens. Fili hominis pone faciem tuam contra filios
Ammon, & prophetabis de eis, & dices filijs Ammon. Audite verbū domini dei.
Hæc dicit dominus deus. Pro eo quod dixistis, euge, euge, super sanctuarium meum
quia pollutum est, & super terram Israel, quoniam desolata est, & super domum Iuda,
quoniam ducti sunt in captiuitatem, idcirco ecce ego tradam te filijs orientalibus in hæredita-
tem, & collocabunt caulas suas in te, & ponent in te tentoria sua. Ipsi comedent fruges tuas, &
ipsi bibent lac tuū. Daboque Rabath in habitaculū camelorum, & filios Ammon in cubile pecorum,
B & scietis quia ego dñs. Quia hæc dicit dñs deus. Pro eo quod plausisti manu, & percussisti pede, &
gauisa es ex toto affectu super terrā Israel. Idcirco ecce ego extendam manum meam super te
& tradam te in direptionem gentium, & interficiam te de populis, & perdā te de terris & con-
teram, & scies quia ego dñs. Hæc dicit dominus deus. Pro eo quod dixerūt Moab, & Seir,

ecce sicut oẽs gentes domus Iuda,icciro ecce ego aperiam humerum Moab de ciuitatibus, de
ciuitatibus inquam eius,& de finibus eius inclytas terræ,Beth Iesimoth,& Baalmeon, & Caria C
thaim,filijs orientis,cum filijs Ammon.Et dabo eam in hæreditatem, vt non sit vltra memo-
ria filioꝝ Ammon in gentibus.Et in Moab faciam iudicia,& scient qa ego dominus.Hæc di-
cit dominus deus.Pro eo quod fecit Idumæa vltionẽ,vt se vindicaret de filijs Iuda peccauitq́
delinquens,& vindictam expetiuit de eis,icciro hæc dicit dñs deus.Extendã manum meã su-
per Idumæam,& auferam de ea hominem & iumentum:& faciam eam desertam ab austro,&
qui sunt in Dedan gladio cadens.Et dabo vltionem meam super Idumæam per manum popu
li mei Israel:& facient in Edom iuxta iram meam,& furorem meum:& scient vindictam me-
am,dicit dominus deus. Hæc dicit dominus deus. Pro eo quod fecerunt Palestini vindictã D
& vlti se sunt toto animo,interficientes,& implentes inimicitias veteres, propterea hæc dicit
dominus deus.Ecce ego extendam manum meam super Palestinos: & interficiam interfecto-
res,& perdam reliquias maritimæ regionis:faciamq́ in eis vltiones magnas, arguens in furore
& scient quia ego dñs,cum dedero vindictam meam super eos.

¶Prædicit vastationem Tyri. Cap. XXVI.

ET factum est in vndecimo anno,prima mensis,factus est sermo domini ad me ,dicens A
Fili hominis,pro eo quod dixit Tyrus de Hierusalem,euge,confractæ sunt portæ po-
puloꝝ:conuersa est ad me,implebor.deserta est.Propterea hæc dicit dominus deus.
Ecce ego super te Tyre,& ascendere faciam ad te gentes multas,sicut ascẽdit mare flu-
ctuans.Et dissipabunt muros Tyri,& destruent turres eius. Et radam puluerem eius de ea,&
dabo eam in lympidissimam petram,Siccatio sagenarum erit in medio maris:quia ego loqu-
tus sum,ait dominus deus,& erit in direptionem gentibus. Filiæ quoq; eius quæ sunt in agro,
gladio interficientur,& scient quia ego dominus.Quia hæc dicit dominus deus. Ecce ego ad-
ducam ad Tyrum Nabuchodonosor regem Babylonis ab aquilone, regem regum,cum equis B
& curribus,& equitibus,& cœtu,populoq̀ue magno.Filias tuas quæ sunt in agro,gladio inter-
ficiet,& circundabit te munitionibus,& comportabit aggerem in gyro. Et leuabit contra te
clypeum,& vineas,& arietes temperabit in muros tuos,& turres tuas destruet in armatura sua.
Inundatione equoꝝ eius operiet te puluis eorum,à sonitu equitum,& rotaꝝ,& curruum mo-
uebuntur muri tui.Cum ingressus fuerit portas tuas quasi per introitum vrbis dissipatæ,vngu
lis equoꝝ suorum conculcabit omnes plateas tuas:populum tuum gladio cædet, & statuæ tuæ
nobiles in terram corruent.Vastabunt opes tuas,diripient negotiationes tuas:& destruẽt mu C
ros tuos,& domus tuas præclaras subuertent,& lapides tuos, & ligna tua,& puluerem tuum in
medio aquaꝝ ponent.Et quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum, & sonitus cy-
tharaꝝ tuarum non audietur amplius.Et dabo te in lympidissimam petram, siccatio sagenaꝝ
eris,nec ædificaberis vltra:quia ego dominus loquutus sum,ait dominus deus. Hæc dicit do-
minus deus de Tyro.Nunquid non à sonitu ruinæ tuæ,& gemitu interfectoꝝ tuorum:cũ oc-
cisi fuerint in medio tui, commouebuntur Insulæ? & descendent de sedibus suis oẽs principes
maris,& auferent exuuias suas,& vestimenta sua varia abijcient,& induentur stupore? In terra
sedebunt,& attoniti super repentino casu tuo admirabuntur,& assumentes super te lamentũ, D
dicent tibi.Quomodo peristi quæ habitas in mari,vrbs inclyta,quæ fuisti fortis in mari,cũ ha-
bitatoribus tuis,quos formidabant vniuersi? Nunc stupebunt naues in die pauoris tui:& tur-
babuntur insulæ in mari,eo quod nullus egrediatur ex te. Quia hæc dicit dominus deus. Cum
dedero te vrbẽ desolatã,sicut ciuitates quæ non habitantur, & adduxero super te abyssum, &
operuerint te aquæ multæ,& detraxero te cũ illis qui descendunt in lacũ,ad populũ sempiternũ
& collocauero te in terra nouissima,sicut solitudines veteres,cum his qui deducuntur in lacum
vt non habiteris,porrò cum dedero gloriã in terrã viuentiũ,in nihilum redigã te, & non eris &
requisita non inuenieris vltra,in sempiternũ, dicit dñs deus.

¶Prosequitur euersione Tyri. Cap. XXVII.

ET factum est verbum dominini ad me,dicens. Tu ergo fili hominis assume super A
Tyrum lamentum,& dices Tyro,quæ habitat in introitu maris negotiationi populo-
rum ad insulas multas. Hæc dicit dominus Deus.O Tyre,tu dixisti. Perfecti deco-
ris ego sum,& in corde maris sita.Finitimi tui qui te ædificauerunt,impleuerunt deco
rem tuum,abietibus de Sanir extruxerunt te,cum omnibus tabulatis maris. Cedrum de liba-
no tulerunt, vt facerent tibi malum, quercus de Basan dolauerunt in remos tuos, & transtra
tua fecerunt tibi ex ebore indico,& prætoriola de insulis Italiæ. Byssus varia de Aegypto tex-
ta est tibi in vælum, vt poneretur in malo hyacinthus, & purpura de insulis Elisa,facta sunt o- B
perimentum tuum.Habitatores Sydonis,& Aradij,fuerunt remiges tui,sapiẽtes tui Tyre fa-
cti sunt gubernatores tui,senes Biblij,& prudentes eius habuerunt nautas, ad ministerium va-
riæ supellectilis tuæ.Omnes naues maris,& nautæ earum,fuerunt in populo negotiationis tuę.
Persæ,& Lidij,& Libyes erant in exercitu tuo, viri bellatores tui clypeum & galeam suspen-
derunt

derunt in te pro ornatu tuo. Filij Aradij cum exercitu suo erant super muros tuos in circuitu:
sed & Pigmæi q erant in turribus tuis pharetras suas suspenderunt in muris tuis, per gyrũ. Ipsi
C compleuerunt pulchritudinem tuã. Carthaginenses negotiatores tui à multitudine cunctarũ
diuitiarũ, argento, ferro, stanno, plumboq́ repleuerũt nundinas tuas. Græcia, & Tubal, & Me-
sech, ipsi institores tui. Mancipia, & vasa ærea adduxerunt populo tuo, de domo Thogorma,
equites, & equos, & mulos adduxerunt ad forũ tuũ. Filij Dedan negotiatores tui. Insulæ multæ Hę. Cornua
negotiatio manus tuæ. * Dentes eburneos & hebeninos commutauerunt in pretio tuo. Syrus eburnea ac
Hę. carbũculum negotiator tuus. Propter multitudinem operũ tuorũ: * guttã, & purpuram, & scutulata: & bys- pauones dederunt in do
sum, & * sericũ, & Chadchod proposuerunt in mercatu tuo. Iuda & terra Israhel ipsi instito- num tuum.
Gemmã ac uniones, pro, res tui, in frumento primo: balsamũ, & mel, & oleũ, & resinã proposuerũt in nundinis tuis. Da-
& cætera. mascenus negotiator tuus, in multitudine operũ tuorũ: in multitudine diuersarũ opum, in vi- Heb. Helbon
D no * pingui: in lanis coloris optimi. Dan & Græcia, & Mezol in nundinis tuis proposuerũt fer (loci nomẽ) & lana alba
rum fabrefactũ, stacten, & calamũ, in negotiatõe tua. Dedan institores tui in * tapetibus ad se- Hę. vestibus
dendũ. Arabia, & vniuersi principes Cedar, ipsi negotiatores manus tuæ, cũ agnis, & arietibus ingenuorũ ad
E & hœdis, venerũt ad te negotiatores tui. Venditores Saba, & Rema, ipsi negotiatores tui: cum equitationẽ.
vniuersis primis aromatibus, & lapide pretioso, & auro, quod proposuerũt in mercatu tuo. Ha
ran, & Chene, & Eden, negotiatores tui. Saba, Assur, & Chelmad, venditores tui, ipsi negotia-
tores tui: multipharıã inuolucris hyacĩthi, & polymitorũ, gazarũq́ ptiosarũ, q̃ obuolutæ & astri
ctę erãt funibus, cedros quoq́ habebant in negotiatõibus tuis, Naues maris, principes tui, in ne-
F gotiatione tua: & repleta es, & glorificata nimis in corde maris. In aquis multis adduxerũt te
remiges tui. Ventus auster contriuit te, in corde maris diuitiæ tuæ, & thesauri tui, & multiplex
instrumentũ tuũ, Nautæ tui & gubernatores tui, q tenebãt supellectilem tuã, & populo tuo p̃-
erãt, viri quoq́ bellatores tui, q erãt in te cũ vniuersa multitudine tuã, quæ est in medio tui: ca
dent in corde maris, in die ruinæ tuæ. A sonitu clamoris gubernatorũ tuorũ conturbabunt clas
ses, & descendent de nauibus suis, omnes q tenebãt remũ. Nautæ & vniuersi gubernatores ma-
ris in terra stabũt, & eiulabũt super te voce magna, & clamabũt amare. Et superiacient pulue-
rem capitibus suis, & cinere conspergent, & radent super te caluitium, & accingent ciliciis. Et
G plorabũt te in amaritudine animæ, ploratu amarissimo, & assument sup te carmen lugubre: &
plãgent te. Quæ est vt Tyrus, quæ obmutuit in medio maris? Quæ in exitu negotiationũ tua
rum de mari implesti populos multos, in multitudine diuitiarũ tuarũ, & populorũ tuorũ ditasti
reges terræ. Nunc contrita es à mari, in profundis aquarũ opes tuæ, & oĩs multitudo tua quæ
erat in medio tui, ceciderũt. Vniuersi habitatores insularũ obstupuerũt sup te, & reges earũ oẽs
tempestate percussi, mutauerũt vultus. Negotiatores populorũ sibilauerũt super te. Ad nihilũ
deducta es, & non erit vsq́ in * perpetuum. Hę. seculũ.

¶ Minatur principibus Tyri, ac etiam Sidoni, promittit se congregaturum filios Israhel
Capuт XXVIII.

A ET factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hoĩs: dic principi Tyri. Hæc dicit dñs de
us. Eo quod eleuatũ est cor tuũ, & dixisti: Deus ego sum: & in cathedra Dei sedi in cor-
de maris, cũ sis homo, & non Deus: & dedisti cor tuũ quasi cor dei. Ecce sapientior es Infra eodem
tu Daniele, omne secretũ non est absconditũ à te. In sapĩa, & prudentia tua fecisti tibi
B fortitudinem, & acquisisti aurũ, & argentũ in thesauris tuis. In multitudine sapĩæ tuæ, & in ne-
gotiatõe tua multiplicasti tibi fortitudinẽ, & eleuatũ est cor tuũ in robore tuo. Propterea hæc
dicit Dñs Deus. Eo quod eleuatum est cor tuũ, quasi cor Dei. Idcirco ecce ego adducam super Sup. eodem
te alienos, robustissimos gentium. Et nudabũt gladios suos super pulchritudinẽ sapientiæ tuæ
& polluẽt decorem tuũ. Interficient, & detrahent te: & morieris in interitu occisorũ in corde
maris. Nunqd dicens loqueris, Deus ego sum, coram interficientibus te, cum sis homo, & non
Deus? In manu occidentiũ te morte incircũcisorũ, morieris in manu alienorũ: quia ego locu-
C tus sum, ait Dominus Deus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis leua plan-
de per. al. 2. & ctum super regem Tyri: & dices ei. Hæc dicit Dominus Deus. Tu signaculũ similitudinis ple-
principium. nus sapientia & perfectus decore in deliciis paradisi Dei fuisti. Omnis lapis pretiosus operimẽ
tũ tuũ: sardius, topazius, & Iaspis, chrysolit⁹, & onyx, & berillus, saphyrus, & carbũculus, & sma Hę. tympa
ragdus. Aurum opus * decoris tui, & foramina tua in die qua conditus es, præparata sunt, Tu norũ tuorũ
Cherub, extentus, & protegens, & posui te in monte sancto Dei. In medio lapidũ ignitorũ am
D bulasti, perfectus in viis tuis, à die conditõis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. In multitu-
dine negotiatõis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti, & eieci te de monte san-
cto dei: & pdidi te, ô Cherub protegens, de medio lapidũ ignitorũ. Et eleuatũ est cor tuũ in de
core tuo. Perdidisti sapientiam tuam in decore tuo, in terram proieci te: ante faciẽ regum dedi
te, vt cernerent te. In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ pollui
E sti sanctificationem tuam. Producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te, & dabo te in
cinerem super terram, in conspectu omnium videntium te. Omnes qui viderint te in gẽtibus
obstu-

Heb. seculũ. obstupescent super te. Nihil factus es & non eris in * perpetuum. Et factus est sermo Dñi ad F
me, dicens: Fili hoïs, pone faciem tuã contra Sidonẽ, & prophetabis de ea, & dices: Hæc dicit
dñs deus. Ecce ego ad te Sidon, & glorificabor in medio tui. Et scient quia ego dñs cũ fecero
in ea iudicia: & sanctificatus fuero in ea. Et immittã ei pestilentiã, & sanguinẽ in plateis eius, &
corruent interfecti in medio eius gladio, per circuitũ, & scient qa ego dñs. Et non erit vltra do
Heb. spina mui Israhel * offendiculũ amaritudinis, & spina dolorem inferens vndiq; per circuitũ eorũ qui
pungens aduersant eis, & scient quia ego dñs deus. Hæc dicit dñs deus. Quando congregauero domum G
Israhel, de populis in qbus dispersi sunt, sanctificabor in eis corã gentibus: & habitabũt in ter-
ra sua, quam dedi seruo meo Iacob, & habitabũt in ea securi. Et ædificabunt domos, & planta-
bunt vineas, & habitabũt confidenter, cũ fecero iudicia in omnibus, q aduersant eis per circui
tum, & scient quia ego Dominus Deus eorum.

¶ Prophetat contra Pharaonem, & Aegyptum, ac Tyrum.

Caput XXIX.

IN anno decimo, & duodecimo mense, vna die mensis, factũ est verbum Dñi ad me, dicẽs: A
Fili hoïs, pone faciem tuã contra Pharaonem, regem Aegypti, & prophetabis de eo, &
de Aegypto vniuersa loquere, & dices: Hæc dicit Dñs Deus. Ecce ego ad te Pharao rex
Aegypti, draco magne: q cubas in medio fluminũ tuorũ, & dicis: meus est fluuius, & ego
He. hamos I feci memetipsum. Et ponã * frenũ in maxillis tuis: & agglutinabo pisces fluminũ tuorũ squa-
maxillas &c mis tuis. Et extrahã te de medio fluminũ tuorũ, & vniuersi pisces tui squamis tuis adhærebunt. B
Et proijciã te in desertũ, & omnes pisces fluminis tui. Super faciem terræ cades. Nec collige-
ris, neq; congregaberis. Bestijs terræ, & volatilibus cœli dedi te ad deuorandũ: & scient omnes
habitatores Aegypti: quia ego dñs. Pro eo quod fuisti baculus arundineus domui Israhel, quã-
do apprehenderũt te in mãnu, & confractus es, & lacerasti omnem humerũ eorũ, & innitenti- 4. Re. 18. a.
bus super te, comminutus es, & dissoluisti omnes renes eorũ. Propterea hæc dicit Dñs Deus.
Ecce ego adducã super te gladiũ meũ, & interficiam de te hominem & iumentũ. Et erit terra
Aegypti in desertũ, & in solitudinem, & scient quia ego dñs. Pro eo q dixeris fluuius meus est,
& ego feci eũ, iccirco ecce ego ad te, & ad flumina tua. Daboq; terrã Aegypti in solitudinem, C
Heb. deua * gladio dissipatã, à turre Syenes, vsq; ad terminos Aethiopiæ. Non pertransibit eam pes ho-
statione minis, neq; pes iumenti gradiet in ea, & non habitabit quadraginta annis. Daboq; terrã Aegy
pti desertã, in medio terrarũ desertarũ, & ciuitates eius in medio vrbiũ subuersarũ, & erunt de-
solatæ quadraginta annis. Et dispergã Aegyptios in nationes, & ventilabo eos in terras. Quia
hæc dicit Dñs Deus. Post finẽ quadraginta annorũ congregabo Aegyptũ, de populis in qbus
dispersi fuerant, & reducam captiuitatem Aegypti, & collocabo eos in terra Phatures, in terra
natiuitatis suæ, in terra de qua sumpti sunt. Et erunt ibi in regnũ humile inter cætera regna, &
erit humillima. Et non eleuabit vltra super nationes, & imminuam eos ne imperent gentibus, D
neq; erunt vltra domui Israhel confidentia, docẽtes iniquitatem, vt fugiant, & sequant eos, &
scient quia ego Dñs Deus. Et factũ est in vicesimo & septimo anno, in primo, in vno mensis,
factũ est verbũ Dñi ad me, dicens: Fili hoïs, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exer-
citũ suum seruitute magna, aduersus Tyrũ. Omne caput decaluatũ, & omnis humerus depila
tus est. Et merces non est reddita ei, neq; exercitui eius de Tyro, pro seruitute qua seruiuit mi-
hi, aduersus eam. Propterea hæc dicit Dñs Deus. Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Ba
bylonis in terra Aegypti, & accipiet multitudinem eius, & deprædabit manubias eius, & diri-
piet spolia eius, & erit merces exercitui illius, & operi quo seruiuit aduersus eã. Dedi ei terram 18. 4. 5. ca. 8.
Aegypti, pro eo q laborauerit mihi, ait Dñs Deus. In die illa pullulabit cornu Dñi Israhel, &
tibi dabo apertum os in medio eorũ, & scient quia ego Dominus.

¶ Planctus super euersione Aegypti.

Caput XXX.

Heb. in de ET factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, propheta & dic. Hæc dicit A
cimo mẽsis, Dominus Deus. Vlulate, væ væ diei, quia iuxta est dies, & appropinquat dies Domini
una. die, &c. & dies nubis, tẽpus gentiũ erit. Et veniet gladius in Aegyptũ, & erit pauor in Aethio-
pia cũ ceciderint vulnerati in Aegypto, & ablata fuerit multitudo illius, & destructa
fundamenta eius. Aethiopia, & Libya, & Lidij, & omne reliquũ vulgus, & Chub, & filij terræ
fœderis, cum eis gladio cadent. Hæc dicit Dominus Deus. Et corruent fulcientes Aegyptũ,
& destruet superbia imperij eius. A turre Syenes gladio cadent in ea, ait dominus exercituum. B
Et dissipabunt in medio terrarũ desolatarũ, & vrbes eius in medio ciuitatum desertarũ erunt,
& scient quia ego Dominus Deus, cum dedero ignem in Aegypto, & attriti fuerint omnes au-
xiliatores eius. In die illa egredientur nuncij à facie mea in trieribus, ad conterendam Aethio
piæ confidentiam, & erit pauor in eis in die Aegypti, quia absq; dubio veniet. Hæc dicit Do-
minus Deus. Et cessare faciã multitudinem Aegypti, in manu Nabuchodonosor regis Babylõ C
nis, ipse & populus eius cũ eo, fortissimi gentiũ adducent ad disperdendã terrã, & euaginabũt
gladios

gladios suos super Aegyptũ, & implebunt terrã interfectis, & faciam alueos fluminũ aridos
& tradam terrã in manus pessimorũ, & dissipabo terrã, & plenitudinem eius in manu alienorũ.
Ego dñs locutus sum. Hęc dicit dñs deus. Et disperdam simulachra, & cessare faciam Idola de Zach.n.a
D * Mẽphi, & dux de terra Aegypti non erit amplius. Et dabo terrorẽ in terra Aegypti, & disper Heb.noph.
dam terram Phatures, & dabo ignem in * Thaneos, & faciam iudicia mea in * Alexandria: Et Heb.Soan
effundam indignationem meã super * Pelusiũ, robur Aegypti, & interficiam multitudinem Heb.no.
Alexandriæ, & dabo ignem in Aegypto. Quasi parturiens dolebit Pelusiũ, & Alexandria erit Heb.Sin.
dissipata, & in Mẽphi angustiæ quotidianæ. Iuuenes Heliopoleos, & Bubasti gladio cadent &
E ipsæ captiuæ ducent. Et in Thaneos nigrescet dies, cũ contriuero ibi sceptra Aegypti, & defe-
cerit in ea superbia potentiæ eius. Ipsam nubes operiet, filiæ aũt eius in captiuitatẽ ducent. Et
iudicia faciã in Aegypto, & scient qa ego dñs. Et factũ est in vndecimo anno, in primo, in se
ptima mensis factũ ẽ verbũ dñi ad me, dicens: Fili hoĩs, brachiũ Pharaõis regis Aegypti confre
F gi, & ecce non est obuolutũ, vt restitueret ei sanitas, & ligaret pannis, & fasciret linteolis, & re-
cepto robore possit tenere gladiũ. Propterea hæc dicit dñs deus. Ecce ego ad Pharaonẽ regẽ
Aegypti, & comminuã brachiũ eius forte, sed confractũ, & deiiciam gladiũ de manu eius. Et
dispergam Aegyptũ in gentibus, & ventilabo eos in terris. Et confortabo brachia regis Baby
G lonis, daboq́ gladium meum in manu eius. Et confringam brachia Pharaonis, & gement ge-
mitibus interfecti, coram facie eius. Et confortabo brachia regis Babylonis, & brachia Pha-
raonis concidet. Et scient quia ego dñs, cum dedero gladiũ meum in manu regis Babylonis,
& extenderit eum super terram Aegyti, & dispergam Aegyptũ in nationes, & ventilabo eos
in terris, & scient quia ego dominus.

¶Pharaonem in manus Nabuchodonosor tradendum. Ca. XXXI.

A ET factum est in anno vndecimo, tertio mense, vna mensis, factũ est verbũ dñi ad me,
dicens: Fili hoĩs, dic Pharaoni regi Aegypti, & populo eius. Cui similis actus es in ma
gnitudine tua? Ecce Assur q̃si cedrus in lybano, pulcher ramis, & frõdibus nemorosus,
excelsusq́ altitudine, inter condensas frondes eleuatũ est cacumen eius. Aquæ nutrie-
runt illum, abyssus exaltauit illum, Flumina eius manabant in circuitu radicũ eius, & riuos suos
B emisit ad vniuersa ligna regionis. Propterea eleuata est altitudo eius super oĩa ligna regionis,
& multiplicata sunt arbusta eius, & eleuati sunt rami eius præ aquis multis. Cũq́ extendisset
vmbrã suã, in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cœli, & sub frondibus eius genuerunt
oẽs bestiæ saltuũ, & sub vmbraculo illius habitabat cœtus gentiũ plurimarũ. Eratq́ pulcher-
rimus in magnitudine sua, & in dilatione arbustorũ suorũ. Erat enim radix illius iuxta aquas He.absconderũt illum
C multas. Cedri non * fuerunt altiores illo, in paradiso dei. Abietes non adæquauerunt summi- in horto dei
tatem eius, & platani non fuerunt æquæ frondibus illius. Omne lignũ paradisi dei non est assi-
milatum illi, & pulchritudini eius: quoniam speciosum feci eum, & multis, condensisq́ frondi
bus. Et æmulata sunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiso Dei. Propterea hæc
principum. dicit dñs deus. Pro eo quod sublimatus est in altitudine, & dedit summitatem suã virentẽ, atq́
D condensam, & eleuatũ est cor eius in altitudine sua tradidi eũ in manus fortissimi gẽtiũ. Facies
faciet ei. Iuxta impietatẽ eius eieci eũ, & succident eũ alieni, & crudelissimi nationũ. Et proii-
cient eum super montes, & in cunctis conuallibus corruent rami eius, & confringent arbusta
eius, in vniuersis rupibus terræ, & recedent de vmbraculo eius oẽs populi terræ, & relinquẽt
eum. In ruina eius habitauerũt omnia volatilia cœli, & in ramis eius fuerũt vniuersæ bestiæ re
E gionis. Quãobrem non eleuabunt in altitudine sua omnia ligna aquarũ, nec ponent sublimita-
tem suam inter nemorosa, atq́ frondosa, nec stabũt in sublimitate sua, oĩa quæ irrigant aquis,
quia omnes traditi sunt in mortem, ad terram vltimã, in medio filiorũ hoĩm, ad eos qui descen
dunt in lacũ. Hæc dicit dñs deus. In die quando descendit ad inferos, indixi luctũ, operui eum
abysso, & prohibui flumina eius, & coercui aquas multas. Contristatus est super eũ Lybanus,
F & oĩa ligna agri concussa sunt. A sonitu ruinæ eius commoui gentes, cũ deducerem eũ ad infer
num, cũ his qui descendebant in lacum. Et consolata sunt in terra infima, oĩa ligna voluptatis
egregia, atq́ præclarã, in Lybano, vniuersaq́ irrigabunt aquis. Nam & ipsi cũ eo descendent
ad infernũ, ad interfectos gladio, & brachiũ vniuscuiusq́ sedebit sub vmbraculo eius, in medio
G nationũ eius. Cui assimilatus es o inclyte, atq́ sublimis inter ligna voluptatis? Ecce deductus
es cum lignis voluptatis, ad terrã vltimã. In medio incircũcisorũ dormies, cũ eis qui interfecti
sunt gladio. Ipse est Pharao, & omnis multitudo eius, dicit dñs deus.

¶Planctus super Pharaonis occisione, eiusq́ ad inferos descensione.

Caput XXXII.

A ET factum est duodecimo anno, in mense duodecimo, in vna mensis. Factum est ver-
bum Domini ad me, dicens: Fili hominis, assume lamentum super Pharaonem, regem
Aegypti, & dices ad eum. Leoni gentium assimilatus es, & draconi, qui est in mari.
Et ventilabas in cornu fluminibus tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis, & con-
culcabas

culcabes flumina earum. Propterea hæc dicit Dominus Deus. Expandam super te rete meum
in multitudine populorum multorum,& extraham te in sagena mea,& proiiciam te in terram. Su
per faciem agri abiiciam te,& habitare faciam super te omnia volatilia cœli, & saturabo de te
bestias vniuersæ terræ. Et dabo carnes tuas super montes,& implebo colles tuos sanie tua. Et
Esa.13.b Iohel.3.c irrigabo terram fœtore sanguinis tui,insuper montes, & valles implebuntur ex te. Et operiam, B
Matth.24.c cum extinctus fueris,cœlos,& nigrescere faciam stellas eius. Solem nube tegam,& luna non da
bit lumen suũ. Omnia luminaria cœli mœrere faciã super te,& dabo tenebras super terram tu
am (dicit Dñs Deus) ⌊cũ ceciderint vulnerati in medio terræ, ait Dominus Deus.⌋ Et irritabo
cor populorum multorum, cũ induxero contritionem tuam in gentibus, super terras quas nescis,
& stupescere faciã super te populos multos. Et reges eorum horrore nimio formidabunt super
He. vbi- uero gladiũ & cætera. te,⌊propter vniuersas iniquitates,quas operatus es,⌋ cũ * volare cœperit gladius meus, super
facies eorum,& obstupescent repente singuli pro anima sua,in die ruinæ ⌊suæ.⌋ Quia hæc dicit C
Dñs Deus: Gladius regis Babylonis veniet tibi,in gladiis fortium deiiciam multitudinem tuã,
Inexpugnabiles omnes gentes hæ. Et vastabũt superbiã Aegypti,& dissipabitur multitudo
eius, Et perdam omnia iumenta eius,quæ erant super aquas plurimas,& non conturbabit eas
pes hominis vltra,neque vngula iumentorum turbabit eas. Tunc purissimas reddam aquas eorum,
& flumina eorum quasi oleum adducam (ait Dñs Deus) cum dedero terram Aegypti desolatam.
Deseretur autem terra à plenitudine sua: quando percussero omnes habitatores,& scient quia
ego Dñs. Planctus est,& plãgent eum filiæ gentiũ, super Aegyptũ,& super multitudinem eius
plangẽt eũ, ait Dominus Deus. Et factũ est in duodecimo anno, quintadecima mensis, factũ D
est verbũ Dñi ad me, dicens: Fili hominis, cane carmen lugubre, super multitudinem Aegy-
pti,& detrahe eam, ipsam,& filias gentiũ robustarum ad terram vltimã, cum his qui descendunt
in lacũ. Quo pulchrior es, descende,& dormi cũ incircũcisis. In medio interfectorum gladio ca-
dent. Gladius datus est. Et attraxerunt eam,& omnes populos eius. Loquentur ei potentissimi
robustorum, de medio inferni, qui cum auxiliatoribus eius descenderunt,& dormierũt, incircũ-
cisi, interfectique gladio: Ibi Assur,& omnis multitudo eius, in circuitu illius sepulchra eorum,
omnes interfecti,& qui ceciderũt gladio, quorum data sunt sepulchra in nouissimis laci. Et facta E
est multitudo eius per gyrum sepulchri eius, vniuersi interfecti, cadentesque gladio, qui dederant
quondã formidinem suã in terra viuentiũ. Ibi Elam,& omnis multitudo eius, per gyrum sepul-
chri illius. Omnes hi interfecti, ruentesque gladio, qui descenderũt incircũcisi, ad terram vltimã:
Qui posuerunt terrorem suũ in terra viuentiũ,& portauerunt ignominiã suã, cũ his qui descen
derunt in lacũ. In medio interfectorum posuerũt cubile eius, in vniuersis populis eius, in circuitu
eius sepulchrũ illius. Omnes hi incircũcisi, interfectique gladio. Dederunt enim terrorem suum in F
terra viuentiũ, & portauerunt ignominiam suam cum his qui descendunt in lacum. In medio
interfectorum positi sunt. Ibi Mosoch,& Tubal,& omnis multitudo eius, in circuitu eius sepul-
chra illius. Omnes hi incircũcisi, interfectique & cadentes gladio, quia dederunt formidinẽ suã
in terra viuentium,& non dormient cum fortibus, cadentibusque,& incircũcisis, qui descende-
runt ad infernum, cum armis suis. Et posuerunt gladios suos sub capitibus suis,& fuerunt ini-
quitates eorum in ossibus eorum, quia terror fortium facti sunt in terra viuentium. Et tu ergo in
medio incircũcisorum contereris,& dormies cũ interfectis gladio. Ibi Idumæa,& reges eius, G
& omnes duces eius, qui dati sunt cum exercitu suo, cum interfectis gladio,& qui cũ incircũci-
sis dormierunt,& cum his qui descenderunt in lacum. Ibi principes aquilonis omnes, & vni-
uersi venatores, qui deducti sunt cum interfectis, pauentes,& in sua fortitudine confusi, quia
dormierunt incircũcisi, cũ interfectis gladio,& portauerũt confusionem suam, cum his qui de-
scenderunt in lacũ. Vidit eos Pharao,& consolatus est super vniuersa multitudine sua quæ in-
terfecta est gladio, Pharao,& omnis exercitus eius, ait Dominus Deus, quia dedi terrorem suũ
in terra viuentiũ,& dormiuit in medio incircũcisorum, cum interfectis gladio, Pharao,& omnis
multitudo eius, ait Dominus Deus.

¶ Euangelici prædicatoris officium reprehendere vitiosos, Verbũ dei non tantũ ore
versandum, sed factis exprimendum. Ca. XXXIII.

ET factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, loquere ad filios populi tui, A
& dices ad eos. Terra cum induxero super eam gladium, & tulerit populus terræ virũ
vnum de nouissimis suis,& constituerit eũ super se speculatorem,& ille viderit gladi-
um venientem super terram,& cecinerit buccina, & annuntiauerit populo. Audiens
autem quisquis ille est, sonitũ buccinæ & non se obseruauerit, veneritque gladius,& tulerit eum,
sanguis ipsius super caput eius erit. Sonũ buccinæ audiuit,& non se obseruauit, sanguis eius in
ipso erit. Si autẽ se custodierit, animam suam saluabit. Quod si speculator viderit gladiũ veniẽ
tem,& non insonuerit buccina, & populus se non custodierit, veneritque gladius,& tulerit de
Supra.3.d eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculato-
ris requiram. Et tu fili hoĩs speculatorem dedi te domui Israhel. Audiens ergo ex ore meo ser-
mone.n

monem,annuntiabis eis ex me.Si me dicente ad impium,impie morte morieris,nõ fueris lo
cutus,vt se custodiat impius à via sua,ipse impius in iniquitate sua morietur,sanguinẽ autem
C eius de manu tua requiram.Si autẽ annuntiante te ad impium,vt à vijs suis conuertatur, non
fuerit cõuersus à via sua,ipse in iniquitate sua morietur.Porrò tu animam tuam liberasti. Tu
26.q.6.ca.agnouimus ergo fili hominis,dic ad domũ ad Israel,Sic locuti estis,dicentes:Iniquitates nostræ,& pecca
ta nostra sup nos sunt,&in ipsis nos tabescimus.Quomodo ergo viuere poterimus? Dic ad
eos:viuo ego,dicit dominus deus:Nolo mortẽ impij,sed vt conuertatur impius à via sua,&
25.q1.6.ca.si presby. viuat.Conuertimini à vijs vestris pessimis.Et quare moriemini domus Israel? Tu itaq; fili ho Sup.18.c
minis dic ad filios populi tui.Iustitia iusti non liberabit eũ,in quacunq; die peccauerit,& im-
pietas impij non nocebit ei,in quacunq; die conuersus fuerit ab impietate sua.Et iustus non
D poterit viuere in iustitia sua,in quacũq; die peccauerit.Etiam si dixero iusto,ꝙ vita viuat, &
confisus in iustitia sua fecerit iniquitatẽ,omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur,& in iniqui-
tate sua,quã operatus est,in ipsa morietur.Si aũt dixero impio,morte morieris,& egerit pœ
nitentiã à peccato suo,feceritq; iudiciũ,& iustitiã,&pignus restituerit ille impius,rapinamq;
reddiderit,in mandatis vitæ ambulauerit,nec fecerit quicq̃ iniustũ,vita viuet,& non morie-
tur.Omnia peccata eius quæ peccauit,non imputabuntur ei.Iudicium & iustitiam fecit,vita
viuet.Et dixerunt filij populi tui:Non est æqui ponderis via dñi,& ipsoꝝ via iniusta est. Cũ
enĩ recesserit iustus à iustitia sua,feceritq; iniquitates,morietur in eis. Et cũ recesserit impius
ab impietate sua,feceritq; iudicium,& iustitiam,viuet in eis.Et dicitis:Non est recta via dñi.
E Vnumquemq; iuxta vias suas iudicabo de vobis domus Israel. Et factum est in duodecimo
anno,in decimo mense,in quinta mensis transmigrationis vestræ,venit ad me, qui fugerat
de Hierusalẽ,dicens.Vastata est ciuitas.Manus autem dñi facta fuerat ad me vespere,anteq̃
veniret qui fugerat,aperuitq; os meũ,donec veniret ad me mane,& aperto ore meo, non si-
lui amplius.Et factum est verbũ domini ad me,dicens:Fili hominis,qui habitant in ruinosis
his,super humum Israel loquentes aiunt:Vnus erat Abraham,& hæreditate possedit terram
Nos autẽ multi sumus,nobis data est terra in possessionem.Idcirco dices ad eos.Hæc dicit do
F minus deus.Qui in sanguine comeditis,& oculos vestros leuatis ad immunditias vestras, &
sanguinẽ funditis,nunquid terrã hæreditate possidebitis? Stetistis in gladijs vestris,fecistis
abominationes,& vnusquisq; vxorẽ proximi sui polluit,& terram hæreditate possidebitis?
Hæc dices ad eos:Sic dicit dñs deus.Viuo ego,quia qui in ruinosis habitant,gladio cadent &
qui in agro est,bestijs tradetur ad deuorandũ,qui autẽ in prẹsidijs,& speluncis sunt,peste mo
rientur.Et dabo terram in solitudinẽ,& in desertum,& deficiet superbia,& fortitudo eius,&
G desolabuntur montes Israel,eo ꝙ nullus sit,qui per eos transeat.Et scient quia ego dñs, cum
dedero terrã eoꝝ desolatam,& desertam,propter vniuersas abominationes suas quas opera
ti sunt.Et tu fili hominis,filij populi tui,qui loquuntur de te iuxta muros,& in ostijs domoꝝ
& dicunt vnus ad alteꝝ,vir ad proximum suum,loquentes:venite,& * audiamus, quis sit ser- He. audite
mo egrediens à dño.Et veniunt ad te,quasi si ingrediatur populus,& sedent corã te populus
meus,& audiunt sermones tuos,& non faciunt eos,quia * in canticũ oris sui vertunt illos, & He. derisionẽ ipsi ore suo faciunt,& aua.&c.
auaritiam suam sequitur cor eoꝝ,& est eis quasi carmen musicum,quod suaui dulciq; sono ca
nitur,& audiunt verba tua,& non faciunt ea,& cũ venerit quod prædictum est,ecce enim ve
nit,tunc scient quia prophetes fuerit inter eos.

A ¶Inuehit in malos pastores:Promittit nouũ pastorem, Christum. Cap. XXXIIII.

ET factum est verbum dñi ad me,dicens:Fili hominis,propheta de pastoribus Israel, Hiere.23.a
propheta,& dices pastoribus:Hæc dicit dñs deus:Væ pastoribus Israel,qui pascebãt
semetipsos.Nonne greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebatis,& lanis operie-
22.q.4.dist.&q.6.ca.qd emuerit. bamini,& quod crassum erat,occidebatis:gregem autem meũ nõ pascebatis. Quod
infirmum fuit,non consolidastis:& quod egrotum est,nõ sanastis: quod confractum est,nõ
alligastis:& quod abiectũ est,non reduxistis:& quod perierat,non quæsistis,sed cum auste-
B ritate imperabitis eis,& cũ potentia.Et dispersæ sunt oues meæ,eo ꝙ non esset pastor, & fa-
ctæ sunt in deuorationem omniũ bestiarum agri,& dispersæ sunt.Errauerunt greges mei in
cunctis montibus,& in vniuerso colle excelso,& super omnẽ faciem terræ dispersi sunt gre-
ges mei,& nõ erat qui requirereret.Non erat inquam qui requireret. Propterea pastores
audite verbũ domini.Viuo ego dicit dñs deus,quia pro eo ꝙ facti sunt greges mei in rapinã,
& oues meæ in deuorationem omnium bestiarum agri,eo ꝙ non esset pastor, neq; enĩ quæ-
C sierunt pastores gregem meum,sed pascebant pastores semetipsos,& greges meos nõ pas-
cebant:propterea pastores audite verbum domini.Hæc dicit dominus deus. Ecce ego ipse
super pastores requiram gregem meum,de manu eorum,& cessare eos faciã,vt vltra nõ pas-
cant gregem meum,nec pascant amplius pastores semetipsos. Et liberabo gregem meum
de ore eorum,& non erit vltra eis in escam,quia hæc dicit dominus deus. Ecce egoipse re-
quiram oues meas,& visitabo eas,sicut visitat pastor gregem suũ,in die quando fuerit in me-

dio ouium suarum dissipatarum, sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in
quibus dispersæ fuerant, in die nubis & caliginis. Et educam eas de populis, & congregabo
eas de terris, & inducam eas in terram suam, & pascam eas in montibus Israhel, in riuis, & in D
cunctis sedibus terræ. In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erant
pascua earum. Ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur, super mon
tes Israel. Ego pascam oues meas, & ego eas accubare faciã, dicit dominus deus: Quod peri-
erat requiram: & quod abiectum erat, reducam: & quod cõfractum fuerat, alligabo: & quod
Vt. destruam infirmum fuerat, consolidabo: & quod pingue, & forte, * custodiã: & pascam illas in iudicio. E
Vos autem greges mei, Hæc dicit dominus deus: Ecce ego iudico inter pecus, & pecus, ari-
etem, & hircum. Nonne satis vobis erat pascua bona depasci? Insuper & reliquias pascuarum
vestrarum conculcastis pedibus vestris, & cum purissimam aquam biberetis, reliquam pedi-
bus vestris turbabatis. Et oues meæ, his quæ conculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur,
& quæ pedes vestri turbauerant, hæc bibebant. Propterea hæc dicit dominus deus ad vos.
Ecce ego ipse iudico, inter pecus pingue, & macilentum. Pro eo quod lateribus & humeris im F
pingebatis, & cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur fo-
ras, saluabo gregem meum, & non erit vltra in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus. Et
suscitabo super ea pastorem vnum, qui pascat ea, seruum meum Dauid, ipse pascet ea, & erit eis
in pastorem. Ego autem dominus ero eis in deum, & seruus meus Dauid princeps in medio
eorum. Ego dominus locutus sum. Et faciam cum eis pactum pacis, & cessare faciam bestias
pessimas de terra, & qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus. Et ponã eos in circui-
tu collis mei benedictionem, & deducam imbrem in tempore suo, & pluuiæ benedictionis
erunt. Et dabit lignum agri fructum suum, & terra dabit germen suum, & erunt in terra sua
absque timore. Et scient, quia ego dominus, cum contriuero catenas iugi eorum, & eruero eos
de manu imperantium sibi. Et non erunt vltra in rapinam gentibus, neque bestiæ terræ deuo
rabunt eos, sed habitabunt confidenter absque vllo terrore. Et suscitabo eis germen nominatũ
& non erunt vltra imminuti fame in terra, neque portabunt amplius opprobria gentium. Et
Ioh. 10.b scient, quia ego dominus deus eorum cum eis, & ipsi populus meus domus Israel, & ait domi-
nus deus. Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ, homines estis, vt ego dominus deus ve
ster, dicit dominus deus.

¶Sermo domini contra montem Seir, hoc est, contra Idumæos.

Caput XXXV.

ET factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, pone faciem tuam aduersum
montem Seir, & prophetabis de eo, & dices illi: Hæc dicit dominus deus: Ecce ego ad A
te mons Seir, & extendam manum meam super te, & dabo te desolatum, atque deser-
tum. Vrbes tuas demoliar, & tu desertus eris, & scies quia ego dominus, eo quod fueris
inimicus sempiternus, & concluseris filios Israel in manu gladij, in tempore afflictionis eorũ,
in tempore iniquitatis extremæ. Propterea viuo ego, dicit dominus deus, quoniã sangui B
ni tradam te, & sanguis te persequetur. Et cũ sanguinem oderis, sanguis persequetur te. Et
dabo montem Seir desolatũ, atque desertum, & auferam de eo euntem, & redeuntẽ, & imple-
bo montes eius occisorum suorum. In collibus tuis, & in vallibus tuis, atque in torrentibus, in-
terfecti gladio cadent. In solitudines sempiternas tradam te, & ciuitates tuæ non habitabunt. C
Et scietis quia ego dominus deus, eo quod dixeris: duæ gentes, & duæ terræ meæ erunt, & hære
ditate possidebo eas, cum dominus esset ibi. Propterea viuo ego, dicit dominus deus, quia fa
ciam iuxta iram tuam, & secundũ zelum tuum quem fecisti, odio habens eos, & notus effi-
ciar per eos, cũ te iudicauero, & scies quia ego dominus. Audiui vniuersa opprobria tua, quæ
locutus es, de montibus Israel, dicens: Deserti nobis ad deuorandũ dati sunt. Et insurrexistis D
super me, ore vestro, & derogastis aduersum me. Verba vestra ego audiui. Hæc dicit domi-
nus deus. Lætante vniuersa terra, in solitudinem te redigam, sicuti gauisus es super hæredita-
tem domus Israel, eo quod fuerit dissipata, sic faciam tibi, Dissipatus eris mons Seir, & Idumæa
omnis. Et scient quia ego dominus deus.

¶Promittit Israeli à gentibus liberationem. Cap. XXXVI.

TV autem fili hominis, propheta super montem Israel, & dices: Montes Israel audite A
Sup. 6.a verbum domini. Hæc dicit dominus deus, Eo quod dixerit inimicus de vobis, euge
altitudines sempiternæ in hæreditatem datæ sunt nobis, propterea vaticinare, &
dic: Hæc dicit dominus deus. Pro eo quod desolati estis, & conculcati per circuitum,
& facti in hæreditatem reliquis gentibus, & ascẽdistis super labiũ linguæ, & opprobrium po
puli: Propterea montes Israel audite verbũ dñi dei. Hæc dicit dñs deus, montibus & collibus,
torrentibus, vallibusque, & desertis, parietinis, & vrbibus derelictis, quæ depopulatæ sunt, &
subsannatæ à reliquis gentibus per circuitũ, propterea hæc dicit dominus deus. Quoniam in B
igne zeli mei locutus sum de reliquis gentibus, & de Idumæa vniuersa, quæ dederunt terram

t meam

[...]ge, cum contemptu animi ut eiicerent eam in direptionem

[...]runt sibi in hæreditatem, cum gaudio, & toto corde, *& ex animo, & eiecerunt eam, vt va-
starent. Idcirco vaticinare super humum Israel: & dices montibus, & collibus, iugis, &
C vallibus, Hæc dicit dominus deus: Ecce ego in zelo meo, & in furore meo locutus sum, eo q̄
confusionem gentium sustinueritis. Idcirco hæc dicit dominus deus. Ego leuaui manū meā,
vt gentes quæ in circuitu vestro sunt: ipsæ confusionem suam portent. Vos autem montes
Israel, ramos vestros germinetis, & fructum vestrum afferatis populo meo Israel. Prope eñi
est, vt veniat: Quia ecce ego ad vos, & conuertar ad vos, & arabimini, & accipietis sementem
& multiplicabo in vobis homines, omnemq́ domum Israel, & habitabuntur ciuitates: & rui-
nosa instaurabuntur: & replebo vos hominibus, & iumentis, & multiplicabuntur, & crescēt.
Et habitare vos faciam, sicut à principio, bonisq́ donabo maioribus quàm habuistis ab ini-
D tio: & scietis quia ego dominus. Et adducam super vos homines, populū meum Israel, & hæ-
reditate possidebunt te. Et eris eis in hæreditatem, & non addes vltra, vt absq; eis sis. Hæc di
cit dominus deus: Pro eo q̄ dicunt de vobis, deuoratrix hominum es, & suffocans gentem
tuam, propterea homines non comedes amplius, & gentem tuam non necabis vltra, ait do-
minus deus. Nec auditam faciam in te amplius confusionem gentium, & opprobrium popu
lorum nequaquam portabis, & gentem tuam non amittes amplius, ait dominus deus. Et fa-
ctum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis, domus Israel habitauerunt in humo sua
& polluerunt eam in vijs suis, & in studijs suis, Iuxta immunditiam menstruatæ facta est via
E eorū coram me: & effudi indignationem meam super eos, pro sanguine quem fuderūt super
terram; Et in idolis suis polluerunt eam, & dispersi eos in gente, & ventilati sunt in terras.
Iuxta vias eorum, & adinuentiones eorum, iudicaui eos. Et ingressi sunt ad gentes, ad quas Esa. 52.c Roma. 2.d
introierunt, & polluerunt nomen sanctum meū, cū diceretur de eis, populus domini iste est,
& de terra eius egressi sunt. Et peperci nomini sancto meo, quod polluerat domus Israel, in
gentibus ad quas ingressi sunt. Idcirco dices domui Israel, hæc dicit dominus deus. Non pro
E pter vos ego faciam domus Israel, sed propter nomen sanctū meum, quod polluistis, in gen-
tibus ad quas intrastis. Et sanctificabo nomen meū magnum, quod pollutum est inter gen-
[...] dil. 4 tes: quod polluistis in medio earū; vt sciant gentes, quia ego dñs, ait dñs exercituum: cū sancti
[...] quemq̄ ficatus fuero in vobis coram eis. Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vni- Supra 11.d
F uersis terris, & adducam vos in terram vestram, & effundam super vos aquam mundā, & mū
dabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos, &
dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri. Et auferam cor lapideū
de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, & spiritum meum ponā in medio vestri, & faciā
vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini, & habitabitis in ter-
ra quam dedi patribus vestris, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in deum, & saluabō
vos ex vniuersis inquinamentis vestris, & vocabo frumentum, & multiplicabo illud, & non
imponam vobis famem, & multiplicabo fructum ligni, & genimina agri, vt non portetis vl-
tra opprobrium famis in gentibus, & recordabimini viarum vestrarū pessimarum, studio-
rumq́ non bonorum, & displicebunt vobis iniquitates vestræ, & scelera vestra. Non pro- Roma. 6.d
G pter vos ego faciam, ait dominus deus, notum sit vobis. Confundimini, & erubescite super
vijs vestris, domus Israel. Hæc dicit dominus deus: In die qua mundauero vos, ex omnibus
iniquitatibus vestris, & inhabitare fecero vrbes, & instaurauero ruinosa, & terra deserta fue-
rit exculta, quæ quondam erat desolata, in oculis omnis viatoris, dicent: Terra illa inculta, fa
cta est vt hortus voluptatis, & ciuitates desertæ, & destitutæ, atq; suffossæ, munitæ sederunt;
D & scient gentes quæcunq; derelictæ fuerint in circuitu vestro, quia ego Dominus ædificaui
dissipata, plantauiq́; inculta, ego dominus locutus sum, & fecerim. Hæc dicit dominus deus
Adhuc in hoc inueniet me domus Israel, vt faciam eis. Multiplicabo eos sicut gregem homi-
num, vt gregem sanctū, vt gregem Hierusalem, in solennitatibus eius, sic erunt ciuitates de-
sertæ, plenæq́ gregibus hominum, & scient quia ego dominus.

¶Ostendit resurrectionem generalem, prædicit Iudæos extremis diebus Christo
credituros. Cap. XXXVII.

A FActa est super me manus domini, & eduxit me in spiritu domini, & dimisit me in me
dio campi, qui erat plenus ossibus, & circunduxit me per ea in gyro. Erant autem
multa valde super faciem campi, siccaq́ vehementer. Et dixit ad me: Fili hominis;
putasné viuent ossa ista? Et dixi, Domine deus tu nosti. Et dixit ad me, Vaticinare
B de ossibus istis. Et dices eis: Ossa arida, audite verbum domini. Hæc dicit dominus de ossibus
his. Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis, & dabo super vos neruos, & succresce-
re faciam super vos carnes, & superextendam in vobis cutem, & dabo vobis spiritum, & viue
tis, & scietis quia ego dominus. Et prophetaui, sicut præceperat mihi. Factus est autē soni
C tus, prophetante me, & ecce commotio. Et accesserunt ossa ad ossa, vnumquodq; ad iunctu-
ram suam. Et vidi, & ecce super ea nerui & carnes ascenderunt, & extenta est in eis cutis desu

per,& spiritũ non habebant. Et dixit ad me: vaticinare ad spiritum, vaticinare fili hominis,
& dices ad spiritum. Hæc dicit dominus deus. A quatuor ventis veni spiritus,& insuffla super
interfectos istos,& reuiuiscant. Et prophetaui sicut præceperat mihi,& ingressus est in ea spi
ritus,& vixerunt, steteruntq; super pedes suos, exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad
me, Fili hominis, ossa hæc vniuersa, domus Israel est. Ipsi dicunt: aruerũt ossa nostra, & perijt D
spes nostra,& abscisi sumus. Propterea vaticinare,& dices ad eos. Hæc dicit dominus deus.
Ecce ego aperiam tumulos vestros,& educam vos de sepulchris vestris, populus meus,& in-
ducam vos in terram vestrã Israel,& scietis quia ego dominus, cũ aperuero sepulchra vestra,
& eduxero vos de tumulis vestris popule meus,& dedero spiritũ meum in vobis,& vixeritis
& requiescere vos faciam super humũ vestram,& scietis quia ego dominus locutus sum,& fe
ci, ait dominus deus. Et factus est sermo domini ad me, dicens. Et tu fili hominis sume tibi
He. filiis Israel sociis eius. In deo casu. — lignũ vnũ,& scribe super illud: Iudæ & * filiorũ Israel sociorum eius. Et tolle lignum alterũ, E
& scribe super illud, Ioseph lignũ Ephraim,& cunctæ domus Israel, sociorũq; eius. Et adiun-
Item, Ioseph ligno Ephraim, & cunctæ domui Israel sociis eius. — ge illa, vnum ad alterũ tibi in lignum vnum,& erunt in vnionem in manu tua. Cum autẽ dixe
rint ad te filij populi tui, loquentes: nonne indicas nobis quid in his tibi velis? loqueris ad eos:
Hæc dicit dominus deus. Ecce ego assumã lignum Ioseph, quod est in manu Ephraim, & tri
bus Israel, quæ sunt ei adiunctæ,& dabo eas pariter, cum ligno Iuda,& faciam ea in lignum
vnũ,& erunt vnum in manu eius. Erant autem ligna super quæ scripseris in manu tua, in ocu
lis eorũ,& dices ad eos, Hæc dicit dominus deus, Ecce ego assumam filios Israel de medio na F
tionum, ad quas abierunt,& congregabo eos vndiq;,& adducam eos ad humum suam,& fa-
Iose. eodem — ciam eos in gentem vnam, In terra, in montibus Israel. Et rex vnus erit omnibus imperans,
& non erunt vltra duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo regna. Neq; polluentur vltra
in idolis suis,& abominationibus,& cunctis iniquitatibus suis,& saluos eos faciam de vniuer
sis sedibus suis, in quibus peccauerunt,& emundabo eos,& erunt mihi populus,& ego ero eis
deus,& seruus meus Dauid rex super eos,& pastor vnus erit omnium eorũ. In iudicijs meis G
ambulabunt,& mandata mea custodient,& facient ea. Et habitabunt super terrã, quam dedi
seruo meo Iacob. In qua habitauerunt patres vestri,& habitabunt super eã, ipsi & filij eorũ,&
filij filiorũ eorũ, vsq; in sempiternum,& Dauid seruus meus princeps eorum in perpetuum.
Et percutiam illis fœdus pacis,& pactum sempiternũ erit eis. Et fundabo eos,& multiplica-
bo,& dabo sanctificationem meã in medio eorum, in perpetuum,& erit tabernaculum me-
Sup. eodem — um in eis. Et ero eis deus,& ipsi erunt mihi populus. Et scient gentes, quia ego dominus san-
ctificator Israel: cum fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.

¶De Gog & Magog, eorumq; interitu. Capt XXXVIII.

ET factus est sermo dñi ad me, dicens: Fili hominis, pone faciem tuam contra Gog,& A
terram Magog, principem capitis Mosoch, & Thubal,& vaticinare de eo,& dices
ad eũ. Hæc dicit dominus deus: Ecce ego ad te Gog, principem capitis Mosoch,&
Thubal: Et circumagam te,& ponam frenum in maxillis tuis,& educam te,& omnẽ
exercitum tuum, equos,& equites, vestitos loricis vniuersos, multitudinem magnam, hastam
& clypeum arripientium,& gladium, Persæ, Aethiopes,& Libyes, cum eis, omnes scutati,& B
galeati, Gomer,& vniuersa agmina eius,& domus Thogorma, latera aquilonis,& totum ro
bur eius, populiq; multi tecum. Præpara,& instrue te,& omnem multitudinem tuam quæ co
aceruata est ad te,& esto eis in præceptum, post dies multos visitaberis. In nouissimo anno-
rum venies ad terram quæ reuersa est à gladio,& congregata est de populis multis ad mon-
tes Israel, qui fuerunt deserti iugiter. Hæc de populis educta est,& habitabunt in ea confiden C
ter vniuersi. Ascendens autem quasi tempestas venies,& quasi nubes, vt operias terram: tu
& omnia agmina tua,& populi multi tecum. Hæc dicit dominus deus, In illa die ascendẽt
sermones super cor tuum,& cogitabis cogitationem pessimam,& dices: Ascendam ad ter-
ram absq; muro, veniam ad quiescentes, habitantesq; secure. Hi omnes habitant sine muro,
vectes & portæ non sunt in eis, vt diripias spolia,& inuadas prædam, vt inferas manum tuã D
super eos, qui deserti fuerant,& postea restituti,& super populum qui est congregatus ex gẽ-
tibus, qui possidere cœpit,& est habitator vmbilici terræ. Saba,& Dedan,& negotiatores
Tharsis,& omnes leones eius, dicent tibi: Nunquid ad sumenda spolia tu venis? Ecce ad diri
piendam prædam congregasti multitudinem tuam, vt tollas argentum,& aurum,& auferas
supellectilem, atq; substantiam,& diripias manubias infinitas. Propterea vaticinare fili ho E
minis,& dices ad Gog. Hæc dicit dominus deus: Nunquid non in die illo, cũ habitauerit po-
pulus meus Israel confidenter, scies,& venies de loco tuo, à lateribus aquilonis, tu,& populi
multi tecum, ascensores equorum vniuersi, cœtus magnus,& exercitus vehemens,& ascen-
des super populum meum Israel, quasi nubes, vt operias terrã. In nouissimis diebus eris,&
adducam te super terram meam, vt sciant gentes me, cũ sanctificatus fuero in te, in oculis eo- F
rum, o Gog. Hæc dicit dominus deus, Tu ergo ille es de quo locutus sum in diebus antiquis,

In manu

in manu seruorum meorum prophetarum Israel, qui prophetauerunt in diebus illorum tem-
F porum, vt adducerent te super eos. Et erit in die illa, in die aduentus Gog, super terram Israel,
ait dominus deus, ascendet indignatio mea in furore meo, & in zelo meo. In igne iræ meæ lo-
quutus sum, quia in die illa erit commotio magna super terram Israel, & commouebuntur à fa-
cie mea pisces maris, & volucres cœli, & bestiæ agri, & omne reptile quod mouetur super hu-
mum, cunctíq́ homines qui sunt super faciem terræ. Et subuertentur montes, & cadent* sæ- Heb. gradus.
pes, & omnis murus corruet in terram, & conuocabo aduersus eum, in cunctis montibus me-
G is, gladium, ait dominus deus. Gladius vniuscuiusque in fratrem suum dirigetur, & iudicabo e-
um peste, & sanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immensis. Ignem & sulphur pluam su
per eũ, & sup exercitũ eius, & super populos multos q sunt cũ eo. Et magnificabor, & sanctifi-
cabor, & notus ero in oculis multarũ gentiũ, & frient qa ego dominus.

¶Item de Gog, & Magog. Cap. XXXIX.

A TV autem fili hominis vaticinare aduersum Gog, & dices. Hæc dicit dominus deus:
Ecce ego super te Gog, prinripem capitis Mosoch, & Thubal, & circumagam te, &
educam te, & ascendere te faciam de lateribus aquilonis, & adducam te super mon-
tes Israel, & pcutiam arcum tuum, in manu sinistra tua, & sagitias tuas de manu dex
teratua. Deijciam te super montes Israel, cadrs tu, & omnia agmina tua, & populi tui qui sunt
tecum. Feris, auibus, omnique volatili cœli, & bestijs terræ dedi te, ad deuorãdum. Super faci-
em agri cades, quia ego loquutus sum, ait dominus deus Et immittam ignem in Magog, &
in his qui habitant in insulis confidenter, & scient quia ego dominus, & nomen sanctum meũ
B notum faciam in medio populi mei Israel, & non polluam nomen sunctum meũ amplius, &
scient gentes, quia ego dominus, sanctus Israel. Ecce venit, & factum est, ait dominus deus.
Hæc est dies de qua loquutus sum. Er egredientur habitatores de ciuitatibus Israel, & succen-
dent, & comburent arma, & clypeum, & hastas, arcum, & sagittas, & baculos manuum, & con-
tos, & succendrnt ea igni septem annis. Er non portabunt ligna de regionibus, neq; succident
de saltibus: quoniam arma succendent igni,, & deprædabuntur eos, quibus prædæ fuerãt, & di
C ripient vastatores suos, ait dominus deus. Et erit in die illa, dabo Gog locum nominatum se
pulchrum, in Israel, vallem viatorum, ad orientem maris, quæ obstupescere faciet prætereun-
tes. Et sepelient ibi Gog, & omnem multitudinem eius, & vocabitur vallis multitudinis Gog,
& sepelient eos domus Israel, vt mundent terram septem mensibus. Sepeliet autem eum om̃is
populus terræ, & erit eis nominata dies, in qua glorificatus sum, ait dominus deus. Et viros iu-
giter constituent, lustrantes terram, qui sepeliant, & requirant eos, qui remanserant super faci
D em terræ, vt emundent eam. Post menses autem septem quærere incipient, & circuibunt, per-
agrantes terram. Cunque viderint os hominis statuent iuxta illud titulum, donec sepeliant il-
lud polinctores, in valle multitudinis Gog. Nomen autem ciuitatis Amona, & mundabũt ter-
ram. Tu ergo fili hominis, (hæc dicit dominus deus) dic omni volucri, & vniuersis auibus, cun
ctisque bestijs agri. Conuenire, properate, concurrite vndique, ad victimam meam, quam ego
E immolo vobis, victimam grandem, super montes Israel, vt comedatis rarnem, & bibatis san-
guinem. Carnes fortium comedetis, & sanguinem principum terræ bibetis, arietum, agnorũ,
& hircorum, taurorumq́, & altilium, & pinguium omnium. Et comedetis adipem in saturita-
tem, & bibetis sanguinem in ebrietatem, de victima quam ego immolaui vobis, & saturabimi
ni super mensam meam, de equo, & equite forti, & de vniuersis viris bellatoribus, ait dominus
deus. Er ponam gloriam meam in gentibus, & videbunt omnes gentes iudicium meum quod
F fecerim, & manum meam quam posuerim super eos. Et frient domus Israel: quia ego domi-
nus deus eorum, à die illa, & deinceps. Et scient gentes: quoniã in iniquitate sua rapta sit domus
Israel, & quod dereliquerint me, & absconderim faciem meam ab eis, & tradiderim eos in ma
nus hostium, & ceciderint in gladio vniuersi. Iuxta immundiciam eorum, & scelus, feci eis,
& abscondi fariem meam ab illis. Propterea hæc dicit dominus deus. Nunc reducam captiui-
G tatem Iacob, & miserebor omnis domus Israel. Et assumam zelum pro nomine sancto meo, &
portabunt confusionem suam, & omnem præuaricationẽ, qua præuaricati sunt in me, cum ha
bitauerint in terra sua ronfidenter, neminẽ formidantes, & reduxero eos de populis, & cõgre-
gauero de terra inimicorũ suorũ, & sanctificatus fuero in eis, iu oculis gentiũ plurimarũ. Et sciẽt
quia ego dominus deus eorũ, eo quod transtulerim eos in nationes, & congregauero eos super
terrã suã, & non dereliquerim quenquam ex eis ibi. Et non abscondã vltra faciẽ meã ab eis, eo
quod effuderim spiritũ meũ supe omnẽ domum Israel, ait dominus deus.

¶Visio descriptionis ciuitatis reædificandæ. Cap. XL.

A IN vicesimo quinto anno transmigrationis nostræ, in exordio anni, decima mensis, quar-
todecimo anno postquam percussa est ciuitas, in ipsa hac die facta est sup me manus do-
mini, & adduxit me illuc, in visionibus dei, Adduxit me in terram Israel, & dimisit me su-
per montem excelsum nimis, sup quẽ erat quasi ædificium ciuitatis, vergentis ad austrũ,

& introduxit me illuc. Et ecce vir, cuius erat species quasi species æris, & funiculus lineus in ma
Hæc clausula in. He. nō habetur
nu eius, & calamus mensuræ *in manu eius. Stabat autem in portu, & locutus est ad me idem
vir. Fili hominis, vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia quæ ego ostē
dam tibi: quia vt ostendantur tibi adductus es huc. Annuncia omnia, q̄ tu vides, domui Israel.
He. in cubito & palmo.
Et ecce murus forinsecus in circuitu domus vndique, & in manu viri calamus mensuræ sex cu-
bitorum, & *palmo. Et mensus est latitudinem ædificij calamo vno, altitudinem quoquè ca-
lamo vno. Et venit ad portam quæ respiciebat viam orientalem, & ascendit per gradus eius. B
He. in latitudine, & limē unū &c.
He. cubitis & postes eius &c.
Et mensus est limen portæ calamo vno, *latitudinem, id est, limen vnum, calamo vno, in latitu He. per. di. a. ca. ad sanct.
dine, & thalamum vno calamo, in longum, & vno calamo in latum, & inter thalamos quinque
cubitos, & limen portæ iuxta vestibulum portæ intrinsecus, calamo vno. Et mensus est vesti-
bulum portæ octo *cubitorum, & frontem eius duobus cubitis. Vestibulum autem portæ e-
rat intrinsecus. Porrò thalami portæ ad viam orientalem, tres hinc, & tres inde, mensura vna
trium & mensura vna frontium ex vtraque parte. Et mensus est latitudinem liminis portæ, de-
cem cubitorum, & longitudinem portæ tredecim cubitorum, & marginem ante thalamos cu
biti vnius, & cubitus vnus finis vtrinque. Thalami autem sex cubitorum erant, hinc & índe.
Et mensus est portam à tecto thalami, vsque ad tectum eius, latitudinem vigintiquinq; cubito-
rum, ostium contra ostium. Et fecit frontes per sexaginta cubitos, & ad frontem atrium portæ
vndiq; per circuitum, & ante faciem portæ quæ pertingebat vsque ad faciem vestibuli portæ
He. obthuratas (prum)
interioris, quinquaginta cubitos, & fenestras *obliquas in thalamis, & in frontibus eorum, quæ
erant intra portam vndique per circuitum. Similiter autem erant & in vestibulo fenestræ,
He. triclinia, & pauimentū factū i atrio. Heb. iuxta latus portarū e regione longitudis portæ pauimētū inferius
per gyrum intrinsecus, & ante frontes pictura palmarum cælata. Et eduxit me ad atrium ex-
terius, & ecce *gazophilacia, & pauimentum, stratum lapide, in atrio per circuitum. Triginta C
gazophilacio, in circuitu pauimenti, & pauimentum, *in fronte portarum, secundum longitu
dinem portarum erat inferius. Et mensus est latitudinem à facie portæ inferioris, vsq; ad frō
tem atrij interioris extrinsecus, centum cubitos ad orientem, & ad aquilonem. Portam quoq;
quæ respiciebat viam aquilonis atrij exterioris mensus est, tam in longitudine quam in latitu-
dine, & thalamos eius tres hinc, & tres inde, & frontem eius, & vestibulum eius secundum mē-
suram portæ prioris, quinquaginta cubitorum longitudinem eius, & latitudinem vigintiquin-
He. palmæ
que cubitorum. Fenestræ autem eius, & vestibulum, & *sculpturæ, secundum mensurā por-
tæ, quæ respiciebat ad orientem, & septem graduum erat ascensus eius. Et vestibulum ante
eam, & portæ atrij interioris contra portam aquilonis & orientalem. Et mensus est à porta D
vsque ad portam centum cubitos. Et eduxit me ad viam australem, & ecce porta quæ respi-
ciebat ad austrum. Et mensus est frontem eius, & vestibulum eius, iuxta mensuras superiores
& fenestras eius, & vestibula in circuitu, sicut fenestras cæteras, quinquaginta cubitorum lon-
gitudinem, & latitudinem vigintiquinque cubitorum, & in gradibus septem ascendebatur ad
eam. Et vestibulum ante fores eius, & cælatæ palmæ erant, vna hinc, & altera inde, in fronte e-
ius, & porta atrij interioris in via australi. Et mensus est à porta vsq; ad poram, in via australi,
centum cubitos, & introduxit me in atrium interius ad portam australem, & mensus est portā
iuxta mensuras superiores, thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius, ijsdem mēsuris,
& fenestras eius, & vestibulum eius in circuitu, quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudi-
nis vigintiquinq; cubitos, & vestibulum per gyrum longitudine vigintiquinq; cubitorum, &
He. vestibula
latitudine quinq; cubitorum. Et *vestibulum eius ad atrium exterius, & palmas eius in fronte, E
& octo gradus erant quibus ascendebatur per eam. Et introduxit me in atrium interius per vi-
am orientalem, & mensus est portam, secundum mensuras superiores, thalamum eius, & fron
tem eius, & vestibulum eius, sicut supra, & fenestras eius, & vestibula in circuitu, longitudine
quinquaginta cubitorum, & latitudine vigintiquinq; cubitorum, & vestibulum eius, id est, a-
trij exterioris, & palmæ cælatæ, in fronte eius hinc & inde, & in octo gradibus ascensus eius.
Et introduxit me ad portam quæ respiciebat ad aquilonem, & mensus est secundum mensu-
ras superiores thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius, & fenestras eius, per circui-
tum, longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine vigintiquinq; cubitorum, & vestibu-
lum eius respiciebat ad atrium exterius, & cælatura palmarum in frōte eius, hinc & inde. Et in
octo gradibus ascensus eius, & per singula gazophilacia ostium in frontibus portarum, & ibi
lauabant holocaustum: Et in vestibulo portæ, duæ mensæ hinc, & duæ mensæ inde: vt immo-
letur super eas holocaustum, & pro peccato, & pro delicto. Et ad latus exterius, quod ascendit F
ad ostium portæ, quæ pergit ad aquilonem, duæ mensæ. Et ad latus alterum, ante vestibulum
portæ duæ mensæ. Quatuor mensæ hinc, & quatuor mensæ inde. Per latera portæ octo men-
sæ erant, super quas immolabant, quatuor autem mensæ ad holocaustum, de lapidibus quadris
extructæ, longitudine cubiti vnius & dimidij, & latitudine cubiti vnius, & dimidij, & altitudi-
ne cubiti vnius, supes quas ponent vasa, in quibus immolatur holocaustum, & victima. Et la
bia eorum palmæ vnius reflexa intrinsecus, per circuitū. Super mensas autem carnes oblatiōis.

Et extra

Et extra portam interiorem gazophilacia cantorum, in atrio interiori, quod erat in latere por
G tæ, respicientis ad aquilonem, & facies eorum contra viam australem vna, ex latere portæ ori-
entalis, quæ respiciebat ad viam aquilonis. Et dixit ad me, hoc est gazophilacium, quod respi-
cit viam meridianam sacerdotum, qui excubant in custodijs templi. Porrò gazophilaciũ quod
respicit ad viam aquilonis, sacerdotum erit qui excubant ad ministerium altaris. Isti sunt filij
Sadoc, qui accedunt de filijs Leui, ad dominum, vt ministrent ei. Et mensus est atrium lon-
gitudine centum cubitorum & latitudine centum cubitorum, per quadrum, & altare ante faciẽ
templi. Et introduxit me in vestibulum templi, & mensus est vestibulũ, quinq; cubitis hinc,
& quinq; cubitis inde, & latitudinem portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde,
longitudinem autem vestibuli viginti cubitorum, & latitudinem vndecim cubitorum. Et
*octo gradibus ascendebatur ad eam. Et columnæ erant in frontibus, vna hinc, & altera inde. He. nõ habẽt octo.

¶ Dispositio reædificandi templi, & ad id pertinentium. Cap. XLI.

A ET introduxit me in templum, & mensus est frontes, sex cubitos latitudinis hinc, & sex
cubitos latitudinis inde, latitudinem tabernaculi. Et latitudo portæ decem cubitorũ
erat, & latera portæ quinq; cubitis hinc, & quinq; cubitis inde. Et mensus est longitu-
dinem eius quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorũ. Et introgressus
intrinsecus, mensus est in fronte portæ, duos cubitos, & portam sex cubitorum, & latitudinem
portæ septem cubitorum. Et mensus est longitudinem eius viginti cubitorum, & latitudinem
eius viginti cubitorum, ante faciem templi. Et dixit ad me. Hoc est sanctũ sanctorũ, & men- He. thalami.
sus est parietem domus sex cubitorũ, & latitudinem *lateris quatuor cubitorum vndiq; per cir
B cuitum domus. *Latera aũt, latus ad latus, bis triginta trium. Et erant eminentia, quæ ingrede- He. thalamorum
He. latitudo. rentur per parietem domus in lateribus, p circuitum, vt continerent, & non attingerent parie- thalam⁹ erat
tem templi, & *platea erat in rotundũ, ascendens sursum per cocleam, & in cœnaculum templi sup thalamũ
deferebat per gyrum. Idcirco latius erat templum in superioribus, & sic de inferioribus ascen- in triginta tribus pedib⁹ &
debatur ad superiora, & in medium. Et vidi in domo altitudinem per circuitum, fundata late- uenerũt i pariete domus
ra ad mensuram calami, sex cubitorum spacio, & latitudinem per parietem lateris forinsecus, p thalamus p
He. locus qui quinq; cubitorum, & erat *interior domus in lateribus domus. Et inter gazophilacia latitudinẽ circuitum ut
eius thalamus viginti cubitorum, in circuitu domus vndiq;, & ostium lateris ad *orationem, ostium vnum teneretur &
domus. ad viam aquilonis, & ostium vnum ad viam australem, & latitudinem loci ad *orationẽ, quinq; nõ hæreret in
He. locũ qui cubitorũ in circuitu. Et ędificium quod erat separatum, versumq; ad viam respicientem ad ma pariete (capita trabium)
eius. re, latitudinis septuaginta cubitorum, paries autem ædificij quinq; cubitorum latitudinis p cir-
cuitum, & longitudo eius nonaginta cubitorum. Et mensus est domus longitudinem centum
C cubitorum, & quod separatum erat ædificium, & parietes eius longitudinis centum cubitorũ.
Latitudo autem ante faciem domus, & eius quod erat separatum contra orientem, centum cu-
bitorum. Et mensus est longitudinem ædificij contra faciem eius, quod erat separatum ad dor
sum *Hexthecas ex vtraq; parte, centum cubitorum, & templum interius, & vestibula atrij, li- He. & thalamos nõ legũt
mina, & fenestras obliquas hexthecas in circuitu, per tres partes contra vniuscuiusq; limen, stra uerasthecha.
tumq; ligno per gyrum, in circuitu. Terra autem vsq; ad fenestras, & fenestræ clausæ super o-
stia, & vsq; ad domũ interiorẽ, & forinsecus p omnẽ parietẽ in circuitu intrinsecus & forinsecus
ad mensuram, & fabrefacta cherubim, & palmæ, & palma inter cherub & cherub: Duasq; faci-
es habebat cherub, faciem hominis iuxta palmam, ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam
D ex alia parte expressam. Per omnem domum in circuitu de terra vsq; ad superiorem partem
cherubim, & palmæ cælatæ erant in pariete templi. Limen quadrangulum, & facies aspectus
sanctuarij *contra aspectum altaris lignei, trium cubitorum altitudo, & longitudo eius, duorũ He. sicut aspectus (liminis
cubitorum, & anguli eius, & longitudo, & parietes eius lignei. Et loquutus est ad me. Hæc est tẽpli) Altaris
mensa coram domino. Et duo ostia erant in tẽplo, & in sanctuario & in duobus ostijs ex vtra- lignei erat
que parte bina erant ostiola, quæ in se inuicem plicabantur. Bina enim ostia erant ex vtraq; pte triũ &c.
ostiorum. Et cælata erant in ipsis ostijs templi cherubim, & sculptura palmarum, sicut in parie-
tibus quoq; expressa erant. Quamobrem & grossiora erant ligna in vestibuli fronte forinsecus
super quæ fenestræ obliquæ, & similitudo palmarũ hinc atq; inde, in humerulis vestibuli, secũ-
dum latera domus, latitudinemq; parietum.

¶ De gazophilacijs, ceterisque ad sacrorum vsum reædifi
candis. Cap. XLII.

A ET eduxit me i atrium exterius per viam ducentẽ ad aquilonẽ. Et eduxit me i gazophi
lacium, q̃d erat contra separatum ædificiũ, & contra ædem, vergentem ad aquilonẽ,
in facie longitudinis centum cubitos ostij aquilonis, & latitudinis quinquaginta cubi-
tos, contra viginti cubitos atrij interioris, & contra pauimentũ stratũ lapide atrij exte
rioris, *vbi erat porticus iuncta porticui triplici. Et ante gazophilacia deambulatio decẽ cubi He. thalamus sup faciẽ thalami in trib⁹
torum latitudinis, ad interiora respiciens viæ cubiti vnius. Et ostia earum ad aquilonem vbi mãsionibus.
He. strictiora erant gazophilacia in superioribus *humiliora, quia supportabãt porticus, quæ ex illis emine-

bant de inferioribus,& de medijs ædificij. Triftega enim erant,& non habebant columnas,fi-
cut erant columnæ atriorum. Propterea eminebant de inferioribus, & de medijs à terra,cubi- B
tis quinquaginta. Et peribolus exterior fecundũ gazophilacia,quæ erãt in via atrij exterioris
ante gazophilacia. Longitudo eius quinquaginta cubitorum,quia longitudo erat gazophila-
ciorum atrij exterioris quinquaginta cubitorum,& longitudo ante faciem templi centum cu-
bitorum. Et erat fubter gazophilacia hæc,introitus ab oriente ingredientium in eade atrio ex
teriori,in latitudine periboli atrij,quod erat contra viam orientalem,in faciem ædificij fepara
ti. Et erant ante ædificium gazophilacia,& via ante faciem eorum iuxta fimilitudinem gazo-
philaciorum,quæ erant in via aquilonis. Secundum longitudinem eorum, fic & latitudo eoꝝ, C
& omnis introitus eorum,& fimilitudines,& oftia eorum,fecundum oftia gazophilaciorum,
quæ erant in via refpiciente ad nothum. Oftium in capite viæ,quæ via erat ante * veftibulum
feparatum ,per viam orientalem ingredientibus. Et dixit ad me, gazophilacia aquilonis, &
gazophilacia auftri,quæ funt ante ædificium feparatum,hæc funt gazophilacia fancta, in qbus
vefcuntur facerdotes,qui appropinquant ad dominum in fancta fanctorum. Ibi ponent fancta
fanctorum,& oblationes,pro peccato,& pro delicto. Locus enim fanctus eft. Cum autem in-
greffi fuerint facerdotes,non egredientur de fanctis in atrium exterius. Et ibi reponent vefti- D
menta fua in quibus miniftrant,quia fancta funt,ueftienturq́ꝫ veftimentis alijs, & fic procedẽt
ad populum. Cumq́ꝫ compleffet menfuras domus interioris,eduxit me per viam portæ,quæ
refpiciebat ad viam orientalem,& menfus eft eam, vndiqꝫ per circuitum. Menfus eft autem cõ
tra ventum orientalem,calamo menfuræ,quingentos calamos,in calamo menfuræ per circui-
tum. Et menfus eft contra ventum aquilonis,quingentos calamos,in calamo menfuræ per gy-
rum. Et ad ventum auftralem menfus eft quingentos calamos,in calamo menfuræ per circui-
tum. Et ad ventum occidentalem menfus eft quingentos calamos,in calamo menfuræ. Per q̃-
tuor ventos menfus eft murum eius, vndiqꝫ per circuitum,longitudinem quingentoꝝ *cubito
rum,& latitudinẽ quingentoꝝ cubitoꝝ,diuidentem inter fanctuariũ & * vulgi locũ.

He. parietẽ couenientem, per uiã,&c

He. cubitorũ hic nõ habẽt neqꝫ in fequẽte claufula

He. prophanũ

¶ Vifio claritatis dei, Oftenfio figuræ domus, Ritus offerendoꝝ holocau-
ftorum. Cap. XLIII.

ET duxit me ad portam quæ refpiciebat ad viam orientalem. Et ecce gloria dei Ifrael A
ingrediebatur per viam orientalem,& vox erat ei quafi vox aquarum multaꝝ, & ter-
ra fplendebat à maieftate eius. Et vidi vifionem fecundum fpeciem quam videram,
quando venit, vt difperderet ciuitatem,& fpecies fecundũ afpectũ, quem viderã iuxta
fluuium Chobar. Et cecidi fuper faciẽ meam. Et maieftas domini ingreffa eft templum, per
viã portæ, quæ refpiciebat ad orientem. Et eleuauit me fpũs,& introduxit me in atrium interi
us. Et ecce repleta erat gloria domini domus. Et audiui loquentem ad me de domo. Et vir q B
ftabat iuxta me, dixit ad me. Fili hominis locus folij mei,& locus veftigiorum pedum meorum
vbi habito in medio filiorum Ifrael in æternum,& non polluent vltra domus Ifrael nomẽ fan-
ctum meũ, ipfi & reges eorum in fornicationibus fuis,& in ruinis regum fuoꝝ, & in excelfis, q
fabricati funt limen fuũ iuxta, limen meum,& poftes fuos iuxta poftes meos,& murus erat in-
ter me & eos & polluerunt nomen fanctum meum in abominationibus quas fecerunt, propter
quod confumpfi eos in ira mea. Nunc ergo repellant procul fornicationem fuam,& ruinas re- C
gum fuorum à me,& habitabo in medio eoꝝ femper. Tu autẽ fili hominis oftende domui Ifra-
el templũ,& confundantur ab iniquitatibus fuis,& metiantur fabricam,& erubefcant ex om̃i-
bus quæ fecerunt. Figuram domus,& fabricæ eius,exitus,& introitus, & omnẽ defcriptionẽ
eius,& vniuerfa præcepta eius,cunctumq́ꝫ ordinem eius,& om̃es leges eius oftende eis,& fcri-
bes in oculis eoꝝ, vt cuftodiant omnes defcriptiones eius, & præcepta illius, & faciant ea. Ifta D
eft lex domus,in fummitate montis. Omnes fines eius in circuitu,fanctum fanctorum eft. Hæc
eft ergo lex domus. Iftæ aũt mẽfuræ altaris in cubito veriffimo, q habebat cubitũ & palmũ. In
*finu eius erat cubitus,& cubitus in latitudine,& definitio eius vfqꝫ ad labiũ eius, & in circuitu
palmas vnus. Hec q̃qꝫ erat *foffa altaris. Et de finu terræ vfqꝫ ad crepidinẽ *nouiffimã, duo cubi
ti,& latitudo cubiti vnius,& à crepidine minore vfqꝫ ad crepidinẽ maiorẽ, quatuor cubiti,& la
titudo cubiti vnius. Ipfe aũt Ariel quatuor cubitoꝝ,& ab ariel vfqꝫ furfum cornua quatuor. Et
ariel duodecim cubitoꝝ in longitudine, p duodecim cubitos latitudinis quadrangulatũ æquis E
lateribus. Et crepido q̃tuordecim cubitoꝝ longitudinis, p quatuordecim cubitos latitudinis,
in q̃tuor angulis eius,& *corona in circuitu eius dimidij cubiti,& finus eius vnius cubiti p cir-
cuitũ. Gradus aũt eius verfi ad orientẽ. Et dixit ad me. Fili hoĩs. Hæc dicit dñs deus. Hi funt ri-
tus altaris,in q̃cunqꝫ die fuerit fabricatũ, vt offeraẗ fuper illud holocauftũ,& effũdaẗ fanguis. Et
dabis facerdotib. & Leuitis. q funt de femĩe Sadoc, q accedũt ad me (ait dñs deus) vt offerãt mi
hi vitulũ de armẽto, pro pc̃tõ. Et affumẽs de fanguine eius, pones fup q̃tuor cornua eius, & fup F
q̃tuor angulos crepidinis,& fup coronã ĩ circuitu,& mũdabis illud,& expiabis. Et tolles vitulũ
q oblatus fuerit pro pc̃tõ,& cõbures eũ in feparato loco domus, extra fanctuarium, Et in die
fecundo

He. fundamẽto

He. ftatura

He. inferiorem

Heb. claufura

secundo offeres hircum capraꝝ, immaculatum, pro peccato & expiabunt altare, sicut expiaue
runt in vitulo. Cumq; compleueris expians illud, offeres vitulum de armento, immaculatũ,
& arietem de grege, immaculatũ, & offeres eos in conspectu Dñi. Et mittent sacerdotes super
G eos sal, & offerent eos holocaustũ Dño. Septem diebus facies hircũ pro peccato quotidie, & vi
tulũ de armento, & arietem de pecoribus immaculatos offerent. Septem diebus expiabũt alta
re, & mundabũt illud, & implebũt manũ eius. Expletis aũt septem diebus, in die octaua, & vl
tra, facient sacerdotes super altare holocausta vestra, & quæ pro pace offerunt, & placatus ero
vobis, ait Dominus Deus.

¶De porta clausa, de alienigenis non intraturis templum, De sanctitate & hæreditate Leuitarum. Ca. XLIIII

A ET conuertit me ad viam portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad orientem, &
erat clausa. Et dixit Dñs ad me, porta hæc clausa erit, & non aperiet, & vir non transi- Heb. clausa
bit ꝑ eã: qm̃ dñs deus Israhel ingressus est per eã, eritq; * clausa principi. Princeps ipse principis prin
sedebit in ea, vt comedat panem corã Dño. Per viam portæ vestibuli ingrediet, & per cipis erit, ipse
viã eius egrediet. Et eduxit me per viã portæ aquilonis, in conspectu domus, & vidi, & ecce im sede, &c.
B pleuit gloria Dñi, domũ domini. Et cecidi in faciem meã, & dixit ad me Dñs. Fili hominis, po
ne cor tuũ, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi, omnia quæ ego loquar ad te, de vniuersis ce
rimonijs domus Dñi, & de cunctis legibus eius. Et pones cor tuũ in vijs templi, per oẽs exitus
sanctuarij, & dices ad exasperantem me, domum Israhel. Hæc dicit Dñs Deus. Sufficiãt vobis
omnia scelera vestra, domus Israhel: eo ꝙ inducitis filios alienos, incircũcisos corde. & incircũ
cisos carne, vt sint in sanctuario meo, & polluant domũ meam: & offertis panes meos, adipem
& sanguinem, & dissoluistis pactũ meũ in omnibus sceleribus vestris, & non seruastis præce
C pta sanctuarij mei, & posuistis custodes obseruationũ meaꝝ, in sanctuario meo, vobismetipsis.
Hæc dicit Dñs Deus. Omnis alienigena, incircũcisus corde, & incircũcisus carne, non ingredie
tur sanctuariũ meũ, omnis filius alienus, q est in medio filioꝝ Israhel. Sed & Leuitæ qui longe
recesserunt à me, in errore filioꝝ Israhel, & errauerũt à me post Idola sua, & portauerũt iniq
tatem suã, erunt in sanctuario meo æditui, & ianitores portaꝝ domus, & ministri domus, ipsi
mactabũt holocausta, & victimas populi, & ipsi stabũt in conspectu eorum, vt ministrent eis.
D Pro eo ꝙ ministrauerũt illis in conspectu Idoloꝝ soꝝ, & facti sunt domus Israhel in offendicu
lum iniqtatis, idcirco leuaui manũ meam super eos, ait Dominus Deus. & portabunt iniquita
tem suam. Et non appropinquabũt ad me, vt sacerdotio fungant mihi, neq; accedent ad om̃e
sanctuariũ meũ, iuxta sancta sanctoꝝ, sed portabunt confusionem suã, & scelera sua quæ fece
runt. Et dabo eos ianitores domus, in omni ministerio eius, & vniuersis quæ fient in ea. Sacer
dotes aũt Leuitæ, filij Sadoc, q custodierunt * cæremonias sanctuarij mei, cũ errarent filij Isra He. custodiã
hel à me, ipsi accedent ad me, vt ministrent mihi, & stabũt in conspectu meo, vt offerant mihi
E adipem, & sanguinem, ait Dominus Deus. Ipsi ingredient sanctuariũ meũ, & ipsi accedent ad
mensam meã, vt ministrent mihi, & custodiant ceremonias meas. Cumq; ingredient portas
atrij interioris, vestibus lineis induent, nec ascendet super eos quicq̃ laneũ, quando ministrãt He. corona
in portis atrij interioris, & intrinsecus. * Vittæ lineæ erunt in capitibus eoꝝ, & fœminalia linea He. loco su
erunt in lumbis eoꝝ, & non accingent in * sudore. Cũq; egredient atriũ exterius ad populum, doris. i. ascelles
exuent se vestimentis suis, in qbus ministrauerãt, & reponent ea in * gazophylacio sanctuarij, He. thalamis
& vestient se vestimẽtis alijs, & non sanctificabũt populũ in vestibus suis. Caput aũt suũ non He. denuda
F radent, neq; * comã nutrient, sed tondentes attondent capita sua. Et vinũ non bibet omnis sa tionem per
cerdos, quãdo ingressurus est atrium interius. Et viduam & repudiatã non accipient vxores, mittẽt.
sed virgines, de semine domus Israhel. Sed & viduã quæ fuerit vidua à sacerdote, accipient, &
populũ meũ docebũt, qd sit inter sanctũ, & pollutũ, & inter mundum, & immundũ ostendent
eis. Et cũ fuerit controuersia stabunt in iudicijs meis, & iudicabunt. Leges meas & præcepta Deut. 17. B.
mea in omnibus solennitatibus meis custodient, & sabbata mea sanctificabunt. Et ad mortuũ Esa. 8. d.
hoĩem non ingredient, ne polluant: nisi ad pr̃em, & matrẽ, & filiũ, & filiã, & frẽm, & sororem
quæ alteꝝ viꝝ non habuit, in qbus contaminabunt. Et postq̃ fuerit emundatus, septẽ dies nu
merabunt ei, & in die introitus sui in sanctuarium ad atrium interius, vt ministrent mihi in san
G ctuario, offeret pro peccato suo, ait dñs deus. Non erit autẽ eis hæreditas: ego hæreditas eoꝝ,
& possessionẽ non dabitis eis in Israhel: ego enĩ possessio eoꝝ. Victimã, & ꝓ peccato, & ꝓ deli He. sancti
cto, ipsi comedent, & omne * votum in Israhel ipsoꝝ erit. Et primitiua oĩm primogenitoꝝ, ficatum.
& omnia libamenta ex omnibus quæ offerunt, sacerdotum erunt, & primitiua ciboꝝ vestroꝝ
dabitis sacerdoti, vt reponat benedictionem domui suæ. Omne morticinum, & captum à be
stia, de auibus, & de pecoribus non comedent sacerdotes.

¶Descriptio quantitatis loci sanctificandi, de æquitate ponderis, & mensuræ, de duabus festiuitatibus, quas lex non præcepit. Item de paschate, pen thecoste, & scenopegia. Ca. XLV.

CVmq́; cœperitis terram diuidere sortito, separare primitias Domino: sanctificatum A
de terra, longitudine vigintiquinq; milia: & latitudine decem milia. Sanctificatum
erit in omni termino eius per circuitum, & erit ex omni parte sanctificatum quingẽ
tos per quingentos, quadrifariam per circuitum: & quinquaginta cubitis, in suburba
na eius, per gyrum. Et à mensura ista mensurabis longitudinem vigintiquinq; milium: & lati- B
tudinem decem milium. Et in ipso erit templum, sanctumq́; sanctorum: sanctificatum de terra
erit sacerdotibus, ministris sanctuarij, qui accedunt ad ministerium Domini. Et erit eis locus
in domos, & in sanctuarium sanctitatis. Vigintiquinq; autem milia longitudinis, & decem mi-
lia latitudinis, erunt Leuitis, qui ministrant domui. Ipsi possidebunt viginti gazophylacia. Et C
possessionem ciuitatis dabitis quinq; milia latitudinis: & longitudinis vigintiquinq; milia, se-
cundũ separationem sanctuarij, omni domui Israhel. Principi quoq; hinc & inde in separatio-
nem sanctuarij, & in possessionem ciuitatis, & contra faciem separationis sanctuarij, & contra
faciem possessionis vrbis, à latere maris, vsq; ad mare, & à latere orientis, vsq; ad orientẽ. Lon-
gitudinis aũt iuxta vnamquanq; partem, à termino occidentali, vsq; ad terminũ orientalem,
de terra erit ei possessio in Israhel. Et non depopulabunt vltra principes populũ suũ, sed terrã
dabunt domui Israhel, secundũ tribus eorum. Hæc dicit Dominus Deus: Sufficiat vobis princi D
pes Israhel: iniquitatem, & rapinas intermittite, & iudiciũ, & iustitiam facite. Separate confi-
nia vestra à populo meo: ait Dominus Deus. Statera iusta, & ephi iustũ, & batus iustus erit vo
bis. Ephi, & batus æqualia, & vnius mensuræ erunt, vt capiat decimam partem cori batus, &
decimam partem cori ephi. Iuxta mensuram cori erit æqua libratio eorum. Siclus autem vigin
ti obulos habet. Porrò viginti sicli: & vigintiquinq; sicli: & quindecim sicli mnam faciunt. Et
hæ sunt primitiæ quas tolletis: sextam partem ephi de coro frumenti, & sextam partem ephi
Exo.30.b. de coro hordei. Mensura quoq; olei. Batus olei decima pars cori est, & decem bati corum
Leui.27.c. faciunt. Quia decem bati implent corum. Et arietem vnum de grege ducentorum, de his quæ E
Num.3.g nutriuit Israhel in sacrificium, & in holocaustum, & in pacifica, ad expiandum pro eis, ait Do-
minus Deus. Omnis populus terræ tenebitur primitijs his, principi in Israhel. Et super princi-
pem erunt holocausta, & sacrificiũ, & libamina in solennitatibus, & in calendis, & in sabbatis,
& in vniuersis solennitatibus domus Israhel. Ipse faciet pro peccato sacrificium, & holocaustũ
& pacifica ad expiandum pro domo Israhel. Hæc dicit Dominus Deus. In primo mense, vna F
mensis, sumes vitulũ de armẽto, immaculatum, & expiabis sanctuarium. Et tollet sacerdos de
sanguine, quod erit pro peccato, & ponet in postibus domus, & in quatuor angulis crepidi-
nis altaris: & in postibus portæ atrij interioris. Et sic facies in septima mensis, pro vnoquoque
qui ignorauit, & errore deceptus est, & expiabis pro domo. In primo mense, quartadecima
die mensis, erit vobis phase solennitas. Septem diebus azyma comedentur. Et faciet princeps G
in die illa pro se, & pro vniuerso populo terræ vitulum pro peccato. Et in septem dierum so-
lennitate faciet holocaustum Domino, septem vitulos, & septem arietes, immaculatos, quoti-
die, septem diebus, & pro peccato hircum caprarum, & sacrificium, ephi per vitulum, & ephi
per arietem faciet, & olei hin, per singula ephi. Septimo mense: quintadecima die mensis, in so
lennitate faciet sicut supradicta sunt per septem dies: tam pro peccato quàm pro holocausto
& in sacrificio, & in oleo.

¶ De sacrificijs sabbati & neomeniarum. Per quas portas in templũ intrandũ. De holocau
sto principis. De coquinis sacerdotum. Ca. XLVI.

HAec dicit Dominus Deus. Porta atrij interioris quæ respicit ad orientẽ, erit clausa sex A
diebus, in quibus opus fit. Die autem sabbati aperietur. Sed & in die calendarũ aperietur,
& intrabit princeps per viam vestibuli portæ, de foris, & stabit in limine portæ. Et
facient sacerdotes holocaustum eius, & pacifica eius: & adorabit super limen portæ,
& egredietur, portã aũt non claudetur, vsq; ad vesperam. Et adorabit populus terræ ad ostiũ por B
tæ illius, in sabbatis, & in calendis, coram dño. Holocaustũ aũt hoc offeret princeps dño, in die
sabbati, sex agnos immaculatos, & arietẽ immaculatũ, & sacrificiũ ephi, per arietem. In agnis
autem sacrificium quod dederit manus eius, & olei hin per singula ephi. In die aũt calendarum,
vitulũ de armẽto immaculatũ, & sex agni, & aries, immaculati erũt, & ephi per vitulum: ephi
quoq; p arietẽ faciet sacrificiũ. De agnis aũt sicut inuenerit manus eius: olei hin p singula ephi.
Cũq; ingressurus est princeps: p viã vestibuli portæ ingrediatur, & p eandẽ viã exeat. Et cũ in- C
trabit populus terræ in cõspectu dñi in solẽnitatibus, q ingreditur p portã aqlonis, vt adoret:
egrediatur p viã portæ meridianæ. Porrò q ingreditur per viã portæ meridianæ: egreditur p viam
portæ aquilonis. Non reuertetur per viã portæ p quam ingressus est: sed è regione illius egredie
He. festis die tur. Princeps aũt in medio eorum cũ ingredientibus egredietur. Et in * nundinis, & in solennitati-
bus bus erit sacrificiũ, ephi per vitulũ, & ephi per arietem. In agnis aũt erit sacrificium, sicut inuene
rit manus eius: & olei hin per singula ephi. Cum aũt fecerit princeps spontaneũ holocaustum D
aut pacifica voluntaria dño, aperietur ei porta, quæ respicit ad orientem, & faciet holocaustũ

suum

suum:& pacifica sua, sicut fieri solet in die sabbati, & egredietur, claudeturq́ porta, postquam
exierit. Et agnum eiusdem anni immaculatum, faciet holocaustum quotidie Domino. Sem- Hebr. mane,
E per mane faciet illud, & faciet sacrificium super eo * cata mane: mane sextam partem Ephi, & mane, id est,
de oleo tertiam partem hin, vt misceatur similæ. Sacrificium Domino legitimum: iuge atque singulo mane iuxtá &c.
perpetuum. Faciet agnum, & sacrificium, & oleum cata mane: mane holocaustũ sempiternũ,
Hæc dicit Dominus Deus. Si dederit princeps donum alicui de filijs suis, hæreditas eius filio-
rum suorum erit, possidebunt eam hæreditarie. Si autem dederit legatũ de hæreditate sua, vni
F seruorum suorum, erit illius vsque ad annum remissionis, & reuertetur ad principem. Hæredi-
tas autem eius, filijs eius erit. Et non accipiet princeps de hæreditate populi per violentiam,
& de possessione eorum, sed de possessione sua hæreditatem dabit filijs suis, vt non dispergat
populus meus, vnusquisq; à possessione sua. Et introduxit me per ingressum, qui erat ex la-
tere portæ, in gazophylacio sanctuarij, ad sacerdotes, quæ respiciebant ad aquilonem, & erat
G ibi locus vergens ad occidentem, & dixit ad me. Iste est locus vbi coquent sacerdotes, pro pec-
cato, & pro delicto, vbi coquẽt sacrificiũ, vt non efferant in atriũ exterius, & sanctificet popu
lus. Et eduxit me in atrium exterius, & circũduxit me per quatuor angulos atrij. Et ecce atrio
lum erat in angulo atrij, atriola singula per angulos atrij In quatuor angulis atrij, atriola dispo
sita, quadraginta cubitorum per longum, & triginta per latum. Mensuræ vnius quatuor erant
Et paries per circuitum ambiens quatuor atriola, & culinæ fabricatæ erant subter * porticus Heb. parietes.
per gyrum, & dixit ad me. Hæc est domus culinarum, in qua coquent ministri domus Domini
victimas populi.

¶ Visio aquarũ profluentium de templo. De diuisione terræ, De portis ciuitatis.

Caput XLVII.

A ET conuertit me ad portam domus, & ecce aquæ egrediebantur subter limen domus
ad orientem. Facies enim domus respiciebat ad orientem. Aquæ autem descendebãt
in latus templi dextrum, ad meridiem altaris. Et eduxit me per viam portæ aquilonis
& conuertit me ad viam foras portam exteriorem, viam quæ respiciebat ad orientẽ.
Et ecce aquæ * redundantes à latere dextro, cum egrederet vir ad orientem, qui habebat funi He. exeuntes.
culum in manu sua, & mensus est mille cubitos, & traduxit me per aquam vsq; ad talos. Rur-
sumq́; mensus est mille, & traduxit me per aquam vsq; ad genua. Rursumq́ mensus est mille &
B traduxit me per aquam vsq; ad renes. Et mensus est mille torrẽtem, quẽ non potui pertrãsire
qm̃ intumuerant aquæ profundæ torrentis, qui non potest transuadari, & dixit ad me. Certe
vidisti fili hominis. Et eduxit me, & conuertit ad ripam torrentis. Cumq́; me conuertissem, ec
ce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraq; parte. Et ait ad me: Aquæ istæ quæ egrediunt
ad * tumulos sabuli orientalis, & descendunt ad plana deserti, intrabunt mare, & exibunt, & sa Heb. Galil,
nabuntur aquæ. Et omnis anima viuens, quæ serpit, quocunq; venerit torrens, viuet: & erũt id est, Galilæam orientalem
pisces multi satis: postquàm venerint illuc aquæ istæ. Et sanabuntur, & viuent omnia, ad quæ
venerit torrens, & stabunt super illa piscatores. Ab Engaddi vsque ad Eneglaim, siccatio sage
C narum erit. Plurimæ species erunt piscium eius, sicut pisces maris magni, multitudinis nimiæ.
In littoribus autem eius, & in palustribus, non sanabuntur, quia in salinas dabuntur. Et super
torrentem orietur in ripis eius ex vtraque parte omne lignum pomiferum. Non defluet foli-
um ex eo, & non deficiet fructus eius. Per singulos menses afferet primitiua, quia aquæ eius de
sanctuario egredientur. Et erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam. Hæc dicit
Dominus Deus. Hic est terminus in quo possidebitis terram, in duodecim tribubus Israhel,
quia Ioseph duplicem funiculum habet. Possidebitis autem eam singuli, æque vt frater suus, su-
per quam leuaui manum meam, vt darem patribus vestris. Et cadet terra hæc vobis in posses-
sionem. Hic est autem terminus terræ ad plagam septentrionalem, à mari magno, via Hetha-
D lon, venientibus Sadada, Hemath, Berotha, Sibaraim, quæ est inter medium Damasci, & con-
finium Hemath, atrium Thichon, quæ est iuxta terminum Auran. Et erit terminus à mari vs-
que ad atrium Enon terminus Damasci, & ab Aquilone ad Aquilonem terminus Hemath,
plaga septentrionalis. Porrò plaga orientalis de medio Auran, & de medio Damasci, & de me
dio Galaad, & de medio terræ Israhel, Iordanis disterminans, ad mare orientale metiemini
plagam orientalem. Plaga autem australis meridiana, à Thamar vsque ad aquas contradictio
nis Cados, & torrens vsque ad mare magnum. Et hæc est plaga ad meridiem australis. Et pla-
ga maris, mare magnum, à confinio per directum, donec venias Hemath, hæc est plaga ma-
ris. Et diuidetis terram istam vobis, per tribus Israhel, & mittetis eam in hæreditatem, vobis,
& aduenis, qui accesserint ad vos, qui genuerint filios in medio vestrum, & erunt vobis sicut
indigenæ, inter filios Israhel. Vobiscum diuident possessionem, in medio tribuum Israhel. In
tribu autem quacunq; fuerit aduena, ibi dabitis possessionem illi, vt ait Dominus Deus.

Descri-

¶Descriptio diuisionis terræ, quantum ad intraneos. Cap. XLVIII.

ET hæc nomina tribuum, à finibus aquilonis iuxta viam Hethalon pgentibus Hemath A
atrium Enon terminus Damasci, ab aquilone iuxta viam Hemath. Et erit ei plaga ori-
entalis, mare, Dan vna. Et à termino Dan, à plaga orientali, vsq; ad plagam maris.
Aser vna. Et super terminum Aser, à plaga orientali, vsq; ad plagam maris. Neph-
thali vna. Et super terminum Nephthali, à plaga orientali, vsque ad plagam maris. Manasse
vna. Et super terminum Manasse, à plaga orientali, vsque ad plagam maris: Ephraim vna. Et
super terminum Ephraim, à plaga orientali, vsque ad plagam maris. Ruben vna. Et super ter-
minum Ruben, à plaga orientali, vsque ad plagam maris, Iuda vna. Et super terminum Iuda, à
plaga orientali, vsque ad plagam maris, erunt primitię quas separabitis, vigintiquinque mili-
bus calamis latitudinis, & longitudinis, sicuti singulæ partes, à plaga orientali, vsque ad plagā
maris. Et erit sanctuarium in medio eius. Primitiæ quas separabitis domino, lōgitudo vigin-
tiquinq; milibus, & latitudo decem milibus. Hæc autem erunt primitiæ sanctuarij sacerdotū,
ad aquilonem longitudinis vigintiquinq; milia, & ad mare latitudinis decem milia: sed & ad
orientem, latitudinis decem milia, & ad meridiem longitudinis vigintiquinq; milia. Et erit
sanctuarium domini in medio eius, Sacerdotibus sanctuarium erit de filijs Sadoc. qui custodi- B
erunt cerimonias meas, & non errauerunt cum errarent filij Israel, sicut errauerunt & Leuitæ,
Et erunt eis primitiæ, de primitijs terræ, sanctum sanctorum, iuxta terminum Leuitarum.
Sed & Leuitis similiter, iuxta fines sacerdotum, vigintiquinq; milia longitudinis, & latitudinis
decem milia. Omnis longitudo viginti & quinq; milium, & latitudo decē milium. Et non ve
nundabunt ex eo, neq; mutabunt, neq; transferentur primitiæ terræ, quia sanctificatæ sunt do
mino. Quinq; milia aūt quæ supersunt in latitudine, p vigintiquinq; milia, prophana erūt vr-
bis, in habitaculum, & in suburbana. Et erit ciuitas in medio eius, & hæ mensuræ eius. Ad pla-
gā septentrionalē quingenta & quatuor milia, & ad plagā meridianam quingenta & quatuor
milia, & ad plagā orientalem quingenta & quatuor milia, & ad plagam occidentalem quin-
genta & quatuor milia. Erunt autem suburbana ciuitatis ad aquilonem, ducenta quinquagin-
ta, & ad meridiem, ducenta quinquaginta, & ad orientem, ducenta quinquaginta, & ad mare, C
ducenta quinquaginta. Quod autem reliquum fuerit in longitudine, secundum primitias san-
ctuarij, decem milia in orientem, & decem milia in occidentem, erunt sicut primitiæ sanctua-
rij, & erunt fruges eius in panes, his qui seruiunt ciuitati. Seruientes autē ciuitati operabunt ex
omnibus tribubus Israel. Omnes primitiæ vigintiquinq; milium, per vigintiquinq; milia, in
quadrū, separabuntur in primitias sanctuarij, & in possessionē ciuitatis. Quod autē reliquū fue
rit, principis erit * ex omni parte primitiarū sanctuarij, & possessiōis ciuitatis, è regione viginti
quinq; miliū primitiarū, vsq; ad terminū maris, similiter in partibus principis erit. Et erūt pri-
mitiæ sanctuarij, & sanctuariū tēpli, in medio eius. De possessione aūt Leuitarū, & de possessio
ne ciuitatis, in medio partium principis, erit in terminum Iuda, & in terminum Beniamin, &
ad principem pertinebit. Et reliquis tribubus erunt tales portiones, à plaga orientali, vsq; ad
plagam occidentalem. Beniamin vna. Et contra terminum Beniamin, à plaga orientali, vsq; D
ad plagam occidentalē, Symeon vna. Et super terminū Symeonis, à plaga orientali, vsq; ad
plagam occidentalem, Isaschar vna. Et super terminum Isaschar, à plaga orientali, vsq; ad pla
gam occidentalem, Zabulon vna. Et super terminum Zabulon, à plaga orientali, vsq; ad pla-
gam maris, Gad vna. Et super terminum Gad, vsq; ad plagam austri, in meridie. Et erit finis
Thamar, vsq; ad aquas contradictionis Cades, hæreditas contra mare magnū. Hæc est ter-
ra quam mittetis in sortem tribubus Israel, & hæ partitiones earum, ait dominus deus. Et hi
egressus ciuitatis. A plaga septentrionali quingentos & quatuor milia mensurabis, & portę ci-
uitatis in omnibus tribubus Israel. Portæ tres à septentrione, porta Ruben vna, porta Iuda vna
porta Leui vna. Et ad plagam orientalem quingentos & quatuor milia. Et portæ tres. Porta
Ioseph vna, porta Beniamin vna. Porta Dan vna. Et ad plagā meridianā quingētos & q̄tuor
milia metieris. Et portæ tres. Porta Symeonis vna, porta Isaschar vna, porta Zabulon vna.
Et ad plagam occidentalem quingentos & quatuor milia. Et portæ eorum tres. Porta Gad
vna, porta Aser vna, porta Nephtali vna. Per circumitum decem & octo milia. Et nomen ci-
uitatis ex illa die, dominus ibidem,

Heb. hinc & hinc in oblationem sanctuarii, &c.

He. nominibus tribuum Israel.

FINIS.

PROLOGVS SANCTI HIERONYMI IN DANIELEM PROPHETAM.

Danielem prophetam, iuxta septuaginta interpretes, domini saluatoris ecclesiæ nō legunt, vtentes Theodotionis æditione: & hoc cur acciderit, nescio. Siue quia ser- A mo Chaldaicus est, & quibusdam proprietatibus à nostro eloquio discrepat: noluerunt septuaginta interpretes easdem linguæ lineas in translatione seruare: siue sub nomine eorum ab alio, nescio quo, non satis Chaldæam linguam sciente, æditus est liber: siue aliud quid causæ extiterit ignorans: hoc vnum affirmare possum, quod multum à veritate discordet, & recto iudicio repudiatus sit. Sciēdum quippe est Danielem maxime & Esdram Hebraicis quidem literis, sed Chaldæo sermone conscriptos. & vnam Hieremiæ pericopen, Iob quoque cum Arabica lingua plurimam habere societatem. Deniq; & ego adolescentulus, post Quintiliani & Tullij lectionem ac flores rhetoricos, cum me in linguæ huius pistrinum reclusissem, & multo sudore, multoq; tempore vix cœpissem anhelantia stridentiaq; verbare sonare, & quasi per cryptam ambulans, rarum desuper lumen aspicerem, impegi nouissime in Danielem, & tanto tædio affectus sum, vt desperatione subita, omnem laborem veterem voluerim contemnere. Verum adhortante me quodam Hebræo, & illud mihi crebrius in sua lingua ingerente, labor improbus omnia vincit: & qui mihi videbar sciolus inter Hebræos, cœpi rursus esse discipulus Chaldaicus. Et, vt verum fatear, vsq; ad præsentem diem magis possum sermonem Chaldaicum legere & intelligere, q̃ sonare. Hæc idcirco refero, vt difficultatem vobis Danielis ostenderem, qui apud Hebræos nec Susannæ habet historiam, nec B hymnum trium puerorum, nec Belis draconis fabulas, quas nos, quia in toto orbe dispersæ sunt, veru anteposito, easq; iugulante subiecimus, ne videremur apud imperitos magnā partem voluminis detruncasse. Danie.13.a Audiui ego quēdam de præceptoribus Iudæorū, cum Susannæ derideret historiā: & à Græco, nescio quo, eā diceret esse cōfictā, illud opponere, q̄d Origeni quoq; Aphricanus opposuit, etymologias has, ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, de Græco sermone descendere. Cuius rei nos intelligentiam nostris hanc possumus dare: vt C verbi gratia, dicamus, de arbore ilice dixisse eum, ilicò pereas, & à lentisco, in lentem te comminuat angelus, vel non lente pereas, aut lentus, id est flexibilis, ducaris ad mortem: siue aliud quid ad arboris nomen cōueniens. Deinde tantū fuisse ocij tribus pueris cauillabatur, vt in camino æstuantis incendij metro luderent, & per ordinem ad laudē dei omnia elementa prouocarent. Danie.3.c Aut quod miraculum, diuinæq; aspirationis indicium, vel draconem interfectum offa picis, vel sacerdotum Belis machinas deprehensas: quæ magis prudentia solertis viri, q̃ prophetali essent spiritu perpetrata? Danie.14.g Cum vero ad Habacuc veniret, & de Iudæa in Chaldæā raptum Discophorum lectitaret. quærebat exemplum, vbi legissemus in toto veteri testamē D to, quenq̃ sanctorum graui volasse corpore, & in puncto horæ tanta terrarū spatia transisse: Cui cum quidam è nostris satis ad loquendum promptulus, Ezechielem adduxisset in medium, Ezech.8.a & diceret eum de Chaldæa in Iudæam fuisse translatum, risit hominem, & ex ipso volumine demonstrauit Ezechielem in spiritu se vidisse transpositum: Deniq; & Apostolum nostrum, videlicet vt eruditum virum, & qui legem ab Hebræis didicisset, non fuisse ausum affirmare se raptum in corpore, sed dixisse. Siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit. 2.Cor.12.b His & talibus argumentis apocryphas in libro ecclesiæ fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudicium derelinquens, illud admoneo, non haberi Danielem apud Hebræos inter prophetas, sed inter eos, qui hagiographa conscripserunt. In tres siquidem partes omnis E scriptura diuiditur: in legem, in prophetas, & in hagiographa, id est, in quinq; & octo, & in vndecim libros, de quo non est huius temporis disserere. Quæ autem ex hoc propheta, imò cōtra hūc librum Porphyrius obijciat: testes sunt Methodius, Eusebius, & Apollinarius, qui multis versuum milibus eius vesaniæ respondentes, nescio an curioso lectori satisfecerint. Vnde obsecro vos o Paula & Eustochium, fundatis pro me ad dominum preces, vt q̃diu in hoc corpusculo sum, scribam aliquid gratum vobis, vtile ecclesiæ, dignum posteris. Præsentium quippe iudicijs oblatrantium non satis moueor, qui in vtranq; partem aut amore labuntur, aut odio.

Finis prologi in Dadielem.

ARGVMENTVM IN DANIELEM.

Daniel, qui extremus est inter quatuor prophetas, temporum conscius, & totius mundi philistoros, lapidem pretiosum de monte sine manibus, & regna omnia subuertentem, claro sermone pronuntiat.

DANIEL PROPHETA.

¶De Daniele, Hanania, Miſaële, & Azaria, electis per regem Nabuchodonoſor, vt ſtarent coram ſe, diſcerentq́ Chaldæorum literas. Cap. I.

Nno tertio regni Ioachim, regis Iuda, venit Nabuchodonoſor rex A
4.Reg.24.b Babylonis Hieruſalē, & obſedit eā, & tradidit dñs in manu eius Ioa-
chim regē Iuda, & partē vaſorū domus dei, & aſportauit ea in terrā
Sennaar, in domū dei ſui, & vaſa intulit in domū theſauri dei ſui. Et
ait rex Aſphanas præpoſito eunuchorū, vt introduceret de filijs Iſra
el, & de ſemine regio, & tyrānorū pueros, in qbus nulla eſſet macula
Hebr. iucundos uiſu *decoros forma, & eruditos omni ſapiētia, cautos ſciētia, & doctos
diſciplina, & q poſſent ſtare in palatio regis, vt doceret eos literas, &
linguā Chaldæorū. Et cōſtituit eis rex annonā p ſingulos dies, de ci-
bis ſuis, & de vino vnde bibebat ipſe, vt enutriti tribus annis poſtea ſtarēt in cōſpectu regis. B
Fuerūt ergo inter eos de filijs Iuda, Daniel, Hananias, Miſael, & Azarias. Et impoſuit eis præ
poſitus eunuchorū nomina, Danieli Balthaſar, Hananiæ Sidrach, Miſaeli Miſach, & Azariæ
Abdenago. Propoſuit aūt Daniel in corde ſuo, ne pollueretur de menſa regis, neq; de vino po
tus eius, & rogauit eunuchorū prępoſitū, ne cōtaminaret. Dedit aūt deus Danieli gratiā & mi- 17.diſ.ca.qui de menſa.
ſericordiā in cōſpectu principis eunuchorū. Et ait princeps eunuchorū ad Danielē. Timeo
He.triſtiores ego dñm meū regē, qui cōſtituit vobis cibū & potū. Qui ſi viderit vultus veſtros * macilēti-
ores præ cæteris adoleſcētibus coæuis veſtris, cōdemnabitis caput meū regi. Et dixit Da-
niel ad Malaſſar, quē cōſtituerat princeps eunuchorū ſup Danielē, Hananiā, & Miſaelem, & C
Azariā. Tenta nos obſecro ſeruos tuos diebus decē, & dentur nobis legumina ad veſcēdum,
& aqua ad bibēdū, & cōtēplare vultus nr̃os, & vultus puerorū q veſcunt cibo regio, & ſicut vi
deris, facies cū ſeruis tuis. Qui audito ſermone huiuſcemodi, tentauit eos diebus decē. Poſt
dies autē decē apparuerūt vultus eorū meliores, & corpulētiores præ omnibus pueris, q veſ-
cebant cibo regio. Porrò Malaſſar tollebat cibaria, & vinū potus eorū, dabatq́ eis legumina. D
He.his quatuor dedit &c. Pueris autē * his dedit deus ſcientiam, & diſciplinam in omni libro, & ſapientia, Danieli aūt
intelligentiā omniū viſionū, & ſomniorū. Cōpletis itaq; diebus, poſt quos dixerat rex, vt
introducerentur, introduxit eos præpoſitus eunuchorū in cōſpectu Nabuchodonoſor. Cūq;
eis locutus fuiſſet rex, nō ſunt inuenti tales de vniuerſis, vt Daniel, Hananias, Miſael, & Aza-
rias. Et ſteterūt in cōſpectu regis, & omne verbū ſapientiæ & intellectus, quod ſciſcitatus eſt
ab eis rex, inuenit in eis decuplū ſuper cunctos hariolos & magos, qui erāt in vniuerſo regno
eius. Fuit aūt Daniel vſq; ad annum primum Cyri regis.

¶Somniat Nabuchodonoſor, Sapiētes ſomniū exponere nequeūt, Daniel exponit. Cap. II. A

IN anno ſecnudo regni Nabuchodonoſor, vidit Nabuchodonoſor ſomniū, conterritus
eſt ſpūs eius, & ſomniū eius fugit ab eo. Præcepit aūt rex, vt cōuocarent & harioli, & ma
gi, malefici, & Chaldæi, vt indicarent regi ſomnia ſua. Qui cū veniſſent, ſteterunt coram
rege, Et dixit ad eos rex. Vidi ſomniū, & mēte confuſus, ignoro qd viderim. Reſponde-
Hic Chaldaicus incipit ſermo. Chald. truſta eritis & domus veſtræ in foricas ponentur. rūtq́ Chaldæi regi * Syriacè: Rex in ſempiternū viue. Dic ſomniū ſeruis tuis, & interpretatio-
nē eius indicabimus. Et rñdens rex, ait Chaldæis. Sermo receſſit à me, Niſi indicaueritis mihi
ſomniū, & cōiecturā eius, * peribitis vos, & domus veſtræ publicabunt. Si aūt ſomniū & cōie
cturā eius narraueritis, premia, & dona, & honorē multū accipietis à me. Somniū igitur & in
terpretationē eius indicate mihi. Reſponderūt ſecūdo, atq; dixerūt. Rex ſomniū dicat ſeruis
ſuis, & interpretationē ei indicabimus. Reſponditq́ rex & ait, Certe noui φ tempus redimi- B
tis, ſcientes φ receſſerit à me ſermo. Si ergo ſomniū non indicaueritis mihi, vna eſt de vobis
ſententia, φ interpretationē quoq; fallacē, & deceptione plenā cōpoſueritis, vt loquamini
mihi, donec tēpus pertranſeat. Somniū itaq; dicite mihi, vt ſciam φ interpretationē quoq;
eius verā loquamini. Reſpondētes ergo Chaldæi corā rege, dixerūt. Non eſt homo ſup terrā
qui ſermonem tuum rex poſſit implere, ſed neq; regū quiſq̄ magnus & potēs verbū huiuſ-
cemodi ſciſcitatur ab omni hariolo, & mago, & Chaldæo. Sermo enī quē tu quæris rex, gra-
uis eſt, nec reperietur quiſq̄ qui indicet illū in cōſpectu regis, exceptis dijs, quorū nō eſt cū ho
minibus cōuerſatio. Quo audito, rex in furore, & in ira magna pcepit vt perirēt oēs ſapientes
Babylonis. Et egreſſa ſententia, ſapiētes interficiebant, quærebaturq́ Daniel, & ſocij eius, vt
Chal. cōuertit cōſiliū atq; decretū ad Arioch principē carnificū regis, &c. perirēt. Tūc Daniel * requiſiuit de lege, atq; ſententia ab Arioch principe militiæ regis, qui C
egreſſus fuerat ad interficiēdos ſapiētes Babylonis. Et interrogauit eū q à rege poteſtatē ac-
ceperat, quā ob cauſam tā crudelis ſnīa à facie regis eſſet egreſſa. Cū ergo rē indicaſſet Arioch
Danieli, Daniel egreſſus rogauit regē, vt tēpus daret ſibi ad ſolutionē indicādā regi. Et ingreſ
ſus eſt domū ſuā, Hananiæq́ & Miſaeli & Azariæ ſocijs ſuis īdicauit negotiū vt q̄rerēt miſeri

cordiam

cordiam à facie dei cœli, super sacramẽto isto, & nõ perirẽt Daniel & socij eius, cũ cæteris sa
pientibus Babylonis. Tunc Danieli mysteriũ per visionẽ nocte reuelatũ est. Et benedixit Da
niel deũ cœli, & locutus ait. Sit nomen dñi benedictũ à seculo, & vsq; in seculũ, quia sapiẽtia &
fortitudo, eius sunt, & ipse mutat tẽpora & ætates. Transfert regna, atq; cõstituit, dat sapien-
tiam sapiẽtibus, scientiam intelligentibus disciplinã. Ipse reuelat profunda & abscondita, &
nouit in tenebris cõstituta, & lux cũ eo est. Tibi deus patrũ nostroꝝ confiteor, teq; laudo, qa
sapientiã & fortitudinẽ dedisti mihi, & nunc ostendisti mihi quæ rogauimus te, quia sermo-
nẽ regis aperuisti nobis. Post hæc Daniel ingressus ad Arioch, quẽ constituerat rex vt per-
deret sapiẽtes Babylonis, sic ei locutus est. Sapientes Babylonis ne perdas. Introduc me in cõ
D spectu regis, & solutionẽ regi narrabo. Tũc Arioch festinus introduxit Danielẽ ad regẽ, & di
xit ei. Inueni hominẽ de filijs transmigrationis Iuda, qui solutionẽ regi annuntiet. Respondit Psal. 115. d
rex, & dixit Danieli, cui nomẽ erat Balthasar. Putasne vere potes mihi indicare somn ũ quod
vidi, & interpretationẽ eius? Et respondẽs Daniel, corã rege, ait. Mysteriũ quod rex interro
gat, sapiẽtes, magi, & harioli, & aruspices nequeunt indicare regi, sed est deus in cœlo reuelãs
mysteria, q indicauit tibi rex Nabuchodonosor quæ vẽtura sunt nouissimis tẽporibus. Som-
niũ tuũ, & visiones capitis tui, in cubili tuo, huiuscemodi sunt. Tu rex cogitare cœpisti in stra
tu tuo qd esset futuꝝ post hæc, & q reuelat mysteria, ostendit tibi quæ ventura sunt. Mihi ꝗ-
q; nõ in sapientia, quæ est in me, plus ꝙ in cunctis viuentibus sacramentũ hoc reuelatũ est, sed
vt interpretatio regi manifesta fieret, & cogitatiões mentis tuæ scires. Tu rex videbas, & ec
E ce quasi statua vna grãdis. Statua illa magna, & statura sublimis stabat cõtra te, & intuitus eius
erat terribilis. Huius statuę caput ex auro optimo erat: pectus aũt & brachia de argẽto, porrò
vẽter & fœmora ex ære, tibiæ aũt ferreæ, pedũ ꝗdã pars erat ferrea, ꝗdã aũt fictilis. Videbas Infr. eodem
ita donec abscissus est lapis de mõte sine manibus, & percussit statuã in pedibus eius ferreis, &
fictilibus, & cõminuit eos. Tũc cõtrita sunt pariter ferrũ, testa, æs, argentũ, & auꝝ, & redacta,
quasi in fauillam æstiuæ areæ, quæ rapta sunt vento, nullusq; locus inuentus est eis. Lapis aũt
qui percusserat statuã, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terrã. Hoc est somniũ.
Interpretationẽ quoq; eius dicemus corã te rex. Tu rex regũ es, & deus cœli. regnũ, & forti-
tudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi, & omnia in quibus habitant filij hominũ, & be
stiæ agri, volucres cœli dedit in manu tua, & sub ditione tua vniuersa cõstituit. Tu es ergo ca
F put aureũ. Et post te consurget regnũ aliud minus te, argenteũ, & regnũ tertium aliud, æreũ,
quod imperabit vniuersæ terræ, & regnũ quartũ erit velut ferreũ, Quomodo ferrum cõmi-
nuit, & domat omnia, sic cõminuet, & conteret omnia hæc. Porrò quia vidisti pedũ & digi-
toꝝ partẽ testeam figuli, & partẽ ferream, regnũ diuisum erit, quod tamen de plantario ferri
orietur. Secũdũ quod vidisti ferrum mixtũ testæ ex luto, & digitos pedũ ex parte ferreos, &
ex parte fictiles, ex parte regnũ erit * solidũ, & ex parte cõtritũ. Quod aũt vidisti ferrũ mixtũ Chal. forte
testæ, & luto, cõmiscebuntur quidem humano semine, sed non adhærebunt sibi, sicuti ferrũ
misceri nõ potest testæ. In diebus aũt regnoꝝ illoꝝ suscitabit deus cœli regnũ quod in æter- Supr. eodem
G nũ non dissipabitur, & regnũ eius alteri populo nõ tradetur. Comminuet autem & cõsumet Genes. 41
vniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternũ. Secundũ quod vidisti, de monte abscisus est la
pis sine manibus, & cõminuit testã, & ferrũ, & æs, argentũ, & auꝝ, Deus magnus ostendit re-
gi quæ ventura sunt postea, & veꝝ est somniũ, & fidelis interpretatio eius. Tunc rex Nabu-
chodonosor cecidit in faciẽ suã, & Danielem adorauit, & hostias, & incensum præcepit vt sa
crificarent ei. Loquens ergo rex, ait Danieli. Vere deus vester, deus deoꝝ est, & dominus re-
gũ, reuelans mysteria, qm̃ tu potuisti aperire hoc sacramẽtũ. Tunc rex Danielẽ in sublime
extulit, & munera multa, & magna dedit ei. Et cõstituit eũ principẽ super oẽs prouincias Ba-
bylonis, & præfectũ, & magistrũ super cunctos sapientes Babylonis. Daniel autẽ postulauit
à rege, & constituit super opera prouincię Babylonis, Sidrach, Misach, & Abdenago. Ipse au
tem Daniel erat in foribus regis.

¶Erigitur à rege statua aurea, tres pueri adorare cõtemnunt, mittũtur in fornacẽ,
ab igne intacti cantant, liberantur, à rege exaltantur. Cap. III.

A NAbuchodonosor rex fecit statuã aureã, altitudine cubitoꝝ sexaginta, latitudine
cubitoꝝ sex, & statuit eam in campo Durã, prouinciæ Babylonis. Itaq; Nabucho
donosor rex misit ad cõgregandos satrapas, magistratus, & iudices, duces, & ty-
B rannos, optimates, & præfectos, omnesq; principes regionũ, vt cõuenirent ad de
dicationẽ statuæ, quã erexerat Nabuchodonosor rex. Tunc congregati sunt satrapæ, magi-
stratus, & iudices, duces, tyranni, & optimates, qui erant in potestatibus cõstituti, & vniuersi
principes regionũ, vt cõuenirent ad dedicationẽ statuæ, quã erexerat Nabuchodonosor rex.
Stabãt aũt in conspectu statuæ quã posuerat Nabuchodonosor rex, & preco clamabat valen
ter. Vobis dicit populis, tribubus, & linguis, in hora qua audieritis sonitũ * tubæ, & fistulæ, & Chal. cornu
citharæ, & sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi generis musicoꝝ, cadẽtes adorate

statuam auream, quam constituit Nabuchodonosor rex. Si quis autem non prostratus ado-
Chal. cornu rauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Post hæc igitur statim vt audierūt
omnes populi sonitum * tubæ, & fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij, symphoniæ, &
omnis generis musicorum, cadentes omnes populi, tribus, & linguæ, adorauerunt statuā au-
Sup. 2.a ream, quam constituerat Nabuchodonosor rex. Statimq́ꝫ & in ipso tempore accedentes B
Sup. 3.b viri Chaldæi accusauerunt Iudæos, dixeruntq́ꝫ Nabuchodonosor regi. Rex in æternū viue.
Infr. 6.b Tu rex posuisti decretū, vt omnis homo qui audierit sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sam-
bucæ, & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, prosternat se, & adoret sta-
tuam auream. Si quis aūt non procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardētis. Sunt
ergo viri Iudæi, quos constituisti super opera regionis Babyloniæ, Sidrach, Misach, & Abde
nago, viri isti contempserūt rex decretū tuum, Deos tuos non colunt, & statuam aureā quam
erexisti, non adorant. Tunc Nabuchodonosor rex, in furore & ira, præcepit vt adducerētur
Sidrach, Misach, & Abdenago. Qui cōfestim adducti sunt in conspectu regis, Pronuntiansq́ꝫ
Chal. Destru Nabuchodonosor rex, ait eis. * Vere ne Sidrach, Misach, & Abdenago, deos meos non coli-
ctioni (vlg. tis? & statuā aureā quā constitui, nō adoratis? Nunc ergo si estis parati, quacūq́ꝫ hora audie-
tu) Sidrach, &c. ritis sonitū tubæ, fistulæ, citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, omnisq́ꝫ generis musi
corum prosternite vos, & adorate statuā quā feci. Quod si nō adoraueritis, eadē hora mittemi-
ni in fornacē ignis ardētis. Et quis est deus q eripiat vos de manu mea? Rñdentes Sidrach, Mi
sach, & Abdenago, dixerūt regi Nabuchodonosor. Nō oportet nos de hac re rñdere tibi, Ec C
ce enī deus noster quē colimus, potest eripere nos de camino ignis ardētis, & de manibus tuis
(o rex) liberare. Quod si noluerit, notū sit tibi rex, qa deos tuos nō colimus, & statuā auream
quā erexisti, nō adoramus. Tunc Nabuchodonosor repletus est furore, & aspectus faciei illius
immutatus est sup Sidrach, Misach, & Abdenago. Et pcepit vt succēderet fornax, septuplū
q̄ succēdi cōsueuerat, & viris fortissimis de exercitu suo iussit, vt ligatis pedibus, Sidrach, Mi-
sach, & Abdenago, mitterēt eos in fornacē ignis ardētis. Et cōfestim viri illi vincti cū brachis
suis, & tiaris, & calciamētis, & vestibus, missi sunt in mediū fornacis ignis ardētis, Nā iussio re
gis vrgebat. Fornax aūt succēsa erat nimis. Porrò, viros illos qui miserant Sidrach, Misach, &
Abdenago, interfecit flāma ignis. Viri aūt hi tres, id est, Sidrach, Misach, & Abdenago, ceci-
derunt in medio camini ignis ardentis, colligati. ¶HIERONYMVS.

¶Quæ sequuntur, in Hebræis voluminibus non repperi.

Et ambulabāt in medio flāmæ, laudātes deū, & benedicentes dño. Stans aūt Azarias orauit
sic: Aperiēsq́ꝫ os suū in medio ignis, ait: Benedictus es dñe deus patrū nostrorum, & laudabile &
gloriosum nomē tuū in secula, qa iustus es in oībus q̄ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera,
Infr. eodem & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera. Iudicia enī vera fecisti, iuxta omnia q̄ induxisti su
per nos, & super ciuitatē sanctā patrū nostrorum Hierusalem, quia in veritate & in iudicio indu
xisti omnia hæc, propter peccata nostra. Peccauimus enī, & inique egimus, recedentes à te,
3. Reg. 8.c & deliquimus in omnibus; & præcepta tua nō audiuimus, nec obseruauimus, nec fecimus si-
cut præceperas nobis, vt bene nobis esset. Omnia ergo q̄ induxisti super nos, & vniuersa quę
fecisti nobis, in vero iudicio fecisti, & tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorū D
& pessimorum, præuaricatorumq́ꝫ, & regi iniusto, & pessimo, vltra omnē terrā. Et nunc nō possu
mus aperire os. Cōfusio & opprobriū facti sumus seruis tuis, & his qui colūt te. Ne quæsumus
tradas nos in perpetuū, propter nomē tuū, & ne dissipes testamentū tuū, neq́ꝫ auferas miseri-
cordiā tuā à nobis, propter Abraham dilectū tuum, & Isaac seruū tuum, & Israel sanctū tuū,
quibus locutus es, pollicens, ꝙ multiplicares semē eorum sicut stellas cœli, & sicut arenam, quæ
est in littore maris, quia dñe imminuti sumus plus q̄ oēs gentes, sumusq́ꝫ humiles in vniuersa
terra hodie, propter peccata nostra. Et nō est in tempore hoc princeps, & dux, & propheta,
neq; holocaustū, neq́ꝫ sacrificium, neq́ꝫ oblatio, neq; incensum, neq́ꝫ locus primitiarum corā
te, vt possimus inuenire misericordiā tuam, sed in anima contrita, & spū humilitatis suscipia
mur. Sicut in holocausto arietū, & taurorum, & sicut in milibus agnorum pinguium, sic fiat sa-
crificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi, quoniā non est confusio confidēti
bus in te. Et nūc sequimur te in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuā. Ne cōfun-
das nos, sed fac nobiscū iuxta māsuetudinem tuā, & secundū multitudinē misericordiæ tuæ. A
Et erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriā nomini tuo dñe, & cōfundātur oēs qui ostendūt
seruis tuis mala. Cōfundantur in omnipotentia tua, & robur eorum conteratur, & sciant qa tu E
es dñs deus solus, & gloriosus sup orbē terrarum. Et non cessabāt, qui miserāt eos ministri re
Νάφθα, gis, succēdere fornacē, * naphtha, & stuppa, & pice, & malleolis, & effundebat flamma super
fomitis gen' fornacem cubitis quadragintanouem, & erupit, & incendit quos repperit iuxta fornacē, de
quo vel ma- Chaldæis. Angelus aūt dñi descēdit cū Azaria, & socijs eius, in fornacē, & excussit flāmā ignis
xime apud de fornace, & fecit mediū fornacis q̄si vētū roris flantē, & nō tetigit eos oīno ignis, neq́ꝫ cōtri
Persas oueri- stauit, nec quicq̄ molestiæ intulit. Tunc hi tres q̄si ex vno ore laudabāt, & glorificabāt, & be
tur incidit.

nedice-

nedicebant deum in fornace, dicẽtes: Benedictus es domine deus patrum nostrorum, & laudabilis, Supr. eod. cap.
C bilis, & gloriosus, & superexaltatus in secula. Et benedictũ nomẽ gloriæ tuæ sanctum, & laudabile, & superexaltatũ, in omnibus seculis. Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ, & superlaudabilis, & supergloriosus in secula. Benedictus es in throno regni tui, & suplaudabilis, & superexaltatus in secula. Benedictus es q intueris abyssos, & sedes super Cherubim, & laudabilis & superexaltatus in secula. Benedictus es in firmamẽto cœli, & laudabilis, & gloriosus in secula. Benedicite omnia opera dñi domino, laudate, &c. Benedicite angeli dñi dño, lauda. Benedicite cœli dño, lauda: Benedicite aquæ oẽs, q̃ super cœlos sunt dño, laudate. Benedicite
D oẽs virtutes domini dño, laudate. Benedicite sol & luna dño, laudate. Bñdicite stellæ cœli do
F mino, laudate. Bñdicite imber & ros dño, laudate. Benedicite omnis spũs dei dño, laudate. Benedicite frigus & æstus dño, laudate. Bñdicite rores & pruina dño, laudate. Benedicite gelu Psal. 148
& frigus dño, laudate. Bñdicite glacies & niues dño, laudate. Bñdicite noctes & dies dño, laudate. Bñdicite lux & tenebræ dño, laudate. Bñdicite fulgura & nubes dño, lauda. Bñdicat terra dñm, laudate & supexaltate eũ in secula. Bñdicite mõtes & colles dño, laudate. Bñdicite vniuersa germinãtia in terra dño, laudate. Benedicite fontes dño, laudate. Bñdicite maria & flumina dño, laudate. Bñdicite cete & omnia q̃ mouentur in aquis domino, laudate. Benedicite
E oẽs volucres cœli dño, laudate. Benedicite oẽs bestiæ & pecora domino, laudate. Benedicite filij hominũ domino, laudate. Benedicat Israel dñm, laudet & superexaltet eum in secula. Benedicite sacerdotes domini domino, laudate. Benedicite serui dñi domino, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite spũs & animæ iustorum domino, laudate. Benedicite sancti & humiles corde domino, laudate. Benedicite Anania, Azaria, Misael domino, laudate & superexaltate eũ in secula. Qui eruit nos de inferno, & saluos fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardentis flammæ, & de medio ignis eruit nos. Cõfitemini domino q̃m bonus, quoniã in seculũ misericordia eius. Benedicite oẽs religiosi dño deo deorum, laudate & confitemini ei,
quia in omnia secula misericordia eius. ¶HIERONYMVS.

¶Hucusque in Hebræo non habetur, & quæ posuimus, de Theodotionis æditione translata sunt.

G Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit properè, & ait optimatibus suis. Nõne tres viros misimus in medio ignis cõpeditos? Qui respondẽtes regi, dixerũt. Vere rex. Respõdit rex, & ait. Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulãtes in medio ignis, & nihil corruptiõis in eis est, & species quarti similis filio dei. Tũc accessit rex Nabuchodonosor ad ostiũ fornacis ignis ardẽtis, & ait. Sidrach, Misach, & Abdenago, serui dei excelsi & viui, egredimini, & venite. Statimq; egressi sunt Sidrach, Misach, & Abdenago, de medio ignis. Et congregati satrapæ, & magistratus, & iudices, & potẽtes regis, cõtemplabant viros illos, q̃m nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum nõ esset adustus, etiã saraballa eorum nõ fuissent immutata, & odor ignis nõ transisset per eos. Et erũpens Nabuchodonosor, ait. Benedictus deus eorum, Sidrach videlicet, Misach, & Abdenago, qui misit angelũ suũ, & eruit seruos suos, q* crediderũt in eũ, & verbũ regis immutauerunt, & tradiderũt Chal. spreuerunt
9. dist. c. l. n. corpora sua, ne seruirẽt, & ne adorarẽt omnẽ deũ, excepto deo suo. A me ergo positũ est hoc
q. 1. c. impio decretũ, vt omnis populus, tribus, & lingua, quæcunq; locuta fuerit blasphemiã contra deũ Si-
res. 23. q. 4. c drach, Misach, & Abdenago,* dispereat, & domus eius vastetur. Neq; enĩ est alius deus q Chal. in frusta fier. & domus eius in foricã ponet
q̃ vult. & c possit ita saluare. Tunc rex promouit, Sidrach, Misach, & Abdenago in prouincia Babylo-
non inueniet nis. Nabuchodonosor rex omnibus populis, gẽtibus, & linguis, qui habitant in vniuersa terrã, pax vobis multiplicetur. Signa & mirabilia fecit apud me deus excelsus, Placuit ergo mihi prædicare signa eius, quia magna sunt, & mirabilia eius, quia fortia, & regnum eius, regnum Infr. 7. d
sempiternum, & potestas eius in generatione & generationem.

¶Rex iterum somniat, Daniel interpretatur, amissurum scilicet suum regnum, victurum cum bestijs, comesturum fœnum ceu bouem, ac tandem regno restituendum. Cap. IIII.

A EGo Nabuchodonosor quietus erã in domo mea, & florens in palatio meo. Somniũ vidi quod perterruit me, & cogitatiões meæ in strato meo, & visiones capitis mei cõ
B turbauerũt me. Et per me propositũ est decretũ, ut introducerent in cõspectu meo cuncti sapientes Babylonis, & vt solutionẽ somnij indicarẽt mihi, Tunc ingrediebantur harioli, magi, Chaldæi, & aruspices, & somniũ narraui in conspectu eorum, & solutionẽ eius nõ indicauerũt mihi, donec collega ingressus est in cõspectu meo Daniel, cui nomen Balthasar, secũdũ nomẽ dei mei, q habet spm̃ deorum sanctorum in semetipso, & somniũ corã ipso locutus sum. Balthasar princeps hariolorum, q̃m ego scio q spm̃ sanctorum deorum habeas in te, & omne * sacramẽtũ nõ est impossibile tibi, visiones somniorum meorum q̃s vidi, & solutionẽ earum nar- Chal. secretũ
C ra. Visio capitis mei, in cubiculo meo, Videbã, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia. Magna arbor & fortis, & proceritas eius cõtingens cœlũ.* Aspectus illius erat vsq; ad Chal. Rami

terminos vniuersæ terræ. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimi⁹, & esca vniuersorũ in
ea. Subter eam habitabant animalia, & bestiæ, & in ramis eius conuersabantur volucres cœli,
& ex ea vescebatur omnis caro. Videbam in visione capitis mei, super stratum meum, & ecce B
vigil, & sanctus de cœlo descendit, clamauit fortiter, & sic ait: Succidite arborem, & præcidi-
te ramos eius, & excutite folia eius, & dispergite fructus eius, fugiant bestiæ quæ subter eam
sunt, & volucres cœli de ramis eius. Veruntamen germen radicum eius in terra sinite, & alli-
getur vinculo ferreo, & æreo, in herbis, quæ foris sunt, & rore cœli tingantur, & cũ feris pars
eius in herba terræ. Cor eius ab humano commutetur, et cor feræ detur ei, & septem tempo-
ra mutentur super eum. In sententia vigilum decretum est, et sermo sanctorum, et petitio, C
donec cognoscant viuentes, quoniã dominatur excelsus in regno hominum, et cuicunq; vo
luerit, dabit illud, et humilimũ hominem constituet super eum. Hoc somniũ vidi ego Nabu-
chodonosor rex. Tu ergo Balthasar interpretationẽ narra festinus, quia omnes sapientes re-
gni mei nõ queunt solutionẽ edicere mihi. Tu aũt potes, quia spiritus deorũ sanctorũ in te est
Tunc Daniel, cuius nomẽ Balthasar, cœpit intra semetipsum tacitus cogitare, quasi vna ho
ra, & cogitationes eius conturbabant eũ. Respondens autẽ rex ait, Balthasar, somnium & in-
terpretatio eius nõ conturbet te, Respondit Balthasar, & dixit: Domine mi, somnium his qui
te oderunt, & interpretatio eius hostibus tuis fit. Arborẽ quam vidisti, sublimem, ac robustã
Chald. ramĩ cuius altitudo pertingit ad cœlũ, & * aspectus illius in omnẽ terrã, & * rami eius pulcherrimi D
Chald. folia & fructus eius nimius, & esca omniũ in ea, subter eã habitantes bestiæ agri, & in ramis eius cõ
morantes aues cœli, tu es rex q magnificatus es, & inualuisti, & magnitudo tua creuit, & per-
uenit vsq; ad cœlũ, & potestas tua in terminos vniuersæ terræ. Quod aũt vidit rex vigilem
& sanctũ descẽdere de cœlo, & dicere: succidite arborẽ, & dissipate illam, attamen germen ra
dicũ eius in terra dimittite, & vinciatur ferro, & ære in herbis, foris, & rore cœli conspergat,
& cũ feris sit pabulum eius, donec septem tempora mutentur super eum. Hæc est interpre
tatio sententiæ altissimi, quæ peruenit super dominũ meum regem. Ejicient te ab hominibus E
Iob. 40. b & cum bestijs, ferisq; erit habitatio tua, & fœnum vt bos comedes, & rore cœli infunderis.
Infra. 5. f Septẽ quoq; tempora mutabũtur super te, donec scias quod dominet excelsus super regnum
Infr. eodem hominũ, & cuicunq; voluerit, det illud. Quod aũt præcepit, vt relinqueretur germen radicũ
eius, id est arboris, regnũ tuum tibi manebit, postquam cognoueris potestatem esse cœlestẽ.
Quamobrẽ rex, consilium meũ placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates de pœ. dis. 1. ca. quoniam
tuas misericordijs pauperũ, forsitan ignoscet deus delictis tuis. Omnia hæc venerunt super
Nabuchodonosor regẽ. Post finẽ mensiũ duodecim, in aula Babylonis deambulabat. Res-
põditq; rex, & ait. Nõne hæc est Babylon ciuitas magna, quã ego ædificaui in domũ regni, in 23. q. 5. c. sin. F
robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cumq; sermo adhuc esset in ore regis, vox
Sup. eodem de cœlo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonosor rex, Regnũ tuũ transibit à te, & ab hoĩbus ejiciẽt
te, & cũ bestijs, & feris erit habitatio tua, fœnũ quasi bos comedes, & septẽ tẽpora mutabunt
sup te, donec scias quod dominet excelsus in regno hoĩm, & cuicũq; voluerit, det illud. Eadẽ 17. q. 4. c. miror.
hora sermo cõpletus est sup Nabuchodonosor, & ex hoĩbus abiectus est, & fœnũ vt bos co-
medit, & rore cœli corpus eius infectũ est, donec capilli eius in similitudinẽ aquilarũ cresce-
rẽt, & vngues eius quasi vngues auiũ. Igit post finẽ dierũ ego Nabuchodonosor oculos me- G
os ad cœlũ leuaui, & sensus meus redditus est mihi, & altissimo bñdixi, & viuentẽ in sempiter
nũ laudaui, & glorificaui, qa potestas eius potestas sempiterna, & regnũ eius in generatiõe &
generationẽ, & oẽs habitatores terræ apud eũ in nihilũ reputati sunt, Iuxta voluntatẽ eñi suã
Infr. 7. d facit, tam in virtutibus cœli, q̃ in habitatoribus terræ, & non est q resistat manui eius, & dicat
ei, quare fecisti? In ipso tẽpore sensus meus reuersus est ad me, & ad honorẽ regni mei, deco-
rẽq; perueni, & figura mea reuersa est ad me, & optimates mei, & magistratus mei requisierunt
me, & in regno meo restitutus sum, & magnificẽtia mea amplior addita ẽ mihi, Nũc igit ego
Nabuchodonosor laudo, & magnifico, & glorifico regẽ cœli, quia omnia opera eius vera, &
omnes viæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare.

¶ Rex Balthasar, filius Nabuchodonosor, vidit manũ scribentẽ ad parietẽ, Daniel interpretat regni amissionem. Rex Balthasar interficitur, succedit Darius. Cap. V.

Chal. Belsasar B*Althasar rex fecit grãde cõuiuiũ optimatibus suis mille, &* vnusquisq; secundũ suã A
Chal. coram mille virum bibebat, scilicet in una mensa. bibebat ætatẽ. Præcepit ergo iã temulentus, vt afferrentur vasa aurea, & argentea,
quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius, de tẽplo quod fuit in Hierusalẽ, vt
biberẽt in eis, rex, & optimates eius, vxoresq; eius, & cõcubinæ. Tunc allata sunt va
sa aurea, quæ asportauerat de tẽplo, quod fuerat in Hierusalem, & biberunt in eis, rex, & opti
mates eius, vxores, & concubinæ illius. Bibebant vinũ, & laudabant deos suos aureos, & argẽ
teos, & æreos, ferreos, ligneosq;, & lapideos. In eadem hora apparuerunt digiti, quasi ma-
nus hominis scribentis contra candelabrum, in superficie parietis aulæ regiæ. Et rex aspicie- B
bat articulos manus scribentis. Tunc facies regis commutata est, & cogitationes eius cõturba
bant

bant eum,& compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebant. Ex-
clamauit itaq; rex fortiter, vt introducerẽt Magos,Chaldæos,& Aruspices. Et proloquẽs rex,
ait sapientibus Babylonis. Quicũq; legerit scripturam hanc, & interpretationẽ eius manifestã
C mihi fecerit, purpura vestiet, & torquẽ auream habebit in collo,& tertius in regno meo erit.
Tunc ingressi oẽs sapiẽtes regis,non potuerũt nec scripturam legere, nec interpretationẽ eius
indicare regi. Vnde rex Balthasar satis conturbatus est, & vultus illius immutatus est. Sed
& optimates eius turbabant. Regina aũt pro re quæ acciderat regi, & optimatibus eius, domũ
De uerbo sign.c. nam & rex. conuiuiȷ ingressa est,& proloquẽs,ait: Rex in æternũ viue. Non te conturbẽt, cogitatões tuæ,
neq; facies tua immutet. Est vir in regno, qui spũ deorꝫ sanctorꝫ habet in se,& in diebus patris
tui, scia & sapĩa inuentæ sunt in eo. Nam & rex Nabuchodonosor pater tuus principẽ magorꝫ Supra.2.a.
incãtatorꝫ, Chaldæorꝫ,& aruspicũ constituit eũ. Pater inq̃ tuus (ò rex) qa spũs amplior,& pru Supra.1.b
dentia, intelligẽtiaq; & interpretatio somniorꝫ,& ostẽsio secretorꝫ, ac solutio ligatorꝫ inuen- & infra.6.b
D tæ sunt in eo, hoc est, in Daniele, cui rex posuit nomen Balthasar. Nunc itaq; Daniel vocet,&
interpretationẽ narrabit. Igit introductus est Daniel corã rege. Ad quẽ præfatus rex ait: Tu
es Daniel de filiȷs captiuitatis Iuda, quẽ adduxit pater meus rex de Iudæa? Audiui de te, qm̃ spi
ritũ deorꝫ habeas,& scia, intelligẽtiaq;, ac sapĩa, ampliores inuentæ sunt in te. Et nunc intro-
gressi sunt in conspectu meo sapiẽtes, magi, vt scripturam hanc legerẽt, & interp̃tationẽ eius
indicarẽt mihi. & nequiuerũt sensum huius sermonis edicere. Porrò ego audiui de te qđ pos-
E sis obscura interp̃tari,& ligata dissoluere. Si ergo vales scripturã legere, & interp̃tationẽ eius
indicare mihi, purpura vestieris,& torquẽ auream circa collũ tuũ habebis, & tertius in regno
meo princeps eris. Ad quæ respondẽs Daniel, ait corã rege: Munera tua sint tibi,& dona do-
mus tuæ alteri da, scripturã aũt legã tibi rex,& interp̃tationẽ eius ostẽdam tibi. O rex. Deus al
tissimus, regnũ & magnificentiã, gloriam,& honorẽ dedit Nabuchodonosor patri tuo,& pro
pter magnificentiã quã dederat ei, vniuersi populi, tribus,& linguæ tremebant, & metuebant
F eũ. Quos volebat, iterficiebat: quos volebat, pcutiebat: quos volebat, exaltabat: & q̃s volebat,
humiliabat. Quãdo aũt eleuatũ est cor eius,& spũs illius obfirmatus est ad sup̃biam, depositus
est de solio regni sui & gloria eius ablata est,& à filiȷs hoĩm eiectus est. Sed & cor eius cum be Supra.4.a
stiȷs positũ est,& cũ Onagris erat habitatio eius. Fœnũ quoq; vt bos comedebat, & rore cœli
corpus eius infectũ est, donec cognosceret quod potestatẽ haberet altissimus in regno homi-
num,& quæcũq; voluerit suscitabit sup illud. Tu quoq; filius eius Balthasar, nõ humiliasti cor
tuũ, cũ scires hęc omnia: sed aduersum dominatorẽ cœli eleuatus es. Et vasa domus eius allata
sunt corã te,& tu & optimates tui,& vxores tuæ, & concubinæ tuæ, vinũ bibistis in eis. Deos
G quoq; argenteos,& aureos,& æreos, ferreos, ligneosq;,& lapideos, q non vidẽt, neq; audiunt,
neq; sentiũt, laudasti. Porrò deũ qui habet flatũ tuũ in manu sua,& omnes vias tuas, non glo-
rificasti. Idcirco ab eo missus ẽ articulus manus, quæ scripsit hoc, quod exaratũ est. Hæc est aũt
De cõs. dist. 2. ca uestimẽtuo glo. scriptura, quæ digesta est. Mane, Thecel,* Phares. Et hæc interpretatio sermonis. Mane, nu- Chal. pharsin
merauit deus regnũ tuũ,& compleuit illud. Thecel, appensus es in statera,& inuentus es minus
habens. Phares, diuisum est regnũ tuũ,& datũ est Mœdis,& Persis. Tunc iubente rege indu
tus est Daniel purpura,& circũdata est torques aurea collo eius,& prædicatũ est de eo, qđ ha-
beret potestatẽ tertius in regno suo. Eadẽ nocte interfectus est Balthasar, rex Chaldæus,& Da
rius Mœdus successit in regnum, annos natus sexagintaduos.

¶ Daniel per accusationem à rege Dario missus in lacum leonum, à Domino libe
ratur, accusatores dantur leonibus discerpendi.

Caput VI.

A PLacuit Dario,& constituit super regnũ satrapas, centum viginti, vt essent in toto re-
gno suo,& super eos principes tres, ex quibus Daniel vnus erat, vt satrapæ illis redde Chal. dinst.
rent rationem,& rex non sustineret * molestiam. Igit Daniel superabat oẽs princi-
pes & satrapas: quia spiritus dei amplior erat in illo. Porrò rex cogitabat constituere
eum super omne regnum. Vnde principes,& satrapæ, quærebant occasionem, vt inuenirent
Danieli ex latere regis, nullamq; causam,& suspitionem reperire potuerunt, eo quod fidelis es- Supra.2.a,
B set,& omnis culpa,& suspitio non inueniretur in eo. Dixerunt ergo viri illi: Non inuenimus supra.3.b
Chal. fustinuerunt. Danieli huic aliquam occasionem: nisi forte in lege Dei sui. Tunc principes,& satrapæ, * sur- Supra.5.c.
ripuerunt Regi,& sic locuti sunt ei. Dari rex in æternum viue. Consilium inierunt omnes prin Infra eodem.
cipes regni tui, magistratus,& satrapæ, senatores,& iudices, vt decretum Imperatorium exeat
& ædictum, vt omnis qui petierit aliquam petitionem à quocunque Deo, & homine, vsque
ad triginta dies, nisi à te rex, mittatur in lacum leonum. Nunc itaque rex confirma sententi-
am,& scribe decretum, vt non immutetur quod statutum est à Mœdis,& Persis, nec præua-
C ricari cuiquàm liceat. Porrò rex Darius proposuit ædictum & statuit. Quod cum Daniel com
perisset. id est, constitutam legem, ingressus est domum suam, & fenestris apertis in cœnaculo
suo, contra Hierusalem tribus temporibus in die flectabat genua sua,& adorabat, cõfitebaturq;

coram Deo suo, sicut & ante facere consueuerat. Viri ergo illi curiosius inquirentes, inuenerunt Danielem orantem, & obsecrantem Deũ suum. Et accedentes locuti sunt regi super edicto: Rex, nunquid non cõstituisti, vt omnis homo q rogaret quenq̃ de dijs, & hominibus, vsq; ad dies triginta, nisi à te rex, mitteret in lacum leonum? Ad quos respondens rex, ait. Verus D
est sermo iuxta decretum Mœdorũ, atq; Persarũ, quod præuaricari non licet. Tunc respondentes dixerunt coram rege. Daniel de filijs captiuitatis Iuda, non curauit de lege tua, & de edicto quod constituisti: sed tribus temporibus per diem, orat obsecratione sua. Quod verbum cũ audisset rex, satis contristatus est, & pro Daniele posuit cor vt liberaret eum, & vsq; ad occasum solis laborabat, vt erueret illũ. Viri aũt illi intelligentes regem, dixerunt ei: Scito rex
quia lex Mœdorũ atq; Persarũ est, vt omne decretũ quod constituerit rex, non liceat immutari. E
Infra.14.e. ri. Tunc rex præcepit, & adduxerunt Danielẽ, & miserunt eum in lacum leonum, dixitq; rex
Chal. mutarest uoluntas contra &c. Danieli: Deus tuus quem colis semper, ipse liberabit te. Allatusq; est lapis vnus, & positus est su
per os laci, quem obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatũ suorũ, ne *qd fieret contra Da
Chal. musica instrumenta nielem. Et abijt rex in domũ suam, & dormiuit incœnatus * cibiq; non sunt allati coram eo,
insuper & somnus recessit ab eo. Tunc rex primo diluculo consurgens, festinus ad lacum leo
num perrexit. Appropinquansq; lacui, Danielem voce lachrymabili inclamauit, & affatus est
Mat.2.f eum: Daniel serue dei viuentis, Deus tuus cui tu seruis semper, putasne valuit te liberare à leo- F
Sup.3.d. 22.b.25 nibus? Et Daniel regi respondens, ait: Rex in æternum viue. Deus meus misit angelum suum,
Sup. eodem & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi, quia coram eo iustitia inuenta est in me. Sed
& coram te rex delictũ non feci. Tunc vehementer rex gauisus est super eo, & Danielem præ
cepit educi de lacu. Eductusq; est Daniel de lacu, & nulla læsio inuenta est in eo, quia credidit
deo suo. Iubente autem rege adducti sunt viri illi, qui accusauerũt Danielem, & in lacũ leonum
missi sunt, ipsi, & filij, & vxores eorũ, & non peruenerunt vsq; ad pauimentum laci, donec arri-
perent eos leones, & omnia ossa eorũ cõminuerũt. Tunc Darius rex scripsit vniuersis populis, G
tribubus, & linguis, habitantibus in vniuersa terra. Pax vobis multiplicetur. A me ergo consti-
tutum est decretum, vt in vniuerso imperio, & regno tremiscant, & paueant deum Danielis.
Ipse est enim deus viuens, & æternus, in secula, & regnum eius non dissipabitur, & potestas eius
vsq; in æternum. Ipse liberator est, atq; saluator, faciens signa, & mirabilia, in cœlo, & in terra,
Chal. prospera tus est in regno et cetera. qui liberauit Danielem de lacu leonum. Porrò Daniel * perseuerauit vsque ad regnũ Darij re-
gnumq; Cyri Persæ.

¶Visio quatuor bestiarũ, id est, quatuor mũdi regnorũ. De potentia & incremento parui cornu, id est, Antichristi, quẽ è capite quartæ bestiæ oriturũ ostendit. Item de rege Antichristo.

Ca. VII.

ANno primo Balthasar regis Babylonis, Daniel somniũ vidit. Visio aũt capitis eius in A
cubili suo. Et somniũ scribens, breui sermone comprehendit, summatimq; perstringens, ait: Videbam in visione mea nocte, & ecce quatuor venti cœli pugnabãt in mari magno, & quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari, diuersæ inter se. Prima quasi leæna, & alas habebat aquilæ. Aspiciebam donec euulsæ sunt alæ eius, & sublata est de terra, super pedes quasi homo stetit, & cor eius datum est ei. Et ecce bestia alia similis vrso in
Chal. costæ. parte stetit, & tres * ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, & sic dicebant ei: Surge, come B
Infra eodem de carnes plurimas. Post hæc aspiciebam, & ecce alia quasi pardus, & alas habebat quasi auis quatuor super se. Et quatuor capita erant in bestia, & potestas data ẽ ei. Post hæc aspiciebam in visione noctis, & ecce bestia quarta, terribilis, atq; mirabilis, & fortis nimis. Dentes ferreos habebat magnos, comedẽs atq; comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans. Dissimilis autem erat cæteris bestijs, quas videram ante eam, & habebat cornua decem. Considerabam cor
nua, & ecce cornu aliud paruulum, ortum est de medio eorum, & tria de cornibus primis euul C
sa sunt à facie eius. Et ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto, & os loquens ingen-
Apoca.5.c. tia. Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Vestimentum eius candi
dũ quasi nix, & capilli capitis eius q̃si lana munda. Thronus eius flãmæ ignis, rotæ eius ignis ac-
Supra eodem census, fluuius igneus, rapidusq; egrediebatur à facie eius. Milia milium ministrabant ei, & de
Mat.24.c. cies centena milia assistebant ei. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Aspiciebam propter vo- D
cem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur. Et vidi quoniam interfecta esset bestia, & perisset corpus eius, & traditum esset ad comburendum igni, aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas, & tempora vitæ constituta essent ei, vsque ad tempus, & tempus. Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis
veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum. Et de- E
dit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient.
Supra.4.g. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Daniel Ego
Chal. Excisus est spiritus meus. * Horruit spiritus meus. * Ego Daniel territus sum in his, & visiones capitis mei conturbaue- rubin corpo re (spiritu) et
runt me. Accessi ad vnum de assistentibus, & veritatem quærebam ab eo de omnibus his. si et cetera

Qui di-

Qui dixit mihi interpretationē sermonū, & docuit me. Hæ quatuor bestiæ magnæ, quatuor
sunt regna, quæ consurgēt de terra. Suscipiēt aūt regnū sancti dei altissimi, & obtinebūt regnū
vsq; in seculū & in seculū seculoꝝ. Post hoc volui diligēter discere de bestia q̄rta, quæ erat dissi
milis valde ab oībus, & terribilis nimis. Dentes & vngues eius ferrei, comedebat, & comminue
F bat, & reliqua pedibus suis cōculcabat. Et de cornibus decē quę habebat in capite, & de alio q̄d
ortū fuerat añ q̄d ceciderāt tria cornua, & de cornu illo q̄d habebat oculos, & os loquēs grādia
& maius erat cæteris. Aspiciebā, & ecce cornu illud faciebat bellū aduersus sanctos, & præuale
bat eis, donec venit antiquus dieꝝ, & iudiciū dedit sanctis excelsi, & tp̄s aduenit, & regnū obti
nuerūt sancti. Et sic ait: bestia quarta, regnū quartū erit in terra, q̄d maius erit oībus regnis, &
deuorabit vniuersam terrā, & cōculcabit, & cōminuet eā. Porrò cornua decē, ipsius regni decē
reges erunt, & alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres reges humilia-
G bit. Et sermones contra excelsum loquet, & sanctos altissimi cōteret. Et putabit q̄d possit mu-
tare tēpora, & leges, & tradent in manu eius, vsq; ad tp̄s, & tp̄a, & dimidiū tp̄is. Et iudiciū sede
bit, vt auferat potētia, & cōterat, & dispereat vsq; in finē. Regnū aūt, & ptās, & magnitudo re- Luc.1.a.
gni, quę ē subter om̄e cœlū, det populo sanctoꝝ altissimi, cuius regnū sempiternū est, & oēs re
ges seruiēt ei, & obediēt. Hucusq; finis verbi. Ego Daniel multū cogitatōibus meis cōturbabar
& facies mea mutata est in me, verba aūt in corde meo conseruaui.

¶ Visio pugnæ inter arietem & hircum, id est, inter Persas, Mœdos, & Græcos, quibus succedit cornu modicum, rexq́; potentissimus, qui est Antichristus. Caput VIII.

A *Nno tertio regni Balthasar regis, visio apparuit mihi. Ego Daniel post id quod vi- Hic sermo est hebraeus
deram in principio, vidi in visione mea cū essem in * Susis castro, q̄d est in Elam re- He. Susan
gione. Vidi aūt in visione esse me sup * portam Vlai, & leuaui oculos meos, & vidi. regia, quæ & castro.
Et ecce aries vnus stabat ante palude, habēs cornua excelsa, & vnū excelsius altero, He. riuum
atq; succrescēs. Postea vidi arietē cornibus ventilantē contra occidentē, & contra aquilonē, &
contra meridiē, & oēs bestiæ non poterant resistere ei, neq; liberari de manu eius. Fecitq́; secū-
dum voluntatē suā, & magnificatus est. Et ego intelligebam. Ecce aūt hircus capraꝝ veniebat
B ab occidēte, sup faciē totius terræ, & non tangebat terrā. Porrò hircus habebat cornu insigne
inter oculos suos, & venit vsq; ad arietē illū cornutū, quē videram stantē ante portā, & cucur-
rit ad eū in impetu fortitudinis suæ. Cūq; appropinquasset prope arietē, efferatus est in eū, &
percussit arietē, & comminuit duo cornua eius, & non poterat aries resistere ei. Cūq; eū misis-
set in terrā, conculcauit, & nemo quibat liberare arietem de manu eius. Hircus aūt capraꝝ ma-
gnus factus est nimis. Cumq́; creuisset, fractū est cornu magnū, & orta sunt quatuor * cornua He. in visione p cornu quatuor &c.
C subter illud per quatuor vētos cœli. De vno aūt ex eis egressum est cornu vnū, modicū, & factū
est grande, contra meridiē, & contra orientē. & contra fortitudinē. Et magnificatū est vsq; ad
fortitudinē cœli, & deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas. Et vsq; ad principē
fortitudinis magnificatū est, & ab eo tulit iuge sacrificiū, & deiecit locū sanctificationis eius.
Robur aūt datū est ei contra iuge sacrificiū, propter pc̄tā, & prosternet veritas in terra, & pro-
D sperabit, & faciet. Et audiui vnū de sanctis loquentē, & dixit vnus sanctus alteri, nescio cui lo
quēti. Vsq; quo visio, & iuge sacrificiū, & pc̄tū desolationis, quæ facta est, & sanctuariū, & for
titudo conculcabit? Et dixit ei: Vsq; ad vesperā, & mane, dies duo milia trecenti, & mundabit
sanctuariū. Factū est aūt cū viderem ego Daniel visionē, & quærerē intelligētiam, ecce stetit infra.9.f.
in conspectu meo, quasi species viri. Et audiui vocē viri inter Vlai, & clamauit, & ait: Gabriel
E fac intelligere istā visionē, & venit, & stetit iuxta, vbi ego stabā. Cūq; venisset, pauēs corrui in
faciē meā, & ait ad me: Intellige fili hominis, q̄m in tp̄e finis cōplebit visio. Cūq; loqueret ad
me, collapsus sum pronus in terrā. Et tetigit me, & statuit me in gradu meo, dixitq́; mihi: Ego
ostendam tibi quæ futura sunt in nouissimo maledictionis, q̄m habet tempus finē suū. Aries
quē vidisti habere cornua, rex Mœdoꝝ est, atq; Persaꝝ. Porrò hircus capraꝝ, rex Græcoꝝ ē,
& cornu grande quod erat inter oculos eius, ipse est rex primus. Quod aūt fracto illo surrexe-
F runt quatuor pro eo, quatuor reges de gēte eius consurgēt: sed non in fortitudine eius. Et post
regnū eoꝝ: cum creuerint iniqtates, consurget rex impudēs facie, & intelligēs propositiones,
& roborabit fortitudo eius, sed non in viribus suis, & supra q̄ credi potest vniuersa vastabit, &
prosperabit, & faciet. Et interficiet robustos, & populū sanctoꝝ, secundū voluntatē suā. & di
riget dolus in manu eius, & cor suū magnificabit, & in copia reꝝ omniū occidet plurimos. Et
G contra principē principū consurget, & sine manu conteret. Et visio vespere & mane, quæ di-
cta est, vera est. Tu ergo visionē signa, q̄a post multos dies erit. Et ego Daniel langui & ægro
taui per dies. Cumq́; surrexissem, faciebam opera regis, & stupebam ad visionem, & non erat
qui interpretaretur.

¶ Confessio Danielis. Lxx hebdomadæ: Vnctio sancti sanctoꝝ. Occisio Chr̄i post sexagintiduas hebdomadas: Desolatio Hier̄lm per Romanos. Ca. IX.

In anno

IN anno primo Darij, filij Ahasueri, de semine Mœdorum, q imperauit super regnum Chal- A
dæorum, anno vno regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus
est sermo Dñi ad Hieremiam prophetam, vt complerentur desolationes Hierusalem, se-
1.Esd.1 ptuaginta anni. Et posui faciem tuam ad Dominũ Deũ meũ rogare, & deprecari, in ieiu-
Infra eodem c. nijs, sacco, & cinere, & oraui ad Dominũ Deũ meũ, & confessus sum, & dixi: Obsecro Domine
Deus, magne, & terribilis, custodiens pactũ, & misericordiã diligentibus te, & custodientibus B
mandata tua. Peccauimus, iniqtatem fecimus, impie egimus, & recessimus, & declinauimus à
mandatis tuis, ac iudicijs. Et non obediuimus seruis tuis prophetis, qui locuti sunt in nomine
tuo regibus nostris, principibus nostris, patribus nostris, omniq; populo terræ. Tibi Domi-
ne iustitia, nobis aũt confusio faciei, sicut est hodie, viro Iuda, & habitatoribus Hierusalem, &
omni Israhel, his q propè sunt, & his q procul, in vniuersis terris, ad quas eiecisti eos, propter
iniqtates eorum, in qbus peccauerunt in te Dñe. Nobis confusio faciei, regibus nostris, principi- C
bus nostris, & patribus nostris q peccauerũt. Tibi aũt Domino Deo nostro misericordia, &
propitiatio, quia recessimus à te, & non audiuimus vocem Domini Dei nostri, vt ambulare-
mus in lege eius, quam posuit nobis per seruos suos prophetas, & oĩs Israhel præuaricati sunt
legem tuam, & declinauerũt ne audirent vocem tuã, & stillauit super nos maledictio, & dete-
statio, quæ scripta est in libro Moysi serui Dei, quia peccauimus ei. Et statuit sermones suos
quos locutus est super nos, & super principes nostros, q iudicauerunt nos vt superindueeret in
nos malum magnũ, quale nunq̃ fuit sub omni cœlo secundũ quod factũ est in Hierusalem, sicut D
scriptũ est in lege Moysi. Omne malum hoc venit super nos. Et non rogauimus faciem tuam
Domine Deus noster, vt reuerteremur ab iniqtatibus nostris, & cogitaremus veritatem tuam.
Et vigilauit Dominus super malitiam, & adduxit eam super nos. Iustus Dominus Deus noster,
in omnibus operibus suis, quæ fecit: Non eñ audiuimus vocem eius. Et nunc Domine Deus
Deut.c Sup.eodem nostre, q eduxisti populum tuũ de terra Aegypti, in manu forti, & fecisti tibi nomen secũdum
diem hanc, peccauimus, iniqtatem fecimus Dñe in omnem iustitiam tuam. Auertat obsecro
ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Hierusalem, & à monte sancto tuo. Propter peccata enim
nostra, & iniqtates patrũ nostrorum, Hierusalem & populus tuus in opprobriũ sunt, oĩbus per E
circuitũ nostrũ. Nunc ergo exaudi Deus noster, orationem serui tui, & preces eius, & ostende
faciem tuã super sanctuarium tuum, quod desertũ est. Propter temetipsum inclina Deus meus
aurem tuã, & audi, aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram, & ciuitatem, super quam
inuocatum est nomen tuum. Neq; eñ in iustificationibus nostris prosternimus preces ante fa-
ciem tuam, sed in miseratõibus tuis multis. Exaudi domine, placare Domine, attende, & fac.
Ne moreris propter temetipsum deus meus, quia nomen tuũ inuocatũ est super ciuitatem, &
super populũ tuũ. Cũq; adhuc loquerer & orarem, & confiterer peccata mea, & pctã populi F
Sup.8.c. mei Israhel, ne prosternerem preces meas in conspectu dei mei pro monte sancto dei mei, ad-
huc me loquente in oratiõe mea, ecce vir Gabriel, quẽ videram in visione à principio, cito vo-
lans tetigit me in tpe sacrificij vespertini, & docuit me, & locutus est mihi, dixitq;: Daniel, nũc
egressus sum, vt docerẽ te, & intelligeres. Ab exordio precũ tuarum egressus est sermo. Ego aũt
veni vt indicarẽ tibi, qa vir desideriorum es. Tu ergo animaduerte sermonẽ, & intellige visionẽ.
He. decisæ infra.10.b. Septuaginta hebdomades * abbreuiatæ sunt sup populũ, & super vrbẽ sanctã tuã, vt consum-
metur præuaricatio, & finẽ accipiat peccatũ, vt deleatur iniqtas, & adducatur iustitia sempiterna, &
impleatur visio, & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum. Scito ergo, & animaduerte, ab exitu ser- G
monis, vt iterum ædificetur Hierusalem, vsq; ad Chrm ducem, hebdomades septẽ, & hebdomades
sexaginta duæ erũt. Et rursum ædificabitur platea, & muri, in angustia temporum. Et post hebdo-
He. ei, & uer ba q sequun tur usq ad Et ciuit. &c. super sunt. Mat.24.b madas sexagintaduas occidetur Chrs, & nõ erit * ei' pplš, q eũ negaturus ẽ. Et ciuitatẽ & sanctua-
rium dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas, & post finẽ belli statuta deso-
latio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis, defici-
et hostia & sacrificium, & erit in templo abominatio desolationis, & vsq; ad consummationẽ
& finem perseuerabit desolatio.

¶ Visio & vaticinia, aduersus principes Græcorum & Persarum. Ca.X. A

ANno tertio regni Cyri, regis Persarum, verbũ reuelatũ est Danieli, cognomento Bal-
thasar, & verbũ verum, & fortitudo magna, intellexitq; sermonẽ. Intelligentia eñ est
opus in visione. In diebus illis, ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, pa-
nem desiderabilem non comedi, & caro & vinũ non introierũt in os meũ. Sed neq;
vnguento vnctus sum, donec complerentur triũ hebdomadarum dies. Die aũt vicesima & quarta
mensis primi, eram iuxta fluuiũ magnũ, q est Tigris, & leuaui oculos meos, & vidi. Et ecce vir
vnus vestitus lineis, & renes eius accincti auro obryzo, & corpus quasi * chrysolithus, & facies B
He. tharsis est, hyacin thus. eius velut species fulguris, & oculi eius vt lampas ardens, & brachia eius, & quæ deorsum sunt
vsq; ad pedes, quasi species æris candentis, & vox sermonũ eius, vt vox multitudinis. Vidi autẽ
ego Daniel solus visionẽ. Porrò viri qui erant mecũ nõ viderũt, sed terror nimius irruit sup eos

& fu-

& fugerunt in absconditum. Ego autem relictus solus, vidi visionem grandem hanc, & non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quicquam virium. Et audiui vocem sermonum eius, & audiens iacebam * consternatus super faciem meam, & vultus meus hærebat terræ. Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum. Et dixit ad me: Daniel vir desideriorum, intellige verba, quæ ego loquar ad te, & sta in gradu tuo. Nunc enim sum missus ad te. Cumque dixisset mihi sermonem istum, steti tremens, & ait ad me: Noli metuere Daniel, quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conspectu dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos. Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus, & ecce Michael vnus de principibus primis, venit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum. Veni autem vt docerem te, quæ ventura sunt populo tuo, in nouissimis diebus, quoniam adhuc visio in dies. Cumque loqueretur mihi huiuscemodi verbis, deieci vultum meum in terram, & tacui. Et ecce quasi similitudo filij hominis tetigit labia mea, & aperiens os meum locutus sum, & dixi ad eum, qui stabat contra me. Domine mi, in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium. Et quomodo poterit seruus domini mei loqui cum domino meo? Nihil enim in me remansit virium, sed & halitus meus intercluditur. Rursum ergo tetigit me, quasi visio hominis & confortauit me, & dixit: Noli timere vir desideriorum, pax tibi, confortare, & esto robustus. Cumque loqueretur mecum, conualui, & dixi: Loquere domine mi, quia confortasti me. Et ait: nunquid scis quare venerim ad te? Et nunc reuertar vt prælier aduersum principem Persarum. Cum enim egrederer, apparuit princeps Græcorum, veniens. Verumtamen annuntiabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis, & nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester.

Margin: Infra eodē. — He. sopore oppressus. — Supra. e. s. infra eodē. — Supra eodē.

¶ Accipit vaticinium de regibus Persarum, ac de rege Antichristo, contra deum se elaturo.

Caput XI.

A Ego autem à primo anno Darij Medi, stabam vt confortaretur, et roboraretur. Et nunc veritatem annuntiabo tibi. Ecce adhuc tres reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimijs super omnes. Et cum inualuerit diuitijs suis, concitabit omnes aduersus regnum Græciæ. Surget vero rex fortis, & dominabitur potestate multa, & faciet quod placuerit ei. Et cum steterit, conteretur regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos cœli, sed non in posteros eius, neque secundum potentiam illius, qua dominatus est. Lacerabitur enim regnum eius, etiam in externos, exceptis his. Et confortabitur rex austri, & de principibus eius præualebit super eum. Et dominabitur ditione. Multa enim dominatio eius. Et post finem annorum fœderabuntur. Filiaque regis austri veniet ad regem aquilonis, facere amicitiam, & non obtinebit fortitudinem brachij: nec stabit semen eius. Et tradetur ipsa, & quæ adduxerunt eam * adolescentes eius, & qui confortabant eam in temporibus. Et stabit de germine radicum eius plantatio, & veniet cum exercitu: & ingredietur prouinciam regis aquilonis, & abutetur eis, & obtinebit. Insuper & deos eorum, & sculptilia, vasa quoque pretiosa auri & argenti, captiua ducet in Aegyptum. Ipse præualebit aduersus regem aquilonis. Et intrabit in regnum rex austri, & reuertetur ad terram suam. Filij autem eius prouocabuntur, & congregabunt multitudinem exercituum plurimorum. Et veniet properans, & inundans, & reuertetur, & concitabitur, & congredietur cum robore eius. Et prouocatus rex austri, egredietur, & pugnabit aduersus regem aquilonis, & præparabit multitudinem nimiam, & dabitur multitudo in manu eius, & * capiet multitudinem, & exaltabitur cor eius, & deijciet multa millia, sed non præualebit. Conuertetur enim rex aquilonis, & præparabit multitudinem multo maiorem quàm prius. Et in fine temporum, annorumque, veniet, properans cum exercitu magno, & opibus nimijs. Et in temporibus illis multi consurgent aduersus regem austri. Filij quoque præuaricatorum populi tui extollentur, vt impleant visionem, & corruent. Et veniet rex aquilonis, & comportabit aggerem, & capiet vrbes munitissimas, & brachia austri non sustinebunt. Et consurgent electi eius ad resistendum, & non erit fortitudo. Et faciet veniens super eum, iuxta placitum suum, & non erit qui stet contra faciem eius. Et stabit in terra inclyta, & consumetur in manu eius, & ponet faciem suam, vt veniat ad tenendum vniuersum regnum eius, & recta faciet cum eo. Et filiam fœminarum dabit ei, vt euertat illum, & non stabit, nec illius erit. Et conuertet faciem suam ad insulas, & capiet multas, & cessare faciet * principem opprobrij sui, & opprobrium eius conuertetur in eum. Et conuertet faciem suam ad imperium terræ suæ, & impinget, & corruet, & non inuenietur, & stabit in loco eius * vilissimus, & indignus decore regio, & in paucis diebus conteretur, non in furore, nec in prælio, & stabit in loco eius despectus, & non tribuetur ei honor regius. Et veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulentia. Et brachia pugnantis expugnabuntur à facie eius, & conterentur. Insuper & dux fœderis. Et post amicitias cum eo faciet dolum. & ascendet, et superabit in modico populo, & abundantes, & vberes vrbes ingredietur. Et faciet quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum eius. Rapinas, & prædam, & diuitias eorum dissipabit, & contra * firmissimas cogitationes inibit & hoc

Margin: He. & genitor eius — He. eleuabitur multitudo. — He. principem opprobrium suū, & sine opprobrio suo reddet ei — He. facies eius, & exactor honoris regij &c. — He. munitiones

& hoc vſq; ad tempus. Et concitabit fortitudo eiu",& cor eius aduerſum regem auſtri in exer- E
citu magno. Et rex auſtri prouocabit ad bellū, multis auxilijs,& fortibus nimis,& non ſtabūt,
quia inibūt aduerſus eū conſilia. Et comedentes panem cū eo cōterent illū, exercitusq; eius op
primet,& cadent interfecti plurimi. Duorū quoq; regū cor erit,& malefacient,& ad menſam
vnā mendaciū loquent,& non proficient, quia adhuc finis in aliud tempus. Et reuertet in ter
ram ſuam cū opibus multis,& cor eius aduerſum teſtamentū ſanctū,& faciet,& reuertet in ter
ram ſuā. Statuto tempore reuertet,& veniet ad auſtrū,& non erit priori ſile nouiſſimū. Et ve
nient ſuper eū trieres,& Romani,& percutiet,& reuertet. Et indignabit contra teſtamentū
ſanctuarij,& faciet, reuerteturq;,& cogitabit aduerſum eos, qui dereliquerūt, teſtamentū ſan-
ctuarij. Et brachia ex eo ſtabūt,& polluent ſanctuariū fortitudinis,& auferent iuge ſacrificiū F
& dabūt abominationē in deſolationē. Et impij in teſtamentū ſimulabūt fraudulenter. Popu
lus aūt ſciens Deū ſuum, obtinebit,& faciet. Et docti in populo docebūt plurimos,& ruent in
Infra.11.c. gladio,& in flāma,& in captiuitate,& in rapina dierū. Cumq; corruerint, ſubleuabunt auxilio
Heb. deputentur paruulo,& applicabunt eis plurimi fraudulenter. Et de eruditis ruent, vt conflent,& * eligant,
& dealbent, vſq; ad tempus præfinitū: quia adhuc aliud tempus erit. Et faciet iuxta volūtatē
ſuā rex. Et eleuabit,& magnificabit aduerſus oēm deū,& aduerſus deū deorū loquet magnifica;
& diriget, donec cōpleat iracūdia. Perpetrata qppe eſt diffinitio. Et deū patrū ſuorū nō reputa
bit,& erit in concupiſcentijs fœminarū, nec quenq̄ Deorū curabit, quia aduerſum vniuerſa con
ſurget. Deū aūt Maozim in loco ſuo venerabit,& Deū quem ignorauerūt patres eius, colet au
ro,& argento,& lapide pretioſo, rebusq; pretioſis. Et faciet vt muniat Maozim cū deo alieno G
Heb. noſſe te faciet. quem * cognouit,& multiplicabit gloriam,& dabit eis poteſtatem in multis,& terrā diuidet
Heb. pretio *gratuito. Et in tempore præfinito præliabit aduerſus eū rex auſtri, quaſi tempeſtas veniet
contra illum rex aquilonis, in curribus,& in equitibus,& in claſſe magna,& ingrediet terras,&
conteret,& pertranſiet. Et introibit in terrā glorioſam,& multi corruent. Hæ aūt ſolæ ſalua-
bunt de manu eius, Edom,& Moab,& principes filiorū Ammon. Et mittet manū ſuam in ter
ras,& terra Aegypti non effugiet. Et dominabit theſaurorū auri,& argenti,& in oībus pretio A
ſis Aegypti. Per Libyā quoq;,& Aethiopiā trāſibit,& fama turbabit eū ab oriente,& ab aqui
He. ornamenti uel palatii ſui. lone,& veniet in multitudine magna, vt conterat,& interficiat plurimos. Et figet tabernacu-
lum ſuum * Apadno inter duo maria, ſuper montem inclytū,& ſanctū,& veniet vſq; ad * ſum
He. finem. mitatem eius,& nemo auxiliabitur ei.

¶De mortuorum reſurrectione. Ca.XII.

IN tēpore aūt illo conſurget Michael princeps magnus, q ſtat pro filijs populi tui,& ve- A
niet tēpus quale nō fuit ab eo, ex quo gentes eſſe cœperūt, vſq; ad tēps illud. Et in tēpe illo
ſaluabit populus tuus, omnis q inuentus fuerit ſcriptus in libro. Et multi de his q dormi-
unt in terræ puluere, euigilabūt, alij in vitā æternā, alij in opprobriū, *vt videant ſemper
He. in opprobrium perpetuum ſeculi. Qui aūt docti fuerint, fulgebūt quaſi ſplendor firmamenti,& q ad iuſtitiā erudiunt multos, qſi
ſtellæ in ppetuas æternitates. Tu aūt Daniel claude ſermones,& ſigna librū, vſq; ad tēpus ſtatu B
tū. Plurimi ptranſibūt,& multiplex erit ſcientia. Et vidi ego Daniel,& ecce quaſi duo alij ſta
bant, vnus hinc ſup ripā fluminis,& alius inde ex altera ripa fluminis. Et dixi viro, q erat indu-
tus lineis, q ſtabat ſup aquas fluminis. Vſquequo finis horū mirabiliū? Et audiui virū q indu-
tus erat lineis, q ſtabat ſup aquas fluminis, cū eleuaſſet dexterā,& ſiniſtrā ſuā in cœlū,& iuraſ- C
Supra.11.f. ſet p viuentē in æternū, q a in tēpus,& tēpora,& dimidiū tpis. Et cum cōpleta fuerit diſperſio
manus populi ſancti, cōplebūtur vniuerſa hæc. Et ego audiui,& nō intellexi. Et dixi dñe mi,
qd erit poſt hæc? Et ait. Vade Daniel, qa clauſi ſunt, ſignatiq; ſermones, vſq; ad pſinitū tēpus.
Eligent,& dealbabunt,& quaſi ignis pbabunt multi. Et īpie agent impij, neq; intelligēt oēs D
C impij. Porrò, docti ītelligēt,& à tēpore cū ablatū fuerit iuge ſacrificiū,& poſita fuerit abomi-
natio in deſolationē, dies mille ducēti nonaginta. Beatus q expectat,& peruenit vſq; ad dies
mille trecētos trigintaquinq;. Tu aūt Daniel, vade ad pſinitū,& requieſces,& ſtabis in ſorte tua,
in finem dierum.

HIERONYMVS.

D ¶Hucuſq; Danielem in Hebraico volumine legimus, cætera quæ ſequunt, vſq; ad finem libri,
de Theodotionis æditione tranſlata ſunt.

¶Hiſtoria Suſannæ, vxoris Ioachim, filiæ Helchię, à presbyteris adulterij accuſatæ, ac per
Danielem liberatæ, ſub rege Aſtiage, cui ſucceſſit Cyrus. Ca.XIII.

ET erat vir habitans in Babylone,& nomen eius Ioachim. Et accepit vxorem, nomine A
Suſannā filiā Helchiæ, pulchrā nimis,& timentē Deū. Parentes eñ illius cū eſſent iuſti
erudierūt filiā ſuā, ſecundū legē Moyſi. Erat aūt Ioachim diues valde,& erat ei pome-
riū, vicinū domui ſuæ,& ad ipm confluebāt Iudæi, eo q eſſet honorabilior oīm. Et cō
ſtituti ſunt duo ſenes iudices in illo anno, de qbus locutus eſt dñs, qa egreſſa eſt iniqtas de Ba-
bylone, à ſenioribus iudicibus, q videbant regere populū. Iſti freqntabāt domū Ioachim,& ve
niebāt ad eos oēs q habebāt iudicia. Cū aūt ppl'us reuertiſſet p meridiē, ingrediebat Suſanna,

& de

& deambulabat in pomerio viri sui,& videbāt eā senes quotidie ingredientē,& deambulan-
B tē,& exarserūt in cōcupiscētiā eius. Et euerterūt sensum suū & declinauerūt oculos suos,vt nō
viderēt cœlū,neq; recordarentur iudicioꝝ iustoꝝ. Erāt em̄ ambo vulnerati amore eius, nec
indicauerūt sibi vicissim dolorē suū. Erubescebant em̄ indicare sibi concupiscentiā suā,volē-
tes concūbere cū ea. Et obseruabāt quotidie solicitius videre eā. Dixitq; alter ad alteꝝ. Ea-
mus domū,quia hora prandij est. Et egressi,recesserūt à se. Cūq; reuertissent,venerunt in vnū,
& sciscitātes ab inuicē causam, confessi sunt concupiscentiā suā. Et tunc in cōmuni statuerūt
tēpus,quādo eā possent inuenire solā. Factū est aūt cū obseruarent diē aptū,ingressa est ali
quādo,sicut heri,& nudiustertius,cū duabus solis puellis,voluitq; lauari in pomerio, Aestus
quippe erat,& nō erat ibi quisq̄,præter duos senes absconditos,& contemplantes eā. Dixit Græci,
C ergo puellis: Afferte mihi oleū,& * smigmata,& ostia pomerij claudite,vt lauer. Et fecerūt si σμῆγμα,
cut pceperat. Clauseruntq; ostia pomerij,& egressæ sunt p posticū, vt afferrent quæ iusserat,
nesciebatq; senes intus esse abscōditos. Cū aūt egressæ essent puellæ,surrexerūt duo senes,
& accurrerūt ad eā,& dixerūt. Ecce ostia pomerij clausa sunt,& nemo nos videt,& in cōcu-
piscētia tui sumus, Quāobrē assentire nobis,& cōmiscere nobiscū. Quod si nolueris,dicemus
cōtra te testimoniū,quod fuerit tecū iuuenis,& ob hanc causam emiseris puellas à te. Ingemuit 4.Reg.24.E
Susanna,& ait: Angustiæ sunt mihi vndiq;. Si em̄ hoc egero,mors mihi est: si aūt non egero,
nō effugiā manus vestras, Sed melius est mihi absq; opere incidere in manus hominū, q̄ pec-
care in cōspectu dñi, Et clamauit voce magna Susanna, exclamauerunt aūt & senes aduersus
eā. Et cucurrit vnus ad ostia pomerij,& aperuit. Cū ergo audissent clamorē famuli domus,in
D pomerio,irruerūt p posticū,vt viderēt quidnā esset. Postq̄ aūt senes locuti sunt,erubuerūt ser
ui vehemēter,quia nunq̄ dictus fuerat sermo huiuscemodi de Susanna. Et facta est dies cra-
stina. Cūq; venisset populus ad Ioachim, viꝝ eius, venerunt & duo presbyteri, pleni iniqua
cogitatiōe aduersus Susannā,vt interficerent eā. Et dixerunt corā populo: Mitte ad Susannā
filiā Helchiæ,vxorē Ioachim. Et statim miserūt. Et venit cum parētibus,& filijs, & vniuersis
cognatis suis. Porrò, Susanna erat delicata nimis,& pulchra facie. At iniqui illi iusserūt vt dis-
cooperiret (erat em̄ cooperta) vt vel sic faciarent decore eius. Flebāt igitur sui,& oēs qui no-
uerāt eā. Consurgētes aūt duo presbyteri in medio populi: posuerūt manus suas sup caput
eius. Quæ flens suspexit ad cœlū. Erat em̄ cor eius fiduciā habēs in dño. Et dixerūt presbyte-
ri. Cū deambularemus in pomerio soli,ingressa est hæc cū duabus puellis,& clausit ostia po-
merij,& dimisit à se puellas, Venitq; ad eā adolescēs,q erat abscōditus,& cōcubuit cū ea. Por
rò,nos cū essemus in angulo pomerij,videntes iniquitatē,cucurrimus ad eos,& vidimus eos
E pariter cōmisceri. Et illū quidē nō quiuimus cōprehendere,quia fortior nobis erat,& aperto
3.4.1.ca.deus ostio exiliuit. Hanc aūt cū apprehēdissemus,interrogauimus quisnā esset adolescēs, & noluit
indicare nobis. Huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo,quasi senibus,& iudicibus po
puli,& condēnauerūt eā ad mortē. Exclamauit aūt voce magna Susanna,& dixit: Deus æter
ne,qui absconditoꝝ es cognitor,qui nosti oīa anteq̄ fiant,tu scis q̄m falsum testimoniū tule-
runt cōtra me. Et ecce morior,cū nihil hoꝝ fecerim, q̄ isti maliciose composuerūt aduersum
me. Exaudiuit aūt dñs vocē eius. Cūq; duceret ad mortē,suscitauit dñs spm̄ pueri iunioris,
cuius nomē Daniel,& exclamauit voce magna: Mūdus ego sum à sanguine huius. Et cōuersus 2.Reg.3.F
oīs populus ad eū,dixit. Quis est iste sermo quē tu locutus es? Qui cū staret in medio eoꝝ,ait
Sic fatui filij Israel,nō iudicātes,neq; quod veꝝ est cognoscētes,cōdemnastis filiā Israel? Re-
3.4.7. 5 infra cum Balaam uertimini ad iudiciū,qa falsum testimoniū locuti sunt aduersus eā. Reuersus est ergo popu-
lus cū festinatione, Et dixerunt ei senes, Veni & sede in medio nostrū,& indica nobis, quia ti
F bi deus dedit honorē senectutis. Et dixit ad eos Daniel: Separate illos ab inuicē procul,& diju
dicabo eos. Cū ergo diuisi essent,alter ab altero,vocauit vnū de eis, & dixit ad eū. Inueterate
dieꝝ maloꝝ,nunc venerunt peccata tua,quæ operabaris prius,iudicans iudicia iniusta,inno
centes opprimens,& dimittens noxios,dicente domino: innocentē & iustū non interficies.
Nunc ergo si vidisti eam,dic sub qua arbore videris eos colloquētes sibi? Qui ait, Sub schino.
Dixit autē Daniel, Recte mentitus es in caput tuū. Ecce em̄ angelus dei,accepta sententia ab Exod.23.B
eo,scindet te mediū. Et amoto eo,iussit venire alteꝝ,& dixit ei, Semē Chanaan,& non Iuda,
species decepit te,& concupiscentia subuertit cor tuū. Sic faciebatis filiabus Israel,& illæ timē
G tes loquebantur vobis. Sed filia Iuda non sustinuit iniquitatē vestrā. Nunc ergo dic mihi,sub
3.4.1.ca.in prinis. qua arbore comprehenderis eos,loquentes sibi? Qui ait: Sub prino: Dixit aūt ei Daniel: Recte
mentitus es & tu,in caput tuū. Manet em̄ angelus dñi,gladiū habens,vt secet te mediū,& in-
terficiat vos. Exclamauit itaq; omnis cœtus voce magna,& benedixerūt deū,qui saluat spe-
rantes in se. Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros (conuicerat em̄ eos Daniel, ex ore
suo,falsum dixisse testimoniū) feceruntq; eis,sicut male egerant aduersus proximā,vt facerēt
secundū legē Moysi,& interfecerunt eos. Et saluatus est sanguis innoxius in die illa. Helchias
autem,& vxor eius,laudauerunt deū pro filia sua Susanna,cum Ioachim marito eius , & co-

gnatis omnibus,quia non esset inuenta in ea res turpis. Daniel autem factus est magnus in
conspectu populi,à die illa,& deinceps.Et rex Astyages appositus est ad patres suos,& susce
pit Cyrus Perses regnum eius.

¶Historia Belis,quo destructo,& dracone interfecto,Daniel in lacum leonum
conijcitur,de quo vide supra cap.VI. Cap. XIIII.

Oti casus est & singularis numeri, nõ legitur, σιμιδά λεως. Ἀρτάβη Artaba gen° mẽsuræ Persicæ, Attico modio trib° cornicibus capacius.

ERat autem Daniel conuiua regis,& honoratus super omnes amicos eius. Erat quoq; A
idolũ apud Babylonios,nomine Bel,& impendebãtur in eo per dies singulos * simi-
læ artabæ duodecim,& oues quadraginta,viniq́; amphoræ sex. Rex quoq; colebat
eũ,& ibat per singulos dies adorare eũ. Porrò,Daniel adorabat deum suũ. Dixitq́; ei
rex:Quare non adoras Bel? Qui respondens,ait illi:Quia nõ colo idola manufacta,sed viuen
tem deũ,qui creauit cœlũ & terrã,& habet potestatẽ omnis carnis. Et dixit rex ad eũ:Nonne B
videtur tibi esse Bel viuẽs deus? An nõ vides,quãta comedat,& bibat quotidie? Et ait Daniel
arridẽs:Ne erres rex,Iste est enĩ intrinsecus luteus,& forinsecus æreus,neq; comedit aliquan
do.Et iratus rex,vocauit sacerdotes eius,& ait eis:Nisi dixeritis mihi,quis est iste,qui come-
dit impensas has,moriemini.Si autẽ ostenderitis,quoniam Bel comedat hæc, morietur Da-
niel,quia blasphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi:Fiat iuxta verbũ tuum. Erant autem sa
cerdotes Bel,septuaginta,exceptis vxoribus,& paruulis,& filijs. Et venit rex cum Daniele in
templũ Belis. Et dixerunt sacerdotes Belis:Ecce nos egrediemur foras,& tu rex pone escas,&
vinũ misce,& claude ostiũ,& signa annulo tuo. Et cũ ingressus fueris mane,nisi ĩueneris oĩa co C
mesta à Bel,morte moriemur,vel Daniel,qui mentitus est aduersum nos. Confidebant autẽ,
quia fecerant sub mensa absconditũ introitum,& per illum ingrediebantur semper,& deuo-
rabant ea. Factũ est igitur postq̃ egressi sunt illi,& rex posuit cibos ante Bel, præcepit Da-
niel pueris suis,& attulerũt cinerem,& cribrauit per totũ templum,coram rege. Et egressi,
clauserunt ostiũ,& signantes annulo regis,abierunt. Sacerdotes autẽ ingressi sunt nocte, iux-
ta consuetudinẽ suam,& vxores,& filij eorũ,& comederunt omnia,& biberunt. Surrexit
autẽ rex primo diluculo,& Daniel cũ eo,& ait rex:Salua ne sunt signacula Daniel? Qui respõ
dit:Salua rex. Statimq́; cũ aperuisset ostium,intuitus rex mensam, exclamauit voce magna:
Magnus es Bel,& non est apud te dolus quisq̃. Et risit Daniel,& tenuit regem,ne ingredere- D
tur intro,& dixit:Ecce pauimentum,animaduerte cuius vestigia sunt hæc. Et dixit rex : Vi-
deo vestigia virorum & mulierum & infantium. Et iratus est rex. Tunc apprehendit rex
sacerdotes,& vxores,& filios eorum,& ostenderunt ei abscondita ostiola,per quæ ingredie-
bantur,& consumebant quæ erant super mẽsam. Occidit ergo illos rex,& tradidit Bel in po
testatem Danielis. Qui subuertit eum,& templum eius. Et erat draco magnus in loco illo,
& colebant eum Babylonij. Et dixit rex Danieli:Ecce nunc non potes dicere,quia iste nõ sit
deus viuens. Adora ergo eum. Dixitq́; Daniel regi:Dominum deum meum adoro, quia ipse
est deus viuens. Iste autẽ non est deus viuens. Tu autẽ rex,da mihi potestatem,& interficiam E
Sup.6.a. draconem,absq; gladio,& fuste. Et ait rex:Do tibi. Tulit ergo Daniel picem,& adipẽ,& pi-
los,& coxit pariter,fecitq́; massas,& dedit in os draconis,& diruptus est draco. Et dixit Da-
niel:Ecce,quem colebatis. Quod cum audissent Babylonij,indignati sunt vehementer,& cõ
gregati aduersum regẽ,dixerunt:Iudæus factus est rex. Bel destruxit,draconem interfecit,&
sacerdotes occidit. Et dixerunt cũ venissent ad regem:Trade nobis Danielẽ, alioquin inter-
ficiemus te,& domũ tuam. Vidit ergo rex q̃ irruerent in eũ vehementer,& necessitate cõ-
pulsus,tradidit eis Danielẽ. Qui miserunt eum in lacum leonũ,& erat ibi diebus sex. Porrò,in F
lacu erant leones septem,& dabantur eis duo corpora quotidie,& duæ oues,& tunc non da-
ta sunt eis,vt deuorarent Danielem. Erat autem Habacuc propheta in Iudæa,& ipse coxe-
rat pulmentũ,& intriuerat panes in alueolo,& ibat in campum,vt ferret messoribus. Dixitq́;
angelus domini ad Habacuc:Fer prandium quod habes,in Babylonẽ,Danieli,qui est in lacu
leonũ. Et dixit Habacuc:Domine,Babylonẽ non vidi,& lacũ nescio. Et apprehendit eũ an-
gelus domini in vertice eius,& portauit eũ capillo capitis sui,posuitq́; eũ in Babylonẽ, super G
lacum,in impetu spiritus sui. Et clamauit Habacuc,dicens: Daniel serue dei,tolle prandium
quod misit tibi deus. Et ait Daniel:Recordatus es mei deus,& non dereliquisti diligentes te.
Surgensq́; Daniel,comedit. Porrò,angelus domini restituit Habacuc confestim in loco suo.
Venit ergo rex die septimo,vt lugeret Danielem,& venit ad lacum,& introspexit. Et ecce
Daniel sedens in medio leonũ. Et exclamauit voce magna rex,dicens. Magnus es dñe deus 22.q.5.c.8
Danielis. Et extraxit eum de lacu leonum. Porrò,illos qui perditionis eius causa fuerant, in- propterea.
tromisit in lacum,& deuorati sunt in momento coram eo. *Tunc ait rex. Paueant habitan
tes vniuersam terram,deum Danielis,quia ipse est saluator,& liberator,faciens signa,& mira
bilia in cœlo,& in terra,qui liberauit Danielem de lacu leonum.

Adiectũ est ex fine sexti capitis.

FINIS DANIELIS.

NOn idē ordo est duodecim prophetarū apud Hebræos, q est apud nos. Vnde secūdū id quod ibi legitur, hic quoq; dispositi sunt. Osee cōmaticus est, & quasi p sententias loquens. Iohel planus in principijs, in fine obscurior: vsq; ad Malachiam habent singuli proprietates suas, quem Esdrā scribā, legisq; doctorē Hebræi autumant. Et quia longū est nunc de omnibus dicere, hoc tantum vos o Paula & Eustochium admonitas scire volo: vnū librū esse duodecim prophetarū. Oseæ synchronon Esaiæ; Malachiam vero Aggæi & Zachariæ fuisse tēporibus. In quibus autē tēpus non præfertur in titulo, sub illis eos regibus prophetasse, sub quibus & hi q ante eos habēt titulos, prophetauerūt.

ALIVS PROLOGVS.

REgulæ sunt hę, sub qbus significatiōibus noīm, ad q̄s tribus p prophetas sermo dn̄i dirigat. Quotiescūq; ad decē tribus tēdit prophetia, sub his noībus designant, id ē, Ephraim, Samaria, Israel, Ioseph, Iezrahel, Bethel, Bethauen, & interdū Iacob. Qñ aūt ad duas loquit tribus, sub his noībus sermo proferī. i. Iuda, Hierusalē, Beniamin domus Dauid, & interdū Iacob. Aliquoties Israel ad totas duodecim tribus refert. Duplex est apud Hebræos sn̄ia, de his quatuor versibus q in capite sunt prænotati. Pleriq; em̄ dicunt q' ab Esdra scriba, in oībus prophetis sic fuerit intitulatū, vt præscripto vniuscuiusq; noīe, prophetia, cuius sit sequēs, noscat. Ipse est aūt Esdras qui vltimus prophetarū, Malachiæ nomine scribit. Alij vero dicunt q ab ipsis prophetis per spm̄ sanctū, vt cætera sunt conscripta.

¶IN OSEAM PRAEFATIO.

TEmporibus Oziæ & Ioathæ, Achaz, & Hezechiæ regū Iuda, & Hieroboā filij Ioſiæ regis, Osee filius Beeri ad prophetiā dicēdā spū sancto repletus est. De memorato itaq; nūero regū, Achaz rex Iuda, & Hieroboā rex Israel dn̄m derelinquentes vt historiæ Regū & Paralipomenon indicāt: etiā Israel idololatriæ crimē impio ac maiestate sua admittere coegerū. Propter q̄d deus ad Osee hæc locutus est, dicēs: Accipe tibi vxorē fornicariā siue fornicationū, & fac filios fornicatiōis. Fornicariā vtiq; nō electiōe corporis meretricē, sed gētilē, deū ignorātē appellat, q̄ dei creatoris sui amore cōtēpto, simulachrorū se subiecit desiderijs. Sed cū dei pcepto propheta in hac re paruisset, cōceptū ex ea filiū Iezrahel pcepit noīare, deo pollicēte, post breue tēpus sanguinē Iezrahel in domo Iehu vindicare. Cuius promissiōis hæc causa ē. Iehu p Helisæū in regē inuncto ad defendēdū sanguinē Naboth ciuis Iezrahel, q̄ tūc tpis metropolis erat, quę Iezabel, Achab regis vxor, interemerat, sicut Regū historia exponit. Is cū grauiter iuxta diuinū pceptū vindicādi sanguinis causa, in oēm memorati domū desæuisset: hoc pacto dn̄m dereliq̄sse inuenit, Cuius pro nepote Hieroboā, q lectiōe cōprehēsus est originis suæ facta imitāte, ac cōtra dei pcepta & religionē cū populo Israel agēte, sanguis Naboth, q in loco certe Iezrahel fuerat profusus, in domo Iehu procuratoris memorati Hieroboæ, pro pc̄tō redūdaturus significat. Hinc factū est vt ira dei in populo Israel, p denūtiatione prophetæ processura deberet: domui aūt Iuda misericordia lectiōe cōprehēsa, ob hoc promissa eſt. Quia Hezechias rex Iuda, filius Achaz, sublatis idolis, q̄ tā pater eius, q̄ cæteri reges cōsecrauerāt, tēplū dei purgasse, & purificasse monstratur. 4.Regū.9.a 3.Reg.21.b 4.Regū.10.f 4.Reg.18.a

¶Argumentum in librum Osee prophetæ.

OSee crebro nominat Ephraim, Samariam, Ioseph, Iezrahel, & vxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clausam mariti, multo tempore sedere viduam, & sub veste lugubri viri, ad se reditum præstolari.

OSEAS PROPHETA.

¶Accipit Oseas vxorē fornicariā, prophetat cōtra domū Iehu, Pollicet misericordiā domui Iuda, Gētes se vocaturū, & ex duobus populis vnū se factur̄ promittit. Cap. I.

A Erbum domini quod factū est ad Osee, filiū Beeri, in diebus Oziæ, Ioatham, Achaz, & Hezechiæ, regū Iuda, & in diebus Ieroboam, filij Ioas, regis Israel. Principiū loquēdi dn̄o in Osee. Et dixit dn̄s ad Osee: Vade, sume tibi vxorem fornicationū, & * fac tibi filios fornicationū quia fornicans fornicabitur terra à dn̄o. Et abijt. & accepit Gomer, B filiam Deblaim, & concepit, & peperit ei filium. Et dixit dominus ad eū: Voca nomen eius Iezrahel, Quoniā adhuc modicum, & visitabo sanguinē Iezrahel, super domū Iehu, & quiescere faciā regnū domus Israel. Et in die illa conteram arcū Israel, in valle Iezrahel. Et cōcepit C adhuc, & peperit filiam. Et dixit ei: Voca nomen eius, absq; misericordia, quia non addā vltra misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorū. Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in dn̄o deo suo, & nō saluabo eos in arcu, & gladio, & in bello, & in equis, & in equitibus.

Margin: ꝫ 4.c.pen. & vlti. — fac tibi. in ue breo nō habetur. — 4.Re.8.a Infr. eodem — Sup. eodem infr. eodem

Et ablactauit eã quæ erat absq; misericordia. Et cõcepit, & peperit filiũ. Et dixit ei. Voca nõ
Rom. 9. e men eius, nõ populus meus, quia vos non populus meus, & ego nõ ero vester deus. Et erit nu
merus filiorum Israel, quasi arena maris, q̃ sine mensura est, & non numerabitur. Et erit in loco,
vbi dicet eis, non populus meus vos, dicetur eis, filij dei viuentis. Et cõgregabunt filij Iuda, &
filij Israel pariter, & ponẽt sibimet caput vnũ, & ascẽdẽt de terra, qa magnus dies Iezrahel.

¶ Vocatur Israel ad pœnitentiam, additis minis, & promissionibus. Cap. II. A

Dicite fratribus vestris, populus meus, & sorori vestræ, misericordiã cõsecuta. Iudi-
cate matrẽ vestrã, iudicate, qm̃ ipsa nõ vxor mea, & ego non vir eius. Auferat for-
nicatiões suas à facie sua, & adulteria sua de medio vberum suorum, ne forte expoliẽ eã
nudam, & statuã eam secundum diem natiuitatis suæ. Et ponam eam quasi solitu-
dinẽ, & statuã eam velut terram inuiam, & interficiam eã siti, & filiorum illius non miserebor,
quoniã filij fornicationũ sunt, quia fornicata est mater eorum. Confusa est quæ concepit eos,
quia dixit: Vadã post amatores meos. qui dant panes mihi, & aquas meas, & lanã meam, linũ 32. q. 4. § [illegible]
meũ, oleũ meũ, & potũ meũ. Propter hoc ecce ego sepiam viam tuã spinis, & sepiã eam mace vnus
ria. Et semitas suas nõ inueniet, & sequetur amatores suos, & nõ apprehendet eos, & quæret B
eos, & nõ inueniet. Et dicet: Vadam, & reuertar ad virũ meũ priorem, quia bene mihi erat tũc
magis q̃ nũc. Et hæc nesciuit, qa ego dedi ei frumẽtũ, & vinũ, & oleũ, & argẽtũ multiplicaui
ei, & aurum, quæ fecerunt Baal. Idcirco cõuertar, & sumã frumentũ meũ in tempore suo, & vinũ
meũ in tẽpore suo, & liberabo lanã meam, & linũ meum, quæ operiebant ignominiam eius.
Et nunc reuelabo stultitiam eius, in oculis amatorum eius, & vir non eruet eã de manu mea. Et
cessare faciam omne gaudiũ eius, solennitatẽ eius, neomeniam eius, sabbatũ eius, & omnia fe
sta tempora eius. Et corrumpã vineã eius, & ficũ eius, de qbus dixit. Mercedes hæ meæ sunt, C
quas dederũt mihi amatores mei. Et ponam eã in saltũ. Et comedet eã bestia agri. Et visita-
bo super eã dies Baalim, quibus accendebat incẽsum, & ornabatur in aure sua, & monili suo,
& ibat post amatores suos, & mei obliuiscebatur, dicit dñs. Propter hoc ecce ego lactabo eã,
& ducã eã in solitudinẽ, & dabo ei vinitores eius, & loquar ad cor eius ex eodẽ loco, & vallẽ
Achor, ad aperiendã spem. Et canet tibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensiõis suæ
Heb. Baali, i. de terra Aegypti. Et erit in die illo (ait dñs) vocabit me vir meus, & nõ vocabit me vltra * Ba-
dñs meus. alim. Et auferã nomina Baalim de ore eius, & nõ recordabitur vltra nominis eorum. Et percu- D
tiam cũ eis fœdus in die illa, cũ bestia agri, & cũ volucre cœli, & cũ reptili terræ, & arcum, &
gladiũ, & bellũ conterã de terra, & dormire eos faciã fiducialiter. Et sponsabo te mihi in sem-
piternũ, & sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, & in misericordia, & in miserationibus. Et
sponsabo te mihi in fide, & scies, quia ego dñs. Et erit in die illa, exaudiã, dicit dñs, & exaudiã
Rom. 9. e cœlos, & illi exaudient terrã, & terra exaudiet triticũ, & vinũ, & oleũ, & hæc exaudient Iezra- 15. q. 1. §. [illegible]
1. Pet. 2. c hel. Et seminabo eã mihi in terrã, & miserebor eius, quæ fuit absq; misericordia, Et dicã non inque.
populo meo, populus meus es tu, & ipse dicet: Deus meus es tu.

¶ Reprobatos Iudæos in nouissimis diebus ad dominũ conuertendos. Cap. III. A

Heb. socio
Heb. dolia
Heb. emi

Et dixit dñs ad me. Adhuc vade, & dilige mulierẽ dilectã * amico, & adulterã, sicut di
ligit dñs filios Israel, & ipsi respiciũt ad deos alienos, & diligũt * vinacea vuarum. Et * fo
di eã mihi quindecim argẽteis, & choro ordei, & dimidio choro ordei, & dixi ad eã. 32. q. 1. c. [illegible] & vlt.
Dies multos expectabis me, Nõ fornicaberis, & nõ eris viro, sed & ego expectabo te B
Quia dies multos sedebũt filij Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari,
& sine ephod, & sine theraphim. Et post hæc reuertent filij Israel, & quærent dñm deũ suum,
& Dauid regem suum, & pauebunt ad dñm, & ad bonũ eius in nouissimo dierum.

¶ Recensentur populi ac sacerdotum peccata. Cap. IIII.

Audite verbũ dñi filij Israel, qa iudiciũ dño cũ habitatorib⁹ terræ, Nõ est enĩ veritas & A
Heb. diff. pa- nõ est misericordia, & nõ est sciẽtia dei in terra. Maledictũ, & mẽdaciũ, & homicidiũ, & 32. q. 7. c. ad-
runt (legẽ) furtũ, & adulteriũ * inũdauerũt, & sanguis sanguinẽ tetigit. Propter hoc lugebit terra monere. in
& infirmabit oĩs q habitat in ea. In bestia agri & in volucre cœli, sed & pisces maris gio l. uer. san
He. deficient, guis.
Esa. 50. b * cõgregabunt. Verũtamẽ vnusquisq; nõ iudicet, & nõ arguat vir, Populus enĩ tuus sicut hi q cõ B
Hc. tacedi tradicũt sacerdoti, & corrues hodie, & corruet etiã ppheta tecũ, Nocte * tacere feci matrẽ tuã
Cõticuit pplus meus, eo q nõ habuerit sciam, Quia tu sciam repulisti, repellã te, ne sacerdotio [illegible]
fungaris mihi, Et oblita es legis dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego. Secũdũ multitudinẽ eo De cons. [illegible]
rũ, sic peccauerũt mihi, gloriã eorum in ignominiã cõmutabo, Peccata populi mei comedẽt, & nisi
ad iniquitatẽ eorum subleuabũt aĩas eorum, Et erit sicut pplus, sic sacerdos, Et visitabo sup eum vias 1. q. 2. ca. pa-
eius, & cogitatiões eius reddã ei, Et comedẽt, & nõ saturabunt, Fornicati sunt, & nõ cessaue- stor. & 5 q. 1.
runt, qm̃ dñm dereliquerũt, in nõ custodiendo, Fornicatio, & vinũ, & ebrietas auferunt cor. C ca. nulli.
Ezech. 24. a Populus meus in ligno suo interrogauit, & baculus eius annũtiauit ei. Spũs enĩ fornicationũ
decepit eos, & fornicati sunt à deo suo, Sup capita montiũ sacrificabãt, & sup colles accende-
bãt thymiama, subtus quercũ, & populũ, & therebinthũ, qa bona erat vmbra eius. Ideo for-
nicabunt

nicabuntur filiæ vestræ,& sponsæ vestræ adulteræ erunt. Non visitabo sup filias vestras,cũ fu-
erint fornicatæ,& super sponsas vestras,cũ adulterauerint,quoniã ipsi cũ meretricibus* cõuer- He. separarũt (se ab uxoribus.
sabantur,& cum effœminatis sacrificabant. Et populus nõ intelligens vapulabit. Si fornicaris
D tu Israel,nõ delinquat saltẽ Iuda. Et nolite ingredi in Galgala,& ne ascẽderitis in Bethauen, ne
q; iuraueritis,viuit dñs. Quoniã sicut vacca lasciuiens declinauit Israel, Nunc pascet eos dñs q̃si
agnum in latitudine,Particeps idolo℞ Ephraim,dimitte eũ,Separatum est conuiuium eorum,
fornicatione fornicati sunt,dilexerũt afferre ignominiam protectores eius, Ligauit eum spũs
in alis suis,& confundentur à sacrificijs suis.

¶In sacerdotes,populi seductores. Cap. V.

A AVdite hoc sacerdotes,& attendite domus Israel,& domus regis auscultate,quia vo-
bis iudiciũ est,Quoniam laqueus facti estis speculationi,& sicut rhete expansum sub
ter Thabor,& victimas declinastis in profundũ,Et ego eruditor omniũ eo℞. Ego
scio Ephraim & Israel non est absconditus à me. Quia nũc fornicatus est Ephraim,
cõtaminatus est Israel,Non dabunt cogitationes suas,vt reuertant ad deũ suũ,quia spiritus for-
B nicationũ in medio eo℞,& dominũ non cognouerunt, Et respondebit arrogantia Israel in fa-
cie eius,& Israel,& Ephraim ruent in iniquitate sua,Ruet etiã Iudas cũ eis. In gregibus suis, & in
armentis suis vadent,ad quærendum dominum,& non inuenient,Ablatus est ab eis. In domi-
no præuaricati sunt,quia filios alienos genuerunt. Nunc deuorabit eos mensis cum partibus
suis. Clangite buccina in Gabaa,tuba in rama. Vlulate in Bethauen,post tergum tuũ in Benia-
C min Ephraim in desolatione erit. In die correptionis,in tribubus Israel ostendi fidẽ. Facti sunt
principes Iuda quasi* assumẽtes terminũ,sup eos effundam quasi aquam iram meã. Calumniã He. transferentes.
patiens est Ephraim,fractus iudicio,quoniã cœpit abire post sordes. Et ego q̃si tinea Ephraim
& quasi putredo domui Iuda. Et vidit Ephraim languorem suum,& Iudas vinculum suum. Et
abijt Ephraim ad Assur,& misit ad regem* vltorem. Et ipse non poterit sanare vos,nec soluere He. iareb
D poterit à vobis vinculum. Quoniam ego quasi leæna Ephraim,& quasi catulus leonis domui
Iuda. Ego capiam,& vadam,tollam,& non est qui eruat. Vadens reuertar ad locum meũ do-
nec deficiatis,& queratis faciem meam.

¶Christi,& nostra in eo,resurrectio,A sacerdotibus esse iniquitatem. Cap. VI.

A IN tribulatione sua mane consurgent ad me. Venite & reuertamur ad dominum,quia ip-
se* cæpit,& sanabit nos,percutiet,& curabit nos. Viuificabit nos post duos dies,in die ter He. diripuit.
tia suscitabit nos,& viuemus in conspectu eius,sciemus,sequemurq́;,vt cognoscamus do
p. dist. c pon dera. minum. Quasi diluculum præparatus est egressus eius,& veniet quasi imber nobis tempo
raneus,& serotinus terræ. Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciam tibi Iuda? Misericordia ve-
B stra quasi nubes matutina,& quasi ros mane pertrãsiens. Propter hoc* dolaui in prophetis,& He. excidi.
occidi eos in verbis oris mei,& iudicia tua quasi lux egredientur,Quia misericordiam voluit,&
non sacrificium,& scientiam dei plus q̃ holocausta. Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pa- Matt. 9. b & 12. a
ctum,ibi præuaricati sunt in me. Galaad ciuitas operantium* idolum supplantata sanguine, & ℣ uquitatem.
Hebr. sicut expectant ui rum latrones p... &c. *quasi fauces virorum latronum. Particeps sacerdotum in via interficientiũ* pergentes de Si- He. per viam (unam) qua &c.
chem,qa scelus operati sunt. In domo Israel vidi horrendũ,Ibi fornicationes Ephraim, cõ-
taminatus est Israel,Sed & Iuda,pone messem tibi,cum conuertero captiuitatẽ populi mei.

¶Fauore Ieroboam venisse Hierusalẽ in idololatriam. Cap. VII.

A CVm sanare vellẽ Israel,reuelata est iniqtas Ephraim,& malicia Samariæ, qa operati
De pœ. dist. 4. c. ne forte. sunt mẽdaciũ. Et fur igressus est,spoliãs latrũculus,foris. Et ne forte dicãt in cordi-
bus suis,oẽm maliciã eo℞ me recordatũ. Nũc circũdederũt eos adinuentiões suæ co
rã facie mea factæ sunt. In malicia sua lætificauerũt regẽ,& in mẽdacijs suis principes He. excessit a cõmix. &c.
B Oẽs adulterãtes,q̃si clibanus succẽsus à coquẽte. Quieuit* paululũ ciuitas à cõmixtiõe fermẽti,
donec fermẽtaret totũ. Dies regis nr̃i. Cœperũt principes furere à vino. Extẽdit manũ suã cũ Matt. 13. e
illusorib*, qa applicauerũt q̃si clibanũ cor suũ cũ insidiaret eis. Tota nocte dormiuit coquẽs eos
mane ipse succẽsus,q̃si ignis flãmæ. Oẽs calefacti sunt q̃si clibanus, & deuorauerũt iudices suos.
Oẽs reges eo℞ ceciderũt,nõ est q clamet in eis ad me, Ephraim in populis ipse cõmiscebat, E-
C phraim fctũs est subcinerici* panis,q nõ reuersat, Comederũt alieni robur eius, & ipse nesciuit.
Sed & cani effusi sunt in eo,& ipse ignorauit, Et humiliabit supbia Israel in facie eius, Nec reuersi
sunt ad dñm deũ suũ,& non q̃sierũt eũ in oĩbus his, Et factus est Ephraim q̃si colũba seducta,nõ
habẽs cor, Aegyptũ inuocabãt,ad Assyrios abierũt, Et cũ pfecti fuerint,expandã sup eos rhete
meũ,q̃si volucrẽ cœli detrahã eos, Cedã eos scd̃m auditionẽ cœtus eo℞. Væ eis, qm̃ recesserũt
D à me,vastabunt,qa pũaricati sunt in me. Ego redemi eos,& ipsi loquuti sunt cõtra me mẽdacia
De pœ. dist. 4. §. filius q̃ Et nõ clamauerũt ad me in corde suo,sed vlulabãt in cubilibus suis. Sup triticũ & vinũ rumina-
bant,& recesserunt à me. Et ego erudiui eos,& confortaui brachia eo℞,& in me cogitauerunt
maliciam, Reuersi sunt vt essent absq; iugo,facti sunt quasi arcus dolosus. Cadent in gladio pri-
cipes eo℞,à furore linguæ suæ, Ista subsannatio eorum in terra Aegypti.

CC 3 ¶Samariam

¶Samariam ob idololatriam à Nabuchodonosor rege deuastandam. Cap. VIII. A
IN gutture tuo sit tuba quasi aquila, super domū dñi, pro eo ꝙ transgressi sunt fœdus me-
um, & legē meā præuaricati sunt, Me inuocabūt deus meus, cognouimus te Israel. Proie-
cit Israel bonū, inimicus persequet eū. Ipsi regnauerūt, & nō ex me, principes extiterunt,
& nō cognoui. Auꝝ suū & argentū suū fecerūt sibi idola, vt interirent. Proiectus est vi- B
tulus tuus Samaria. Iratus est furor meus in eis. Vsqueq̃ non poterūt emundari? Quia ex Israel
He. fractiões erit. &c. & ipse est. Artifex fecit illū, & nō est deus, q̃m in *aranearꝝ telas erit vitulus Samariæ, q̃a ventum
seminabūt, & turbinē metent. Culmen stans nō est in eis germē, nō faciet farinā. Quod & si fe-
cerit, alieni comedēt eā. Deuoratus est Israel. Nūc factus est in nationibus, quasi vas immundū, C
He. conduxerūt amatores, sed &c. q̃a ipsi ascēderūt ad Assur. Onager solitarius sibi Ephraim. * Munera dederūt amatoribus suis,
sed & cū mercede cōduxerūt natiões. Nūc cōgregabo eos, & q̃escēt paulisper ab onere regis, &
principū. Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandū, factæ sunt ei aræ in delictū. Scribā
ei multiplices leges meas, q̃ velut alienæ cōputatæ sunt. Hostias offerēt, immolabunt carnes, & D
Malac. 1 comedent, & dñs nō suscipiet eas. Nūc recordabit iniq̃tatis eoꝝ, & visitabit pctā eoꝝ. Ipsi in
Aegyptū conuertent. Et oblitus est Israel factoris sui, & ædificauit delubra, & Iudas multiplica
uit vrbes munitas. Et mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius.

¶Famē Samariæ, sacrificioꝝ reprobationē, Israelis captiuitatem prædicit. Cap. IX. A
NOli lætari Israel, noli exultare sicut populi, q̃a fornicatus es à deo tuo. Dilexisti mer-
cedē super oēs areas tritici. Area & torcular nō pascet eos, & vinū mētietur eis. Nō
habitabunt in terra dñi. Reuersus est Ephraim in Aegyptū, & in Assyriis pollutū co
medit. Nō libabunt dño vinū, & nō placebunt ei. Sacrificia eoꝝ quasi panis lugenti-
um. Omnes qui comedēt eum, contaminabunt, q̃a panis eoꝝ animæ ipsoꝝ, non intrabūt in do
mum dñi: Quid facietis in die solenni, in die festiuitatis dñi? Ecce em̃ profecti sunt à vastitate. B
Aegyptus congregabit eos, Mēphis sepeliet eos. Desiderabile argentū eoꝝ, vrtica hæreditabit
lappa in tabernaculis eoꝝ. Venerunt dies visitationis, venerūt dies retributionis. Scitote Isra-
el stultū, prophetā insanū, virū spiritualē. Propter multitudinē iniquitatis tuæ, & multitudinē
amentiæ. Speculator Ephraim cū deo meo propheta, laqueus ruinæ factus est, super oēs vias
eius. Insania in domo dei eius. Profunde peccauerunt, sicut in diebus Gabaa. Recordabitur ini- C
quitates eoꝝ, & visitabit peccata eoꝝ. Quasi vuas in desero inueni Israel, quasi prima poma
ficulneæ in cacumine eius, vidi patres eoꝝ. Ipsi aūt intrauerūt ad Beelphegor, & abalienati sunt
in confusione & facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerūt. Ephraim q̃si auis auolauit, Glo
ria eoꝝ à partu, & ab vtero, & à cōtemptu. Quod & si enutrierint filios suos, absq; liberis eos fa
He. salté uectes legunt, i. scarnatio mea ciā in hominibus. Sed & væ eis, *cum recessero ab eis Ephraim (vt vidi) Tyrus erat, fundata in
pulchritudine. Et Ephraim educet ad īterfectorē filios suos. Da eis dñe. Quid dabis eis? Da eis D
vuluā sine liberis, & vbera arentia. Oēs nequitiæ eoꝝ in Galgal, q̃a ibi exosos habui eos. Pro-
pter maliciā adinuentionū eoꝝ, de domo mea eiiciā eos. Non addā vt diligā eos. Oēs princi-
pes eoꝝ recedētes. Percussus est Ephraim, radix eoꝝ exiccata est. Fructū nequaq̃ faciēt. Quod
& si genuerint, interficiā amātissima vteri eorum. Abiiciet eos dominus deus meus, quia nō au
dierunt eum, & erunt vagi in nationibus.

¶Prædicit interitū Israel, & vastationē terræ propter idola. Cap. X.
He. uacua. VItis *frondosa Israel, fructus adæquatus est ei. Secūdū multitudinē fructus sui multi- A
plicauit altaria, iuxta vbertatē terræ suæ exuberauit simulachris, diuisum est cor eo
rū, nunc interibunt. Ipse cōfringet simulachra eoꝝ, depopulabit aras eoꝝ. Quia tūc
dicēt, nō est rex nobis. Nō em̃ timemus dñm. Et rex q̃d faciet nobis? Loq̃mini ver-
He. iuramēti falsi, & feri, &c. ba *visionis inutilis, & ferietis fœdus *cū mēdacio & germinabit q̃si amaritudo iudiciū sup sul- cū mendacio super est.
cos agri. Vaccas Bethauen *coluerūt habitatores Samariæ. Quia luxit sup eū populus eius, & æ- B
He. timuerūt ditui eius sup eū exultauerūt in gloria eius, q̃a migrauit ab eo. Siquidē & ipse in Assur delatus ē,
He. Iareb munus regi *vltori. Cōfusio Ephraim capiet, & cōfundet in Israel, in volūtate sua. Transire fe-
cit Samaria regē suū, q̃si spumā sup faciē aquæ. Et disp̃dent excelsa idoli, pctm̃ Israel. Lappa &
Luc. 23. a tribulus ascēdet sup aras eoꝝ. Et dicent mōtibus, opite nos, & collibus, cadite sup nos. Ex die-
Apoca. 6. d bus Gabaa peccauit Israel, Ibi steterunt. Nō cōprehēdet eos in Gabaa p̃liū, sup filios iniquitatis C
He. in ligādo eos propter &c. Iuxta desideriū meū corripiā eos. Cōgregabunt sup eos populi, *cū corripient ꝓpter duas ini-
quitates suas. Ephraim vitula docta diligere triturā, & ego trāsiui sup pulchritudinē colli eius.
Hiere. 4. a Ascendā sup Ephraim. Arabit Iudas, cōfringet sibi sulcos Iacob. Seminate vobis in iustitia, &
metite in ore misc̃diæ, innouate vobis nouale, Tēpus aūt req̃rendi dñm, cū venerit q̃ docebit
vos iustitiā. Arastis impietatē, iniquitatē messuistis, comedistis frugē mēdacii. Quia cōfisus es D
in viis tuis, & in multitudine fortiū tuoꝝ, cōsurget tumultus in populo tuo, & oēs munitiones
He. uastauit Salmā domū Arbel in die. &c. tuæ uastabunt, sicut *uastatus est Salmana, à domo eius, q uindicauit Baal, in die prælii, matre su
per filios allisa. Sic fecit uobis Bethel, à facie malitiæ nequitiarꝝ uestrarꝝ.

¶Cōmemorat deus beneficia sua, increpat ingratitudinē Israel. Cap. XI.

¶Sicut

A Sicut mane transit, pertransit rex Israel: quia puer Israel, & dilexi eũ, & ex Aegypto voca Matt.2.c
ui filium meum. Vocauerunt eos: sic abierũt à facie eoꝝ. Baalim immolabant: & simula
chris sacrificabant. Et ego quasi nutricius Ephraim portabã eos in brachijs meis, & ne-
B scierũt q̃ curarẽ eos. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Et ero eis q̃si
exaltans iugũ sup maxillas eoꝝ, & declinaui ad eũ vt vesceretur. Non reuertet in terrã Aegy- He. mitte.
pti & Assur ipse rex eius: qm̃ noluerũt cõuerti. *Cœpit gladius in ciuitatibus eius, & consumet
C electos eius, & comedet capita eoꝝ. Et populus meus pẽdebit ad reditũ meũ. Iugũ aũt impone Gene.19.f
De.pœ. di.1. tur eis simul, q̃ nõ auferet. Qũo dabo te Ephraim, *protegã te Israel? Qũo dabo te? Sicut Ada Heb. radẽ
c.si & cõsin. ma, ponã te vt seboim. Cõuersum est in me cor meũ, pariter cõturbata est plenitudo mea. Nõ
faciã furorẽ iræ meæ. Nõ cõuertar vt dispdam Ephraim, qm̃ deus ego & nõ homo. In medio
D tui sanctus, & nõ ingrediar ciuitatẽ. Post dñm ambulabũt. Quasi leo rugiet q̃a ipse rugiet & for
midabũt filij maris. Et auolabũt q̃si auis ex Aegypto, & q̃si colũba de terra Assirioꝝ, & collo-
cabo eos in domibus suis, dicit dñs. Circũdedit me Ephraim in negotiatiõe, & in dolo domus He. adhuc
Israel. Iudas autem *testis descendit cum deo & cum sanctis fidelibus. dnat cũ. &c.

¶Punitio Israel & Iudæ. Cap. XII.

A Ephraim pascit ventum, & sequit æstum. Tota die mendacium, & vastitatem multipli-
cat. Et fœdus cum Assyrijs init, & deum in Aegyptum ferebat. Iudicium ergo domi-
ni cum Iuda, & visitatio super Iacob. Iuxta vias eius, & iuxta adinuentiones eius reddet Gene.25.c
ei. In vtero supplantauit fratrẽ suum, & in fortitudine sua directus est cum angelo. Et Gene.32.f
B inualuit ad angelum, & confortatus est. Fleuit, & rogauit eum, in Bethel inuenit eum, & ibi lo
cutus est nobiscũ. Et dominus deus exercituum, dominus memoriale eius. Et tu ad dominũ de
um tuũ conuerteris. Misericordiã, & iudicium custodi, & spera in deo tuo semper. *Chanaan He. mercator
in manu eius, statera dolosa: calumniam dilexit. Et dixit Ephraim: Veruntamen diues effectus
C sum, inueni *idolum mihi. Oẽs labores mei non inuenient mihi iniquitatem, quam peccaui. He. diuitias.
Et ego dominus deus tuus, ex terra Aegypti. Adhuc sedere te faciam in tabernaculis, sicut in
diebus festiuitatis. Et locutus sum sup prophetas, & ego visionẽ multiplicaui, & in manu pro-
phetaꝝ assimilatus sum. Si Galaad Idolũ, ergo frustra erant in Galgal bobus immolantes. Nam Gene.28.a
D & altaria eoꝝ quasi aceruí sup sulcos agri. Fugit Iacob in regionẽ Syriæ, & seruiuit Israel in vx-
orem, &* in vxorẽ seruauit. In propheta autem eduxit dominus Israel de Aegypto, in prophe He. pro vx
ta seruatus est. Ad iracundiam me prouocauit Ephraim, in amaritudinibus suis, & sanguis eius ore custodi-
super eum veniet, & opprobrium eius restituet ei dominus deus suus. uit (oues)

¶Idololatriam Ephraim persequitur dominus. De redemptione nostra per Christũ
De victoria mortis, & inferni per Christũ. Cap. XIII.

A Loquente Ephraim: horror inuasit Israel, & deliquit in Baal, & mortuus est. Et nunc
addiderunt ad peccandum, feceruntq̃ sibi conflatile de argento suo, quasi similitudo
Idolorum, factura artificum totum est. His ipsi dicunt. Immolate homines, vitulos a- Esaie 43.b
dorantes. Idcirco erunt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus prætetiẽs, sicut
B puluis turbine raptus ex area, & sicut fumus de fumario. Ego autem dominus deus tuus, ex ter-
ra Aegypti, & deum absq̃ me nescies, & saluator non est præter me. Ego cognoui te in deser-
to, in terra solitudinis. Iuxta pascua sua adimpleti sunt, & saturati sunt. Et eleuauerunt cor suũ, Prouer.17.b
& obliti sunt viri. Et ego ero eis quasi leæna: sicut pardus in via* Assirioꝝ. Occurram eis qua- He. grassitur
C si vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum. Et consumã eos ibi quasi leo, bestia
agri scindet eos. Perditio tua Israel, tantummodo in me auxilium tuum. Vbi est rex tuus? Ma- 1.Reg.8.a
xime nunc saluet te, in omnibus vrbibus tuis, Et iudices tuos, de quibus dixisti: da mihi regẽ, &
principes. Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. Colligata est iniq-
D tas Ephraim, absconditum peccatum eius. Dolores parturientis venient ei. Ipse filius nõ sapiẽs
Nunc enim non stabit in *contritione filiorum. De manu mortis liberabo eos. Ero mors tua, o He. vului.
mors, morsus tuus ero, inferne. Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse inter fratres 1. Cor.15.g
diuidet. Adducet vrentem ventum dominus de deserto ascendentem & siccabit venas eius, so He.a.d
labit fontem eius, & ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis.

¶De Samariæ interitu: De conuersione Israel. Cap. XIIII.

A Pereat Samaria, qm̃ ad amaritudinẽ concitauit deũ suũ. In gladio pereant, paruuli eoꝝ
elidant, & fœtæ eius scindant. Cõuertere Israel ad dñm deũ tuũ, qm̃ corruisti in ini-
quitate tua. Tollite vobiscũ verba & conuertimini ad dñm & dicite ei: Omnem aufer
B iniquitatẽ, & accipe bonum & reddemus vitulos labioꝝ nostroꝝ. Assur non saluabit
nos. Super equos non ascendemus, nec dicemus vltra, dij nr̃i, ad opa manuũ nostraꝝ, q̃a eius q
in te est misereberis pupilli. Sanabo contritiones eoꝝ, diligã eos spontanee, q̃a auersus est fu-
ror meus ab eis. Ero q̃si ros, & Israel germinabit sicut liliũ, & erũpet radix eius, vt libani. Ibũt ra
C mi eius, & erit q̃si oliua gloria eius, & odor eius vt libani. Cõuertent sedẽtes in vmbra eius, vi-
uent tritico, Et germinabũt q̃si vinea. Memoriale eius sicut vinũ libani. Ephraim q̃d mihi vl-

Hiere.9 tra Idola? Ego exaudiam,& dirigam eum:ego vt abietem virẽtem:ex me fructus eius inuẽtus D
est. Quis sapiens,& intelliget ista? intelligẽs & sciet hæc? Quia rectæ viæ domini,& iusti ambu
labunt in eis. præuaricatores vero corruent in eis.

OSEAE FINIS.

DIVI HIERONYMI PROLOGVS IN IOHELEM PROPHETAM.

SAnctus Iohel apud Hæbreos post Oseæ ponit̃. Et sicut ibi sub noĩe Ephraim ad decem
tribus cõfert̃ vaticiniũ, vel q̃ Samaria vel Israel sæpe memorant̃: sic in hũc ꝓphetã om̃e
q̃d dicit̃, ad tribũ Iuda,& ad Hierusalẽ ptinere credẽdũ est:& nullã omnino Israelis, id ẽ,
decẽ tribuũ in hoc fieri mẽtionẽ. Tẽpora q̃q; qbus prophetauit eadẽ debemus accipere
Osee.1.a q̃ in Osee legimus, in diebus Oziæ Ioathan & Achaz,& Ezechiæ regum Iuda:& in diebus Hi-
eroboam filij Ioas regis Israel. Porrò fctm̃ esse sermonẽ dñi, ad meritũ, eius refert̃ cui fit, non ad
cõditionẽ eius q fieri dicit̃, vt alibi legimus. Dñs factus est mihi in saluiẽ. Auditus aũt in scriptu-
Psal.117.a ris sanctis nõ est iste q ad aures sonat, sed q corde pcipit̃, iuxta illud qđ dñs loqt̃ in Euãgelio: Qui
Matt.11.b.& habet aures audiẽdi, audiat. Quod aũt dicit̃ Hebraice haazenu, Græce ἐνωτίσασθε,& latinæ so-
13.a nat, auribus pcipite: ꝓprie nõ aure, sed corde percipit̃. Qui senes sunt & cœlestes, audiũt spiri-
tualiter, q aũt habitãt in terra, appellant̃q; terreni, auribus pcipiũt. Vbicũq; aũt hæc duo verba
iuncta ponunt̃, nõ ad simplicẽ tm̃ verboꝝ sonũ sed ad recõditã quoq; dictoꝝ intelligentia pti-
Gene.4.d nere intelligeodũ est. In Genesi Lamech loqtur ad vxores suas, Ada & Sella, Audite verba mea
vxores Lamech, auribus pcipite sermones meos, qa virum occidi in vulnus meum, & iuuenẽ
in liuore meo. Et Esaias, Audite cœli & auribus percipite terra.

ITEM ALIVS PROLOGVS IN EVNDEM.

IOhel filius Phatuel describit terrã duodecim tribuũ, eruca, brucho, locusta, rubigine va-
stãte cõsumptã,& post reuersioẽ priores populi, effusum iri spiritũ sanctũ sup seruos dei
& ancillas, i. sup cẽtũ viginti credẽtiũ noĩa,& fuerũt viri in cœnaculo Sion. Qui centũ vi-
ginti ab vno vsq; ad qndecim paulatim & p incremẽta surgẽret, qndecim graduũ nũeꝝ
efficiũt, q in psalterio mystice cõtinent̃. Ex tribus igit̃ gñibus, rhetorũ hęc sumũtur pricipia,&
tres sunt argumẽtoꝝ ptes, ex qbus incipere solet oĩs orator. Aut eñ docibiles aut bñuolos, aut
attẽtos auditores debet efficere. Hic ergo ꝓpheta à magnitudine cladis sumẽs principiũ, eosq;
q audituri erãt, volẽs ad pœiam ꝓuocare, reddit attentos, admirãs futurũ malũ, vt consideran
tes venturæ cladis asperitatẽ, ocyus arriperẽt pœiam. In hoc propheta, idcirco nec reges nec
tpa sunt ꝑnotata qa ijsdẽ tẽporibus ac regibus qbus Osee prophetauerat & ipse prophetauit.
Iohel interprætat̃ incipiẽs, aut dñi descensus, Phatuel vero, aut latitudo, aut ostiũ dei Tropolo
gice, hoc ẽ, q̃d q ostiũ dei,& sciam habuerit apertã recte incipit ꝓphetare.

¶EXPLICIVNT PROLOGI.

ARGVMENTVM IN IOHEL PROPHETAM.

¶Iohel de tribu Ruben, natus in agro Bethoron, vbi etiam in pace mortuus & sepultus.

IOHEL PROPHETA

¶Prophetat contra Iudæos, plangitq; vastitatẽ terræ suæ. Cap. I.

VErbum domini quod factum est ad Iohel filium Phatuel. Audite hęc A
senes,& auribus percipite omnes habitatores terræ, si factũ est istud
in diebus vestris, aut in diebus patrũ nostroꝝ. Super hoc filijs vestris
narrate,& filij vestri filijs suis,& filij eoꝝ generationi alteræ. Residuũ
erucæ comedit locusta:& residuũ locustæ comedit bruchus,& residu
um bruchi comedit rubigo. Expergiscimini ebrij,& flete,& vlulate B
oñes qui bibitis vinũ in dulcedine, qm̃ perijt ab ore vestro. Gens eñ
ascendet sup terrã meã, fortis & innumerabilis. Dentes eius vt dẽtes
leonis,& molares eius vt catuli leonis. Posuit vineã meã in desertũ,
& ficũ meã decorticauit. Nudans spoliauit eã,& proiecit: albi facti sunt rami eius. Plange quasi
virgo accincta sacco, sup virũ pubertatis suæ. Perijt sacrificiũ & libatio de domo dñi,& luxerũt
sacerdotes, ministri dñi. Depopulata est regio, luxit humus, qm̃ deuastatũ est triticũ. Cõfusum
est vinũ,& elanguit oleũ. Confusi sunt agricolæ, vlulauerũt vinitores, super frumẽto, vino, & C
hordeo: quia perijt messis agri. Vinea confusa est & ficus elanguit. *Malogranatum,& palma,
& ma-

& malũ,& oĩa ligna agri aruerũt, qa cõfusum est gaudiũ à filijs hoĩm. Accingite vos,& plãgi-
te sacerdotes, vlulate ministri altaris Ingredimini, cubate in sacco ministri diei mei, qm̃ interijt Infra.2.d.
D de domo dei vestri sacrificiũ & libatio. Sãctificate ieiuniũ, vocate cœtũ, cogregate senes oẽs Heb.aha
habitatores terræ, in domũ dei vestri, & clamate ad Dñm.* Ah, ah, ah diei, qa ꝓpe est dies Dñi
& quasi vastitas à potẽti veniet. Nunqd nõ corã oculis vr̃is alimẽta perierũt, de domo Dei vr̃i He.grana in
lætitia & exultatio? Cõputruerũt * iumẽta in stercore suo, demolita sunt horrea, dissipatę sunt pulueib' su
apothecæ, qm̃ * cõfusum est triticũ. Quid ingemuit aĩal, mugierũt greges armẽti? Quia nõ est is &c.
pascua eis. Sed & greges pecoꝝ disperierũt. Ad te Dñe clamabo, qa ignis comedit speciosa He.arue
deserti, & flãma succẽdit oĩa ligna regiõis. Sed & bestiæ agri quasi area sitiẽs imbrẽ, suspexerũt
ad te, qm̃ exiccati sunt fontes aquaꝝ, & ignis deuorauit speciosa deserti.

¶ Sonitu tubaꝝ prædicat hostium aduentũ, hortaƭ ad pœnitentiã, de missione spũs sancti, & die passionis Christi. Ca. II.

A CAnite tuba in Sion, vlulate in monte sancto meo. Conturbenƭ oẽs habitatores ter- Infra eodem
ræ, quia venit dies Dñi, quia ꝓpe est dies tenebraꝝ, & caliginis, dies nubis, & turbi
nis. Quasi mane expansum sup montes, populus multus, & fortis. Similis ei non fuit
à principio, & post eũ non erit, vsq; in annos generatiõis & generatiõis. Ante faciẽ
eius ignis vorãs, & post eũ exurẽs flamma. Quasi hortus voluptatis terra corã eo, & post eum
B solitudo deserti, neq; est q effugiat eum. Quasi aspectus equoꝝ, aspectus eoꝝ, & quasi equites
sic current. Sicut sonitus quadrigaꝝ sup capita montiũ exilient, sicut sonitus flãmæ ignis deuo
rantis stipulã, velut populus fortis, præparatus ad præliũ. A facie eius cruciabunƭ populi, oẽs
vultus redigenƭ in ollã. Sicut fortes currẽt, quasi viri bellatores ascendẽt muꝝ. Viri in vijs suis
gradienƭ, & non declinabunt à semitis suis. Vnusqsq; frẽm suũ non coarctabit, singuli in calle Infra.2.d.
suo ambulabũt. Sed & ꝑ * fenestras cadent, & non demolienƭ. Vrbẽ ingredienƭ, in muro currẽt He. cadẽt &
C Domos conscendẽt, per fenestras intrabũt quasi fur. A facie eius contremuit terra, moti sunt nõ vulnerabunƭ. vrbem
cœli. Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerũt splendorẽ suũ. Et Dñs dedit vocẽ suam & cætera.
añ faciẽ exercitus sui, qa multa sunt nimis castra eius, qa fortia, & faciẽtia verbũ eius. Magnus
eñi dies Dñi, & terribilis valde, & qs sustinebit eũ? Nunc ergo dicit Dñs. Conuertimini ad me Ps.' 25
in toto corde vestro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu, & scindite corda vestra, & non vesti- Ionæ.3.d.
D menta vestra. Et conuertimini ad Dñm Deũ vr̃m, qa benignus, & misericors est, patiẽs, & mul Supra.1.c.
tæ misericordiæ, & præstabilis sup malitia. Quis scit si conuertaƭ, & ignoscat, & relinquat post
se bñdictionẽ? Sacrificiũ & libamẽ Dño Deo nostro. Canite tuba in Sion, sanctificate ieiuniũ,
vocate cœtũ, cõgregate populũ, sanctificate ecclesiã, coadunate senes, cõgregate paruulos, &
sugẽtes vbera. Egrediaƭ sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Inter vestibulũ & alta-
re plorabũt sacerdotes, ministri Dñi, & dicent: Parce Dñe, parce populo tuo, & nes hæreditatẽ
E tuã in opprobriũ, vt dominenƭ eis nationes. Quare dicũt in populis, vbi est deus eoꝝ? zelatus
est Dñs sup terrã suã, & pepercit populo suo. Et respondit Dñs, & dixit populo suo. Ecce ego
mittã vobis frumentũ, & vinũ, & oleũ, & replebimini in eis, & non dabo vos vltra opprobriũ
in gẽtibus. Et eum q ab aquilone est, procul faciã à vobis, & expellã eũ in terrã inuiã, & deser-
tam. Faciẽ eius contra mare orientale, & extremũ eius vsq; ad mare nouissimũ. Et ascendet fœ
tor eius, & ascẽdet putredo eius: quia superbe egit. Noli timere terra, exulta, & lætare, qm̃ ma-
gnificauit Dñs, vt faceret, nolite timere aĩalia regionis: qa germinauerũt speciosa deserti, qa li
F gnũ attulit fructũ suũ, ficus & vinea dederũt virtutẽ suã. Et filiæ Sion exultate, & lætamini in
Dño Deo vr̃o, q dedit vobis doctorẽ iustitiæ, & descẽdere faciet ad vos imbrẽ matutinũ, & se
rotinũ, sicut in principio. Et implebunƭ areæ frumẽto, & redundabũt torcularia, vino, & oleo.
Et reddã vobis annos, quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca. Fortitudo mea ma-
gna, quã misi in vos. Et comedetis vescẽtes, & saturabimini, & laudabitis nomẽ Dñi Dei vr̃i, q
fecit mirabilia vobiscũ. Et nõ cõfundeƭ ppl'us meus in * sempiternũ, & scietis qa in medio Isra- He. seculũ
G hel ego sum. Et ego Dñs Deus vester, & nõ est amplius, & nõ cõfundeƭ ppl'us meus in * æternũ. He. seculũ.
Et erit post hæc, effundã spm̃ meũ sup oẽm carnẽ, & ꝓphetabũt filij vestri, & filiæ vr̃æ. Senes
vestri somnia somniabũt, & iuuenes vestri visiones videbũt. Sed & sup seruos meos, & ancillas Actu.2.c
in diebus illis effundã spm̃ meũ, & dabo prodigia in cœlo, & in terra, sanguinẽ, & ignẽ, & va-
porẽ fumi. Sol conuerteƭ in tenebras, & luna in sanguinem, anteq̃ veniet dies Dñi, magnus, &
horribilis. Et erit, oĩs qui inuocauerit nomẽ Dñi. saluus erit, qa in mõte Sion, & in Hierusalem
erit saluatio, sicut dixit Dñs, & in residuis quos Dñs vocauerit.

¶ De iudicio Domini in valle Iosaphat, de prædicatione verbi dei per apostolos è Sion exitura. Ca. III.

A QVia ecce in dieb' illis, ĩ tpe illo, cũ cõuertero captiuitatẽ Iuda, & Hierusalẽ, cõgrega
bo oẽs gẽtes, & deducã eos ĩ vallẽ Iosaphat, & disceptabo cũ eis ibi, sup populo meo
& hæreditate mea Israhel, qs dispersẽt in natõib', & terrã meã diuiserũt, & sup po- He. meretrici
pulũ meũ miserũt sortẽ. Et posuerũt pueꝝ in * ꝓstibulo, & puellã vẽdiderũt ꝓ meretricia
vino & cætera.

vino vt biberēt. Verū qd mihi & vobis, Tyrus, & Sidon, & oīs terminus Palæstinorū? Nunqd B
vltionē vos reddetis mihi? Et si vlciscemini vos cōtra me, cito velociter reddā vicissitudinē vo
bis, sup caput vrm. Argētū em̄ meū, & aurū tulistis, & desiderabilia mea, & pulcherrima intuli-
stis in delubra vestra. Et filios Iuda, & filios Hierlm vēdidistis filijs Græcorū, vt longe faceretis
eos de finib' suis. Ecce ego suscitabo eos de loco in q̄ vēdidistis eos, & cōuertā retributionē ve
strā, in caput vrm. Et vendā filios vros, & filias vras, in manibus filiorū Iuda, & venūdabūt eos
He. ppetue. Sabeis, lōginque, qa dn̄s locutus est. Clamate hæc in gētibus, * sanctificate bellū, suscitate ro- C
bustos. Ascēdāt, accedāt oēs viri bellatores. Concidite aratra vra in gladios, & ligones vros in
lanceas. Infirmus dicat, qa fortis ego sum. Erūpite & venite oēs gētes de circuitu, & congrega
Apoca. 14.d mini. Ibi occūbere faciet dn̄s robustos tuos. Cōsurgāt & ascēdant gētes in vallē Iosaphat, qa
ibi sedebo, vt iudicē oēs gētes in circuitu. Mittite falces, qm̄ maturuit messis. Venite, & descēdi-
te, qa plenū est torcular. Exuberāt torcularia, qa multiplicata est malitia eorū. Populi, ppli, in
* Supra, 2.c valle cōcisionis, qa iuxta est dies dn̄i, in valle cōcisiōis. Sol & luna obtenebrati sunt & stellæ re-
traxerūt splēdorē suū. Et dn̄s de Sion rugiet, & de Hierlm dabit vocē suā. Et mouebunt cœli D
Esa. 13.b. & terra, & dn̄s spes ppli sui, & fortitudo filiorū Israhel. Et scietis, qa ego dn̄s deus vester, habi-
Hiere. 25.f
Amos. 1.a. tās in Siō, in mōte sancto meo. Et erit Hierlm sancta, & alieni nō trāsibūt p eā amplius. Et erit,
in die illa, stillabūt mōtes dulcedinē, & colles fluēt lacte. Et p oēs riuos Iuda ibūt aquæ, & fons
He. Settim de domo dn̄i egrediet, & irrigabit torrentē * spinarū. Aegyptus in desolatōe erit, & Idumæa
Amos. 9.d. in desertū pditiōis, p eo q inique egerint in filios Iuda, & effuderint sanguinē innocentē in ter
ra sua. Et Iudæa in æternū habitabit, & Hierlm in generatiōe & generationē. Et mundabo san
guinē eorū, quos non mundauerā, & dn̄s commorabit in Sion. ¶Finis Iohelis.

PRAEFATIO IN AMOS PROPHETAM.

OZias rex cū dei religionē solicitus æmularet, nimio religiōis amore puocatus, cōtra
2. Para. 26.c. pceptū legis Moysi arrepto thuribulo, vt historia libri secūdi Paralipomenō ondit,
Zacha. 14.b sacerdotale officiū psumere conatus ē. Ob eā rem terræmotū in tēplo dei exortū cō
stat, cuius etiā Zacharias ppheta meminit. Ante hūc itaq; terræmotū, Amos pphe
ta, tpibus pdicti regis, & tpibus Hieroboam filij Ioas regis Israhel, in eas gētes, q lectiōe cōpre
hensa sunt irā dei: ob eas causas quas memorauit, affuturā denūtiat. Et qa idem ppheta sequē-
Amos. 1.b tibus ait: Sup tribus impietatibus, & sup quatuor nō cōuertā eū: tertio pctōrū indulgentiā deū
& 2.a dare posse significat, quē quarto eadē pctā admittētibus, nec pœnitentiā, nec indulgentiā da-
turū annūtiat. Nam p ignis similitudinē, quē in pdictas gētes immittendū pdixit, grauē atq; ir-
reuocabilē dei irā, ad euersionē earundē ciuitatū processurā, voluit demonstrare.

¶Præfatio alia in eundem.

AMos propheta, pastor, & rusticus, & ruborū moros distringēs, paucis verbis explica
ri non pt. Quis em̄ digne exprimat tria & quatuor scelera Damasci, Gazæ, Tyri, Idu
Amos. 4.d. mææ, filiorū Ammon, & Moab, & septimo octauoq; gradu Iudæ & Israhel? Hic lo-
Ibidē. 6.a. quit ad vaccas pingues q̄ sunt in mōte Samariæ, & ruiturā domū maiorē minoremq;
testat. Ipse cernit victorē locustæ, & stantē dn̄m sup murū litū, vel adamantinū: & vncinū po-
morū attrahentē supplicia pctōribus, & famē in terra: non famē panis, neq; sitim aquæ, sed au-
diendi verbū dn̄i. Non dixit verba, sed verbū. Amos vero interpretat onustus. Hic Amos spi-
rituali gratia plenus, pphetauit inter cæteros pphetas. Non em̄ solus ipse erat prophetes, sed
etiā alij. Esse quippe nō poterat pphetes, nisi pastor ante fuisset. Qui etiā tuba sua clangit p sin
gulos dies, erudiens & docens in ecclesia. In veritate em̄ vox oīm prophetarū, tanq̄ tuba spiri-
Esa. 40.b tualis est, prædicans in ecclesia, secundū quod scriptū est: Ascende in montem excelsum tu qui
euangelizas Sion, exalta vocem tuam qui prædicas Hierusalem.

¶Item alia in eundem præfatio.

HIc Amos ppheta & pastor, nō fuit pater Esaiæ pphetæ, quāq̄ & ille ppheta extiterit.
Nam alijs lrīs ille, alijs iste apud Hebræos scribitū q̄ differētia lrārū apud Latinos non
habet. Et ille fortis & robustus, hic vero auulsus interptat, quia loquit cōtra decē tri-
bus, quæ p Idololatriā à cultu dei, & à regno Dauid erāt auulsæ. Fuit aūt cognatio
eius ex oppido Thecuæ, q̄d sex miliaribus distat à Bethlehē, curā gerens pecorū in latitudine
cāporū q sunt proximi oppido Thecuæ In qbus humi aridæ atq; arenosæ nihil oīno frugū, gi
gnit, sed vberrimis pascuis abūdāt: & ideo cuncta sunt plena pastoribus, & sterilitas terræ com
pensat pecorū multitudine. Ex hoc numero pastorū fuit Amos, imperitus sermone, sed plenus
scia. Prophetauit aūt eisdē tpibus qbus Iohel, Nahum, Ionas, Oseas, Esaias. Sed aliquātulū ex-
orsus est pphetare anteq̄ Esaias. Maxime aūt cōtra decē tribus locutus ē, pauca de duabus in- A
terserēs. Hūc ablatū de numero pastorū, misit dn̄s, vt in Samaria pphetaret: Quē Amasias sacer
dos freqnter plagis afflixit, tandē filius eius Ozias vecte p tpa trāsfixit. Post hæc semiuiuus in
terrā suā euectus, post aliquot dies dolore vulneris expirauit, sepultusq; est cū prībus suis.

¶Contra Damascum, Gazam, Tyrum Edom, & Ammon.

Caput Primum.

A VERBA AMOS, QVI FVIT IN PASTORIBVS Hiere.25.f
Thecuę, quæ vidit sup Israhel, in diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Iohel.3.c
Ieroboam, filij Ioas, regis Israhel, ante duos annos terræmotus, & di-
De.pę.d.s.t. c.sup tribus xit: Dñs de Syon rugiet, & de Hierlm dabit vocẽ suã. Et luxerũt spe-
ciosa pastoꝝ, & exiccatus est vertex cameli. Hæc dicit dñs deus: Sup
tribus sceleribus Damasci, & sup quatuor, non conuertã eũ, eo ꝙ tritu
rauerit in plaustris ferreis Galaad. Et mittã ignẽ in domũ Hazael, &
deuorabit domos Benadad. Et conterã vectẽ Damasci, & disperdam
B habitatorẽ de cãpo Idoli, & tenentẽ sceptrũ de domo voluptatis, &
transferetur populus Syriæ Cyrenem, dicit dñs. Hæc dicit dominus.
Super tribus sceleribus Gazæ, & sup quatuor, non conuertã eũ, eo ꝙ transtulerint captiuitatẽ
perfectam, vt concluderẽt eam in Idumæa. Et mittã ignem in muꝝ Gazæ, & deuorabit ædes
eius, & disperdã habitatorẽ de Azoto, & tenentẽ sceptrũ de Ascalone, & conuertã manũ meã
C sup Acharon, & peribũt reliqui Philistinoꝝ, dicit dñs deus. Hæc dicit dñs. Super tribus scelę
ribus Tyri, & sup quatuor non conuertã eum, eo ꝙ concluserint captiuitatem perfectã in Idu-
mæa, & non sint recordati fœderis fratrum. Et mittam ignem in murum Tyri, & deuorabit
ædes eius. Hæc dicit dominus. Super tribus sceleribus Edom, & sup quatuor non conuertam
eum, eo ꝙ persecutus sit in gladio fratrem suũ, & violauerit misericordiam eius, & tenuerit vl-
D tra furorem suum, & indignationem suam seruauerit vsq; in finem. Mittam ignẽ in Theman,
& deuorabit ædes Bozræ. Hæc dicit dominus: Super tribus sceleribus filioꝝ Ammon, & su
per quatuor non conuertam eum, eo quod dissecuerit * prægnantes Galaad, ad dilatandum He.montes.
terminum suum. Et succẽdam ignem in muro Rabbath, & deuorabit ædes eius in vlulatu, in
die belli, & in turbine, in die commotionis. Et ibit Melchon in captiuitatem, ipse, & principes
eius simul, dicit Dominus.

¶Contra Moab, pro crudelitate in mortuos. Contra Iudam & Israhel, quod contem-
pserit legem. Ca.II.

A HAec dicit Dominus. Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor, non conuertam Supra.1.d
eum, eo ꝙ incẽderit ossa regis Idumææ, vsq; ad cinerem. Et mittã ignem in Moab,
& deuorabit ædes Carioth, & morietur in sonitu Moab, in clangore tubæ. Et disper
dam iudicem de medio eius, & omnes principes eius interficiam cum eo, dicit domi-
B nus. Hæc dicit dominus: Super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor non conuertam eum
eo ꝙ abiecerit legẽ domini, & mandata eius non custodierit. Decęperunt enim eos * idola sua, He.mẽdacia
post quæ abierunt patres eoꝝ. Et mittam ignem in Iudam, & deuorabit ædes Hierusalem.
Hęc dicit dominus: Super tribus sceleribus Israhel, & super quatuor non conuertam eũ, pro eo
ꝙ vendiderit pro argento iustũ, & pauperem pro calciamentis. Qui conterũt super puluerem
C terræ capita paupeꝝ, & viam humiliũ declinant. Et filius ac pater eius ierũt ad puellã, vt vio-
larent nomen sanctum meũ, & super vestimentis pignoratis, accubuerũt iuxta omne altare, & Nu.6.13.d.
vinũ damnatoꝝ bibebant, in domo dei sui. Ego autem exterminaui Amorræum, à facie eoꝝ,
cuius altitudo cedroꝝ altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus. Et contriui fructũ eius desup,
& radices eius subter. Ego sum qui ascendere vos feci de terra Aegypti, & eduxi vos in desertũ
quadraginta annis, vt possideretis terram Amorræi, & suscitaui de filijs vestris in prophetas,
D & de iuuenibus vestris Nazaræos. Nunqd non ita est, filij Israhel dicit Dñs? Et propinabatis
Nazaræis vinũ, & prophetis mãdabatis, dicentes, ne prophetetis. Ecce ego * stridebo subter He. tribulabo
vos, sicut stridet plaustrũ onustum fœno. Et peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit vir- onẽ inferã.
tutem suam, & robustus non saluabit animã suã. Et tenẽs arcũ non stabit, & velox pedibus suis
non saluabit. Et ascensor equi non saluabit animam suã, & robustus corde inter fortes, nudus
effugiet in die illa, dicit Dominus.

¶In discordes, in idololatriam & luxum Israhelis. Ca.III.

A AVdite verbũ qđ locutus est Dñs sup vos filij Israhel, super omnem cognationẽ, quã Ezech.41.
eduxi de terra Aegypti, dicens: Tantũmodo vos cognoui, ex oĩbus cognatiõibus
terræ. Idcirco visitabo super vos, omnes iniqtates vestras. Nunqd ambulabunt duo
pariter, nisi cõuenerit eis? Nunquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prędam? Nunqd
B dabit catulus leonis vocẽ de cubili suo, nisi aliqd apprehẽderit? Nunqd cadet auis in laqueum Iob.9.a.
terræ absq; aucupe? Nunqd auferet laqueus de terra anteq̃ quid cœperit? Si clãget tuba in ciui
tate, & populus non expauescet? Si erit malũ in ciuitate, qđ Dominus non fecerit? Quia non fa
ciet Dñs Deus verbũ, nisi reuelauerit secretũ suũ ad seruos suos prophetas. Leo rugiet, qs nõ ti-
C mebit? Dñs Deus locutus est, qs nõ ꝓphetabit? Auditũ facite in ædibus Azoti, & in ædibus ter He.contri
rę Aegypti, & dicite. Cõgregamini sup mõtes Samariæ, & videte * insanias mltas, in medio eius tiones

&ca

&calumniam patientes in penetralibus eius. Et nescierunt facere rectum, dicit dominus, the-
saurizantes iniqtatem,& rapinas in ædibus suis. Propterea hæc dicit dominus deus: Tribula-
bit,& circũietur terra,& detrahet ex te fortitudo tua,& diripient ædes tuæ. Hæc dicit domi
He. angulo. nus: Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremũ auriculæ, sic eruent filij If- D
He. anguli rahel, q habitant in Samaria, in * plaga lectuli,& in * Damasci grabato. Audite & contestami-
ni in domo Iacob (dicit dominus deus exercituũ) quia in die cũ visitare cœpero præuaricatio-
nes Israhel super eũ visitabo,& super altaria Bethel,& amputabunt cornua altaris,& cadent in
terram. Et pcutiam domũ hyemalem cũ domo æstiua,& peribunt domus eburneæ,& dissipa
buntur ædes multæ, dicit dominus.

¶In optimates, sub typo vaccarum pinguium. Ca. IIII.

AVdite verbum hoc vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ, quæ calumniam fa- A
citis egenis,& confringitis pauperes. Quæ dicitis dominis vestris, afferte,& bibe-
mus. Iurauit dñs deus in sancto suo: quia ecce dies veniẽt sup vos,& leuabunt vos in
He. clypeis * contis,& reliquias vestras in * ollis feruentibus. Et per aperturas exibitis, altera con
He. nauibus piscatoriis tra alteram,& proijciemini in Harmon, dicit dñs. Venite ad Bethel,& impie agite, ad Galgalã,
& multiplicate præuaricationem. Et offerte mane victimas vestras, tribus diebus decimas ve- B
stras. Et sacrificate de fermentato laudẽ & vocate voluntarias oblationes,& annũtiate. Sic enĩ
He. mũditiẽ. voluistis filij Israhel, dicit dñs deus. Vnde & ego dedi vobis * stuporem dentiũ, in cunctis vrbi
bus vestris,& indigentiam panũ in omnibus locis vestris,& non estis reuersi ad me, dicit dñs.
Ego quoq; prohibui à vobis imbrem, cum adhuc tres menses superessem vsq; ad messem,
& plui sup vnam ciuitatẽ,& sup alterã ciuitatẽ non plui. Pars vna compluta est,& pars super
quam non plui, aruit. Et venerũt duæ aut tres ciuitates, ad vnam ciuitatẽ, vt biberẽt aquam, &
non sunt satiatæ,& non redistis ad me, dicit dominus. Percussi vos in vento vrente,& in auri- C
gine multitudinẽ hortorũ vestrorũ & vinearũ vestrarũ, oliueta vestrã,& ficeta vestra comedit
eruca,& non redistis ad me, dicit dñs. Misi vos in mortem, in via Aegypti, percussi in gladio
iuuenes vestros, vsq; ad captiuitatẽ equorũ vestrorũ,& ascendere feci putredinem castrorũ ve-
strorũ in nares vestras,& non redistis ad me, dicit dñs. Subuerti vos sicut subuertit deus Sodo-
Gene. 19. c. mam,& Gomorrham,& facti estis quasi torris, raptus ab incendio,& non redistis ad me, dicit D
dominus. Quapropter hæc faciam tibi Israhel. Postq̃ autem hæc fecero tibi, præparare in oc-
cursum dei tui Israhel. Quia ecce formans montes,& creans ventũ,& annuntians homini elo
quium suum, faciens matutinam nebulam,& gradiens super excelsa terræ, dominus deus exer
cituum nomen eius.

¶Planctus super perpetua captiuitate Israhelis. Ca. V.

AVdite verbũ istud, quod ego leuo sup vos planctũ. Domus Israhel cecidit & non ad- A
ijciet vt resurgat. Virgo Israhel proiecta est in terrã suã,& non est q suscitet eã. Quia
hæc dicit dominus deus. Vrbs de qua gradiebat̃ mille, relinquent̃ in ea centum,& de 33. q. 5. c. Paulus
qua egrediebant̃ centũ, relinquent̃ in ea decem in domo Israhel. Quia hæc dicit do-
minus deus, domui Israhel. Quærite me,& viuetis,& nolite quærere Bethel. Et in Galgalam
nolite intrare,& in Bersabee non transibitis: quia Galgala captiua ducet̃,& Bethel erit inutilis. B
Quærite dominum,& viuite, ne forte comburat̃ domus Ioseph vt ignis,& deuorabit,& non
erit qui extinguat Bethel, qui conuertitis in absynthiũ iudicium,& iustitiam in terra relinqui-
Infra. 9. b. tis facientem arcturũ,& orionem,& conuertentem in mane tenebras,& diem in noctẽ, mu-
He. cõfortat. tantem. Qui vocat aquas maris,& effundit eas sup faciem terræ, dñs nomen eius. Qui * subri-
det vastitatem sup robustum,& depopulationem sup potentem affert. Odio habuerũt corri- C
pientem in porta,& loquentẽ perfecte abominati sunt. Idcirco, pro eo quod diripiebatis pau-
Sopho. 1. c. perem,& prædam electam tollebatis ab eo, domos quadro lapide ædificabitis,& non habita-
bitis in eis. Vineas plantabitis amantissimas,& non bibetis vinum earũ, quia cognoui multa
scelera vestra,& fortia peccata vestra. Hostes iusti accipientes munus,& pauperes deprimen- D
tes in porta. Ideo prudẽs in tẽpore illo iacebit: quia tempus malũ est. Quærite bonum,& non
Psal. 96. b. malum,& viuatis,& erit dominus deus exercituum vobiscum, sicut dixistis. Odite malum,& 24. q. 1. c. ...
Rom. 12. c diligite bonum,& constituite in porta iudicium, si forte misereat̃ dominus deus exercituũ reli
quijs Ioseph. Propterea hæc dicit dominus deus exercituum, dominator. In omnibus plateis
planctus & in cunctis quæ foris sunt, dicet̃, væ væ. Et vocabũt agricolã ad luctũ,& ad planctũ E
eos qui sciunt plangere. Et in omnibus vijs erit planctus, quia pertransibo in medio tui, dicit
Dominus: Væ desiderantibus diem Domini. Ad quid eam vobis? Dies Domini ista tenebræ,
& non lux. Quomodo si fugiat vir à facie leonis,& occurrat ei vrsus,& ingrediat̃ domũ,& in-
nitat̃ manu sua sup parietẽ,& mordeat eũ coluber. Nunqd non tenebræ dies Domini,& non F
Esa. 1. d lux,& caligo,& nõ splendor in ea? Odi & proieci festiuitates vestras,& nõ capiã odorem cœ-
Malach. 1. d. tuũ vestrorũ. Quod si obtuleritis mihi holocaustomata,& munera vestra, non suscipiã,& vo-
ta pinguiũ vestrorũ non recipiam. Aufer à me tumultum carminũ tuorũ,& cantica lyræ tuæ

non au

G non audiā. Et * reuelabitur quasi aqua iudiciū, & iustitia quasi torrēs fortis. Nunqd hostias & he. uoluetur
Act.7.f sacrificiū obtulistis mihi in deserto, q̃draginta annis, domus Israel? Et portastis * tabernacula heb. idolū re
Moloch de uestro, & imaginē idolorū̧ vestrorū̧, sydus dei vestri Remphā, figuras q̃s fecistis gis uestri, &
vobis, adorare eas. Et migrare vos faciā trans Damascū, dicit dn̄s, deus exercituū nomē eius. placētā ma-
gnū uestra-
A ¶ Increpat opulētos, & primates deliciosos, Prædicit Israelis vastationem. Cap. VI. rū sydus deo
rū uestrorū,
Luc.6.d VAe vobis qui opulēti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimates, ca- quod fecistis
pita populorū̧, ingredientes pompatice domū Israel. Transite in Calano, & vide- uobis. Et mi
te, & ite inde in Hemath magnā, & descendite in Geth Palestinorū̧, & ad optima gra. &c.
B quæq; regna horū̧, si latior terminus eorū̧ termino vestro est. Qui separati estis in
diē malū, & appropinquatis solio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in heb. sagina-
stratis vestris. Qui comeditis agnū de grege, & vitulos de medio * armēti, q canitis ad vocem tionis
psalterij. Sicut Dauid putauerūt se habere vasa cantici, bibētes vinū in phialis, & optimo vn-
C guento delibuti, & nihil patiebant sup cōtritione Ioseph. Quapropter nūc migrabūt in capi- Deute.11.b
te transmigrantiū, & auferet * factio lasciuientium. Iurauit dn̄s deus in anima sua, dicit dn̄s Infr.6.b
deus exercituū. Detestor ego superbiā Iacob, & domos eius odi, & tradā ciuitatē cū habitato heb. ætum
ribus suis. Quod si reliqui fuerint decē viri in domo vna, & ipsi morient. Et tollet eū propin
quus suus, & comburet eū, vt efferat ossa de domo, & dicet ei, qui in penetralibus domus est.
D Nunqd adhuc est penes te? Et rn̄debit. Finis est. Et dicet ei, Tace, & nō recorderis noīs dn̄i,
Quia ecce dn̄s mādauit, & percutiet domū maiorē ruinis, & domū minorē scissionibus. Nun
quid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis? Qm̄ cōuertistis in amaritudinē
iudiciū, & fructū iustitiæ in absinthiū, qui lætamini in nihili, q dicitis, Nunqd nō in fortitudi
ne nostra assumpsimus nobis cornua? Ecce ego suscitabo sup vos domus Israel (dicit dn̄s, de-
us exercituū) gentē, & conteret vos ab introitu Hemath, vsq; ad torrentem deserti.

¶ Prophetat captiuitatem Israel & Iudæ, Amasias sacerdos contra-
dicit prophetanti. Cap. VII.

A HAec ostēdit mihi dn̄s deus. Et ecce fictor locustæ in principio germinantiū serotini
imbris, & ecce serotinus post tonsionē regis. Et factū est cū consummasset comede
re herbā terræ, dixi: Domine deus propitius esto obsecro. Quis suscitabit Iacob, qa Infr. eodem
paruulus est? Misertus est autē dn̄s super hoc. Non erit dicit dn̄s deus. Hæc osten Sup. eodem
dit mihi dn̄s deus. Et ecce vocabit iudiciū ad ignē dn̄s deus, & deuorabit abyssum multam, &
B comedet simul partē. Et dixi: Dn̄e deus obsecro. Quis suscitabit Iacob, qa paruulus est? Mi-
sertus est dn̄s super hoc. Sed & istud non erit, dicit dn̄s deus. Hæc ostendit mihi dn̄s deus.
Et ecce dn̄s stans super murū̧ * litum, & in manu eius thrulla cæmentarij. Et dixit dn̄s ad me. heb. thrullæ
Quid tu vides Amos? Et dixi: Thrullā cæmētarij. Et dixit dn̄s: Ecce ego ponā thrullā in me- uel ppēdiculi
dio populi mei Israel, Non adijciā vltra subinducere eū, & demolient excelsa idoli, & sanctifi Infr.8.a
C cationes Israel desolabunt, & consurgā super domū Ieroboam in gladio. Et misit Amasias
sacerdos Bethel ad Ieroboam regē Israel, dicēs. Rebellauit contra te Amos, in medio domus
Israel. Nō poterit terra sustinere vniuersos sermones eius. Hæc em̄ dicit Amos. In gladio mo
rietur Ieroboā, & Israel captiuus migrabit de terra sua. Et dixit Amasias ad Amos. Quid vi-
des? gradere, fuge in terrā Iuda, & comede ibi panē, & prophetabis ibi, & in Bethel nō adijci-
D es vltra, vt prophetes, qa sanctificatio regis est, & domus regni est. Respōditq; Amos, & di
xit ad Amasiā. Nō sum propheta, & nō sum filius prophetæ, sed armētarius ego sum, * velli- heb. miscens
cans sycomoros. Et tulit me dn̄s deus, cū sequerer gregē. Et dixit dn̄s ad me. Vade, propheta
ad populum meū Israel. Et nunc audi verbum dn̄i. Tu dicis, non prophetabis super Israel, &
nō stillabis super domū idoli. Propter hoc hæc dicit dominus. Vox tua in ciuitate fornicabi-
tur, & filij tui, & filiæ tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur. Et tu in terra pol
luta morieris, & Israel captiuus migrabit de terra sua.

¶ Minatur cladem Israel, ob auaritiam populi, De signis in passione domini,
De fame verbi dei. Cap. VIII.

A HAec ostendit mihi dominus deus. Et ecce vncinus pomorū̧. Et dixit. Quid tu vides Sup.7.b
Amos? Et dixi. * Vncinū pomorū̧. Et dixit dn̄s ad me. Venit finis super populū me- heb. canistrū
um Israel. Nō adijciā vltra, vt pertranseam eū. Et stridebunt * cardines tēpli in die heb. cantica
illa, dicit dn̄s deus. * Multi morientur, in omni loco proijcietur silentiū. Audite hoc hec multipli-
B qui cōteritis pauperē, & deficere facitis egenos terræ, dicentes. Quādo transibit mensis, & ve cauit cadaue
nundabimus merces, & sabbatū, & operiemus frumentū, vt imminuamus mēsuram, & auge- ra, in ui. &c.
amus siclū, & supponamus stateras dolosas, vt possideamus in argento egenos, & pauperes
pro calciamētis, & quisquilias frumenti vendamus. Iurauit dn̄s in superbiam Iacob. Si obli Sup.6.c
C tus fuero vsq; in finem, omnia opera eorū̧. Nunquid super isto non commouebitur terra, &
lugebit omnis habitator eius? Et ascēdet quasi fluuius vniuersus, & eijcietur, & defluet, quasi
riuus Aegypti. Et erit in die illa, dicit dominus, occidet sol in meridie, & tenebrescere faciā

Tobiæ.2 terrã in die luminis. Et cõuertã festiuitates vestras in luctũ,& oĩa cantica vestra in planctũ. Et
1. Mac.1.c inducã super omne dorsum vestrũ, saccũ,& super omne caput, caluiciũ. Et ponã eã quasi lu- D
ctũ vnigeniti,& nouissima eius quasi diẽ amarũ. Et ecce dies veniunt, dicit dñs,& mittam fa-
mem in terrã, non famẽ panis, neq; sitim aquæ, sed audiendi verbũ dñi. Et cõmouebuntur à
mari vsq; ad mare,& ab aquilone vsq; ad orientẽ circuibunt, quærẽtes verbũ dñi,& non inue
nient. In illa die deficiẽt virgines pulchræ,& adolescẽtes in siti, q iurant in delicto Samariæ,
& dicunt: Viuit deus tuus Dan,& viuit via Bersabee. Et cadent,& non resurgent vltra.

¶De excidio templi & vrbis, ob principum auaritiam, Ac de captiuitatis conuersione. Cap. IX.

Heb. superliminare, Hebr. postes VIdi dominum stantẽ super altare,& dixit: Percute * cardinem,& commoueantur A
*superliminaria. Auaritia eñ in capite omniũ,& nouissimũ eorũ in gladio inter-
ficiã. Non erit fuga eius,& qui fugerit ex eis, nõ saluabit. Si descenderint vsq; ad in
fernũ, inde manus mea educet eos,& si ascenderint vsq; ad cœlũ, inde detrahã eos.
Hiere.44.c Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans, auferã eos. Et si celauerint se ab ocu
lis meis, in profundo maris, ibi mandabo serpenti,& mordebit eos. Et si abierint in captiui-
tatẽ corã inimicis suis, ibi mandabo gladio,& occidet eos. Et ponã oculos meos super eos in B
malũ,& nõ in bonũ. Et dñs deus exercituũ qui tangit terrã,& tabescet,& lugebunt oẽs habi-
heb. profundus erit. tantes in ea, Et ascendet sicut riuus omnis,& * defluet sicut fluuius Aegypti. Qui ædificat in
Supr.5.c cœlo ascensionẽ suã,& fasciculũ suũ super terrã fundauit. Qui vocat aquas maris,& effundit
eas super faciẽ terræ. Dominus nomen eius. Nunquid non vt filij Aethiopũ vos estis mihi,
filij Israel, ait dominus? Nunquid non Israel ascendere feci de terra Aegypti,& Palestinos de
Capadocia,& Syros de Syrene? Ecce oculi dñi dei super regnũ peccans,& conterã illud à fa- C
cie terræ. Veruntamen conterens, nõ conterã domũ Iacob, dicit dñs. Ecce eñ mandabo ego
heb. furfur & concutiã in omnibus gentibus domũ Israel, sicut concutitur triticũ in cribro,& non cadet
*lapillus super terrã. In gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt, non ap-
Act.15.c propinquabit,& non veniet super nos malũ. In die illa suscitabo tabernaculũ Dauid, quod
cecidit,& reædificabo aperturas murorũ eius,& ea quæ corruerant, instaurabo. Et reædifica-
Iohel.3.a bo eum, sicut in diebus antiquis, vt possideant reliquias Idumææ,& omnes nationes, eo q in- D
uocatum sit nomen meum super eos, dicit dominus, faciens hæc. Ecce dies venient, dicit
dominus,& comprehendet arator messorem,& calcator vuæ mittentem semen. Et stillabũt
he. liquescẽt montes dulcedinem,& omnes colles * culti erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei
Israel,& ædificabunt ciuitates desertas,& inhabitabunt,& plantabunt vineas,& bibent vinũ
earum,& facient hortos,& comedent fructus eorum. Et plãtabo eos super humum suam,&
non euellam eos vltra, de terra sua, quam dedit eis, dicit dominus deus.

FINIS AMOS.

PROLOGVS IN ABDIAM PROPHETAM.

Gene.25.d IAcob patriarcha habuit fratrẽ Esau, qui ob ruborẽ corporis sui Edom hebræa lingua ap
pellatus est, quod latine sanguineus dicitur. Is memoratũ fratrẽ suũ, qui Israel nomen ac
Gene.27.g ceperat, graui odio cõmotus, interimere conatus est. Qua de causa omnes qui populum
Israel, id est filios patriarchæ Iacob, prædicti Esau odium imitati, persecuti sunt: Esau,&
1. Esd.1.a Edom appellati sunt. Et quia populus Israel de captiuitate Chaldæorũ per Cyrũ regẽ Persarũ
nutu dei reuocatus in Hierusalẽ ab alio regno grauiter afflictus atq; oppressus est. Ideo hoc re
gnũ quod more Esau, prædictũ populũ persecutũ est, per denuntiationẽ Abdiæ prophetæ
increpat, quod nõ dei indignatiõe, sed sua virtute populũ superatũ gloriabat. De quo regno
Psal.136.d olim per Dauid, psal.136. dictũ est, Memorare dñe filiorũ Edom, in die Hierusalẽ. Nã reliqua
lectione cõprehẽsa, futurũ in gentes iudiciũ ob causas lectione cõprehẽsas, regnũq; dei in po
3. Reg.18.c pulo Israel significãt. Hebræi hũc dicunt esse, qui sub rege Samariæ Achab,& impijssima Ie-
zabel pauit centũ prophetas in specubus qui nõ curuauerũt genu ante Baal,& de septẽ mili-
Roma.11.a bus erãt, quos Helias arguit ignorasse. Sepulchrũ quoq; eius vsq; hodie cũ Mausolæo Helisæi
prophetæ,& Baptistæ Iohãnis in Sebaste venerationi habet, quæ olim Samaria dicebat. Hãc
Herodes rex Antipatris filius in honore Augusti Cæsaris, Græco noĩe vacauit Sebasten, id ẽ
Actu.6.c.& 7.g Augustã. Hic igitur quia centũ prophetas pauerat, accepit gratiã prophetalẽ,& de duce ex-
ercitus fit dux ecclesiæ. Tunc in Samaria paruũ gregẽ pauerat, nũc in toto orbe Christi pas-
cit ecclesias. Et sicut Stephanus coronam meruit passionis, sic hic de seruitutis dei cum Paulo
apostolo nomine gloriatur, quia Abdias seruus domini in nostro sonat eloquio.

¶Argumentum in Abdiam prophetam.

¶Abdias, qui interpretatur seruus domini, personat cõtra Edom, sanguineum, terrenũq;
fratrem, fratris quoq; Iacob semper æmulum, hasta percutit spiritali.

ABDIAS PROPHETA

¶De vastatione Edom, ac saluatione Israelis.   Caput vnicum.



A Isio Abdiæ. Hæc dicit dominus deus ad Edom. Auditũ audiuimus
à domino, & legatum ad gentes misit. Surgite, & consurgamus ad- Hiere. 49.d
uersus eũ in prælium. Ecce paruulum dedi te in gentibus. Contem-
ptibilis tu es valde. Superbia cordis tui extulit te, habitantẽ in scissu-
ris petrarum, exaltantem solium tuũ. Qui dicis in corde tuo? Quis de-
B trahet me in terrã? Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sydera po-
sueris nidum tuũ, inde detrahã te, dicit dominus. Si fures introissent
ad te, si latrones per noctẽ, quomodo conticuisses? Nonne furati es-
sent sufficientia sibi? Si vindemiatores introissent ad te, nunquid sal-
tem racemũ reliquissent tibi? Quomodo scrutati sunt Esau? Inuestigauerũt abscondita eius?
C Vsque ad terminũ emiserunt te, & omnes viri fœderis tui * illuserunt tibi. Inualuerunt aduer- Heb. imposuerunt
sum te viri pacis tuæ. Qui comedunt tecũ, ponent insidias subter te. Non est prudentia in eo.
Nunquid nõ in die illa, dicit dominus, perdã sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte
Esau? Et timebunt fortes tui à meridie, vt intereat vir de monte Esau, propter interfectionẽ Esa. 29.e
Et propter iniquitatẽ in fratrẽ tuũ Iacob, operiet te confusio, & peribis in æternũ. In die cum 2. Cor. 1.e
D stares aduersus eum, quãdo capiebant alieni exercitũ eius, & extranei ingrediebantur portas
eius, & super Hierusalem mittebant sortem, tu quoque eras quasi vnus ex eis. Et nõ despicies in
die fratris tui, in die peregrinationis eius. Et nõ lætaberis sup filios Iuda, in die perditiõis eo-
rum, & nõ magnificabis os tuũ in die angustiæ, neque ingredieris portã populi mei, in die rui-
næ eorum, neque despicies & tu in malis eius, in die vastitatis illius. Et nõ emitteris aduersus exer
E citum eius, in die vastitatis illius, neque stabis in exitibus, vt interficeas eos, qui fugerint. Et nõ
concludes reliquos eius, in die tribulationis, quoniam iuxta est dies dñi, sup omnes gentes. Sicut fe
cisti, fiet tibi, retributionẽ tuam cõuertã in caput tuum. Quomodo enim bibisti super montem
sanctum meum, bibent omnes gentes iugiter, & bibent, & absorbebunt, & erũt quasi nõ sint.
F Et in monte Sion erit saluatio, & erit sanctus. Et possidebit domus Iacob, eos qui se posse de-
rant. Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Esau stipula. Et succen-
dentur in eis, & deuorabunt eos, & non erunt reliquiæ domus Esau, quia dñs locutus est. Et
hæreditabunt hi qui ad austrum sunt, montẽ Esau, & qui in campestribus Philistijm, & possi
G debunt regionẽ Ephraim, & regionẽ Samariæ. Et Beniamin possidebit Galaad, & transmi-
gratio exercitus huius filiorum Israel, omnia loca Chananæorum, vsque ad * Sareptam, & transmi- He. Sarphath i. Galliã, et
gratio Hierusalẽ, quæ in Bosphoro est, possidebit ciuitates austri. Et ascendent saluatores in pro Bospho ro habent Se
montem Sion, iudicare montem Esau, & erit domino regnum. pharad, id est Hispaniam

FINIS ABDIAE.

PROLOGVS IN IONAM PROPHETAM.

IOnam sanctũ Hebræi affirmant, filiũ fuisse mulieris viduæ Sareptanæ, quẽ Helias pro- 3. Reg. 17.d
pheta mortuũ suscitauit, matre postea dicente ad eum. Nunc cognoui, quia vir dei es tu,
& verbũ dei in ore tuo veritas est. Ob hanc etiã causam ipsum puerum sic vocatũ amathi.
Amathi enim in nostra lingua veritatẽ sonat. Et ex eo quod verum Helias locutus est, ille qui sus
citatus est, filius esse dicitur veritatis. Ideo de veritate columba nascitur, quia Ionas columba
sonat. In condemnationẽ autẽ Israel Ionas ad gentes mittitur, quod Niniue agente pœniten
tiã, illi in malitia perseuerant. Temporibus quippe Hieroboam regis Israel, qui deo derelicto 4. Reg. 14.a
cũ populo suo in Samaria idolis sacrificabat, Ionã prophetã fuisse, quartus liber Regũ indicat. Gene. 18.e
Is cũ propheta illuminante peccatores ciuitatis Niniue, dei misericordiã consecuturos vide Ionæ 1.a
ret, ne falsa prædicare videretur ad denuntiandũ interitũ eiusdẽ ciuitatis ire nolebat, nã sicut
deus ad Abrahã de impietate Sodomorum & Gomorrheorum locutus est, clamor Sodomorum
& Gomorrheorum peruenit ad me, ita & de Niniue dicitur, eo quod ascenderit clamor malitiæ
eius ad eũ. Et quia sententia dei de Sodomis facta est, minime reuocata est, ita & Ionas aduer-
sum Niniuen prolatã sententiã reuocari nolebat, diuinæ dispensationis ignarus, qui salutẽ ho Ezech. 18.g et. 33.d
minũ ad se conuertentiũ, magis vult quam interitũ. Hoc illi acciderat quod & sancto Helisæo, qui 4. Reg. 4.e
filiũ Sunamitidis mulieris mortuũ ignorauit, Ideo à conspectu dei fugere se Ionas putabat hu
manum aliquid passus, dicente Dauid: Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Psal. 138.a

¶Argumentum in Ionam prophetam.

¶Ionas columba pulcherrima: naufragio suo passionem domini præfigurans: mundum ad pœnitentiam reuocat, & sub nomine Niniue salutem gentibus denuntiat.

IONAS PROPHETA

¶Ionas missus ad prædicandum, fugit: orta autem tempestate,
præcipitatur in mare. Cap. .I.

Gene.18.b T factum est verbū dñi ad Ionam, filiū Amathi, dicēs: Surge, & vade A
in Niniuen, ciuitatē grandem, & prædica in ea, quia ascēdit malicia
eius corā me. Et surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis, à facie dñi.
Et descēdit in Ioppen, & inuenit nauē euntem in Tharsis. Et dedit
naulū eius. Et descendit in eā, vt iret cū eis in Tharsis à facie dñi. Dñs
aūt misit ventū magnū in mare, & facta est tēpestas magna in mari,
& nauis periclitabat cōteri. Et timuerūt nautæ, & clamauerunt viri B
ad deū suū, & miserūt vasa quæ erāt in naui, in mare, vt alleuiaret ab
eis. Et Ionas descēdit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui.
Et accessit ad eū gubernator, & dixit ei: Quid tu sopore deprimeris? Surge, inuoca deū tuū, si
forte recogitet deus de nobis, & nō pereamus. Et dixit vir ad collegā suū: Venite, & mittamus
sortes, & sciamus quare hoc malū sit nobis. Et miserūt sortes, Et cecidit sors sup Ionā. Et dixe C
runt ad eū: Indica nobis, cuius causa malū istud sit nobis. Quod est opus tuū? quæ terra tua? &
quo vadis? vel ex quo populo es tu? Et dixit ad eos: Hebræus ego sum, & dñm deū cœli ego
timeo, q fecit mare, & aridam. Et timuerūt viri timore magno, & dixerūt ad eum: Quid hoc
fecisti? Cognouerūt eñ viri, q à facie dñi fugeret, qa indicauerat eis Ionas, & dixerūt ad eū:
Quid faciemus tibi, & cessabit mare à nobis? Quia mare ibat, & intumescebat sup eos. Et dix- D
it ad eos: Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis. Scio enim ego, qm propter
me tēpestas hæc grandis venit sup vos. Et remigabāt viri, vt reuerterent ad aridā, & nō vale-
Danie.xi bant, qa mare ibat, & intumescebat sup eos, & clamauerūt ad dñm, & dixerūt: Quesumus dñe
ne pereamus in anima viri istius, & ne des sup nos sanguinē innocentē, qa tu dñe, sicut volui-
sti, fecisti. Et tulerūt Ionam, & miserūt in mare, & stetit mare à feruore suo. Et timuerūt viri
timore magno dñm, & immolauerunt hostias dño, & vouerunt vota.

¶Ionas absorptus à pisce, clamat ad dñm, & exauditus, euomitur. Cap. II.

Mat.12.e ET præparauit dñs piscē grandē, vt deglutiret Ionā. Et erat Ionas in vētre piscis, tribus A
diebus, & tribus noctib⁹. Et orauit Ionas ad dñm deū suū, de vētre piscis, & dixit: Cla
Psal.119 maui de tribulatiōe mea ad dñm, & exaudiuit me. De vētre inferi clamaui, & exaudi-
sti vocē meā. Et proiecisti me in profundū, in corde maris, & flumen circūdedit me. B
Oēs gurgites tui, & fluctus tui, sup me transierūt. Et ego dixi: Abiectus sum a cōspectu ocu-
loꝝ tuoꝝ. Verūtamē rursus videbo templū sanctū tuū. Circūdederūt me aquæ, vsq; ad ani-
mā, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meū. Ad extrema montiū descēdi, terræ ve- C
ctes cōcluserūt me in æternū. Et subleuabis de corruptione vitā meā. Dñe deus meus. Cū an-
gustiaret in me aīa mea, dñi recordatus sum, vt veniat ad te oratio mea, ad tēplū sanctū tuū.
Qui custodiūt vanitates, frustra misericordiā suā derelinquūt. Ego aūt in voce laudis imola- D
bo tibi, qcūq; voui, reddā pro salute meo dño. Et dixit dñs pisci: Et euomuit Ionā in aridam.

¶Iona rursus misso ad Niniuen, populus ad eius prædicationē resipiscit. Cap. III.

ET factū est verbū dñi ad Ionā secundo, dicēs: Surge, & vade in Niniuen, ciuitatē ma- A
gnam, & prædica in ea, pdicationē quā ego loquor ad te. Et surrexit Ionas, & abijt in
Heb. magna deo, itinere, &c. Niniuen, iuxta verbū dñi. Et Niniue erat ciuitas * magna, itinere triū dieꝝ. Et cœpit
Ionas introire ciuitatē, itinere diei vnius, & clamauit, & dixit: Adhuc qdraginta dies, B
Mat.12.d & Niniue subuertet. Et crediderūt viri Niniuitæ in dño, & pdicauerūt ieiuniū, & vestiti sunt
Luc.11.d saccis, a maiore vsq; ad minorē. Et peruenit uerbū ad regē Niniue. Et surrexit de solio suo, &
abiecit vestimētū suū a se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Nini- C
Iohel.2.d ue ex ore regis & principū eius, dicens: Homines, & iumēta, & boues, & pecora, non gustent
quicq̄, nec pascātur, & aquā non bibant, & operiant saccis hoīes, & iumēta, & clamēt ad dñm
in fortitudine, & conuertat vir a via sua mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus eoꝝ. Quis D
scit si cōuertatur & ignoscat deus, & reuertat a furore iræ suæ, & non peribimus? Et vidit de-
us opera eorum, quia cōuersi sunt de via sua mala, & misertus est deus super maliciam, quā lo
cutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit.

¶Dolens Ionas seruatam Niniuen, sibiq; ablatam hederam, arguit a domi-
no impatientiæ & immisericordiæ. Cap. IIII.

1.Regū.16.a ET afflictus est Ionas afflictione magna, & iratus est, & orauit ad dñm, & dixit: Obse- A
cro dñe, nunqd nō hoc est verbū meū, cū adhuc essem in terra mea? Propter hoc poc
cupaui, vt fugerē in Tharsis. Scio eñ qa tu deus clemēs, & misericors es, patiēs & mul
tæ miseratiōis, & ignoscēs super malitia. Et nūc dñe tolle quæso animā meā a me, qa
melior

melior eſt mihi mors,ꝙ vita. Et dixit dñs. Putaſne bene iraſceris tu? Et egreſſus eſt Ionas de ci-
C uitate,& ſedit cõtra orientẽ ciuitatis. Et fecit ſibimet vmbraculũ ibi, & ſedebat ſubter illud, in
vmbra,donec videret,qd accideret ciuitati. Et ꝑparauit dñs deus hederã,& aſcendit ſup caput
Ionæ,vt eſſet vmbra ſup caput eius,& protegeret eũ. Laborauerat enĩ. Et lætatus eſt Ionas ſu
per hedera,lætitia magna. Et parauit deus vermẽ aſcenſu diluculi,in craſtinũ,& percuſſit hede- He. ꝑparauit
ram,& exaruit. Et cũ ortus fuiſſet ſol,*præcepit dñs vento calido,& vrenti,& pcuſſit ſol ſuper dñs ventũ
D caput Ionæ,& æſtuabat. Et petiuit animæ ſuæ,vt moreret. & dixit. Melius eſt mihi mori, ꝙ vi orientalẽ &
uere. Et dixit dñs ad Ionã. Putaſne bene iraſceris tu,ſup hederã? Et dixit. Bene iraſcor ego, vſ- fortẽ et per-
que ad mortẽ. Et dixit dñs. Tu doles ſup hederã in qua nõ laboraſti, neq; feciſti vt creſceret, ꝙ cuſ.etc.
ſub vna nocte nata eſt,& ſub vna nocte perijt,& ego nõ parcã Niniue ciuitati magnæ,in ꝙ ſunt
plus ꝙ centũ viginti milia hoim,q neſciũt qd ſit inter dexterã & ſiniſtrã ſuã, & iumenta multa?

FINIS IONAE.

¶PROLOGVS IN MICHEAM PROPHETAM.

TEmporibus Ioathe & Achaz & Ezechię regũ Iuda, Micheam ꝓphetã ob hãc pro- 4.Reg.15.g
phetiã ſpũ ſctõ repletũ fuiſſe,lectio ipſa demõſtrat. Sed de ſupradicto nũero regũ Io- et 10.a
athan & Ezechiã deo ob religionẽ placuiſſe hiſtoria libri quarti Regũ,& ſcdi Para-
lipomenon nõ indicat. Achaz vero relicto deo,idola Samarię,qbus etiã filios ſuos in
ſacrificiũ igni cõcremãdos obtulerat coluiſſe cõſtat. Quãobrẽ deus Samariã, ꝙ reges Iſrael &
Iuda memoratorũ ſimulachroꝝ ſupſtitione fefellerat iucrepãs indignationẽ ſuã in eã ꝓceſſu-
ram cõminatus ẽ. Populo etiã Iſrael ꝑuaricatori & principibus eius q eundẽ populũ fallaci ſua-
ſione ad colẽda idola ĩpulerãt, verbis inſequẽtibus captiuitatẽ & interitũ affuturũ denũciauit.

¶Argumentum in Micheam prophetam.

¶Micheas de Moraſthi,cohæres Chriſti, vaſtationem annuntiat filiæ latronis,& obſidionem
ponit contra eam,quia maxillam percuſſerit iudicis Iſrael.

MICHEAS PROPHETA

¶Samariam prædicit ſubuertendam ob idololatriam. Cap. I.

VErbũ dñi quod factũ eſt ad Micheã Moraſthiten,in diebus Ionathan,
A Achaz,& Ezechiæ,regũ Iuda,quod vidit ſup Samariã,& Hieruſalem.
Audite populi oẽs,& attendat terra, & plenitudo eius, & ſit dñs de-
us vobis in teſtẽ,Dñs de tẽplo ſancto ſuo. Quia ecce dñs egrediet de lo Eſai.26.d
co ſuo & deſcendet,& calcabit ſuper excelſa terrę. Et conſument mon
tes ſubtus eũ, & valles ſcindentur,ſicut cæra à facie ignis, ſicut aquæ ꝙ
B decurrunt in præceps. In ſcelere Iacob oĩe iſtud, & in peccatis dom⁹
Iſrael. Quod ſcelus Iacob? Nonne Samaria? Et quæ excelſa Iudæ? Nõ-
ne Hieruſalem? Et ponã Samariã quaſi aceruũ lapidũ in agro, cũ plan-
tatur vinea,& detrahã in vallẽ lapides eius. Et fũdamẽta eius reuelabo, Supra.3
& oĩa ſculptilia eius cõcident. Et oẽs mercedes eius cõburent igne, & oĩa idola eius ponã in ꝑ-
C ditionẽ,qa de mercedibus meretricis cõgregata ſunt,& vſq; ad mercedẽ meretricis reuertent,
Sup hoc plangã,& vlulabo,vadã ſpoliatus & nudus. Faciã planctũ velut draconũ,& luctũ,qua-
ſi ſtruthionũ,qa deſperata eſt plaga eius,qa venit vſq; ad Iudã tetigit portã populi mei,vſq; ad
Hieruſalẽ. In Geth nolite annũtiare,lachrymis ne ploretis. In domo*pulueris puluere vos con He.Ophrah.
ſpergite,& trãſite,vobis habitatio pulchra,cõfuſa ignominia. Nõ eſt egreſſa ꝙ habitat in exitu.
Planctũ domus vicina accipiet ex vobis,ꝙ ſtetit ſibimet,qa infirmata eſt in bono,ꝙ habitat in
D amaritudinibus,qa deſcendit malũ à dño in portã Hieruſalẽ,*tumultus quadrigæ ſtuporis ha- He.liga cur-
bitãti Lachis. Principiũ peccati eſt filiæ Sion,qa in te inuenta ſunt ſcelera Iſrael. Propterea da- rũ ad equum
bit emiſſarios ſup hæreditatẽ Geth,domos mẽdacij in deceptionẽ regibus Iſrael. Adhuc hære- velociſſimũ
dem adducã tibi,ꝙ habitas in Mareſa,vſq; ad Odollã veniet gloria Iſrael. Decaluare,& tonde- habitatrix La-
re ſuper filios deliciaꝝ tuaꝝ,dilata caluitiũ tuũ ſicut aquila,qm captiui ducti ſunt ex te. chis

¶Minat peccãtibus,hortat vt reſipiſcãt, ꝑdicit aduentũ Chriſti. Cap. II.

A VAe qui cogitatis inutile,& operamini malũ in cubilibus veſtris. In luce matutina fa
ciunt illud,qm cõtra dñm eſt manus eoꝝ. Et cõcupierũt agros,& violẽter tulerunt
& rapuerũt domos & calũniabant virũ,& domũ eius,virũ & hereditatẽ eius. Idcir-
co hæc dicit dñs. Ecce ego cogito ſup familiã iſtã malum,vnde non auferetis colla
veſtra,& nõ ambulabitis ſuperbi,qm tẽpus peſſimũ eſt. In die illa ſumetur ſuper vos parabola,

He.lamētabi tur lamētati- one lamentū dice,&c. &*cātabitur canticū cū suauitate,dicentiū. De populatione vastati sumus. Pars populi mei cō- B
mutata est. Quomodo recedis à me,cum reuertatur qui regiones vestras diuidat? Propter hoc
non erit tibi mittens funiculū sortis in cœtu dñi,ô Israel. Ne loquamini,loquentes. Non stilla-
He.o dicta domus.&c bit super istos,non cōprehendet confusio,*dicit domus Iacob. Nunquid abbreuiatus est spiri-
tus domini,aut tales sunt cogitationes eius? Nonne verba mea bona sunt, cū eo sequi recte gra
ditur. Et econtrario populus meus in aduersariū consurrexit. Desuper tunicam pallium sustuli- C
stis,& eos qui transibant simpliciter,conuertistis in bellū. Mulieres populi mei eiecistis de do-
mo deliciarum suarum,à paruulis earum tulistis laudē meam in perpetuū. Surgite,& ite,quia non habe
Heb.13.e tis hic requiem. Propter immundiciā eius corrumpetur putredine pessima. Vtinam non essem
uir habens spiritū,& mendaciū potius loquerer. Stillabo tibi in vinū,& in ebrietatem,& erit su
per quē stillatur populus iste. Congregatione congregabo Iacob totū in te,in vnum conducā
He. ouē Bo- ra,sicut gre- gē in medio dict' ui,,tu mul.&c. reliquias Israel. Pariter ponā illum quasi*gregē in ouili,quasi pecus in medio caularum. Tumultu D
abuntur à multitudine hominū. Ascendet em̄ pandens iter ante eos. Diuidet,& transibunt por
tam,& egredient͂ per eā. Et transibit rex eorum coram eis,& dominus in capite eorum.

¶Contra tyrannidē principū,falsosq; prophetas,& primatū scelera. Cap. III.

ET dixi. Audite principes Iacob,& duces domus Israel. Nunquid nō vestrum est scire iu- A
diciū,qui odio habetis bonū,& diligitis malū,qui violenter tollitis pelles eorum desu-
per eis,& carnes eorum desuper ossibus eorum. Qui comederūt carnem populi mei,& pel-
lem eorum desuper excoriauerunt,& ossa eorum confregerunt,& conciderunt sicut in le-
bete,& quasi carnē in medio ollæ. Tunc clamabunt ad dominū, & non exaudiet eos, & abscon B
det faciē suam ab eis in tempore illo,sicut nequiter egerunt in adinuētionibus suis. Hęc dicit do
minus deus,super prophetas,qui seducunt populū meū,qui mordent dentibus suis, & p̄dicant
pacem. Et si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant sup eū p̄lium. Propterea nox
vobis pro visione erit,& tenebræ vobis pro diuinatione. Et occumbet sol super prophetas, & C
obtenebrabitur super eos dies. Et confundentur qui vident visiões,& confundentur diuini.
Et operient omnes vultus suos quia nō est responsum dei. Veruntamen ego repletus sum for-
titudine spūs dñi,iudicio & virtute,vt annunciem Iacob scelus suū,& Israel pctm̄ suū. Audite
hæc principes domus Iacob,& iudices domus Israel. Qui abominamini iudiciū,& omnia recte
Ezech.22.f Sopho.3.d peruertitis. Qui ædificatis Sion in sanguinibus,& Hierusalē in iniq̄tate. Principes eius in mu- D
neribus iudicabant,& sacerdotes eius in mercede docebant. Et prophetæ eius in pecunia diui-
nabant,& super dominū requiescebant,dicentes. Nunquid non dñs in medio nostrū? Non ve
nient sup nos mala. Propter hoc,causa vestri Sion quasi ager arabitur, & Hierusalē quasi acer-
uus lapidum erit,& mons templi in excelsa syluarum.

¶De Christi aduentu,& gentiū fide,ac Israelis conuersione. Cap. IIII.

Esai.2.a ET erit in nouissimo dierum mons domus domini præparatus in vertice montium, & A
sublimis super colles. Et fluent ad eū populi,& properabunt gentes multæ,& dicent.
Venite,ascendamus ad montem domini,& ad domū dei Iacob. Et docebit nos de vijs
suis,& ibimus in semitis eis. Quia de Sion egredietur lex,& verbū dñi de Hierusalem.
Et iudicabit inter populos multos,& corripiet gentes fortes vsq; in longinquū. Et concident
gladios suos in vomeres,& hastas suas in ligones. Nō sumet gens aduersum gentē gladiū,& nō B
discent vltra belligerare. Et sedebit vir subtus vineā suā,& subtus ficū suā,& nō erit q deterreat
quia os dñi exercituū locutū est,quia om̄es populi ambulabūt vnusquisq; in nomine dei sui,nos
Sopho.3.d aūt ambulabimus in nomine dei nostri,in æternū & vltra. In die illo,dicit dñs,congregabo
claudicantē,& eā quam eieceram,colligam,& quam afflixeram,consolabor. Et ponam claudi
Luc.1.c cantem in reliquias, & eam quæ laborauerat in gentē robustam. Et regnabit dñs super eos in C
monte Sion,ex hoc nunc,& vsq; in æternum. Et tu turris gregis nebulosa,filia Sion,vsq; ad
te veniet,& veniet potestas prima regnum filiæ Hierusalem. Nunc quare mœrore cōtraheris?
Nunquid rex non est tibi,aut consiliarius tuus perijt,quia comprehendit te dolor sicut parturi-
He. ingemi- sce. entem? Dole &*satage filia Sion,quasi parturiens, quasi nunc egredieris de ciuitate, & habita-
bis in regione,& venies vsq; ad Babylonē. Ibi liberaberis,ibi redimet te dominus de manu in- D
imicorum tuorum. Et nunc congregatæ sunt super te gentes multæ,quæ dicunt,lapidetur,& as-
piciat in Sion oculus noster. Ipsi autē non cognouerunt cogitationes domini, & non intellex-
erunt consilium eius,quia cōgregauit eos quasi fœnum areæ. Surge ,& tritura filia Sion,quia
He.interficiā cornu tuū ponam ferreum,& vngulas tuas æreas. Et comminues populos multos, *interficies
domino rapinas eorum,& fortitudinem eorum domino vniuersæ terræ.

¶De vastatione Hierusalē,ob occisum Christū,de Christo nasciturο ex Bethlehē Cap. V. A

Heb.accinge- ris ad militiā filia militis, Obsidi.&c TVnc*vastaberis filia latronis. Obsidionē posuerunt sup nos. In virga pcutient ma-
xillam iudicis Israel. Et tu Bethleem Ephrata,paruulus es in milibus Iuda. Ex te mi- Matth.2.a
hi egredief qui sit dominator in Israel,& egressus eius ab initio,à diebus æternitatis. Ioh.7.f
Propter hoc dabit eos vsq; ad tempus in quo parturiens pariet. Et reliquiæ fratrum
eius con

eius cõuertent ad filios Israel. Et stabit,& pascet in fortitudine dñm in sublimitate nois dñi dei
B sui. Et conuertentur,quia nunc magnificabit vsq; ad terminos terræ. Et erit iste pax Assyrijs,
cũ venerit in terram nostram,& quãdo calcauerit in domibus nostris. Et suscitabimus sup eũ He. cõstrinẽt
septem pastores,& octo primates homines. Et *pascent terram Assur in gladio,& terrã Nimrodi in *lanceis eius. Et liberabit ab Assur cum venerit in terram nostram, & cum calcauetit in He. gladius
finibus nostris. Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum, quasi ros à dño,& q̃si
C stillæ super herbam, quæ non expectat virum,& non præstolatur filios hominis. Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus,in medio populorũ multorũ, quasi leo in iumentis syluarũ,& quasi catulus leonis in gregibus pecorũ. Qui cum transierit,& cõculcauerit,& ceperit,nõ est qui eruat.
Et exaltabit manus tua super hostes tuos,& omẽs inimici tui interibunt. Et erit in die illa dicit dñs. Auferã equos tuos de medio tui,& disperdam quadrigas tuas & perdã ciuitates terræ
D tuæ,& destrã omẽs munitiones tuas,& auferam maleficia de manu tua,& diuinationes nõ erũt in te,& perire faciam sculptilia tua,& statuas tuas de medio tui,& nõ adorabis vltra opa manuum tuarũ. Et euellam lucos tuos de medio tui,& conteram ciuitates tuas,& faciam in furore
& indignatione vltionem,in omnibus gentibus,quæ non audierunt.

¶ Disceptat dominus cum populo,de iustitijs & peccatis eorũ. Cap. VI.

A AVdite quæ dominus loquitur. Surge,contende iudicio aduersum montes,& audiẽt colles vocem tuam. Audiant montes iudicium domini,& fortia fundamenta terræ.
quia iudicium domini cum populo suo,& cum Israel *dijudicabitur. Popule meus Heb. corripe
quid feci tibi? aut quid *molestus fui tibi? Respõde mihi. Quia eduxi te de terra Aegypti,& de domo seruientium liberaui te,& misi ante faciẽ tuam Moysen & Aaron,& Mariã He. fatigaui te.
B Popule meus memento quæso qd cogitauerit cõtra te Balach,rex Moab,& qd responderit ei
Balaam,filius Beor,de Sethim vsq; ad Galgalam,vt cognosceres iustitias dñi. *Quid dignũ offeram domino? Curuabo genu deo excelso? Nunquid offeram ei holocaustomata,& vitulos He. In quo præueniam domino,& curuabor deo. &c.
anniculos? Nunquid placari potest dominus in milibus arietum,aut in multis milibus hircorũ pinguiũ? Nunquid dabo primogenitũ meum pro scelere meo,fructum ventris mei pro pecca-
C to animæ meæ? Indicabo tibi o homo quid sit bonum,& quid dominus requirat à te. Vtiq; facere iudicium,& diligere misericordiam,& *solicitum ambulare cum deo tuo. Vox domini ad He. humilem.
ciuitatem clamat,& salus erit timentibus nomen eius. Audite tribus. Et quis approbabit illud? He. nonne sunt in. &c.
Adhuc *ignis in domo impij,thesauri iniquitatis,& mensura minor,iræ plena. Nunquid iustificabo stateram impiam,& saccelli pondera dolosa? In quibus diuites eius repleti sunt iniquitate,& habitantes in ea loquebantur mendacium,& lingua eorum fraudulenta in ore eorum. Et
ego ergo cœpi percutere te perditione, super peccatis tuis. Tu comedes,& non saturaberis,& Deut. 28.d
D humiliatio tua in medio tui,& apprehendes,& non saluabis,& quos saturaberis,in gladiũ dabo Agg. 1.b
Tu seminabis,& non metes,tu calcabis oliuã,& non vngeris oleo,& mustum,& nõ bibes vinũ
& custodisti præcepta Amri,& omne opus domus Achab,& ambulasti in voluptatibus eorũ,
vt darem te in perditionẽ,& habitantes in ea,in sibilũ,& opprobriũ populi mei portabis.

¶ Plangit super paucitate iustorum: Nemini esse confidendum. Israel à Babylonijs liberandum. Cap. VII.

A VAe mihi,qui factus sum sicut *q colligit in autumno racemos vindemiæ. Nõ est botrus ad comedendũ,præcoquas ficus desiderauit anima mea. Perijt sanctus de terra,& rectus in hominibus non est. Omnes in sanguine insidiantur,vir fratrẽ suũ ad mortẽ venatur. Malũ manuũ suarũ dicunt bonũ. Princeps postulat,& iudex in reddendo est. Et magnus locutus est desideriũ animæ suæ,& cõturbauerũt eã. Qui optimus in eis est quasi paliurus,& qui rectus,quasi spina de sepe. Dies speculationis tuę,visitatio tua venit. 16.q.7.ca.& hęc dicimus Heb. collectiões æstiuo, sicut racemi remanentes vindę. &c
B Nũc erit vastitas eorũ. Nolite credere amico,& nolite cõfidere in duce. Ab ea q̃ dormit in sinu Matth. 10.d
tuo custodi claustra oris tui,quia filius cõtumeliã facit patri,& filia consurget aduersus matrem suã,nurus aduersus socrũ suã,& inimici hominis domestici eius. Ego aũt ad dominũ aspiciã, expectabo deũ saluatorẽ meũ. Audiet me deus meus. Ne læteris inimica mea super me,quia cecidi. Cõsurgã. Cũ sedero in tenebris,dñs lux mea est. Iram domini portabo,quoniam peccaui ei,
C donec causam meã iudicet,& faciat iudiciũ meũ. Educet me in lucẽ, videbo iustitiam eius. Et aspiciet inimica mea,& operiet cõfusione,quæ dicit ad me. Vbi est dñs deus tuus? Oculi mei videbunt in eam. Nunc erit in conculcatione,vt lutũ platearũ. Dies vt ædificentur maceriæ tuæ.
In die illa lõge fiet lex. In die illa vsq; ad te veniet Assur,& vsq; ad ciuitates munitas,& à ciuitatibus munitis vsq; ad flumen,& ad mari de mari,& ad montẽ de monte. Et terra erit in desola-
D tionem propter habitatores suos,& propter fructum cogitationum eorum. Pasce populum tuum in virga tua,gregem hæreditatis tuæ,habitantes solos in saltu. In medio Carmeli pascentur Basan,& Galaad,iuxta dies antiquos. Secundum diem egressionis tuæ de terra Aegypti, o-
E stendam ei mirabilia. Videbunt gentes,& confundentur super omni fortitudine sua. Ponent manum super os,aures eorum surdæ erunt, Lingent puluerem sicut serpẽtes,velut reptilia ter-

ræ turbabuntur de ædibus suis. Dominũ deũ nostrũ non desiderabunt, & timebunt te. Quis deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & transfers pctũ reliquiarum hęreditatis tuæ? Nõ immittet vltra furorem suum, quoniam volens misericordiam est. Reuertetur & miserebitur nñi. Deponet iniquitates nostras, & proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham, quæ iurasti patribus, nostris à diebus antiquis.

MICHEAE FINIS.

PROLOGVS IN NAVM PROPHETAM.

NAum prophetã, ante aduentũ regis Assyriorũ, q populũ Israel captiuũ in suã regionem trãstulerat, fuisse Hebræorũ traditio cõfirmat. Siquidem in fine huius lectiõis prædicti regis aduentũ idẽ propheta annuntiare monstrat. Sed cũ habitatores Niniue, Iona interitũ ciuitatis præcante, de diuina ira denuntiatũ interitũ sustinerent peccatorũ, & impietatis pœnam egissent, accepta dei misericordia: grauioribus criminibus im-
Naum 1.a plicuerũt. Qua de causa memoratus propheta spiritu sancto plenus, iudiciũ dei annũcians, ita ẽ locutus: Deus zelans & vlciscens, dñs est, &c. Iam eñ decem tribus ab Assyriis ductæ fuerãt in captiuitatẽ sub Ezechia rege Iuda, sub quo etiã nunc in consolatione populi trãsmigrati, aduersum Niniuem visio cernit. Nec erat parua cõsolatio tã his q iam Assyriis seruiebãt, q reliqs qui sub Ezechia de tribu Iuda & Beniamin, ab eisdem hostibus obsidebantur, vt audirent Assyrios quoq; à Chaldæis esse capiendos, sicut in sequentibus libri huius demonstrabitur.

ALIVS PROLOGVS.

SCiendũ aũt q Niniue in nra lingua de Hebræo speciosam sonat: Speciosus aũt hic mundus dicit. Vnde & apud Græcos κόσμος ab ornatu nomẽ accepit. Et quicqd nũc aduersus Niniuen dicit, de mũdo figuraliter pdicari sentiamus. Quã ob causam & assumptio quã septuaginta interpretes dicunt proslepsin apud Hebręos massa ponit: id est graue onus: eo qd eã aduersus quã prophetat premat nec sinat leuare ceruicẽ. Simulq; hoc attendendũ, qd hęc ipsa vel assumptio vel onus vel põdus propheta, sit visio. Nõ eñ loquit propheta in extasi vt montanus & priscilla maxillaq; delirãt: sed qd prophetat, liber est visiõis intelligentis vniuersa logt, & põdus hostiũ faciẽtis suo populo visionẽ. De cõsummatiõe itaq; mũdi secũdũ anagogen cõsolationẽ sctõrũ pphetia texit, vt qcunq; in mũdo vident, q̃si pereũtia & caduca cõtemnãt, & pparent se ad iudiciũ diẽ: vbi vltor aduersum viros Assyriorũ affuturus est dñs.

PROLOGORVM FINIS.

ARGVMENTVM IN NAVM PROPHETAM.

Naum 1.d NAum consolator orbis interpretatur. Increpat ciuitatẽ sanguinũ, & post euersionem illius loquitur. Ecce super montes pedes euangelizantis, & annuntiantis pacem.

NAVM PROPHETA

¶ Niniuen euertendã, Israelem liberandum prædicit. Cap. I.

ONus Niniue, Liber visiõis Naum Helehesęi. Deus æmulator, & vlciscens dñs, vlciscens dñs, & habẽs furorẽ, vlciscens dñs in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentẽ. Dominus in tempestate, & turbine, viæ eius, & nebulæ puluis pedũ eius. Increpãs mare & exiccans illud, & oĩa flumina ad desertum deducẽs. Infirmatus est Basan & Carmelus, & flos Libani elãguit. Montes cõmoti sunt ab eo, & colles desolati sunt. Et cõtremuit terra à facie eius, & orbis, & oẽs habitãtes in eo. Ante faciẽ indignatiõis eius qs stabit, & qs resistet in ira furoris eius. Indignatio eius effusa est, vt ignis, & petrę dissolutæ sunt ab eo. Bonus dñs, & cõfortans in die tribulationis & sciẽs sperãtes in se. Et in diluuio prætereunte cõsummationẽ faciet loci eius & inimicos eius psequent tenebrę. Quid cogitatis cõtra dñm? cõsummationẽ ipse faciet. Nõ cõsurget duplex tribulatio, quia sicut spinæ se inuicem complectuntur, *sic conuiuium eorum pariter potantium. Consumantur quasi stipula ariditate plena. Ex te enim exibit cogitans contra Dominum malitiam, mente pertractans præuaricationem. Hæc dicit dominus: Si perfecti fuerint, ita & plures, sic quoq; attondentur, & pertransibit. Afflixi te, & non affligam te vltra Et nunc conteram virgam eius de dorso tuo, & vincula tua dirumpam, & præcipiet sup te dominus, Non seminabitur ex nomine tuo amplius. De domo dei tui interficiã, Sculptile & conflatile po-

Margin notes: A — De pec. diẽ. 3.ca. naum; B; C — Heb. & cũ inebriati fuerint ebrii eõ sumẽtur &c.; D

flatile ponam sepulchrum tuum, quia inhonoratus es. Ecce super montes pedes euangelizantis, & annũtiantis pacem. Celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua, q͂a non adjciet vltra vt pertranseat in te Belial, vniuersus interijt.

¶ Niniuen per Nabuchodonosor inuadendam. Ca. II.

A ASCendit q̃ dispergat coram te, q̃ custodiat obsidionem. Contemplare viam, conforta lũbos, robora virtutem valde, q͂a sicut reddidit Dñs superbiam Iacob, sic sup̃biam Israhel, q͂a vastatores dissipauerũt eos, & propagines eorũ corruperũt. Clypeus fortiũ eius * ignitus, viri exercitus in coccineis. Igneæ habenæ currus in die præpara- He. rubefactus.
B tionis eius, * & agitatores eius consopiti sunt. In itineribus conturbati sunt, quadrigæ collisæ sunt in plateis. Aspectus eorũ quasi lãpades, quasi fulgura discurrentia. Recordabit̃ fortiũ suorũ, ruent in itineribus suis. Velociter ascendent muros eius, & præparabit̃ * vmbraculũ. Portæ fluuiorũ apertæ sunt, & templũ ad solũ dirutũ. Et miles captiuus abductus est, & ancillæ eius minabantur, gementes vt colũbæ, murmurantes in cordibus suis. Et Niniue quasi piscina aquarũ He. licet ire muerunt in plateis egrotauerũt, currēt p plateas Aspect' &c.
C aquæ eius, ipsi vero fugerunt. State, state, & non est q̃ reuertat̃, diripite argentũ, diripite aurũ, & non est finis diuitiarũ, ex omnibus vasis desiderabilibus. Dissipata est, & scissa, & dilacerata est, cor tabescens, & dissolutio geniculorũ, & defectio in cũctis renibus, & facies omniũ sicut nigredo ollæ. Vbi est habitaculũ leonũ, & pascua catulorũ leonũ? Ad quam iuit leo, vt ingrederet̃ Et vbi nos miles Hebr. collocatũ vel regina legẽ. Esa. 5. d.
D illuc, catulus leonis, & non est q̃ exterreat. Leo cœpit sufficienter catulis suis, & necauit leænis suis. Et impleuit præda speluncas suas, & cubile suũ rapina. Ecce ego ad te, dicit Dñs exercituũ & succendã vsq; ad summũ quadrigas tuas, & leunculos tuos comedet gladius. Et exterminabo de terra prædam tuam, & non audietur vltra vox nuntiorũ tuorũ.

¶ Niniue arguitur violentiæ & crudelitatis. Ca. III.

A VAe ciuitas sanguinũ vniuersa mendacij, dilaceratione plena. Non recedet à te rapina. Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ feruentis, & equitis ascendentis, & micantis gladij, & fulgurantis hastæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ, nec est finis cadauerũ. Et corruent in corporibus suis propter multitudinem fornicationũ meretricis speciosæ, & gratæ, & habentis maleficia: quæ vendi- Esa. 14. b. Habacuc. 3. d.
B dit gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficijs suis. Ecce ego ad te dicit Dñs exercituũ, & reuelabo pudẽda tua in facie tua, & ostendã in gentibus nuditatem tuã, & regnis ignominiã tuã. Et projciam super te abominationes, & contumelijs te afficiam, & ponã te in * exemplũ. Et erit omnis q̃ viderit te, resiliet à te, & dicet: Vastata est Niniue. Quis * commouebit super te caput? Vnde quærã cõsolatorẽ tibi? Nunq̃d melior es Alexandria populorũ, quæ habitat in fluminibus? Aquæ in circuitu eius: cuius diuitiæ mare, aquæ muri eius. Aethiopia for- Esa. 28. c. He. stercus He. condolebit ei vnde & cetera.
C titudo eius & Aegyptus, & non est finis. Aphrica & Libyes fuerũt in auxilio tuo, sed & ipsa in transmigratione ducta est in captiuitatem. Paruuli eius elisi sunt in capite omniũ viarũ, & sup inclytos eius miserũt sortem, & omnes optimates eius confixi sunt in compedibus. Et tu ergo inebriaberis, & eris despecta, & quæres tu auxiliũ ab inimico. Omnes munitiones tuæ, sicut ficus cũ grossis suis, si concussæ fuerint, cadent in os comedentis. Ecce populus tuus, mulieres in medio tui. Inimicis tuis ad apertionem pandet̃ porta terræ tuæ, deuorabit ignis vectes tuos.
D Aquam propter obsidionem hauri tibi, extrue munitiones tuas. Intra in lutũ & calca, subigens tene laterem. Ibi comedet te ignis, peribis gladio, deuorabit te vt bruchus. Congregare ergo vt bruchus, multiplicare vt locusta. Plures fecisti negotiationes tuas q̃ stellæ sunt cœli. Bruchus * expansus est & auolauit. Custodes tui quasi locustæ, & * paruuli tui quasi locustæ locustarũ, quæ confident in sepibus in die frigoris. Sol ortus est, & auolauerũt, & non est cognitus locus earũ vbi fuerint. Dormitauerũt pastores tui rex Assur, sepelierũt principes tui, latitauit populus tuus in montibus, & non est q̃ congreget. Non est obscura contritio tua, pessima est plaga tua. Omnes qui audierũt auditionem tuam, compresserunt manum super te, quia super quem non transiit malitia tua semper. He. excussit. He. principes

NAVM FINIS.

PROLOGVS IN HABACVC PROPHETAM.

QVatuor ꝓphetæ in duodecim ꝓphetarũ volumine sunt, ẽ q̃bus tres in pricipio lemma, id ẽ põdus, titulũ hñt, Naum, Habacuc, & Malachias. Porrò Zacharias i medio & circa finẽ duos huiuscemodi ponit titulos, ẽ q̃bus vnus ẽ onus verbi dñi in terra Adrach & Damasci requiei eius, alter in fine. s. onus verbi dñi super Israhel. De Naũ orõnibus tuis iã liber vnus æditus ẽ. De Zacharia & Malchia: si vita comes fuerit differet̃. Nũc Habacuc habem' in manib', q̃ vl̃ ex eo ꝙ amabil' dñi ẽ vocat̃ amplexatio, vl̃ q̃d in certamẽ & luctã (& vt ita dicã) amplexũ deo cõgredit̃, amplexãtis. i. luctãtis, fortit' ẽ nomẽ. Null' ẽm tã audaci voce ausus ẽ deũ ad disceptationẽ iustitiæ ꝓuocare & dicere ei: Cur in rebus humani, Zach. 1. a.

& mun

Infra.1.a & mundi istius pompa tanta rerũ verset iniquitas: Vociferabor ad te vim patiens, & nõ saluabis. Quare oñdisti iniqtatẽ & laborẽ videre: Lacerata est lex, & nõ puenit vsq; ad finẽ iudiciũ quia impius ꝑualet aduersum iustũ, ideo ingredieť iudicium puersum. Vides q̃ temeraria vox sit. Et quodãmodo blasphemãtis creatorẽ suũ ad iudiciũ ꝓuocare, & vas fragile aduersus figulũ, cur tale vel tale factũ sit disputare: Necnõ & hoc aĩ aduertendũ qđ assumptio vel põdus quę grauia iam esse diximus: Prophetæ visio est, & aduersum montani dogma puersum intelligis,
1.Cor.4.f. qđ videt, nec vt amẽs loquiť, nec more insanientiũ fęminarũ dat sine mẽte sonũ. Vnde Aplus iubet, vt si ꝓphetãtibus aliis alii fuerit reuelatũ, taceãt q prius loquebanť. Et statim: Nõ est, inqt, dissentiõis deus, sed pacis. Ex quo intelligiť, cum qs ex volũtate reticet, & alteri locũ dat ad lo-
Ibidem quendũ, posse loqui & tacere cũ velit. Qui iã in extasi, id est, inuitus loquiť, nec tacere nec loqui in sua ptãte habet. Illud quoq; disce, qa semel à me violẽter exigis, vt quasi q̃sdã gradus & scalas altiora nitẽti, historiã tibi interpter, ꝓphetiã esse cõtra Babylonẽ, & Nabuchodonosor regẽ Chaldæorũ, vt quõ prior ꝓpheta Naum quẽ Habacuc sequiť, vaticiniũ habuit cõtra Niniuen, & Assyrios q vastauerũt decẽ tribus, quæ vocanť Israhel, ita & Habacuc ꝓphetiã habeat aduersus Babylonẽ, & Nabuchodonosor, à qbus Iudas & Hierusalẽ tẽplũq; subuersa sunt. Et vt scias eo tpe fuisse Habacuc, q̃ iã duæ tribus q̃ vocabanť Iuda, ductæ erãt in captiuitatẽ Dani
Dani.14.f el docere te poterit, ad quẽ in lacũ leonũ Habacuc cũ prãdio mittiť. Quãq̃ apud Hebręos, hæc ipsa nõ legať historia. Igiť siue qs recipiat scripturã illã, siue nõ recipiat, vtrũq; ꝑ nobis ẽ. Aut enĩ iam recipit, & post factã rem liber Habacuc texiť. Aut si nõ recipit, quasi Propheta scribit, quæ ventura cognoscit. Interim scđm literã causať aduersum Deũ propheta, cur Nabuchodonosor tẽplum Dei vastet & Iudã, cur Hierlm quondã vrbs Dñi destruať, quare clamet populus & nõ audiať. Vociferet ad Dñm oppressus à Chaldæis, & nõ saluet, quare etiã ipse ꝓpheta vel populus, ex cuius ꝑsona loquiť ad hoc vixerit, & hucusq; ꝑductus sit, vt iniquitatẽ hostiũ & suum laborẽ viderit: cur iniustitia ꝑualeat aduersum se, & hæc dicit præ mẽtis angustia, nesciens
Dani.3.c aurũ in igne conflari, & tres pueros de camino ignis puriores exisse q̃ intrauerãt. Sed & hoc generaliter accipere possumus, qđ ex ꝑsona humanæ impatiẽtiæ loquať, vt in querulã vocẽ & plenam doloris erumpat, dicẽs: Quare respicis contẽptores & taces, conculcãte impio iustiorẽ se? Hæc autẽ loquiť, nesciens iudicia Dei inuestigabilia, & profundũ diuitiarũ sapiæ & sciæ eius,
Habacuc.3.b qđ non ita videat Deus vt videt homo. Homo tantũ præsentia respicit, Deus futura & æterna cognoscit. Et quõ si ægrotans & æstuans febribus, aquã frigidã postulet, & dicat ad medicum. Vim patior, crucior, vror, & examinor. vsquequo medice clamabo, & non exaudies. Et respõdeat ei sapientissimus & clementissimus medicus, scio quo tpe dare debeam qđ postulas. Non misereor modo: quia misericordia ista crudelitas est, & voluntas tua cõtra te petit. Ita & Deus noster sciens clementiæ suæ pondera atq; mensuras interdũ nõ exaudit clamantẽ, vt eum probet, & magis ꝓuocet eum ad rogãdum, & q̃si igne excoctũ iustiorẽ & puriorẽ faciat. Qđ intelligens Apostolus scđm id quod misericordiam consecutus est à Dño, ait: Sed non deficimus.
2.Cor.4.a Et benedicimus Dñm in omĩ tpe. Et scit qđ qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit, &
Psal.33.a gloriať in labore & dolore. Et cũ Hieremia dicit: Tribulationẽ & miseriã inuocabo, quõ alius
Mat.10.24.b inuocat Deum, sic sanctus vir & bellator inuictus ad exercendum se, & ad probandum tribulationem & miseriam inuenire desiderat.

ARGVMENTVM IN HABACVC.

Habacuc.3.a. HAbacuc luctator fortis & rigidus stat super custodiam suam, & figit gradum sup munitionem vt Christum in cruce contempletur, & dicat: Operuit cœlos gloria eius & laudis eius plena est terra. Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius, ibi abscõdita est fortitudo eius. ¶Argumenti finis.

HABACVC PROPHETA

¶Disceptat Propheta cum Domino, quòd malis præcipue indulgeat.
Caput Primum.

Iohã.19.a. Nus quod vidit Habacuc propheta. Vsq; quo Dñe clamabo, & nõ ex- A
audies. Vociferabor ad te vim patiẽs, & non saluabis? Quare ostendisti
Iohã.21.a. mihi iniquitatẽ, & laborẽ, videre prædã, & iniustitiã contra me? Et factum est iudiciũ, & cõtradictio potẽtior. Propter hoc lacerata est lex,
Heb. circũuenit iustum. & nõ puenit vsq; ad finẽ iudiciũ, qa impius * ꝑualet aduersum iustũ, ꝓpterea egrediť iudicium puersum. Aspicite in gẽtibus, & videte, & ad-
Hiere.12.a miramini, & obstupescite, q opus factũ est in diebus vřis, qđ nemo cre
Actu.13.f. det, cũ narrabiť. Quia ecce ego suscitabo Chaldęos, gentẽ amarã, & ve B
locẽ, ambulãtẽ sup latitudinẽ terræ, vt possideat tabernacula non sua.

Horri-

Horribilis & terribilis ē, ex semetipsa iudiciū & onus eius egrediet. Leuiores pardis equi eius,
& velociores lupis vespertinis, & diffundent eqtes eius. Eqtes nāq; eius de lōge veniēt, volabūt
C quasi aqla festinās ad comedendū. Oēs ad pdā veniēt, facies eoꝝ vētus vrēs. Et cōgregabit, He.rit.
quasi arenā, captiuitatē, & ipse de regibus* triūphabit, & tyrāni ridiculi eius erūt. Ipse sup oēm
munitionē ridebit, & cōportabit aggerē, & capiet eā. Tūc mutabit spūs, & ptrāsibit, & corru-
et. Hæc ē fortitudo eius dei sui. Nunqd nō tu à principio dñe deus meus, sancte meus, & nō mo
riemur? Dñe in iudiciū posuisti eū, & forte, vt corriperes, fundasti eū. Mūdi sunt oculi tui, ne vi
D deas malū, & respicere ad iniqtatē nō poteris. Quare non respicis sup iniq agētes, & taces deuo
rāte impio iustiorē se? Et facies hoīs qsi piscis maris, & qsi reptile nō hñs principē. Totū in ha
mo sublenauit, traxit illud in sagena sua, & cōgregauit in rete suū. Sup hoc lætabit & exultabit,
ppterea īmolabit sagenæ suæ, & sacrificabit rethi suo. Quia in ipsis incrassata ē pars eius, & ci-
bus eius electus. Propter hoc ergo expādit sagenā suā, & semp interficere gētes non cessat.

¶Prophetat Chri aduentū, execrat auaritiā, cruentāq; ædificationē, &c. Ca. II.

A SVper custodiā meā stabo, & figā gradū sup munitionē. Et contēplabor vt videā, qd di Esa.21.c.
cat mihi, & qd respondeā ad arguentē me. Et rñdit mihi dñs, & dixit: Scribe visum, & He. in ṗsa
explana eū sup tabulas, vt pcurrat q legerit eū. Quia adhuc visus* pcul, & apparebit in & ṗtereūt in
finē, & non mētiet, si morā fecerit expecta illū: qa veniēs veniet, & nō tardabit. Ecce q & cætera.
* incredulus ē, nō erit recta aīa eius in semetipso. Iustus aūt in fide sua viuet. Et qūo vinū po- He. superbus
B tante decipit, sic erit vir supbus, & nō decorabit. Qui dilatauit quasi infernus animā suā, & ipse Rom.1.c. Roma.19.f
quasi mors, & non adimplet. Et cōgregauit ad se oēs gentes, & coaceruauit ad se oēs populos.
Nunqd non oēs isti sup eum parabolā sument, & loquelā ænigmatū eius? Et dicet: Væ ei qui
multiplicat nō sua. Vsquequo & aggrauat cōtra se densum lutū? Nunqd nō repēte consurgent,
q mordeāt te? Et suscitabunt* lacerātes te, & eris in rapinā eius. Quia tu spoliasti gētes multas, He. moue
spoliabunt te oēs q reliqui fuerint de populis, ppter sanguinē hoīs, & iniqtatē terræ, ciuitatis, tes.
& oim habitātiū in ea. Væ q cōgregat auaritiā malā domui suæ, vt sit in excelso nidus eius, &
C liberari se putat de manu mali. Cogitasti cōfusionē domui tuæ, cōcidisti pplos multos, & pec
cauit aīa tua. Quia lapis de pariete clamabit, & lignū qd inter iūcturas ædificioꝝ est, rñdebit.
Væ q ædificat ciuitatē in sanguinibus, & pparat vrbē in iniqtatē. Nunqd nō sunt hæc à Dño Ezech.24.b.
exercituū? Laborabūt enī ppli in multo igne, & gētes in vacuū, & deficiēt. Quia replebit terra Naum.3.a
vt cognoscāt gloriā Dñi, qsi aquæ operiētes mare. Væ q potū dat amico suo, mittēs fel suū, &
inebriās vt aspiciat nuditatē eius. Repletus ē ignominia p gloria. Bibe tu qq; & cōsopire. Cir-
cūdabit te calix dexteræ dñi, & vomitus ignominiæ sup gloriā tuā. Quia iniqtas Lybani operi
D et te, & vastitas aīaliū deterrebat eos, de sanguinibus hoīs, & iniqtate terræ, & ciuitatis, & oim
habitātiū in ea. Quid pdest sculptile, qa sculpsit illud fictor suus, cōflatile & imaginē falsam,
qa sperauit in figmēto fictor eius, vt faceret simulachra muta. Væ q dicit ligno expergiscere,
surge, lapidi taceti. Nūqd ipse docere poterit? Ecce iste cooptus est auro, & argēto, & oīs spūs
nō est in visceribus eius. Dñs aūt in templo sancto suo, sileat à facie eius omnis terra. Psal.10.a

¶Oratio Habacuc prophetæ pro ignorantijs. Ca. III.

A DOmine audiui auditionē tuā & timui. Dñe opus tuū, in medio annoꝝ viuifica illud.
In medio annoꝝ notū facies cū iratus fueris, misericordię recordaberis. Deus ab au
stro veniet, & sanctus de mōte Pharan. Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius ple
na est terra. Splēdor eius vt lux erit, *cornua in manibus eius. Ibi absc̄odita ē fortitu
do eius, ante faciē eius ibit* mors. Egredieē diabolus ante pedes eius, stetit & mēsus est terrā. He. splen dores
Aspexit & dissoluit gētes, & cōtriti sunt mōtes seculi. Incuruatiq; sunt colles mūdi, ab itineri- He. pestis.
B bus æternitatis eius. Pro iniquitate vidi tētoria Aethiopiæ, turbabunt* pelles terræ Madian. He. cortinæ
Nunqd in fluminibus iratus es dñe, aut in fluminibus furor tuus, vel in mari īdignatio tua? Qui
ascēdis sup eqs tuos, & quadrigæ tuæ saluatio. * Suscitās suscitabis arcū tuū, iuramēta tribubus He. Reuo latione reue labit arcū tu-
q locutus es. Fluuios scindes terræ, viderūt te, & doluerūt mōtes, gurges aquaꝝ transiit. Dedit us iuramen-
abyssus vocē suā, altitudo manus suæ leuauit. Sol & luna steterūt in habitaculo suo, in luce sagit ta & cætera
C taꝝ tuaꝝ ibūt, in splēdore fulgurātis hastæ tuæ. In fremitu cōculcabis terrā, & in furore obstu
pefacies gētes. Egressus es in salutē ppli tui, in salutē cum Chřo tuo. Percussisti caput de domo
impij, denudasti fundamenta eius vsq; ad collum. * Maledixisti sceptris eius, capiti bellato- He. Perfo rasti baculis eī caput pa
rum eius, veniētibus vt turbo ad dispergendū me. Exultatio eoꝝ sicut eius q deuorat pauperē gorum eius, venerunt vt
D in absc̄ōdito. Viā fecisti in mari eqs tuis, in luto aquaꝝ multaꝝ. Audiui & conturbatus ē venter turbo &c.
meus, à voce cōtremuerūt labia mea. Ingrediat putredo in ossibus meis, & subter me scateat. Vt
reqescā in die tribulatiōis, vt ascēdā ad pplm accinctū nrm. Ficus enī nō florebit, & nō erit ger-
men in vineis. Mentiet opus oliuæ, & arua non afferēt cibū. Abscindet de ouili pecus, & nō erit
armentū in psepibus. Ego aūt in Dño gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Deus Dñs forti-
tudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum. Et super excelsa mea deducet me victor, in
Psalmis canentem. ¶Habacuc Finis.

Prologus

PROLOGVS IN SOPHONIAM PROPHETAM.

Amos. 7. a TRadunt Hebræi, cuiuſcũq; prophetę pater aut auus ponat in titulo, ipſos quoq; pro
phetas fuiſſe. Vnde & Amos nec filius prophetæ, vnũ de duodecim ꝓphetis q dixit:
Non ſum ꝓpheta, ſed paſtor capraꝝ, vellicãs ſycomoros patris, nomẽ in titulo nõ
habere. Hoc ſi veꝝ eſt, Sophonias ꝓpheta q noĩe (vt ita dicã) ꝓphetico & glorioſa
maioꝝ ſuoꝝ ſtirpe generatus eſt. Habuit enĩ patrẽ Chuſi, auũ Godoliã, proauũ Amariã, atta-
uum Ezechiã, & talẽ quadrigã, ipſe velut extremus auriga cõpleuit. Nomẽ Sophoniæ, alij ſpe
Ezech. 3. d. culã, alij arcanũ Dñi trãſtulerũt. Siue igit̃ ſpecula, ſiue abſconditũ Dñi interp̃tet̃, vtrũq; ꝓphe-
tæ cõuenit. Dicit̃ enĩ ad Ezechielẽ: Fili hoĩs ſpeculatorẽ te poſui domui Iſrahel. Iſte ergo ꝓphe
ta, q erat in ſpecula, & in ſublimibus cõſtitutus, & nouerat myſteria Dñi: filius erat Chuſi, q in-
terpretat̃ humilitas. Habebat quoq; auũ Godoliã, q dicit̃ magnitudo Dñi, & proauũ Amariã,
q & ipſe vertit̃ in ſermonẽ dñi, & attauũ Ezechiã qui ſonat fortitudo dñi. De fortitudine itaq;
dñi natus eſt ſermo dño, & de ſermone dñi nata eſt magnitudo dñi, & de magnitudine dñi na-
1. Cor. 15. b ta eſt humilitas, vt cũ venerit aliqs ad perſectũ, dicat. Quia nõ ſum dignus vocari Apl's. Et illud
Psal. 130. a. in Pſalmo Dñe nõ eſt exaltatũ cor meũ, neq; elati ſunt oculi mei. Ioſiã regẽ Iudæ, cuius tp̃ibus
Sophonias ꝓphetaſſe inuenit̃, deo præ oĩbus regibus Iudę placuiſſe, hiſtoria quarti libri Regũ
4. Reg. 23. f & ſecũdi Paralipomenon demõſtrat. Ioſias ſimulachra q̃ pr̃ ſuus Ammon, vel auus Manaſſes
in tẽplo dei collocauerat deiecta cõminuiſſe mõſtrat̃. In qbus etiã ſerpentẽ æneũ à Moyſe fa
ctũ, cui errori inductus populus ſupſtitiõe idoloꝝ detentus admiſerat. Idẽ cuſtodiſſe Paſcha,
& itermiſſis tp̃ibus multis ſolus celebraſſe monſtrat̃. Ideo deus p ꝓphetã tp̃ibus memorati re
gis, q̃ prouẽtura erãt, oſtẽdens gẽtibus qdẽ lectõe cõprehenſis affuturꝝ iudiciũ, ꝑplo vero Iſra
hel ſalutẽ, & ciuitati Hieruſalẽ reſtaurationẽ, tũc tp̃is tribuendã textu lectionis denuntiauit.

¶Argumentum in Sophoniam prophetam.

SOphonias ſpeculator & arcanoꝝ dei cognitor, audit clamorem à porta piſciũ, & eiulatũ à ſecunda, & contritionẽ à collibus: Indicit quoq; vlulatũ habitatoribus Pilæ, quia cõticuit oĩs populus Chanaan, diſperſerũt vniuerſi qui inuoluti erant argento.

SOPHONIAS PROPHETA

¶De Hieruſalem euertenda. De die Domini eiuſq; iudicio.
Caput Primum.

He. deficiẽ do deficere faciã oĩa &c. & ſic etiã al' a duo congregãs exponit VErbum Dñi qđ factum eſt ad Sophoniã, filiũ Chuſi, filij Godoliæ, filij A
Amariæ, filij Hezechiæ, in diebus Ioſiæ filij Ammon regis Iuda. * Cõ
gregans congregabo oĩa à facie terræ, dicit Dñs: congregãs hoĩem
& pecus, congregãs volatilia cœli, & piſces maris. Et ruinæ impioꝝ
erũt, & diſperdã hoĩes à facie terræ, dicit Dñs. Et extendã manũ meã
ſup Iudã: & ſup oẽs habitãtes Hieruſalẽ, & diſperdã de loco hoc, re- B
liquias Baal, & noĩa ædituoꝝ, cũ ſacerdotibus, & eos q adorãt ſup te-
cta militiã cœli, & adorãt, & iurant in Dño, & iurant in Melchon, &
qui auertunt̃ de poſt tergũ Dñi, & q non quæſierũt Dñm, nec inueſti
H. parauit. gauerũt eũ. Silete à facie dñi dei, quia iuxta eſt dies dñi. Quia præparauit dñs hoſtiã, * ſanctifi C
cauit vocatos ſuos. Et erit in die hoſtiæ dñi, viſitabo ſup principes, & ſup filios regis, & ſup oẽs
He. trãſilit te limẽ &c. q iduti ſunt veſte peregrina & viſitabo ſup oẽm * qui arrogãter ingredit̃ ſuper limẽ in die illa, q
Amos. 5. d cõplent domũ dñi dei ſui iniqtate & dolo. Et erit in die illa, dicit dñs, vox clamoris à porta pi
He. Machtes. Tyberiadis, excisus eſt oĩs &c. ſciũ, & vlulatus à ſecũda, & cõtritio magna à collibus. Vlulate habitatores * Pilæ. Cõticuit oĩs He. ſerbes
populus Chanaan, diſperierũt oẽs * inuoluti argento. Et erit in tp̃e illo, ſcrutabor Hieruſalem
in lucernis, & viſitabo ſup viros defixos in fæcibus ſuis, q dicũt in cordibus ſuis. Non faciet be- He. diuitię
ne dñs, & non faciet male. Et erit * fortitudo eoꝝ in direptionẽ, & domus eoꝝ in deſertũ. Et
He. clamabit ædificabũt domos, & non habitabũt, & plantabũt vineas, & non bibẽt vinũ eoꝝ. Iuxta eſt dies D
domini magnus, iuxta eſt, & velox nimis. Vox diei domini amara, * tribulabit̃ ibi fortis. Dies
iræ dies illa, dies tribulatõis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebraꝝ & caliginis,
He. turres. dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris ſup ciuitates munitas, & ſup * angulos excelſos.
Ezech. 7. c Et tribulabo hoĩes, & ambulabunt vt cæci, quia dño peccauerunt. Et effundet̃ ſanguis eoꝝ ſi-
Infra. 13. b cut humus, & * corpora eoꝝ ſicut ſtercora. Sed & argentũ eoꝝ non poterit liberare eos, in die He. carnes
iræ domini. In igne zeli eius deuorabit̃ omnis terra, quia conſummationem cum feſtinatione
faciet, cunctis habitantibus terram.

¶Hortatur ad reſipiſcentiam, prædicit vaſtitatem vrbibus Palæſtinæ, liberationem Iſraheli, interitum Moab, Amalech, Aethiopibus, Aſſyrijs, & Niniue. Ca. II.

Conuent

A CONuenite,congregamini gens non amabilis, priusq̃ pariat iussio, quasi puluerem
transeuntem diem,anteq̃ veniet super vos ira furoris domini , anteq̃ veniat super
vos ira indignationis domini Quærite dominum homines, mansueti terræ , quia
iudicium eius estis operati.Quærite iustum,quærite mansuetum, si quomodo abs-
condamini in die furoris domini,quia Gaza destructa erit,& Ascalon in desertum, Azotum
B in meridie eijcient,& Accaron eradicabitur. Væ qui habitatis funiculum maris , gens per-
ditorum.Verbum domini super vos Chanaan,terra Philistinorum,& disperdam te,ita vt nõ
sit inhabitator.Et erit funiculus maris,* requies pastorum,& caulæ pecorum.Et erit funicu- He. habitacu
lus eius,qui remanserit de domo Iuda.Ibi pascentur in domibus Ascalonis, ad vesperam re- lum caulę pa
quiescent,quia visitabit eos dominus deus eorum,& auertet captiuitatem eorum.Audiui op storum,&c.
probrium Moab,& blasphemias filiorum Ammon , quæ exprobrauerunt populo meo , &
C magnificati sunt super terminos eorum.Propterea,viuo ego,dicit dominus exercituum,de-
us Israel,quia Moab vt Sodoma erit,& filij Ammon quasi Gomorrha,* siccitas spinarum ,& Heb. exitus
acerui salis,& desertum vsq; in æternum.Reliquiæ populi mei diripient eos , residui gentis spinaru,& fo
meæ possidebunt illos.Hoc eis eueniet pro superbia sua , qua blasphemarunt,& magnificati dina salis &c
sunt super populum domini exercituum. Horribilis dominus super eos, & tenuabit omnes
D deos terræ. Et adorabunt eum viri de loco suo,omnes insulæ gentium.Sed & vos Aethio
pes,interfecti gladio meo eritis.Et extendet manum suam super aquilonem,& perdet Assur.
Et ponet speciosam in solitudinem,& in inuium,& quasi desertum.Et accubabunt in medio
eius greges,omnes bestiæ gentium,& onocrotalus,& hericius in liminibus eius morabũtur. He.cedrũ eius
Vox cantantis in fenestra,coruus in superliminari,quoniam * attenuabo robur eius. Hæc est nudauit.
ciuitas gloriosa,habitans in confidentia,quæ dicebat in corde suo.Ego sum,& extra me non
est alia amplius.Quomodo facta est in desertum,cubile bestiæ? Omnes qui transit per eam,
sibilabit,& mouebit manum suam.

¶Increpatur Hierusalem propter eius peccata:resurrectio Christi. Reliquiarum Israelis saluatio. Cap. III.

A VAe prouocatrix,& redempta ciuitas,columba.Non audiuit vocem,& non susce- Ezech.22.f
pit disciplinam.In domino non est confisa, ad deum suum non appropinquauit. Mich.3.a
Principes eius in medio eius,quasi leones rugientes.Iudices eius lupi vespere,non Heb. leues
relinquebant in mane.Prophetæ eius * vesani,viri infideles.Sacerdotes eius pol-
luerunt sanctum,iniuste egerunt cõtra legem.Dominus iustus in medio eius,non faciet ini-
quitatem.Mane,mane iudicium suum dabit in luce,& non abscondetur. Nesciuit autem ini
quus confusionem.Disperdidi gentes,& dissipati sunt anguli eorum.Desertas feci vias eorũ,
B dum non est qui transeat.Desolatæ sunt ciuitates eorum,non remanente viro, neq; vllo ha-
bitatore. Dixi:Attamen timebis me,suscipies disciplinam.Et non peribit habitaculũ eius,
propter omnia in quibus visitaui eam:veruntamen diluculo surgẽtes,corruerunt omnes co Supr.1.b
gitationes suas. Quapropter expecta me,dicit dominus,in die resurrectionis meæ in futu
rum,quia iudicium meum,vt congregem gentes,& colligam regna.Et effundam super eos
indignationem meam,omnem iram furoris mei. In igne enim zeli mei deuorabitur om-
nis terra.Quia tunc reddam populis labium electum,vt inuocẽt nomen domini , & seruiant
ei humero vno,vltra flumina Aethiopiæ,inde supplices mei,filij dispersorum meorum defe-
C rent munus mihi. In die illa nõ cõfunderis super cunctis adinuentionibus tuis,quibus præ-
uaricata es in me.Quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ, & non adij-
cies ex alteri amplius in monte sancto meo.Et derelinquam in medio tui populum paupe-
rem,& egenum,& sperabunt in nomine domini.Reliquiæ Israel non facient iniquitatem,nec
loquentur mendacium,& non inuenietur in ore eorum lingua dolosa.Quoniam ipsi pascen
tur,& accubabunt,& non erit qui exerceat.Lauda filia Sion,& iubila Israel.Lætare, & exul-
ta in omni corde filia Hierusalem.Abstulit dominus iudicium tuum,auertit inimicos.Rex Is-
D rael dominus in medio tui,non timebis malum vltra. In die illa dicetur Hierusalem : Noli
timere Sion,non dissoluantur manus tuæ,Dominus deus tuus in medio tui,fortis,ipse salua- He.dolore af
bit.Gaudebit super te in lætitia,silebit in dilectione tua,& exultabit super te in laude.* Nu- fectos a tẽpo
gas quæ à lege recesserant,congregabo,quia ex te erant, * vt non vltra habeas super eis op- congre.&c.
probrium.Et ecce ego interficiam omnes qui afflixerunt te,in tempore illo,& saluabo clau- He.onus fuit
dicantem,& eam quæ electa fuerat,congregabo.Et ponam eos in laudem,& in nomen, & super eã op-
in omni terra confusionis eorum,in tempore illo quo adducam vos,& in tempore quo con- probrii.
gregabo vos.Dabo enim vos in nomen,& in laudem,omnibus populis terræ:cum conuer- Mich.4.b
tero captiuitatem vestram coram oculis vestris,dicit dominus.

FINIS SOPHONIAE.

PROLOGVS IN HAGGEVM PROPHETAM.

2.Para.36.c Hieremias propheta, ob causam periurij Sedechiæ regis (vt historia libri secūdi Paralipomenon indicat) q fidē promissam Nabuchodonosor regi Chaldæorum nō seruauerat: populū Israel refert cōmemorato rege Hierusalē, expugnata Hierusalē, captiuū in Babyloniē fuisse perductū. Sed cū memoratus populus multis tēporibus idolis seruiēdo, etiā effusione sanguinis innocentē se grauiter impiasset, volens deus generationem vniuersam eiusdē populi, ob causas memoratas penitus deperire: septuaginta annorum captiuitatē eundē populū in regno Chaldæorum statuit sustinere: hac ratione, vt cōpleto nūero annorū, nouus populus à memoratis peccatis immunis ad renouationē Hierusalē perueniret. Sexagesimo itaq; secūdo anno, regno Chaldæorum subuerso, cui adhuc octo anni restabant ad regnandū: quod etiā sexta visio Danielis ostēdit, cū propter causam sacrilegij, q in eadē visione cōtinet, fuisse extinctū. Darius, q Medis imperabat, vt septima visio Danielis ostendit, memoratus in regno successit. Cuius primo anno regni, vt decima visio Danielis manifestat, Daniel supputatis annis, vidēs appropinquare tēpus reuersiōis, q per Hieremiā fuerat promissa, orās tā pro se, q pro populo, eandē promissionē à deo postulabat impleri. Cui p Gabrielē archangelū, in eadē visione iuxta preces eiusdē vniuersa cōpleta esse, deus dixit. Nā moriēte supradicto Dario rege Medorum, & succedēte in regno Cyro rege Persarum, promissione dei cōpleta p eundē regē, populūq; Israel in Hierusalē reductū, historia secūdi libri Paralipomenō, & initiū Esdræ prophetæ cōfirmāt. Cūq; a populo Israel, & a senioribus tēplū dei ædificari cœpisset, mortuo Cyro rege, ac regnāte Dario rege Persarum, q memorato Cyro successerat, vicinæ gētes ciuitatis Hierusalē (vt idē Esdras refert) restaurationē tēpli, & ciuitatis, resistendo impedire cœperūt. Qua ratiōe deterritus populus Israel, reparationē supradicti tēpli dñi, necdū iuxta promissionē cōcessam esse credebat. Propter qd in secūdo anno regni memorati Darij regis Persarum, Haggeus propheta a deo missus ad Zorubabel, qui de tribu Iuda erat, qui potestatē regni suscepturus erat, & Iesum filiū Iosedec summū sacerdotē admonet, vt credāt completo numero annorum, tempus restaurationis Hierusalem aduenisse. Hoc etiam addito, ne incredulitatem populi vellent imitari, de quo deus per eum dixit: Populus hic dicit, Nōdū venit tempus vt ædificetur domus dei. Omnia autē quæ in textu huius prophetiæ cōtinentur, reuersionem populi, ædificationem templi, renouationem ciuitatis, obseruationē sacerdotalem, & interitum regnorum gentium exterarum significant.

HAGGEVS PROPHETA

¶Haggeus, post reditum a captiuitate, hortatur principes ad extructionē templi, Zorubabel & Iesus filius Iosedec, accingunt se operi. Cap. I.

Deut.28.d Mich.6.d IN anno secundo Darij regis, in mēse sexto, in die vna mensis, factū est verbū dñi in manu Haggei prophetæ, ad Zorubabel filiū Salthiel, ducē Iuda, & ad Iesum filiū Iosedec, sacerdotē magnū, dicēs: Hæc ait dñs exercituū, dicēs: Populus iste dicit, Nondū venit tēpus domus dñi ædificādæ. Et factū est verbum dñi in manu Haggei prophetæ, dicēs: Nunqd tempus vobis est, vt habitetis in domibus laqueatis, & domus ista deserta? Et nūc hæc dicit dñs exercituū: Ponite corda vestra sup vias vestras. Seminastis multū, & intulistis parū. Comedistis, & nō estis satiati. Bibistis, & nō estis inebriati. Operuistis vos, & nō estis calefacti. Et q merces cōgregauit, misit eas in sacculū pertusum. Hæc dicit dñs exercituū: Ponite corda vestra sup vias vestras. Ascēdite in montē, portate ligna, & ædificate domū, & acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit dñs. Respexistis ad amplius, & ecce factū est minus. Et intulistis in domū, & exsufflaui illud. Quā ob causam dicit dñs exercituū, Quia domus mea deserta ē, & vos festinastis, vnusq;sq; in domū suā. Propter hoc sup vos prohibiti sunt cœli, ne darent rorē, & terra prohibita est ne daret germē suū, & vocauit siccitatē sup terrā, & sup montes, & sup triticum, & sup vinum, & sup oleum, & qcunq; profert humus, & sup homines, & sup iumēta, & sup omnē laborē manuum. Et audiuit Zorubabel filius Salthiel, & Iesus filius Iosedec, sacerdos magnus, & oēs reliqui populi vocē dei sui, & verba Haggei prophetæ, sicut misit eum dñs deus eorum ad eos, & timuit omnis populus a facie dñi. Et dixit Haggeus nuntius dñi, * de nuntijs dñi, populo, dicens: Ego vobiscum sum, dicit dominus. Et suscitauit deus spiritum Zorubabel, filij Salthiel, ducis Iuda, & spiritum Iesu, filij Iosedec, sacerdotis magni, & spiritum reliquorum de omni populo, & ingressi sunt, & faciebant opus in domo domini exercituum dei sui.

A B C D

*Heb. in legatione dñi, &c.

¶Rursum hortatur principes ad templi instaurationem, Promittitur Christus, Præfertur ecclesia synagogæ. Cap. II.

In die

A IN die viceſima & quarta mẽſis, in ſexto mẽſe, in anno ſecũdo Darij regis, in ſeptimo mẽ
ſe, viceſima & prima mẽſis, factũ eſt verbũ dñi in manu Haggei prophetæ, dicens. Lo-
quere ad Zorubabel, filiũ Salthiel, ducẽ Iuda: & ad Ieſum, filiũ Ioſedec, ſacerdotem ma
gnũ, & ad reliquos populi, dicẽs: Quis in vobis eſt derelictus, qui vidit domũ iſtã in glo-
ria ſua prima. Et quid vos videtis hãc nunc? Nunquid nõ ita eſt, quaſi nõ ſit in oculis veſtris?
Et nunc cõfortare Zorubabel, dicit dñs, & cõfortare Ieſu, fili Ioſedec, ſacerdos magne: & cõ-
fortare oĩs populus terræ, dicit dñs exercituũ, & facite, q̃m ego vobiſcũ ſum, dicit dñs exerci-
tuũ. Verbũ q̃d pepigi vobiſcũ cũ egrederemini de terra Aegypti, & ſpũs meus erit in medio
B veſtrũ. Nolite timere, q̃a hæc dicit dñs exercituũ. Adhuc vnũ modicũ eſt, & ego cõmouebo Heb.12.g
cœlũ, & terrã, & mare, & aridã, & mouebo oẽs gentes. Et veniet deſideratus cũctis gẽtibus,
& implebo domũ iſtã gloria, dicit dñs exercituũ. Meũ eſt argentũ, & meũ eſt aurũ, dicit dñs
exercituũ. Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ, plusq̃ primæ, dicit dñs exercituũ. Et in
loco iſto dabo pacẽ, dicit dñs exercituũ. In viceſima & quarta noni mẽſis, in anno ſecũdo Da
rij regis, factũ eſt verbũ dñi ad Haggeũ prophetã, dicẽs: Hæc dicit dñs deus exercituũ. Inter-
roga ſacerdotes legẽ, dicẽs: Si tulerit homo carnẽ ſanctificatã in ora veſtimẽti ſui, & tetigerit
de ſummitate eius panẽ, aut pulmentũ, aut vinũ, aut oleũ, aut oẽm cibũ, nunq̃d ſanctificabit?
C Rñdentes aũt ſacerdotes, dixerũt: Nõ. Et dixit Haggeus: Si tetigerit pollutus in aĩa ex omni-
bus his, nunq̃d cõtaminabit? Et rñderunt ſacerdotes, & dixerũt: Cõtaminabit. Et rñdit Hag
geus, & dixit: Sic populus iſte, & ſic gẽs iſta ante faciẽ meã, dicit dñs, & ſic omne opus manuũ
eorũ, & oĩa quæ obtulerũt, ibi, cõtaminata erũt. Et nũc ponite corda veſtra à die hac, & ſupra
anteq̃ poneret lapis ſup lapidẽ in tẽplo dñi, cũ accederitis ad aceruũ viginti modiorũ, & fie-
rent decẽ, & intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant viginti.
Percuſſi vos vẽto vrẽte, & aurigine, & grandine oĩa opera manuũ veſtrarũ, & nõ fuit in vo
D bis q̃ reuerteret ad me, dicit dñs. Ponite corda veſtra ex die iſta, & in futurũ, à die viceſima,
& quarta noni mẽſis, à die quã fundamẽta iactata ſunt tẽpli dñi, ponite ſup cor veſtrũ. Nun Heb. horreo
quid iã ſemen in * germine eſt? Et adhuc vinea, & ficus, & malogranatũ, & lignũ oliuæ non
floruit. Ex die iſta benedicã. Et factũ eſt verbũ dñi ſecundo ad Haggeũ, in viceſima & quarta
mẽſis, dicẽs. Loquere ad Zorubabel, ducẽ Iuda, dicẽs: Ego mouebo cœlũ, pariter & terrã, &
ſubuertã ſoliũ regnorũ, & cõterã fortitudinẽ regni gentiũ. Et ſubuertã quadrigã, & aſcẽſorẽ
eius, & deſcẽdẽt equi, & aſcẽſores eorũ, vir in gladio fratris ſui. In die illa (dicit dñs exercituũ)
aſſumã te Zorubabel, fili Salthiel ſerue meus, dicit dñs, & ponã te quaſi ſignaculũ, q̃a te elegi,
dicit dñs exercituum.

FINIS HAGGEI.

PROLOGVS IN ZACHARIAM PROPHETAM.

SEcundo anno Darij regis Mœdorũ, Haggeũ, & Zachariã prophetaſſe, lectiões eorum
dẽ declarãt. Sed hac de cauſa Haggeus Zachariæ in ordine prophetarũ p̃latus eſſe vi-
det, q̃ eũ duobus mẽſib⁹ (vt p̃dictorũ lectões oſtẽdũt) in prophetia p̃ceſſiſſe inuenit, & Esdr.5.a
ad reparationẽ tẽpli præcepto dei populũ animaſſe, vt Eſdras refert, dicens. In ſecun-
do anno Darij regis Perſarũ, prophetauerunt Haggeus & Zacharius, filius Addo prophetæ,
ſuper Iudæos qui erant in Iudæa & Hieruſalem, ſuper Iſrael in nomine dei ſuper eos. Tunc
ſurrexerũt Zorubabel filius Salthiel, & Ieſus filius Ioſedec, & principes eius, inchoauerũtq̃ ædi
ficare domũ dei, quæ eſt in Hieruſalẽ. Quibus cũ adeſſent prophetæ, exhortatione ſua adiuue
runt eos. Nã & populũ Iſrael ab imitatione paternorũ delictorũ, per ſuam admonitionẽ idẽ
propheta cupiens reuocare, verbis lectione comprehenſus vſus eſt. Vidi nocte, & ecce vir aſ-
cenderat ſuper equum rubeũ &c. Vidit propheta virũ equo rubeo ſedentẽ, & ſtantem in me-
dio myrteti vmbroſi, cuius viſionis hæc ſolutio eſt ſecundum Hebræorũ traditionẽ. Vir aſcẽ
dens ſuper equum rubeũ, licet angelus intelligatur, tamen quia prædicti coloris equũ conſcẽ Zach.1.b
dere viſus eſt, vindictã ſanguinis in eam gentẽ ſignificat afferendã, quæ populũ Iſrael in ca-
ptiuitatem redegerat. Nam & Eſaias propheta per ruborem veſtimentorũ inter gentes vin-
dictam cum ſanguine à deo proferendam demonſtrans, his verbis vſus eſt, dicens: Quis eſt Esa.63.b
iſte qui venit de Edom, tinctus veſtibus de Boſra &c. Stantem vero in medio myrteti vm-
brantis, quod dixit lætitiam populo futuram, per myrteti ſignificationem voluit deſignari.
Eius ligni Moyſes in Leuitico cum faceret mentionem, ait: Accipietis die prima fructus li- Leuit.23.a
gni ſpecioſi, vt lætitiam populi, per bene olentis ligni & ſpecioſi vmbraculum demõſtraret.
Sed hanc viſionem, quæ liberationem populi & vindictam de aduerſarijs affuturam demon
ſtrat ob hoc noctu propheta ſe vidiſſe memorauit, quia populum Iſrael in prima liberatione
de terra Aegypti, noctu diſceſſiſſe conſtabat. Cuius exempli, quia præſens populus aliquam
partem in ſe retinere videbatur, liberatio eiuſdem, ac reditus captiuitatis de terra Chaldæo-
rum per noctem prophetæ eſt reuelata.

¶Monet populum conuerti ad dominum: Præfigurat Christum, eiusq; aposto
los, promittit liberationem Israelis. Cap. I.

N mense octauo, in anno secundo Darij regis, factum est verbũ do- A
mini ad Zachariam, filiũ Barachiæ, filij Addo, prophetã, dicẽs: Ira-
tus est dominus super patres vestros iracundia. Et dices ad eos, Hæc
dicit dominus exercituũ. Conuertimini ad me, ait dñs exercituũ, &
conuertar ad vos, dicit dñs exercituũ. Ne sitis sicut patres vestri, ad
quos clamabant prophetæ priores, dicentes: Hæc dicit dñs exerci-
tuũ: Conuertimini de vijs vestris malis, & de cogitationibus vestris
pessimis, & nõ audierũt, neq; attẽderũt ad me, dicit dñs: Pr̃es vr̃i vbi
sunt, & prophetæ? Nunquid in sempiternũ viuent? Veruntamẽ ver B
ba mea, & legitima mea, quæ mandaui seruis meis prophetis. nunquid non comprehenderũt
patres vestros? Et conuersi sunt, & dixerunt: Sicut cogitauit dominus exercituum facere no
bis secundũ vias nostras, & secundum adinuentiones nostras, fecit nobis. In die vicesima &
He. Sebet. i. Februario quarta, vndecimi mẽsis * Sabath, in anno secundo Darij, factum est verbũ dñi ad Zachariam
filium Barachiæ, filij Addo, prophetam, dicens: Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super
equum rufum, & ipse stabat inter myrteta, quæ erant in profundo, & post eum equi rufi va-
rij, & albi, Et dixi: Qui sunt isti dñe mi? Et dixit ad me angelus dñi, qui loquebat in me. Ego
ostendam tibi quid sint hæc. Et respondit vir qui stabat inter myrteta, & dixit. Isti sunt quos C
misit dñs, vt perambulent terram. Et responderunt angelo dñi, qui stabat inter myrteta, &
dixerunt. Perambulauimus terram, & ecce omnis terra habitatur, & quiescit. Et respondit
angelus dñi, & dixit: Dñe exercituum, vsquequo tu non misereberis Hierusalem, & vrbiũ Iu-
da, quibus iratus es? Iste iam septuagesimus annus est. Et respondit dñs angelo, qui loquebat
Infr. 8. a in me, verba bona, verba cõsolatoria. Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me. Clama,
dicens: Hæc dicit dñs exercituũ, Zelatus sum Hierusalem, & Sion zelo magno, & ira magna
ego irascor super gentes opulentas, quia ego iratus sum parum, ipsi vero adiuuerunt in malum,
propterea hæc dicit dñs. Reuertar ad Hierusalẽ in misericordijs, & domus mea ædificabitur D
in ea, ait dñs exercituũ, & perpendiculũ extendetur sup Hierusalẽ. Adhuc clama, dicens: Hæc
dicit dominus exercituum: Adhuc affluent ciuitates meæ bonis, & cõsolabitur adhuc domi-
nus Sion, & eliget adhuc Hierusalẽ. Et leuaui oculos meos & vidi, & ecce quatuor cornua. Et
Infra. 2. s. 9. a dixi ad angelũ qui loquebatur in me: Qui sunt hæc? Et dixit ad me, Hæc sunt cornua quæ vẽ
tilauerunt Iudã, & Israel, & Hierusalẽ. Et ostendit mihi dñs quatuor fabros. Et dixi: Quid isti
veniunt facere? Qui ait, dicens: Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudã, per singulos viros,
& nemo eorum leuauit caput suum. Et venerunt isti deterrere ea, vt deijciant cornua gentiũ
quæ leuauerunt cornua super terram Iuda, vt dispergerent eam.

¶Promittitur instauratio Hierusalem, reuocantur dispersi. Prænuntiatur
Christi aduentus. Cap. II.

ET leuaui oculos meos, & vidi. Et ecce vir, & in manu eius, funiculus mensorum, Et di A
xi: Quo tu vadis? Et dixit ad me, Vt metiar Hierusalem, & videam quanta sit longitu
do eius, & quanta sit latitudo eius. Et ecce angelus qui loquebatur in me, egredieba-
tur, & alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre, loquere
ad puerum istum, dicens: Absq; muro habitabitur Hierusalem, præ multitudine hominum, B
& iumentorum, in medio eius, Et ego ero ei (ait dominus) murus, ignis in circuitu, & in glo-
ria ero in medio eius. O, o, fugite de terra aquilonis, dicit dominus, quoniam in quatuor vẽ-
tos cœli dispersi vos, dicit dominus. O Sion fuge, quæ habitas apud filiam Babylonis, q a hæc
dicit dominus exercituum. Post gloriam misit me ad gentes, quæ spoliauerunt vos. Qui eñ C
Luc. 10. b tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei. Quia ecce ego leuo manum meam super vos, & erũt
prædæ his qui seruiebant sibi, & cognoscetis quia dominus exercituum misit me. Lauda, &
lætare filia Sion, quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait dominus. Et applicabun-
tur gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt mihi in populum. Et habitabo in medio D
tui, & scies quia dominus exercituum misit me ad te. Et possidebit dominus Iudam partẽ su-
Heb. excita- am, in terra sanctificata, & eliget adhuc Hierusalem, Sileat omnis caro à facie domini, quia
tus est. * consurrexit de habitaculo sancto suo.

¶De ignominia & gloria Christi, sub typo Iesu sacerdotis, filij Iosedec. Cap. III.

ET ostendit mihi dñs Iesum sacerdorem magnum, stantem coram angelo domini, & A
Supra. d Satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. Et dixit dñs ad Satan: Increpet dñs in
te Satan, & increpet dominus in te, qui elegit Hierusalem. Nunquid nõ iste torris est
erutus de igne? Et Iesus erat indutus vestibus sordidis, & stabat ante faciẽ angeli. Qui
rñdit, & ait ad eos q stabãt corã se, dicẽs: Auferte vestimẽta sordida ab eo. Et dixit ad eũ. Ecce B

abstuli

abstuli à te iniquitatẽ tuam, & indui te mutatorijs. Et dixit. Ponite cidarim mundam super ca
C put eius. Et posuerunt cidarim super caput eius mundam. Et induerunt eum vestibus. Et ange
lus domini stabat, & contestabatur angelus domini Iesum, dicens: Hæc dicit dñs deus exercitu-
um. Si in vijs meis ambulaueris, & custodiam meã custodieris, tu quoq; iudicabis domum me-
am, & custodies atria mea, & dabo tibi ambulantes de his qui nunc hic assistunt. Audi Iesus sa-
cerdos magne, tu & amici tui, qui habitant coram te: quia viri portendentes sunt. Ecce enim
D ego adduco seruum meum orientem, quia ecce lapis quem dedi coram Iesu, super lapidem vnũ
septem oculi sunt. Et ecce ego cælabo sculpturam eius, ait dominus exercituum, & auferã ini-
quitatem terræ illius in die vna. In die illa (dicit dominus exercituum) vocabit vir amicum suũ
super vineam, & super ficum.

¶Visio candelabri aurei, eiusq́; lampadarũ. &c. cũ eorundẽ expositione. Cap. IIII.

A ET reuersus est angelus q loquebatur in me, & suscitauit me, quasi virum q suscitatur de
somno suo, & dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi. Vidi, & ecce candelabrũ aureum to- Infra.5.a
tum, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucernæ eius super illud, & septem in-
fusoria lucernis, quæ erant super caput eius, & duæ oliuæ super illud, vna à dextris lam
B padis, & vna à sinistris eius. Et respondi, & aio ad angelum, qui loquebatur in me, dicens: Quid Infra.codẽ
sunt hæc domine mi? Et respondit angelus qui loquebatur ad me, & dixit ad me: Nunquid ne-
scis quid sunt hęc? Et dixi: Non domine mi. Et respondit, & ait ad me, dicens: Hoc est verbum
domini ad Zorobabel, dicens: Non in exercitu, nec in robore, sed & in spiritu meo, dicit domi
C nus exercituum. Quis tu mons magne, coram Zorobabel in planum? Et educet lapidem pri-
marium, & exæquabit gratiam gratiæ eius. Et factum est verbum domini ad me, dicẽs. Manus
Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus eius perficient eam, & scietis quia dominus
exercituũ misit me ad vos. Quis enĩ despexit dies paruos. Et lætabuntur & videbũt lapidẽ stan
D neum in manu Zorobabel. Septem sunt isti oculi dñi, qui discurrunt in vniuersam terram. Et Supra.codẽ
respondi, & dixi ad eum. Quid sunt duæ oliuæ istæ, ad dexteram candelabri, & ad sinistrã eius?
Et rñdi secundo, & dixi ad eum: Quid sunt duæ spicæ oliuarũ quæ sunt iuxta* duo rostra aurea, He. duos ke cythes aureos, cuncuâ... à ... aure? Et dixi &c.
in quibus sunt suffossoria ex auro? Et ait ad me, dicens: Nunquid nescis quid sunt hæc? Et dixi:
Non dñe mi. Et dixit: Isti sunt duo filij olei splẽdoris, qui assistũt dñatori vniuersæ terræ.

¶Visio libri volantis, & amphoræ, cum eorũ interpretatione. Cap. V.

A ET conuersus sum, & leuaui oculos meos, & vidi, & ecce volumen volãs. Et dixit ad me Supra.4.b Infra.6.a
Quid tu vides? Et dixi: Ecce ego video volumen volãs, longitudo eius, viginti cubi-
torũ, & latitudo eius decẽ cubitorũ. Et dixit ad me: Hæc est maledictio q̃ egredit̃ super
faciẽ oĩs terræ, q̃a oĩs fur, sicut ibi scriptũ est, iudicabit̃, & oĩs iurans ex hoc similiter iu
B dicabit̃. Educã illud dicit dñs exercituũ, & veniet ad domũ furis, & ad domũ iurãtis in nomine
meo mendaciter, & commorabitur in medio domus eius, & consumet eam, & ligna eius, & la-
pides eius. Et egressus est angelus, qui loquebatur in me. Et dixit ad me: Leua oculos tuos, & vi
de. Quid est hoc quod egreditur? Et dixi: Quidnam est? Et ait: Hæc est *amphora egrediens. He. mẽsu ..
C Et dixit: Hæc est oculus eorũ in vniuersa terra. Et ecce talẽtum plumbi portabatur, & ecce mu-
lier vna, sedens in medio amphoræ, & dixit: Hæc est impietas. Et proiecit eam in medio am-
phoræ, & misit massam plumbeam in os eius. Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce duæ mulie Supra codẽ
res egrediẽtes, & spũs in alis earũ. Et habebãt alas quasi alas milui, & leuauerũt amphorã in ter-
D ram & cœlũ. Et dixi ad angelũ, qui loquebatur in me. Quo istæ deferunt amphoram? Et dixit
ad me. Vt ædificetur ei domus in terra Sennar, & stabiliatur, & ponatur ibi, super basem suam.

¶Visio quatuor quadrigarũ, montiumq́; æreorum, &c, cum eorum significa
tione. Cap. VI.

A ET conuersus sum & leuaui oculos meos, & vidi. Et ecce quatuor quadrigæ, egrediẽtes Sup.1.d.2.a
de medio duorum montium, & montes, montes ærei. In quadriga prima equi rufi, in
quadriga secunda equi nigri, in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi va
rij, & *fortes. Et respõdi, & dixi ad angelum, qui loquebatur in me. Qui sunt hęc domi He. cineritij
B ne mi? Et respondit angelus, & ait ad me. Isti sunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur, vt stent
coram dominatore omnis terræ in qua erant equi nigri egrediebantur in terram aquilonis, &
albi egressi sunt post eos, & varij egressi sunt ad terrã austri. Qui aũt erant robustissimi, exierũt
& quærebant ire, & discurrere per omnem terram. Et dixit. Ite, & perambulate terram. Et
C perambulauerunt terram. Et vocauit me, & loquutus est ad me, dicens: Ecce qui egrediuntur
in terram aquilonis, requiescere fecerunt spiritum meum in terra aquilonis. Et factum est ver-
bum domini ad me, dicens: Sume à transmigratione Abholdai, & à Tobia, & ab Iudaia, & ve-
nies tu in die illa, & intrabis domum Iosiæ, filij Sophoniæ, qui venerunt de Babylone. & sumet
aurum & argentum, & facies coronas, & pones in capite Iesu, filij Iosedec, sacerdotis magni, &
D loqueris ad eum dicens: Hæc ait dominus exercituum, dicens: Ecce vir oriens nomen eius. Et
subter eum orietur, & ædificabit templum domino, & ipse extruet templum domino. Et ipse

portabit gloriam,& sedebit,& dominabitur super solio suo. Et erit sacerdos super solio suo, &
consilium pacis erit inter illos duos. Et coronæ erunt Helem, & Tobiæ, & Idaiæ,& Hen filio
Sophoniæ, memoriale in templo domini. Et qui procul sunt venient,& ædificabūt in templo
domini. Et scietis quia dominus exercituum misit me ad vos. Erit autem hoc, si auditu audieri
tis vocem domini dei vestri.

¶ Ieiunia absq; operibus misericordiæ nihil esse. Cap. VII.

ET factum est in anno quarto Darij regis, factum est verbum domini ad Zachariam, in A
quarta mensis noni, qui est Casleu. Et miserunt ad domum dei, Sarasar,& Rogomme-
lech,& viri qui erant cum eis, ad precandum faciem domini, vt dicerent sacerdotibus
domus domini exercituū,& prophetis, loquentes. Nunquid flendum est mihi, in quin
ne.tor. to mense, vel sanctificare me debeo, sicut feci iam* multis annis? Et factum est verbum domini
exercituum, ad me, dicens: Loquere ad omnem populum terræ,& ad sacerdotes, dicens. Cum B
ieiunaretis,& plangeretis in quinto,& septimo, per hos septuaginta annos, nunquid ieiuniū ie
iunastis mihi? Et cum comedistis,& bibistis, nunquid non vobis comedistis, & vobismetipsis
bibistis? Nunquid non hæc sunt verba quæ locutus est dominus in manu prophetarum prio-
rum, cum adhuc Hierusalem habitaretur,& esset opulenta, & ipsa,& vrbes in circuitu eius, &
Exod.22.c ad austrum,& in campestribus habitaretur? Et factum est verbum domini ad Zachariam, di- C
cens: Hæc ait dominus exercituum, dicens: Iudicium verum iudicate,& misericordiam,& mi-
serationes facite, vnusquisq; cum fratre suo. Et viduam,& pupillum,& adnenam,& pauperem
nolite calumniari,& malum vir fratri suo non cogitet in corde suo. Et noluerunt attendere, &
auerterunt scapulam recedentes,& aures suas aggrauauerunt, ne audirent, & cor suum posue-
runt vt adamantem, ne audirent legem,& verba, quæ misit dominus exercituum in spiritu suo D
sancto, per manum prophetarum priorum, Et facta est indignatio magna à domino exercitu-
um. Et factum est sicut locutus sum,& sicut non audierunt, sic clamabunt,& non exaudiam, di
cit dñs exercituū. Et dispersi eos per oĩa regna, quæ nesciunt,& terra desolata est ab eis, eo ꝙ
non esset transiens,& reuertens,& posuerunt terrā desiderabilē in desertum.

¶ Promissione beneficiorum populum ad templi extructioē hortatur. Gentes
Christū quæsituras prædicit. Cap. VIII.

ET factum est verbum domini exercituum, dicens: Hæc dicit dominus exercituum. Ze A
Supra.1.a latus sum Sion zelo magno,& indignatione magna zelatus sum eam. Hæc dicit domi-
nus exercituum, Reuersus sum ad Sion,& habitabo in medio Hierusalem. Et vocabi-
tur Hierusalem ciuitas veritatis,& mons domini exercituum, mons sanctificatus. Hæc
dicit dominus exercituum. Adhuc habitabunt senes,& anus in plateis Hierusalem, & viri bacu
lus in manu eius, præ multitudine dierum. Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus, & pu-
ellis, ludentibus in plateis eius. Hæc dicit dominus exercituum: Si videbitur difficile in oculis
reliquiarū populi huius, in diebus illis, nunquid in oculis meis difficile erit, dicit dominus exerci
tuum? Hæc dicit dominus exercituum: Ecce ego saluabo populum meum de terra orientis, &
de terra occasus solis,& adducam eos,& habitabunt in medio Hierusalem,& erunt mihi in po- B
pulum,& ego ero eis in deum, in veritate,& in iustitia. Hæc dicit dominus exercituum: Con-
fortentur manus vestræ, quia auditis in his diebus sermones istos, per os prophetarū, in die qua
fundata est domus domini exercituum, vt templum ędificaretur. Siquidem ante dies illos mer
ces hominum non erat, nec merces iumentorum erat, neq; introeunti, neq; exeunti erat pax,
præ tribulatione,& misi omnes homines, vnumquēq; contra proximum suum. Nunc autem
non iuxta dies priores ego faciam reliquijs populi huius, dicit dominus exercituum, sed semen
pacis erit. Vinea dabit fructum suum,& terra dabit germen suum. Et cœli dabunt rorē suum,
Ephe.4.b & possidere faciam reliquias populi huius vniuersa hæc. Et erit, Sicut eratis maledictio in gen C
tibus domus Iuda,& domus Israel, sic saluabo vos, & eritis benedictio. Nolite timere. Confor-
tentur manus vestræ, quia hæc dicit dominus exercituum. Sicut cogitaui vt affligerem vos,
cum ad iracundiam prouocassent patres vestri me, dicit dominus,& non sum misertus, sic con-
uersus cogitaui in diebus istis, vt benefaciam domui Iuda,& Hierusalem. Nolite timere: Hæc
sunt ergo verba quæ facietis. Loquimini veritatem, vnusquisq; cum proximo suo. Veritatem
& iudicium pacis iudicate, in portis vestris,& vnusquisq; malum contra amicum suum ne co-
gitetis in cordibus vestris,& iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc sunt quæ o-
di dicit dominus. Et factum est verbum domini exercituum ad me, dicens: Hæc dicit domi-
nus exercituum: Ieiunium quarti,& ieiunium quinti,& ieiunium septimi, & ieiunium decimi, D
erit domui Iudæ in gaudium & in lætitiam,& in solennitates præclaras. Veritatem tantum &
pacem diligite. Hæc dicit dominus exercituum. Vsquequo veniāt populi,& habitent in ciuita
tibus multis,& vadant habitatores vnus ad alterum, dicentes: Eamus & dep̄cemur faciem dñi,
& quæramus dominum exercituum. Vadam etiam ego,& venient populi multi,& gentes ro-
bustæ, ad quærendum dominum exercituum in Hierusalem,& deprecandam faciem domini.

Hæc dicit

Hæc dicit dominus exercituum. In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex om
nibus linguis gentium, & apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicentes. Ibimus vobiscum. Au
diuimus enim quoniam deus vobiscum est.

¶De gentium vocatione, De Christo ascensuro asinam & pullum eius, De eius pas
sione, descensuq; ad inferos. Cap. IX.

A ONus verbi domini in terra Adrach, & Damasci requiei eius, quia dominus est oculus
hominis, & omnium tribuum Israel. Emath quoq; in terminis eius, & Tyrus, & Si-
don. Assumpserunt quippe sibi sapientiā valde. Et ædificauit Tyrus munitionē suā,
& coaceruauit argentū, quasi humum, & aurum, vt lutum platearū. Ecce dn̄s posside
bit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius, & hæc igni deuorabitur. Videbit Ascalon, & ti
mebit, & Gaza, & dolebit nimis, & Accaron qm̄ confusa est spes eius. Et peribit rex de Gaza,
B & Ascalon non habitabitur, & sedebit*separator in Azoto. Et disperdā superbiam Philistino
rum, & auferam sanguinem eius de ore eius, & abominationes eius de medio dentium eius. Et Heb. spurius in Asdod. Et disp. &c
relinquetur etiam ipse deo nostro. Et erit quasi dux in Iuda, & Accaron quasi Hiebusæus, & cir
cundabo domum meam ex his, qui militant mihi, euntes & reuertentes, & non transibit super
eos vltra exactor, quia nunc vidi in oculis meis. Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem, Esa. 62. b
C ecce rex tuus veniet tibi iustus, & saluator, ipse paup, & ascendens super asinam, & super pullum Mat. 21. a
filium asinæ. Et disperdam quadrigam ex Ephraim & equum de Hierusalem, Et dissipabit ar-
cus belli, & loquet pacem gentibus, & potestas eius à mari vsq; ad mare, & à fluminibus vsq; ad
fines terræ. Tu quoq; in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos, de lacu in quo non est a-
qua. Conuertimini ad munitionē vincti spei. Hodie quoq; annuntians duplicia reddam tibi,
quoniam extendi mihi Iudam, quasi arcum impleui Ephraim, & suscitabo filios tuos Sion, sup
D filios tuos Græcia, & ponam te quasi gladium fortium, & dn̄s deus sup eos videbitur, & exibit
vt fulgur iaculum eius. Et dominus deus in tuba canet, & cadet in turbine austri, Dn̄s exercituū
proteget eos, & deuorabuntur, & subijcient lapidibus fundæ. Et bibentes inebriabuntur qoasi
à vino, & replebuntur vt phialæ, & quasi cornua altaris. Et saluabit eos dn̄s deus eorū in die illa,
vt gregem populi sui, q lapides sancti eleuabūtur sup terrā eius. Quid enī bonū eius est, & quid
pulchrū eius, nisi frumentū electorū, & vinum germinans virgines?

¶Hortatio ad veritatis doctrinā petendā, Promissio misericordiæ, & liberatōis. Cap. X.

A PEtite à domino pluuiam in tpe serotino, & dominus faciet*niues, & pluuiam imbris, Heb. nubem
& dabit eis singulis herbam in agro. Quia simulachra loquuta sunt inutile, & diuini vi
derunt mendacium, & somniatores loquuti sunt frustra & vane consolabantur. Idcir
co abducti sunt quasi grex, affligētur, quia non est eis pastor. Super pastores iratus est
furor meus, & super hircos visitabo. Quia visitauit dominus exercituum gregem suum, domū
B Iuda, & posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello. Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso ar
cus prælij, & ex ipso egredietur omnis exactor simul. Et erunt quasi fortes, cōculcantes lutum
viarum in prælio. Et bellabunt, quia dominus cum eis, & confundentur ascensores equorum.
Et confortabo domum Iuda, & domum Ioseph saluabo. Et cōuertam eos, quia miserebor eo-
rum, & erunt sicut fuerunt quando non proieceram eos. Ego enim dominus deus eorū & exau
C diam eos. Et erunt q̄si fortes Ephraim, & lætabitur cor eorum quasi à vino. Et filij eorū vide-
bunt, & lætabuntur, & exultabit cor eorum in domino. Sibilabo eis, & congregabo illos, quia
redemi eos. Et multiplicabo eos, sicut ante fuerant multiplicati & seminabo eos in populis. Et
de longe recordabuntur mei, & viuent cum filijs suis, & reuertentur. Et reducam eos de terra
Aegypti, & de Assyrijs congregabo eos. Et ad terram Galaad, & Libani, adducam eos, & nō
D inuenietur eis locus. Et transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, &*confundentur He. siccabūt.
omnia profunda fluminis. Et humiliabitur superbia Assur, & sceptrū Aegypti recedet. Cōfor
tabo eos in dn̄o, & in nomine eius ambulabunt, dicit dominus.

¶Destruendum templum per Romanos, Christum tradendum
pro triginta argenteis, De pastore Antichristo.
¶Caput. XI.

A APeri Libane portas tuas: & comedet ignis cedros tuas. Vlula abies, q̄a cecidit cedrus:
qm̄ magnifici vastati sunt. Vlulate quercus Basan: qm̄*succisus est saltus munitus. He. descēdit.
Vox vlulatus pastorū, quia vastata est magnificentia eorum. Vox rugitus leonū, qm̄
vastata est superbia Iordanis. Hæc dicit dominus deus meus. Pasce pecora occisionis,
quæ qui possederant: occidebant, & non*dolebant, & vendebant ea, dicentes. Benedictus do- He. peccabūt
minus, diuites facti sumus. Et pastores eorum non parcebant eis, & ego non parcam vltra sup
B habitantes terram, dicit dn̄s. Ecce ego tradā homines vnūquemq; in manu proximi sui, & in
manu regis sui, & cōcident terrā, & nō eruā de manu eorū, & depascā pecus occisionis, propter He. iucūditatē & alterā vocaui dissipantes.
Mat. 27. a hoc ò paupes gregis, Et assumpsi mihi duas virgas, vnā vocaui*decorē, & alterā vocaui funicu-
lū, & paui gregē, & succidi tres pastores in mēse vno, & contracta est anima mea in eis. Siquidē

Heb. nausea, uit. & anima eorum *variauit in me. Et dixi, non pascam vos. Quod moritur moriatur, & quod succi
ditur succidat, & reliqui deuorẽt vnusquisq; carnẽ proximi sui, Et tuli virgam meã, quæ voca- C
batur decus, & abscidi eã, vt irritũ facerẽ fœdus meũ, q̃d pcussi cũ omnibus populis, & in irritũ
deductũ est in die illa Et cognouerũt sic pauperes gregis, q custodiunt mihi, quia verbũ dñi est
Et dixi ad eos. Si bonũ est in oculis vestris, efferte mercedẽ meã, & si non: quiescite. Et appen-
He. figulum Mat. 27.a derunt mercedẽ meã triginta argenteos. Et dixit dñs ad me. Proijce illud ad *statuariũ. Decorum
precium: quo appreciatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & proieci illos in domo dñi, ad
statuariũ. Et præcidi virgã meã secundã, quæ appellabat funiculus: vt dissoluerẽ germanitatẽ
inter Iudã, & Israel. Et dixit dñs ad me. Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. Quia ecce ego sus- D
citabo pastorẽ in terra, q derelicta nõ visitabit, dispsum non q̃ret, & contritũ nõ sanabit: & id
quod stat nõ enutriet, & carnes pinguiũ comedet, & vngulas eorum dissoluet. O pastor, & idolũ
& derelinquens gregem. Gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius. Brachi
um eius ariditate siccabitur, & oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur.

¶De vastatione ac restitutione Hierusalem, De effusione spiritus sancti. De planctu
super morte Christi. Cap. XII. A

O Nus verbi domini super Israel. Dicit dominus extendens cœlum, & fundans terrã,
Heb. calicem mor. cũctis oĩbus &c. & fingens spiritum hominis in eo. Ecce ego ponam Hierusalem *superliminare cra-
pulæ omnibus populis in circuitu, sed & Iuda erit in obsidione contra Hierusalem.
Et erit. In die illa ponam Hierusalem lapidem oneris, cunctis populis. Omnes qui le
uabunt eum, concisione lacerabuntur, & colligentur aduersus eam omnia regna terræ. In die
illa dicit dominus, percutiam omnem equum in stuporem, & ascensorem eius in amentiam. B
Et super domum Iuda aperiam oculos meos, & omnem equum populorum percutiam cæcita
te. Et dicent duces Iuda in corde suo, confortentur mihi habitatores Hierusalem, in domino
exercituum deo eorum. In die illa ponam duces Iuda sicut caminũ ignis, in lignis, & sicut faciẽ
Heb. manipulo. ignis, in *fœno, & deuorabunt ad dexterã, & ad sinistram omnes populos, in circuitu. Et habi- C
tabitur Hierusalem rursus in loco suo in Hierusalem, & saluabit dominus tabernacula Iuda, si-
cut in principio, vt non magnifice glorietur domus Dauid, & gloria habitantium Hierusalem,
He. infirmus fuerit contra Iudam. In die illa proteget dominus habitatores Hierusalem. Et erit. Qui *offenderit
ex eis in die illa, quasi Dauid, & domus Dauid quasi dei, sicut angelus domini in conspectu eius.
Et erit in die illa, queram conterere omnes gentes, quæ veniunt contra Hierusalem, & effundã
Iohã. 19 g super domum Dauid, & super habitatores Hierusalem spiritum gratiæ, & præcum. Et aspiciẽt
ad me quem cõfixerunt, & plangent eum planctu, quasi super vnigenitum, & dolebunt sup eũ, D
vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit plãctus in Hierusalẽ, sicut planctus
Adremmon, in cãpo Mageddon, Et plangẽt terræ, familiæ, & familiæ, seorsum. Familiæ do-
mus dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum. Familiæ domus Nathan seorsum, & mulieres eo
rum seorsum. Familiæ domus Leui seorsum, & mulieres eius seorsum. Familiæ Semei seorsum
& mulieres eorum seorsum. Oẽs familiæ reliq̃, familiæ & familiæ seorsum, & mulieres eorum seorsum

¶De baptismo, De dispdẽdis idolis, & pseudo pphetis, De passiõe & plagis Christi. Cap. XIII.

IN die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutionem pec- A
catoris, & menstruatæ. Et erit in die illa, dicit dominus exercituum, disperdam nomina
idolorum de terra, & non memorabuntur vltra. Et prophetas, & spiritum immundum
auferam de terra, Et erit, Cum prophetauerit quispiam vltra, dicent ei pater eius, & ma-
ter eius, qui genuerunt eum. Non viues quia mendacium locutus es in nomine domini. Et con B
figent eum pater eius, & mater eius, genitores eius, cum prophetauerit. Et erit in die illa cõfun-
He. pilosa. dentur prophetæ, vnusquisq; ex visione sua cum prophetauerint, nec operientur pallio *sacci-
no, vt mentiantur, Sed dicet. Non sum propheta. Homo agricola ego sum, quoniam Adam
Heb. pastore cõstituit me ab. ado. &c *exemplum meum ab adolescentia mea. Et dicetur ei. Quid sunt plagæ istæ in medio manuũ C
tuarum? Et dicet. His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Framea suscitare super
Mat. 26. c pastorem meum, & super virum cohærẽtem mihi, dicit dominus exercitum. Percute pasto-
Mar. 14. c rem, & dispergentur oues. Et conuertam manum meam ad paruulos. Et erunt in omni terra
(dicit dominus) partes duæ in ea, dispergentur, & deficient: & tertia pars relinquetur in ea. Et D
ducam tertiam partem per ignem, & vram eos, sicut vritur argentũ, & probabo eos sicut pro-
batur aurum. Ipse vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum, Et dicam populus meus es, &
ipse dicent, dominus deus meus.

¶Vastatio Hierusalem per Romanos, ob occisum Christum, Aduentus Christi,
& iudicium eius. Cap. XIIII.

ECce dies Domini venient, dicit dominus, & diuidentur spolia tua, in medio tui. Et A
congregabo omnes gentes ad Hierusalem, in prælium, & capietur ciuitas, & vastabun
tur domus, & mulieres violabuntur. Et egredietur media pars ciuitatis in captiuita-
tem, & reliquum populi non auferetur ex vrbe. Et egredietur dominus, & præliabi-

tur contra

tur cōtra gentes illas, ficut prœliatus eſt in die certaminis. Et ſtabunt pedes eius in die illa, ſup
montē oliuaꝝ, q eſt cōtra Hierl'm, ad orientē. Et ſcindet mōs oliuaꝝ ex media parte ſui, ad ori Heb. uallis
B entē, & ad occidentē,* ꝑrupto grādi valde. Et ſeparabit mediū mōtis ad aqlonē, & mediū eius grādis valde
ad meridiē. Et fugietis ad vallē montiū eoꝝ, qm̄ cōiunget vallis montiū, vſqꝫ ad proximū. Et 2. Para. 26. d
fugietis ſicut fugitis à facie terræmotus, in diebus Oziæ regis Iuda. Et veniet dn̄s deus meus,
oēſqꝫ ſancti cū eo, & erit in die illa, nō erit lux: ſed frigus, & gelu, & erit dies vna, q̄ nota ē Dn̄o Heb. lux ſplendidis, densitas erit
nō dies, neqꝫ nox & in tpe veſperi, erit * lux. Et erit. In die illa exibunt aquæ viuæ de Hierl'm.
Mediū eaꝝ ad mare orientale, & mediū eaꝝ ad mare nouiſſimū. In æſtate, & in hyeme erūt, &
erit Dn̄s rex ſup oēm terrā. In die illa erit Dn̄s vnus, & erit nomen eius vnū. Et reuertet oīs ter
ra vſqꝫ ad deſertū, de colle ad Remmon ad auſtrū. Hierl'm exaltabit, & habitabit in loco ſuo, à
porta Beniamin, vſqꝫ ad locū portæ prioris, & vſqꝫ ad portā anguloꝝ, & à turre Hananeel, vſ- infra eodem
C qꝫ ad torcularia regis. Et habitabūt in ea, & anathema non erit amplius. Sed ſedebit Hierl'm ſe-
cura. Et hæc erit plaga, qua ꝑcutiet dn̄s oēs gētes, q̄ pugnauerūt aduerſus Hierl'm. Tabeſcet ca
ro vniuſcuiuſqꝫ ſtātis ſup pedes ſuos, & oculi eius cōtabeſcēt in foraminibus ſuis, & lingua eoꝝ
cōtabeſcēt in ore ſuo. In die illa erit tumultus dn̄i magnus in eis, & apꝑhendit vir manū ꝓximi
ſui, & cōſeret manus eius, ſup manū proximi ſui Sed & Iudas pugnabit aduerſus Hierl'm, & cō
gregabunt diuitiæ oīm gentiū in circuitu auꝝ & argentū, & veſtes multæ ſatis. Et ſic erit ruina
equi & muli, & cameli, & aſini, & oīm iumentoꝝ, q̄ fuerint in caſtris illis, ſicut ruina hæc. Et oēs
q reliqui fuerint, de vniuerſis gētibus q̄ venerūt cōtra Hieruſalē, aſcendent ab anno in annū, vt
adorēt regē Dn̄m exercituū, & celebrēt feſtiuitatē tabernaculoꝝ. Et erit q nō aſcēderint de fa Sup. eodem
D milijs terræ ad Hieruſalē, vt adorēt regē Dn̄m exercituū, nō erit ſup eos imber. Qđ & ſi familia
Aegypti non aſcenderit, & nō venerit, nec ſup eos erit. Sed erit ruina, quā ꝑcutiet Dn̄s oēs gen
tes, q̄ nō aſcēderint ad celebrandū feſtiuitatē tabernaculoꝝ. Hoc erit in pctm̄ Aegypti, & hoc
pctm̄ oīm gentium, q̄ nō aſcenderint ad celebrandā feſtiuitatē tabernaculoꝝ. In die illa erit
qđ ſup frenū equi eſt, ſanctum Dn̄o, & erunt lebetes in domo Dn̄i, quaſi phialæ corā altari. Et
erit omnis lebes in Hieruſalē, & in Iuda, ſanctificatus Dn̄o exercituū. Et venient omnes immo
lantes, & ſument ex eis, & coquent in eis, & non erit mercator vltra in domo Domini exerci-
tuum in die illo.

ZACHARIAE FINIS.

PROLOGVS IN MALACHIAM PROPHETAM.

DEus ꝑ Moyſen populo Iſrahel ꝓceperat ſacerdotes tabernaculi ſui omni corpali vitio libe ros, hoſtias omni vitio vacuas ſibi offerre. Quibus legē ſuā ad regēdū ppl'm ob hoc dede rat, vt ꝑ ſacrificioꝝ oblationē internūcij dei & hoīm facti, populū ꝓceptis cœleſtibus fa cerēt obedire. Vnde ſacerdotes angelos dei eſſe, hoc in loco ſcriptura teſtat. Sed qa tāti mune ris grām contēnentes, ſupradictus populus ac ſacerdotes ſacrificia vitio deturpata, ipſi crimi- nibus atqꝫ impietatibus maculati deo offerre cœperūt, ideo ꝑ Malachiā prophetā deus popu- lum ſuū Iſrahel īcrepās, ait: Dilexi vos dicit dn̄s. Et dixiſtis: In q̄ dilexiſti nos? Nōne frater erat Eſau Iacob dicit dn̄s, & dilexi Iacob, Eſau aūt odio habui? Eſau aūt fratrē Iacob nō iniqua, aut ſpontanea voluntate odio habitū à deo, vel ſine meriti gr̄a, Iacob dilectū manifeſtū eſt, cum ſe cundū præſciam ſuā Eſau qdem effuſionē fraterni ſanguinis concupiſcere, Iacob aūt in ſui co- gnitōe obſeruandā legē deſiderare cognoſceret. Cuius rei gr̄a, ſupradicto vſus eſt exemplo, di cens: Dilexi Iacob, Eſau aūt odio habui. Quāuis ex opibus memoratoꝝ (quoꝝ liber Geneſeos meminit) in quo vnuſqniſqꝫ eoꝝ futurus erat ꝓpoſito manifeſte conſtaret: vt ſcriptū ē. Creue runt pueri, & erat Eſau homo agreſtis, ſciēs venari, Iacob aūt homo ſimplex manēs in taberna culo. Nā reliqua quæ lectōe cōprehēſa ſunt ꝑuaricationē populi Iſrahel in obſeruādis ſacrifi cijs dei, increpationemqꝫ in eundē quod deos alienos coluerit, ſignificant.

MALACHIAS PROPHETA

¶ Eligit Iacob, reprobat Eſau, dn̄s nō ſeruiliter aut coacte, ſed liberaliter & paterne vult coli. Inuehit in ſacerdotes. Ca. I.

A ONus verbi Dn̄i ad Iſrahel, in manu Malachiæ prophetæ. Dilexi vos di
cit Dn̄s. Et dixiſtis. In quo dilexiſti nos? Nōne frater erat Eſau Iacob,
dicit Dn̄s. Et dilexi Iacob, Eſau aūt odio habui. Et poſui Seir montes
eius in ſolitudinē. & hæreditatē eius in dracones deſerti. Quod ſi dixe- Roma. 9. c
rit Idumæa, deſtructi ſumus, ſed reuertentes ædificabimus quæ deſtru-
B cta ſunt: hæc dicit Dn̄s exercituum. Iſti ædificabunt, & ego deſtruam.
Et vocabuntur termini impietatis: & populus cui iratus eſt Dominus
vſqꝫ in æternum, & oculi veſtri videbunt, & vos dicetis. Magnificetur
Dn̄s ſup terminum Iſrahel. Filius honorat pr̄em, & ſeruus Dn̄m ſuum.

Si ergo

He. dñi ſ pñ Si ergo pater ego ſum: vbi eſt honor meus? Et ſi * dñs ego ſum, vbi ẽ timor meus, dicit dñs ex-
ercituũ? Ad vos ò ſacerdotes: q deſpicitis nomẽ meũ. Et dixiſtis. In quo deſpexim⁹ nomẽ tuũ?
Offertis ſup altare meũ panẽ pollutũ. Et dicitis: In q̃ polluimus te? In eo qđ dicitis. Mẽſa Dñi
deſpecta eſt, Si offeratis cæcũ ad immolandũ, nõne malũ eſt? Et ſi offeratis claudũ, & languidũ C
nõne malũ eſt? Offer illud duci tuo, ſi placuerit ei: aut ſi ſuſceperit faciẽ tuã, dicit dñs exercituũ.
Et nunc dep̃camini vultũ dei, vt miſereaꝛ veſtri, de manu em̃ veſtra factũ eſt hoc, ſi quõ ſuſci-
Infra. 3. c. Pſal. 94 piet facies veſtras, dicit dñs exercituũ. Quis eſt in vobis q claudat oſtia, & incendat altare meũ
& Pſal. 113 gratuito? Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dñs exercituũ: & munus non ſuſcipiã de ma-
nu veſtra. Ab ortu em̃ ſolis vſq; ad occaſum, magnũ eſt nomen meũ in gentibus, & in omni lo
co ſacrificaꝛ, & offerꝛ nomini meo oblatio mũda, qa magnũ eſt nomen meũ in gentibus, dicit D
He. verbũ eius, cõtem- dñs exercituũ. Et vos polluiſtis illud, in eo qđ dicitis, menſa dñi contaminata eſt, &* qđ ſuppo
ptibilis eſca nitur contemptibile eſt, cum igne qui illud deuorat. Et dixiſtis. Ecce de labore. Et exſufflaſtis
ei⁹. Et dixiſt. illud, dicit dñs exercituũ. Et intuliſtis de rapinis claudũ, & languidũ, & intuliſtis munus. Nun-
& cætera. quid ſuſcipiam illud de manu veſtra, dicit Dñs exercituũ? Maledictus doloſus q habet in grege
Amos. 5. f. ſuo maſculum, & votum faciens, immolat debile dño. Quia rex magnus ego, dicit Dñs exerci-
tuum, & nomen meum horribile in gentibus.

¶ Minaꝛ ſacerdotibus populi ſeductoribus, niſi reſipiſcant. Ca. II.

Leui. 26. b Deut. 28. b E T nunc ad vos mandatũ hoc ò ſacerdotes. Si nolueritis audire, & ſi nolueritis ponere A
He. maledictionem ſup cor, vt detis gloriã nomini meo ait dñs exercituũ: mittã ĩ vos * egeſtatẽ, & maledi
cã benedictõibus veſtris, & maledicã illis qm̃ nõ poſuiſtis ſup cor. Ecce ego * proĳciã
He. corrũpo uobis ſemen & diſp. vobis brachiũ, & diſpergã ſup vultũ vr̃m ſterc⁹ ſolennitatũ vr̃arum, & aſſumet vos ſecũ.
& cætera. Et ſcietis qa miſi ad vos mandatũ iſtud, vt eſſet pactũ meũ cũ Leui, dicit Dñs exercituũ. Pactũ
He. contritus eſt meũ fuit cũ eo, vitæ, & pacis: & dedi ei timorẽ, & timuit me, & à facie noĩs mei * pauebat. Lex B
veritatis fuit in ore eius, & iniqtas non eſt inuẽta in labĳs eius. In pace, & in æqtate ambulauit
Oſee. 4. b mecũ, & multos auertit ab iniqtate. Labia em̃ ſacerdotis cuſtodiũt ſciam, & legẽ requirent ex
ore eius, qa angelus dñi exercituũ eſt. Vos aũt receſſiſtis de via, & ſcãdalizaſtis plurimos in le-
ge. Irritũ feciſtis pactũ Leui, dicit dñs exercituũ. Propter qđ & ego dedi vos contẽptibiles, &
hũiles oĩbus pplĩs, ſicut nõ ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciẽ in lege. Nunqd nõ pater vnus
oĩm nr̃m? Nunqd nõ deus vnus creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſquiſq; nr̃m frẽm ſuum, C
violans pactum patrũ noſtrorum? Tranſgreſſus eſt Iuda, & abominatio facta eſt in Iſrahel, & in
Hier̃lm, qa contaminauit Iudas ſanctificationẽ dñi, quã dilexit, & habuit filiã dei alieni. Diſper
He. uigilantem ac reſpõdentem de taber. &c. det dñs virum q fecerit hoc, * magiſtrũ & diſcipulũ de tabernaculo Iacob, & offerentẽ munus do
mino exercituum. Et hoc ruſum feciſtis. Operiebatis lachrymis altare dñi, fletu & mugitu, ita
vt nõ reſpiciã vltra ad ſacrificiũ: nec accipiã placabile qđ, de manu veſtra. Et dixiſtis: Quã ob
cauſam? Quia dñs teſtificatus ẽ inter te, & vxorẽ pubertatis tuæ, quã tu deſpexiſti. Et hæc par D
ticeps tua, & vxor fœderis tui. Nõne vnus fecit, & reſiduũ ſpũs eius eſt? Et qđ vnus quærit, niſi
ſemen dei? Cuſtodite ergo ſpm̃ vr̃m, & vxorẽ adoleſcẽtiæ tuæ noli deſpicere. Cũ odio habue
ris eam, dimitte, dicit dñs deus Iſrahel. Operiet autẽ iniquitas veſtimentũ eius, dicit dñs exerci
tuum. Cuſtodite ſpm̃ vr̃m, & nolite deſpicere. Laborare feciſtis dñm in ſermonibus vr̃is. Et
dixiſtis, in quo eum fecimus laborare? In eo qđ dicitis: Omnis q facit malum, bonus eſt in con
ſpectu dñi, & tales ei placent. Aut certe vbi eſt deus iudicĳ.

¶ De Iohanne præcurſore, & Chriſti aduentu. Ca. III.

Mat. 11. d Mar. 1. b E Cce ego mittã angelũ meũ, & præparabit viã ante faciẽ tuã. Et ſtatim veniet ad tem- A
plum ſuum dñator, quẽ vos quæritis, & angelus teſtamẽti quẽ vos vultis. Ecce venit,
dicit dñs exercituũ. Et qs poterit cogitare diem aduẽtus eius? & qs ſtabit ad vidẽdum
eum? Ipſe em̃ quaſi ignis conflãs, & quaſi herba fullonũ, & ſedebit conflãs, & emundãs
argentũ & purgabit filios Leui. Et colabit eos q̃ſi aurum, & q̃ſi argentũ, & erũt dño offerẽtes ſacri
ficia in iuſtitia. Et placebit dño ſacrificiũ Iuda, & Hier̃lm, ſicut dies ſeculi, & ſicut anni antiqui. B
Et accedã ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & q calũniaꝛ
mercedẽ mercẽnarĳ, & humiliãt viduas, & pupillos, & opprimũt peregrinũ, nec timuerũt me,
dicit dñs exercituũ. Ego em̃ dñs, & nõ mutor, & vos filĳ Iacob nõ eſtis cõſumpti. A diebus em̃
prm̃ vr̃orum receſſiſtis à legitimis meis, & nõ cuſtodiſtis. Reuertimini ad me, & reuertar ad vos,
He. Nunquid rapiet homo &c. dicit dñs exercituũ. Et dixiſtis. In q̃ reuertemur? * Si affiget hõ deũ, qa vos cõfigitis me? Et di C
xiſtis. In q̃ cõfigimus te? In decimis, & ĩ primitĳs. Et in * penuria vos maledicti eſtis, et me vos
He. in maledictione. cõfigitis gens tota. Inferte oẽm decimã in horreũ meũ, vt ſit cibus in domo mea, et p̃bate me
ſup hoc, dicit dñs. Si nõ aperuero vobis cataractas cœli, et effudero vobis benedictionẽ vſq; ad
abundantiã. Et increpabo p̃ vobis deuorãtẽ, et nõ corrũpet fructũ terræ vr̃æ, nec erit ſterilis
vinea ĩ agro, dicit dñs exercituũ. Et btõs vos dicẽt oẽs gẽtes. Eritis em̃ vos terra deſiderabil', di
cit dñs exercituũ. Inualuerꝛ ſup me verba vr̃a, dicit dñs. Et dixiſtis: Quid locuti ſum⁹ cõtra te?
Dixiſtis. Vanus ẽ q ſeruit deo. Et qđ emolumẽtũ, qa cuſtodiuimus p̃cepta eius? et qa ambulaui
mus

D mus triſtes corã dño exercituũ? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes, ſi ꝗdem ædificati ſunt
faciẽtes ĩpietates,& tentauerũt deũ,& ſalui facti ſunt. Tũc locuti ſunt timẽtes deũ vnuſqſq; cũ
proximo ſuo. Et attẽdit dñs,& exaudiuit,& ſcriptus eſt liber monumenti corã eo, timẽtibus
dñm,& cogitãtibus nomen eius. Et erunt mihi, ait dñs exercituũ, in die qua ego faciã, in pecu-
lium,& parcã eis, ſicut parcit vir filio ſuo, ſeruienti ſibi. Et conuertimini,& videbitis ꝗd ſit in-
ter iuſtum,& impium,& inter ſeruientem deo,& non ſeruientem ei.

¶ De die & aduentus Chriſti. De venturo Elia. Ca.IIII.

A ECce enĩ dies veniet, ſuccenſa quaſi caminus & erũt omnes ſuperbi,& omnes facientes
impietatẽ ſtipula. Et inflammabit eos dies veniens, dicit dñs exercituũ, quæ nõ dere-
linquet eis radicem,& germen. Et orieť nobis timentibus nomen meũ, ſol iuſtitiæ,&
ſanitas in pennis eius. Egrediemini,& ſalietis ſicut vitulus de armento,& calcabitis im
B pios, cũ fuerint cinis ſub planta pedũ veſtroꝝ, in die qua ego facio, dicit dñs exercituũ. Memẽ
tote legis Moyſi ſerui mei, quã mandaui ei in Oreb, ad oẽm Iſrahel, præcepta & iudicia. Ecce
ego mittã vobis Heliã prophetã, anteq̃ veniat dies Dñi, magnus & horribilis,& conuertet cor
patrũ ad filios,& cor filioꝝ ad patres eoꝝ, ne forte veniã,& ꝑcutiã terram anathemate.

¶ Malachiæ Finis.

PROLOGVS BEATI HIERONYMI PRESbyteri in libros Machabæorum.

MAchabæoꝝ libri duo ꝓnotãt ꝓlia inter Hebræoꝝ duces, gentẽq; Perſaꝝ pugnã quoq;
ſabbatoꝝ:& nobiles Machabæi ducis triũphos: ex cuius noĩe & libri ijdem ſunt nuncu
pati. Hæc quoq; hiſtoria continet etiã inclyta illa geſta Machabæoꝝ fratrũ q ſub An-
tiocho rege pro ſacris legibus dira tormenta ꝑpeſſi ſunt. Quos mater pia dum diuerſis ſuppli-
cijs vrgerent: nõ ſolũ non fleuit: ſed & gaudens hortabať ad gloriam paſſionis.

ALIVS PROLOGVS.

MAchabæoꝝ libri, licet non habeanť in canone Hebræoꝝ: tñ ab eccleſia inter diuinoꝝ
voluminũ annotanť hiſtorias. Prænotat aũt prælia inter Hebręoꝝ duces gentesq; Per
ſaꝝ: pugnam quoq; ſabbatoꝝ & nobiles Machabæi triũphos: fœdus quoq; amicitiaꝝ
cum Romanoꝝ ducibus atq; legationum. Machabæi ſeptem fratres ab vna matre Machabæa
nomine geniti, cuſtodientes legem patris traditionem, non manducantes carnem porcinam,
ab hoc Antiocho rege ſeuiſſimo in Antiochia martyrij gloria coronati ſunt cũ matre ſua, atq;
ſepulti cum magna veneratione ibi quieſcunt.

LIBER ·I· MACHABAEORVM

¶ Alexandro magno mortuo, rex Antiochus Aegyptum & Hieruſalem ſuæ ſub-
iecit ditioni,& Hieruſalem exuſta proprias leges condit,& dei legem
ſeruari vetat. Ca.I.

A ET factũ eſt, poſtq̃ percuſſit Alexander Philippi rex Macedo, qui pri-
mus regnauit in Græcia, egreſſus de terra Cethim Dariũ regem Per
ſaꝝ,& Mœdoꝝ, cõſtituit prælia multa,& obtinuit oĩm munitiones,
& interfecit reges terræ. Et pertranſiit vſq; ad fines terræ,& accepit Iudith.1.f.
ſpolia multitudinis gentiũ,& ſiluit terra in cõſpectu eius. Et cõgrega
uit virtutẽ,& exercitũ fortẽ nimis,& exaltatũ eſt,& eleuatũ cor eius,
& obtinuit regiones gentiũ,& tyrãnos,& facti ſunt illi in tributũ. Et
poſt hæc decidit in lectũ & cognouit q̃a moreretur. Et vocauit pue
B ros ſuos nobiles, q ſecũ erãt nutriti à iuuentute ſua,& diuiſit illis re-
gnum ſuũ, cum adhuc viueret. Et regnauit Alexander annis duodecim,& mortuus eſt. Et ob-
tinuerunt pueri eius regnũ, vnuſquiſq; in loco ſuo,& impoſuerũt oẽs ſibi diademata poſt mor
tem eius,& filij eoꝝ poſt eos, annis multis,& multiplicata ſunt mala in terra. Et exijt ex eis ra-
dix peccati Antiochus illuſtris, filius Antiochi regis q fuerat Romæ obſes,& regnauit in anno
cẽteſimo triceſimo ſeptimo regni Græcoꝝ. In diebus illis exierũt ex Iſrahel filij iniqui,& ſua-
ſerunt multis, dicentes: Eamus,& diſponamus teſtamentũ cum gentibus, quæ circa nos ſunt,
quia ex quo receſſimus ab eis, inuenerũt nos multa mala. Et bonus viſus eſt ſermo in oculis eo-
rum. Et deſtinauerũt aliqui de populo & abierunt ad regem,& dedit illis poteſtatẽ, vt facerẽt
iuſtitiã gentiũ,& ædificauerũt gymnaſiũ in Hieroſolymis, ſcd̃m leges nationũ,& fecerunt ſibi
præputia,& receſſerunt à teſtamento ſancto,& iuncti ſunt nationibus,& venundati ſunt,
vt facerent malum. Et paratum eſt regnum in conſpectu Antiochi,& cœpit regnare in terra 2.Reg.11.g
C Aegypti, vt regnaret ſuper duo regna,& intrauit in Aegyptum, in multitudine graui, in curri-
bus & elephantis,& equitibus,& copioſa nauium multitudine. Et conſtituit bellum aduerſus

Ptole-

Prolemæum regem Aegypti. Et veritus est Ptolemæus à facie eius, & fugit, & ceciderũt vul-
nerati multi. Et cõprehẽdit ciuitates munitas, in terra Aegypti, & accepit spolia terræ Aegy-
pti. Et conuertit Antiochus postq̃ percussit Aegyptũ in centesimo & quadragesimo & tertio
anno, & ascendit ad Israhel, & ascendit Hierosolymã, in multitudine graui. Et intrauit in san-
ctificationem cũ supbia, & accepit altare aureũ, & candelabrũ luminis, & vniuersa vasa eius, &
mensam propositionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velũ, & coronas, & orna
mentũ aureũ, quod in facie templi erat, & cõminuit omnia. Et accepit argentũ, & auꝝ, & vasa
concupiscibilia, & accepit thesauros occultos quos inuenit, & sublatis omnibus, abijt in terrã
suã. Et fecit sedem hoĩm, & locutus est in superbia magna. Et factus est planctus magnus in Is-
rahel, & in omni loco eoꝝ. Et ingemuerũt principes, & seniores, & iuuenes, & virgines infir- D
mati sunt, & speciositas mulieꝝ immutata est. Om̃is maritus sumpsit lamentũ, & quæ sedebãt
in thoro maritali lugebant, & cõmota est terra sup habitantes in ea, & vniuersa domus Iacob
induit confusionẽ. Et post duos annos dieꝝ misit rex principem tributoꝝ in ciuitates Iuda, &
venit Hierl̃m cum turba magna, & locutus est ad eos verba pacifica in dolo, & crediderũt ei, &
irruit sup ciuitatẽ repente, & percussit eã plaga magna, & perdidit populũ multũ ex Israhel, &
accepit spolia ciuitatis, & succendit eam igni. Et destruxit domos eius, & muros eius in circui-
tu, & captiuas duxerũt mulieres, & natos, & pecora possederũt. Et ædificauerunt ciuitatem Da
uid muro magno, & firmo, & turribus firmis, & facta est illis in arcem, & posuerũt illic gentẽ
peccatricem, viros iniquos, & conualuerũt in ea, & posuerũt arma, & escas, & congregauerunt
spolia Hierusalẽ, & reposuerũt illic, & facti sunt laqueũ magnũ. Et factũ ẽ hoc ad insidias sancti E
ficationi, & in diabolũ malũ in Israhel, & effuderũt sanguinẽ innocentẽ per circuitũ sanctifica
tionis, & contaminauerũt sanctificationẽ, & fugerũt habitatores Hierusalẽ propter eos, & fa-
cta est habitatio exteroꝝ, & facta est extera semini suo, & nati eius reliquerũt eam. Sanctifi-
Tobi.2.b Amos.8.c catio eius desolata est sicut solitudo, dies festi eius conuersi sunt in luctũ, sabbata eius in oppro
briũ, honores eius in nihilũ. Scd̃m gloriam eius multiplicata est ignominia eius, & sublimitas
eius conuersa est in luctũ. Et scripsit rex Antiochus om̃i regno suo, vt esset oĩs populus vnus,
& reliquerũt vnusquisq; legẽ suã, & consenserũt oẽs gentes scd̃m verbũ regis Antiochi. Et mul-
ti ex Israhel consenserũt ei, & sacrificauerũt idolis, & coinquinauerũt sabbatum. Et misit rex
Antiochus libros per manus nuntioꝝ in Hierusalẽ, & in omnes ciuitates Iudæ, vt sequerenť le
ges gentiũ terræ, & prohiberent holocausta, & sacrificia, & placationes fieri in templo Dei,
& prohiberent celebrari sabbatũ, & dies solennes, & iussit coinquinari sancta, & sanctũ popu- F
lum Israhel. & iussit ædificari aras, & templa, & idola, & ĩmolari carnes suillas, & pecora cõmu
nia, & relinquere filios suos incircũcisos, & coinquinari animas eoꝝ in omnibus immundiţijs,
& abominationibus, ita vt obliuiscerenť legẽ, & immutarẽt oẽs iustificationes dei. Et quicũq;
non fecissent scd̃m verbũ regis Antiochi, morerenť. Scd̃m omnia verba hæc scripsit omni re-
gno suo, & præposuit principes populo, q hæc fieri cogerent. Et iusserũt ciuitatibus Iudæ sa-
crificare. Et congregati sunt multi de populo ad eos, qui deliquerant legem dñi, & fecerunt
mala super terrã, & effugauerunt poplũ Israhel in abditis, & in absconditis fugitiuoꝝ locis. Die
quintadecima mensis Casleu quinto & quadragesimo & centesimo anno, ædificauit rex An-
tiochus abominandum idolum desolationis super altare dei, & per vniuersas ciuitates Iudæ in G
circuitu ædificauerunt aras, & ante ianuas domoꝝ, & in plateis incendebant thura, & sacrifica
bant. Et libros legis dei combusserũt igni, scindentes eos, & apud quemcũq; inueniebanť libri
testamenti dñi, & qcunq; obseruabat legem dñi, scd̃m ædictũ regis, trucidabãt eum. In virtute
sua faciebant hæc populo Israhel, q inueniebať in omni mense in ciuitatibus. Et quinta & vice
sima die mensis sacrificabant super aram, quæ erant contra altare, & mulieres quæ circũcide-
bant filios suos trucidabanť, scd̃m iussum regis Antiochi. Et suspendebant pueros à ceruicibus
per vniuersas domos eoꝝ, & eos qui circũciderant illos, trucidabant: & multi de populo Isra-
hel diffinierunt apud se, vt non manducarent immunda, & elegerunt magis mori q̃ cibis coin
quinari immundis, & noluerunt infringere legem dei sanctam, & trucidati sunt. Et facta est ira
magna super populum Israhel valde.

¶ Matathiæ & filioꝝ dolor propter afflictiones Israhel, Eiusdem Zelus in sacrifi
cantem Idolis. Cædes magna nolentium pugnare sabbatis. Mata-
thiæ mors. Caput II.

IN diebus illis surrexit Matathías, filius Iohannis, filij Symeonis sacerdos, ex filijs Ioarim; A
ab Hierusalem, & consedit in monte Modín. Et habebat filios quinq;: Iohannam qui co-
gnominabatur Gaddis, & Simonem qui cognominabatur Thasi: & Iudam qui vocabať
Machabæus, & Eleazarum qui cognominabatur Abaron, & Ionatham qui cognomina
batur Aphus. Hi viderunt mala quæ fiebant in populo Iuda, & in Hierusalem. Et dixit Mata-
thias: Væ mihi. Vt qd natus sum videre contritionẽ populi mei, & contritionem ciuitatis san
ctæ, & sedere illic cũ dať in manibus inimicoꝝ? Sancta in manu extraneoꝝ facta sunt, templi

eius

eius ficut homo ignobilis. Vasa gloriæ eius captiua abducta sunt, trucidati senes eius ĩ plateis
B & iuuenes eius ceciderũt in gladio inimicoꝝ. Quæ gens hæreditauit regnũ eius, & non obti-
nuit spolia eius? Oĩs cõpositio eius ablata est. Quæ erat libera, facta est ancilla, Et ecce sancta
nostra, & pulchritudo nostra, & claritas nostra desolata est, & coinquinauerũt eã gẽtes. Quo
ergo nobis adhuc viuere? Et scidit vestimẽta sua Matathias & filij eius, & operuerũt se cilicijs
& planxerũt valde, & venerũt illuc q missi erant à rege Anthiocho vt cogerẽt eos q cõfuge-
rãt in ciuitatẽ Modin immolare & accẽdere thura, & à lege dei discedere. Et multi de populo
Israel cõsentiẽtes, accesserũt ad eos, sed Matathias, & filij eius constãter steterũt. Et respõdẽ
tes q missi erant ab Antiocho, dixerũt Matathiæ. Princeps & clarissimus & magnus es in hac
ciuitate, & ornatus filijs & fratribus. Ergo accede prior, & fac iussum regis, sicut fecerunt oẽs
gẽtes & viri Iuda, & q remãserunt in Hierusalẽ. Et eris tu, & filij tui inter amicos regis, & am
C plificatus auro & argẽto, & muneribus multis. Et rñdit Matathias, & dixit magna voce. Et si
oẽs gentes regi Antiocho obediũt, vt discedãt vnusquisq; à seruitute legis patrũ suoꝝ, & cõ-
sentiãt mãdatis eius, ego & filij mei, & fratres mei obediemus legi patrũ nostroꝝ. Propitius
sit nobis deus, nõ est nobis vtile relinquere legẽ & iustitias dei. Nõ audiemus verba regis An
tiochi, nec sacrificabimus trãsgrediẽtes legis nostræ mãdata, vt eamus altera via. Et vt cessa-
31.q.5.ca. Si uit loqui verba hæc, accessit quidã Iudæus in oĩm oculis sacrificare idolis sup aram in ciuitate
audieris. Modin, secundũ iussum regis. Et vidit Matathias, & doluit, & cõtremuerunt renes eius. Et ac
census est furor eius, secundũ iudiciũ legis, & insiliens, trucidauit eũ sup aram. Sed & viꝝ quẽ
rex Antiochus miserat, qui cogebat immolare, occidit in ipso tempore, & arã destruxit, Et
zelatus est legẽ, sicut fecit Phinehes, Zambri filio Salomi. Et exclamauit Matathias voce ma
gna in ciuitate, dicẽs: Oĩs q zelũ habet legis, statuens testamentũ, exeat post me. Et fugit ipse
D & filij eius in montes, & reliquerunt quæcũq; habebãt in ciuitate. Tunc ascẽderunt multi,
quærẽtes iudiciũ, & iustitiã in desertũ, & sederunt ibi ipsi, & filij eius, & mulieres eoꝝ, & peco
ra eoꝝ, qm inundauerunt sup eos mala. Et renuntiatũ est viris regis, & exercitui, qui erant
in Hierusalẽ, ciuitate David, qm discessissent viri quidã, qui dissipauerunt mandatũ regis, in lo
ca occulta in deserto, & abijssent post eos multi. Et statim perrexerũt ad eos, & cõstituerat ad
23.q.8.in.c.si bella in gio. uersus eos pliũ, in die sabbatoꝝ, & dixerũt ad eos. Resistitis & nũc adhuc? Exite, & facite se-
cundũ verbũ regis Antiochi, & viuetis. Et dixerũt. Nõ exibimus, neq; faciemus verbũ regis,
vt polluamus diẽ sabbatoꝝ. Et concitauerunt aduersus eos prælium. Et nõ responderũt eis,
nec lapidẽ miserunt in eos, nec oppilauerũt loca occulta, dicẽtes: Moriamur oẽs in simplicita
te nostra, & testes erunt sup nos cœlũ, & terra, quod iniuste perditis nos. Et intulerũt illis bel
lum sabbatis. Et mortui sunt, ipsi & vxores eoꝝ, & filij eoꝝ, & pecora eoꝝ, vsq; ad mille ani-
E mas hominũ. Et cognouit Matathias, & amici eius, & luctũ habuerunt super eos valde. Et
dixit vir proximo suo. Si oẽs fecerimus sicut fratres nostri fecerunt, & nõ pugnauerimus ad-
uersus gẽtes pro animabus nostris, & iustificationibus nostris, citius disperdẽt nos à terra. Et
cogitauerunt in die illa, dicẽtes: Oĩs homo quicunq; venerit ad nos in bello die sabbatoꝝ pu
gnemus aduersus eũ, & non moriemur oẽs, sicut mortui sunt fratres nostri in occultis. Tunc
cõgregata est ad eos synagoga Iudæoꝝ, fortes viribus, ex Israel, omnis voluntarius in lege &
omnes qui fugiebant à malis, additi sunt ad eos, & facti sunt illis ad firmamentũ, Et collegerũt
exercitum, & percusserunt peccatores in ira sua, & viros iniquos in indignatione sua, & cæte
F ri fugerunt ad natiões, vt euaderẽt. Et circuiuit Matathias, & amici eius, & destruxerunt aras
& circũciderunt pueros incircuncisos, quotquot inuenerunt in finibus Israel, in fortitudine.
Et persecuti sunt filios superbiæ, & prosperatum est opus in manibus eoꝝ. Et obtinuerunt
legẽ de manibus gentium, & de manibus regũ, & nõ dederunt cornu peccatori. Et appro-
pinquauerunt dies Matathiæ moriendi, & dixit filijs suis. Nunc cõfortata est superbia, & ca-
stigatio, & tẽpus euersionis, & ira indignationis. Nunc ergo o filij, æmulatores estote legis, Gene.22.c
& date animas vestras pro testamẽto patrũ, & mementote opeꝝ patrũ quæ fecerunt in gene Gene.39.41.
rationibus suis, & accipietis gloriã magnã, & nomẽ æternũ. Abrahã nõne in tentatiõe inuen Nume.25.c
tus est fidelis, & reputatũ est ei ad iustitiã? Ioseph in tpe angustiæ suæ custodiuit mãdatum, & Iosue.1.d
G factus est dñs Aegypti. Phinches pater noster, zelãdo zelũ dei, accepit testamentũ sacerdotij Nume.14.a
æterni. Iesus dũ impleuit verbũ, factus est dux in Israel. Caleb dũ testificat in ecclesia, accepit Nume.25.c
hæreditatẽ. Dauid in sua misericordia consecutus est sedẽ regni in secula. Elias dũ zelat zelũ 1.Reg.24.d
legis, receptus est in cœlũ. Hananias, & Azarias, & Misael, credẽtes liberati sunt de flãma, Da 4.Regũ.2
niel in sua simplicitate liberatus est de ore leonũ. Et ita cogitate p generationẽ & generatio- Dani.1.g
nẽ, quia oẽs qui sperãt in eũ, nõ infirmant. Et à verbis viri peccatoritis ne timueris, qa gloria Dani.6.d
eius stercus & vermis est, hodie extollit, & cras nõ inuenietur, qa cõuersus est in terrã suã, & co-
gitatio eius perijt. Vos ergo filij cõfortamini, & viriliter agite in lege, qa cum feceritis q vo-
bis præcepta sunt in lege à dño deo vestro, in ipsa gloriosi eritis. Et ecce Simon frater vester
scio quod vir consilij est, ipsum audite semper, & ipse erit vobis pater. Et Iudas Machabæus

FF fortis

fortis viribus à iuuẽtute sua, sit vobis princeps militiæ, & ipse aget bellũ populi. Et adducetis ad vos omnes factores legis, & vindicate vindictã populi vestri. Retribuite retributionẽ gẽtibus, & intendite in præceptũ legis. Et benedixit eos, & appositus est ad patres suos. Et defunctus est anno centesimo quadragesimo sexto, & sepultus est à filijs suis in sepulchris patrum suorum, in Modin, & planxerunt eum omnis Israel planctu magno.

¶ Iudas Iudæis præfectus, Apolloniũ, & Seronẽ Syriæ principẽ interficit, & cõtra Lysiam, ab Antiocho exercitui præfectũ pugnare statuit. Cap. III.

ET surrexit Iudas, qui vocabat Machabæus, filius eius pro eo, & adiuuabãt eum omẽs A
fratres eius, & vniuersi qui se coniunxerãt patri eius, & præliabant præliũ Israel cum
lætitia. Et dilatauit gloriã populo suo, & induit se loricã, sicut gigas, & succinxit se ar
ma bellica sua in prælijs, & protegebat castra gladio suo, Similis factus est leoni ĩ ope
ribus suis, & sicut catulus leonis rugiens in venatiõe. Et persecutus est iniquos perscrutãs eos,
& qui cõturbabãt populum suũ, oẽs succendit flammis. Et repulsi sunt inimici eius præ timo
re eius. Et oẽs operarij iniquitatis cõturbati sunt. Et directa est salus in manu eius, & exacer
babat reges multos, & lætificabat Iacob in operibus suis, & in seculũ memoria eius in benedi
ctiõe. Et perambulabat ciuitates Iuda, & perdidit impios ex eis, & auertit irã ab Israel. Et no B
minatus est vsq; ad nouissimũ terræ, & cõgregauit pereuntes. Et congregauit Apollonius
gentes, & à Samaria virtutẽ multã, & magnã, ad bellãdum cõtra Israel. Et cognouit Iudas, &
exiuit obuiã illi, & percussit, & occidit illũ. Et ceciderũt vulnerati multi, & reliqui fugerũt, &
accepit spolia eorũ. Et gladiũ Apollonij abstulit Iudas, & erat pugnãs in eo oĩbus diebus. Et
audiuit Seron princeps exercitus Syriæ, quod cõgregauit Iudas cõgregationẽ fideliũ, & ecclesiã
secũ, & ait: Faciã mihi nomẽ, & glorificabor in regno, & debellabo Iudã, & eos q cũ ipso sunt
qui spernebãt verbũ regis. Et præparauit se, & ascẽderũt cũ eo castra impiorũ, fortes auxilia
riorũ, vt facerẽt vindictã in filios Israel. Et appropinquauerunt vsq; Bethhoron. Et exiuit Iudas
obuiã illis cum paucis: vt aũt viderunt exercitũ venientẽ sibi obuiã, dixerunt Iudæ: Quõ po
terimus pauci pugnare cõtra multitudinẽ hãc tantã, & tã fortẽ? Et nos fatigati sumus ieiunio
hodie. Et ait Iudas: Facile est cõcludi multos in manu paucorũ, & nõ est differentia in conspe C
ctu dei cœli, liberare in multis, & in paucis, quoniam nõ in multitudine exercitus victoria belli, sed
de cœlo fortitudo est. Ipsi veniunt ad nos in multitudine cõtumaci, & superbia, vt disperdãt
nos, & vxores nostras, & filios nostros, & spoliẽt nos. Nos vero pugnabimus pro aĩabus no
stris, & legibus nostris, & ipse dñs cõteret eos ante faciẽ nostrã. Vos autẽ ne timueritis eos.

Vt cessauit autẽ loqui, insiliuit in eos subito, Et cõtritus est Seron, & exercitus eius in con
spectu ipsius, & psecutus est eũ in descẽsu Bethhoron, vsq; in cãpum. Et ceciderũt ex eis octin
gẽti viri, reliqui aũt fugerunt in terrã Philistijm. Et cecidit timor Iudæ, ac fratrũ eius, & for
mido sup oẽs gentes in circuitu eorũ, & peruenit ad regẽ nomẽ eius, & de prælijs Iudæ narra
bant oẽs gentes. Vt audiuit autẽ rex Antiochus sermones istos, iratus est animo. Et misit,
rum. Et nunc faciã tibi quod ſcripſiſti, ſed occurre mihi Ptolemaidam, vt audiamus inuicẽ nos
& ſpondeam tibi ſicut dixiſti. Et exiuit Ptolemæus de Aegypto, ipſe,& Cleopatra filia eius,&
venit Ptolemaidam, anno centeſimo ſexageſimoſecundo. Et occurrit ei Alexãder rex, & de-
dit ei Cleopatrã filiã ſuã,& fecit nuptias eius Ptolemaidæ, ſicut reges in magna gloria. Et ſcri
pſit rex Alexander Ionathæ, vt veniret obuiã ſibi,& abijt cũ gloria Ptolemaidã,& occurrit ibi
duobus regibus,& dedit illis argẽtũ multũ,& auꝝ,& dona,& inuenit grãm in conſpectu eoꝝ.
Et cõuenerũt aduerſus eũ viri peſtilẽtes ex Iſrahel, viri iniq interpellãtes aduerſus eũ,& nõ in-
tẽdit ad eos rex. Et iuſſit ſpoliari Ionathan veſtibus ſuis,& indui eũ purpura,& ita fecerunt, &
collocauit eũ rex ſedere ſecũ, dixitq; principibus ſuis. Exite cũ eo in mediũ ciuitatis,& p̄dicate,
F vt nemo aduerſus eũ interpellet, de vllo negotio, nec qſquã ei moleſtus ſit de vlla rõne. Et fa-
ctũ ẽ vt viderũt, q interpellabãt, gloriã eius q̃ prædicabat,& opertũ eũ purpura, fugerũt oẽs.
Et magnificauit eũ rex,& ſcripſit eũ inter primos amicos,& poſuit eũ ducẽ,& participẽ princi
patus. Et reuerſus eſt Ionathas Hieruſalẽ cũ pace & lætitia. In anno cẽteſimo ſexageſimoqnto
venit Demetrius, filius Demetrij à Creta in terrã patrũ ſuoꝝ. Et audiuit Alexãder rex,& con
triſtatus eſt valde,& reuerſus eſt Antiochiã, & conſtituit Demetrius rex Apolloniũ ducẽ, qui
præerat Celeſſyriæ,& cõgregauit exercitũ magnũ,& acceſſit ad Iamniã, & miſit ad Ionathan
ſummũ ſacerdotẽ, dicẽs: Tu ſolus reſiſtis nobis? Ego aũt factus ſum in deriſum, & in opprobriũ
qa tu ptãtẽ aduerſum nos exerces in mõtibus. Nũc ergo ſi cõfidis in virtutibꝰ tuis, deſcẽde ad
nos in cãpũ, vt cõparemus illic inuicẽ, qa mecũ eſt virtus bellatoꝝ. Interroga,& diſce qs ego
ſum,& cęteri q auxilio ſunt mihi, q & dicũt, qa nõ põt ſtare pes veſter añ faciẽ noſtrã, qa bis in
fugã cõuerſi ſunt p̃res tui in terrã ſuã. Et nũc qũo poteris ſuſtinere equitatũ, exercitũ tm̃ in cam
po, vbi nõ eſt lapis, neq; ſaxum, neq; locus fugiẽdi? Vt audiuit aũt Ionathas ſermones Apollo
G nij, motus eſt animo. Et elegit decẽ milia viroꝝ, & exijt ab Hieruſalem, & occurrit ei Symon
frater eius in adiutorium,& applicuerunt caſtra in Ioppen. Et excluſit eum à ciuitate, quia cu
ſtodia Apollonij Ioppe erat,& oppugnauit eam. Et exterriti qui erant in ciuitate, aperuerunt
ei,& obtinuit Ionathas Ioppen. Et audiuit Apollonius,& admouit tria milia equitum, & exer
citum multum. Et abijt Azotum tanquã iter faciens,& ſtatim exijt in campum, eo q̄ haberet
mul-

multitudinem equitum,& confidere in eis. Et insecutus est eum Ionathas in Azotum,& com
Infra.11.a. miserũt prælium. Et reliquit Apolonius in castris mille equites post eos,occulte. Et cognouit Io
nathas quoniam insidiæ sunt post se,& circuierunt castra eius,& iecerũt iacula in populũ,à mane vsq;
ad vesperã. Populus aũt stabat,sicut præceperat Ionathas,& laborauerunt equi eorũ. Et eiecit
Symon exercitũ suũ,& cõmisit contra legionẽ. Equites enim fatigati erant,& cõtriti sunt ab eo
& fugerũt. Et q dispersi sunt per campũ,fugerũt in Azotũ,& intrauerũt in Bethagon idolũ su
um,vt ibi se liberarent. Et succendit Ionathas Azotũ,& ciuitates quæ erant in circuitu eius,
& accepit spolia eorũ,& templũ Dagon,& omnes q fugerũt in illud succendit igni. Et fuerũt q
ceciderũt gladio,cũ his q succensi sunt,fere octo milia virorũ. Et mouit inde Ionathas castra,
& applicuit ea Ascalonã. Et exierũt de ciuitate obuiã illi,in magna gloria. Et reuersus est Io
nathas in Hierusalẽ cũ suis,habẽtibus spolia multa. Et factũ est vt audiuit Alexander rex ser-
mones istos,addidit adhuc glorificare Ionathã. Et misit ei fibulã aureã,sicut cõsuetudo est da
re cognatis regum,& dedit ei Accaron,& omnes fines eius in possessionem.

¶ Dissidium inter Ptolemæum & Alexandrum generum suum. Ptolemæo mortuo re-
gnat Demetrius, qui cum Ionatha fœdus confirmatum tandem rupit.

Caput .XI.

ET rex Aegypti congregauit exercitũ sicut arenam quæ est circa oram maris,& naues A
multas,& quærebat obtinere regnũ Alexãdri dolo,& addere illud regno suo. Et exijt
in Syriam,verbis pacificis,& aperiebãt ei ciuitates,& occurrebãt ei,quia mãdauerat
Supra.10.f. Alexander rex exire ei obuiã,eo quod socer suus esset. Cũ aũt introiret ciuitatẽ,Ptolemæ
Supra.10.g. us ponebat custodias militũ,in singulis ciuitatibus. Et vt appropiauit Azoto,ostenderunt ei
templũ Dagon succensum igni,& Azotũ & cætera eius demolita,& corpora proiecta,& eorũ
q cæsi erant in bello tumulos,quos fecerant secus viã. Et narrauerũt regi,quia hæc fecit Iona-
thas,vt inuidiã facerẽt ei. Et tacuit rex. Et occurrit Ionathas regi in Ioppen,cũ gloria,& inui-
cem se salutauerũt,& dormierũt illic. Et abijt Ionathas cũ rege,vsq; ad fluuiũ q vocabatur Eleu
therus,& reuersus est in Hierusalem. Rex aũt Ptolemæus obtinuit dominiũ ciuitatũ,vsq; Seleu
ciam maritimã,& cogitabat in Alexandrũ consilia mala. Et misit legatos ad Demetriũ,dicẽs: B
Veni,cõponamus inter nos pactũ,& dabo tibi filiã meã,quã habet Alexander,& regnabis in
regno patris tui. Pœnitet enim me,quod dederim illi filiã meã. Quæsiuit enim me occidere,& vitu-
perauit eũ,propterea quod concupierat regnũ eius. Et abstulit filiã suam,& dedit eam Deme-
trio,& alienauit se ab Alexandro,& manifestatæ sunt inimicitiæ eius. Et intrauit Ptolemæus
Antiochiã,& imposuit duo diademata capiti suo,Aegypti & Asiæ. Alexander aũt rex erat in
Cicilia illis tẽporibus,quia rebellabant q erant in locis illis. Et audiuit Alexander,& venit ad
eum in bellũ,& produxit Ptolemæus exercitũ,& occurrit ei in manu valida,& fugauit eum. Et
fugit Alexander in Arabiam,vt ibi protegeretur. Rex aũt Ptolemæus exaltatus est,& abstulit
Zabdiel Arabs caput Alexandri,& misit Ptolemæo. Et rex Ptolemæus mortuus est in die ter-
tia,& qui erant in munitionibus perierunt,ab his qui erant intra castra. Et regnauit Demetri-
us anno centesimo septuagesimoseptimo. In diebus illis congregauit Ionathas eos qui erant
in Iudæa,vt expugnarent arcẽ,quæ est in Hierusalem,& fecerũt contra eã machinas multas. Et
abierũt qdam qui oderant gentẽ suã,viri iniqui,ad regẽ Demetriũ,& renũtiauerũt ei quod Iona-
thas obsideret arcẽ,& vt audiuit,iratus est. Et statim venit ad Ptolemaidam,& scripsit Iona- C
thæ,ne obsideret arcem,sed occurreret sibi ad colloquiũ festinato. Vt audiuit aũt Ionathas,
iussit obsidere. Et elegit de senioribus Israhel,& de sacerdotibus,& dedit se periculo. Et acce-
pit aurũ,& argentũ,& vestẽ,& alia encenia multa,& abijt ad regẽ Ptolemaidã,& inuenit grãm
in conspectu eius,& interpellabãt aduersus eum qdam iniqui ex gente sua. Et fecit ei rex,sicut
fecerant ei q ante eum fuerant. Et exaltauit eum in conspectu omniũ amicorũ suorũ,& statuit
ei principatũ sacerdotij,& quæcũq; alia habuit prius pretiosa,& fecit eum principem amicorũ.
Toparchia lo-ci est princi-patus Et postulauit Ionathas à rege,vt immunẽ faceret Iudæam,& tres Toparchias,id est,Samariã;
& confines eius,& promisit ei talenta trecenta. Et consensit rex,& scripsit Ionathæ epistolas,
de his omnibus,hunc modum continentes. Rex Demetrius fratri Ionathæ salutem & gen-
ti Iudæorũ. Exemplũ epistolæ quã scripsimus Lastheni,parenti nostro de vobis,misimus ad
vos,vt sciretis. Rex Demetrius Lastheni parenti salutẽ. Genti Iudæorũ amicis nostris,& cõser D
uantibus quæ iusta sunt apud nos,decreuimus benefacere,propter benignitatẽ ipsorũ,quã er-
ga nos habent. Statuimus ergo illis omnes fines Iudææ,& tres ciuitates,Lydam,& Ramathe,
quæ additæ sunt Iudææ ex Samaria,& omnes confines earũ sequestrari omnibus sacrificanti-
bus in Hierosolymis,pro his quæ ab eis prius accipiebat rex per singulos annos,& pro fructi-
bus terræ,& pomorũ. Et alia quæ ad nos pertinebant decimarũ,& tributorũ,ex hoc tempore
remittimus eis,& areas salinarũ,& coronas,quæ nobis deferebant,omnia ipsis concedimus,&
nihil horũ irritum erit ex hoc,& in omne tempus. Nunc ergo curate facere horũ exemplum,
& detur Ionathæ,& ponatur in monte sancto,& in loco celebri. Et videns Demetrius rex,
quod

q̄ siluit terra in cõſpectu ſuo,& nihil ei reſiſtit,dimiſit totũ exercitũ ſuũ,vnũquenq; in locum
ſuum,excepto peregrino exercitu,quẽ traxit ab inſulis gentium,& inimici erant ei oẽs exer-
citus patrum eius. Tryphon autẽ erat quidẽ partium Alexandri prius,& vidit quoniã omnis
exercitus murmurauit cõtra Demetriũ,& iuit ad Emalchuel Arabem, qui nutriebat Antio-
chũ filiũ Alexãdri, & aſſidebat ei, vt traderet eum ipſi,vt regnaret in loco patris ſui. Et enun-
tiauit ei quãta fecit Demetrius,& inimicitias exercituũ eius aduerſus illũ,& manſit ibi diebus
E multis. Et miſit Ionathas ad Demetriũ regẽ,vt eijceret eos qui in arce erant in Hieruſalẽ &
q in præſidijs erant,qui impugnabant Iſrael. Et miſit Demetrius ad Ionathã,dicens:Nõ hæc
tantum faciã tibi,& genti tuæ,ſed gloria illuſtrabo te,& gentẽ tuam,cũ fuerit opportunum.
Nunc ergo recte feceris,ſi miſeris in auxiliũ mihi viros,qa diſceſſit omnis exercitus meus. Et
miſit ei Ionathas tria milia viroꝝ fortiũ Antiochiã,& venerunt ad regẽ,& delectatus eſt rex
in aduẽtu eoꝝ,& cõuenerunt qui erant de ciuitate,cẽtum viginti milia viroꝝ,& volebant in
terficere regẽ,& fugit rex in aulam,& occupauerunt qui erant de ciuitate,itinera ciuitatis,&
cœperunt pugnare. Et vocauit rex Iudæos in auxiliũ,& cõuenerunt omnes ſimul ad eũ,&
diſperſi ſunt omnes per ciuitatẽ,& occiderunt in illa die centum milia hominũ,& ſuccende-
runt ciuitatẽ,& cœperunt ſpolia multa in illa die,& liberauerunt regẽ,& viderunt qui erant
de ciuitate,q̄ obtinuiſſent Iudæi ciuitatẽ,ſicut volebant,& infirmati ſunt mente ſua,& clama
uerunt ad regẽ cum precibus,dicentes:Da nobis dextras,& ceſſent Iudæi oppugnare nos,&
F ciuitatẽ,& proiecerunt arma ſua,& fecerunt pacẽ. Et glorificati ſunt Iudæi in cõſpectu re-
gis,& in cõſpectu oĩm q erãt in regno eius,& nominati ſunt in regno,& regreſſi ſunt in Hie-
ruſalẽ,habẽtes ſpolia multa. Et ſedit Demetrius rex in ſede regni ſui,& ſiluit terra in cõſpe-
ctu eius. Et mẽtitus eſt oĩa quæcunq; dixit,& abalienauit ſe à Ionatha,& nõ retribuit ei ſecũ-
dũ bñficia quæ ſibi tribuerat,& vexabat eũ valde. Poſt hæc aũt reuerſus eſt Tryphõ,& An
tiochus cũ eo puer adoleſcẽs,& regnauit,& impoſuit ſibi diadema. Et cõgregati ſunt ad eum
oẽs exercitus,quos diſperſerat Demetrius,& pugnauerunt contra eũ,& fugit,& terga vertit,
& accepit Tryphon beſtias,& obtinuit Antiochiã,& ſcripſit Antiochus adoleſcẽs Ionathæ,
dicẽs:Cõſtituo tibi ſacerdotiũ,& conſtituo te ſup quatuor ciuitates,vt ſis de amicis regis,&
miſit illi vaſa aurea,in miniſteriũ,& dedit ei poteſtatẽ bibẽdi in auro,& eſſe in purpura,& ha
bere fibulã aureã,& Simonẽ fratrẽ eius cõſtituit ducẽ,à terminis Tyri,vſq; ad fines Aegypti.
Et exijt Ionathas,& perambulabat trans flumẽ ciuitatis. Et cõgregatus eſt ad eũ oĩs exerci
tus Syriæ,in auxiliũ, Et venit Aſcalonẽ,& occurrerunt ei honorifice de ciuitate,& abijt inde
Gazam,& cõcluſerunt ſe q erãt Gazæ,& obſedit eã,& ſuccendit quæ erãt in circuitu ciuitatis
& prędatus eſt eã. Et rogauerunt Gazẽſes Ionathã,& dedit illis dexterã,& accepit filios eoꝝ
G obſides,& miſit illos in Hieruſalẽ,& perambulauit regionẽ,vſq; ad Damaſcũ. Et audiuit Io-
nathas,q̄ p̄uaricati ſunt principes Demetrij in Cades,q̃ eſt in Galilæa,cũ exercitu multo,vo
lentes eũ remouere à negotio regni,& occurrit illis:fratrẽ aũt ſuũ Simonẽ reliquit intra pro-
uinciã. Et applicuit Simon ad Bethſuram,& expugnabat eã diebus multis,& cõcluſit eos. Et
poſtulauerunt ab eo dextras accipere,& dedit illis. Et eiecit eos inde,& cæpit ciuitatẽ,& po-
ſuit in ea præſidiũ. Et Ionathas & caſtra eius applicuerũt ad aquã Geneſar,& ante lucẽ vigi-
lauerunt in campo Aſor. Et ecce caſtra alienigenaꝝ occurrebãt ei in campo,& tendebant ei
inſidias in montibus. Ipſe aũt occurrit ex aduerſo. Inſidiæ vero exurrexerũt de locis ſuis,& cõ
miſerunt prælũ,& fugerũt qui erãt ex parte Ionathæ oẽs,& nemo relictus eſt ex eis,niſi Ma
tathias,filius Abſalomi,& Iudas filius Calphi,princeps militiæ exercitus. Et ſcidit Ionathas
veſtimẽta ſua,& poſuit terrã in capite ſuo,& orauit. Et reuerſus eſt Ionathas ad eos in prælũ
& cõuertit eos in fugã,& pugnauerũt,& viderũt qui fugiebãt partes illius,& reuerſi ſunt ad
eũ,& inſequebant cũ eo oẽs,vſq; ad Cades ad caſtra ſua. Et puenerũt vſq; illuc,& ceciderunt
de alienigenis in die illa,tria milia viroꝝ,& reuerſus eſt Ionathas in Hieruſalem.

¶Confirmandi fœderis gratia legatos Romam,& Spartam mittit Ionathas,quẽ
Tryphon dolo circumuentum, interficit. Cap. XII.

A ET vidit Ionathas qa tẽpus eũ iuuat,& elegit viros,& miſit eos Romã,ſtatuere,& re-
nouare cũ eis amicitiã,& ad Spartiatas,& ad alia loca miſit eplas,ſecundũ eandẽ for- Spartiatæ,
mã,& abierũt Romam,& intrauerũt curiã,& dixerũt. Ionathas ſummus ſacerdos,& Lacedæmonii ſunt,
gens Iudæoꝝ,miſerũt nos,vt renouaremus amicitiã,& ſocietatẽ ſecũdũ priſtinũ. Et
dederũt illis epiſtolas ad ipſos,p loca,vt reducerẽt eos in terrã Iuda cũ pace. Et hoc eſt exem
A plũ epiſtolaꝝ,quas ſcripſit Ionathas Spartiatis. Ionathas ſummus ſacerdos,& ſeniores gẽtis
& ſacerdotes,& reliquus populus Iudæoꝝ Spartiatis fratribus ſalutẽ. Iãpridẽ miſſæ erãt epi-
ſtolæ ad Oniam ſummũ ſacerdotem,à Dario,q regnabat apud vos,qm̃ eſtis frẽs noſtri,ſicut
ſcriptũ cõtinet,q̃d ſubiectũ eſt. Et ſuſcepit Onias viꝝ q miſſus fuerat cum honore,& accepit
B epiſtolas,in qbus ſignificabat de ſocietate & amicitia. Nos eñ cũ illo nullo hoꝝ indigere-
mus,habẽtes ſolatio ſanctos libros,q ſunt in manibus noſtris,maluimus mittere ad vos reno

uare fraternitatē,& amicitiā,ne ſorte alieni efficiamur à vobis. Multa eñ tēpora tranſierunt,
ex quo miſiſtis ad nos. Nos ergo in omni tēpore ſine intermiſſione,in diebus ſolēnibus,& cę
teris,quibus oportet,memores ſumus veſtri in ſacrificiis,q̄ offerimus: & in obſeruationibus,
ſicut fas eſt,& decet meminiſſe fratrū. Lætamur itaq; de gloria veſtra. Nos aūt circūdederūt
multæ tribulatiōes,& multa pręlia,& impugnauerūt nos reges,q ſunt in circuitu nr̄o. Nolui- C
mus ergo vobis moleſti eſſe,neq; cæteris ſociis,& amicis noſtris,in his præliis, Habuimus eñ
de cœlo auxiliū,& liberati ſumus nos,& humiliati ſunt inimici nr̄i. Elegimus itaq; Numeniū
Antiochi filiū,& Antipatrē,Iaſonis filiū,& miſimus ad Romanos,renouare cū eis amicitiā,&
ſocietatē priſtinā. Mandauimus itaq; eis,vt veniant etiā ad vos,& ſalutēt vos,& reddant vo
bis epiſtolas noſtras,de innouatiōe fraternitatis noſtræ. Et nūc benefacietis,reſpondētes no
bis ad hæc. Et hoc reſcriptū epiſtolarū q̄d miſit Onias. Rex Spartiatarū Onias,Ionathæ ſa-
cerdoti magno,ſalutē. Inuentū eſt in ſcriptura de Spartiatis,& Iudæis: qm̄ ſunt frēs,& qa ſunt
de genere Abrahā,& nūc ex quo hęc cognouimus,benefacitis ſcribētes nobis de pace veſtra
Sed & nos reſcripſimus vobis. Pecora nr̄a,& poſſeſſiones noſtræ veſtræ ſunt,& veſtræ nr̄æ,
mandauimus itaq; hæc nuntiari vobis. Et audiuit Ionathas,qm̄ egreſſi ſunt principes De- D
metrii cū exercitu multo,ſupra quā prius, pugnare aduerſus eū,& exiit ab Hieruſalē, & occur
rit eis in Amathite regiōe. Nō eñ dederat eis ſpatiū,vt ingrederent̄ regionē eius,& miſit ſpe
culatores in caſtra eorū,& reuerſi renuntiauerūt,q̄d cōſtituunt ſuperuenire illic nocte. Cū oc
cidiſſet aūt ſol,p̄cepit Ionathas ſuis vigilare,& eſſe in armis,paratos ad pugnā tota nocte,&
poſuit cuſtodes p circuitū caſtrorū,& audierūt aduerſarii,q paratus eſt Ionathas cū ſuis ī bel-
lo,& timuerūt,& formidauerūt in corde ſuo:& accēderunt focos in caſtris ſuis,Ionathas autē
& q cū eo erāt,nō cognouerūt vſq; mane. Videbāt aūt luminaria ardētia,& ſecutus eſt eos Io
nathas,& nō cōprehēdit eos. Trāſierunt eñ flumē Eleutherū,& diuertit Ionathas ad Arabas
q vocabant̄ Zabadæi,& pcuſſit eos,& accepit ſpolia eorū, Et iunxit,& venit Damaſcū, & p-
ambulabat omnē regionē illā. Simon aūt exiit,& venit vſq; ad Aſcalonē,& ad proxima p̄- E
ſidia,& declinauit in Ioppen, & occupauit eā. Audiuit eñ q vellent p̄ſidiū tradere partibus
Demetrii,& poſuit ibi cuſtodes,vt cuſtodirēt eā. Et reuerſus eſt Ionathas,& cōuocauit ſeni-
ores populi,& cogitauit cū eis ædificare p̄ſidia in Iudæa,& ædificare muros in Hieruſalem,&
exaltare magnitudinē magnā inter mediū arcis,& ciuitatis,vt ſepararet eā à ciuitate, vt eſſet
ipſa ſingulariter,& neq; emāt neq; vendāt. Et cōuenerunt vt ædificarēt ciuitatē,& cecidit
murus q erat ſup torrentē ab ortu ſolis,& reparauit eū q vocat̄ Capheteta. Et Simon ædifica
uit Adiada,& Sephela,& muniuit eā,& impoſuit portas,& ſeras. Et cū cogitaſſet Tryphon
regnare Aſiæ,& aſſumere diadema,& extēdere manū in Athiochū regē,timēs ne ſorte non
pmitteret eū Ionathas,ſed pugnaret aduerſus eum,quærebat cōprehēdere eum,& occidere.
Et exurgens,abiit in Bethſan,& exiit Ionathas obuiā illi cum quadraginta milibus virorū ele F
ctorū in prælium,& venit Bethſan. Et vidit Tryphon,qa venit Ionathas cū exercitu mul-
to,vt extēderet in eum manus,& timuit,& excepit eum cū honore,& cōmēdauit eum omni
bus amicis ſuis,& dedit ei munera,& præcepit exercitibus ſuis,vt obedirēt ei ſicut ſibi. Et di-
xit Ionathæ,vt qd vexaſti vniuerſum populum,cum bellum nobis non ſit? Et nunc remitte
eos in domos ſuas. Elige autē tibi viros paucos qui tecum ſint,& veni mecum Ptolemaidā,&
tradā eā tibi,& reliqua præſidia,& exercitū,& vniuerſos præpoſitos negotii,& cōuerſus abi-
bo,propterea eñ veni. Et credidit ei,& fecit ſicut dixit,& dimiſit exercitū,& abierunt in ter-
rā Iuda. Retinuit autē ſecum tria milia virorū, ex quibus remiſit in Galilęā duo milia,mille au
tē venerunt cum eo. Vt autem intrauit Ptolemaidam Ionathas,clauſerunt portas ciuitatis G
Ptolemenſes,& cōprehēderunt eum,& oēs q cum eo intrauerunt,gladio interfecerunt. Et
miſit Tryphon exercitū,& equites in Galilæā,& in cāpum magnū,vt pderent oēs ſocios Io-
nathæ,at illi cum cognouiſſent qa cōprehenſus eſt Ionathas,& periit,& oēs q cum eo erant,
hortati ſunt ſemetipſos,& exierunt parati ad prælium. Et vidētes hi q inſecuti fuerāt,qa pro
anima res eſt illis,reuerſi ſunt. Illi autē venerunt oēs cum pace,in terrā Iuda. Et planxerūt Io-
nathan,& eos q cum ipſo erant,valde. Et luxit Iſrael luctu magno. Et quæſierunt oēs gentes
quæ erāt in circuitu eorū,cōterere eos. Dixerunt eñ. Nō habent principē,& adiuuantē, nunc
ergo expugnemus illos,& tollamus de hominibus memoriam eorum.

¶Capto Ionatha,Simon dux eligitur,à quo Tryphon,pro Ionathæ redēptione libe-
ros illius & argentum accipiens,ipſum cum liberis interemit. Cap. XIII.

ET audiuit Simon q congregauit Tryphon exercitū copioſum,vt veniret in terrā Iu A
da,& attereret eā. Et vidēs qa in tremore populus eſt,& in timore aſcēdit Hieruſalē,
& congregauit populum,& adhortans,dixit: Vos ſcitis quanta ego & fratres mei,&
domus patris mei fecimus pro legibus,& pro ſanctis prælia,& anguſtias quales vi-
dimus. Horum gratia perierunt frates mei omnes, propter Iſrael, & relictus ſum ego ſolus.
Et nunc non mihi contingat parcere animæ meæ,in omni tempore tribulationis. Non eñ
melior

B melior ſum fratribus meis. Vindicabo itaq; gentem meam,& ſancta,natos quoq; noſtros,&
vxores:quia congregatæ ſunt vniuerſæ gentes cõterere nos, inimicitiæ gratia. Et accẽſus
eſt ſpũs populi ſimul,vt audiuit ſermones iſtos,& reſponderunt voce magna,dicentes: Tu es
dux noſter loco Iudæ,& Ionathæ fratris tui. Pugna præliũ noſtrum,& omnia quæcũq; dixe
ris nobis,faciemus. Et cõgregans omnes viros bellatores, accelerauit cõſummare vniuerſos
muros Hieruſalẽ,& muniuit eã in gyro. Et miſit Ionathã filiũ Abſalomi,& cũ eo exercitũ no
uum in Ioppen:& eiectis his qui erãt in arce,remãſit illic ipſe. Et mouit Tryphon à Ptole-
maida cũ exercitu multo,vt venirẽt in terrã Iuda,& Ionathas cum eo in cuſtodia. Simon aũt
applicuit in Addus,cõtra faciem campi. Et vt cognouit Tryphon,quia ſurrexit Simon loco
C fratris ſui Ionathæ:& quia cõmiſſurus eſſet cum eo prælium,miſit ad eum legatos,dicẽs. Pro
argento quod debebat frater tuus Ionathas,in ratiõe regis propter negotia quæ habuit, de-
tinuimus eũ. Et nunc mitte argenti talẽta centũ,& duos filios eius obſides,vt nõ dimiſſus fu-
giat à nobis,& remittemus eum. Et cognouit Simon,quia cum dolo loqueret ſecũ,Iuſſit ta-
men dari argentum,& pueros:ne inimicitiã magnã ſumeret ad populum Iſrael,dicẽtẽ,Quia
nõ miſit ei argentũ & pueros,propterea perijt. Et miſit pueros,& centũ talenta. Et mentitus
eſt,& nõ dimiſit Ionathã. Et poſt hæc venit Tryphon intra regionẽ, vt cõtereret eam, & gy
rauerunt per viã,quæ ducit Ador. Et Simon & caſtra eius ambulabãt in omnẽ locũ,quocũq;
ibant. Qui autem in arce erant,miſerunt ad Tryphonẽ legatos,vt feſtinaret venire per deſer
D tum:& mitteret illis alimonias. Et parauit Tryphon omnẽ equitatum,vt veniret illa nocte,
erat eñi nix multa valde,& nõ venit in Galaadithim. Et cũ appropinquaſſet Baſchama,occi-
dit Ionathã,& filios eius illic. Et cõuertit Tryphon,& abijt in terrã ſuã. Et miſit Simon, &
accepit oſſa Ionathæ fratris ſui,& ſepeliuit ea in Modin ciuitate patrũ eius. Et plãxerunt eum
oĩs Iſrael planctu magno,& luxerunt eũ dies multos. Et ædificauit Simon ſuper ſepulchrum
patris ſui,& fratrum ſuorũ,ædificium altũ viſu,lapide polito,retro & ante ſtatuit ſeptẽ pyra-
mydas,vnã cõtra vnam,patri & matri,& quatuor fratribus. Et his circũpoſuit columnas ma
gnas,& ſuper columnas arma,ad memoriã æternã,& iuxta arma naues ſculptas,quæ viderẽ
tur ab hominibus nauigantibus mare,hoc eſt ſepulchrũ quod fecit in Modin, vſq; in hũc diẽ.
Tryphon autẽ cũ iter faceret cũ Antiocho rege adoleſcente,dolo occidit eũ,& regnauit lo
E co eius. Et impoſuit ſibi diadema Aſiæ,& fecit plagã magnã in terra. Et ædificauit Simon
præſidia Iudææ,muniens ea turribus excelſis,& muris magnis,& portis,& ſeris,& poſuit alĩ
mẽta in munitionibus. Et elegit Simon viros,& miſit ad Demetriũ regẽ,vt faceret remiſſio-
nẽ regioni,quia actus oẽs Tryphonis,per direptionẽ fuerant geſti. Et Demetrius rex ad
verba iſta reſpondit ei,& ſcripſit epiſtolã talẽ. Rex Demetrius Simoni ſummo ſacerdoti,
& amico regum,& ſenioribus,& genti Iudæorũ,ſalutẽ. Coronã aureã & * bahen quã miſiſtis
ſuſcepimus,& parati ſumus facere vobiſcũ pacẽ magnã,& ſcribere ꝓpoſitis regis, remittere
vobis quæ indulſimus. Quæcunq; eñi cõſtituimus vobis,conſtant. Munitiones quas ædi-
ficaſtis,vobis ſint. Remittimus quoq; ignorãtias,& peccata vſq; in hodiernũ diẽ. Et coronã
quã debebatis. Et ſi quid aliud erat tributariũ in Hieruſalem,iam non ſit tributarium. Et ſi qui
F ex vobis apti ſunt cõſcribi inter noſtros,conſcribantur,& ſit inter nos pax. Anno centeſi
mo ſeptuageſimo,ablatũ eſt iugũ gentiũ ab Iſrael. Et cœpit populus Iſrael ſcribere in tabulis,
& geſtis publicis,anno primo ſub Simone ſummo ſacerdote magno,duce & principe Iudæ-
orum. In diebus illis applicuit Simon ad Gazam,& circundedit eã caſtris,& fecit machi-
nas,& applicuit ad ciuitatẽ,& percuſſit turrim vnã,& cõprehendit eã. Et qui eruperãt, erant
intra machinã & ciuitatem,& factus eſt motus magnus in ciuitate. Et aſcenderunt qui erant
in ciuitate cum vxoribus,& filijs,ſupra murũ,ſciſſis tunicis ſuis,& clamauerunt voce magna,
poſtulãtes à Simone dextras ſibi dari. Et dixerunt: Non nobis reddas ſecundum malicias no-
ſtras,ſed ſecundum miſericordias tuas,& ſeruiemus tibi. Et flexus Simon ,nõ debellauit eos,
G eiecit tamen eos de ciuitate,& mundauit ædes,in quibus fuerant ſimulachra, & tunc intrauit
in eã,cum hymnis,benedicẽs dominum. Et eiecta ab ea omni immunditia , collocauit in ea
viros qui legẽ facerẽt,& muniuit eã,& fecit ſibi habitationẽ. Qui autẽ erant in arce Hieruſalẽ
prohibebantur egredi,& ingredi regionẽ,& emere ac vendere. Et eſurierunt valde,& multi
ex eis fame perierunt & clamauerunt ad Simonẽ vt dextras acciperent,& dedit illis,& eiecit
eos inde,& mundauit arcẽ à cõtaminationibus,& intrauerunt in eã,tertia & viceſima die,ſe-
cundi menſis,anno cẽteſimo ſeptuageſimoprimo,cũ laude,& ramis palmarũ,& citharis,& ci
nyris,& cymbalis,& nablis,& hymnis,& canticis,qa cõtritus eſt inimicus magnus ex Iſrael.
Et cõſtituit vt oĩbus annis agerent dies hi cũ lætitia,& muniuit montẽ tẽpli,q erat ſecus arcẽ,
& habitauit ipſe,& q cum eo erãt. Et vidit Simon Ioannẽ,filiũ ſuum, quod fortis vir prælij
eſſet,& poſuit eum ducem virtutum vniuerſarũ,& habitauit in Gazaris.

¶ Simone duce,ſumma in Iſrael quies. Et renouatur cum Romanis
& Spartiatis fœdus. Cap. · XIIII.

βαΐνην
Græ. ut ornamentũ ſit, quidã legunt bahẽ .i. cum eis, neq; adhuc lectio cõſtat.

ANno centesimo septuagesimosecundo, cõgregauit rex Demetrius exercitũ suũ, & A
abiȷt in Mediã ad cõtrahenda sibi auxilia, vt expugnaret Tryphonẽ. Et audiuit Ar
saces rex Persidis, & Mediæ, q͞a intrauit Demetrius cõfines suos, & misit vnum de
principibus suis, vt cõprehenderet eũ viuũ, & adduceret eũ ad se: & abiȷt, & p̄cussit
castra Demetriȷ, & cõprehẽdit eũ, & duxit eũ ad Arsacem, & posuit eũ in custodiã, & siluit oĩs
terra Iuda oĩbus diebus Simonis. Et quæsiuit bona genti suæ, & placuit illis potestas eius, &
gloria eius, omnibus diebus, & cũ omni gloria sua accepit Ioppen ĩ portũ, & fecit introitũ in
insulis maris. Et dilatauit fines gẽtis suæ, & obtinuit regionẽ, & congregauit captiuitatẽ mul
tã, & dominatus est Gazaræ & Bethsuræ, & arci, & abstulit immũditias ex ea, & nõ erat q̄ re-
sisteret ei. Et vnusquisq; colebat terrã suã cũ pace, & terra Iuda dabat fructus suos, & ligna cã
poꝝ fructũ suũ. Seniores in plateis sedebãt omnes, & de bonis terræ tractabãt, & iuuenes in-
duebant se gloriã, & stolas belli. Et ciuitatibus tribuebat alimonias, & cõstituebat eas vt eẽnt B
vasa munitionis, quoadusq; nominatũ est nomẽ gloriæ eius, vsq; ad extremũ terræ. Fecit pa-
cẽ sup terrã, & lætatus est Israel lætitia magna, & sedit vnusquisq; sub vite sua, & sub ficulnea
sua, & nõ erat qui eos deterreret. Defecit impugnans eos sup terrã. Reges contriti sunt in die-
bus illis, & confirmauit oẽs hũiles populi sui, & legẽ exq̄siuit, & abstulit oẽm iniquũ & malum
Sancta glorificauit, & multiplicauit vasa sanctoꝝ. Et auditũ est Romæ, q͞a defunctus esset
Ionathas, & vsq; in Spartiatas, & contristati sunt valde. Vt audierunt aũt ꝙ Simon frater eius
factus esset summus sacerdos loco eius, & ipse obtinuit oẽm regionẽ, & ciuitates in ea, scripse
runt ad eũ tabulis æreis, vt renouarẽt amicitias, & societatẽ, quã fecerãt cum Iuda, & cũ Iona
tha, fratribus eius, & lectæ sunt in conspectu ecclesiæ in Hierusalẽ. Et hoc exemplũ epistolaꝝ
quas Spartiatæ miserũt. Spartianoꝝ pr̃icipes, & ciuitates, Simoni sacerdoti magno, & seni- C
oribus, & sacerdotibus, & reliquo populo Iudæoꝝ, fratribus salutẽ. Legati q̄ missi sunt ad po
pulũ nostꝝ, nuntiauerunt nobis de vestra gloria, honore, & lætitia, & gauisi sumus in introi-
tu eoꝝ. Et scripsimus quæ ab eis erãt dicta in consiliȷs populi sic. Numænius Antiochi, & An
tipater Iasonis filius, legati Iudæoꝝ, venerunt ad nos, renouãtes nobiscum amicitiã pristinã.
Et placuit populo excipere viros gloriose, & ponere exẽplũ sermonũ eoꝝ in segregatis po-
puli libris, vt sit ad memoriã populo Spartiataꝝ. Exemplũ aũt hoꝝ scripsimus Simoni ma-
gno sacerdoti. Post hæc aũt misit Simon Numæniũ Romã, habentẽ clypeũ aureũ magnum,
pondo mnaꝝ mille, ad statuendã cũ eis societatẽ. Cũ aũt audisset p̄p̄lus Romanus sermones D
istos, dixerũt. Quã gratiaꝝ actionẽ reddemus Simoni, & filiȷs eius? Restituit eñ ipse frẽs suos
& expugnauit inimicos Israel ab eis. Et statuerũt ei libertatẽ, & descripserũt in tabulis æreis,
& posuerunt in titulis in monte Sion. Et hoc est exẽplũ scripturæ. Octauadecima die mẽsis
Ebul, anno cẽtesimo septuagesimosecũdo, anno tertio sub Simone sacerdote magno, in As-
saremel. in cõuentu magno sacerdotũ, & populi & principũ, & gentis, & senioꝝ regionis, no
ta facta sunt hæc. Quoniã frequẽter facta sunt prælia in regione nostra. Simon aũt Matathię
filius ex filiȷs Iarib, & frẽs eius dederunt se periculo, & restiterunt aduersariȷs gẽtis suæ, vt sta-
rẽt sancta ipsoꝝ, & lex, & gloria magna glorificauerunt gentẽ suã. Et congregauit Ionathas
gentẽ suã, & factus est illis sacerdos magnus, & appositus est ad populũ suũ. Et noluerũt ini- E
mici eoꝝ calcare sancta, & atterere regionẽ ipsoꝝ, & extẽdere manus in sancta sanctoꝝ. Tũc
restitit Simon, & pugnauit pro gẽte sua, & erogauit pecunias multas, & armauit viros virtu-
tis gẽtis suæ, & dedit illis stipẽdia, & muniuit ciuitates Iudæ & Bethsurã, q̄ erat in finibus Iudę
vbi erãt arma hostiũ antea, & posuit illic pręsidiũ viros Iudæ. Et Ioppẽ muniuit, q̄ erat ad ma
re, & Gazarã, q̄ est in finibus Azoti, & in qua hostes antea habitabãt, & collocauit illic Iudęos
& quæcũq; apta erãt ad correptionẽ eoꝝ, posuit in eis. Et vidit populus actũ Simonis, & glo
riã quã cogitabat facere gẽti suæ, & posuerũt eũ ducẽ suũ, & principẽ sacerdotũ, eo ꝙ ipse fe
cerit hæc oĩa, & iustitiã & fidẽ, quam cõseruauit genti suæ, & exquisiuit omni modo exaltare
populũ suũ. In diebus eius prosperatũ est in manibus eius, vt tollerent gẽtes de regione ipso- F
rũ, & q̄ in ciuitate Dauid erãt in Hierusalẽ, in arce, de qua procedebãt, & cõtaminabãt omnia
quæ in circuitu sanctoꝝ sunt, & inferebãt plagã magnã castitati. Et collocauit in ea viros Iu-
dæos ad tutamentũ regionis & ciuitatis, & exaltauit muros in Hierusalẽ. Et rex Demetrius sta
tuit illi summũ sacerdotiũ. Secundũ hæc fecit eũ amicũ suũ, & glorificauit eum gloria magna.
Audiuit eñ ꝙ appellati sunt Iudæi à Romanis amici, & sociȷ, & fratres, & q͞a susceperũt lega-
tos Simonis gloriose, & q͞a Iudæi & sacerdotes eoꝝ, cõsenserunt eum esse ducẽ suum, & sum-
mũ sacerdotẽ in æternũ, donec surgat propheta fidelis, & vt sit sup eos dux, & vt cura esset il-
li pro sanctis, & vt constitueret prępositos sup opera eoꝝ, & sup regionẽ, & sup arma, & sup
præsidia, & cura sit illi de sanctis, & vt audiat ab oĩbus, & scribant in nomine eius oẽs conscri- G
ptiones in regione, & vt operiat purpura & auro, & ne liceat vlli ex p̄p̄lo & ex sacerdotibus
irritũ facere aliquid hoꝝ, & contradicere his q̄ ab eo dicunt, & cõuocare conuentũ in regiõe
sine ipso, & vestiri purpura, & vti fibula aurea. Qui aũt fecerit extra hæc, aut irritũ fecerit ali-

quid

quid hoꝝ, reus erit. Et cōplacuit omni populo statuere Simonē, & facere secundū verba ista. Et suscepit Simon, & complacuit ei, vt summo sacerdotio fungeret, & esset dux, & princeps gētis Iudæorum, & sacerdotum, & præesset omnibus, & scripturam istam dixerunt ponere in tabulis æreis, & ponere eas in *peribolo sanctorum, in loco celebri. Exemplum autem eorum ponere in ærario, vt habeat Simon, & filij eius.

περίβολος uel peribolō est ambitus, circuitus, porticus.

¶ Antiochus cum Simone fœdus ferit, & Tryphonem persequit. Simone auxilium mittente Antiochus fœdus rumpit. Cap XV.

A ET misit rex Antiochus, filius Demetrij, epistolas ab insulis maris, Simoni sacerdoti, & principi gentis Iudæoꝝ, & vniuersæ genti, & erant cōtinentes hunc modum. Rex Antiochus Simoni sacerdoti magno, & genti Iudæoꝝ, salutē. Quoniamquidem pestilentes obtinuerunt regnū patrū nostroꝝ, volo aūt vendicare regnū, & restituere illud, sicut erat antea, & lectā feci multitudinē exercitus, & feci naues bellicas. Volo aūt procedere p regionē, vt vlciscar in eos, q corruperūt regionē nostrā, & q desolauerūt ciuitates multas in regno meo. Nunc ergo statuo tibi oēs oblationes quas remiserūt tibi ante me oēs reges, & quæcū
B que alia dona remiserūt tibi, & pmitto tibi facere pcussuram proprij nummismatis in regione tua, Hierusalē aūt sanctā esse & liberā, & oia arma, q̄ fabricata sunt, & præsidia quæ cōstruxisti, quæ tenes, maneant tibi, & omē debitū regis, & quæ futura sunt regi, ex hoc & in totū tēpus remittunt tibi. Cū aūt obtinuerimus regnū nostrū, glorificabimus te, & gentem tuam, & templū gloria magna, ita vt manifestet gloria vestra in vniuersa terra. Anno centesimo septuagesimo quarto, exijt Antiochus in terrā patrum suoꝝ, & conuenerunt ad eum omnes exercitus ita vt pauci relicti essent cum Tryphone, & insecutus est eū Antiochus rex, & venit Doram, fugiens
C per maritimā, Sciebat eñ q̄ cōgregata sunt mala in eū, & reliquit eū exercitus, & applicuit Antiochus sup Doram, cum centum viginti milibus viroꝝ belligeratoꝝ, & octo milibus equitū, & circuiuit ciuitatem, & naues à mari accesserunt, & vexabāt ciuitatē à terra, & mari, & neminem sinebant ingredi, vel egredi. Venit autē Numænius, & qui cū eo fuerant ab vrbe Roma habentes epistolas, regibus & regionibus scriptas, in quibus continebant hæc. Lucius cōsul Romanoꝝ, Ptolemæo regi salutē. Legati Iudæoꝝ venerunt ad nos, amici nostri, renouantes pristinā amicitiā, & societatē, missi à Simone principe sacerdotū, & populo Iudæoꝝ. Attule-
D runt aūt & clypeū aureū mnaꝝ mille. Placuit itaq; nobis scribere regibus, & regionibus, vt non inferant illis mala, neq; impugnēt eos, & ciuitates eoꝝ, & regiones eoꝝ, & vt nō ferant auxiliū pugnātibus aduersus eos. Visum aūt est nobis accipere ab eis clypeū. Si qui ergo pestilentes fugerint de regione ipsoꝝ ad vos, tradite eos Simoni principi sacerdotū, vt vindicet in eos, secūdum legē suā. Hæc eadē scripta sunt Demetrio regi, & Attalo, & Arabæ, & Arsaci, & in oēs regiones, & Samsamæ, & Spartanis, & Delo, & Mydo, & Sicion, & Cariæ, & in Samū, & Pamphiliā, & Lyciam, & Alicarnassum, & Rhodū, & Phaselida, & Co, & Siden, & Aradon, & Gortynā, & Gnydū, & Cyprū, & Cyrenē. Exemplū aūt eoꝝ scripserūt Simoni principi sacerdotū,
E & populo Iudæoꝝ. Antiochus aūt rex applicuit castra in Doram secūdo, admouēs ei semper manus, & machinas faciēs. Et cōclusit Tryphonē, ne procederet. Et misit ad eū Simon duo milia viroꝝ electoꝝ, in auxiliū, & argentū, & auꝝ, & vasa copiosa. Et noluit ea accipere, sed rupit oia, q̄ pactus est cū eo antea, & alienauit se ab eo. Et misit ad eū Athenobiū, vnū de amicis suis, vt tractaret cū ipso, dicēs. Vos tenetis Ioppen, & Gazarā, & arcē, quæ est in Hierusalē, ciuitates regni mei, fines eaꝝ desolastis, & fecistis plagā magnā in terra, & dominati estis p multa loca in regno meo. Nunc ergo tradite ciuitates quas occupastis, & tributa locoꝝ, quibus dominati e-
F stis, extra fines Iudææ. *Sin autem, date pro illis quingenta talēta argēti, & exterminij q̄d exterminastis, & tributoꝝ ciuitatū alia talenta quingenta. Sin aūt, veniemus, & expugnabimus vos.

Græ. Si aūt nō date. &c.

Et venit Athenobius amicus regis in Hierusalē, & vidit gloriā Simonis, & claritatē, in auro & argento, & apparatū copiosum, & obstupuit, & retulit ei verba regis. Et respondit ei Simon & dixit ei. Neq; alienā terrā sumpsimus, neq; alienā detinemus, sed hæreditatē patrū nostroꝝ quæ iniuste ab inimicis nr̄is aliquo tēpore possessa est. Nos vero tempus habētes, vendicamus hæreditatē patrū nostroꝝ, Nā de Ioppe & Gazara quæ expostulas, ipsi faciebāt in populo plagam magnā, & in regione nostra. Hoꝝ damus talenta centū. Et non respondit ei Athenobius
G verbū. Reuersus est aūt cū ira ad regē, renūtiauit ei verba ista, & gloriā Simonis, & vniuersa quæ vidit, & iratus est rex ira magna. Tryphon aūt fugit naui in Orthosaida. Et cōstituit rex Cendebeum ducē maritimū, & exercitū peditū, & equitum dedit illi, & mandauit illi mouere castra cōtra faciē Iudææ, & mandauit ei ædificare Cedronē, & obstruere portas ciuitatis, & debellare populū. Rex aūt psequebat Tryphonē, & puenit Cendebeus Iamniam, & cœpit irritare plebē & cōculcare Iudæā, & captiuare populū, & interficere, & ædificare Cedronē, & collocauit illic equites, & exercitū, vt egressi pambularent viā Iudææ, sicut cōstituit ei rex.

¶ Cendebeus dux exercitus Antiochi, à filijs Simonis profligat, & Simon cū filijs à Ptolemæo in conuiuio interimit. Cap. XVI.

ET ascendit Ioannes de Gazaris,& nuntiauit Simoni patri suo,quæ fecit Cendebeus in
populo ipsoꝝ,& vocauit Simon duos filios suos seniores,Iudã, & Ioannẽ,& ait illis. A
Ego& fratres mei,& domus patris mei expugnauimus hostes Israel, ab adolescentia
vsq; in hunc diem,& prosperatum est in manibus nostris, liberare Israel aliquoties.
Nunc aũt senui,sed estote loco meo,& fratres mei,& egressi pugnate pro gente nostra. Auxi-
liũ vero de cœlo vobiscũ sit,Et elegit de regione viginti milia viroꝝ belligeratoꝝ, & equites,
& profecti sunt ad Cendebeũ,Et dormierũt in Modiu,& surrexerũt mane,& abierunt in cam
pum.Et ecce exercitus copiosus in obuiã illis peditũ & equitũ,& fluuius torrens erat inter me-
diũ ipsoꝝ.Et admouit castra cõtra faciẽ eoꝝ,ipse,& populus eius,Et vidit populũ trepidãtem
ad transfretandũ torrentẽ,& transfretauit primus,Et viderunt eũ viri,& transierũt post eum, B
& diuisit populũ,& eqtes in medio peditũ, erat aũt equitatus aduersarioꝝ copiosus nimis. Et
exclamauerũt sacris tubis,& in fugã cõuersus est Cendebeus,& castra eius,& ceciderunt ex eis
multi vulnerati,residui aũt in munitionẽ fugerũt. Tunc vulneratus est Iudas frater Ioannis.Io-
annes aũt insecutus est eos,donec venit Cedronẽ,quẽ ædificauit,& fugerũt vsq; ad turres, quæ
erant in agris Azoti,& succendit eas igni,& ceciderũt ex illis duo milia viroꝝ,& reuersus est in
Iudæã in pace.Et Ptolemæus filius Abobi cõstitutus erat dux in cãpo Hiericho,& habebat ar-
gentũ,& auꝝ multũ,erat eñ gener summi sacerdotis,& exaltatũ est cor eius,& volebat obtine
re regionẽ,& cogitabat dolũ aduersus Simonẽ,& filios eius, vt tolleret eos. Simon aũt pambu C
lans ciuitates,quę erant in regione Iudææ,& solicitudinẽ gerẽs eaꝝ,descendit in Hiericho,ipse
& Matathias filius eius,& Iudas,anno centesimo septuagesimoseptimo,mense vndecimo, hic
est mensis Sabath. Et suscepit eos filius Abobi,in munitiunculã quæ vocat Doch cũ dolo, quã
ædificauit,& fecit eis conuiuiũ magnũ,& abscondit illic viros, Et cũ inebriatus esset Simon, &
filij eius, surrexit Ptolemæus cũ suis, & sumpserũt arma sua,& intrauerũt in conuiuiũ,& occide
runt eũ,& duos filios eius,& quosdã pueros eius,Et fecit deceptionẽ magnã in Israel,& reddi-
dit mala pro bonis,& scripsit hæc Ptolemæus,& misit regi, vt mitteret ei exercitũ in auxiliũ, &
traderet ei regionẽ,& ciuitates eoꝝ,& tributa,Et misit alios in Gazarã tollere Ioannẽ,& tribu
nis misit epistolas, vt venirẽt ad se,& daret eis argẽtum,& aurũ,& dona,& alios misit occupare D
Hierusalẽ,& montẽ tẽpli,Et præcurrẽs quidã,nũtiauit Ioanni in Gazara, qa perijt pater eius,
& frater eius,& qa misit te q̃q; interfici, Vt audiuit aũt, vehemẽter expauit, & cõprehendit vi-
ros qui venerant pdere eũ,& occidit eos,Cognouit eñ quia querebãt perdere eum, Et cætera
sermonũ Ioannis,& belloꝝ eius,& bonaꝝ virtutũ quibus fortiter gessit,& ædificij murorum,
quos extruxit,& reꝝ gestaꝝ eius,ecce hæc scripta sunt in libro dieꝝ sacerdotij eius,ex quo fa-
ctus est princeps sacerdotũ post patrem suum.

FINIS LIBRI PRIMI MACHABAEORVM.

LIBER SECVNDVS MACHABAEORVM

¶ Literæ Iudæoꝝ in Hierusalẽ ad eos qui in Aegypto, quibus sup morte Antiochi deo
gratias agere se adhortant. De igne in puteo recondito. Caput, I.

Ratribus qui sunt per Aegyptũ Iudæis salutẽ dicunt fratres, qui sunt in A
Hierosolymis Iudæi,& qui in regione Iudæa,& pacem bonã. Benefa-
ciat vobis deus,& meminerit testamẽti sui , qđ locutus est ad Abrahã
& Isaac,& Iacob, seruorũ suoꝝ fideliũ,& det vobis cor oñibus, vt co-
latis eũ,& faciatis eius voluntatẽ corde magno,& animo volẽti, Ada-
periat cor vestrũ in lege sua,& in præceptis suis,& faciat pacẽ. Exau-
diat orationes vestras, & reconciliet vobis,nec vos deserat in tẽpore B
malo. Et nunc hic sumus orantes pro vobis. Regnãte Demetrio,an
no centesimo sexagesimonono, nos Iudæi scripsimus vobis in tribula
tione,& impetu, qui superuenit nobis in istis annis, ex quo recessit Iason à sancta terra, & à re-
gno, Portam succenderunt,& effuderunt sanguinem innocentem,& orauimus ad dñm & ex-
auditi sumus,& obtulimus sacrificium,& similaginẽ,& accendimus lucernas, & proposuimus
panes,Et nunc frequẽtate dies schenopegiæ mensis Casleu. Anno centesimo octogesimo- C
octauo populus qui est in Hierosolymis,& in Iudæa, senatusq́;, & Iudas, Aristobulo magistro
Ptolemæi regis, qui est de genere christorum sacerdotum, & his qui in Aegypto sunt Iudæis,
salutem,& sanitatem. De magnis periculis à deo liberati, magnifice gratias agimus ipsi, vtpote
qui aduersus talem regem dimicauimus. Ipse eñ ebullire fecit de Perside eos, qui pugnauerat
cõtra nos,& sanctã ciuitatẽ. Nam cum in Perside esset dux, ipse,& cũ ipso immensus exercitus,
Ναναίας id est Dianę in Persarum lingua — cecidit in tẽplo* Nanææ, cõsilio deceptus sacerdotũ Nanææ. Etenĩ cũ ea habitaturus venit ad
locũ Antiochus,& amici eius,& vt accipet pecunias multas dotis noĩe, Cũq; pposuissent eas D
sacerdo-

sacerdotes Naneæ, & ipse cum paucis gressus esset intra ambitum phani, clauserunt templum.
Cum autem intrasset Antiochus, apertoq́ occulto aditu templi, mittentes lapides percusserũt
ducem, & eos qui cum eo erant, & diuiserunt membratim, & capitibus amputatis, foras proie-
cerunt. Per omnia benedictus deus qui tradidit impios. Facturi igiẗ quinta & vicesima die mẽ
sis Casleu purificationem templi, necessarium duximus significare vobis, vt & vos quoq; aga-
E tis diẽ schenopegiæ, & diem ignis qui datus est, quando Nehemias ædificato templo, & altari,
obtulit sacrificia. Nam cum in Persidem ducerenẗ patres nostri, sacerdotes qui tunc cultores
dei erant, acceptum ignem de altari occulte, absconderunt in valle, vbi erat puteus altus, & sic-
cus, & in eo contutati sunt eum, ita vt omnibus ignotus esset locus. Cum autem præterissent an
ni multi, & placuit deo, vt mittereẗ Nehemias à rege Persidis, nepotes sacerdotum illorum qui
absconderant, misit ad requirendum ignem. Et sicut narrauerunt nobis, non inuenerunt ignẽ,
sed aquã crassam. Et iussit eos haurire, & afferre sibi, & sacrificia, quæ imposita erant iussit sacer-
dos Nehemias aspergi ipsa aqua, & ligna, & quæ erant superposita. Vtq́ hoc factum est, & tem
pus affuit quo sol refulsit, qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita vt omnes mira
rentur. Orationem autem faciebant omnes sacerdotes, dum consummaretur sacrificium, Io-
F natha inchoante, cæteris autem respondentibus. Et Nehemiæ erat oratio, hunc habẽs modũ.
Domine deus omnium creator, terribilis, & fortis, iustus, & misericors qui solus es bonus, rex
solus, & præstans solus, iustus, & omnipotẽs, & æternus, qui liberas Israel de omi malo, qui feci-
sti patres electos, & sanctificasti eos, accipe sacrificium pro vniuerso populo tuo Israel, & custo
di partẽ tuã, & sanctifica. Cõgrega dispersionẽ nostrã, libera eos qui seruiũt gentibus, & con-
temptos, & abominatos respice, vt sciãt gẽtes quia tu es deus noster. Affiige opprimẽtes nos,
& cõtumeliã faciẽtes in superbia. Constitue populũ tuũ in loco sancto tuo, sicut dixit Moyses.
Sacerdotes aũt psallebant hymnos, vsquequo cõsumptũ esset sacrificiũ. Cum aũt cõsumptum
esset sacrificiũ, ex residua aqua Nehemias iussit lapides maiores perfundi, q̃d vt factũ est, ex eis
G flamma accensa est, sed ex lumine, quod refulsit ab altari cõsumpta est. Vt vero manifestata est
res, renũtiatũ est regi Persarũ, quod in loco in quo ignẽ absconderant, hi qui translati fuerant sa
cerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias & qui cũ eo erant purificauerunt sacrificia. Confide
rans autem rex, & rem diligenter examinãs, fecit ei templum vt probaret quod factum erat, &
cum probasset, sacerdotibus donauit multa bona, vt alia atq; alia munera, & accipiẽs manu sua
tribuebat eis. Appellauit autem Nehemias hunc locum Nepthar, quod interpretaẗ purificatio.
Vocaẗ autem apud plures Nephi.

¶Quo pacto occultarit Hieremias arcam in monte. Cap. II.

A INuenit auté in descriptionibus Hieremiæ prophetæ, quod iussit eos ignem accipere, qui Deu.4.a
transmigrabanẗ, vt significatũ est, & vt mãdauit transmigratis. Et dedit illis legẽ ne obli-
uiscerenẗ pcepta dñi, & vt nõ exerrarẽt mentibus, vidẽtes simulachra aurea, & argẽtea, &
ornamẽta eorũ, & alia huiusmodi dicẽs hortabaẗ, ne legẽ amouerẽt à corde suo. Erat autẽ
in ipsa scriptura, quomodo tabernaculũ, & arcã iussit propheta diuino responso ad se facto co-
mitari secũ, vsquequo exijt in montẽ in quo Moyses ascẽdit, & vidit dei hæreditatẽ, & veniens
B ibi Hieremias inuenit locũ speluncæ, & tabernaculũ, & arcã, & altare incensi intulit illuc, & ostiũ
obstruxit. Et accesserunt quidã simul, qui sequebanẗ, vt notarẽt sibi locũ, & nõ potuerunt inue
nire. Vt autẽ cognouit Hieremias, culpans illos dixit, q̃ ignotus erit locus donec cõgreget de-
us cõgragationẽ populi, & propitius fiat. Et tunc dñs ostendet hæc, & apparebit maiestas do-
mini, & nubes erit sicut & Moysi manifestabaẗ, & sicut cũ Salomon petijt, vt locus sanctificare
tur magno deo, manifestabat hæc. Magnifice etenĩ sapientiã tractabat, & vt sapientiã habens
C obtulit sacrificiũ dedicationis, & cõsummationis tẽpli. Sicut & Moyses orabat ad dñm, & de- 3.Reg.8.a
scẽdit ignis de cœlo, & cõsumpsit holocaustũ, sic & Salomon orauit, & descẽdit ignis de cœlo,
& cõsumpsit holocaustũ, & dixit Moyses, eo q̃ nõ sit comestũ, q̃d erat p peccatõ, cõsumptũ est.
Similiter & Salomon octo diebus celebrauit dedicationẽ. Inferebanẗ aũt in descriptionibus &
cõmẽtarijs Nehemiæ hæc eadẽ, & q̃liter cõstruẽs bibliothecã cõgregauit de regionibus libros
& prophetarũ, & Dauid, & epistolas regũ, & de donarijs. Similiter aũt & Iudas, ea q̃ didicerat p
D bellũ, q̃d nobis acciderat congregauit oĩa, & sunt apud nos. Si ergo desideratis hæc, mittite
qui pferãt vobis. Acturi itaq; purificationẽ, scripsimus vobis. Bene ergo facietis si egeritis hos
dies, Deus autem qui liberauit populum suum, & reddidit hæreditatem omnibus, & regnum,
& sacerdotiũ, & sanctificationem, sicut promisit in lege, speramus quod cito nostri miserebi-
tur, & congregabit de sub cœlo, in locum sanctum. Eripuit enim nos de magnis periculis, &
locum purgauit. De Iuda vero Machabæo, & fratribus eius, & de templi magni purificatione,
E & de aræ dedicatione, sed & de prælijs quæ pertinent, ad Antiochum nobilem, & filium eius
Eupatorẽ, & de illuminationibus quæ de cœlo factæ sunt ad eos, qui pro Iudęis fortiter fecerũt
ita vt vniuersam regionẽ (cum pauci essent) vindicarent, & barbaram multiudinẽ fugarent, &
famosissimum in toto orbe templum recuperarent, & ciuitatẽ liberarent, & vt leges quæ abdi-

tæ erãt restituerent domino, cum omni tranquillitate propitio facto illis. Itemq́; ab Iasone Cy
reneo quinq; libris comprehensa, tentauimus nos vno volumine breuiare. Considerantes enĩ F
multitudinem librorum, & difficultatem volentibus aggredi narrationes historiarum, propter
multitudinem rerum curauimus volentibus quidem legere, vt esset animi oblectatio, studiosis
vero vt facilius possint memoriæ commendare, omnibus autem legentibus vtilitas, conferatur.
Et nobis quidem ipsis qui hoc opus breuiandi causa suscepimus, non facilem laborem, imo
vero negotium plenum vigiliarum, & sudoris assumpsimus. Sicut hi qui præparãt conuiuium
& quærunt aliorum voluntati parere, propter multorum gratiam libenter laborem sustinemus,
veritatem quidem de singulis auctoribus concedentes, ipsi autem secundum datam for- G
mam breuiati studentes. Sicut enim nouæ domus Architecto, de vniuersa structura curãdum
est, ei vero qui pingere curat, quæ apta sunt ad ornatum exquirenda sunt, ita estimandum est
& in nobis. Etenim intellectum colligere, & ordinare sermonem, & curiosius partes singulas
quasque disquirere, historiæ congruit auctori, breuitatem vero dictionis sectari, & executio-
nes rerum vitare, breuitati concedendum est. Hinc ergo narrationem incipiemus, de præfatio-
ne tantum dixisse sufficiat. Stultum etenim est ante historiam effluere, in ipsa autem historia
succingi.

¶Proditos à Simone thesauros templi Heliodorus ablaturus corripit, & post sacrificium liberat. Cap. III.

IGitur cum sancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optime custodiren A
tur, propter Oniæ pontificis dispositionem, & pietatem, & animos odio habentes mala:
fiebat vt & ipsi reges, & principes, locum summo honore dignum ducerent, & templum
maximis muneribus illustrarent, ita vt Seleucus Asiæ rex de redditibus suis præstaret oẽs
sumptus, ad ministerium sacrificiorum pertinentes. Simon autem de tribu Beniamin, præpo-
situs tẽpli constitutus, contendebat (obsistente sibi principe sacerdotum) iniquũ aliquid in ciui
Græ. Cœles tate moliri, sed cum vincere Oniam non posset: venit ad Apollonium Tharsæ filium: qui eo tẽ
Syriæ, i. con pore erat dux *Cœlessyriæ, & Phœnicis: & nuntiauit ei, pecunijs innumerabilibus plenum esse
cauæ syriæ. ærarium Hierosolymis: & communes copias immensas esse, quæ non pertinent ad rationem B
sacrificiorum: esse autem possibile sub potestate regis capere vniuersa. Cumq́; retulisset ad re-
Heliodorus gem Apollonius de pecunijs, quæ delatæ erant, illic accitum Heliodorum qui erat super nego-
penultimam producit. tia eius: misit cũ mãdatis, vt pdictam pecuniam transportaret. Statimq́; Heliodorus iter est ag
cœlin Syriã. gressus, specie quidem quasi per *Cœlessyriam & Phœnicem ciuitates esse peragraturus, reue-
ra autẽ regis propositum perfecturus. Sed cum venisset Hierosolymam, & benigne à summo
sacerdote in ciuitate esset exceptus narrauit de dato iudicio pecuniarum, & cuius rei gratia ad-
esset, aperuit. Interrogabat autem si vere hæc ita essent. Tunc summus sacerdos ostendit depo
sita esse hæc, ad victualia viduarum, & pupillorum, quædam vero esse Hircani Thobiæ, viri val C
Græ. non ut calũ. nius fuerat impius &c. de eminentis, *in his quæ detulerat impius Simon. Vniuersa autẽ argenti talenta, esse quadrin-
genta, & auri ducenta, decipi vero eos qui credidissent loco, & tẽplo, quod per vniuersum mũ-
dum honoratur, pro sui veneratione, & sanctitate, omnino impossibile esse. At ille pro his quæ
habebat in mandatis à rege dicebat omni genere rege ea esse deferenda. Constituta autem die
intrabat de his Heliodorus ordinaturus. Non modica vero per vniuersam ciuitatem erat tre
pidatio. Sacerdotes autem ante altare cum stolis sacerdotalibus iactauerunt se, & inuocabãt
de cœlo eum qui de depositis legem posuit: vt his qui deposuerant, ea salua custodiret. Iam ve
ro qui viderat summi sacerdotis vultum, mente vulnerabatur. Facies enim & color immutatus, D
declarabat internum animi dolorem. Circumfusa enim erat mœstitia quędam viro, & hor-
ror corporis, per quem manifestus aspicientibus dolor cordis eius efficiebatur. Alij etiam cõ-
gregati de domibus confluebant, publica supplicatione obsecrantes pro eo, quod in contem-
ptum locus esset venturus: accinctæq́; mulieres cilitijs pectus, per plateas confluebant: sed &
virgines quæ conclusæ erant procurrebant ad Oniam: aliæ autem ad muros, quædam vero per
fenestras aspiciebant: vniuersæ autem protendentes manus in cœlum, deprecabantur, Erat enĩ
miseria commixtæ multitudinis, & magni sacerdotis in agone constituti expectatio. Et hi q-
dem inuocabant omnipotentem deum: vt credita sibi: his qui crediderant cum omni integri- E
tate conseruarentur. Heliodorus autẽ quod decreuerat: perficiebat, eodem loco, ipse cũ satelli-
tibus circa ærariũ præsens. Sed spũs omnipotentis dei, magnã fecit suæ ostẽsionis euidentiã: ita
vt oẽs qui ausi fuerãt parere ei, ruẽtes dei virtute in dissolutionẽ, & formidinem conuerterentur.
Apparuit enim illis quidam equus, terribilẽ habens sessorem, optimis operimentis adornatus.
Isq́; cum impetu Heliodoro priores calces elisit. Qui autem ei sedebat, videbatur arma habere au
rea. Alij etiam apparuerunt duo iuuenes, virtute decori: optimi gloria, speciosiq́; amictu, q cir
cũsteterũt eum, & ex vtraq; parte flagellabant sine intermissione, multis plagis verberantes.
Subito aũt Heliodorus concidit in terrã, eumq́; multa caligine circũfusum, rapuerunt: atq; in F
sella gestatoria positũ eiecerunt. Et is qui cum multis cursoribus & satellitibus prædictum in-
gressum

greſſus eſt ærarium: portabaꝛ nullo ſibi auxilium ferente, manifeſta dei cognita virtute. Et ille
quidē per diuinā virtutē iacebat mutus, atqꝫ omni ſpe, & ſalute priuatus. Hi aūt Dñm benedice
bāt, qa magnificabat locū ſuū, & templū: qđ pauloante timore, ac tumultu erat plenum, appa-
rente omnipotente Dño, gaudio & lætitia impletum eſt. Tunc vero ex amicis Heliodori q-
dam rogabant confeſtim Oniā, vt inuocaret altiſſimū: vt vitam donaret ei, q in ſupremo ſpiri
tu erat conſtitutus. Conſiderās aūt ſummus ſacerdos ne forte rex ſuſpicareꝛ malitiā aliquā ex
Iudæis circa Heliodoꝝ cōſummatā, obtulit pro ſalute viri hoſtiā ſalutarē. Cūqꝫ ſummus ſacer
G dos exoraret: ijdem iuuenes eiſdē veſtibus amicti aſtantes Heliodoro, dixerūt Oniæ ſacerdoti:
gratias age. Nam propter eū Dñs tibi vitā donauit. Tu aūt à Deo flagellatus, nuntia omnibus
magnalia Dei, & poteſtatē. Et his dictis non comparuerūt. Heliodorus aūt hoſtia Deo oblata
& votis magnis promiſſis ei, q viuere illi conceſſit, & Oniæ gratias agēs, recepto exercitu re-
pedabat ad regem, teſtabaꝛ aūt omnibus ea quæ ſub oculis ſuis viderat, opera magna Dei. Cū
autem rex interrogaſſet Heliodoꝝ quis eſſet aptus adhuc ſemel Hieroſolymā mitti, ait: Si quē
habes hoſtem aut regni tui inſidiatorē, mitte illuc & flagellatū eū recipies: ſi tñ euaſerit, eo qđ
in loco ſit vere dei quædā virtus. Nam ipſe q habet in cœlis habitationē, viſitator & adiutor ē
loci illius, & venientes ad malefaciendum percutit, ac perdit. Igiꝛ de Heliodoro & Aerarij cu-
ſtodia ita res ſe habet.

¶ Oniæ Simon inſidiaꝛ, Iaſonis peruerſa inſtitutio, & de ſacerdotij principatu diſcepta-
tiones. Caput IIII.

A SImon autem prædictus pecuniaꝝ & patriæ delator, male loquebaꝛ de Onia, tanq̄ ipſe
Heliodorum inſtigaſſet ad hæc, & ipſe fuiſſet inuentor maloꝝ, prouiſoremqꝫ ciuitatis
ac defenſore gentis ſuæ, & æmulatorem legis Dei, audebat inſidiatorem regni dicere.
Sed cum inimicitiæ in tantū procederent, vt etiam per quoſdam Simonis neceſſarios
homicidia fierent: conſiderans Onias periculum contentōis, & Apollonium inſanire, vtpote
ducem Cœleſſyriæ & Phœnicis, ad augendam malitiam Simonis, ad regē ſe contulit: non vt
ciuium accuſator: ſed communē vtilitatē apud ſemetipſum vniuerſæ multitudinis conſiderās.
Videbat eñ ſine regali prouidentia impoſſibile eſſe pacem rebus dari, nec Simonē poſſe ceſſa-
re à ſtultitia ſua. Sed poſt Seleuci vitæ exceſſum, cum ſuſcepiſſet regnum Antiochus, q nobilis
appellabaꝛ, ambiebat Iaſon frater Oniæ ſummū ſacerdotiū, adito rege, promittēs ei argenti ta
B lenta trecenta ſexaginta: & ex redditibus alijs talenta octoginta. Super hoc promittebat & alia
centum qnquaginta, ſi poteſtati eius concedereꝛ, gymnaſium, & ephebiam ſibi conſtituere, &
eos q in Hieroſolymis erant Antiochenos ſcribere. Quod cū rex annuiſſet, & obtinuiſſet prin-
cipatum, ſtatim ad gentilem ritū contribules ſuos transferre cœpit. Et amotis his quæ huma-
nitatis cauſa Iudæis à regibus fuerant conſtituta: per Iohannē patrē Eupolemij, q apud Ro-
manos de amicitia & ſocietate functus eſt legatōe, legitima ciuium iura deſtituēs, praua inſtitu
ta ſanciebat. Et eñ auſus eſt ſub ipſa arce gymnaſiū conſtituere, & optimos quoſqꝫ epheboꝝ
C in lupanaribus ponere. Erat aūt hoc non initiū, ſed incrementū quoddā, & profectus gētilis,
& alienigenæ conuerſatōis, propter impij & non ſacerdotis Iaſonis nephariū & inauditū ſce-
lus: ita vt ſacerdotes iam non circa altaris officia dediti eſſent, ſed contēpto tēplo, & ſacrificijs
neglectis, feſtinarēt participes fieri palęſtræ, & præbitōis eius iniuſtæ, & in exercitijs diſci, & pa
trios qdem honores nihil habentes, græcas glorias optimas arbitrabanꝛ. Quaꝝ gřa periculo-
ſa eos contentio habebat: & eoꝝ inſtituta æmulabanꝛ, ac per oīa his conſimiles eſſe cupiebant:
quos hoſtes, & peremptores habuerāt. In leges eñ diuinas impie agere, impune nō cedit. Sed
hoc tp̄s ſequens declarabit. Cū aūt qnquēnalis agon in Tyro celebrareꝛ, & rex præſens eſſet,
miſit Iaſon facinoroſus * ab Hieroſolymis, viros pctōres, portātes argēti didrachmas trecētas,
in ſacrificiū Herculis, quas poſtulauerūt hi q aſportauerant, ne in ſacrificijs erogarenꝛ, qa non
oporteret: ſed in alios ſumptus eas deputari. Sed hæc oblata ſunt qdem ab eo q miſerat, in ſa-
crificiū Herculis: propter * præſentes aūt datæ ſunt in fabricam nauium triremiū. Miſſo autē
D in Aegyptū Apollonio Meneſthei filio, propter primates Ptolemęi Philometoris regis, cū co
gnouiſſet Antiochus alienū ſe à negotijs regni effectū, proprijs vtilitatibus conſulēs, profectus
inde venit Ioppen, & inde Hieroſolymā. Et magnifice ab Iaſone, & ciuitate ſuſceptus, cū ſacu
laꝝ luminibus, laudibus ingreſſus eſt, & inde in Phœnicē exercitū cōuertit, & poſt triennij tē-
pus miſit Iaſon Menelaū ſupradicti Simonis frēm, portantem pecunias regi, & de negotijs ne
ceſſarijs reſpōſa perlaturꝰ. At ille cōmendatus regi cū magnificaſſet faciem poteſtatis eius, in ſe
metipſum retorſit ſummū ſacerdotiū, ſupponēs Iaſoni talēti argēti trecēta. Acceptiſqꝫ à rege
mādatis, venit: nihil qdem habēs dignū ſacerdotio, animos vero crudelis tyrāni, & feræ beluæ
irā gerēs. Et Iaſon qdem q propriū frēm captiuauerat, ipſe deceptus, profugus, in Hammanitē
expulſus eſt regionē. Menelaus aūt principatū qdem obtinuit: de pecunijs vero regi promiſſis
E nihil agebat, cū exactionem faceret Soſtratus, qui arci erat præpoſitus. Nam ad hunc exactio
vectigaliū pertinebat. Quā ob cauſam vterqꝫ ad regē ſunt euocati. Et Menelaus amotus eſt à
ſacerdo

ephebia, pubertas prima adoleſcētiæ ætas, hic pro ephebon, proſtibulo accipitur

Græ. ſacroꝝ pcuratores, ut ab Hieroſolymis uiros Antiochenos portātes argenti drachmas & cætera

Græ. portantes.

Mallos Ciliciae ciuitas ē, hic dicti ſunt Mallotae me dialonga.

ſacerdotio,ſuccedente Lyſimacho fratre ſuo, Soſtratus autem prælatus eſt Cyprijs. Et cum
hæc agerent,contigit Tarſenſes & Mallotas ſeditionē mouere, eo ꝙ Antiochi regis concubi-
næ,dono eſſent dati. Feſtinanter itaqꝫ rex venit ſedare illos,relicto ſuffecto vno ex comitibus
ſuis Andronico. Ratus aūt Menelaus accepiſſe ſe tp̄s opportunū,aurea quædā vaſa è tēplo fu-
ratus,donauit Andronico,& alia vendiderat in Tyro,& per vicinas ciuitates. Quod cū certiſſi
me cognouiſſet Onias arguebat eū:ipſe in loco tuto ſe cōtinens Antiochiæ,ſecus Daphnē. Vñ
Menelaus accedens ad Andronicū:rogabat vt Oniā interficeret. Qui cū veniſſet ad Oniā,&
datis dextris cū iureiurādo ḡuis eēt ei ſuſpectus ſuaſiſſet de Aſylo ,pcedere, ſtatim eū peremit,
non veritus iuſtitiā. Ob quā cauſam non ſolū Iudæi,ſed etiā aliæ quoqꝫ natōes indignabant,&
moleſte ferebāt de nece tāti viri iniuſta. Sed regreſſum regē de Ciliciæ locis adierūt Iudæi an- F
te Antiochiā ſimul & Græci,conquirētes de iniqua nece Oniæ. Contriſtatus itaqꝫ eſt animo
Antiochus ,ppter Oniā,& flexus ad miſericordiā lachrymas fudit,recordatus defuncti ſobrie-
tatē,& modeſtiā. Accēſisqꝫ animis Andronicū purpura exutū,p totā ciuitatē iubet circūduci,
& in eodē loco in quo in Oniā impietatē cōmiſerat, ſacrilegū vita priuari,dño illi cōdignā re-
tribuente pœnā. Multis aūt ſacrilegijs in tēplo à Lyſimacho cōmiſſis,Menelai cōſilio,& di-
uulgata fama,cōgregata eſt multitudo aduerſum Lyſimachū, multo iam auro exportato,tur-
bis aūt inſurgētibus,& animis ira repletis,Lyſimachus,armatis fere tribus milibus iniqs mani
bus vti cœpit,duce quodā tyrāno,ætate pariter & demētia ,puecto. Sed vt intellexerūt cona-
tum Lyſimachi,alij lapides,alij fuſtes validos arripuere,qdā vero cinerē in Lyſimachū iecere.
Et multi qdem vulnerati,qdam aūt ,pſtrati:oēs vero in fugā cōuerſi ſunt. Ipſum etiā ſacrilegū G
ſecus ęrariū interfecerūt. De his ergo cœpit iudiciū aduerſus Menelaum agitari. Et cū veniſſet
rex Tyrū:ad ip̄m negotiū detulerūt,miſſi tres viri à ſenioribus. Et cū ſuperaret Menelaus, ,p-
miſit Ptolemæo multas pecunias dare,ad ſuadendū regi. Itaqꝫ Ptolemæus in quodā atrio poſi
tū quaſi refrigerādi grā regē adijt,& deduxit à ſnīa,& Menelaum qdem vniuerſæ malitiæ reū
criminibus abſoluit,miſeros aūt qui etiā ſi apud Scythas cauſam dixiſſent,innocētes iudicarē-
tur,hos morte dānauit. Cito ergo iniuſtā pœnā dederūt,q pro ciuitate,& populo,& ſacris va
ſis cām ,pſecuti ſunt. Quāobrē Tyrij qꝫqꝫ indignati,erga ſepulturā eoꝝ liberaliſſimi extiterunt
Menelaus aūt propter auaritiā eoꝝ,qui in potentia erāt, permanebat in poteſtate,creſcens in
malitia ad inſidias ciuium.

¶Signa Hieroſolymis viſa in cœleſtibus. Iaſon ciues ſuos pſequēs tandē exul perimit.
Perſecutio Iudæoꝝ per Antiochum. Ca. V.

EOdem tp̄e Antiochus ſcđam profectionē parauit in Aegyptū. Contigit aūt per vni- A
uerſam Hieroſolymoꝝ ciuitatem videri diebus quadraginta per aëra equites diſcur-
rentes,auratas ſtolas habentes,& haſtas quaſi cohortes armatas, & curſus equoꝝ per
ordines digeſtos,& congreſſiones fieri cominus,& ſcutoꝝ motus,& galeatoꝝ multi-
tudinē,gladijs diſtrictis,& teloꝝ iactus:& aureoꝝ armoꝝ ſplendorē,omniſqꝫ generis lorica-
rum,quapropter omnes rogabant in bonum mōſtra conuerti, ſed cum falſus rumor exiſſet,
tanq̄ vita exceſſiſſet Antiochus,aſſumptis Iaſon non minus mille viris,aggreſſus eſt ciuitatem
repente,& ciuibus ad muꝝ conuolantibus,ad vltimū apprehenſa ciuitate, Menelaus fugit in
arcem,Iaſon vero non parcebat in cæde ciuibus ſuis, nec cogitabat proſperitatem aduerſum
cognatos malum eſſe maximū,arbitrans hoſtiū,& non ciuiū ſe trophęa captuꝝ. Et principa-
tum qdem non obtinuit,finē vero inſidiaꝝ ſuaꝝ confuſionē accepit,& profugus iteꝝ abijt in
Ammaniten. Ad vltimū in exitiū ſui concluſus ab Aretha Arabum tyranno,fugiens de ciuita- B
te in ciuitatē,omnibus odioſus,vt refuga legum,& execrabilis, vt patriæ,& ciuium hoſtis,in
Aegyptū extruſus eſt. Et q multos de patria ſua expulerat,peregre perijt,Lacedęmonias ,pfe
ctus,quaſi pro cognatōe ibi refugiū habiturus. Et qui inſepultos multos abiecerat, ipſe & illa-
mentatus,& inſepultus abijcit,& ſepultura neqꝫ peregrina vſus,neqꝫ patrio ſepulchro partici-
pans. His itaqꝫ geſtis ſuſpicatus eſt rex,ſocietatē deſerturos Iudæos. Et ob hoc profectus ex
Aegypto,efferatis animis ciuitatē quidē armis cœpit. Iuſſit aūt militibus interficere, nec par-
cere occurſantibus,& per domos aſcendētes trucidare. Fiebāt ergo cædes iuuenū,ac ſenioꝝ,&
mulieꝝ,& natoꝝ exterminia,virginūqꝫ & paruuloꝝ neces. Erant aūt toto triduo octoginta C
milia interfecti, ꝗdraginta milia vincti,nō minus aūt vęnundati. Sed nec iſta ſufficiunt, Auſus
eſt etiā intrare templū,vniuerſa terra ſanctius,Menelao ductore,qui legū.& p̄riæ fuit prodi-
tor,& ſceleſtis manibus ſumēs ſancta vaſa,quæ ab alijs regibus,& ciuitatibus erāt poſita ad or-
natū loci,& gloriā,contrectabat indigne,& contaminabat. Ita alienatus mente Antiochus nō
cōſiderabat,ꝙ propter pctā habitantiū ciuitatē,modicum deus fuerat iratus. Propter quod &
accidit circa locum deſpectio. Alioquin niſi contigiſſet eos multis peccatis eſſe inuolutos,ſicut
Heliodorus,qui miſſus eſt à Seleuco rege,ad expoliandū ærariū,ſtatim aduenięs,flagellatus,&
repulſus utiqꝫ fuiſſet ab audacia. Veꝝ nō propter locū,gentē,ſed ,ppter gentē,locū deus elegit.
Ideoqꝫ & ipſe locus particeps factus eſt populi maloꝝ:poſtea aūt fiet ſocius bonoꝝ. Et quid
dere-

derelictus in ira dei oipotens est:iterũ in magni dei recõciliatõe cũ summa gloria exaltabit. Igi
tur Antiochus mille & octogentis ablatis de tẽplo talentis, velociter Antiochiã regressus est,
existimãs se præ supbia terrã ad nauigandũ,pelagus vero ad iter agendũ deductuꝝ ꝓpter mẽ-
tis elationẽ. Reliqt autem ꝓpositos ad affligendã gentẽ, Hierosolymis qdem Philippũ,genere
Phrygem,moribus crudeliorẽ,eo ipso à quo cõstitutus est,in Garizim aũt Andronicũ,& Me
nelaum,q grauius q̃ cæteri imminebãt ciuibus.Cũq; appositus esset contra Iudęos,misit odio-
sum principem Apolloniũ,cum exercitu viginti & duobus milibus, præcipiens ei oẽs pfectæ
ætatis interficere,mulieres,ac iuuenes,ac virgines vendere. Qui cũ venisset Hierosolymã pa-
cem simulans,quieuit vsq; ad diẽ sanctũ sabbati. Et tunc feriatis Iudæis, arma capere suis pręce
pit.Oẽsq; ĩl'q ad spectaculũ ꝓcesserãt,trucidauit. Et p ciuitatẽ cũ armatis discurrẽs , ingentẽ
multitudinem peremit. Iudas aũt Machabæus q decimus fuerat,secesserat in desertum locum,
ibiq; inter feras vitam in montibus cum suis agebat,& fœni cibo vescentes demorabantur, ne
participes essent coinquinationis.

¶Iudæi legem dei omittere compellunt. Ca.VI.

A SEd non post multum tpis misit rex senem quendã Antiochenũ,q cõpelleret Iudæos,
vt se trãsferrent à patrijs,& dei legibus,contaminare etiã qđ in Hierosolymis erat tẽ-
plum,& cognomiare Iouis Olympij,& in Garizim,prout erãt hi q locum inhabitabãt
Iouis hospitalis. Pessima autẽ & vniuersis grauis erat maloꝝ incursio. Nam tẽplum lu-
xuria,& comessatõibus gentiũ erat plenũ,& scortantiũ cũ meretricibus,sacratisq; ædibus mu-
lieres se vltro ingerebant,introferentes ea quæ non licebat. Altare etiam plenum erat illicitis,
B quæ legibus prohibebant. Neq; autẽ sabbata custodiebant,neq; dies solẽnes patrij seruabant,
nec simpliciter se quisq̃ Iudæũ confitebat. Ducebant autẽ cũ amarã necessitate in diebus nata
lis regis ad sacrificia. Et cum Liberi sacra celebrarent,cogebant hedera coronati Libero cir-
cũire. Decretum autẽ exijt in proximas gẽtiliũ ciuitates,suggerẽtibus Ptolemæis,vt pari mo-
do & ipsi aduersus Iudæos agerẽt,vt sacrificarẽt,eos autẽ q nollent transire ad instituta genti-
lium,interficerent. Erat ergo videre miseriã. Duæ eñi mulieres delatæ sunt,natos suos circũci
disse,quas ad vbera infantibus suspensis,cũ publice per ciuitatẽ circũduxissent,p muros præci-
C pitauerunt. Alij vero ad proximas coeuntes speluncas,& latenter sabbati diem celebrantes,cũ
indicati essent Philippo,flãmis succensi sunt,eo qꝫ verebant propter religionẽ,& obseruantiã,
manu sibimet auxilium ferre. Obsecro autẽ eos q hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescãt ꝓ
pter aduersos casus,sed reputẽt ea quæ acciderunt nõ ad interitum,sed ad correptionẽ esse ge-
neris nostri. Et eñi multo tpe nõ sinere pctõribus ex snĩa agere,sed statim vltiões adhibere ma
gni beneficij est indicium. Non eñi sicut in alijs natõibus dñs patienter expectat vt eas cum iu
D dicij dies aduenerit in plenitudine pctõꝝ puniat,ita & in nobis statuit vt pctis nostris in finem
deuolutis,ita demũ in nos vĩdicet,ꝓpter qđ nunq̃ qdẽ à nobis misericordiã suã amouet,corri
piẽs vero in aduersis populũ suũ,nõ derelinquit. Sed hęc nobis ad cõmonitionẽ legentiũ dicta
sunt paucis. Iam autẽ veniẽdum est ad narrationẽ. Igit Eleazarus vnus de primoribus scriba-
rum,vir ætate ꝓuectus,& vultu decorus,aperto ore hians,cõpellebat carnẽ porcinã mãduca-
re. At ille gloriosissimã mortẽ magis q̃ odibilẽ vitã cõplectẽs,voluntarie pibat ad supplicium.
E Intuẽs autẽ quẽadmodum oporteret accedere,patiẽter sustinẽs, destinauit non admittere illi-
cita ꝓpter vitæ amorẽ. Hi autẽ q astabãt iniqua miseratõe cõmoti, ꝓpter antiquã viri amicitiã
tollẽtes eum secreto,rogabãt afferri carnes,qbus vesci ei licebat,vt simularet mãducasse,sicut
rex imperauerat,de sacrificij carnibus,vt hoc facto à morte liberaret,& ꝓpter veterẽ viri ami
citiã hanc in eo faciebãt humanitatẽ. At ille cogitare cœpit ætatis & senectutis suæ eminenti
am dignã,& ingenitæ nobilitatis caniciẽ,atq; à puero optimæ cõuersatõis actus, & scđm san-
ctæ,& à deo conditę legis constituta,respondit cito,dicens,præmitti se velle in infernũ. Non
eñi ætati nostræ dignũ est (inquit) fingere, vt multi adolescentiũ arbitrãtes Eleazaꝝ nonagin
F ta annoꝝ transisse ad vitã alienigenaꝝ,& ipsi propter meã simulationẽ, & ꝓpter modicũ cor
ruptibilis vitæ tempus decipiant,& per hoc maculã atq; execrationẽ meæ senectuti conquirã
Nam & si in præsenti tpe supplicijs hoĩm eripiar,sed manum oĩpotentis,nec viuus,nec defun
ctus effugiã. Quamobrẽ fortiter vitã excedendo,senectute qdem dignus apparebo, adolescẽ
tibus autẽ exemplum forte relinquã si prompto animo,ac fortiter pro grauissimis ac sanctissi
mis legibus,honesta morte perfungar. His dictis cõfestim ad suppliciũ trahebat. Hi autẽ q eũ
G ducebant,& paulo añ fuerãt mitiores, in iram conuersi sunt propter sermones ab eo dictos,qs
illi per arrogantiã prolatos arbitrabant. Sed cum plagis perimeret,ingemuit,& dixit: Dñe qui
habes sciam,manifeste tu scis,quia cum à morte possem liberari,duros corporis sustineo dolo
res,secundum animam vero propter timorẽ tuum libenter hæc patior. Et iste qdem hoc mo-
do vita decessit,non solum iuuenibus,sed & vniuersæ genti memoriam mortis suæ ad exem-
plum virtutis,& fortitudinis,derelinquens.

¶Septem fratrum matrisq; eorum supplicia. Ca.VII.

Con-

Taurea scutica est ex corio bubulo facta.

CONtigit aũt septẽ frẽs vna cum mr̃e sua apprehensos, compelli à rege edere contra A
fas carnes porcinas, flagris, & taureis cruciatos. Vnus ãt ex illis q erat primus, sic ait:
Quid quæris, & qd vis discere à nobis? Parati sumus mori magis q̃ pr̃ias & dei leges
ꝑuaricari. Iratus itaq; rex iussit sartagines, & ollas æneas succẽdi, qbus statim succẽ
sis, iussit ei q prior fuerat locutus, amputari linguã, & cute capitis abstracta, summas q̃q; ma-
nus, & pedes ei ꝑscidi, cæteris eius fratribus, & mr̃e inspiciẽtibus. Et cũ iam ꝑ oĩa inutilis factus
esset, iussit ignẽ admoueri, & adhuc spirantẽ torreri in sartagine. In qua cũ diu cruciaret, cæte-
ri vna cũ mr̃e inuicẽ se hortabant mori fortiter, dicẽtes: Dñs deus aspiciet veritatẽ, & consola- B
bit in nobis, quẽadmodũ in ꝓtestatione cantici declarauit Moyses. Et in seruis suis consolabit.
Deut.32.f Mortuo itaq; illo hoc primo, hoc modo sequentẽ deducebãt ad illudendũ. Et cute capitis eius
cũ capillis abstracta, interrogabãt si mãducaret prius q̃ toto corpore per mẽbra singula puni-
ret. At ille respondẽs pr̃ia voce, dixit: Non faciã. Propter qd & iste sequẽti loco primi tormen
ta suscepit, & in vltimo spũ constitutus, sic ait: Tu qdem scelestissime, in ꝑsenti vita nos perdis,
sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus in æternæ vitę resurrectõe suscitabit. Post hũc
tertius illudit, & linguã postulatus, cito protulit, & manus constãter extendit & cũ fiducia, ait: C
E cœlo ista possideo, sed propter dei leges nunc hæc ipsa despicio, qm̃ ab ipso me ea recepturꝝ
spero. Ita vt rex & q cũ ipso erant mirarent adolescentis animũ, ꝙ tanq̃ nihilũ duceret crucia-
tus. Et hoc ita defuncto quartũ vexabãt, sil'r torquẽtes, & cũ iam esset ad mortẽ, sic ait: Potius
est ab hoĩbus morti datos spem expectare à deo, iterꝝ ab ipso resuscitandos. Tibi eñ resurre-
ctio ad vitã non erit. Et cũ admouissent quintũ, vexabãt eum. At ille respiciens in eũ, dixit:
Potestatẽ inter homines habes, cũ sis corruptibilis, facis qd vis. Noli aũt putare genus nostrũ
à deo esse derelictũ. Tu aũt patiẽter sustine, & videbis magnã ptãtem ipsius, qualiter te & semẽ D
tuũ torquebit. Post hũc ducebãt sextũ. Et is mori incipiẽs, sic ait: Noli frustra errare. Nos eñ
ꝓpter nosmetipsos hoc patimur, peccãtes in deũ nr̃m, & digna admiratõe facta sunt in nobis.
Tu aũt ne existimes tibi ĩpune futurꝝ, qd cõtra deũ pugnare tẽtaueris. Supra modũ aũt mater
mirabilis & bonoꝝ memoria digna, q̃ pereũtes septẽ filios sub vnius diei tpe conspiciẽs, bono
animo ferebat, ꝓpter spem quã in deo habebat, singulos illoꝝ hortabat voce pr̃ia fortiter, re-
pleta sapĩa, & fœmineæ cogitationi masculinũ animũ inserẽs, dixit ad eos. Nescio qualiter in
vtero meo apparuistis. Neq; eñ ego spm̃ & aĩam donaui vobis, & vitã, & singuloꝝ mẽbra nõ E
ego ipa cõpegi. Sed eñ mũdi creator q formauit hoĩs natiuitatẽ, quiq; oĩm inuenit originẽ, &
spm̃ vobis iterꝝ cũ misericordia reddet, & vitã, sicut nũc vosmetipsos despicitis propter leges
eius. Antiochus aũt cõtemni se arbitratus, simul & exprobrãtis voce despecta, cũ adhuc ado-
lescentior supesset, nõ solũ verbis hortabat, sed & cũ iuramẽto affirmabat, se diuitẽ, & beatũ fa-
cturꝝ, & trãslatũ à patrijs legibus amicũ habiturꝝ, & res necessarias ei præbiturꝝ. Sed ad hæc cũ
adolescẽs nequaq̃ inclinaret, vocauit rex mr̃em, & suadebat ei, vt adolescẽti fieret in salutẽ. Cũ
aũt multis eã verbis esset hortatus, ꝓmisit suasurã filio suo. Itaq; inclinata ad illũ, irridẽs crude-
lẽ tyrannũ, ait pr̃ia voce: Fili mi miserere mei q̃ te in vtero nouem mẽsibus portaui, & lac triẽ-
nio dedi, & alui, & in ætatẽ istã perduxi. Peto nate, vt aspicias ad cœlũ, & terrã, & ad oĩa q̃ in eis F
sunt, & intelligas q̃a ex nihilo fecit illa deus, & hoĩm genus. Ita fiet vt nõ timeas carnificẽ istũ,
sed dignus fratribus tuis effectus particeps, suscipe mortẽ, vt in illa miseratõe cũ fratribus tuis
te recipiã. Cũ hæc illa adhuc diceret, ait adolescens: Quẽ sustinetis? Nõ obedio ꝑcepto regis,
sed ꝑcepto legis, q̃ data est nobis ꝑ Moysen. Tu vero q inuentor oĩs malitię factus es in Hebrę
os, nõ effugies manũ dei. Nos eñ pro pc̃tis nostris hæc patimur. Et si nobis ꝓpter increpatio-
nẽ, & correptionẽ dñs deus noster modicũ iratus est, sed iterꝝ recõciliabit seruis suis. Tu aũt o
scelestè, & oĩm hoĩm flagitiosissime, noli frustra extolli vanis spebus, in seruos eius inflãmatus. G
Nondũ eñ oĩpotẽtis dei, & oĩa inspiciẽtis, iudiciũ effugisti. Nã frẽs mei modico nunc dolore
sustẽtato, sub testamẽto æternæ vitæ effecti sunt, tu vero iudicia dei iustas supbiæ tuæ pœnas
exolues. Ego aũt sicut & frẽs mei aĩam & corpus meũ trado, ꝓ patrijs legibus, inuocãs deũ ma
turius gẽti nostræ propitiũ fieri, teq; cũ tormẽtis & verberibus confiteri, ꝙ ipse est deus solus.
In me vero, & in fratribus meis desinet oĩpotentis ira, q̃ sup omẽ genus nr̃m iuste supducta ẽ
Tunc rex accẽsus ira, in hũc sup oẽs crudelius deseuit, indigne ferẽs se derisum. Et hic itaq; mũ
dus obijt, per oĩa in dño confidẽs. Nouissime aũt post filios & mater cõsumpta est. Igit de sa-
crificijs, & de nimijs crudelitatibus satis dictum est.

¶Iudas Machabæus regis ædictũ seruare recusans, collecto exercitu Nicanorem profli
gat.. Ca.VIII.

IVdas vero Machabæus, & qui cum illo erant, introibãt latẽter in castella, & conuocantes A
cognatos & amicos, & eos q ꝑmanserãt in Iudaismo assumentes, eduxerũt ad se sex milia
viroꝝ. Et inuocabãt dñm, vt respiceret in populũ, q ab oĩbus calcabat, & misereret tẽplo
qd cõtaminabat ab impijs. Misereret etiã exterminio ciuitatis, q̃ esset ilico cõplananda, &
vocẽ sanguinis ad se clamãtus audiret. Memoraret quoq; iniquissimas mortes paruuloꝝ inno-
centum

B centū,& blaſphemias nomini ſuo illatas,& indignarcẽ ſuper his. At Machabæus congregata
multitudine,intolerabilis gentibus efficiebatur. Ira eñ dñi in miſericordiam conuerſa eſt,&
ſuperueniens caſtellis,& ciuitatibus improuiſus,ſuccendebat eas,& opportuna loca occupās
non paucas hoſtiū ſtrages dabat. Maxime autē noctibus ad huiuſcemodi excurſus ferebatur,
& fama virtutis eius vbiq; diffundebatur. Vidēs autē Philippus paulatim viꝝ ad profectum
venire,ac frequentius res ei cedere proſpere,ad Ptolemæum ducē Cœleſſyriæ, & Phenicis,
ſcripſit,vt auxiliū ferret regijs negotijs. At ille velociter miſit Nicanorē Patrocli, de primo-
ribus amicum,datis ei de permixtis gētibus armatis,nō minus viginti milibus, vt vniuerſum
C genus Iudæoꝝ deleret,adiuncto ei & Gorgia viro militari,& in bellicis rebus experientiſſi-
mo. Cōſtituit autē Nicanor, vt regi tributū q̃d Romanis erat dandū, duo milia talentoꝝ,de
captiuitate Iudæoꝝ,suppleret. Statimq; ad maritimas ciuitates miſit,cōuocās ad coemptionē
Iudaicoꝝ mancipioꝝ,promittēs ſe nonaginta mancipia talento diſtracturꝝ, nō reſpiciēs ad
vindictā quæ eū ab omnipotēte eſſet cōſecutura. Iudas autē vbi cōperit,indicauit his q ſecum
erant Iudæis,Nicanoris aduentū,ex q̃bus quidā formidātes,& nō credentes dei iuſtitiæ,in fu
gā vertebant,alij vero ſi qui de his ſupererāt,veniebāt,ſimulq; dñm deprecabant,vt eriperet
eos ab impio Nicanore,q eos priuſq̃ cominus veniret,vendiderat. Et ſi nō propter eos, pro
pter teſtamentū tñ,quod erat ad patres eoꝝ,& propter inuocationē ſancti & magnifici no-
D minis eius,ſup ipſos. Conuocatis autē Machabæus ſeptē milibus,q cū ipſo erant,rogabat ne
hoſtibus recōciliarent, neq; metuerēt inique venientium aduerſum ſe hoſtium multitudinē,
ſed fortiter cōtenderēt,ante oculos habētes cōtumeliā,q̃ in loco ſancto ab his iniuſte eſſet il-
lata,itēq; & ludibrio habitæ ciuitatis iniuriā,adhuc etiā veteꝝ inſtituta conuulſa. Nā illi qui- 4.reg.19.g
dē armis cōfidunt(ait)ſimul & audacia:nos autē in omnipotēte dño,q poteſt & veniētes ad- Infra.15.e
uerſum nos,& vniuerſum mundū vno nutu delere,cōfidimus: Admonuit aūt eos & de auxi-
lijs dei,q̃ facta ſunt erga parētes,& q̃d ſub Sennacherib centum octogintaquinq; milia perie
runt,& de prælio q̃d eis aduerſus Galatas fuit in Babylonia,vt oēs vbi ad rē ventum eſt Ma-
E cedonibus ſocijs hæſitātibus,ipſi ſex milia ſoli,peremerūt centū viginti milis, propter auxi-
liū illis datū de cœlo,& bñficia pro his plurima cōſecuti ſunt. His verbis cōſtantes effecti ſunt
& pro legibus,& patria mori parati. Cōſtituit itaq; fratres ſuos duces,vtriq; ordini,Simonē,
& Ioſephū,& Ionathā,ſubiectis vnicuiq; millenis,& quingētenis,ad hoc etiā ab Eſdra lecto
illis ſancto libro,& dato ſigno adiutorij dei,in prima acie ipſe dux cōmiſit cū Nicanore. Et fa
cto ſibi adiutore omnipotēte, interfecerūt ſupra nouē milia hoīm,maiorē autē partē exer-
citus Nicanoris vulneribus debilē factā,fugere cōpulerunt. Pecunijs vero eoꝝ q ad emptio-
nē ipſoꝝ venerāt ſublatis,ipſos vſquequaq; pſecuti ſunt. Sed reuerſi ſunt ora concluſi,nā erat
F añ ſabbatū. Q̄ā ob cauſam pſeuerauerūt inſequētes,arma aūt ipſoꝝ,& ſpolia cōgregantes,
ſabbatū agebant,bñdicentes dñm,q liberauit eos in iſto die,miſericordiæ initiū ſtillās in eos
Poſt ſabbatū vero debilibus,& orphanis,& viduis diuiſerūt ſpolia,& reſidua ipſi cū ſuis habu
ere. His itaq; geſtis,& cōmuniter ab oībus facta obſecratione,miſericordē dñm poſtulabant,
vt in finē ſeruis ſuis recōciliaret. Et ex his q cū Timotheo & Bacchide crāt cōtra ſe cōtēdētes
ſup viginti milia interfecerūt,& munitiones excelſas obtinuerunt,& plures p̄das diuiſerunt,
æquā portionē debilibus,pupillis,& viduis,ſed & ſenioribus faciētes. Et cū arma eoꝝ diligē-
ter collegiſſent,oīa cōpoſuerunt in locis opportunis. Reſidua vero ſpolia Hieroſolymā detu
G lerunt,& Philarchē q cū Timotheo erat,interfecerūt, viꝝ ſceleſtū,q in multis Iudæos afflixe
rat. Et cū *epinicia agerēt in Hieroſolymis,eos q ſacras ianuas incēderunt,i. Caliſthenē,cū in ἐπινίκιον,
quoddā domiciliū refugiſſent,incenderunt,digna eis mercede pro impietatibus ſuis reddita. p̄miū ꝓ parta uictoria ſe debetur.
Facinoroſiſſimus aūt Nicanor q mille negotiātes ad Iudæoꝝ vēditionē adduxerat,humilia-
tus auxilio dñi,ab his q̃s nullos exiſtimauerat,depoſita veſte gloriæ,ꝑ mediterranea fugiens
ſolus venit Antiochiā,ſummā infelicitatē de interitu ſui exercitus cōſecutus. Et q promiſerat
Romanis ſe tributū reſtituere,de captiuitate Hieroſolymoꝝ,p̄dicabat nunc protectorē deū
habere Iudæos,& ob ipſum inuulnerabiles eſſe,eo ꝙ ſequerent leges ab ipſo conſtitutas.

¶Antiochus Perſipolim expoliare volens,vincitur,& quod Iudæos per-
ſequeretur,percutitur à domino. Cap. IX.

A EOdē tēpore Antiochus inhoneſte reuertebat de Perſide. Intrauerat eñ in eā,q̃ dicit
*Perſipolis,& tētauit expoliare tēplū,& ciuitatē opprimere. Sed multitudine ad ar- Græ. Perſepolis. Ptolemæus lib.6.
ma cōcurrēte,in fugā verſi ſunt,& ita cōtigit vt Antiochus poſt fugā turpiter rediret c.4. Perſopolim ponit.
Et cū veniſſet circa Egbathanā,recognouit q̃ erga Nicanorē,& Timotheum geſta
ſunt,elatus aūt in ira,arbitrabat ſe iniuriā illoꝝ,q ſe fugauerant,poſſe in Iudæos retorquere.
Ideoq; iuſſit agitari curꝝ ſuū,ſine intermiſſione agēs iter,cœleſti eū iudicio perurgēte,eo ꝙ
ita ſupbe locutus eſt,ſe venturꝝ Hieroſolymā,& cōgeriē ſepulchri Iudæoꝝ eā facturꝝ,Sed qui
vniuerſa cōſpicit dñs deus Iſrael,pcuſſit eū inſanabili & inuiſibili plaga. Vt eñ finiuit hūc ipm 2.para.16.a
ſermonē,apprehēdit eū dolor dirus viſceꝝ,& amara internoꝝ tormēta. Et quidē ſatis iuſte.

Quippe q multis & nouis cruciatibus alioꝝ torserat viscera, licet ille nullo modo à sua mali- B
tia cessaret. Sup hoc aũt supbia repletus, ignẽ spirãs aĩo in Iudæos, & pcipiens accelerari nego
tiũ, cõtigit illũ impetu euntẽ de curru cadere, & graui corpis collisiõe mẽbra vexari. Isq; q si-
bi videbat etiã fluctibus maris imperare, supra humanũ modũ supbia repletus, & montiũ alti
tudines in statera apprehẽdere, nũc humiliatus ad terrã in gestatorio portabat, manifestã dei
virtutẽ in semetipso cõtestãs, ita vt de corpore impij vermes scaturirẽt, ac viuẽtes in dolorib⁹
carnes eius effluerẽt, odore etiã illius, & fœtore exercitus grauaret. Et q paulo añ sydera cœli
cõtingere se arbitrabat, eũ nemo poterat propter intolerantiã fœtoris portare. Hinc igit cœ
pit ex graui supbia deductus ad agnitionẽ sui venire, diuina admonitus plaga, p momẽta sin-
gula doloribus suis augmẽta capiẽtibus. Et cũ nec ipse iã fœtorẽ suũ ferre posset, ita ait. Iustũ
est subditũ esse deo, & mortalẽ nõ paria deo sentire: orabat aũt hic scelestus dñm, à quo nõ eẽt C
misericordiã cõsecuturus, & ciuitatẽ ad quã festinans veniebat, vt eã ad solũ deduceret, ac se-
pulchꝝ cõgestoꝝ faceret, nunc optat liberã reddere, & Iudæos, q̃s nec sepultura quidẽ se di-
gnos habituꝝ, sed auibus ac feris diripiẽdos traditurꝝ, & cũ paruulis exterminaturꝝ dixerat,
æquales nunc Atheniensibus facturꝝ pollicet. Tẽplũ etiã sanctũ q̃d prius expoliauerat, opti-
mis donis ornaturꝝ, & sancta vasa multiplicaturꝝ, & ptinẽtes ad sacrificia sumptus, de redditi
bus suis pstaturꝝ, sup hæc & Iudæũ se futurꝝ, & omnẽ locũ terræ perambulaturꝝ, & pdicaturꝝ
dei potestatẽ. Sed nõ cessantibus doloribus, supuenerat eñ in eũ iustũ dei iudiciũ, desperans
scripsit ad Iudæos in hunc modũ, deprecatiõis epistolã, hæc cõtinentẽ. Optimis ciuibus Iu
dæis plurimã salutẽ, & bene valere, & esse felices, rex & princeps Antiochus. Si bene valetis,
& filij vestri, & ex sentẽtia vobis cuncta sunt, maximas agimus gratias. Et ego in infirmitate
cõstitutus: vestri aũt memor benigne reuersus de Persidis locis, & infirmitate graui apprehẽ D
sus, necessariũ duxi pro cõmuni vtilitate curã habere, nõ desperãs memetipsum, sed spem mul
tã habens effugiendi infirmitatẽ. Respiciens aũt q & pater meus, quibus tẽporibus in locis su
perioribus ducebat exercitũ, ostendit, qui post se susciperet principatũ, vt quid cõtrarium ac
cideret, aut difficile nuntiaret, scientes hi q in regionibus erant, cui esset reꝝ summa derelicta
nõ turbarent. Ad hæc cõsiderans de proximo potẽtes quosq;, & vicinos tẽporibus insidian-
tes, & euentũ expectãtes, designaui filiũ meũ Antiochum regẽ, quẽ sæpe recurrens in superio
ra regna, multis vestris commendabam, & scripsi ad eũ quę subiecta sunt Oro itaq; vos, & pe
to memores beneficioꝝ publice & priuatim, vt vnusquisq; cõseruet fidẽ ad me, & ad filium
meũ. Cõfido eñ eum modeste & humane acturꝝ, & sequentẽ propositũ meũ, communẽ vo
bis fore. Igitur homicida & blasphemus pessime pcussus, & vt ipse alios tractauerat pegre
in monte miserabili obitu vita functus est. Transferebat autẽ corpus Philippus collectaneus
eius. Qui metuens filium Antiochi, ad Ptolemæũ Philometorẽ in Aegyptum abijt.

¶ Eupatoris gesta enarrare incipit. Cap. X.

MAchabæus aũt, & q cũ eo erant, dño se protegẽte, tẽplũ quidẽ & ciuitatẽ recepit, A
aras aũt quas alienigenæ p plateas extruxerãt, itẽq; delubra demolitus est. Et pur
gato tẽplo, aliud altare fecerũt, & de ignitis lapidibus, igne cõcepto, sacrificia ob-
tulerũt post bienniũ, & incẽsum, & lucernas, & panes propositiõis posuerũt. Qui-
bus gestis, rogabãt dñm prostrati in terrã, ne amplius talibus malis inciderẽt. Sed & si qñ pec
cassent, vt ab ipso mitius corriperent, & nõ barbaris & blasphemis hoĩbus traderent. Qua die
aũt tẽplũ ab alienigenis pollutũ fuerat, cõtigit eadẽ die purgationẽ fieri, vicesimaqnta mẽsis,
q fuit Casleu. Et cũ lætitia dieb⁹ octo egerũt in modũ tabernaculoꝝ, recordãtes q añ modi- B
cũ tpis diẽ solennẽ tabernaculoꝝ in mõtibus, & in speluncis more bestiaꝝ egerãt. Propter q̃d
thyrsos & ramos virides & palmas pferebãt ei, q prosperauit mũdare locũ suũ. Et decreuerũt
cõi pcepto & decreto, vniuersæ gẽti Iudæoꝝ, oĩbus annis agere dies festos istos. Et Antiochi
quidẽ q appellatus est nobilis vitæ excessus ita se habuit. Nũc aũt de Eupatore Antiochi im
pij filio, q̃ gesta sunt, narrabimus, breuiãtes mala q̃ in bello gesta sunt. Hic eñ, suscepto regno
cõstituit sup negotia regni Lysiã quẽdã, Phenicis & Syriæ militiæ principẽ: nã Ptolemæus q
dicebat Macer, iusti tenax erga Iudæos eẽ constituit, & pcipue pter iniqtatẽ q̃ facta erat in C
eos, & pacifice agere cũ eis. Sed ob hoc accusatus ab amicis apud Eupatorẽ, cũ frequẽter pdi-
tor audiret, eo q Cyprũ creditã sibi à Philometore deseruisset, & ad Antiochũ nobilẽ trãsla-
tus, etiã ab eo recessisset, veneno vitã finiuit. Gorgias ãt cũ eẽt dux locoꝝ, assumptis aduenis,
frequẽter Iudæos debellabat. Iudæi vero q tenebãt opportunas munitiões, fugatos ab Hiero
solymis suscipiebãt, & bellare tẽtabãt. Hi vero q erãt cũ Machabæo, p oꝛones dñm rogãtes,
vt eẽt sibi adiutor, ĩpetũ fecerũt ĩ munitiões Idumæoꝝ, multaq; vi insistẽtes loca obtinuerũt,
occurrentes interemerunt, & omnes simul non minus vigintiquinq; milibus trucidauerunt.
Quidam autem cum confugissent in duas turres, valde munitas, omnem apparatum ad re- D
pugnandum habentes, Machabęus ad eorum expugnationem, relicto Simone & Iosepho,
itemq; Zachæo, eisq; qui cum ipsis erant, satis multis, ipse ad eas quæ amplius perurgebant,

thyrsus ẽ hasta aculeata hederis obtecta, & cuiuslibet herbæ uirga ac caulis

E pugnas conuersus est. Hi vero qui cum Simone erant cupiditate ducti, à quibusdam qui in
turribus erant suasi sunt pecunia,& septuaginta milibus didrachmis acceptis, dimiserunt q̃sdā
effugere. Cum autem Machabæo nuntiatum esset q̃d factū est, principibus populi congrega-
tis, accusauit q̄ pecunia fratres vendidissent aduersarijs eoꝝ dimissis. Hos igit̃ proditores fctõs
interfecit,& cõfestim duas turres occupauit. Armis aūt ac manibus oĩa prospere agendo, in
duabus munitionibus plusq̃ viginti milia peremit. Et Timotheus q prius à Iudæis fuerat supa-
tus, cõuocato exercitu peregrine multitudinis, & cõgregato eq̃tatu Asiano aduenit, q̃si armis
Iudæā capturus. Machabæus & q cū eo erant, appropinquante illo, deprecabant̃ dñm, caput
terra aspergētes, lumbosq̄ cilicijs p̃cincti, ad altaris crepidinē prouoluti, vt sibi propitius, ini-
F micis aūt eoꝝ esset inimicus,& aduersarijs aduersaret̃, sicut lex dicit. Et ita post orationē sum-
ptis armis, longius de ciuitate procedētes, proximi hostibus effecti, residrrūt. Primo autē solis
ortu, vtriq̄ cõmiserunr: isti q̃dē victoriæ & prosperitatis sponsorē cū virtute dñm habētrs, illi
aūt ducē belli animū habebāt. Sed cū vehemēs pugna esset, apparuerūt aduersarijs de cœlo viri
quoq̄, in equis, frenis aureis decori, ducatū Iudæis p̃stantes, ex q̃bus duo Machabæū mediū habē
tes armis suis circunseptū, incolumen cõseruabāt, in aduersarios aūt tela & fulmina iaciebāt, ex
quo & cæcitate cõfusi,& replrti pturbatione cadebāt. Interfecti sunt aūt viginti milia q̃ngen-
ti peditū,& equites sexcenti. Timotheus vero cõfugit in Gazaram, p̃sidiū munitū, cui præerat
G Cereas. Machabæus aūt & q cū eo erant, lætantes obsederūt p̃sidiū diebus q̃tuor. At hi q intus
erant loci firmitate cõfisi, supra modū maledicebāt,& sermones nephandos iactabāt. Srd cū di
es quinta illucesceret, viginti iuuenes ex his q cū Machabæo erant, accensi animis propter blas
phemiā, viriliter accesserunt ad muꝝ,& feroci animo incedētes, turres ascendrbāt, sed alij simi
liter ascendētes, turres portasq̄ succendere aggressi sunt, atq̄ ipsos maledicos viuos cõcremare
Per continuū aūt biduū p̃sidio vastato, Timotheū occultantē se in quodā rrpertū loco pereme
runt,& fratrē illius Cereā,& Apollophanē occiderunt. Quibus gestis in hymnis,& cõfessioni-
bus benedicebant dñm, qui magna fecit in Israel,& victoriam dedit illis

A ¶Conante Lysia in Iudæoꝝ perniciē,& sacra prophanare volēte, Iudæis cælitus adiutor
mittit̃, q̃ duce Lysiam in fugā conijciūt,& pactū inire cõpellunt. Cap. XI.

SEd paruo post tpe, Lysias procurator regis,& propinquus, ac negocioꝝ p̃positus, gra-
uiter ferēs de his q̃ acciderāt, congregatis octoginta milibus,& eq̃tatu vniuerso, venie
bat aduersum Iudæos, existimās se ciuitatē quidē captam, gētibus habitaculum factuꝝ,
tēplum vero in pecuniæ quæstum, sicut cætera delubra gentiū habituꝝ,& per singulos
annos venale sacerdotium, nusquā recogitans dei potestatē: sed mente effrenatus, in multitu-
B dine peditū,& in milibus equitū,& in octoginta elephantis confidebat. Ingressus autē Iudæā,
& appropians Bethsuræ, quę erat in angusto loco, ab Hierosolyma interuallo quinq̄ stadioꝝ,
illud præsidiū expugnabat. Vt autē Machabæus & qui cum eo erant, eognouerunt rxpugna-
ri præsidia, cum fletu & lachrymis rogabant dñm,& omnis turba simul, vt bonū angelum mit
teret ad salutē Israel. Et ipse primus Machabæus sumptis armis cæteros adhortatus est, simul
secum periculum subire,& ferre auxilium fratribus suis. Cunq̄ pariter prompto animo proce
derent Hierosolymis, apparuit præcedens eos eques in veste candida, armis aureis hastam vi-
C brans. Tūc omnes simul benedixerunt misericordem dominū,& conualuerunt animis, non so
lum homines, sed & bestias ferocissimas,& muros ferreos parati penetrare, ibant igit̃ prom-
pti, de cœlo habentes adiutorem,& miserantē super eos dominum. Leonum autem more im-
petu irruentes in hostes, prostrauerunt ex eis vndecim milia peditum,& equitum mille sexcen
tos, vniuersos autem in fugam verterunt: plures autem ex eis vulnerati, nudi euaserunt. Sed &
ipse Lysias turpiter fugiens euasit. Et quia non insensatus erat: secum ipse reputā s factam erga
se diminutionem,& intelligens inuictos esse Hebræos, omnipotentis dei auxilio innitētes, mi-
sit ad eos, promisitq̄ se consensurum omnibus quæ iusta sunt,& regem compulsurum amicū
fieri. Annuit autem Machabæus precibus Lysiæ, in omnibus vtilitati consulens. Et quæcunq̄
D Machabæus scripsit Lysiæ de Iudæis: ea rex concessit. Nam erāt scriptæ Iudæis epistolæ à Ly-
sia, siquidem hunc modum continentes. Lysias populo Iudæoꝝ salutem, Ioannes & Abessa-
lom, qui missi fuerant à vobis, tradentes scripta postulabant, vt ea quæ per illos significabantur
implerent. Quæcunq̄ igit̃ regi potuerunr perferri, exposui:& quæ res permittebat consensi. Græc. iouis
Si igit̃ in negotijs fidem conseruaueritis, etiam deinceps bonoꝝ vobis causa esse tētabo. De cæ Corinthii [illegible]
teris autem per singula verba mandaui,& istis,& his, qui à me missi sunt colloqui vobiscū. Bene cesima q̃rta
E ualete. Anno cētesimo quadragesimo octauo, *mensis Dioscori, die vicesima & quarta. Regis &c. Nam legitur
autem epistola ista continebat. Rex Antiochus Lysiæ fratri salutem. Patre nostro inter deos Διοσ κο
translato: nos volentes eos qui sunt in regno nostro sine tumultu agere,& rebus suis adhibere ριθίου,
diligentiam, audiuimus Iudæos non consensisse patri meo, vt transferrent̃ ad ritum Græcoꝝ: id Dios io-
sed tenere velle suū institutum, ac propterea postulare à nobis concedi sibi legitima sua. Volen uis est.
tes igit̃ hanc quoq̄ gētem quietā esse, statuentes iudicauimus templum restitui illis: vt agerent

secūdū maiorꝝ suorꝝ cōsuetudinē. Bn̄ igit̄ feceris, si miseris ad eos, & dexterā dederis, vt cognita nr̄a volūtate, bono aīo sint: & vtilitatibus ꝓprijs deseruiāt. Ad Iudæos vero regis epistola F
talis erat. Rex Antiochus senatui Iudæorꝝ, & cæteris Iudæis salutē. Si valetis, sic estis vt volumus, sed & ipsi bn̄ valemus. Adijt nos Menelaus, dicēs velle vos descēdere ad vr̄os q̄ sunt apud
Xanthicus Aprilis est. nos. His igit̄ q̄ cōmeāt vsq; ad diē tricesimū mēsis xanthici damus dexteras securitatis, vt Iudaicis vtant̄ cibis, & legibus suis, sicut & prius, & nemo eorꝝ vllo modo molestiā patiat̄, de his q̄ ꝑ ignorantiā gesta sunt. Misimus aūt & Menelaū, q̄ vos alloquat̄. Valete. Anno cētesimo q̄dragesimo octauo, xanthici mēsis q̄ntadecima die. Miserūt aūt etiā Romani epistolā ita se habentem. Quintus Memmius, & Titus Manilius, legati Romanorꝝ, populo Iudæorꝝ salutē. De his G
q̄ Lysias cognatus regis cōcessit vobis, & nos cōcessimus: de q̄bus aūt ad regē iudicauit referendū, cōfestim aliquē mittite, diligētius inter vos cōferentes, vt decernamus, sicut cōgruit vobis. Nos eñ Antiochiā accedimus. Ideoq; festinate rescribere, vt nos q̄q; sciamus cuius estis voluntatis. Bn̄ valete. Anno centesimo quadragesimo octauo, q̄ntadecima die mensis xanthici.

¶ Facinus Ioppitarꝝ in Iudæos. Pugnę Machabæi cū Timotheū insequeret̄, oratio pro defunctis iubet̄ fieri. Cap. XII.

His factis pactionibus, Lysias ꝑgebat ad regē: Iudæi aūt agriculturæ opam dabāt. Sed A
hi q̄ resederāt Timothe⁹ & Apollonius, Gemnei filius, sed & Hieronymus, & Demophon superbus, & Nicanor Cypriarches, nō sinebāt eos in silentio agere & q̄ete, Ioppitæ vero tale q̄ddam flagitiū perpetrarūt. Rogauerūt Iudæos, cū q̄bus habitabāt, ascendere scaphas, q̄s parauerāt cū vxoribus & filijs, quasi nullis inimicitijs inter eos subiacētibus

Κυπριάρχης, id ē, Cypri princeps.

Secundū cōe itaq; decretū ciuitatis, & ipsis acq̄escentibus, pacisq; causa nihil suspectū habentibus, cū in altū processissent, submerserunt nō minus ducentos. Quā crudelitatē Iudas in suæ gētis homines factā vt cognouit, præcepit viris q̄ erāt cū ipso, & inuocato iusto iudice deo, venit
aduersus interfectores fratrū, & portū quidē nocte succendit, scaphas exussit, eos aūt q̄ ab igne B
refugerant, gladio peremit. Et cū hæc ita egisset, discessit quasi iterum reuersurus, & vniuersos Ioppitas eradicaturus. Sed cū cognouisset & eos q̄ erant Iamniæ, velle pari modo facere habitantibus secū Iudæis, Iamnitis quoq; nocte superuenit, & portū cū nauibus succendit: ita vt lumen ignis appareret Hierosolymis, ab stadijs ducentis quadraginta. Inde cū iam abijssent nouem stadijs, & iter facerēt ad Timotheū, cōmiserunt cū eo Arabes quinq; milia viri, & equites quingenti. Cumq; pugna valida fieret, & auxilio dei prospere cessisset, residui Arabes victi, petebāt à Iuda dexteras sibi dari, promittētes se pascua daturos, & in cæteris profuturos. Iudas aūt arbitratus vere in multis eos vtiles, promisit pacē: dextrisq; acceptis discessere ad tabernacula sua. Aggressus est aūt & ciuitatē quandam firmam, pontibus murisq; circunseptam, quæ à C
turbis habitabatur gentium promiscuarum: cui nomen Casphin. Hi vero qui intus erant, cōfidentes in stabilitate murorꝝ, & apparatu alimoniarꝝ remissius agebant, maledictis lacessentes Iudam: ac blasphemantes ac loquentes quæ fas non est. Machabæus aūt inuocato magno mūdi principe, qui sine arietibus & machinis, temporibus Iesu, præcipitauit Iericho, irruit ferociter muris, & capta ciuitate ꝑ domini voluntatem innumerabiles cędes fecit, ita vt adiacens stagnum stadiorꝝ duorꝝ latitudinis sanguine interfectorꝝ fluere videret̄. Inde discesserunt stadia septingenta quinquaginta, & venerunt in Characha, ad eos qui dicuntur Tubianæi Iudæos, & Timotheum quidē in illis locis non cōprehenderunt, nulloq; negocio ꝑfecto regressus est, relicto in q̄dam loco firmissimo præsidio. Dositheus aūt, & Sosipater q̄ erāt duces cū Machabęo, D
peremerūt à Timothæo relictos in ꝓsidio, decē milia viros. At Machabæus ordinatis circū se sex milibus, & cōstitutis ꝑ cohortes aduersus Timotheū ꝓcessit hn̄tem secū centū viginti milia peditū, eq̄tumq; duo milia q̄ngentos. Cognito aūt Iudæ aduētu Timotheus ꝓmisit mulieres & filios, & reliquū apparatū, in præsidiū, q̄d Carmon dr̄, erat eñ inexpugnabile, & accessu difficile ꝓpter locorꝝ angustias. Cūq; cohors Iudæ prima apparuisset: timor hostibus incussus ē ex ꝓ̄ntia dei, q̄ vniuersa cōspicit, & in fugā versi sunt alius ab alio: ita vt magis à suis deijcerent̄, & gladiorꝝ suorꝝ ictibus debilitarent̄. Iudas aūt vehemēter instabat, puniēs ꝓphanos, & ꝓstrauit ex eis triginta milia virorꝝ. Ipse vero Timotheus incidit in partes Dosithei, & Sosipatris, & multis precibus postulabat vt viuus dimitteret̄, eo q̄d multorꝝ ex Iudæis parētes haberet, ac fratres, E
q̄s morte eius decipi eueniret. Et cū fidē dedisset restiturꝝ se eos scd̄m cōstitutū illesum eū dimiserūt, ꝓpter fratrū salutē. Iudas aūt egressus est à Carmon, interfectis vigintiq̄nq; milibus. Post horꝝ fugā & necē, mouit exercitū ad Ephron, ciuitatē munitā, in q̄ multitudo diuersarū gentiū habitabat, & robusti iuuenes ꝓ muris consistentes fortiter repugnabant, in hac aūt machinæ multæ, & telorꝝ erat apparatus. Sed cū oīpotentē inuocassent, q̄ ꝑ ptāte sua vires hostiū cōfringit, ceperūt ciuitatē, & ex eis q̄ intus erāt vigintiq̄nq; milia prostrauerūt. Inde ad ciuitatē Scytharꝝ abierūt, q̄ ab Hierosolymis sexcētis stadijs aberat. Cōtestātibus aūt his q̄ apd̄ Scythopolitas erāt Iudæis, q̄d benigne ab eis haberent̄ etiā tꝑibus infelicitatis, q̄d modeste secū egerint: gratias agentes eis, & exhortati etiam de cætero erga genus suum benignos esse, venerunt

Hierosoly-

F Hierosolymã, die solenni septimanarũ instante. Et post penthecosten abierunt contra Gor-
giam præpositũ Idumeæ: exiuit aũt cum peditibus tribus milibus, & equitibus quadringentis.
Quibus congressis, contigit paucos ruere Iudæorum. Dositheus vero quidam de Bachinoris,
eques vir fortis, Gorgiam tenebat, & cũ vellet illũ capere viuum, eques quidam de Thracibus
irruit in eum, humerumq́ꝫ eius amputauit, atqꝫ ita Gorgias effugit in Maresa. At illis qui cũ Es- Deut. 7. d
drin erant, diutius pugnantibus, & fatigatis, inuocauit Iudas dominum adiutorem, & ducẽ bel
li fieri, incipiens voce patria, & cum hymnis clamorem extollens, fugã Gorgiæ militibus in-
cussit. Iudas autem collecto exercitu venit in ciuitatem Odollam. Et cum septima dies superue
niret, secundũ consuetudinẽ purificati, in eodẽ loco sabbatum egerunt, & sequenti die venit cũ
G suis Iudas, vt corpora prostratorum tolleret, & cum parentibus poneret in sepulchris paternis
Inuenerunt aũt sub tunicis interfectorũ de donarijs idolorũ, quæ apud Iamuiam fuerunt, à qbus
lex prohibet Iudæos. Oĩbus ergo manifestũ factum est, ob hãc causam eos corruisse. Omnes
itaqꝫ benedixerunt iustũ iudiciũ dñi, qui occulta fecerat manifesta. Atqꝫ ita ad preces conuersi,
rogauerunt, vt id quod factum erat delictũ, obliuioni traderet. At vero fortissimus Iudas hor-
tabat populum, conseruare se sine pctõ, sub oculis videntes quæ facta sunt, pro pctis eorum q
prostrati sunt. Et facta collatione duodecim milia drachmas argenti misit Hierosolymã, offer-
ri pro pctis mortuorum sacrificiũ, bene & religiose de resurrectione cogitans. Nisi eñi eos q ce
ciderant resurrecturos speraret, superfluum videret, & vanum orare pro mortuis. Et quia con-
siderabat quod hi qui cũ pietate dormitionẽ acceperant, optimam haberent repositam grãm,
Sancta ergo & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, vt à pctis soluant.

¶ Antiochus contra Iudæã veniens, in itinere Menelaum interemit. Iudas eũt eius
castra expugnãs quatuordecim milia hominũ occidit. Cap. XIII.

A ANno centesimo quadragesimonono, cognouit Iudas Antiochũ Eupatorem venire
cum multitudine aduersus Iudæam, & cum eo Lysiam procuratorem, & præpositũ
negociorũ, secum habẽtem peditum* centũ decem milia, & equitum quinqꝫ milia, & *Gr. myria-
elephantos viginti duos, currus cum falcibus trecentos. Cõmiscuit aũt se illis & Me- des undecim
nelaus, & cũ multa fallacia deprecabat Antiochum, non pro patriæ salute, sed sperans se consti id est, undecim decem milia
tui in principatum. Sed rex regum suscitauit animos Antiochi in pctõrem, & suggerente Ly-
B sia, hunc esse causam oĩm malorũ, iussit (vt eis est consuetudo) apprehensum in eodẽ loco neca
ri. Erat aũt in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, aggestũ vndiqꝫ habens cineris. Hęc
prospectũ habebat in preceps. Inde in cinere deijci iussit sacrilegum, oĩbus eũ propellentibus
ad interitũ. Et tali lege p̃uaricatorem legis contigit mori, nec terræ dari Menelaum. Et quidẽ
satis iuste. Nam quia multa erga aram dei delicta cõmisit, cuius ignis & cinis erat sanctus, ipse in
cineris morte damnatus est. Sed rex mente effrenatus, veniebat nequiorẽ se patre suo Iudæis
C ostensurus. Quibus Iudas cognitis, p̃cepit populo, vt die ac nocte dñm inuocarẽt, q̄ sicut semp
& nunc adiuuaret eos, quippe qui lege, & patria, sanctoq́ꝫ templo priuari vererent, ac populũ
qui nuper paululum respirasset, ne sineret blasphemis rursus nationibus subdi. Omnes itaque
simul id faciẽtibus, & petentibus à dño miam, cum fletu, & ieiunijs, per triduũ cõtinuũ prostra-
tis, hortatus est eos Iudas, vt se p̃pararẽt. Ipse vero cum senioribus cogitauit, priusq̃ rex admo
ueret exercitũ ad Iudæam, & obtineret ciuitatem, exire, & domini iudicio committere exitum
D rei. Dans itaqꝫ ptãtem oĩm deo mundi creatori, & hortatus suos vt fortiter dimicarent, & vsqꝫ
ad mortem pro legibus, templo, ciuitate, patria, & ciuibus starent, circa Modin exercitũ cõsti-
tuit. Et dato signo suis dei victoriæ, iuuenibus fortissimis electis, nocte aggressus aulam regiã
in castris, interfecit viros quatuordecim milia, & maximũ elephantorũ, cum his qui superposi-
ti fuerant. Summoq́ꝫ metu, ac perturbatione hostium castra replẽtes, rebusq́ꝫ prospere gestis,
abierunt. Hoc aũt factũ est, die illucescente, adiuuante eũ dñi protectione. Sed rex accepto gu-
E stu audaciæ Iudæorũ, arte difficultates locorũ tentabat, & Bethsuræ, q̃ erat Iudæorũ præsidium
munitũ, castra admouebat. Sed fugabatur, impingebat, minorabat. His autem qui intus erant,
Iudas necessaria mittebat. Enuntiauit aũt mysteria hostibus Rodochus quidam, de Iudaico ex
ercitu, qui requisitus cõprehensus est, & conclusus. Iterum rex sermonẽ habuit ad eos qui erãt
in Bethsuris, dexterã dedit, accepit, abijt, cõmisit cũ Iuda, superatus est. Vt autẽ cognouit rebel
F lasse Philippũ Antiochiæ, qui relictus erat super negotia, mente consternatus, Iudæos dep̃cãs,
subditusq́ꝫ eis, iurat de oĩbus qbus iustũ visum est, & reconciliatus, obtulit sacrificiũ, honora-
uit templum, & munera posuit, Machabæũ amplexatus est, & fecit eũ à Ptolemaide vsque ad
Gerrenos ducem & principem. Vt aũt venit Ptolemaidam, grauiter ferebant Ptolemenses a-
micitiæ conuentionem, qui indignantes, ne forte fœdus irrumperet. Tunc ascendit Lysias tri-
bunal, & exposuit rationem, & populum sedauit, regressusq́ꝫ est Antiochiam, & hoc modo re-
G gis profectio, & reditus processit.

¶ Instinctu Alchimi Demetrius Nicanorẽ ad interficiendum Iudęos mittit, q Iudæorũ virtute
p̃specta amicitiæ annuit, quã Demetrio mãdãte infregit, Trasias seipsum interfecit, Ca. XIIII.

SEd post hoc triennij tempus, cognouit Iudas & qui cum eo erant. Demetrium Seleuci A
cum multitudine valida, & nauibus per portum Tripolis, ascendisse ad loca oportuna,
& tenuisse regiones aduersus Antiochum, & eius ducem Lysiam. Alchimus autẽ qui-
dam, qui summus sacerdos fuerat, sed voluntarie coinquinatus est, temporibus commi-
xtionis, considerans nullo modo sibi esse salutem, neq; accessum ad altare, venit ad regem De-
metrium, centesimo quinquagesimo anno, offerẽs ei coronam auream, & palmã, super hæc &
Græc. hic *talos, qui templi esse videbant. Et ipsa quidem die siluit. Tempus autẽ oportunum dementiæ
θαλλὸν suæ nactus, conuocatus à Demetrio ad consilium, & interrogatus quibus rebus & consilijs Iu-
legũt & oleæ dæi niterent, respondit. Ipsi qui dicuntur *Assidæi Iudæorum, quibus præest Iudas Machabæ-
germina sũt. us, bella nutriunt, & seditiones mouent, nec patiunt regnũ esse quietum. Nam & ego defrauda B
Græci, tus parentum gloria, dico aũt summo sacerdotio, huc veni. Primo q̃dem vtilitatibus regis fidẽ
Ἀσιδαῖοι. seruans, secundo aũt etiam ciuibus consulens. Nam illorũ prauitate vniuersum genus nostrum
non minime vexat. Sed oro his singulis o rex cognitis, & regioni, & genti secundum humanita
tem tuam, promulgatam om̃ibus prospice. Nam q̃ diu supest Iudas, impossibile est pacem esse
1.Mach. 7.d negotijs, Talibus autẽ ab hoc dictis, & cæteri amici hostiliter se habentes, aduersum Iudam in
flammauerunt Demetrium. Qui statim Nicanorem præpositum elephantorũ ducem, misit in
Iudæã, datis mandatis vt ipsum quidẽ Iudam caperet viuum, eos vero q cum illo erant dispge-
ret, & constitueret Alchimũ maximi templi summũ sacerdotẽ. Tunc gentes quæ de Iudæa fu-
gerant Iudam, segregatim se Nicanori miscebant, miserias & clades Iudæorũ prosperitates re-
rum suarum existimantes. Audito itaq; Iudæi Nicanoris aduentu, & conuentu nationum, cõ C
spersi terra rogabant eum, q populum suũ constituit in æternũ custodiret, quiq; suam portio-
nem signis euidentibus protegit. Imperante autẽ duce statim inde mouerunt, conueneruntq;
ad castellum Dessau. Simon vero frater Iudæ commiserat cum Nicanore, sed conterritus est re
pentino aduentu aduersariorum, Nicanor tamen audiens virtutem comitũ Iudæ, & animi ma
gnitudinem, quã pro patriæ certaminibus habebãt, sanguine iudiciũ facere metuebat. Quam-
obrem præmisit Possidoniũ & Theodotium, & Mathiam, vt darent dextras atq; acciperent.
Et cum diu de his consilium ageret, & ipse dux ad multitudinem retulisset, omniũ vna fuit sen-
tentia amicitijs annuere. Itaq; diem constituerunt qua secreto inter se agerent, & singulis sellæ
prolatæ sunt, & positæ. Præcepit aũt Iudas armatos esse locis oportunis, ne forte ab hostibus D
repente mali aliquid orirent. Et congruum colloquiũ fecerunt. Morabat autem Nicanor Hi-
erosolymis, nihilq; inique agebat, gregesq; turbarũ q̃ congregatæ fuerant, dimisit. Habebat ãt
Iudam semper charum ex animo, & erat viro inclinatus. Rogauitq; eum ducere vxorem, filios
q; procreare. Nuptias fecit quiete, egit, cõiterq; viuebant. Alchimus autẽ videns charitatem il-
lorum ad inuicẽ, & conuentiones, venit ad Demetrium, & dicebat Nicanorem rebus alienis as-
sentire, Iudamque regni insidiatorem, successorem sibi destinasse. Itaq; rex exasperatus, & pes-
simis huius criminationibus irritatus, scripsit Nicanori, dicens grauiter quidem se ferre de ami-
citiæ conuentione, iubere tamen Machabæum citius vinctũ mittere Antiochiam. Quibus co-
gnitis, Nicanor consternabat, & grauiter ferebat, si ea quæ conuenerant irrita faceret, nihil læ-
sus à viro. Sed quia regi resistere non poterat, oportunitatem obseruabat, qua præceptum per- E
ficeret. At Machabæus videns secum austerius agere Nicanorem, & consuetum occursum fe
rocius exhibentem, intelligens nõ ex bono esse austeritatẽ istam, paucis suorũ congregatis, oc-
cultauit se à Nicanore. Quod cum ille cognouit fortiter se à viro præuentũ venit ad maximũ,
& sanctissimũ templum, & sacerdotibus solitas hostias offerẽtibus, iussit sibi tradi virũ. Quibus
cũ iuramento dicentibus nescire se vbi esset, q querebat, extendens manũ ad templum iurauit,
dicens. Nisi Iudam mihi vinctum tradideritis, istud dei phanũ in planiciem deducam, & altare
effodiam, & templum hoc Libero patri cõsecrabo. Et his dictis abijt. Sacerdotes aũt proten
dentes manus in cœlũ, inuocabant eũ, qui semper propugnator esset gentis ipsorũ, hæc dicen-
tes. Tu dñe vniuersorũ, q nullius indiges, voluisti templũ habitationis tuę fieri in nobis. Et nũc F
sancte sanctorũ oĩm dñe, conserua in æternũ impolutam domum istã, q̃ nuper mundata est.

Razias aũt quidam de senioribus ab Hierosolymis, delatus est Nicanori, vir amator ciuitatis,
& bene audiens q pro affectu pater Iudæorum appellabat. Hic multis temporibus continentię
propositum tenuit in Iudaismo, corpusq; & animã tradere cõtentus pro perseuerantia. Volẽs
aũt Nicanor manifestare odiũ quod habebat in Iudæos, misit milites q̃ngentos, vt eũ cõprehẽ
derẽt. Putabat em̃ si illũ decepisset, sese cladẽ Iudæis maximã illaturũ. Turbis aũt irruere in do-
mũ eius, & ianuã disrũpere, atq; ignẽ admouere cupiẽtibus, cũ iã cõprehẽderet, gladio se petijt,
eligens nobiliter mori potius, q̃ subditus fieri pctoribus, & contra natales suos indignis iniurijs
agi. Sed cũ per festinationem nõ certo ictu plagam dedisset, & turbæ intra ostia irrumperent,
recurrens audacter ad murũ, præcipitauit semetipsum viriliter in turbas, quibus velociter locũ G
Græ. p me- dantibus casui eius, venit *per mediã ceruicẽ. Et cũ adhuc spiraret, accẽsus animo surrexit, &
diũ in latus. cũ sanguis eius magno fluxu deflueret, & grauissimis vulneribus esset saucius, cursu turbã per-
transiit

transiit,& stans supra quandam petram præruptam,&iam exanguis effectus,complexus inte-
stina sua vtrisq; manibus proiecit super turbas,inuocans dominatorem vitæ, ac spūs,vt hæc il
li iterum redderet,atq; ita vita defunctus est.

¶Nicanoris blasphemia. Hieremias Iudæ apparens aureum ei tradit gladium, omen vi
ctoriæ. Deleto Nicanoris exercitu, præcipit Iudas eius caput cum manibus præ-
scindi. Cap. XV.

A Nicanor aūt vt comperit Iudam esse in locis Samariæ, cogitauit cū omni impetu die
sabbati committere bellum, Iudæis vero q illum per necessitatem sequebant dicen
tibus,ne ita ferociter,& barbare feceris,sed honorē tribue diei sanctificatōis,& ho-
nora eum,q vniuersa conspicit. At ille infelix interrogauit,si est potens in cœlo,qui
imperauit agi diem sabbatorū. Et respondentibus illis,est dn̄s viuus ipse in cœlo,potens,q ius-
B sit agi septimā diem. Et ille ait: Et ego potens sum super terram,q impero sumi arma, & nego
tia regis impleri. Tamē non obtinuit,vt consiliū pficeret. Et Nicanor qdem cū summa supbia
erectus cogitauerat cōmune trophæū statuere de Iuda,Machabæus aūt semper confidebat cū
omni spe,auxiliū sibi à deo affuturū,&hortabaī suos,ne formidarent ad euentū nationū,sed in
mente haberēt adiutoria sibi facta de cœlo,& nunc sperarēt ab om̄ipotente sibi affuturā victo
riā. Et allocutus eos de lege,& prophetis,admonens etiā certamina quæ fecerāt prius prōptio
res constituit eos. Et ita animis eorū erectis simul ostendebat gentiū fallaciā,& iuramentorū p-
uaricationē. Singulos aūt illorū armauit,non clypei &hastę munitōe,sed sermonibus optimis
C & exhortatōibus,exposito digno fide somnio, per qđ vniuersos lætificauit. Erat aūt huiusce-
modi visus. Oniā qui fuerat summus sacerdos virū bonū,& benignū,verecundū visu,modestū
moribus,& eloquio decorū,& q à puero in virtutibus exercitatus sit,manus protendentē ora-
re pro omni populo Iudæorū. Post hoc apparuisse & aliū virū,ætate,& gloria mirabilē,& ma-
gni decoris habitudinē circa illū. Respōdentē vero Oniā dixisse. Hic est fratrū amator,& po-
puli Israhel. Hic est q multū orat pro populo,& vniuersa sancta ciuitate, Hieremias propheta
dei. Extendisse aūt Hieremiā dexterā,& dedisse Iudæ gladiū aureū,dicentē: Accipe sanctū gla
diū,munus à deo,in quo deijcies aduersarios populi mei Israhel. Exhortati itaq; Iudæ sermo-
D nibus,bonis valde,de qbus extolli posset impetus:& animi iuuenū confortati, statuerūt dimi-
care,& confligere fortiter,vt virtus de negotijs iudicaret,eo q ciuitas sancta & templū pericli
tarent. Erat em̄ pro vxoribus,& filijs:itemq; pro fratibus,& cognatis minor sollicitudo, maxi
mus vero & primus pro sanctitate timor erat tēpli. Sed & eos q in ciuitate erant,non minima
sollicitudo habebat ,p his q congressuri erāt. Et cū iam oēs sperarēt iudiciū futurū,hostesq; ad-
essent,atq; exercitus erat ordinatus, bestiæ equitesq; opportuno in loco cōpositi,considerans
Machabæus aduentū multitudinis,& apparatū variū armorū,ac ferocitatē bestiarū,extendens
E manus in cœlum,prodigia facientē Dn̄m inuocauit ,q non scd̄m armorū potentiā, sed prout
ipsi placet dat dignis victoriā. Dixit aūt inuocans,hoc modo: Tu dn̄e q misisti angelum tuum
sub Ezechia,rege Iuda , & interfecisti de castris Sennacherib centū octoginta quinq; milia, & Supra.8.d
nunc dominator cœlorū mitte angelum tuum bonum ante nos, in timore & tremore magni-
tudinis brachij tui,vt metuant q cum blasphemia veniūt aduersus sanctū populū tuū. Et hic q-
dem ita porauit. Nicanor aūt & q cum ipso erant,cū tubis &canticis admouebant. Iudas vero
& q cum eo erant,inuocato deo p orōnes,congressi sunt, manu qdem pugnantes, sed & dn̄m
F cordibus orantes prostrauerunt non minus trigintaquinq; milia,præsentia dei magnifice de-
lectati. Cūq; cessassent,& cum gaudio redirent,cognouerunt Nicanorē ruisse cū armis suis. Fa
cto itaq; clamore & pturbatōe excitata,patria voce omnipotentē dn̄m bn̄dicebant. Præcepit 4.Reg.19.g Eccle.48.d
aūt Iudas q per oīa corpore & animo pro ciuibus paratus erat,caput Nicanoris,& manū cum
humero abscissam,Hierosolymā perferri. Quo cū peruenisset,conuocatis contribulibus,& sacer
dotibus,ad altare stans accersit eos q de arce erāt. Et ostenso capite Nicanoris, & manu nepha
ria,quā extenderat contra domū sanctā omnipotentis dei,magnifice gloriatus est. Linguam
G etiā impij Nicanoris præcisam,iussit particulatim auibus dari, manū aūt dementis contra tem
plum suspendi. Omnes igiī cœli Dn̄m benedixerūt,dicētes: Benedictus q locū suū incontami-
natum seruauit Suspendit aūt Nicanoris caput in summa arce,vt euidens esset,&manifestū si-
gnum auxilij Dei. Itaq; oēs cōmuni consilio decreuerūt nullo modo diem istū absq; celebrita-
te pterire,hr̄e aūt celebritatē tertiadecima die mensis Adar,quę diciī voce Syriaca,pridie Mar
dochæi diei. Igiī his erga Nicanorem gestis, & ex illis tpibus ab Hebræis ciuitate possessa,ego 1.Mach.7.g
quoq; in his faciā finē sermonis. Etsi qdem bene,& vt historiæ cōpetit,hoc &ipse velim,si aūt
minus digne,concedendū est mihi. Sicut em̄ vinū semper bibere,aut semper aquam, contrari
um est,alternis aūt vti delectabile,ita legentibus si semper exactus sit sermo, nō erit gratus, hic
ergo erit consummatus.

FINIS.

Machā

MACHABAEORVM
LIBER TERTIVS.

T Philopater à referentibus discens factam ab ipso possessorꝝ locorꝝ abstractionem ab Antiocho, denuntians oībus exercitibus, pedestribusq; & equestribus suis, & sororē Arsinoen secū accipiēs, exiuit vsq; ad ea q̄ sc̄dm Raphian loca, vbi castrametati fuerāt q circa Antiochū Theodotus aūt qdam complere insidias cogitās, assumēs ex suppositis sibi armis Ptolematicis optima, contulit se noctu in Ptolemæi tabernaculū, tanq̄ solus interfecturus eū, & in hoc dissoluturus bellum. Hunc aūt ducens Dositheus filius Drymeli dictus, genere Iudæus, postea aūt commutās legitima, & à patrijs sanctionibus alienus factus, ignobilem quendam reclinauit in tabernaculo, quē contigit ferre illius suppliciū. Facto aūt forti prælio, & rebus magis bene succedentibus Antiocho, valde Arsinoe obambulans exercitus hortabat, cū miseria & lachrymis capillos soluta, vt auxiliarent sibiipsis, & filijs, & vxoribus audacter, promittēs se daturā vincentibus cuilibet duas minas auri: & sic contigit aduersarios in manuū pugna perimi, multos aūt & captiuos cōphēsos esse. Compos factus aūt insidiarꝝ iudicauit propinquas ciuitates aduenīēs hortari, faciens aūt hoc, & delubris dona tribuens, bono esse animo subditos fecit. At Iudæis mittētibus ad eū ex senatu, & senioribus salutaturos eū, & munera portaturos, & pro his quæ contigerāt congratulaturos, contigit magis ei in anīo sedere, vt citissime ad eos veniret. Perueniēs aūt ad Hierosolyma, & sacrificās maximo Deo, & gratias reddēs, & eorꝝ quæ deinde aliqd loco faciēs, & iam veniēs in locū, & diligētia & decore stupefactus, miratus aūt & tēpli optimā instructionē, cogitauit decernere in templū intrare. His aūt dicentibus non licere fieri hoc, qa neq; his q ex gente licet intrare, neq; oībus sacerdotibus sed soli præposito oīm summo sacerdoti, & hoc in anno semel. Ille autē nequaq̄ persuadebat, Ipsaq; lege spreta, nullatenus cessabat p̄ferre seipsum, oportere intrare dicens: Et si illi fraudati sunt hoc honore, me non oportet. Et interrogabat, ob quā causam intrantē ipsum in omne fanum nullus prohibuit præsentiū. Et qdam imprudēter dixit, male ipsum hoc monstrosum eē. Facto aūt, inqt, hoc propter aliquā causam, nonne omnino ingressuꝝ esse, & volentibus eis & non? At sacerdotibus in oībus vestibus procidentibus, & orātibus maximū Deū auxiliari instāti necessitati, & impetū male irruentis comprimere, clamore etiā cū lachrymis templū implentibus, q in ciuitate relicti erāt, turbati exilierūt, occultum qd existimantes factū. Et inclusę virgines in cubiculis cū matribus egressæ sunt, & reddiderūt puluerem comas spargentes, gemituq; & suspirijs plateas implebāt. Aliæ autē & nuper sepositæ ad omnes nunc ordinatos, & decentem pudorē relinquentes, cursum inordinatū in ciuitate confecerūt. At infantes ex filijs Ipsæq; præter hos matres & nutrices deserētes aliter atq; aliter, aliæ qdem per domos, aliæ aūt per vias irreuocabiliter in eminentissimò templò congregabant. Varia aūt erat in hoc congregatorꝝ oro pro his quæ iniuste ab illo tentabant. Cūq; his ex ciuibus audētes non ferebāt, deniq; eo instāte, & propositū complere cogitante, clamātes aūt, impetū ad arma facere, & viriliter pro patria lege mori, multā fecerūt in loco exasperationē, vixq; à senibus & presbyteris cohibiti, ad eundem orōnis affuerunt statū, & qdem turba vt prius in his versabat orans. At q circa regem seniores, multipliciter tentabāt superbū eius animū coercere à proposito consilio. Induratus autem, & omnia prætermittens, adhuc & impetū faciebat, finem impositurꝝ se existimans prædicto. Hæc igit & q circa eum existebāt videntes, conuersi sunt vt cum nostris Inuocarent eum, q omnē potestatē habet, præsentibus auxiliari non despicientē iniquū & superbū facinus. Ex aūt densissimaq; & laboriosa turbarꝝ congregata exclamatōe, incomparabilis quædā fuit vox. Videri eñ erat non solum homines, sed & muros, & omne solum resonare: seu iam oībus tunc mortem comminantibus pro loci contaminatōe, & dicebant vnanimiter. Domine domine rex cœlorꝝ, & domine omnis creaturę: sancte in sanctis, monarcha, omnipotens, intende nobis oppressis ab impio & prophano, audacia & fortitudine sup̄biente. Tu eñ qui creasti oīa, & oīm dominās princeps iustus es, & eos q contumelia & sup̄bia aliqd agūt iudicas, tu illos q prius impietatē fecerūt, inter quos & gigātes fuerūt robore & audacia confidē-
Gene.19 tes interemisti, supinducēs eis immensan aquā. Tu superbiā operantes Sodomitas manifestos In iniqtatibus factos, igne & sulphure combussisti, exemplū venturis constituens. Tu audacē
Exo.14. Pharaonem, q seruitute oppresserat populū tuū sanctū Israhel, varijs & multis tentās supplicijs, notā fecisti potentiā, in qbus notificasti magnam tuā fortitudinem, & p̄sequentem eum cum curribus, & turbarꝝ multitudine, inundasti profundo maris: eos aūt qui crediderunt in te omni creaturæ imperanti, saluos reduxisti, q & cognoscentes opera tuæ manus laudauerūt te omnipotentē. Tu rex q creasti infinitā & immensam terrā, elegisti ciuitatem hāc, & sanctificasti locū hunc in nomen tibi oīm minime indigenti. & glorificasti apparitōe magnifica, commendationem faciēs eius ad gloriā magni & venerabilis nominis tui, & amans domū Israhel, pollicitus es qd̄ si esset nr̄m aduersitas, & cōphenderet nos afflictio, & veniētes in locū hunc

oraremus,exaudires orationē nostram. Et nunc fidelis es,& verax:quoniam autem sæpe oppressis patribus nostris,auxiliatus es ipsis in humilitate,& liberasti eos ex magnis malis. Ecce autē nunc sancte rex,ob multa & magna nostra peccata oppugnamur,& subiecti sumus inimicis nostris,& cōtemnimur in imbecillitatibus. In nostra aūt ruina audax & prophanus hic studet iniuria afficere in terra designatū nomini gloriæ tuæ sanctum locū. Nam habitaculum tuū,cœlum cœli,incōprehensibile hominibus est:sed quoniā probasti gloriā tuam in populo tuo Israel,sanctificasti locū hunc,nō vlciscaris nos in horum immunditia,neq; punias nos in pollutione,vt nō glorientur iniqui in furore suo,neq; exultent in superbia linguæ,dicētes: Nos calcauimus domū sanctificationis,sicut calcantur domus abominationum. Dele peccata nostra,& disperge errores nostros,& ostende misericordiā tuam in tēpore hoc,cito præoccupent miserationes tuæ,& da laudes in ore procidentium,& cōfractorum animabus faciens nobis pacem. hic omnium visitator deus,& ante omnes sanctus in sanctis,exaudiens iustam orationem,cōtumelia & audacia valde elatum flagellauit eum,hinc & inde vibrans eum vt arundinem à vento,adeo q̄ in solo inutilē adhuc & membris solutum,neq; loqui posse iusto implicatum iudicio. Vnde & amici & corporis custodes celerē intuentes cōprehendentē eum castigationem,timentes ne & vitam desereret,cito eum eduxerunt maximo perculsum timore. In tempore autē postea colligens seipsum,nequaquam in pœnitētiam venit improperatus,cum minus autē acerbis recessit,perueniens vero in Aegyptum,& malitiam augens perq; prædemonstratos coadiutores & socios ab omni iusto motos,non solum in infinitis libidinibus perseuerauit:sed & ad tantum audaciæ processit,vt blasphemias in locis cōmendaret. Et multi amicorum intendentes in regis propositum,etiā ipse sequerentur ipsius voluntatem,proposuit publice contra gentē tradere vituperium,in ea quæ secundum aulam turris columnam erigens,insculpsit scripturam,nullum eorum qui non sacrificarent in sancta eorum ingredi. Omnes autem Iudæos in populi scriptionem,& seruilem dispositionē duci:at cōtradicentes vi tractos vita priuaee,ipsosq; descriptos signari,& per ignem in corpore insigni Dionysii hederæ folio,quos & segregare in præcontractam libertatem. Vt autem non omnibus infensus appareret,subscripsit. Si autem quispiam ex illis voluerint inter eos,qui sacris initiati sunt versari,hos æquales ciues Alexādrinis esse,aliqui quidem igitur in ciuitatem ciuitatis pietates scalas abominati,faciliter seipsos dederunt,tanquam magnæ cuiusdam participaturi gloriæ ob futuram cum rege communicationem. At plurimi generosa anima præualuerunt,& non recesserunt à pietate,& pecunias pro vita commutantes intrepide,tentabant seipsos liberare ab ascriptionibus,sperantesq; perseuerauerunt auxilium se consequuturos,& eos qui recesserant ab ipsis abominabantur,& tanquam hostes gentis iudicabant,& communi conuersatione & vtilitate priuabant. Quæ & cum comperisset impius,adeo iratus est,vt nō solum in Alexandriam indignaretur,sed & iis qui in regione grauius aduersaretur; & iuberet accelerantes congregare omnes in idem,& pessima nece vita priuare. His autē dispositis fama inimica diuulgabatur contra gentem hominibus concordibus ad malefaciendū,occasione data,ad constitutionem,tanquam à legibus eos prohibentibus. At Iudæi quidem erga regis beneuolentiam & fidem immutabilem fuerant seruantes. Colentes autem deum,& in huius lege rempublicam gerentes,separationē faciebant in aliquos,& subuersiones. Ob quam causam aliquibus odiosi videbātur. At iustitiæ operatione ornantes conuersationem,omnibus hominibus probati extiterunt. Ipsam quidē igitur de genere in omnibus vulgatam modestiam alienigenæ nequaquam connumerauerunt. At de adorationibus & moribus dissensionem diuulgabant,dicentes,neq; regi neq; exercitibus amicos homines esse:odiosos autem esse,& maxime negotiis aduersantes,& non quouis diffamauerunt vituperio,qui autem in ciuitate Greci nihil læsi,turbationem insperatā circa homines videntes,& concursus subitos factos,auxiliari quidem non poterant. Tyrannica enim erat oppressio. Consolabātur autem,& grauiter ferebant,casuraq; hæc existimabant,non enim sic cōtemnet tale constitutū,qui non ignorauerit. Iam autem & quidam,viciniq; & amici,& qui conuersabantur,secrete quosdam attrahentes,fidem dabant protegere,& omne diligens admittere ad auxiliū. Ille quidem igitur in præsenti prosperitate exultans,& nō videns maximi dei fortitudinem,existimans autem continue in eodem perseuerare consilio,scripsit contra eos epistolam hanc: Rex Ptolemæus Philopator in Aegypto,& in loco ducibus,& militibus gaudere & valere. Valeo autem & ego ipse & res nostræ. In Asiam facta nobis expeditione,quam scitis & ipsi,deorū inuisibili auxilio secundum rationē ad finem ducta,putauimus non vi lanceæ,benignitate autem & multa humanitate indulgēter tractare habitantes,Cœlen Syriam,& Phœniciam gentes,benefacereq; libenter,& his quæ in ciuitatibus templis tribuentes reditus multos. Venimus & in Hierosolyma,ascendentes honorare tēplum scelestorū,& nunquam cessantium ab amentia. Illi autem verbo quidem nostram libenter suscipientes præsentiā,at re falso,volentibus nobis intrare in tēplum eorū,& decentibus & pulcherrimis donis honorare,superbiis ad-

ducti antiquis prohibuerūt nos ab ingressu, cum inferiores essent nostro robore, ob quod habemus erga omnes homines inimicitiā, at suam in nos amicitiam manifestā statuentes, tanquam soli gentium contra reges & suos benefactores ceruicem tollentes, nihil legitimum volunt ferre. Nos autem horum stulticia adducti, & cum victoria aduenientes, & in Aegyptum omnibus gentibus humaniter occurrentes, vt decebat fecimus. In his autem erga homines eiusdē nationis cum eis obliuionem malorum omnibus notificantes, ob'q; societatem, & creditas cum simplicitate ipsis à principio infinitas audentes mutare, & participes semper sacerdotum constituere voluimus, & iura ciuitatis eos Alexandrinorum dignari. Illi autem contrarium sperantes, & ingenita malignitate honestū repellētes, semper autē in malū proni, nō solū respuerunt inhonoratā policiam, sed & abominātur, verbo'q; & tacite in ipsis paucos erga nos legitime dispositos, semper suspicantes ob infamatam vitam cito nos dissipaturos officia recta: ob quod & coniecturis optime persuasi, hos in omnibus dissentire à nobis modis, & prouidētes, ne forte subito postea tumultu instante nobis impios hos ad tergus proditores, & barbaros habeamus hostes, iussimus simul vt notificata erit epistola hæc, eadē hora habitantes cū vxoribus & filijs, cū cōtumelia & supplicijs mittere ad nos in vinculis ferreis vndiq; cōclusos, ad immedicabilē, & ignominiosam decentē inimicis cædē. His enī simul punitis, putamus in futurū tēpus perfecte nobis res in bono statu, & optima dispositione constitutū iri. Quicunq; aūt protexerit aliquē Iudæorū à sene vsq; ad puerū, vsq; ad lactātes, turpissimis tormentis punietur cū tota domo. Nuntiare autē qui voluerint, ob id substantiā incidētis in pœnā accipiet, etiam de regali pecunia drachmas duo mille, & libertate coronabitur. Omnis autē locus vbicunq; deprehensus fuerit omnino occultatus Iudæus, inaccessibilis & igne cōbustus fiat, & toti mortali naturæ penitus inutilis apparebit in sempiternum tempus. Et quidē epistiolæ typus sic scriptus erat. Omnino autē vbi innotuit hic iussus, populare constitutū est gentibus conuiuium cum iubilationibus & gaudio, tāquam inueterata eis diu in mente, cum audacia nunc demonstrata inimicitia. At Iudæis incessabilis luctus fuit, & lugubris cū lachrymis, clamor cum gemitibus, inflammato vndiq; ipsorū corde gementium insperatam subito eis illatam perniciem. Quæ lex, vel vrbs, vel quis omnino habitabilis locus, vel quæ viæ planctu, & luctibus super eos nō implebantur? Sic enī cum acerba & immite anima ab his qui per ciuitatē ducibus vnanimiter expellebantur, vt ad extrema supplicia etiam aliquod inimicorum, accipientes, ante oculos communē misericordiam, & considerantes incertum vitæ statum, plorarent eorū infelicem expulsionem. Præibat enī senum multitudo canicie coopertorum ex senectute, tarditate pedū incuruorum conuersionis impetu violentæ omni pudore absq; ad velocem abutentium itinerationē: quæ aut nuper ad vitæ communionem coniugalē intrauerant thalamum puellæ, pro lætitia suscipientes luctus, & puluere vnguentatā mixtam habentes cæsariem, aperte autem ductæ, planctum pro hymenæis vnanimiter incipiebant, tanquā laceratæ vexationibus alienigenis. Vinctæ autem populares vsq; ad in nauē immissionem trahebantur cum violentia, ipsiq; harum coniuges laqueis loco coronarum secundum ceruices implicati cum florida iuuenili ætate, pro cōuiuio & adolescentiū ocio reliquos nuptiarū dies in luctibus transegerunt, ad pedes iam mortem videntes positam. Abducebantur autē ferarum more tracti vinculorum ferreorum necessitatibus, hi quidem transtris nauium affixi collis, illi autē secundum pedes insolubilibus cōstricti pedicis, item & desuper densa tabula imposita, vt vndiq; obtenebrati oculis, vitā insidiatorū in omni nauigatiōe acciperent. His aūt ad dictū nauigiū actis, & nauigatione traiecta, sicut fuit sancitum à rege, iussit eos in ante ciuitatē hippodromo castra figere ingenti existente mēsura, & ad manifestū obprobriū valde opportuno existēte omnibus pergētibus in ciuitatē, & ab his ad regionē proficiscentibus ad peregrinationem, vt neq; exercituū eius communicatione, neq; omnino dignarētur muris. Postq̄ autē hoc factū est, audiens ciuitatis contribules clàm egredientes frequentius lugere ignominiosam fratrū miseriā, iratus iussit & his simul eodē modo diligenter sicut illis facere, nō diminutis secundum vllū modū illorū supplicio, describi autē omne genus ex nomine, non enī ante paulo demonstratā operū laboriosam seruitutem, tortos autem denuntiatis tormentis ad finem delere vnius sub tempus diei. Facta est quidē igitur horū descriptio cū acerba festinatione, & ambitiosa affessione ab ortu solis vsq; ad occasum, inexpeditū accipiens finē ad dies quadraginta. Maxime autē & cōtinue rex gaudio repletus conuiuia in omnibus idolis cōstituens errante vltra veritatē mente, & prophano ore, ipsa quidē muta & nō potentia eis loqui, vel auxiliari laudās, in autē maximū deum nō decentia loquēs. Post autē prædictū temporis interuallū nuntiauerunt scribæ regi, nō vltra posse Iudæorum descriptionem fieri propter immensam eorum multitudinem, cum essent in regione plures adhuc, hi quidē in domibus adhuc existentes, hi autē in loco, tanquam impossibile existente omnibus in Aegypto ducibus: minante aūt ipsis durius tāquam donis corruptis ad machinationē fugæ cōtigit manifeste ipsum circa hoc paruisse, dicētibus cū demonstratione, & chartā iam

Hymenæus nuptiarum cantus est.

Hippodromus, area loci, per quam equi etiam multi currere possunt

& scri-

& ſcriptorios calamos,in qbus vtebanť defeciſſe.Hoc autem erat operatio auxiliantis Iudæis
è cœlo prouidentiæ inuictæ,tunc vocans Hermonē præpoſitum elephantorum curæ,graui
plenus ira,& indignatione omnino inuertibilis, iuſſit in ſequenti die abundantibus pugnis
thuris,& vino multo puro omnes elephantos potare,q erant numero quingenti,& efferatos
poculi nimia ſubminiſtratione adducere ad occurſum mortis Iudæoꝝ.Ille quidē hæc iubens
verſus eſt ad conuiuiū,congregans maxime ex amicis & exercituodioſe habētes cōtra Iudæ-
os.At elephantoꝝ præpoſitus præceptū aptè Hermon adimplebat,atq; ad hæc miniſtri ad
veſperā exeuntes,miſeroꝝ ligabant manus,& reliquam machinabantur circa eos ſecuritatē,
nocturnū exiſtimantes ſimul accepturā gentem terminum mortis.Qui aūt omni protectio-
ne deſtituti videbantur eſſe gentibus Iudæi, propter vndiq; opprimentē os cum vinculis ne
ceſſitatē,omnipotentē dominū,& omnis potentiæ dominantē,miſericordē deum eorum,&
patrē,inceſſabili voce omnes cū lachrymis inuocauerunt,orātes quod contra ſe conuertere
cōſilium impiū,& liberare eos cū magniſica apparitione ab ea quæ erat ad pedes in promptu
morte,hoꝝ quidē aſſiduè ſupplicatio aſcendit in cœlū.At Hermon immites elephantos po-
tans repletos vini abundanti ſubminiſtratione & thure ſaturatos,mane ad aulā adfuit,de his
nuntiare regi.At à ſeculi tempore creationē bonā in nocte,& die conceſſam ab eo,qui grati-
ficatur omnibus,quibus ipſe vult,ſomni partē miſit ad regē,& dulciſſimo & profundo com
prehenſus eſt operatione domini,iniquo quidē propoſito valde fraudatus,at ab irreuocabili
cogitatione maxime deceptus.At Iudæi præſignatā horā fugientes,ſanctum laudabant deū,
ſuum,& iteꝝ orabant facilem demonſtrare magnipotentis eius manus poteſtatē gētibus ſu-
perbis.Media exiſtente autē iam decima hora ferme,q ad excitandum cōſtitutus erat,ſubito
vocatos videns,pupugit accedens regem,& vix excitās,nuntiauit cōuiuij tēpus iā præterire
De his ſermonē faciens,quē rex reputans,& verſus in conuiuiū,iuſſit eos qui venerant in con
uiuium corā accumbere ſe,quo & facto,hortabatur in conuiuiū dedentes ſeipſos,præſentem
conuiuij ſumme celebrantes in lætitia conſumere partem.Longe autē procedēte conuiuio,
Hermonē accerſens rex,cum acerba cōminatione interrogauit,quā ob cauſam permiſſi ſunt
Iudæi præſentē diem ſuperuenire.Ipſo autem nuntiāte nocte,iuſſionē ad fidē perduxiſſe,&
amicis eius teſtimoniū perhibētibus,crudelitatē peiorem Phalaridis habens dixit: Hodierno
ſomno gratiā habere eos.Sine dilatione autem aduenturum diem ſimiliter præpara elephan
tos ad ſceleſtoꝝ Iudæoꝝ perniciē.Cum dixiſſet autem rex,vltro omnes cū gaudio præſen-
tes ſimul collaudantes,in propriā domum vnuſquiſq; reuerſi ſunt,& non tā in ſomno con-
ſumpſerunt tempus noctis,q̄ in omnimodas excogitando miſeris exiſtimatis illuſiones. Du
dum autē gallus cantauerat matutinus,& beſtias cum armaſſet Hermon in magno porticu
expectabat,quæ autē per ciuitatem multitudo congregata erat ad miſerandum ſpectaculum
expectans aurorā cum auiditate.At Iudæi in indiuiſibili animo ſuſpenſi tēpore,multi lachry
ma ſupplicatione in canticis luctuoſis tendentes manus in cœlum orabant maximum deum,
iterum eis auxiliari breui.Nondum autem ſolis radij ſpargebantur,& rege amicos excipiēte,
Hermon adſtans vocabat ad exitum,oſtendens voluntatem regis in promptu eſſe. Ille autē
cum percepiſſet & obſtupuiſſet in iniquo exitu,omnino ignorantia detentus quærebat,quæ
cauſa ob quam hoc illi cum feſtinatione confectum eſt.Hoc autem erat operatio cunctorum
dominantis dei,eorum quæ prius illi excogitata fuerant obliuionē in mente ponentis. Nun-
tiauit Hermon,& omnes amici,feras & exercitus paratos eſſe rex ſecundum tuū inſtans pro
poſitum.Ille autē in dictis repletus graui ira,eo q circa hæc prouidentia dei diſperſus fuiſſet
omnis eius cogitatus,intuens cum minis dixit:Quotquot parentes adfuerunt aut filiorum fi
lij,hunc beſtijs ferocibus parauerunt abundantē cibū pro irreprehenſibilibus mihi & maio-
ribus meis præ ſe ferentibus continuā firmā fidem eminenter Iudæis: quanquam ſiquidem
non ob ſimul educationis amorē & neceſſitatis vita pro his priuare deberes.Sic Hermon in-
ſperatam periculoſam ſuſtinuit comminationē,& aſpectu & vultu turbatus eſt. Vnuſquiſq;
autē amicorum cum triſtitia erubeſcebant,congregatos dimiſerunt quemlibet ad proprium
negotium,ipſiq; Iudæi ea quæ à rege audiētes,illuſtrē deum dominum regem regum lauda-
bant,& hanc opem ab eo conſecuti,ſecundum autē has leges rex conſtituens rurſus conui-
uium,ad lætitiā verti hortabatur,at Hermonē aduocans cum minis dixit:Quoties tibi opor-
tet de his ipſis imperare infeliciſſime? Elephantos adhuc & nunc arma in craſtinū ad Iudæo-
rum perniciem.At ſimul diſcumbentes cognati Inconſtantē mentem eius admirantes,pro-
tulerunt hæc:rex vſquequo tanq̄ inſenſatos nos tentas,iubens iā tertio eos delere,& iteꝝ in
rebus ex mutatiōe reuocās à te ſancita? quoꝝ gratia ciuitas ob expectationē tumultuať,& ad
aucta cōuerſionibus,iā & periclitať ſæpe diripi,vnde in oībus Phalaris rex impletus inſcitia,
& factas ad conſiderationē Iudæoꝝ in ipſo mutationes animæ nihil æſtimans, nō initiatū fir
miter iuſiurandum determinans,hos quidem ſine dilatione miſſuꝝ in infernum in genibus
& pedibus feraꝝ punitos,ducentem autē exercitum contra Iudæam ſolo æquatam igne &

hasta posituꝝ velociter,& inaccessibilem illoꝝ nobis templum igne prostratū velocitatem
perficientium illic sacrificia in omne tempus constitutuꝝ. Tunc læti discedentes amici & co-
gnati cum fide, disposuerunt exercitus in opportunissimis locis ciuitatis ad obseruationē. At
elephantoꝝ præ positus feras ferme (vt sic dicam) in opus insanum adducēs, odoratissimis po
culis vino thure commixto horribiliter paratas præparatiōibus circa auroram, ciuitate iam
multitudinibus innumerabilibus, in hippodromo plena, intrans ad aulam ad cōstitutum, in-
citauit regem. Ille autem ira graui implens impiam mentem, omni mole cum feris exiuit, vo
lens immiti corde, & pupillis oculoꝝ aspicere laboriosam, & miseram prædictoꝝ subuersio-
nem. Iam vero elephantoꝝ egredientium circa portam, & subsequentis armati exercitus, &
multitudinis itineris puluerem videntes, & horrisonum tumultum audientes Iudæi, vltimū
vitæ momentū, ipsis illud existimantes esse finem miserrimæ expectationis, ad miserationem
& luctus versi, osculabantur se ad inuicē compliciti cognatis in colla procumbentes, parētes
filijs, & matres puellis. Aliæ autē nuper genitos, ad vbera habentes infantes, vltimū sugentes
lac, at qui & prius eis facta auxilia de cœlo cognoscentes, pronos vnanimiter proijcientes se-
ipsos, & infantes amouentes ab vberibus, clamauerunt voce magna valde, vniuersi principi
supplicantes, misereri cum apparitione eoꝝ iam ad portas mortis constitutorum. Eleazarus
autem quidam vir insignis eoꝝ qui ex regione sacerdotū, in senectute ætatem iam sortitus,
& omni quæ secundum vitā virtute ornatus, eos qui circa se comprimens seniores ab inuo-
cando sanctum deum, orauit hæc: Rex magnipotens, altissime, omnipotens deus, omnem gu
bernans in misericordijs creaturā, inspice in Abraham semen, in sanctificati filios Iacob, par-
tis sanctificatæ tuæ populum in peregrina terra peregrinū iniuste pereuntem pater: tu Pha-
Exodi. 14 raonem abundantem curribus olim Aegypti huius principem sublatum immiti audacia, &
lingua magniloqua, cum superbo exercitu mari vinctos perdidisti, lucem ostendens miseri-
cordiæ Israel generi. Tu immensis exercitibus superbientem Sennacherib grauem Assyrioꝝ
regem, lancea omnem subditam iam accipientem terram, & latum contra sanctam tuam ci-
uitatem, grauia loquentem superbia & audacia, tu domine fregisti, manifestam demonstrans
Danie. 3 gentibus multis tuam potentiam. Tu in Babylonia tres socios igni animam voluntarie tra-
dentes, vt non seruirent vanis, ignitum rore faciens caminum, liberasti vsq; ad capillum illæ-
Danie. 6 sos, flammam omnibus immittens aduersarijs. Tu calumnijs inuidiæ leonibus in terra proie-
Ionæ. 2 ctum feris cibum Danielem ad lucem reduxisti incolumem. Et in mari educati in ventre ce-
ti Ionam liquescentem incessanter illæsum omnibus familiaribus demonstrasti pater, & nūc
maloꝝ detestator, misericors, omniū protector, cito appare his qui ex Israel genere. Ab au-
tem abominatis scelestis gentibus afflictis. Si autē impietatibus secundū peregrinationem vi
ta nostra constricta est liberans nos de inimicoꝝ manu, vt volueris domine perde nos mor-
te. Non vanis vana sapientes benedicant in dilectoꝝ à te perditione dicentes: neq; deus illo-
rum liberauit eos, tu autē omnē fortitudinē, & potentiam habens omnem sempiterne, nunc
prospice, miserere nostri qui per iniuriam iniquoꝝ iniustam è vita submouemur ad insidia-
toꝝ morem. Admirentur autem gentes tuam virtutem inuictam hodie venerande, poten-
tiam habens in saluatione Iacob generis. Orat te omnis multitudo infantum & hoꝝ parentes
cum lachrymis, demonstretur omnibus gentibus ꝙ nobiscum es domine, & non auertisti fa-
ciem tuam à nobis, sed sicut dixisti, quod neq; in terra inimicorum suorum existentes con-
tempsisti eos, sic adimple domine. At Eleazaro desinente iam ab oratione, rex cum feris &
omni exercitus horrore secundū hippodromum aderat, & aspicientes Iudæi valde in cœlum
exclamauerunt, adeo, vt & adiacentes conualles simul sonantes continuum luctum facerent
cum vniuerso exercitu. Tunc gloriosus, omnipotens & verax deus, ostendens sanctam suam
faciem, aperuit cœli portas, à quibus inclyti duo terribiles aspectu angeli descenderunt, ma
nifesti omnibus, præterquàm IVDAEIS, & restiterunt, & exercitum hostium repleuerūt
turbatione, & timore, & immobilius ligauerunt pedicis, & horrens etiam regis corpus
factum est, & obliuio audaciam eius grauem cepit. Et conuerterunt bestias aduersus con-
sequentes armatos exercitus, & conculcabant illos & interficiebant. Et conuersa est regis
ira in misericordiam, & lachrymas pro eis, quæ prius à se excogitata fuerant. Adiens enim
clamorem, & videns pronos omnes in perditionem, lachrymans cum ira, amicis minaba-
tur, dicens: Rege abutimini, & tyrannos trangressi estis crudelitate, & meipsum vestrum
benefactorem conamini à principatu iam & anima submouere, clam machinantes, quæ nō
expediunt regno. Quis eos qui obtinuerunt nostræ in fide regionis munitiones, domo remo
uens vnumquenq; iniuste congregauit huc? quis eos qui à principio beneuolētia erga nos in
omnibus superant omnes gentes, & qui laboriosissima sæpe hominū susceperunt pericula, sic
iniquis implicuit supplicijs? Soluite, dissoluite iniusta vincula ad propria cum pace dimittite,
ante facta euitantes, dimittite filios omnipotentis cœlestis dei viuentis. Qui à nostris vsque
nunc maioribus incolumem, cum gloria statum exhibet nostris negotijs. Ille quidem igitur

hæc dixit:ipsi autem in indiuisibili tempore soluti,sanctum saluatorem deum suum benedicebant,nuper mortē euadentes.Postea rex in ciuitatem reuersus præfectū redditu um accersens iussit vina,& reliqua ad conuiuiū necessaria Iudæis prębere ad dies septem,indicans eos,in quo loco putauerant mortem suscipere,in hoc in lætitia omni soteria celebrare.Tunc q prius contumelijs affecti fuerant,& prope mortem,potius autem in ipsa ambulauerant,pro acerba & lugubri morte conuiuium salutare constituentes,ad mortem ipsis & sepulturam deputatum locum tentorijs diuiserunt,pleni gaudio.Finientes autem luctus, gemitosum cantum,resumpserunt cantum patriū,saluatorem & miraculorum factorem laudantes deum,luctumq́; omnem,& gemitum repellentes,choreas constiuierunt,lætitiæ pacificę signum.Eodem modo autem & rex pro his sympofium magnum congregans,incessanter in cœlū confitebatur magnifice pro inopinata facta ei saluatione.Quiq́; prius in perditionem & auium escam eos futuros existimabant,& cum gaudio descripserant,gemuerunt pudorem in seipsis induti,& inflāmata audacia ingloriæ exuncti.Et Iudæi,sicut prædiximus,constituentes prædictū chorum,cum conuiuio in gratiarum actōibus lætis & psalmis transigebant,& cōmunem statuentes de his legem,in oīni habitatione sua in generatōes prædictos dies agere decreuerunt hilares,& non potus causa & gulæ,saluatōis vero per Deū factæ ipsis.Audierūt aūt regem,dimissionē suam ad propria petentes.Describunt aūt eos à quinta & vicesima pachon vsq; ad quartam epiph ad dies quadraginta.Constituūt aūt eorum perditionē à qnta epiph vsq; ad septimā,diebus tribus,in qbus & gloriose ostendens misericordiam suam oīm princeps,incolumes eos liberauit vnanimiter.Comessabantur aūt oīnibus,ab rege necessarijs donati,vsq; ad quartamdecimā.In qua & colloquium fecerunt de liberatione sua.Collaudansq́; eos rex,scripsit eis subscriptam epistolam ad in ciuitate duces magnanimiter instantiā habentē.Rex Ptolemæus Philopator qui sunt in Aegypto ducibus,& oīnibus præpositis super negotia,gaudere & valere.Valemus aūt & nos & filij nostri,prosperante nobis magno Deo negotia,sicut volumus ex amicis quidam malorum morum freq̄ntius nobis adstantes,persuaserint nobis ad eos q sub regno Iudęos coniunctos in cōgregationem puniendum nouis rebellatorum supplicijs,prætendentes nunq̄ bonum statum habituras nostras,ob quam habent hi contra omnes gentes inimicitiam,donec perficiatur hoc,q & vinctos adducentes eos cum afflictionibus tanq̄ mancipia,potius autem q̄ proditores,sine vllo discrimine & inquisitione conati sunt occidere,lege Scytharum ferociorem induti crudelitatem.Nos vero pro his acerbius comminantes,iuxta tanq̄ habemus erga omnes homines benignitatem,vix vita meis condonantes,& cœlestem Deum cognoscentes fortiter protegentem Iudæos,vt patrem pro filijs semper pugnare,& amicitiæ ob quam habent erga nos firmam,& maiores nostros beneuolentiam recolentes,iuste dimisimus oēs iuxta quemcūq; causæ modū Et iussimus cuilibet oīa propria conuertere,in oīni loco nullo eis omnino lædentes,neq; iniuriari de factis præter rationē.Scitote enī q contra hos si quid machinemur malū,vel offendamus eos oīnino,non hoīem,sed oīs principem potētiæ Deū altissimū aduersantē nobis ad vltionem rerum in oībus ineuitabiliter semper habebimus. Valete. Accipientes autē epistolam hāc,non festinauerunt statim fieri circa recessum,sed regem orauerunt eos q de genere Iudæorum sanctū Deū vltro transgressi fuerant,& Dei legē consequi per eos debitā punitionē,asserentes ventris causa,diuina transgressos prǫcepta,nunq̄ beneuolos fore,neq; regis præceptis.Ille aūt verum eos dicere percipiens,& collaudans dedit eis facultatē oīm,vt qui transierant Dei legem,occiderent in oīni qui sub ditione sua loco cū audacia citra omnē regulam,potestatem,vel visitationē.Tunc bene precantes ei,vt decens erat.Horum sacerdotes & oīs multitudo inclamantes alleluia,cū gaudio recesserunt.Sic aūt obuiantē ex pollutis conciuem in via puniebant & cū exprobratōibus interficiebant.Illa aūt die occiderunt supra trecentos viros,& egerūt lætitiā cū gaudio ,pphanos perimentes,ipsi aūt q vsq; ad mortē Deū habuerant,integrā saluationis fruitionē accipientes,recesserūt ex ciuitate oīmodis odorantissimis floribus coronati cū lætitia & clamore,in laudibus & dulcibus hymnis grās agentes Deo patrū suorum sancto saluatori Israhel.Cum venissent aūt in Ptolemaidem vocatā ob loci proprietatē Rosiferā,in qua expectauit eos classis scd̄m cōe eorum consiliū dies septē,illic fecerūt cōuiuiū salutare,Rege suppeditāte eis abunde quæ ad recessum oīa vnicuiq; vsq; ad propriā domū.Delati aūt cū pace in decentibus gratiarum actionibus,eodē modo & illic statuerūt,& has agere dies ad peregrinatiōis eorum tp̄s lætas,quas & cōsecrantes in columna,in conuiuij loco votū confirmantes,recesserūt illæsi,liberi,iocundi,perq́; terrā & mare,& fluuiū saluati regis iussu quilibet in propriā. Et maiorē q̄ prius in inimicos ptātem habentes,cū gloria & timore,oīno à nullo excussi à substātijs,& oīa sua oēs attulerūt ex descriptōe,ita vt habentes aliqd,cum timore maximo restituerent eis,magnalia maximo deo faciente perfecte pro liberatione eorum.Benedictus liberator Israhel in sempiterna tempora,Amem.

TERTII MACHABAEORVM LIBRI
è græco fidelissime versi,Finis,

AD LECTOREM.

¶Hoc correctorium boni consules lector optime, licet em̃ magna eorũ pars, tibi satis cognita esse posset, nihil tñ pterire voluimus, vt nostrã in oĩbus diligentiam agnosceres. Primus igit numerus foliũ designat. Secũdus, faciẽ. Tertius, lineã: deinde sequit vera lectio. Itẽ hæc dictio Ibidem, designat tibi folium & faciem, ablatiuus vero Eodem, nihil amplius q̃ foliũ ipsum.

Fo.9.2.6.filiam.12.1.31.mortua est Sue.Eodẽ.2.31.sciscitatus.17.1.47.tuũ.17.2.5.posui.23.1.12 dotabit eã.Ibidẽ.46.remanebit.Ibi.45. si aud.Ibidẽ,59. in solitu.Eodẽ.2.3.peccare te faciant. 32.1.58.lauasset.Eodẽ.2.16.pedis.33.1.13.imperatũ.Eodẽ.2.28.circũcidet.Ibidẽ.53.qa pspi.35.1. 41.modius.38.2.26.vestrę dirutę.41.1.49.vncta.42.1.53.in Israhel.52.2.23.Noui em̃.53.2.25.dabo illis.Eodẽ.2.45.p nomẽ illius iurabis.54.1.24.nec serutes.58.1.47.ne effundat, Eodẽ.2.34. in domo.60.1.37.deuoret fructũ.61.2.28.prouocauerũt.64.2.31.duxerũt eos.69.2.21.retulit eis 78.2.59.Aram.79.2.24.votũ vouit.81.1.33.habebis.Eodẽ.2.48.ĩperabit nobis.83.1.32.hęc vox gregũ.90.2.32.si locutus.92.1.7.nudet vnus.93.2.51.Regnabit.96.2.34.dixitq; ei: ego famulus tuus vt sterneret &c. 101.1.2.(inter duas figuras sic leges) Situs & descriptio domus Salomonis. 107.1.2.Sidonioꝝ.128.1.12.fastos.157.2.52.filij Isrl.138.1.51.Amos pphetes.143.1.46.dixit ad eos 149.2.49.leuitis.150.1.9.ascẽderũt.Eodẽ.2.1.offerrẽt. Ibidẽ linea sequẽti, lege, ibi. Ibidẽ.54.in deũ Israel.158.1.18.aqla.161.1.47.imponẽs.166.2.60.noluerũt.172.1.49.disperde.173.1.4.Theodotion vel.Eodẽ 2.39.amicis.Ibidẽ.54.Themanites.Linea sequẽti, lege, cõdixerant.174.1.60, ptracta.176.1.8.& ego respõ.182.1.22.feci istud.186.1.42.sicut oẽs pr̃es.188.2.35.protegar.191.1. 30.in testamẽto.192.2.9.suscitabũt.Ibidẽ.38.in nomĩe meo.193.2.41.lętamini iusti.197.2.7.vt custo.200.1.36.herbã (mox lege) coruoꝝ.201.2.28.faucibus tuis.204.2.42.adiuuat.205.1.9.flagellato.210.2.22,vidistis.212.1.8.hostiã holocausti.218.1.23.curua.Eodẽ.2.35.iniquius.221.1.26. sic em̃.224.1.9.nec odorabit.226.2.53.propter illũ sunt.228.2.2.eruditus.232.1.51.Cõsummatio 233.1.21.sedebo.234.1.52.venit mane.Eodẽ.2.4.vincti sunt.244.2.55.à ducibus.246.2.38.plena auibus.250.1.9.neq; plangent.252.1.53.in ignominiã æternã, quę nunq̃ obli.258.1.41. Samaria. 263.2.47.vicẽ.272.1.55.libauerũt.276.1.24.factus.291.1.35.miam volui.293.1.34.ne des.297.1.16 Paralipomenon indicat.Eodẽ.2.5.eo q recte.299.2.31.exanimor.300.2.12.sermo dñi. Ibidem. 25.disperierunt.301.1.47.exterreat.308.2.26.muniuit.

¶Si plura deprehenderimus (etiam si necessaria non sint) in fine tamen noui testamenti, singulatim enumerata inuenies.

HIERONYMI IN QVATVOR EVANGELIA AD DAMASUM PRÆFATIO.

Ouum opus me facere cogis ex veteri, vt post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa, quasi q dam arbiter sedeā, & qa inter se variant, quæ sint illa quæ cū Græca consentiāt veritate, decernā. Pius labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de cęteris ipm ab oībus iudicandū: senis mutare linguā, & canescentē iam mundū ad initia retrahere paruuloꝫ. Quis eñ doctus pariter vel indoctus, cū in manus volumen assumpserit, & à saliua quā semel imbibit viderit discrepare qđ lectitat: non statim erumpat in vocē, me falsariū, me clamitās esse sacrilegū, q audeam aliqd in veteribus libris addere, mutare, corrigere. Aduersus quā inuidiā duplex causa me consolat: qđ & tu q summus sacerdos es, fieri iubes: & veꝫ non esse qđ variat, etiā maledicoꝫ testimonio cōprobat. Si eñ Latinis exemplaribus fides est habēda, respondeāt quibus: tot eñ sunt exēplaria pene quot codices. Siu aūt veritas est quærēda de pluribus, cur non ad Græcā originē reuertētes, ea quæ vel à vitiosis interpretibus male ædita, vel à ꝑsumptoribus imperitis emendata puersius, vel à librarijs dormitātibus aut addita sunt aut mutata, corrigimus? Neq; vero ego de veteri disputo instrumento, qđ à septuaginta senioribus in Græcā linguā versum, tertio gradu ad nos vsq; ꝑuenit. Nō quæro qd aquila, qd Symmachus sapiāt, quare Theodotion inter nouos & veteres medius incedat. Sit illa vera interꝑtatio, quā Apostoli probauerūt. De nouo nūc loquor testamēto, qđ Græcū esse non dubiū est, excepto Apostolo Matthæo, q primus in Iudæa Euangeliū Chri Hebraicis literis ædidit. Hoc certe cū in nostro sermone discordat, & in diuersos riuuloꝫ tramites ducit, vno de fonte quærendū est. Prætermitto eos codices, quos à Luciano & Esychio nuncupatos paucoꝫ hoīm asserit ꝑuersa contentio, qbus vtiq; nec in toto veteri instrumento post septuaginta interpretes emēdare qd licuit, nec in nouo profuit emēdasse, cū multaꝫ gentiū linguis scriptura ante translata doceat falsa esse quę addita sunt. Igit hæc præsens ꝑfatiūcula pollicet, quatuor tm̄ Euangelia, quoꝫ ordo est iste: Matthæus, Marcus, Lucas, Iohannes: codicū Græcoꝫ emendata collatōe, sed & veteꝫ, nec quæ multū à lectōis Latinæ consuetudine discreparent. Ita calamo tēperauimus, vt his tm̄ quæ sensum videbant mutare, correctis, reliqua manere pateremur vt fuerāt. Canones quoq; quos Eusebius Cæsariensis eps Alexandrinus, secutus Ammoniū, in decē numeros ordinauit, sicut in Græco habent, expressimus. Quod si qs de curiosis voluerit nosse, quę in euangelijs vel eadē, vel vicina, vel sola sint, eoꝫ distinctione cognoscet. Magnus siqdem hic in nostris codicibus error inoleuit, dum qđ in eadem re alius Euangelista plus dixit, in alio qa minus putauerint, addiderūt. Vel dum eundē sensum alius aliter expressit, ille q vnū e quatuor primū legerat, ad eius exemplū cæteros quoq; existimauerit emēdandos. Vnde accidit vt apud nos mixta sint oīa, & in Marco plura, Lucæ atq; Matthęi, Rursus in Matthæo plura Iohannis & Marci, & in cæteris reliquoꝫ quæ in alijs propria sunt, inueniant. Cū itaq; canones legeris, q subiecti sunt, confusionis errore sublato, & similia oīm scies, & singulis sua quæq; restitues. In canone primo concordāt quatuor, Matthęus, Marcus, Lucas, Iohānes. In secūdo, tres, Matthæus, Marcus, Lucas. In tertio, tres, Matthæus, Lucas, Iohannes. In quarto, tres, Matthæus, Marcus, Iohannes. In quinto duo, Matthæus, Lucas. In sexto duo, Matthæus, Marcus. In septimo duo, Matthæus, Iohānes. In octauo duo, Lucas, Marcus. In nono duo, Lucas, Iohānes. In decimo, propria vnusqsq; quæ non habent in alijs ædiderūt. Singulis vero Euāgelijs ab vno incipiēs vsq; in finē libroꝫ, dispar numerus accrescit. Hic nigro colore ꝑscriptus, sub se habet aliū ex minio discolorē numeꝫ, q ad decē vsq; ꝓcedēs, indicat, prior numerus in quo sit canone requirēdus. Cū ergo aperto codice (verbi grā) illud siue illud capitulū scire volueris cuius canonis sit, statim ex subiecto numero doceberis, & recurrēs ad principia, in qbus canonū est distincta congeries, eodēq; statim canone ex titulo frontis inuēto, illū quem quærebas numeꝫ, eiusdē Euāgelistæ, q & ipse ex inscriptōe signat, inuenies, atq; è vicino cæteroꝫ tramitibus inspectis, q̄s numeros è regione habeāt, annotabis, & cū scieris, recurres ad volumina singuloꝫ, & sine mora repertis numeris, q̄s ante signaueras, reperies & loca in qbus vel eadē vel vicina dixerūt. Sciendū tamē, ne qs ignaꝛ ex similitudine numeroꝫ error inuoluat, qđ sicubi in subnotatōe canonū distinctoꝫ in canone quolibet tres Euāgelistæ bis, ter, vel quater, aut etiā amplius eundē numeꝫ ꝑ ordinē habuerint annotatū, & quartus ecōtrario, discrepātes, ꝙ id qđ tres illi in eo loco semel dixerint, quartus toties in corpore voluminis sui ponat, quoties diuersi numeri in eius canone positi stāt contra ꝑdictoꝫ numeroꝫ cōtinuatas similitudines. Itē si in vno quolibet eoꝫ aut etiā duobus, idē in canone numerus bis, ter, & quater, aut eo amplius reperiat in ordine collocatus, & dispares inueniant in cæteris. dubiū nō erit quin id qđ illius illoꝫ ve canonis numerus bis terq; repetitū ab his in volumine semel dictū esse ostēdit, alter alterive eoꝫ toties vno atq; eodē sensu loquant, quoties pretulerint in numeroꝫ annotatione distantiā. Et hoc in oīm nouem canonum collatione seruabit. Cæteꝫ in decimo (qm̄ propria singuloꝫ tantūmodo continent) non pōt contra id comparatio esse qđ solū est. Opto vt in Christo valeas, & memineris mei Papa beatissime.

Hierony

PROLOGVS BEATI HIERONYMI IN MATTHAEVM.

MAtthæus cum primo prædicasset euangelium in Iudæa, volens transire ad Gentes: primus Euangelium scripsit Hebraice: quod fratribus à quibus ibat, ad memoriam reliquit. Sicut enim necesse fuit ad confirmationem fidei, Euangelium prædicare: sic & contra hæreticos scribi. Cum autem plures Euangelium scripserint: quatuor tantum habent authoritatis testimonium: quia per quatuor mundi partes fidem nuntiant trinitatis: & sunt quasi quatuor rotæ in quadriga Domini, quæ vehit cum p prædicationem euangelij: & genus humanum quadrifida morte peremptum, eorum erat prædicatione viuificandum: vnde & aliorum Euangelia deciderunt, nec recepta sunt: quia nolebant præfinitum numerum cassari propter virtutem sacramenti. Designantur etiam Euāgelistæ quatuor figuris, quæ non sunt deceptoriæ, sed iocundi mysterij sibi consciæ. Mattheus in homine intelligitur, quia circa humanitatem Christi principaliter immoratur. Marcus in leone, quia agit de resurrectione. Lucas in vitulo: agens de sacerdotio. Johannes in aquila, scribens sacramenta diuinitatis. Christus vero, quem describunt, homo fuit de virgine natus, vitulus in immolatione, leo in resurrectione, aquila in ascēsione, Vel in homine, humanitas: in vitulo, sacerdotium in leone, regnum: in aquila exprimitur diuinitatis sacramentum.

FINIS PROLOGI IN MATTHAEVM.

ARGVMENTVM IN MATTHAEVM Euangelistam.

Matth.c.a MAtthæus ex Iudæa sicut in ordine primus ponitur, ita Euangelium in Iudæa primus scripsit, cuius vocatio ad Dominum ex publicanis actibus fuit, duorum in generatione Christi principia præsumens, vnius, cuius prima circumcisio in carne, alterius, cuius secundum cor electio fuit. Ex vtrisque enim patribus Christus. Sicque quaterdenario numero triformiter posito, principium à credendi fide in electionis tempus porrigens, & ex electione vsque in transmigrationis diem dirigens, atque à transmigrationis die vsque ad Christum definiens decursam aduentus Domini ostendit generationem, vt numero satisfaciens & tempori, & se quid esset, ostenderet: & Dei in se opus monstrans, etiam in

Gal.4.a. his quorum genus posuit Christi operantis à principio, testimonium non negaret. Quarum omnium rerum tempus, ordo, numerus, dispositio, vel ratio, quod fidei necessarium est, Deus Christus est, qui factus est ex muliere, factus sub lege, natus ex virgine, passus in carne, omnia in cruce fixit: vt triumphans ea in semetipso resurgens in corpore, & patris nomen in patribus filio, & filij nomen patri restituens in filijs, sine principio, sine fine, ostendens vnum se cum patre esse, quia vnus est. In quo Euangelio vtile est desiderantibus deum, sic prima vel media vel pfecta cognoscere, vt et vocationem Apostoli & opus Euangelij, & dilectionem Dei in carne nascentis per vniuersa legentes intelligant, atque id in eo in quo reprehensi sunt, & apprehēdere expetūt, recognoscant. Nobis enim hoc in studio argumenti fuit, & fidem factæ rei tradere, & operantis Dei intelligendā diligēter eē dispositionem quærentibus non tacere.

AGRVMENTI FINIS IN MATTHAEVM.

AD LECTOREM.

¶Nota lector qd in nouo hoc testamento, asterisci, siue stellulæ ipsæ, concordantias designant Euangelistarum. Signa vero hæc duo, L J sententiam quā complectuntur, soli illi euangelistæ, apud quem sunt, peculiarem esse significant. Habes quoque tabulam epistolarum & euāgeliorum quibus per totum anni curriculum, sacrosancta ecclesia festis vtitur diebus. Consule igit boni hunc nostrum laborem. Nam & tu (mihi crede) multa alia, notatu dignissima, & quæ ab alijs desiderant, in hoc sacro opere, à nobis diligēter elaborata, conspicies. Vale feliciter.

¶Sanctum

¶ Quibus patribus seu maioribus, Christus progenitus sit, Angelus Iosepho suspitionem de virgine eximit. Cap. .I.

A IBER generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abrahã, * Abra-
ham genuit Isaac, * Isaac autẽ ge- Gene.21.a Luc.3.c.g
nuit Iacob. Iacob aũt genuit * Iudã Gene.25.d
& frẽs eius. Iudas aũt genuit Pha- Gene.29.g
res & Zaram de Thamar. * Phares
aũt genuit Esrom. Esrom aũt ge- Gene.38.g 1.para.2.a
nuit Aram Aram aũt genuit Ami
nadab. Aminadab autem genuit
Naasson. Naasson autẽ genuit Sal
mon, Salmon autẽ genuit Booz
de Rahab. Booz aũt genuit Obed Ruth.4
ex Ruth. Obed autẽ genuit Iesse.
Iesse aũt genuit Dauid regẽ. Da-
uid aũt rex genuit * Salomonẽ ex 2.Reg.12.f
ea quæ fuit † Vriæ. Salomon autẽ 1.para.3.b
genuit Roboam. Roboam aũt ge
nuit Abiam. Abia aũt genuit Asa.
Asa aũt genuit Iosaphat. Iosaphat
aũt genuit Ioram. Iorã aũt genuit
Oziam. Ozias autẽ genuit Ioa-
tham. Ioathã autẽ genuit Achaz.
Achaz aũt genuit Ezechiam. Eze
chias autẽ genuit Manassen. Ma-
nasses autẽ genuit Amon. Amon
B aũt genuit Iosiam. * Iosias aũt ge- 2.par.36.a.b
nuit Iechoniã & fratres eius in transmigratiõe Babylonis. * Et post trãsmigrationẽ Babylo- 4.Reg.25 1.para.3.c
nis, Iechonias genuit Salathiel. Salathuel aũt genuit * Zorobabel. Zorobabel aũt genuit Abi- 1.Esd.2.a
ud. Abiud aũt genuit Eliakim. Eliakim aũt genuit Azor. Azor aũt genuit Sadoc. Sadoc autẽ
genuit Achin. Achin aũt genuit Eliud. Eliud aũt genuit Eleazar. Eleazar autẽ genuit Mat-
than. Matthan aũt genuit Iacob. Iacob aũt genuit Ioseph virũ Mariæ, de qua natus est Iesus,
qui vocat Christus. ¶ Omnes itaq; generatiões ab Abrahã vsq; ad Dauid, generatiões qua-
C tuordecim: & à Dauid vsq; ad transmigrationẽ Babylonis, generationes quatuordecim: & à t
rãsmigratione Babylonis vsq; ad Christũ, generatiões quatuordecim. Christi aũt generatio
sic erat: ¶ * Cũ esset despõsata mater eius Maria Ioseph, anteq̃ cõuenirẽt, inuenta est in vtero Luc.1.c.2.a
habẽs de spũ sancto. Ioseph aũt vir eius, cũ esset iustus, & nollet eã traducere, voluit occulte
dimittere eã. Hæc aũt eo cogitante, ecce angelus dñi apparuit in somnis ei, dicẽs: Ioseph fili
Dauid, noli timere accipere Mariã † coniugẽ tuã: quod em̃ in ea natũ est, de spũ sancto est: pa
D riet aũt filiũ, * & vocabis nomẽ eius Iesum, ipse em̃ saluũ faciet populũ suũ à peccatis eorum.
Hoc aũt totũ factũ est, vt adimpleret quod dictũ est à dño per prophetã, dicentẽ: * Ecce vir- Lucæ.1.e
go in vtero habebit, & pariet filiũ, & vocabũt nomẽ ei9 Emmanuel, q̃d est interp̃tatũ, nobis- Esaiæ.7.d
cũ deus. ¶ Exurgẽs aũt Ioseph à somno, fecit sicut p̃cepit ei angelus dñi, & accepit cõiugẽ suã,
Et nõ cognoscebat eã, donec peperit filiũ suũ primogenitum, & vocauit nomẽ eius Iesum.

¶ Magi quomodo cum muneribus ad Christum natum peruenerint. De Herodis in infantes sæuitia, & Christi exilio. Cap. II.

A CVm ergo natus esset Iesus in Bethlehẽ Iudææ, in diebus Herõdis regis, ecce Magi
ab oriente venerunt Hierosolymam, dicẽtes: Vbi est q natus est rex Iudæorũ? vidi-
mus em̃ stellam eius in oriente, & venimus adorare eũ. ¶ Audiens aũt Herodes rex, Nume.24.d
turbatus est, & oĩs Hierosolyma cũ illo. Et cõgregans oẽs principes sacerdotum &

scribas populi, sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethlehē Iu
Mich. 5. a Iohan. 7. f dææ: sic enim scriptū est per prophetam: *Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaq̄ minima es in
principibus Iuda, ex te enim exiet dux, qui regat populū meū Israel. Tunc Herodes clàm vo- B
catis Magis, diligēter didicit ab eis tēpus stellæ quæ apparuit eis, & mittēs illos in Bethlehē,
dixit: Ite & interrogate diligēter de puero, & cū inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniēs
adorem eū. Qui cū audissent regē, abierūt. Et ecce stella quā viderāt in oriente, antecedebat
eos, vsquedū veniens staret supra vbi erat puer. Vidētes autē stellā, gauisi sunt gaudio magno
Psal. 71. b valde. Et intrantes domū, inuenerunt puerū cū Maria matre eius, *& procidentes adoraue-
runt eū, & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurū, thus, & myrrhā. Et responso ac-
cepto in somnis, ne redirēt ad Herodē, per aliā viā regressi sunt in regionē suam. ¶Qui cū re- C
cessissent, ecce angelus dñi apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge & accipe puerū & matrē
eius, & fuge in Aegyptū, & esto ibi vsquedū dicā tibi, Futurū est em̄, vt Herodes quærat puerū
ad perdendū eum. Qui cōsurgens, accepit puerū & matrē eius nocte, & secessit in Aegyptum.
Et erat ibi vsq; ad obitū Herodis, vt adimpleret quod dictū est à dño per prophetā dicētem:
Osee. 11. a *Ex Aegypto vocaui filiū meum. ¶Tunc Herodes videns quoniā illusus esset à Magis, iratus
est valde, & †mittēs, occidit oēs pueros q erāt in Bethlehem, & in oībus finibus eius, à bima- ἀποστεί-
tu & infra, secundū tēpus q̄d exquisierat à Magis. Tunc adimpletū est q̄d dictū est per Hiere- λας.
Hiere. 31. c miā prophetā, dicentē: *Vox in Rhama audita est, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorās
filios suos, & noluit cōsolari, qa nō sunt. ¶Defuncto aūt Herode, ecce angelus dñi apparuit in D
somnis Ioseph in Aegypto, dicēs: Surge, & accipe puerū & matrē eius, & vade in terrā Israel:
Thre. 1. defuncti sunt em̄ q quærebāt animā pueri. Qui cōsurgēs, accepit puerū & matrē eius, & venit
in terrā Israel. Audiens aūt q Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò
Iudic. 13. a ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ. Et veniēs habitauit in ciuitate, q̄ vocat
marc. 1. a Nazareth, vt adimpleretur quod dictū est per prophetas: *Quoniā Nazaræus vocabitur.

¶De vita, baptismo, & prædicatione Iohannis, atq; adeo Christi baptizati, cælitus commendatione. Cap. III.

lucæ. 3. a IN *diebus autem illis, venit Iohannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens: A
Esa. 11. c. 31. c 40. a & 45 d †Pœnitentiā agite, appropinquauit em̄ regnū cœlorū. Hic est em̄, de quo dictū est per μετανοεῖ-
Zach. 3. a Esaiā prophetā, dicentē: *Vox clamantis in deserto, parate viam dñi, rectas facite semi τε.
mar. 1. a tas eius. *Ipse aūt Iohānes habebat vestimentum de pilis camelorū, & zonā pelliceā cir-
lucæ. 3 a Iohan. 1 a ca lumbos suos: esca aūt eius erat, locustæ & mel syluestre. Tunc exibat ad eū Hierosolyma &
Esa. 49. a omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem: & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes B
marc. 1. a peccata sua. *Videns aūt multos Pharisæorū & Sadducæorū venientes ad baptismū suum, di-
lucæ. 3. b xit eis: Progenies viperarū, quis demonstrauit vobis fugere à uentura ira? Facite ergo fructū
Ioh. 3 e Inf. 27. b dignū pœnitentiæ, Et ne †ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham. Dico enim
vobis, quoniā potens est deus de lapidibus istis suscitare filios †Abrahæ. Iam em̄ securis ad ra- Deus est.
Inf. 7 c dicē arborū posita est. *Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonū, excidetur, & in ignē C
lucæ. 3 b mittetur. *Ego quidē baptizo vos in aqua in pœnitentiā, qui autē post me venturus est, for-
marc. 1 b lucæ. 3 c tior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare, ipse vos baptizabit in spū sancto &
Iohā. 1 d igni. *Cuius ventilabrū in manu sua, & permundabit aream suā, & cōgregabit triticū in hor-
lucæ. 3 d reum suum, paleas aūt cōburet igni inextinguibili. ¶*Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanē,
marc. 1 b ad Iohannē, vt baptizaret ab eo. Iohānes aūt prohibebat eū, dicēs: Ego à te debeo baptiza-
lucæ. 3 d Iohan. 1 e ri, & tu venis ad me? Respondēs aūt Iesus, dixit ei: Sine modo, sic em̄ decet nos implere omnē D
mat. 17 a iustitiā. Tunc dimisit eū. Baptizatus autē Iesus, cōfestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt
mar. 1 b 9 b ei cœli, & vidit spiritū dei descendentē sicut columbā, & veniētem super ipsum. Et ecce vox De cons. dis. 4. c. per aquā
luc. 3 d 9 e 2. pet. 1 d de cœlis, dicens: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

¶Christus ter tentatus, & Iohanne capto, aggreditur munus verbi, colligit discipulos, curat ægros. Cap. IIII.

mar. 1 b TVnc Iesus †ductus est in desertū a spū, vt tentaretur a diabolo. *Et cum ieiunasset A
lucæ. 4 a quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedēs tētator, di-
Deut. 8 a xit ei: Si filius dei es, dic, vt lapides isti panes fiant. Qui rñdēs, dixit: Scriptū est: *Nō
in solo pane viuit homo, sed in omni verbo q̄d procedit de ore dei. Tunc assumpsit
eū diabolus in sanctā ciuitatē, & statuit eū sup pinnaculū tēpli, & dicit ei: Si filius dei es, mitte
Psal. 90 c te deorsum, Scriptū est em̄, *Quia angelis suis mādauit de te, & in manibus tollent te, ne forte
offendas ad lapidem pedē tuum. Ait illi Iesus rursum: Scriptū est, *Nō tentabis dñm deū tuū. B
Deut. 6 c Iterū assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mun-
di, & gloriam eorū, & dicit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei
Deu. 6 c, 10 d mar. 1 b Iesus: Vade Satana, scriptū est em̄, *Dñm deum tuū adorabis, & illi soli seruies. Tunc reliquit
lucæ, 4 b c eum diabolus, & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. ¶Cum autē audisset Iesus q Io-
Iohan. 4 f hannes traditus esset, *secessit in Galilæam, & relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in
ciuitate

C ciuitate† Capharnaū maritimā, in finibus Zabulon & Nephthalim, vt adimpleret quod di-
ctū est per Esaiā prophetā: *Terra Zabulon & terra Nephthalim, viā maris trans Iordanē
Galilææ gentiū: populus q sedebat in tenebris, vidit lucē magnā, & sedētibus in regione vm
bræ mortis, lux orta est eis. *Exinde cœpit Iesus pdicare & dicere: Pœnitentiam agite, ap-
propinquat enim regnum cœlorū. ¶ Ambulans aūt Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fra-
tres, Simonē qui vocat Petrus, & Andreā fratrē eius, mittētes rete in mare, erant enim pisca
tores, & ait illis: Venite post me, & faciā vos fieri piscatores hoīm. At illi cōtinuo relictis re-
D tibus, secuti sunt eū. Et procedens inde, vidit alios duos frēs, Iacobū Zebedæi, & Iohannē
fratrē eius, in naui cū Zebedæo patre eorū, reficiētes retia sua, & vocauit eos. Illi aūt statim
relictis retibus & patre, secuti sunt eū. ¶ Et circūibat Iesus totā Galilæā, docēs in synagogis
eorū, & pdicans euāgeliū regni, & sanans omnē languorē & omnē infirmitatē in populo. Et
abijt opinio eius in totā Syriā, & obtulerūt ei oēs male habētes, varijs lāguoribus & tormētis
cōprehensos, & q dæmonia habebāt, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. *Et secutæ
sunt eū turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & Hierosolymis, & Iudæa, & de trans Iordanē.

¶ De beatitudinibus, sale, & lucerna, De lege non soluenda, inibi de ira, mœchatu, repudio, iureiurando, & non vlciscendo. Cap. V.

A Videns aūt Iesus turbas, ascendit in montē, & cū sedisset, accesserunt ad eum discipuli
eius, & aperiēs os suū, docebat eos, dicens: *Beati pauperes spū, quoniā ipsorū
est regnū cœlorū. Beati mites, quoniā ipsi possidebūt terrā. Beati qui lugēt, qm̄
ipsi cōsolabunt. Beati q esuriunt & sitiūt iustitiā, quoniā ipsi saturabuntur. Bea
ti misericordes, qm̄ ipsi misericordiā consequent. Beati mundi corde, qm̄ ipsi deū videbunt.
B Beati pacifici, quoniā filij dei vocabunt. *Beati q persecutionem patiunt propter iustitiā, qm̄
ipsorū est regnū cœlorū. Beati estis cū maledixerint vobis hoīes, & psecuti vos fuerint, &
dixerint omne malū † aduersum vos mētientes, propter me, gaudete & exultate, qm̄ merces
vestra copiosa est in cœlis: sic enī psecuti sunt prophetas q fuerunt ante vos. Vos estis sal ter
ræ. Quod si sal †euanuerit, in q̊ salietur ad nihilū valet vltra, nisi vt mittat foras, & conculcet
ab hoībus. Vos estis lux mundi. Nō potest ciuitas abscōdi supra montē posita, neq; accen-
dunt lucernā & ponunt eā sub modio, sed sup candelabrum, vt luceat oībus q in domo sunt.
Sic luceat lux vestra corā hoībus, vt videāt opera vestra bona, & glorificēt patrē vestrū qui
in cœlis est. ¶ Nolite putare quoniā veni soluere legē aut prophetas: nō veni soluere, sed ad-
C implere. Amē quippe dico vobis, donec trāseat cœlū & terra, iota vnū aut vnus apex nō
pteribit à lege, donec oīa fiant. *Qui ergo soluerit vnū de mādatis istis minimis, & docuerit
sic hoīes, minimus vocabit in regno cœlorū: qui aūt fecerit & docuerit, hic magnus vocabit
in regno cœlorū. Dico aūt vobis, qa nisi abundauerit iustitia vestra plus q̃ scribarū & phari-
D sæorū, nō intrabitis in regnū cœlorū. ¶ Audistis qa dictū est antiquis, *Nō occides, q aūt occi
derit, reus erit iudicio. Ego aūt dico vobis, qd oīs qui irascit fratri suo, reus erit iudicio: qui aūt
dixerit fratri suo, racha, reus erit concilio: qui aūt dixerit fatue, reus erit gehēnæ ignis. Si ergo
offers munus tuū ad altare, & ibi recordatus fueris, qd frater tuus habet aliquid aduersum te,
relinque ibi munus tuū ante altare, & vade, prius recōciliare fratri tuo, & tūc veniēs offer mu
nus tuū. *Esto cōsentiēs aduersario tuo cito, dū es in via cū eo: ne forte tradat te aduersarius
iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerē mittaris. Amē dico tibi, nō exies inde, donec
reddas † nouissimū quadrātē. ¶ Audistis qa dictū est antiquis, Nō mœchaberis. Ego autē di
co vobis, quod oīs qui viderit mulierē ad concupiscendū eā, iā mœchatus est eā in corde suo.
E *Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eū & proijce abs te, expedit enī tibi vt pereat
vnū membrorū tuorū, q̃ totū corpus tuum mittat in gehennā. Et si dextera manus tua scāda-
lizat te, abscinde eā, & proijce abs te, expedit enim tibi vt pereat vnū mēbrorū tuorū, q̃ totū
corpus tuū eat in gehennā. ¶ Dictū est aūt, *Quicunq; dimiserit vxorē suā, det illi libellū repu
dij, *Ego aūt dico vobis, qa oīs q dimiserit vxorē suā, excepta fornicatiōis causa, facit eā mœ
F chari, & q dimissam duxerit, adulterat. *Iterū audistis, qa dictū est antiquis, Non peierabis,
reddes aūt dño iuramēta tua. Ego aūt dico vobis, nō iurare omnino, neq; per cœlū, qa thro-
nus dei est, neq; p terrā, quia scabellū est pedum eius, neq; p Hierosolymā, quia ciuitas est ma
gni regis, Neq; p caput tuū iuraueris, qa nō potes vnū capillū albū facere aut nigrū. Sit aūt ser
mo vester, est est, nō nō, qd aūt his abundātius est, à malo est. ¶ *Audistis qa dictū est, Oculū
pro oculo, & dentē pro dēte, Ego aūt dico vobis, nō resistere malo, *sed si qs te pcusserit in
dexterā maxillā tuā, pbe illi & alterā, & ei q vult tecum in iudicio cōtendere, & tunicā tuā
tollere, dimitte ei & palliū, & quicunq; te angariauerit mille passus, vade cū illo & alia duo.
Qui autē petit à te, da ei, & volēti mutuari à te, ne auertaris. *Audistis qa dictū est, Diliges
G proximū tuū, & odio habebis inimicū tuū, Ego aūt dico vobis, *Diligite inimicos vr̄os, bn̄-
facite his q oderunt vos, & orate pro psequētibus & calumniātibus vos, vt sitis filij pr̄is vr̄i
qui in cœlis est, q solē suum oriri facit sup bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos, *Si

enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faci-
unt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne & ethnici hoc fa-
ciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est.

¶ De operibus externis, nempe eleemosyna, oratione, & ieiunio, deniq; rerum fluxarum curam reijciendam. Cap. VI.

Attendite ne iustitiã vestrã faciatis corã hoĩbus, vt videamini ab eis, alioquin merce A
dẽ nõ habebitis apud patrẽ vestrũ q in cœlis est. Cũ ergo facis eleemosynã, noli tu
ba canere ante te, sicut hypocritæ faciũt in synagogis & in vicis, vt honorificent ab
hoĩbus, amẽ dico vobis, receperũt mercedẽ suã. Te aũt faciẽte eleemosynã, nesciat
sinistra tua qd faciat dextra tua, vt sit eleemosyna tua in abscõdito, & pr̃ tuus q videt in abscõ
dito, reddet tibi. ¶ Et cum oratis, nõ eritis sicut hypocritæ, q amãt in synagogis, & in angulis
plateaꝝ stãtes orare, vt videanť ab hoĩbus: amẽ dico vobis, receperũt mercedẽ suã. Tu aũt cũ
oraueris, intra in cubiculũ tuũ, & clauso ostio, ora patrẽ tuũ in abscõdito, & pr̃ tuus q videt in
abscõdito, reddet tibi. Orãtes aũt, nolite multũ loqui, sicut ethnici faciũt, putãt eñi ꝙ in mul B
tiloquio suo exaudiant. Nolite ergo assimilari eis, scit eñ pr̃ vester qd opus sit vobis, anteq̃ pe
Luc. 11. a tatis eũ. Sic ergo vos orabitis: Pater nr̃, q es in cœlis, sanctificeť nomẽ tuũ. *Adueniat reg- de pe. dist. 3 c. de quotid.
nũ tuũ. Fiat volũtas tua sicut in cœlo, & ĩ terra. Panẽ nostꝝ supsubstãtialẽ da nobis hodie. anis
Et dimitte nobis debita nr̃a, sicut & nos dimittimus debitoribus nr̃is. Et ne nos inducas in tẽ de cõs. dist. 2
Mat. 18. d tationẽ. Sed libera nos à malo, Amẽ. *Si eñ dimisaritis hoĩbus pctã eoꝝ, dimittet & vo- c. in calce
Mar. 11. c bis pr̃ vester cœlestis delicta vr̃a. Si aũt nõ dimiseritis hoĩbus, nec pater vester dimittet vobis de pe. dist. 3
Eccle. 28. a pctã vr̃a. ¶ Cũ aũt ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ, tristes: exterminãt eñ facies suas, vt c. si eñ. de pe
pareãt hoĩbus ieiunãtes. Amẽ dico vobis, qa receperũt mercedẽ suã. Tu aũt cũ ieiunas, vnge dist. 4. c. dicit dñs
caput tuũ, & faciẽ tuã laua, ne videaris hoĩbus ieiunãs, sed patri tuo q est in abscõdito, & pater C
tuus q videt in abscõdito reddet tibi. ¶ Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi æru de sac. unct. c. unico
Luc. 12. d go & tinea demoliť, & vbi fures effodiunt & furanť. *Thesaurizate autẽ vobis thesauros in
cœlo, vbi neq; ærugo, neq; tinea demoliť, & vbi fures nõ effodiũt, nec furanť. Vbi eñi est the
Luc. 11. c saurus tuus, ibi est & cor tuũ. ¶ *Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit sim
plex, totũ corpus tuũ lucidũ erit. Si aũt oculus tuus fuerit nequã, totũ corpus tuũ tenebrosum
Luc. 16. c erit. Si ergo lumen qd in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quãtæ erunt? ¶ *Nemo potest du- 21. q. 3. c. nul.
obus dñis seruire, aut eñ vnũ odio habebit, & alteꝝ diliget: aut vnũ sustinebit, & alteꝝ con-
temnet. Nõ potestis deo seruire & mãmonæ. ¶ Ideo dico vobis, ne soliciti sitis aĩæ vestræ, qd
Luc. 12. c mãducetis, neq; corpori vestro qd induamini. Nõne aĩa plus est q̃ esca? & corpus plus q̃ ve-
1. pet. 5. b
Psal. 46. d stimẽtũ? Respicite volatilia cœli, qm̃ nõ serunt neq; metũt, neq; cõgregãt in horrea, & pr̃ D
vester cœlestis pascit illa. Nõne vos magis pluris estis illis? Quis aũt vestꝝ cogitãs, pt adijce-
re ad staturã suã cubitũ vnum? Et de vestimẽto qd soliciti estis? Cõsiderate lilia agri, quõ
crescũt, nõ laborãt neq; nent: dico autẽ vobis, qm̃ nec Salomon in omni gloria sua coopertus
est sicut vnũ ex istis. Si eñ fœnũ agri qd hodie est, & cras in clibanũ mittiť, deus sic vestit, q̃to
magis vos modicæ fidei? Nolite ergo soliciti esse, dicẽtes: Quid manducabimus, aut qd bibe-
mus, aut q operiemur: hæc eñ oĩa gẽtes inquirunt. Scit eñ pr̃ vester, qa his oĩbus indige-
tis. Quærite ergo primum regnũ dei, & iustitiã eius, & hæc omnia adijcienť vobis. Nolite
ergo soliciti esse in crastinũ. Crastinus enim dies solicitus erit sibijpsi, sufficit diei malitia sua. 12. q. 2. c. habebat

¶ Non condemnandum, quomodo petendum, de duabus portis, pseudoprophetis, & hypocritis, de sapienti ædificatore. Cap. VII.

Roma. 2. a Nolite iudicare, vt nõ iudicemini: *nolite cõdemnare, vt nõ cõdemnemini. In q̃ eñi A
Mar. 4. c iudicio iudicaueritis, iudicabimini, *& in qua mẽsura mensi fueritis, remetieť vo
Luc. 6. f bis. *Quid aũt vides festucã in oculo fratris tui, & trabẽ in oculo tuo nõ vides? Aut
Luc. 6. f quõ dices fratri tuo: Frater, sine eijciã festucã de oculo tuo, & ecce trabs est in ocu- 3. q. 7. c. decet
lo tuo? Hypocrita, eijce primum trabẽ de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucã de oculo
fratris tui. ¶ Nolite dare sanctum canibus, neq; mittatis margaritas vestras ante porcos, ne
Mar. 11. c forte cõculcent eas pedibus suis, & cõuersi dirũpant vos. ¶ *Petite, & dabiť vobis, quærite & 1. q. 1. c. multi.
Luc. 11. b inuenietis, pulsate & aperieť vobis. Oĩs enim q petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulsanti B
Ioan. 14. b aperietur. *Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panẽ, nunquid lapidẽ por- 11. q. 3. c. in
& 16. c. f
Luc. 11. b riget ei? Aut si piscẽ petierit, nunquid serpentẽ porriget ei? Si ergo vos cũ sitis mali, nostis bo principio,
na data dare filijs vestris, q̃to magis pater vester qui in cœlis est, dabit bona petẽtibus se? 11. q. 3. c. nobile.
Luc. 6. c ¶ *Omnia ergo quæcunq; vultis vt faciãt vobis homines, ita & vos facite illis. Hæc enim est C
Tob. 4. c
Luc. 13. e lex & prophetæ. *Intrate per angustam portã, qa lata porta, & spaciosa via est, quæ ducit 1. dist. 11. c. prin
ad perditionẽ, & multi sunt qui intrant per eã. Quàm angusta porta & arcta via est, quæ ducit 50. dist. c. ponderet.
ad vitã, & pauci sunt qui inueniunt eam. ¶ Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in
Luc. 6. f. g vestimẽtis ouiũ, intrinsecus aũt sunt lupi rapaces, à fructibus eoꝝ cognoscetis eos. *Nũqd 10. q. 1. c. pla. 1. q. 3. c. pro
colligũt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic oĩs arbor bona, fructus bonos facit, mala aũt ar pleraque

bor,

bor malos fructus facit. Nõ potest arbor bona, malos fructus facere: neq; arbor malá fructus Supra.3.e
bonos facere. *Om̃is arbor q̃ nõ facit fructũ bonũ, excidit & in ignẽ mittit. Igitur ex fructibus Luc.3.b
D eorũ cognoscetis eos. *Nõ om̃is qui dicit mihi: Dñe dñe, intrabit in regnũ cœlorũ: sed qui facit Luc.6.g
voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnũ cœlorũ. *Multi dicent mihi in illa Luc.13.e.f
die: Dñe, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus,
& in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tũc cõfitebor illis: Quia nunq̃ noui vos. *Discedi Psal.6.c. in-
te à me om̃es qui operamini iniquitatem. *Omnis ergo q audit verba mea hæc, & facit ea: ⌊assi fra.25.d
milabit viro † sapienti qui ædificauit domũ suã super petrã, & descẽdit pluuia & venerũt flumi Luc.11.f
na, & flauerunt venti & irruerunt in domũ illã, & non cecidit. ⌋Fundata enim erat super petrã Luc.6.g
Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ⌊similis erit viro stulto ⌋ qui ædificauit do- Rom.2.b
mum suam super arenam, ⌊& descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt vẽti ⌋& irru- Iacob.1.d
erunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. ¶Et factum est: cum consummasset Mar.1.e
Iesus verba hæc, *admirabant turbæ super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatẽ Luc.4.e
habens, & non sicut scribæ eorum & Pharisæi.

¶De leproso & centurione, de socru Petri & dæmoniacis. de scriba tentante & discipulo quodã, de tẽpestate maris, & dæmonijs in porcos reiectis. Cap. VIII.

A CVm aũt descendisset de monte, secutæ sunt eũ turbæ multæ, ⌋& ecce leprosus veni- Mar.1.d
ens, adorabat eũ, dicẽs: ⌊dñe ⌋si vis, potes me mundare, & extendens Iesus manum, Luc.5.c
tetigit eũ, dicẽs. Volo: Mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Ie-
sus. Vide nemini dixeris, sed vade, ostẽde te sacerdoti, & offer munus tuũ quod præ
cepit *Moyses in testimoniũ illis. *¶Cum aũt introisset Capernaum, accessit ad eũ cẽturio, ro- Leuit.14.a
gans eum, & dicens: Dñe, puer meus iacet in domo paralyticus, & † male torquet. Et ait illi Ie- Luc.7.a
sus: Ego veniã, & curabo eũ. Et rñdens centurio, ait: Dñe nõ sum dignus vt intres sub tectũ me Iohan.4.g
um, sed tm̃ dic verbũ, & sanabit puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate cõstitutus ha
bens sub me milites, & dico huic: vade, & vadit, & alij: veni, & venit: & seruo meo: fac hoc, & fa
cit. Audiens aũt Iesus, miratus est, & sequentibus se dixit: Amẽ dico vobis, nõ inueni tantã fidẽ
B in Israel. *Dico aũt vobis quod multi ab oriente & occidente venient, & recũbent cũ Abrahã Luc.13.f
& Isaac & Iacob in regno cœlorũ: filij aũt regni eijcient in tenebras exteriores, ibi erit fletus & Mar.1.a
stridor dentium. ⌊Et dixit Iesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. ⌋ Et sanatus est Luc.4.f
puer in illa hora. ¶*Et cum venisset Iesus in domum Petri, vidit socrũ eius iacentẽ & febricitan Mar.1.d
tem, & tetigit manum eius, & dimisit eã febris, & surrexit & ministrabat eis. ¶*Vespe autẽ fa- Luc.4.g
cto, obtulerũt ei multos dæmonia habẽtes, & eijciebat spũs verbo, & oẽs male habẽtes curauit Esa.53.b
⌊vt adimpleret quod dictũ ẽ per Esaiam prophetã, dicentẽ: *Ipse infirmitates nostras accepit, 1.Petri.2.d
& ægrotationes nr̃as portauit. ¶Videns aũt Iesus turbas multas circũ se, iussit ire trãs fretũ. ⌋ Luc.9
C Et accedẽs vnus scriba, ait illi: Magister, sequar te q̊cunq; ieris. Et dicit ei Iesus: Vulpes foueas
habent, & volucres cœli nidos, filius aũt hominis nõ habet vbi caput suũ reclinet. Alius aũt ⌊de
discipulis eius ⌋ait illi: Dñe, permitte me primũ ire & sepelire patrẽ meũ. Iesus aũt ait illi: Seq̃re Mar.4.d
me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. ¶*Et ascẽdente eo in nauiculã, secuti sunt eum Luc.8.d
discipuli eius, & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiret fluctibus, ipse ve
ro dormiebat. Et accesserunt ad eũ discipuli eius, & suscitauerunt eũ, dicẽtes: Dñe, salua nos, pi-
mus. Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis modicæ fidei? Tũc surgens imperauit ventis, & mari,
& facta est tranquillitas magna. Porrò homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti Græ. Cergo
& mare obediunt ei? ¶*Et cũ venisset Iesus trans fretũ in regionẽ † Gerasenorũ, occurrerunt ei senorum
D duo habentes dæmonia, & de monumẽtis exeuntes, sæui nimis, ita vt nemo posset trãsire p viã Mar.5.a
illam. Et ecce clamauerunt, dicẽtes: Quid nobis & tibi Iesu fili dei? Venisti huc ante tps torq̃re Luc.8.d
nos? Erat aũt non longe ab illis grex multorum porcorum pascens. Dæmones aũt rogabãt eũ,
dicentes: Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes, abi-
erunt in porcos: & ecce, magno impetu abijt totus grex per præceps in mare & mortui sunt in
aquis. Pastores autem fugerunt, & venientes in ciuitatem, nuntiauerunt hæc omnia & de ijs q
dæmonia habuerant. Et ecce, tota ciuitas exijt obuiã Iesu. Et viso eo, rogabant eum vt transi-
ret à finibus eorum.

¶Christus paralyticũ sanat, Matthæũ accersit, publicanos nõ spernit, filiã archisynagogi, mulierẽ amorrusam, II. cæcos & dæmoniacũ mutũ curat. Cap. IX.

A ET ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Et ecce offe- Mar.2.a
rebant ei paralyticum iacentem in lecto. Videns autem Iesus fidem illorum, dixit pa- Luc.5.d
ralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt
intra se: Hic blasphemat. Et cum vidisset Iesus cogitationes eorũ, dixit: Vt quid cogi-
tatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere. Dimittunt tibi peccata tua, an dicere.
Surge & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi
peccata: tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et surrexit, &

& abijt in domum suam. Videntes autem turbæ, timuerunt, & glorificauerunt deum qui dedit B
potestatem talem hominibus. ¶ Et cum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telo-
Mar. 2. b. nio, Matthæũ nomine. Et ait illi. Sequere me. Et surgẽs, secutus est eũ * Et factũ est, discumben-
luc. 5. f. 15. a te eo in domo, ecce multi publicani & pctõres venientes, discumbebant cum Iesu & discipulis
eius. Et videntes pharisæi, dicebãt discipulis eius: Quare cum publicanis & pctõribus mandu-
cat magister vester? At Iesus audiens, ait: Non est opus valentibus medico, sed male hñtibus:
Mar. 2. b. Leuntes autem discite qd est: * Misericordiam volo, & nõ sacrificium. * Nõ enim veni vocare
Luc. 5. f. Osee. 6. c iustos, sed pctõres. ¶ Tunc accesserunt ad eum discipuli Iohannis, dicentes: Quare nos & pha-
Infra. 12. a risæi ieiunamus freq̃uẽter, discipuli aũt tui nõ ieiunãt? Et ait illis Iesus: Nunqd possunt filij spõ-
1. Timo. 1. c si lugere q̃ diu cum illis est sponsus? Veniẽt aũt dies, cum auferet ab eis sponsus, & tũc ieiunabũt.
Mar. 2. c Luc. 5. f Nemo aũt immittit cõmissuram panni rudis in vestimentum vetus, tollit eñ plenitudinẽ eius
à vestimento, & peior scissura fit. Neq̃ mittunt vinũ nouum in vtres veteres, alioqn rumpunt C
vtres, & vinum effundit, & vtres pereũt. Sed vinũ nouũ in vtres nouos mittunt, & ambo cõser
Mar. 5. b uant. ¶ * Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eũ, dicens: Filia mea
Luc. 8. f modo defuncta est, sed veni, impone manũ tuã sup eam, & viuet. Et surgens Iesus, sequebat eũ
& discipuli eius. Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebat duodecim annis, accessit retro,
& tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se, Si tetigero tantum vestimentũ eius
salua ero. At Iesus cõuersus & videns eã, dixit. Cõfide filia, fides tua te saluã fecit. Et salua facta
est mulier ex illa hora. Et cũ venisset Iesus in domũ principis, & vidisset tibicines & turbam tu-
multuantem, dicebat. Recedite, nõ est enim mortua puella, sed dormit, & deridebant eum. Et
cum eiecta esset turba, intrauit, & tenuit manũ eius, & dixit. Puella, surge. Et surrexit puella, &
exijt fama hæc in vniuersam terram illã. ¶ Et transeunte inde Iesu, secuti sunt eũ duo cæci cla
mantes, & dicentes. Miserere nostri fili Dauid. Cum aũt venisset domũ, accesserunt ad eũ cæ- D
ci. Et dicit eis Iesus. Creditis q̃a hoc possum facere vobis? Dicũt ei. Vtiq̃ dñe. Tunc tetigit ocu
los eorum, dicens. Secundũ fidem vestrã fiat vobis. Et apti sunt oculi eorũ. Et comminatus est
illis Iesus, dicens. Videte ne qs sciat. Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum in tota terra illa.
¶ Egressis aũt illis, ecce obtulerũt ei hominem mutum, dæmoniũ habentem. Et eiecto dæmo- 23. dist. ca. in
nio, locutus est mutus, & miratæ sunt turbæ, dicentes Nunq̃ apparuit sic in Israel. Pharisæi aũt nouo
dicebant. In principe dæmoniorũ eijcit dæmones. ¶ * Et circũibat Iesus omnes ciuitates & ca-
Marc. 6. e stella, docens in synagogis eorum, & prædicans euangeliũ regni, & curans omnem languo-
Luc. 13. b rem & omnem infirmitatem. Videns autem turbas, misertus est eis, quia erant vexati, & iacẽ
Mar. 6. e Luc. 10. a tes sicut oues non habentes pastorem * Tunc dicit discipulis suis. Messis quidem multa, opera-
rij autem pauci. Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.

¶ Christus erudit & præmonet discipulos, traditaq̃ curandi potestate, ablegat ad euulgandum euangelium. Cap. X.

Mar. 3. b Luc. 6. c. 9. a Marc. 3. b ET conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorũ, A
vt eijcerent eos, & curarent oẽm languorem & omnem infirmitatem. * Duodecim au
tem apostolorum nomina, sunt hæc. Primus Simon, qui dicit Petrus, & Andreas fra-
ter eius, Philippus & Bartholomæus. Iacobus Zebedæi & Iohannes frater eius, Tho-
mas & Matthæus publicanus, & Iacobus Alphæi & Thaddæus. Simon Cananæus, & Iudas Is-
cariotes, qui & tradidit eum. ¶ Hos duodecim misit Iesus, præcipiens eis, & dicens. In viam
gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ
perierunt domus Israel, Euntes aũt prædicate, dicentes. Quia appropinquauit regnum cœlo-
rum. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mũdate, dæmones eijcite, gratis accepistis,
Mar. 6. a. b gratis date. * Nolite possidere aurum, neq̃ argentum, neq̃ pecuniam in zonis vestris, non pe- B
Luc. 9. a. 10. a ram in via, neq̃ duas tunicas, neq̃ calciamenta, neque virgam, dignus est enim operarius cibo
Luc. 10. b. c suo. * In quamcunq̃ ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit.
& ibi manete donec exeatis. Intrantes aũt in domũ, salutate eam, dicẽtes. Pax huic domui. Et
siquidem fuerit domus digna, veniet pax vestra super eam, si autem non fuerit digna, pax ve-
stra reuertet ad vos. Et quicunq̃ non receperit vos, neq̃ audierit sermones vestros, exeuntes
foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabili-
us erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, q̃ illi ciuitati. * Ecce ego mitto
Luc. 10. a vos, sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut
Mar. 13. b. columbæ. * Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in concilijs, & in synagogis suis
Luc. 21. d flagellabunt vos, & ad præsides & reges ducemini propter me, in testimonium illis & genti- C
Io. 15. d. 16. a bus. * Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabit eñ vobis
mar. 13. b lucæ. 12. b in illa hora quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui lo-
quitur in vobis. * Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filij in
mich. 7. b parentes, & morte eos afficient, & eritis odio omnibus hominibus propter nomẽ meum, qui
autem perseuerauerit vsq̃ in finem, hic saluus erit. Cum autem persequentur vos in ciuitate
ista, fugi-

ista,fugite in aliam. Amē dico vobis,non cōsummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius ho lucæ.σ.f
minis. Non est discipulus super magistrum,nec seruus super dominum suum,sufficit discipu- ioh.13.b,15.e
lo,vt sit sicut magistee eius:& seruo sicut dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub voca- Mar,4.e
uerunt, quāto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim opertum est, quod luc.8,c,12.a
non reueletur:& occultum,quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris,dicite in lumine,&
quod in aure auditis, peædicatæ super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animā
autem non possunt occidere,sed potius eum timete,qui potest & animam & corpus perdece
in gehennā. Nonne duo passeres asse veneunt,& vnus ex illis non cadet sup terrā sine patre ve
stro? Vestri autē & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere,multis passeribus
D meliores estis vos. *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus cōfiteboe & ego eum marc. 8,d
coram patre meo,qui in cœlis est,qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego luc. 9.c,12.b
eum corā patre meo,q in cœlis est. *Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terrā,nō lu.12.f
veni pacem mittere,sed gladium,*veni enim separare hominē aduersus patrem suum, & filiā mich.7,b
aduersus matrē suam,& nurum aduersus socrum suā,& inimici hominis, domestici eius. *Qui lucæ.14,f
amat patrem aut matrem plus q̄ me,non est me dignus,& qui amat filium aut filiam super me, Infra.10,d
non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam,& sequit̄ me,non est me dignus. *Qui in- lu.9.c & 14.f
uenit animam suam perdet illā,& qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eā. Qui 17,e
recipit vos me recipit,& qui me recipit,recipit eum qui me misit. Qui eecipit peophetā in no lucæ.9.c
mine prophetæ,mercedem prophetæ accipiet,& qui recipit iustum in nomine iusti, mercedē ioh.10.d.13.e
iusti accipiet. Et quicunq; potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum marc,9.f
in nomine discipuli.amen dico vobis,non perdet mercedem suam.

¶Iohannes è carcere mittens ad Christū,extollit̄,gens Iudæorū & ciuitates incre
panf. Christus cōpellat patrē; inuitat ad iugū. Cap. XI.

A ET factum est, cum cōsummasset Iesus,præcipiens duodecim discipulis suis, transiit in- lucæ.7,c
de,vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum. *Iohannes aūt cum audisset in vin
culis opera Christi,mittens duos de discipulis suis,ait illi. Tu es qui venturus es,an aliū
expectamus? Et respondens Iesus, ait illis. Euntes renuntiate Iohanni quæ audistis &
vidistis,cæci vident,claudi ambulant,leprosi mundantur,surdi audiunt,mortui resurgunt,pau
peees euangelizantur,& beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus,
cœpit Iesus dicere ad turbas de Iohanne. Quid existis in desertum videre,arundinē vento agi-
tatam? Sed quid existis videre,hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in
B domibus eegum sunt. Sed quid existis videre,prophetam? Etiam dico vobis, & plus q̄ prophe
tam. Hic est enim de quo scriptum est. *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam,qui malach.3,a
præparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis,non surrexit inter natos mulierum maior Io marc,1,a.
hanne Baptista,qui autem minoe est in regno cœlorum,maior est illo. *A diebus autem Iohā- lucæ,7.d
nis Baptistæ vsq; nunc, regnum cœlorum uim patitur,& uiolenti rapiunt illud. *Omnes enim lucæ,16 d
prophetæ & lex vsq; ad Iohannem prophetauerūt,& si vultis eecipere,ipse est Elias qui ventu malach,4.b
rus est. Qui habet aures audiendi audiat. *Cui autem similem æstimabo generationem istam? lucæ,7,c
C Similis est pueris sedentibus in foro,qui clamantes coæqualibus suis,dicunt, Cecinimus vobis,
& non saltastis,lamentauimus,& non planxistis. Venit enim Iohannes neq; manducans, neq;
bibens,& dicūt. Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt. Ec-
ce homo vorax & potator vini, publicanorum,& pctōrum amicus. Et iustificata est sapientia
à filijs suis. ¶Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus,in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius,
quia non egissent pœnitentiam. Væ tibi Chorozaim,væ tibi Bethsaidā,quia si in Tyro & Si- lucæ,10,c
done factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egis-
D sent. Veruntamē dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij,q̄ vobis. Et tu Caphar
naum, nunquid vsq; in cœlum exaltaberis? vsq; in infernū descendes. quia si in Sodomis factę
fuissent virtutes quæ factæ sunt in te,forte mansissent vsq; in hanc diem. Veruntamē dico vo-
bis,quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, q̄ tibi. ¶In illo tempore eespondens
Iesus,dixit. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ,quia abscondisti hæc à sapiētibus & pru
dentibus,& eeuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te. ¶*Omnia mi- ibid. 10.d
hi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit filium,nisi pater,neque patrem quis nouit, nisi fili- 10.3,d
us,& cui voluerit filius reuelare. ¶Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego
reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me,quia mitis sum & humilis corde,
& inuenietis requiē animabus vestris. *Iugum enim meum suaue est, & onus meū leue. Hier. 6,a

¶Discipuli vellentes spicas excusant,arida manus,cæcus & mutus à dæmonio sanā
tur,id calumniantes damnant,&c, verbi officiū amicis præfert. Cap. XII.

A IN illo tēpore,abijt Iesus sabbato p sata,discipuli aūt eius esuriētes,cœperūt vellere spicas,
& māducare. Pharisei aūt vidētes dixerūt ei. Ecce discipuli tui faciūt,qđ nō licet eis facere marc,2,d
sabbatis. At ille dixit eis. *Nō legistis qđ fecerit Dauid qn̄ esurijt, & qui cū eo erant, q̄mō lucæ,6,a
1.reg.21,b

Num. 28.a intrauit in domum dei,& panes propositionis comedit,quos non licebat ei edere, neq; his qui
cum eo erant,nisi solis sacerdotibus? *Aut non legistis in lege,quia sabbatis sacerdotes in tem
Ose.6.c plo sabbatum violant,& sine crimine sunt? Dico autem vobis,quia templo maior est hic. Si au
Mar.9.b tem sciretis quid est,*Misericordiam volo,& non sacrificium,nunq̃ condemnassetis innocen
Mar.2.a tes. Dñs enim est filius hominis,etiam sabbati. ¶*Et cum inde trãsisset, venit in synagogam
Luc.6.b eorum. Et ecce homo manum habens aridam,& interrogabant eum,dicentes: Si licet sabba-
tis curare? vt accusaẽrt eum. Ipse aũt dixit illis: Quis erit ex vobis homo,qui habeat ouem vnã,
& si ceciderit hæc sabbatis in foueam,nonne tenebit & leuabit eam? Quanto magis melior est
mar.3.a homo oue? Itaq; licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini: Extende manum tuam, Et extẽ
dit,& restituta est sanitati,sicut altera. *Exeuntes autem pharisæi,consilium faciebãt aduersus
eũ,quõ perderent eum. ¶Iesus aũt sciens,recessit inde,& secuti sunt eum multi, & curauit eos B
omnes: & præcepit eis ne manifestũ eum facerent: vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam
Esai.42. prophetam,dicentẽ: Ecce puer meus quẽ elegi,dilectus meus in quo bñ cõplacuit animæ meæ
Ponam spiritũ meum sup eum,& iudiciũ gẽtibus nuntiabit. Non cõtendet neq; clamabit,ne-
q; audiet aliqs in plateis vocem eius: arundinẽ quassatam non confringet,& linũ fumigans nõ
Sup.9.d extinguet,donec eijciat ad victoriam iudiciũ,& in nomine eius gẽtes sperabunt. ¶*Tũc ob-
mar.3.c latus ẽ ei dæmoniũ habẽs,cæcus & mutus,& curauit eũ,ita vt loqueretur & videret. *Et stupebãt
Luc.11.b omnes turbæ,& dicebant: Nunqd hic est filius Dauid? *Pharisæi autem audiẽtes,dixerũt: Hic
Iob.7.b non eijcit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorũ. Iesus autẽ sciens cogitationes eorũ
mar.3.c dixit eis: Omne regnum diuisum contra se,desolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuisa con-
Luc.7.c tra se,non stabit. Et si satanas satanam eijcit,aduersus se diuisus est, quõ ergo stabit regnũ eius?
Et si ego in Beelzebub eijcio dæmones,filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erũt.
Si autẽ ego in spiritu dei eijcio dæmones,igitur puenit in vos regnũ dei. Aut quõ potest quisq̃ C
intrare in domum fortis,& vasa eius diripere,nisi prius alligauerit fortem,& tunc domũ illius
mar.3.d diripiet? Qui non est mecũ,cõtra me est: & qui nõ congregat mecum, spargit. Ideo dico vo-
Luc.12.b bis: *Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus,spũs autem blasphemia nõ remit
tetur. Et quicunq; dixerit verbũ cõtra filium hominis,remittetur ei: qui autem dixerit contra
spũm sanctum,non remittetur ei,neq; in hoc seculo,neq; in futuro. Aut facite arborem bonã
& fructum eius bonũ: aut facite arborẽ malam,& fructum eius malum: siquidẽ ex fructu arbor
Luc.6.g agnoscitur. Progenies viperarũ,quõ potestis bona loqui cũ sitis mali? *ex abũdantia enim cor-
videritis hæc omnia, ſcitote quia prope eſt in ianuis. Amen dico vobis, quia non præteribit ge
neratio hæc, donec hæc omnia fiant. Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non præ-
D teribunt. *De die autem illa & hora nemo ſcit, neque angeli cœlorum, niſi ſolus pater. *Sicut au- mar. 13. d
tem in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis, ſicut enim erãt in diebus ante diluuium co
medentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vſque ad eum diem quo intrauit Noe in ar Luc. 17. f
cam, & non cognouerunt donec uenit diluuium, & tulit omnes, ita erit aduentus filij hominis. Gene. 7. b
*Tunc duo erunt in agro, vnus aſſumetur, & vnus relinquetur: duæ molentes in mola, vna aſ- Luc. 17. g
ſumet, & vna relinquet, duo in lecto, vnus aſſumet, & vnus relinquet.* Vigilate ergo quia ne-
ſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit. Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias mar. 13. d
A qua hora fur venturus eſſet, vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam. Ideo & vos lucæ, 12. e
eſtote parati, quia qua neſcitis hora filius hominis venturus eſt. ¶*Quiſputas eſt fidelis ſeruus
& prudens, quem conſtituit dominus ſuus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tẽpore? Ibidẽ
*Beatus ille ſeruus, quem cum uenerit dominus eius, inuenerit ſic facientem: amen dico vobis,
quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Si autem dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo Apo. 16. e
Moram facit dominus meus uenire, & cœperit percutere conſeruos ſuos, manducet autem &
bibat cũ ebrioſis, ueniet dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua ignorat, & diui-
det eum, partemque eius ponet cũ hypocritis, illic erit fletus & ſtridor dentiũ.

¶De X. uirginibus, de talentis diſtributis, de iudicij extremi ratione. Cap. XXV.

A 2. q. 1. c. quod quidam, 32. q. 1. c Paul. De 18, unct. c. unico.

TVnc ſimile erit regnum cœlorum decem uirginibus, quæ accipiẽtes lampades ſuas,
exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ. Quinque autem ex eis erant fatuę, & quinque pru-
dentes, ſed quinque fatuæ acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum, pru-
dentes uero acceperunt oleum in uaſis ſuis cum lampadibus. Moram autem facien-
te ſponſo, dormitauerunt omnes ac dormierunt. Media autem nocte clamor factus eſt, ecce
ſponſus uenit, exite obuiam ei. Tunc ſurrexerunt omnes uirgines illæ, & ornauerunt lampa-
des ſuas. Fatuæ autem ſapientibus dixerunt, Date nobis de oleo ueſtro, quia lampades noſtræ
extinguuntur. Reſponderunt prudentes, dicentes. Ne forte non ſufficiat nobis & uobis, ite po
tius ad uendentes, & emite uobis. Dum autem irent emere, uenit ſponſus, & quæ paratæ erant
intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. †Nouiſſime uero ueniũt & reliquę uirgines Græ. poſtea.
dicentes. Domine, domine, aperi nobis. At ille reſpondens, ait. Amẽ dico uobis, neſcio uos.
*Vigilate itaque, quia neſcitis diem neque horam. ¶*Sicut enim homo peregre proficiſcens, Supra, 24, b
B uocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et uni dedit quinque talẽta, alij autem duo, alij ue- luc. 12. d
ro unum, unicuique ſecundum propriam uirtutem, & profectus eſt ſtatim. Abijt autem qui mar. 13. d
quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque. Similiter & qui duo luc. 19. a
acceperat, lucratus eſt alia duo, Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abſcon-
dit pecuniam domini ſui. Poſt multum uero temporis uenit dñs ſeruorũ illorũ, & poſuit ratio-
nem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens, Dñe,
quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque † ſuperlucratus ſum. Ait illi dominus eius, Eu- Græ. lucratus ſum
ge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gau- per ea. [illegible]
dium domini tui. Acceſſit autem & qui duo talenta acceperat, & ait, Domine, duo talenta tra-
didiſti mihi, ecce alia duo lucratus ſum. Ait illi dominus eius, Euge ſerue bone & fidelis, quia
C ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituã, intra in gaudium domini tui. Accedens au-
tem & qui unum talentum acceperat, ait, Domine, ſcio quia homo durus es, metis ubi non ſe-
minaſti, & congregas ubi non ſparſiſti, & timens abij, & abſcondi talentum tuum in terra, ec-
ce habes quod tuum eſt. Reſpondens autem dominus eius, dixit ei, Serue male & piger, ſciebas
quia meto ubi non ſemino, & congrego vbi non ſparſi: oportuit ergo te committere pecuni-
am meam nummularijs, & veniens ego recepiſſem vtique quod meum eſt cum uſura. Tollite
itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. *omni enim habenti dabitur, & abun- Supra, 13, b
dabit; ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem ſeruum mar. 4. c
eijcite in tenebras exteriores, illic erit fletus & ſtridor dentium. Cum autem venerit filius ho lu. 8. c, 19. d

 minis in

minis in maiestate sua,& omnes angeli cum eo,tunc sedebit super sedem maiestatis suæ & con-
gregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues
ab hœdis,& statuet oues quidem à dextris suis,hœdos autem à sinistris. Tunc dicet rex his qui
à dextris eius erunt:Venite benedicti patris mei,possidete paratum vobis regnum à constitu-
Esai.58.b tione mūdi, *Esuriui enim & dedistis mihi manducare:sitiui,& dedistis mihi bibere,:hospes e-
Ezec.18.b ram,& collegistis me, nudus, & operuistis me:infirmus,& visitastis me: in carcere eram,& ve
Eccle.7.d nistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti,dicentes:Domine,quando te vidimus esurientem, & D
pauimus:sitiētem,& dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hospitem,& collegimus
te,aut nudum,& cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum,aut in carcere,& venimus
ad te? Et respondens rex,dicet illis:Amen dico vobis q̃ diu fecistis vni de his fratribus meis mi-
Psal.6.c nimis,mihi fecistis. Tunc dicet & his qui à sinistris erunt: *Discedite à me maledicti in ignem
Supra,7.d æternum,qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim,& non dedistis mihi mãducare,
sitiui,& non dedistis mihi potum:hospes eram,& non collegistis me:nudus & non operuistis
me:infirmus,& in carcere eram,& non visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicētes:
Domine quando te vidimus esurientem,aut sitientem,aut hospitem,aut nudum,aut infirmū,
aut in carcere,& non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis,
quamdiu non fecistis vni de minoribus his,nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicum æternū,
iusti autem in vitam æternam.

¶Concilium pharisæorum:vnctio mulieris:proditio Iudæ, phasæ comestio. Christi
mæstitudo,captiuitas & calumniæ:Petri negatio Cap. XXVI

Mar,14.a ET factum est,cum consummasset Iesus sermones hos omnes,dixit discipulis suis: Sci- A
Luc. 22.a tis quia post biduum pascha fiet,& filius hominis tradetur,vt crucifigatur. Tunc con
gregati sunt principes sacerdotum,& seniores populi in atrium principis sacerdotum
qui dicebatur Caiphas,& consilium fecerunt,vt Iesum dolo tenerent & occiderent.
Marc.14.a *Dicebant autem:Non in die festo,ne forte tumultus fieret in populo. ¶*Cum autem Iesus
ibidē. esset in Bethania in domo Simonis leprosi,accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguen-
Luc,7.f
Ioh,12.a ti pretiosi,& effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli,indignati sunt,
dicentes:Vt quid perditio hæc? potuit enim istud venūdari multo,& dari pauperibus. Sciens
autem Iesus,ait illis:Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me. Nā
semper pauperes habetis vobiscum, me autem non semper habetis. Mittens enim hæc vn- B
guentum hoc in corpus meum,ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis,vbicunque prædi-
eius fem'ni- catum fuerit hoc euangeliū in toto mundo,dicetur & q̊d hæc fecit in memoriā †eius. ¶*Tunc
ni ehus est. abijt vnus de duodecim,qui dicebatur Iudas Iscariotes,ad principes sacerdotum,& ait illis: Quid
Mar.14.b
Luc,22.a vultis mihi dare,& ego vobis eū tradā? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde q̄-
marc.14.b rebat opportunitatē vt eū traderet. ¶*Prima aūt die azimorū accesserūt discipuli ad Iesum,di-
Luc.22.a centes:Vbi uis paremus tibi comedere pascha? At Iesus dixit:Ite in ciuitatem ad quendam,&
dicite ei:Magister dicit:Tēpus meum prope est,apud te facio pascha cū discipulis meis. Et fe-
cerunt discipuli sicut constituit illis Iesus,& parauerunt pascha. ¶*Vespere aūt facto,discūbe-
Marc.14.b bat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis,dixit:Amē dico vobis, quia vnus vestrum
Luc.22 b
Io.13,b me traditurus est. Et contristati valde,cœperūt singuli dicere:Nunquid ego sum domine? At C
ipse rñdens,ait:Qui intingit mecum manū in paropside,hic me tradet. Filius quidem hominis
Psal,40.c vadit sicut scriptum est de illo:væ autem homini illi per quē filius hominis tradetur. *Bonum
mar.14.c erat ei,si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Iudas qui tradidit eum,dixit,:Nūqd
ibid.
luc,22.b ego sum rabbi? Ait illi:Tu dixisti. Cœnantibus autem eis,accepit Iesus panem,& benedixit ac
1.Cor,11.e fregit,deditq́ discipulis suis,& ait:Accipite & comedite,hoc est corpus meum. ¶Et accipiens
calicem,gratias egit,& dedit illis,dicens:Bibite ex hoc omnes:hic est enim sanguis noui testa-
menti,qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis,non bibā a-
modo de hoc genimine vitis,usq; in diem illum,cum illud bibam vobiscum nouū in regno pa-
Roma.14.c tris mei,¶*Et hymno dicto,exierunt in montē oliueti. Tunc dicit illis Iesus, Omnes uos scan-
lucæ.22.d dalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim,*Percutiam pastorem,& dispergētur
Ioh,18.a
Zac.13.e oues gregis. Postquam autem resurrexero,præcedam vos in Galilæam. *Respondens autem D
marc,14.e Petrus,ait illi,Et si omnes scandalizati fuerint in te,ego nunquam scandalizabor. Ait illi Iesus,
Ioh.16.g Amen dico tibi,quia in hac nocte antequā gallus cantet,ter me negabis. Ait illi Petrus,*Etiam
Roma,14.c si oportuerit me mori tecum,non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt, Tunc ve-
Luc,22.e
Ioh.11.d nit Iesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani,& dixit discipulis suis:Sedete hic donec va-
mar.14.b dam illuc & orem. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi,cœpit contristari & mœstus
Rom.14.d esse. Tunc ait illis,*Tristis est anima mea vsq; ad mortem,sustinete hic & vigilate mecum,*Et
Iohā.14.d
Rom.12.d progressus pusillum,procidit in faciem suā,orans & dicēs, Pater mi si possibile est,trāseat à me
Luc.22.e calix iste,ueruntamē non sicut ego uolo, sed sicut tu. Et uenit ad discipulos suos,& inuenit eos
dormiētes,& dicit Petro,Sic nō potuisti una hora uigilare mecum? Vigilate & orate,ut nō in-
trectis

tretis in tentationem.*Spiritus quidem promptus est,caro autem infirma. Iterum secundo mar.14.e g
abijt,& orauit,dicens:Pater mi,si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas iohan.6,e
tua.Et venit,& iterum inuenit eos dormientes,erant enim oculi eorum grauati. Et relictis il-
lis,iterum abijt,& orauit tertio,eundem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos, &
dicit illis:Dormite iam & requiescite:ecce appropinquabit hora,& filius hominis tradetur in
E manus peccatorum.Surgite,eamus:ecce appropinquabit qui me tradet.¶*Adhuc eo loquen marc,14,e
te,ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus,missi à lucæ,22,e
principibus sacerdotum & senioribus populi. Qui autem tradidit eum:dedit illis signum di- ioh,18,a
cens:Quemcunque osculatus fuero,ipse est,tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum,dixit:
Aue rabbi.Et osculatus est eum:Dixitque illi Iesus:Amice,ad quid venisti? Tunc accesserunt,&
manus iniecerunt in Iesum,& tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his,qui erant cum Iesu, exten-
dens manum,exemit gladium suum ,& percutiens seruum principis sacerdotum , amputauit iohan.18.e
auriculam eius:Tunc ait illi Iesus.* Conuerte gladium tuum in locum suum: ⌊Omnes enim Gen.9.a
qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas quia non possum rogare patrem meum, &
exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum? *Quomodo ergo implebuntur Esaiæ 53.e
F scripturæ,quia sic oportet fieri?⌋In illa hora dixit Iesus turbis: Tanquam ad latronem existis
cum gladijs & fustibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebam docens in templo, &
non me tenuistis: *Hoc autem totum factum est,vt adimplerentur scripturæ prophetarum.
⌊Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt.⌋¶*At illi tenentes Iesum,duxerunt ad Caipham
principem sacerdotum,*ubi scribæ & seniores conuenerant. *Petrus autem sequebatur eum à lucæ,22.f
longe,vsque in atrium principis sacerdotum.Et ingressus intro, sedebat cum ministris, vt vi- iohan.18 c
deret finem. *Principes autem sacerdotum,& omne concilium,quærebant falsum testimo- Reg.14.e
nium contra Iesum,vt eum morti traderent,& non inuenerunt,cum multi falsi testes accessis- marc,14.a
Græ.per sent,Nouissime autem venerunt duo falsi testes,& dixerunt:Hic dixit:*Possum destruere tem lucæ,22,f
plum dei,& †post triduum reædificare illud.Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil re- iohan.18 e
spondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat. Et surgens princeps sa- Reg,14.e
cerdotum,ait illi:Adiuro te per deum viuum,vt dicas nobis si tu es Christus filius dei.Dicit illi ioh.2.d
G Iesus:Tu dixisti:* Veruntamen dico vobis,amodo videbitis filium hominis sedentem à dex- marc,14,g
tris virtutis dei,& venientem in nubibus cœli.Tunc princeps sacerdotũ scidit vestimenta sua, lucæ,22.g
dicens:Blasphemauit,quid adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam, quid vo-
bis videtur?*At illi respondentes,dixerunt:Reus est mortis. *Tunc expuerunt in faciem eius, Reg.14,g
& colaphis eum ceciderũt:alij autem palmas in faciem eius dederunt,dicentes:Prophetiza no- Esai.50.c
bis Christe,quis est qui te percussit?*Petrus vero sedebat foris in atrio:& accedit ad eum vna marc.14.g
ancilla,dicens,Et tu cum Iesu Galilæo eras? At ille negauit coram omnibus,dicens. Nescio qd lucæ,22.g
dicis.*Exeunte autem illo ianuã,vidit eum alia ancilla,& ait his qui erant ibi,Et hic erat cũ Iesu Reg.14.g
Nazareno.Et iterum negauit cum iuramento.Quia non noui hominem. *Et post pusillũ ac- lucæ,22.f
cesserunt qui stabant,& dixerunt Petro,Vere & tu ex illis es,nam & loquela tua manifestum te iohan.18.e
facit.Tunc cœpit detestari & iurare, quia non nouisset hominem.Et continuo gallus cantauit Reg.14.g
*Et recordatus est Petrus verbi Iesu,qui dixerat illi,Prius quàm gallus cantet, ter me negabis. marc.14.g
Et egressus foras,fleuit amare. Luc.22,f g

¶Christus ante Pilatum sistit.Iudam facti pœnitet.Christus illusus morti addicit, cru- iohan.18.e
cifigit ac sepultus custodit. Cap. XXVII. marc.14,g
lucæ,22.i

A MAne aũt facto,cõsilium inierunt oẽs principes sacerdotũ & seniores populi aduer- mar.15.a
sus Iesum,vt eum morti traderent.Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderũt Põ lucæ,23.a
tio Pilato præsidi.¶⌊Tunc videns Iudas qui eũ tradidit,quod dãnatus esset, pœni ioh.18.e
tẽtia ductus,retulit triginta argenteos principibus sacerdotũ & senioribus dicens,
Peccaui tradens sanguinẽ iustũ.At illi dixerũt,Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argenteis
in templo,recessit,*& abiẽs,laqueo se suspendit. Principes aũt sacerdotum acceptis argenteis,
dixerunt.Non licet eos mittere in carbonam,quia pretium sanguinis est. Consilio autẽ inito, Act.1.c
emerũt ex illis agrũ figuli,in sepulturã peregrinorum.Propter hoc vocatus est ager ille Hakalde-
ma,hoc est,ager sanguinis,vsque in hodienũ diẽ.Tũc impletum est quod dictũ est per Hieremiam
prophetã,dicentẽ.Et acceperũt triginta argenteos pretium appretiati,quẽ appretiauerũt à fi- Zac.11.
lijs Israel,& dederunt eos in agrum figuli,sicut cõstituit mihi dominus.⌋¶*Iesus autem stetit mar,15.a
B ante præsidem,& interrogauit eum præses,dicens.Tu es rex Iudæorum? Dicit illi Iesus. Tu di luc,23.a
cis.¶Et cum accusaret à principibus sacerdotum & senioribus,nihil respondit. Tunc dicit illi iohã.18.f
Pilatus.Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad vllum ver- marc.15.a
bum,ita vt miraretur præses vehementer.Per diem autem solennem consueuerat præses po-
pulo dimittere vnum vinctum quẽ voluissent.*habebat aũt tũc vnũ vinctũ insignem,qui dice- mar.15.b
batur Barabbas. *Congregatis ergo illis,dixit Pilatus. Quem vultis dimittam vobis? Barab- lucæ,23.c
ban,an Iesum,qui dicitur Christus? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum.⌊Seden mar.15.a
iohan.18.g

te autem illo pro tribunali, miſit ad eũ vxor eius, dicẽs: Nihil tibi & iuſto illi, multa enim paſſa
Mar. 15.a ſum hodie per viſum propter eũ. ⌋ *Principes aũt ſacerdotũ & ſeniores perſuaſerũt populis vt
Mar. 15.b peterent Barabban. Ieſum vero perderent. *Reſpondẽs autem præſes, ait illis. Quem vultis vo
Luc. 23.b bis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barabban. Dicit illis Pilatus, Quid igiť faciam de Ieſu q
Io. 18.g, 19.c dicit Chriſtus? Dicunt omnes, Crucifigať. Ait illis præſes, Quid enim mali fecit? At illi magis C
clamabant, dicentes, Crucifigať. ⌊ Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, ſed magis tumul
tus fieret, accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens. Innocens ego ſum à ſanguine iuſti
Mar. 15.b huius, vos videritis. Et reſpondens vniuerſus populus, dixit, Sanguis eius ſuper nos, & ſuper fi
Lucæ. 23.d lios noſtros. ⌋ *Tunc dimiſit illis Barabban, Ieſum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigereť.
Ioh. 19.a ¶ *Tunc milites præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorio, cõgregauerunt ad eum vniuerſam co-
Mar. 15.b hortem, *& exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei, & plectentes coronam
Ioh. 19.a
mar. 15.b de ſpinis. poſuerũt ſup caput eius, & arundinẽ in detetera eius, & genu flexo ante eum, illude-
bant ei, dicentes: Aue rex Iudæorũ. *Et expuentes in eũ, acceperunt arundinẽ, & percutiebant
Mar. 15.b caput eius. Et poſtq̃ illuſerunt ei, exuerunt eũ chlamyde, & induerunt eum veſtimentis eius, & D
Lucæ. 23.d duxerunt eum vt crucifigerent. ¶ *Exeuntes autem, inuenerunt hominem Cyreneũ nomine
Mar. 15.b Simonem. Hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. ¶ *Et venerunt in locũ qui diciť Gol-
Luc. 23.d
Ioh. 19.d goltha, quod eſt caluariæ locus. Et dederũt ei vinũ bibere cũ felle mixtũ. Et cũ guſtaſſet, nolu-
Psal. 21.c it bibere. ¶ Poſtq̃ autẽ crucifixerunt eum, diuiſerunt veſtimenta eius ſortẽ mittentes, vt im-
marc. 15.b pleret quod dictum eſt per prophetam dicentẽ. *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper ve-
lucæ. 23.e
Ioh. 19.d ſtem meam miſerunt ſortem. Et ſedentes ſeruabant eũ. Et impoſuerũt ſup caput eius cauſam
ipſius ſcriptam. Hic eſt Ieſus rex Iudæorum. Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones, vnus à
Ioh. 2.d dextris, & vnus à ſiniſtris. Pretereuntes autem blaſphemabant eũ, mouentes capita ſua, dicen-
mar. 15.e tes, *Vah q deſtruis templũ dei, & in triduo illud reædificas, ſalua temetipſum, ſi filius dei es, de E
luc. 23.e
Sap. 2.d ſcende de cruce. *Similiter & principes ſacerdotũ illudẽtes cum ſcribis & ſenioribus, dicebant
Sap. 2.e *Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluũ facere, ſi rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce, &
credimus ei, confidit in deo, liberet eum nunc ſi vult, dixit enim, *Quia filius dei ſum. Idipſum
autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A ſexta autem hora, tenebræ
factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, vſq; ad horam nonam. Et circa horã nonã clamauit Ieſus
Psal. 21.a voce magna, dicẽs. Eli, eli. lama ſabachthani, hoc eſt: Deus meus deus meus, vt quid dereliquiſti
me? Quidam autem illic ſtantes & audientes, dicebant. Eliam vocat iſte. Et continuo currens
vnus ex eis, acceptã ſpongiã impleuit aceto, & impoſuit arundini, & dabat ei bibere. Cæteri ve
ro dicebant. Sine, videamus an veniat Elias liberans eum. Ieſus autem iterum clamans voce F
magna emiſit ſpiritum. Et ecce velum tẽpli ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſq; deorſum:
⌊ & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorũ
qui dormierant, ſurrexerunt. Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius, venerunt
in ſanctam ciuitatem & apparuerunt multis. ⌋ Centurio autẽ, & qui cum eo erant cuſtodiẽtes
Ieſum, viſo terræ motu & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes. Vere filius dei erat iſte.
Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ ſecutæ erant Ieſum à Galilæa, miniſtrantes ei, in-
Græ. Ioſe.
mar. 15.d ter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & † Ioſeph mater, & mater filiorũ Zebedæi.
Luc. 23.g ¶ *Cum autem ſero factum eſſet, venit quidam homo diues ab Arimathæa, nomine Ioſeph, q
Iohan. 19.g & ipſe diſcipulus erat Ieſu, hic acceſſit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu, Tunc Pilatus iuſſit red-
di corpus. Et accepto corpore. Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda, & poſuit illud in monu G
mar. 15.e mento ſuo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monumẽti,
Luc. 23.g
Ioan. 19.g & abijt. *Erat autẽ ibi Maria Magdalene, & altera Maria, ſedentes contra ſepulchrũ. ¶ ⌊ Alte
ra autem die quæ eſt poſt paraſceuen, conuenerunt principes ſacerdotum & phariſæi ad Pi-
latum, dicentes: Domine recordati ſumus quia ſeductor ille dixit adhuc viuens: Poſt tres dies
reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſque in diem tertium, ne forte veniant diſcipuli e-
ius, & furentur eum, & dicant plebi, ſurrexit à mortuis, & erit nouiſſimus error peior priore.
Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiam: ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes, munierunt ſe-
pulchrũ ſignantes lapidem cum cuſtodibus. ⌋

¶ De reſurrectione Chriſti, quomodo mulieribus apparuerit, de teſtimonio militũ
redempto, diſcipulorũ inſtructio. Cap. XXVIII. A

mar. 16.b VEſpere autem ſabbati, quæ luceſcit in prima ſabbati, venit Maria Magdalene, &
Luc. 24.a. altera Maria videre ſepulchum. Et ecce, terremotus factus eſt magnus: ange-
Ioh. 20.c lus enim domini deſcendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſu-
per eum, erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimentum eius ſicut nix. Præ
timore autem eius, exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui. *Reſpondens autem
mar. 16.b angelus, dixit mulieribus: Nolite timere vos, ſcio enim quod IESVM qui crucifixus eſt quæ B
Luc. 24.a ritis, non eſt hic: ſurrexit enim ſicut dixit: venite, & videte locum, vbi poſitus erat domi-
nus. Et cito euntes, dicite diſcipulis eius quia ſurrexit: & ecce præcedet vos in Galilæam,

ibi eum videbitis, ecce dixi vobis. Et exierunt cito de monumento cum timore & gaudio magno, currentes nuntiare discipulis eius. Et ecce Iesus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerũt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere. Ite,
C nuntiate fratribus meis vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Quæ cum abijssent, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatẽ, & nuntiauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes: Dicite, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit à præside nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbum istud apud Iudæos vsque in hodiernum diem. Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi constituerat illis Iesus. Et videntes eum, adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus, loquutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. Et ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

EVANGELII SECVNDVM MATTHAEVM FINIS.

PROLOGVS SANCTI HIERONYMI in Euangelium Marci.

MArcus Euangelista Dei electus & Petri in baptismate filius, atque in diuino sermone discipulus, sacerdotium in Israhel agens secundum carnem leuita. Ad fidem Christi conuersus, Euangelium in Italia scripsit, ostendẽs in eo, quid & generi suo deberet, & Christo. Nam initium principij in voce propheticę exclamationis instituens ordinem leuiticæ electionis ostendit, vt prædicans prædestinatum Iohannem filium Zachariæ in voce angeli annuntiantis emissum, non solum verbum carnem factum, sed & corpus Domini in omnia per verbum diuinæ vocis animatum, in initio Euangelicæ prædicationis ostenderet. Vt qui hæc legens sciret, cui initium carnis in Domino, & Iesu aduenientis habitaculum caro deberet agnoscere, atq; in se verbum vocis, quod in consonantibus perdiderat, inueniret. Denique & perfecti Euangelij opus intrans, & à baptismo Domini prædicare Deum inchoãs, non laborauit natiuitatem carnis, quam in prioribus viderat dicere: sed totius exprimens expositionem deserti, ieiunium numeri, tentationem diaboli, congregationem bestiarum, & ministerium protulit angelorum, vt instituens nos ad intelligendum, singula in breui compingens. ne authoritatem factæ rei demeret, & perficiendi operis plenitudinem nõ negaret. Denique amputasse sibi post fidem pollicem dicitur, vt sacerdotio reprobus haberetur. Sed tantum consentiens fidei prædestinata potuit electio, vt nec sic in opere verbi perderet, quod prius meruerat in genere. Nam Alexandriæ episcopus fuit. Cuius per singula opus fuit scire, & Euangelij in se dicta disponere, & disciplinam legis in se agnosci, & diuinam in carne Domini intelligere naturam, quæ in nos primum requiri oportet: dehinc inquisita volumus agnoscere, habentes mercedem exhortationis: quoniam qui plantat & qui rigat vnum sunt: qui autem incrementum præstat, Deus est.

FINIS.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM

¶Iohannes prædicat ac baptizat: Christus baptizatus tentatur, prædicat, discipulos vocat, spiritus eiicit, socrum Petri aliosq́; curat.

CAPVT .I.

Malach.3.a. Matt.11.b. Lucæ.7.d. Esa.40.c Matt.3.a Luc.3.a. Iohã.1.c. Matt.3.a Matt.3.c Lucæ.3.c. Iohã.1.d.

NITIum euangelij Iesu Christi filij Dei, sicut scriptum est in Esaia propheta: *Ecce A
mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. *Vox clamantis in deserto. Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Fuit Iohannes in deserto baptizans, & prædicãs baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. *Et egrediebatur ad eum omnis Iudæa regio, & Hierosolymitæ vniuersi: & baptizat ab illo in Iordane flumie, cõfitentes peccata sua. Et erat Iohannes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius: & locustas, & mel syluestre edebat. Et prædicabat, dicẽs: *Venit fortior me B
post me, cuius nõ sum dignus procumbens soluere corrigiam calciamentorum eius. Ego baptizaui vos aqua, ille vero baptizabit vos spiritu sancto. ¶Et factum est, in diebus illis venit IESVS à Nazareth Galilææ, & baptizatus est à Iohanne in Iordane. Et statim ascendens de aqua, vidit cœlos apertos, & spiritum sanctum, tanquàm columbam descendentem: & manentem in ipso. Et vox facta est de cœlis: *Tu es filius meus dilectus, in te com-

Infra.9.b. placui. ¶*Et statim spiritus expulit eum in desertum. Et erat in deserto quadraginta diebus
Matt.4.a. & quadraginta noctibus: & tentabatur à Satana, ⌊erat́q; cum bestijs.⌋ *Et angeli ministra-
Luc.4.a. bant illi. *Postquàm autem traditus est Iohannes, venit IESVS in Galilæam, *prædicans
Mat. 4.b. ⌊Euangelium regni Dei, & dicens: Quoniam impletum est tempus,⌋ & appropinquauit re-
Lucæ.4.a gnum Dei: pœnitemini, ⌊& credite Euangelio.⌋ *Et præteriens secus mare Galilææ, vidit Si-
Matt.4.b monem & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare, (erant enim piscatores,) & dixit eis
Lucæ.4.c IESVS: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. Et protinus relictis retibus,
infra.1.c secuti sunt eum. Et progressus inde ⌊pusillum⌋ vidit Iacobum Zebedæi, & Iohannem fra-
Matt.4.c trem eius, & ipsos componentes retia in naui, & statim vocauit illos. Et relicto patre suo Ze-
Lucæ.5.a bedæo in naui ⌊cum mercenarijs⌋ secuti sunt eum. ¶*Et ingrediuntur Capharnaum, & sta- C
Lucæ.4.c tim sabbatis ingressus in synagogam, docebat eos. *Et stupebant super doctrina eius. Erat
Iohan 2.c. enim docens eos, quasi potestatem habens, & non sicut scribæ. *Et erat in synagoga eorum
Matt.7.d homo in spiritu immundo, & exclamauit, dicens: Quid nobis & tibi IESV Nazarene? veni-
Lucæ.4.e. sti perdere nos? scio quòd sis sanctus Dei. Et comminatus est ei IESVS, dicens: Obmutesce,
Lucæ.4.a.

& exi

& exi de homine. Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamãs voce magna, exijt ab eo.
Et mirati sunt omnes, ita vt conquirerent inter se, dicentes: Quidnam est hoc? quænam do-
ctrina hæc noua? quia in potestate spiritibus immundis imperat, & obediunt ei? Et processit
rumor eius statim in omnem regionem Galilææ. ¶ * Et protinus egredientes de Synagoga, Matth.8.b Lucæ.4.f
venerunt in domum ⌊Simonis & Andreæ cum Iacobo & Iohanne.⌋ Decumbebat autem so-
crus Simonis febricitans, ⌊& statim dicunt ei de illa. Et accedens eleuauit eã⌋ apprehensa ma
nu eius, & continuo dimisit eam febris, & ministrabat eis. Vespere autem facto, cum occidisset
sol, afferebant ad eum omnes male habentes, & dæmonia habentes: ⌊& erat omnis ciuitas con Lucæ.4.f
gregata ad ianuam. Et curauit multos, qui vexabantur varijs languoribus,⌋ * & dæmonia
multa ejciebat, & non sinebat ea loqui, quodiam sciebant eum. Et diluculo valde surgens,
egressus abijt in desertum locum, ibiq; orabat. Et prosecutus est eum Simon, & qui cum illo
D erant. Et cum inuenissent eum, dixerunt ei. Quia omnes quærunt te. Et ait illis: Eamus in pro-
ximos vicos, & ciuitates, vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni. Et erat prædicans in synago-
gis eorum, in omni Galilæa, & dæmonia ejciens. ¶ * Et venit ad eum leprosus, deprecans eũ, Matth.8.a
& genu flexo, dicit: Si vis, potes me mundare. Iesus autem misertus eius, extendit manum su- Lucæ.5.c
am, & tangens eum, ait illi: Volo: Mundare. Et cum dixisset, statim ab eo discessit lepra, & mun
datus est. Et comminatus est ei, statimq; eiecit illum, & dicit ei. Vide nemini dixeris: sed vade,
ostende te principi sacerdotum, & offer pro emundatione tua, quæ præcepit * Moyses in testi- Leui.14.a Lucæ.5.c
moniũ illis. ⌊At ille egressus cœpit prędicare, & diffamare sermonem, ita vt iam non posset ma
nifeste introire in ciuitatẽ, sed foris in desertis locis esse. Et conueniebant ad eũ vndiq;.

¶ Iesus in paralytico, quem sanitati restituit, cogitantibus apud se scribis ipsum blasphe
mare, ostendit sibi esse potestatem dimittendi peccata. Vocat Matthæũ ex telo-
nio. Cũ publicanis & peccatoribus inuitis pharisæis mãducat. Discipulos
non ieiunare propter præsentẽ sponsum, ieiunaturos tamen ablato
sponso, dicit. Eosdem sabbato colligentes spicas apud Phari-
sæos defendit.

Caput II.

A ET iterum intrauit Capharnaum post dies. ⌊Et auditũ est quod in domo esset, & con- Matth.9.a
festim conuenerunt multi, ita vt non caperent, neq; ad ianuam, & loquebatur eis ver- Lucæ.5.d
bum.⌋ Et venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur. * Et cum
non possent offerre eum illi præ turba, nudauerũt tectũ vbi erat, & patefacientes sub- Lucæ.5.d Matth.9.a
miserunt grabatum in quo paralyticus iacebat. Cum aũt vidisset Iesus fidem illorum, ait para- Lucæ.5.d
lytico: Fili, dimittuntur tibi peccata tua. Erant autem illic quidam de scribis sedentes, & cogi-
B tantes in cordibus suis: Quid hic sic loquitur? blasphemat. Quis potest dimittere peccata, nisi
solus Deus? Quo statim cognito Iesus spũ suo, quia sic cogitarent intra se, dicit illis: Quid ista
cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius dicere paralytico: Dimittunt tibi peccata, an di
cere: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula? Vt autem sciatis quia filius homis habet potesta-
tem in terra dimittendi peccata, ait paralytico Tibi dico surge, tolle grabatum tuũ, & vade in
domũ tuam. Et statim surrexit ille, & sublato grabato, abijt inde coram omnibus, ita vt mira-
C rentur omnes, & honorificarent deum, dicentes: ⌊Quia nunq̃ sic vidimus. ¶ Et egressus est rur Matth.9.a
sus ad mare, omnisq; turba veniebat ad eum, & docebat eos.⌋ * Et cum præteriret, vidit Leui Lucæ.5.f
Alphæi sedentem ad teloniũ, & ait illi: Sequere me. Et surgens secutus est eum. * Et factum est, Matth.9.b
cum accumberet in domo illius, multi publicani & peccatores simul discũbebant cum Iesu, & Lucæ.5.f
discipulis eius: erant enĩ multi q & sequebant eum. Et scribæ & pharisæi videntes, quia mandu
caret cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis & pecca
toribus manducat & bibit magister vester? Hoc audito. Iesus ait illis: * Non necesse habent sani Matth.9.b
medico, sed qui male habent, non enĩ veni vocare iustos, sed peccatores. ¶ Et erant discipuli Lucæ.5.f
Iohannis, & pharisæorũ ieiunantes, & veniunt, & dicunt illi: Quare discipuli Iohannis & pha- 1.Timo.1.c
D risæorum ieiunant, tui autem discipuli non ieiunant? Et ait illis Iesus: Nunqd possunt filij nu-
ptiarum quãdiu sponsus cum illis est, ieiunare? Quanto tempore habent secum sponsum, non
possunt ieiunare. Venient autem dies cũ auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis die
bus. Nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri, alioqn aufert supplementũ no-
uũ à veteri, & maior scissura fit. Et nemo mittit vinũ nouũ in vtres veteres, alioqn dirũpet vi-
num vtres, & vinum effundetur, & vtres peribunt, sed vinum nouum in vtres nouos mitti de-
bet. ¶ * Et factum est iterum cum sabbatis ambularet per sata, & discipuli eius cœperunt pro- Matth.12.a
gredi & vellere spicas. Pharisæi aũt dicebant ei: Ecce, qd faciunt discipuli tui sabbatis qđ non li- Lucæ.6.a
cet? Et ait illis. Nunq̃ legistis qd fecerit * Dauid, quando necessitatem habuit, & esurijt ipse, & 1.Reg.21.b
q cum eo erant? quomodo introiuit in domum dei, sub Abiathar principe sacerdotum, & pa-
nes propositiõis manducauit, quos non licebat manducare, nisi solis sacerdotibus, & dedit eis,
& q cum eo erant? Et dicebat eis. Sabbatum propter hominem factum est, & non homo pro-
pter sabbatum. Itaq; dominus est filius hominis etiam sabbati.

¶ Chrſus

¶Christus habentem manum aridam sabbato culpantibus id pharisæis sanat, Duodecim disci-
pulos selegit traditaq; illis varia authoritare, ad diuulgandum euangelium emittit. Affe-
ctui amicorum, verbi munus præfert. Cap. III.

math.12,b luc.6,b ET introiuit iterum in synagogam, & erat ibi homo habens manum aridam. Et obser- A
uabant eum, si sabbatis curaret, vt accusarent illum. Et ait homini habenti manum ari-
dam: Surge in medium. Et dicit eis: Licet sabbatis benefacere, an male? animam saluã
Græci condolescens, facere, an perdere? At illi tacebant. Et circumspiciens eos cum ira, † contristatus super
cæcitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est ma-
mat.12,b nus illi. * Exeuntes autem Pharisæi, statim cum Herodianis consilium faciebant aduersus eum,
quomodo eum perderent. Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare, * & multa turba à
Galilæa & Iudæa secuta est eum, & ab Hierosolymis, & ab Idumæa; trans Iordanem, & qui cir- B
mat.4,d ca Tyrum & Sidonem multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum. Et dixit
lucæ.6,c Iesus discipulis suis, vt nauicula sibi deseruiret propter turbam, ne comprimerent eum: multos
enim sanabat, ita vt irruerent in eum: vt illum tangerent, quotquot habebant plagas. * Et
spiritûs immundi, cum illum videbant, procidebant ei, & clamabant, dicentes: Tu es filius dei.
Et vehementer comminabatur eis, ne manifestarent illum. ¶ * Et ascendens in montem, vo-
luc.4,c math.10,a luc.6,c,9,a cauit ad se quos voluit ipse, & venerunt ad eum. Et fecit vt essent duodecim cum illo, & vt mit-
teret eos prædicare. Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eijciendi dæmonia. Et im-
posuit Simoni nomen Petrus, & Iacobum Zebedæi, & Iohannem fratrem Iacobi: & impo-
suit eis nomina Boanerges, quod est, filij tonitrui, & Andream, & Philippum, & Bartholo- C
mæum, & Matthæum, & Thomam, & Iacobum Alphæi, & Taddæum, & Simonem Chana-
næum, & Iudam Iscariotem, qui & tradidit illum. ¶ Et veniunt ad domum, & conuenit ite-
rum turba, ita vt non possent neque panem manducare. Et cum audissent sui, exierunt tenere
eum. Dicebant enim: Quoniam in furorem versus est. * Et scribæ qui ab Hierosolymis descen-
derant, dicebant: Quoniam Beelzebub habet, & quia in principe dæmoniorum eijcit dæmo-
ma.9,d,12,b nia. Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis: Quomodo potest satanas satanam eijcere? Et
lucæ.11,b si regnum in se diuidatur, non potest regnum illud stare. Et si domus super semetipsam dispar-
tiatur, non potest domus illa stare. Et si satanas consurrexerit in semetipsum, dispartitus est, &
non poterit stare, sed finem habet. Nemo potest vasa fortis, ingressus in domum diripere, ni- D
si prius fortem alliget, & tunc domum eius diripiet. * Amen dico vobis, quoniam omnia dimit-
mat.12,c lucæ.12,b tentur filijs hominum peccata, & blasphemiæ quibus blasphemauerunt, qui autem blasphe-
Græ. iudicii, mauerit in spiritum sanctum, non habet remissionem in æternum, sed reus erit æterni † delicti,
math.12,d, quoniam dicebant: Spiritum immundum habet. ¶ * Et veniunt mater eius, & fratres, foris
lucæ,8,c stantes, miserunt ad eum vocantes eum. Et sedebat circa eum turba, & dicunt ei: Ecce mater
tua, & fratres tui, foris quærunt te. Et respondens eis, ait: Quæ est mater mea, & fratres mei?
Et circumspiciens eos qui in circuitu eius sedebant, ait: Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enĩ
fecerit voluntatem dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est.

¶Seminãtis & seminis iacti triplicem fructum ferentis. Et grani sinapis excrescentis su-
per omnium olerum magnitudinem. Aliarum quoq; rerum parabolæ. Bonam
mensuram præstandam. Tempestas sedat maris. Cap. IIII.

mat.13,a lucæ,8,a ET iterum cœpit docere ad mare, & congregata ad eum turba multa, ita vt nauim ascẽ- A
dens sederet in mari: & omnis turba circa mare super terram erat, & docebat eos in pa-
rabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua. Audite: Ecce exijt seminans ad seminan-
dum. Et dum seminat, aliud cecidit circa viam, & venerunt volucres cœli, & comede-
runt illud. Aliud vero cecidit super petrosa, vbi non habuit terram multam, & statim exortũ
est, quoniam non habebat altitudinem terræ, & quando exortus est sol, exæstuauit: & eo quod
non habebat radicem, exaruit. Et aliud cecidit in spinas, & ascenderunt spinæ, & suffocauerũt
illud, & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum ascendentem,
& crescentem, & afferebat vnum tricesimum, & vnum sexagesimum, & vnum centesimum. B
Esa.6,c, Et dicebat: Qui habet aures audiendi, audiat. Et cum esset singularis, interrogauerunt eum hi
mat.13,b lucæ,8,b qui cum eo erant duodecim, parabolam. Et dicebat eis: Vobis datum est nosse mysterium re-
Iohã.12,f gni Dei: illis autem qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt, vt videntes videant, & non videant;
Act.28,f, & audientes audiant, & non intelligant, ne quando conuertantur, & dimittantur eis peccata.
Et ait illis: Nescitis parabolam hanc, & quomodo omnes parabolas cognoscetis? Qui seminat,
verbum seminat. Hi autem sunt qui circa viam, vbi seminatur verbum, & cum audierint, con-
festim venit satanas, & aufert verbum quod seminatum est in cordibus eorum. Et hi sunt simi-
liter, qui super petrosa seminantur, qui cum audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt il-
lud, & non habent radicem in se, sed temporales sunt: deinde orta tribulatione & persecutio-
ne propter verbum, confestim scandalizantur. Et alij sunt qui in spinis seminantur, hi sunt qui
verbum audiunt, & ærumnæ seculi, & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscentiæ in- C

troeun-

C troeuntes, suffocant verbum, & sine fructu efficitur. Et hi sunt, qui super terram bonam se-
minati sunt, qui audiunt verbum, & suscipiunt, & fructificant, vnum tricesimum, vnum sexa-
gesimum, & vnum centesimum. *Et dicebat illis: Nunquid venit lucerna, vt sub modio po- matth. 5. b
natur, aut sub lecto? Nonne vt super candelabrum ponatur? *Non est enim aliquid abs- luc. 8. c. 11. e matthæ. 10. c
conditum, quod non manifestetur: nec factum est occultum, sed vt veniat in palam. Si quis lucæ. 8. c
habet aures audiendi, audiat. Et dicebat illis: Videte quid audiatis. *In qua mensura mensi fu- matth. 7. a
eritis, remetietur vobis, & adijcietur vobis. *Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, lucæ. 6. f matthæ. 13. b
etiam quod habet, auferetur ab eo. Et dicebat: Sic est regnum dei, quemadmodum si homo & 25, c
iaciat sementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte & die, & semen germinet, & incres- luc. 8. c, 19, d
cat dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat: primum herbam, deinde spicam, deinde ple-
num frumentum in spica. Et cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam ad-
est messis. *Et dicebat: Cui assimilabimus regnum dei? aut cui parabolæ compara- matth. 13, e
bimus illud? Sicut granum sinapis, quod cum seminatum fuerit in terra, minus est om- lucæ. 13. d
D nibus seminibus quæ sunt in terra, & cum seminatum fuerit, ascendit in arborem, & fit
maius omnibus holeribus, & facit ramos magnos, ita vt possint sub vmbra eius aues cœli ha-
bitare. *Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire: sine para- matth. 13, e
bola autem non loquebatur eis, seorsum autem discipulis suis disserebat omnia. ¶ Et ait illis
in illa die, cum sero esset factum. *Transeamus contra. Et dimittentes turbam, assumunt matth. 8. c
eum ita vt erat in naui, & aliæ naues erant cum illo. *Et facta est procella magna venti, & lucæ. 8. d matth. 8. c
fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis. Et erat ipse in puppi super ceruical dor- lucæ. 8. d
miens, & excitant eum, & dicunt illi: Magister, non ad te pertinet, quia perimus? Et exurgens
comminatus est vento, & dixit mari: Tace, obmutesce. Et cessauit ventus, & facta est tranquil-
litas magna. Et ait illis: Quid timidi estis? necdum habetis fidem? Et timuerunt timore ma-
gno, & dicebant ad alterutrum: Quis putas est iste, quia ventus & mare obediunt ei?

¶ De dæmonio immundo seu legione, De filia archisynagogi, & muliere laborante fluxu sanguinis. Cap. V.

A ET venerunt trans fretum maris in regionem † Gerasenorum. Et exeunti ei de naui, matth. 8. d
† Græ. Gadarenorum.
statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo, qui domicilium habebat lucæ. 8. d
in monumentis: & neque catenis iam quisquam poterat eum ligare, quoniam sæpe cõ-
pedibus & catenis vinctus, dirupisset catenas, & compedes comminuisset: & nemo
poterat eum domare, & semper die ac nocte in monumentis & in montibus erat, clamans, &
concidens se lapidibus. Videns autem Iesum à longe, cucurrit & adorauit eum: & clamans voce
magna, dixit: Quid mihi & tibi Iesu fili dei altissimi? adiuro te per deum ne me torqueas. Di-
B cebat enim illi: Exi spiritus immunde ab homine isto. Et interrogabat eum. Quod tibi no-
men est? Et dicit ei: Legio mihi nomen est, quia multi sumus. Et deprecabatur eum multum,
ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus, pas-
cens in agris. Et deprecabantur eum spiritus, dicentes: Mitte nos in porcos, vt in eos intro-
eamus. Et concessit eis statim Iesus. Et exeuntes spiritus immundi, introierunt in porcos, &
magno impetu grex præcipitatus est in mare, ad duo milia, & suffocati sunt in mari. Qui au-
tem pascebant eos, fugerunt & nuntiauerunt in ciuitatem & in agros. Et egressi sunt videre,
quid esset factum, & veniunt ad Iesum, & vident illum qui à dæmonio vexabatur, sedentem,
vestitum, & sanæ mentis, & timuerunt. Et narrauerunt illis qui viderant, qualiter factum esset
ei qui dæmonium habuerat, & de porcis. Et rogare cœperunt eum, vt discederet de finibus
eorum. *Cumque ascenderet nauim, cœpit illum deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat, vt lucæ. 8. d
esset cum illo, & non admisit eum, sed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis,
quanta tibi dominus fecerit, & misertus sit tui. Et abijt, & cœpit prædicare in decapoli, quan
C ta sibi fecisset Iesus, & omnes mirabantur. ¶ *Et cum transcendisset Iesus in naui rursum trans matth. 9. e
fretum, conuenit turba multa ad eum, & erat circa mare. Et venit quidam de archisynago- lucæ. 8. d
gis, nomine Iairus: & videns eum, procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multum, di-
cens: Quoniam filia mea in extremis est, veni impone manum tuam super eam, vt salua sit &
viuat. Et abijt cum illo, & sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum. Et mulier quæ
erat in profluuio sanguinis, annis duodecim, & fuerat multa perpessa à compluribus medi-
cis, & erogauerat omnia sua, nec quicquam profecerat, sed magis deterius habebat, cumque
audisset de Iesu, venit in turba retro, & tetigit vestimentum eius, dicebat enim: Quia si vel ve
stimentum eius tetigero, salua ero. Et confestim siccatus est fons sanguinis eius, & sensit cor-
pore quod sanata esset à plaga. Et statim Iesus in semetipso cognoscens virtutem quæ exierat de
illo, conuersus ad turbam, aiebat: Quis tetigit vestimenta mea? Et dicebant ei discipuli sui: Vi
des turbam comprimentem te, & dicis: Quis me tetigit? Et circunspiciebat videre eam quæ
hoc fecerat. Mulier vero timens & tremens, sciens quod factum esset in se, venit & procidit
D ante eum, & dixit ei omnem veritatem. Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te saluam fecit, vade lucæ. 8. g

in pace, & esto sana à plaga tua. Adhuc eo loquente, veniunt ad archisynagogũ, dicentes:
Quia filia tua mortua est, quid vltra vexas magistrum? Iesus autem audito verbo quod dice-
Mr. c. e batur, ait archisynagogo: Noli timere, tantummodo crede. Et non admisit quemquam se se-
Luc. 8. g qui, nisi Petrum & Iacobum & Iohannem fratrem Iacobi. *Et veniunt in domum archisyna
gogi, & vidit tumultum, & flentes, & eiulantes multum. Et ingressus, ait illis: Quid turbami-
ni, & ploratis? puella non est mortua, sed dormit. Et irridebant eum. Ipse vero eiectis om-
nibus, assumit patrem & matrem puellæ, & qui secum erant, & ingrediuntur, vbi puella erat
iacens. Et tenens manum puellæ, ait illi: Talitha cumi, quod est interpretatum, Puella (tibi
dico) surge. Et confestim surrexit puella, & ambulabat: erat autem annorum duodecim. Et
obstupuerunt stupore magno. Et præcepit illis vehementer, vt nemo id sciret, & iussit
illi dari manducare.

¶Apostoli emittuntur curatum varios morbos. De Iohannis supplicio, De quinq; panibus, Christus mari inambulat. Cap. VI.

Mat. 13. g ET egressus inde, abijt in patriam suam, & sequebantur eum discipuli sui. Et facto sab- A
Luc. 4. c bato, cœpit in synagoga docere: & multi audientes, admirabantur in doctrina eius,
Iohan. 4. f dicentes: *Vnde huic hæc omnia? quæ est sapientia quæ data est illi? & virtutes tales
Mat. 13. g quæ per manus eius efficiuntur? *Nonne hic est faber, filius Mariæ, frater Iacobi &
Ibidem.
Luc. 4. d † Ioseph & Iudæ & Simonis? Nonne & sorores eius hic nobiscum sunt? Et scandalizabãtur
Iohan. 6. e in illo. *Et dicebat illis Iesus: Quia non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in do- B
Matt. 13. g
Luc. 4. c mo sua, & in cognatione sua. *Et non poterat ibi virtutem vllam facere, nisi paucos infirmos
Iohan. 4. f impositis manibus curauit: & mirabatur propter incredulitatem eorũ, *& circumibat castel-
Matt. 11. g
Matt. 9. d la in circuitu, docens. *Et vocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis pote-
Luc. 11. g statem spirituum immundorum. Et præcepit eis, ne quid tollerent in via, nisi virgam tan
Matth. 10. a tum: non peram, non panem, neq; in zona æs, sed calceatos sandalijs, & ne induerentur duo-
Luc. 9. a. 10. a bus tunicis. Et dicebat eis: Quocunq; introieritis in domum, illic manete donec exeatis inde,
& quicunq; non receperint vos, nec audierint vos, exeuntes inde, excutite puluerem de pe-
Act. 13. g dibus vestris in testimonium illis. *Et exeuntes, prædicabant vt pœnitentiam agerent, & dæ
Iaco. ult. monia multa eijciebant, *& vngebant oleo multos ægros, & sanabant. *Et audiuit rex He
Mat. 14. a
Luc. 9. a rodes (manifestum enim factum est nomen eius) & dicebat: Quia Iohannes Baptista resurre-
xit à mortuis, & propterea virtutes operantur in illo. Alij autem dicebant: Quia Elias est. Alij
vero dicebant: Quia propheta est, quasi vnus ex prophetis. Quo audito, Herodes ait: Quem C
Mat. 14. a ego decollaui Iohannem, hic à mortuis resurrexit. *Ipse enim Herodes misit ac tenuit Iohan
Luc. 3. d nem, & vinxit eum in carcere propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, quia duxe-
rat eam. Dicebat enim Iohannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias
autem insidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes autem metuebat Io-
hannem, sciens eum virum iustum & sanctum, & custodiebat eum: & audito eo multa facie-
Mat. 14. b bat, & libenter eum audiebat. *Et cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnã
fecit principibus & tribunis & primis Galilææ. Cumq; introisset filia ipsius Herodiadis, &
saltasset, & placuisset Herodi, simulq; recumbentibus, rex ait puellæ: Pete à me quod vis, &
dabo tibi, & iurauit illi, Quia quicquid petieris, dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quæ cũ
exisset, dixit matri suæ, Quid petam? At illa dixit, Caput Iohannis Baptistæ. Cumq; introisset D
statim, cum festinatione ad regem, petiuit dicens, Volo vt (protinus) des mihi in disco caput
Iohannis Baptistæ. Et contristatus est rex propter iusiurandum, & propter simul discumben
tes, noluit eam contristare, sed misso spiculatore, præcepit afferri caput eius in disco, & decol
lauit eum in carcere. Et attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri
suæ. Quo audito, discipuli eius venerunt & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monu-
Mat. 14. b mento. ¶*Et conuenientes apostoli ad Iesum, renuntiauerunt ei omnia quæ egerant & do-
Luc. 9. b cuerant. Et ait illis, Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enĩ qui
Iohan. 6. a veniebant & redibant multi, & nec spatium manducandi habebant. Et ascendẽtes in nauim, E
abierunt in desertum locum seorsum. Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi, & pe
destres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos. Et exiens, vidit turbã
multam Iesus, & misertus est super eos, *quia erant sicut oues non habentes pastorem, & cœ-
Mat. 9. d pit illos docere multa. *Et cum iam hora multa fieret, accesserunt discipuli eius, dicẽtes. De-
Mat. 14. b
Luc. 9. b sertus est locus hic, & iam hora præterijt, dimitte illos, vt euntes in proximas villas & vicos,
Iohan. 6. a emant sibi cibos quos manducent. Et respondens, ait illis, Date illis manducare. Et dixerunt
ei, Euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis manducare. Et dicit eis, Quot pa
nes habetis? ite & videte. Et cum cognouissent, dicunt, Quinq;, & duos pisces. Et præcepit il F
lis vt accumbere facerent omnes secundum contubernia super viride fœnum. Et discubue-
runt in partes, per cẽtenos & quinquagenos. Et acceptis quinq; panibus & duobus piscibus,
intuens in cœlum, benedixit & fregit panes, & dedit discipulis suis vt ponerent ante eos, &
duos

duos pisces diuisit omnibus. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sustulerunt reli-
quias fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piscibus, Erant autem qui manduca Matt.14.e
uerunt, quinq; milia virorum. *Et statim coegit discipulos suos ascendere nauim, vt præce- Iohan.6.b
derent eum trans fretum ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret populum. ¶Et cum dimisisset
G eos, abijt in montem orare. Et cum sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra.
Et videns eos laborantes in remigando, (erat enim ventus cōtrarius eis) & circa quartam vi-
giliam noctis venit ad eos, ambulans super mare, & volebat præterire eos. At illi vt vide-
runt eum ambulantem super mare, putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt. Omnes
enim viderūt eum, & cōturbati sunt. Et statim locutus est cum eis, & dixit eis: Confidite,
ego sum, nolite timere. *Et ascendit ad illos in nauim, & cessauit vētus. Et plus magis in- Matt.14.d
tra se stupebant, non enim intellexerant de panibus, erat enim cor eorum obcæcatum.
¶Et cum transfretassent, venerunt in terram Genesareth, & applicuerunt. Cumq; egressi
essent de naui, continuo cognouerunt eum, & percurrentes vniuersam regionem illam,
cœperunt in grabatis eos qui se male habebant circumferre, vbi audiebant eum esse. Et
quocunque introibat in vicos, vel in villas aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos,
& deprecabantur eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, & quotquot tangebant
eum, salui fiebant.

¶De lotione manuum & præceptis dei, De Syrophœnissa & muto in sabbato curato. Cap. VII.

A ET conueniunt ad eum pharisæi, & quidam de scribis, venientes ab Hierosolymis. Et Matt.15.a
cum vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus, id est, non lotis mā
ducare panes, vituperauerunt. Pharisæi enim & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint
manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum: & à foro venientes, nisi ba-
ptizentur, non comedunt: & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare: baptismata calicū
& vrceorum & æramentorum & lectorum. Et interrogabant eum pharisæi & scribæ: Qua-
re discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum, sed communibus manibus man-
ducant panem? At ille respondens, dixit eis: Bene prophetauit Esaias de vobis hypocritis, si- Esa.29.d
cut scriptum est. *Populus hic labijs me honorat. cor autem eorum longe est à me, inuanum
B autem me colunt, docentes doctrinas & præcepta hominum. Relinquentes enim mandatū
dei, tenetis traditiones hominum, baptismata vrceorum & calicum, & alia similia his facitis
multa. Et dicebat illis: Bene irritum facitis præceptum dei, vt traditionem vestram seruetis. Exo.20.b
Moyses enim dixit: Honora patrem tuum & matrem, Et: Qui maledixerit patri vel matri, & 21.b
morte moriatur. Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri vel matri Corban, quod est, donū Leui.20.b
quodcunq; ex me, tibi profuerit, & vltra non dimittitis eum quicquam facere patri suo aut Deute.5.b
matri, rescindentes verbum dei per traditionem vestram quam tradidistis. Et similia huius- Pro.20.c
modi multa facitis. *Et aduocans iterum turbam, dicebat illis: Audite me omnes, & intelligi- Ephe.6.a
te. Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum coinquinare, sed quæ de ho- Mat.15.b
mine procedunt, illa sunt quæ coinquinant hominem. Si quis habet aures audiendi, audiat.
C Et cum introisset in domum à turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam. Et ait il
lis: Sic & vos imprudentes estis? Non intelligitis, quia omne extrinsecus introiens in homi-
nē; non potest eum coinquinare, quia nō intrat in cor eius, sed in ventrem vadit, & in seces-
sum exit, purgans omnes escas. Dicebat autem: Quoniam quæ de homine exeunt, illa coin-
quinant hominem. Ab intus enim de corde hominum, malæ cogitationes procedunt, adul-
teria, fornicatiōes, homicidia, furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blas-
phemia, superbia, stultitia. Omnia hæc mala ab intus procedunt, & coinquinant hominem.
¶Et inde surgens, abijt in fines Tyri & Sydonis, & ingressus domum, neminem voluit scire,
D Et non potuit latere. *Mulier enim statim vt audiuit de eo, cuius filius habebat spiritum im- Mat.15.c
mundum, intrauit & procidit ad pedes eius. Erat enim mulier gentilis, Syrophœnissa gene-
re. Et rogabat eum, vt dæmonium eijceret de filia eius. Qui dixit illi: Sine prius saturari filios.
Non est enim bonū sumere panē filiorum, & mittere canibus. At illa respondit, & dicit illi:
Vtiq; domine, nam & catelli comedunt sub mensa de micis puerorum. Et ait illi: Propter hunc
sermonem vade, exijt dæmonium à filia tua. Et cum abisset domum suam, inuenit puellā ia-
centem supra lectum, & dæmonium exisse. ¶Et iterum exiens de finibus Tyri, venit per Si-
donem ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum & mutum,
& deprecabantur eum, vt imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, mi-
sit digitos suos in auriculas eius, & expuens, tetigit linguam eius, & suspiciens in cœlum, inge
muit, & ait illi: Ephphetha, quod est, adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum
est vinculū linguæ eius, & loquebatur recte. Et præcepit illis, ne cui dicerent. Quanto autem
eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius admirabant, dicentes: *Bene Gene.1.d
omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui. Eccle.39.e

¶De septem panibus, De fermento pharisæorum, De cæco, Petrus agnoscit Iesum esse Christum, &c. Exhortatio ad crucem Cap. VIII.

Mat. 15,d IN diebus illis, iterum cum turba multa esset, nec haberent quod manducarent, conuo- A
catis discipulis, ait illis: Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinēt me, nec ha
bent quod manducent, & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via. Qui-
dam enim ex eis de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli sui: Vnde istos quis po
terit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixe-
runt, Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gra-
tias agēs, fregit, & dabat discipulis suis vt apponerent, & apposuerunt turbæ. Et habebant
Mat. 15,d pisciculos paucos, & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducauerunt, & saturati sunt, &
sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas. *Erant autem qui manducaue-
Mat. 16,a rant, quasi quatuor milia, & dimisit eos. ¶Et statim ascendens nauim cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha. *Et exierunt pharisæi, & cœperunt conquirere cum eo, quæren B
Mat. 16,a tes ab illo signum de cœlo, tentantes eum. *Et ingemiscens spiritu, ait. Quid generatio ista si-
Luc. 11,d gnum quærit? Amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum. *Et dimittens eos, ascen-
Mat. eadem dit iterum nauim, & abijt trans fretum. Et obliti sunt sumere panes, & nisi vnum panem non
Lucæ, 12,a habebant secum in naui. *Et præcipiebat eis, dicens. Videte, cauete à fermento pharisæorum
& fermento Herodis. Et cogitabant ad alterutrum, dicentes: quia panes non habemus. Quo
cognito, ait illis Iesus. Quid cogitatis quia panes non habetis? nondum cognoscitis nec intel
ligitis? adhuc cæcatum habetis cor vestrum? oculos habentes non videtis? & aures habentes
Iohan. 6,b non auditis? *Nec recordamini, quādo quinq; panes fregi in quinq; milia, & quot cophinos
fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei. Duodecim. Quando & septem panes in quatu-
or milia, quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei, Septem. Et dicebat eis, Quomo- C
do nondum intelligitis? Et veniunt Bethsaidam, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum
vt illum tangeret. Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum, & expuens in oculos
eius impositis manibus suis, interrogauit eum si quid videret. Et aspiciens, ait. Video homi-
nes, velut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius, & cœpit vi
Mat. 16,b dere, & restitutus est, ita vt clarè videret omnia. Et misit illum in domum suam, dicens. Vade
Lucæ, 9,c in domum tuam, & si in vicum introieris, nemini dixeris. ¶*Et egressus est Iesus & discipu
li eius in castella Cæsariæ Philippi, & in via interrogabat discipulos suos, dicēs eis. Quem me
dicunt esse homines? Qui responderunt illi, dicentes. Iohannem Baptistam, alij Eliam, alij ve
ro quasi vnum de prophetis. Tunc dicit illis, Vos vero, quem me esse dicitis? *Respondēs Pe
Mat. 16,c trus, ait ei. Tu es Christus. *Et comminatus eis, ne cui dicerent de illo. *Et cœpit docere eos D
Lucæ, 9,c quoniam oportet filium hominis pati multa, & reprobari à senioribus & à summis sacerdo
Iohan. 6,g tibus & scribis, & occidi, & post tres dies resurgere. Et palàm verbum loquebatur. *Et ap-
Matth. 16,c prehendens eum Petrus, cœpit increpare eum. Qui conuersus, & videns discipulos suos, cō-
Lucæ. 9,c minatus est Petro, dicēs. Vade retro post me Satana, quoniā nō sapis q̄ dei sunt, sed quæ sunt
Mat. 16,c hominum. ¶Et conuocata turba cum discipulis suis, dixit eis. *Si quis vult me sequi, deneget
17 d, 10 c semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam
Ro. 9 c, 10 e facere, perdet eam, qui autem perdiderit animam suam propter me & euangelium, saluam
Luc. 17 e, 18 f faciet eam. Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum, & detrimentum animæ
Matth. 15,d suæ faciat? Aut quid dabit homo commutationis pro anima sua? Qui enim me confusus fue-
ma. 10 d 16 d rit, & verba mea, in generatione ista adultera & peccatrice, & filius hominis confundetur eū,
Lucæ. 9,c 14, f. 17, g Iohan. 12,d cum venerit in gloria patris sui cum angelis sanctis.

¶De transformatione domini, De lunatico & ambitione discipulorum, De offendiculo. Cap. IX.

ET dicebat illis. Amen dico vobis, quia sunt quidā de hic stantibus qui non gustabūt A
Matth. 16,d mortem, donec videant regnū dei venientis in virtute. *Et post dies sex assumit Iesus
Lucæ, 9,c Petrū & Iacobū & Iohannē, & ducit eos in montē excelsum seorsum solos, & trans-
Matth. 17,a figuratus est coram ipsis. Et vestimenta eius facta sunt splendentia & candida ni-
Lucæ, 9 d mis, velut nix, qualia fullo nō potest super terrā cādida facere. Et apparuit illis Elias cū Moy
se, & erant loquentes cū Iesu. Et respondēs Petrus, ait Iesu. Rabbi, bonū est nos hic esse, & fa-
ciamus tria tabernacula, tibi vnū, & Moysi vnū, & Eliæ vnū. Nō em̄ sciebat quid diceret, erāt
Mat. 3,d, 17 a em̄ timore exterriti. Et facta est nubes obumbrās eos, & venit vox de nube dicēs. *Hic est fi-
Supra, 1,b lius meus charissimus, audite illū. Et statim circūspicientes, neminē amplius viderunt, nisi Ie B
Luc. 1, d. 9,c sum tantū secū. ¶Et descendentibus illis de monte, præcepit illis, ne cuiq; quod vidissent, nar-
Matth. 17,b rarent, nisi cū filius hominis à mortuis resurrexerit. Et verbū cōtinuerunt apud se, conqui-
rentes, qd esset. Cū à mortuis resurrexerit. Et interrogabant eū, dicentes. *Quid ergo dicūt
pharisæi & scribæ, quia Eliam oporteat venire primum? Qui respondens, ait illis. Elias cum
Esa. 53,b venerit primo, restituet omnia, *& quomodo scriptū est in filiū hominis, vt multa patiatur,
& con-

&contemnat. *Sed dico vobis, quia & Elias venit,& fecerunt illi quæcunq; voluerunt ficut mat.16.c
fcriptũ eft de eo.¶ L Et veniens ad difcipulos fuos, vidit turbã magnã circa eos,& fcribas con- 17.d.10.e
quirentes cũ illis. Et confeftim omnis populus videns Iefum, ftupefactus eft, & expauerũt,& ac- Re.9.c.10.e
C currentes falutabant eũ. Et interrogauit eos. Quid inter vos conquiritis? ⌋*Et refpondens vnus lu.17.e.16.f
de turba, dixit: Magifter, attuli filiũ meũ ad te habentẽ fpũm mutũ: qui vbicunq; eũ apprehẽde mat.17.c
rit, allidit illũ,& fpumat & ftridet dentibus,& arefcit: & dixi difcipulis tuis, vt ejicerẽt illũ,& nõ mat.4.b
potuerũt. Qui refpõdẽs eis, dicit: O generatio incredula, q̃ diu apud vos ero? q̃ diu vos patiar? mat.17,c
afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidiffet eum, ftatim fpiritus conturbauit illum lucæ.9.e
& elifus in terram voluebatur fpumans. Et interrogauit patrem eius. Quantum temporis eft
D ex quo ei hoc accidit? At ille ait, Ab infantia, & frequenter eum in ignem & in aquas mifit, vt
eum perderet, fed fi quid potes, adiuua nos, mifertus noftri. Iefus autem ait illi, Si potes credere
omnia poffibilia funt credẽti. Et continuo exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat, Cre-
do domine, adiuua incredulitatem meam. Et cum vidiffet Iefus concurrentem turbam, com-
minatus eft fpiritui immundo, dicens illi, Surde & mute fpiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo,
& amplius ne introeas in eum. Et exclamans & multũ difcerpens eum, exijt ab eo,& factus eft
ficut mortuus, ita vt multi dicerent, quia mortuus eft. Iefus autem tenens manum eius, eleua-
uit eum,& furrexit. L Et cum introiffet in domum, difcipuli eius fecreto interrogabant eum.
E Quare nos non potuimus ejicere eum? Et dixit illis, Hoc genus in nullo poteft exire, nifi in ora
tione & ieiunio. ⌋¶ *Et inde profecti, prætergrediebantur Galilæam, nec volebat quenq̃ fcite mat.17,d
Docebat autem difcipulos fuos,& dicebat illis, *quoniam filius hominis tradetur in manus ho lucæ.9.e
minum,& occident eum,& occifus tertia die refurget. *At illi ignorabant verbum,& timebãt mat.10.c
interrogare eum. *Et venerũt Capharnaum. Qui cum domi effent, interrogabat eos. Quid in 17.c.20.c
via tractabatis? At illi tacebant, *fiquidem in via inter fe difputauerant, quis eorum maior effet lu.9.d.10.e
Et refidens vocauit duodecim,& ait illis, Si quis vult primus effe, erit omnium nouiffimus, & lu.17.e.18.f
F omnium minifter. Et accipiens puerum ftatuit eum in medio eorum, quem cum complexus lucæ.9.d
effet, ait illis, *Quifquis vnum ex huiufmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit, & qui mat.17.d
cunq; me fufceperit, non me fufcipit, fed eum qui mifit me. *Refpondit illi Iohannes, dicens, mat.18.a
Magifter, vidimus quendam in nomine tuo ejicientem dæmonia, qui non fequitur nos,& pro lu.9.1.21.e
hibuimus eum. Iefus autem ait, Nolite prohibere eum, *nemo eft enim qui faciat virtutem in mat.18.a
nomine meo,& poffit cito male loq; de me, q eñ non eft aduerfum vos, pro vobis eft. *Quif- lu.9.1.0.6
quis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo quia Chrifti eftis, amen dico vo ioh.13.e
bis, non perdet mercedem fuam. ¶*Et quifquis fcandalizauerit vnum ex his pufillis credenti- lucæ.9.f
bus in me, bonum eft ei magis, fi circundaretur mola afinaria collo eius,& in mare mitteretur. 1.Cor.12.a
*Et fi fcandalizauerit te manus tua, abfcinde illã, bonum eft tibi debilem introire in vitã, quàm mat.10.d
G duas manus habentem ire in gehennam in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorũ non mori
tur,& ignis non extinguit. Et fi pes tuus te fcandalizat, amputa illum, bonum eft tibi claudum mat.18.a
introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextingui- lucæ.17.a
bilis, vbi vermis eorum non morit,& ignis non extinguit. Quod fi oculus tuus fcandalizat te, mat.5.c.18.b
ejice eum, bonum eft tibi, lufcum introire in regnum dei, q̃ duos oculos habentem mitti in ge- Efai.66.a
hennam ignis, *vbi vermis eorum non morit,& ignis non extinguit. L Omnis enim homo mat.5.b
igne faliet,& omnis victima fale faliet. Bonum eft fal. ⌋*quod fi fal infulfum fuerit, in quo illud luc.14.g
condietis? Habete in vobis fal,& pacem habete inter vos.

¶ De diuortio & diuite quodã, de filijs Zebedæi, & Bartimæo. Cap. X.

A ET inde exurgens, venit in fines Iudææ vltra Iordanem,& conueniunt iterum turbę ad mat.19.a
eum,& ficut confueuerat, iterum docebat illos. Et accedentes pharifæi, interrogabant
eum. Si licet viro vxorem dimittere? tentantes eum. At ille refpondẽs, dixit eis, Quid
vobis præcepit Moyfes? Qui dixerunt, *Moyfes permifit libellum repudij fcribere, Deut.24.a
& dimittere. Quibus refpondens Iefus, ait. Ad duritiam cordis veftri fcripfit vobis præceptum mat.5.c,
iftud, ab initio autem creaturæ, mafculum & fœminam fecit eos deus. *Propter hoc relinquet 10.b
homo patrem fuum & matrem,& adhærebit ad vxorem fuam,& erunt duo in carne vna. Ita- Gen.2.d
B què iam non funt duo, fed vna caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non feparet. L Et in do 1.Cor.6.d
mo iterum difcipuli eius de eodem interrogauerunt eum. ⌋Et ait illis. Quicunq; dimiferit vx- 1.Cor.7.b
orem fuam,& aliam duxerit, adulterium committit fuper eam. Et fi vxor dimiferit virum fuũ, Ephe.5.g
& alij nupferit, mechatur. ¶*Et offerebant illi paruulos, vt tangeret illos. Difcipuli autem mat.10.b
comminabantur offerentibus. Quos cum videret Iefus, indigne tulit,& ait illis, Sinite paruu- lucæ.18.c
los venire ad me,& ne prohibueritis eos, talium eft enim regnum dei. Amen dico vobis quif-
C quis non receperit regnum dei uelut paruulus, non intrabit in illud. Et complexans eos & im- mat.19.b
ponens manus fuper illos, benedicebat eos. ¶*Et cum egreffus effet in uiam, procurrens quidã lucæ.18.d
genu flexo ante eum, rogabat eum, dicens. Magifter bone, quid faciã, ut uitã æternã percipiã?
Iefus autem dixit eis, Quid me dicis bonum? Nemo bonus nifi unus, deus. Præcepta nofti, *Ne Exod.20.e

adulteres,Ne occidas,Ne fureris,Ne falsum testimonium dixeris, Ne fraudem feceris,Honora patrem tuum & matrem.At ille respondens,ait illi:Magister,hæc omnia obseruaui à iuuentute mea. Iesus autem intuitus eum,dilexit eũ ,& dixit illi:Vnum tibi deest: vade quæcunq; habes vende,& da pauperibus,& habebis thesaurum in cœlo,& veni sequere me. Qui contristatus in verbo,abijt mœrens,erat enim habens multas possessiones. Et circunspiciens Iesus, ait D
discipulis suis.Quam difficile qui pecunias habent,in regnum dei introibunt? Discipuli autem obstupescebãt in verbis. At Iesus rursus respondens,ait illis: Filioli,q̃ difficile ẽ confidentes in pecunijs,in regnum dei introire.Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitẽ intrare in regnum dei.Qui magis admirabantur,dicentes ad semetipsos: Et quis potest saluus fieri? Et intuens illos Iesus,ait:Apud homines impossibile est,sed non apud deum:omnia enim possibilia sunt apud deum.Et post hæc cœpit ei Petrus dicere,Ecce nos dimisimus omnia,& secuti sumus te.Respondens Iesus,ait:Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domum , aut E
fratres,aut sorores,aut patrem,aut matrem,aut filios aut agros propter me, & propter euangeliũ,qui non accipiat centies tantum nũc in tempore hoc,domos,& fratres,& sorores,& ma-
Mat.19.d tres,& filios,& agros cum persecutionibus,& in seculo futuro vitam æternam.*Multi autem
Luc.13.f primi erunt nouissimi,& nouissimi primi.¶*Erant autem in via ascendentes Hierosolymam,
mat.20.b & præcedebat illos Iesus,& stupebant,& sequentes timebant. Et assumens iterum duodecim,
Luc.18.e cœpit illis dicere,quæ essent ei euentura:Quia ecce ascendimus Hierosolymam,& filius homi-
Mat.16.c,17 nis tradetur principibus sacerdotum,& scribis,& senioribus,& damnabunt eum morte,& tra-
c.20.c dent eum gentibus,& illudent ei,& conspuent eum,& flagellabunt eum,& interficient eum,&
R.S.d.c.e
lu.17.c.18.f tertia die resurget.*Et accedunt ad eum Iacobus & Iohannes filij Zebedæi,dicẽtes: Magister,
mat.10 e volumus vt quodcunq; petierimus,facias nobis.At ille dixit eis, Quid vultis vt faciam vobis? F
Et dixerunt,Da nobis vt vnus ad dexteram tuam,& alius ad sinistram tuam,sedeamus in gloria tua.Iesus autem ait eis.Nescitis quid petatis,potestis bibere calicem quem ego bibo,aut baptismo quo ego baptizor baptizari? At illi dixerunt ei,Possumus.Iesus autem ait eis.Calicem quidem quem ego bibo,bibetis,& baptismo quo ego baptizor, baptizabimini,sedere autẽ ad
Ibid.d dexteram meam vel ad sinistram,nõ est meum dare vobis,sed quibus paratum est. Et audiẽtes
mat.9.e decem indignati sunt de Iacobo & Iohanne. Iesus autem vocans eos,ait illis, *Scitis quia hi qui
luc.9.f videntur principari gentibus,dominantur eis.& principes eorum,potestatem habent ipsorũ.*Nõ
luc.22.c ita est autem in vobis,sed quicunq; voluerit fieri maior,erit vester minister,& quicunq; volu-
mat 10.d
luc.18,f g erit in vobis primus esse,erit omniũ seruus.Nã & filius hominis nõ venit vt ministraretur ei, sed
vt ministraret,& daret animã suã redemptionẽ pro multis.*Et veniũt Hiericho,& proficiscẽ- G
te eo de Hiericho & discipulis eius & plurima multitudine,filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat iuxta viã mendicans.Qui cũ audisset qa Iesus Nazarenus esset,cœpit clamare & dicere, Iesu fili Dauid miserere mei. Et cõminabantur ei multi,vt taceret.At ille multo magis clamabat , Fili Dauid miserere mei. Et stans Iesus præcepit illũ vocari. Et vocant cæcũ,dicentes ei,Animæquior esto,surge,uocat te.Qui proiecto vestimento suo,exiliens,venit ad eum. Et respondens Iesus,dixit illi,Quid tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei,Rabboni, vt videã.Iesus autem ait illi, Vade fides tua te saluum fecit. Et cõfestim uidit,& sequebatur eum in via.

¶De pullo asinæ & ficu execrata, de ciectis è templo. Commendatio fidei, quæstiones captiosæ. Cap. XI.

mat,21.a ET cum appropinquaret Hierosolymæ,& Bethaniæ ad mõtem oliuarum, mittit duos ex A
luc,19.e discipulis suis,& ait illis,Ite in castellũ q̃d contra uos est,& statim introeuntes illuc, inuenietis pullũ ligatũ,super quẽ nemo adhuc hominũ sedit,soluite illũ & adducite. Et si quis uobis dixerit, quid facitis? dicite quia domino necessarius est, & continuo illũ dimittet huc. Et abeuntes inuenerunt pullum ligatũ ante ianuã foris in biuio,& soluunt eum. Et
Mat 21.b quidam de illic stantibus,dicebant illis.Quid facitis soluentes pullũ? Qui dixerunt eis sicut præce-
lucæ.19.g perat illis Iesus,& dimiserũt eos.Et duxerũt pullũ ad Iesum,& imponunt illi vestimenta sua,&
ioh.12.b sedit sup eum.*Multi aũt uestimẽta sua strauerunt,alij aũt frõdes cedebãt de arboribus,& sternebant in uia.Et q̃ pibant & qui sequebantur,clamabant,dicentes,Hosanna, benedictus qui ue- B
nit in nomine dñi,bñdictũ q̃d uenit regnũ patris nostri Dauid,Hosanna in excelsis. ¶Et intro-
mat.21.b iuit Hierosolymã in templũ,& circunspectis omnibus,cũ iam uespera esset hora,exijt in Bethaniam cũ duodecim.¶*Et aliã die cũ exirent à Bethania,esuriit.Cũq; uidisset à longe ficũ habẽtẽ folia,uenit si quid forte inueniret in ea.Et cũ uenisset ad eam,nihil inuenit præter folia,nõ enim erat tempus ficorum.Et rñdens,dixit ei,Iam nõ amplius in æternũ ex te fructũ quisquam
ibidem manducet.Et audiebant discipuli eius,¶Et ueniũt Hierosolymam.*Et cũ introisset in templũ
luc.19.g cœpit eijcere uendẽtes & ementes in templo,& mẽsas nummulariorum & cathedras uendentiũ
ioh 2.c
Esa.56.c colũbas euertit,& non sinebat ut quisquam transferret uas per templũ, & docebat, dicens eis, C
iere.7.b Nonne scriptum est,*Quia domus mea,domus orationis uocabitur omnibus gentibus? *Vos autem fecistis eam speluncam latronũ.Quo audito,principes sacerdotum & scribæ quærebant quomodo

quomodo eũ perderent, timebant em̃ eũ: qm̃ vniuersa turba admirabat super doctrina eius. ⌋
Et cum vespera facta esset, egrediebat de ciuitate. ¶ Et cum mane transirent, viderunt ficũ aridam factam à radicibus. Et recordatus Petrus, dixit ei, Rabbi, ecce ficus cui maledixisti, aruit.
Et respondens Iesus, ait illis: Habete fidem dei. ⌋ *amen dico vobis, quia quicunq; dixerit huic
monti, tollere & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcun mat,21,c
q; dixerit, fiat, fiet ei. *Propterea dico vobis, om̃ia quæcunq; orantes petitis, credite quia acci- mat,21,c
pietis, & euenient vobis. *Et cum stabitis ad orãdum, dimittite si quid habetis aduersus aliquẽ, Iohan,14.b
D vt & patrr vester qui in cœlis est, dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos non dimiseritis, mat,6.b 16,d
nec pater vester q in cœlis est, dimittet vobis pctã vestra. ¶ Et veniunt rursum Hierosolymã. Eccl,28.a
Et cum ambularet in tẽplo, accedũt ad eum summi sacerdotes & scribæ & seniores, & dicunt mat,21.c
ei, In qua potestate hæc facis? & quis dedit tibi hanc potestatem vt ista facias? Iesus autem re- lucæ,20.a
spondens, ait illis: Interrogabo vos & ego vnum verbum, & respondete mihi, & dicam vobis
in qua potestate hæc faciã: Baptismus Iohannis, de cœlo erat, an ex hominibus? Respõdete mihi. At illi cogitabant secum dicentes. Si dixerimus de cœlo, dicet nobis: Quare ergo nõ credidistis ei. Si dixerimus rx hominibus timemus populum, om̃rs enim habebãt Iohannẽ, qđ vere propheta esset. Et respondrntes, dicunt Iesu, Nescimus. Et respondens Iesus, ait illis, Neq; ego dico vodis in qua potestate hæc faciam.

¶ De vinea elocata. An census dandus, consutati Sadducæi. Scribæ quæstio de mandato primo. Chr̃us qũo filius Dauid, cauendũ ab hypocritis. De vidua paupcula. Cap. XII

A ET cœpit illis in parabolis loqui, Vineam pastinauit homo, & circundedit sepem, & fo Esa,5.a
dit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus est. Et Hier,2.d
misit ad agricolas in tempore seruũ, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ. Qui ap- mat,21.d
prehensum eũ ceciderunt, & dimiserũt vacuũ. Et iterũ misit ad illos aliũ seruũ, & illum lucæ,20.b
in capite vulnerauerunt, & contumelijs affecerunt. Et rursum aliũ misit, & illum occiderũt, &
plures alios, quosdam cædentes, alios vero occidentes. Adhuc ergo vnũ habens filium, charissimum, & illum misit ad eos nouissimum, dicens. Quia reuerebunt filium meum. Coloni autem dixerunt ad inuicem, Hic est hæres, venite, occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Et apprehendentes eum occiderunt, & eiecerũt extra vineã. Quid ergo faciet dominus vineæ? Veniet
& perdet colonos, & dabit vineam alijs. Nec scripturam hanc legistis. *Lapidẽ quem reproba- Psal,117.d Esa,28.d
uerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud, & est mirabile in Acto,4.b
oculis nostris? Et quærebant eum tenere, & timuerunt turbam, cognouerunt enim quod iã ad Rom,9.g
B eos parabolam hanc dixerit. *¶ Et relicto eo, abierunt. Et mittunt ad eum quosdam ex phari- 1.Pet,2.a
sæis & Herodianis, vt eum caperent in verbo. Qui venientes, dicunt ei. Magister, scimus quia Matth,22.b
uerax es, & non curas quenquam, nec enim vides in faciem hominum, sed in veritate viam dei Lucæ,22.d
doces, licet tributum dare Cæsari, an nõ dabimus? Qui sciens versutiam illorum, ait illis: Quid me tentatis? affrrte mihi drnarium ut videam. At illi attulerunt ei. Et ait illis, Cuius est imago
hæc, & inscriptio? Dicunt ei, Cæsaris. Respondens autem Irsus, dixit illis: *Reddite igitur quæ Rom,13.c
sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo. Et mirabantur suprr eo, *¶ Et venerunt ad eum Sad mat,22.c Lucæ,20.d
ducæi, qui dicunt resurrectionrm non esse, & interrogabant eum, dicrntes: Magister, Moyses Deut,25.b
nobis scripsit, vt si cuius frater mortuus fuerit, & dimiserit vxorrm, & filios non rrliqurrit, accipiat frater eius vxorem ipsius, & resuscitet srmen fratri suo. Septem ergo fratres erant, & primus accepit vxorem, & mortuus est, non relicto semine. Et secundus accrpit eam, & mortuus est, & nec iste reliquit semen. Et tertius similiter. Et accrperunt eam similiter septem, & nõ re-
C liquerunt semen. Nouissima omniũ defuncta est & mulier. In resurrectionr ergo cum resurrexrrint, cuius de his erit vxor? septem enim habuerunt eam uxorẽ. Et rrspõdens Iesus, ait illis:
Non ne ideo erratis, nõ scientes scripturas neq; virtutem dei? Cũ em̃ à mortuis resurrexerint,
neq; nubent, neq; nubentur, sed sunt sicut angeli dei in cœlis. De mortuis autem quod resur-
gant, nõ legistis in libro Moysi, super rubum quomodo dixerit illi deus, inquiens: Ego sum de- Exod,3.b
us Abraham, & deus Isaac, & drus Iacob? Non est deus mortuorum sed viuorum, Vos ergo Matth,22.d
multum erratis ¶ *Et accessit vnus de scribis, qui audierat illos conquirentes, & videns quoni- Lucæ,10.e
am bene illis responderit, interrogauit eum quod esset primũ omnium mandatum. Irsus autẽ
respondit ei, Quia primũ omnium mandatũ est: Audi Israel. Dominus deus noster, deus vnus Deut,6.a
est. Et diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua, Leui,19.d
& ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatum. Secundum autem simile est illi:* Diliges Matth,22.d
proximum tuum tanquam teipsum. Maius horum aliud mandatum non est. ⌊ Et ait illi scriba Rom,13.c
Bene magister in veritate dixisti, quia vnus est deus, & non est alius præter eum. Et vt diliga- Galat,5.c
tur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere pro- Iacobi,2.b
D ximum tanq̃ seipsum, maius est omnibus holocaustomatibus, & sacrificijs. Iesus autem videns
quod sapienter respondisset, dixit illi: Non es longe à regno dei. ⌋ *Et nemo iam audebat eum Matth,22.d
interrogare. ¶ Et respõdens Iesus: dicebat docens in templo: Quomodo dicunt scribæ, Chri- Lucæ,20.g

Psal. 109.a stum filiũ esse Dauid? Ipse eñ Dauid dixit in spiritu sancto: *Dixit dñs dño meo, sede à dextris
meis. Donec ponã inimicos tuos, scabellũ pedũ tuorũ. Ipse ergo Dauid dicit eũ dñm, & vnde
est filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit. ¶ Et dicebat eis in doctrina sua. *Cauete à
mat. 23.a scribis, q volunt in stolis ambulare, & salutari in foro, & in primis cathedris sedere in synago-
Luc. 11.f gis, & primos discubitus in cœnis. Qui deuorãt domos viduarũ sub obtentu prolixę orationis,
& 20.g
Lucæ. 21.a hi accipient prolixius iudiciũ. ¶ *Et sedens Iesus contra gazophilaciũ, aspiciebat quõ turba iacta
ret æs in gazophilacium, & multi diuites iactabãt multa. Cũ venisset autem vidua vna paupẽ mi
sit duo minuta, quod est quadrans. Et conuocans discipulos suos, ait illis: Amen dico vobis, qñ
vidua hæc pauper plus omnibus misit qui miserunt in gazophilacium. Omnes enim ex eo quod
abundabat illis, miserunt: hæc vero de penuria sua omnia quæ habuit misit, totũ victum suũ.

¶ De euersione templi vrbisq́, & ecclesiæ quoq; euenturis malis, deq́; signis aduen
tus sui. Cap. XIII.

mat. 24.a ET cum egrederet de templo, ait illi unus ex discipulis suis: magister, aspice quales lapi- A
Lucæ. 21.b des, & quales structuræ. Et respondens Iesus, ait illi. *Vides has omnes magnas ædi-
Luc. 19.g ficationes? Non relinquetur lapis super lapidẽ, qui nõ destruat. Et cũ sederet in mon-
& 21.b te oliuarum contra templum, interrogabant eum separatim Petrus & Iacobus & Io-
hannes & Andreas, Dic nobis, quando ista fient? & quod signum erit quando hæc omnia inci-
pient consummari? Et respondens Iesus, cœpit dicere illis, Videte ne quis vos seducat, multi eñ
venient in nomine meo dicentes, quia ego sum, & multos seducent. Cum audieritis autem bel
la & opiniones bellorum, ne timueritis, oportet enim hæc fieri, sed nondũ finis. Exurget enim
mat. 10.b gens contra gentem, & regnũ super regnũ, & erunt terræmotus per loca, & fames. Initium do
mat. 24.b lorum hæc. *Videte autẽ vosmetipsos. Tradent enim vos in concilijs, & in synagogis vapula- B
Luc. 21.c bitis, & ante præsides & reges stabitis propter me in testimonium illis. *Et in oẽs gẽtes primũ
Iohan. 15.c oportet prædicari euangeliũ. *Et cũ duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquami
ni, sed quod datũ vobis fuerit in illa hora, id loquamini, nõ eñ vos estis loquẽtes, sed spũs san-
mat. 24.b ctus. Tradet autem frater fratrem in mortem & pater filium, & consurgent filij in parentes, &
Luc. 21.d morte afficient eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in
Dani. 9.g finem, hic saluus erit. ¶ *Cum autem videritis abominationem desolationis, stantem vbi nõ de
bet (qui legit, intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes, & qui super tectum, ne descẽ
dat in domum, nec introeat vt tollat quid de domo sua, & qui in agro erit, nõ reuertatur retro
tollere vestimentum suum. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate ve- C
ro vt hyeme non fiant. Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales nõ fuerunt ab initio crea-
turæ quam condidit deus usq; nunc, neq; fient. Et nisi breuiasset dominus dies, non fuisset sal-
matt. 24.b ua omnis caro, sed propter electos quos elegit, breuiauit dies. *Et tunc si quis vobis dixerit, Ec
lucæ, 17.e ce, hic est Christus, ecce illic, ne credideritis. *Exurgent enim pseudochristi & pseudoprophe-
& 21.b. & c,
mat. 24.b tæ & dabunt signa & portenta ad seducendos, si fieri potest, etiam electos. Vos ergo videte, ec
Ezec. 32.b ce prædixi vobis omnia. *Sed in illis diebus post tribulationem illam, sol contenebrabit, & lu-
Esa. 13.b na non dabit splendorem suum, & stellæ cœli erunt decidentes, & virtutes quæ in cœlis sunt
Iohel, 3.c mouebunt. Et tunc videbunt filium hominis veniẽtem in nubibus cum uirtute multa & gloria
Et tunc mittet angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor ventis, à summo terræ vsq;
ad summum cœli. A ficu autem discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit, & nata fu D
erint folia, cognoscitis quia in proximo sit æstas, sic & vos cum videritis hæc fieri, scitote quod
in proximo sit in ostijs. Amen dico vobis, qñ non transibit generatio hæc, donec omnia ista
mat. 24.d fiant. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. *De die aũt illo vel hora ne
mat, 25.b mo scit, neq; angeli in cœlo, neq; filius, nisi pater. Videte, uigilate, & orate, nescitis enim quãdo
tempus sit. ¶ *Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam, & dedit seruis suis po-
mat, 25.b testatem cuiusq; operis, & ianitori præcepit ut uigilet. *Vigilate ergo, (nescitis enim quãdo do
lucæ, 12.e minus domus veniat, sero an media nocte, an gallicantu, an mane) ne cum venerit repente, in-
ueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico. Vigilate.

¶ De muliere vngente Christũ, de pascate & supplicio Christi. Itẽ Petri lapsu. Cap. XIIII.

mat. 26.a ERat autem pascha & azima post biduum, *& quærebant summi sacerdotes & scribæ
lucæ, 22.a quomodo eum dolo tenerent & occiderent. Dicebant autem: Non in die festo, ne A
Ioh. 11.f forte tumultus fieret in populo. *Et cum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, &
mat. 26.a recumberet, venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi pisticæ prætiosæ, & fra-
lucæ, 7.f
Iohan. 12.a cto alabastro, effudit super caput eius. *Erant autem quidam indigne ferentes intra semet-
mat, 26.a ipsos, & dicentes. Vt quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentum istud
iohan, 12.a venundari plus quàm trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebant in eam. Iesus au-
tem dixit: Sinite eam. Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Semper eñ pau-
peres habetis uobiscum, & cum volueritis potestis illis benefacere, me autem non semper ha-
betis. Quod habuit hæc, fecit: præuenit ungere corpus meum in sepulturam. Amen dico

uobis

B vobis vbicunq; prædicatum fuerit Euangeliũ istud in vniuerso mundo, & quod fecit hæc, nar- Matth.26.b
rabit in memoriam eius. ¶ * Et Iudas Iscariotes vnus de duodecim, abijt ad summos sacerdo- Lucæ.22.a
tes vt proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt, & promiserunt ei pecuniam se daturos. Et
quærebat quomodo illum opportune traderet. ¶ * Et primo die azymorũ quando pascha Matth.26.b
immolabant, dicunt ei discipuli. Quo viseamus, & paremus tibi vt manduces pascha? Et mit- Lucæ.22.a
tit duos ex discipulis suis, & dicit eis. Ite in ciuitatem, & occurret vobis homo lagœnam aquæ
baiulans, seqmini eum, & quocũq; introierit, dicite Domino domus, quia magister dicit. Vbi
est refectio mea, vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit
cœnaculum grande stratum, & illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius, & venerunt in ciui
tatem, & inuenerunt sicut dixerat illis, & parauerunt pascha. ¶ Vespere autem facto, venit cũ Matth.26.b
duodecim. Et discumbentibus eis, & manducantibus, ait Iesus. * Amen dico vobis, quia vnus ex Lucæ.22.b
vobis tradet me, qui manducat mecum. At illi cœperunt contristari, & dicere ei singulatim. Iohan.13.c
C Nunqd ego? Qui ait illis. Vnus ex duodecim q intingit mecum manum in catino. Et filius q- Psal.40.c.
dem hoīs vadit sicut scriptũ est de eo, * væ autem homini illi, per quem filius hoīs tradet, bonũ
erat ei, si non esset natus homo ille. * Et manducantibus illis, accepit Iesus panẽ, & bñdicens fre Matth.26.c
git, & dedit eis, & ait. Sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice, grãs agens, dedit eis, & Lucæ.22.b
biberunt ex illo omnes, & ait illis. Hic est sanguis meus noui testamenti, q pro multis effundet. 1.Cor.11.c
Amen dico vobis, quia iam non bibam de genimine vitis, vsque in diem illum cum illud bibam
nouum in regno Dei. * Et hymno dicto, exierunt in montem oliuarũ. Et ait eis Iesus. Omnes Matth 26.c
scandalizabimini in me in nocte ista, qa scriptum est. * Percutiam pastorem, & dispergentur Lucæ.22.d
oues. Sed postquàm resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Petrus autẽ ait illi. Et si omnes Iohan.16.g.
scandalizati fuerint, sed non ego. Et ait illi Iesu. Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, pri- & 18.a
usquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebat. Et si oportue- Zach.13.c
D rit me simul commori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant. Et veniunt in
prædium cui nomen Gethsemani, * & ait discipulis suis. Sedete hic, donec orem. Et assumit
Petrum, & Iacobum, & Iohannem secum, & cœpit pauere & tædere. Et ait illis, Tristis est ani- Matt.26.d
mea mea vsq; ad mortem, sustinete hic & vigilate. Et cum processisset paululũ, procidit super Lucæ.22.d
terram, & orabat vt si fieri posset, transiret ab eo hora, & dixit. Abba pater, oĩa tibi possibilia Iohan.12.d
sunt, transfer calicem hunc à me, sed non quod ego volo, sed quod tu. Et venit, & inuenit eos
dormientes. Et ait Petro. Simon, dormis? non potuisti vna hora vigilare? Vigilate, & orate,
vt non intretis in tentationem, * spũs qdem promptus est, caro vero infirma. Et iterum abiẽs Matt.26.d
orauit, eundem sermonem, dicens. Et reuersus denuo, iuenit eos dormientes (erant enim oculi
E eorum grauati) & ignorabant qd responderent ei. Et venit tertio, & ait illis. Dormite iam &
requiescite. Sufficit, venit hora, ecce filius hoīs tradet in manus pctõrum. Surgite, eamus, ecce,
qui me tradet, prope est. ¶ * Et adhuc eo loquente, venit Iudas Iscariotes vnus de duodecim, Mat.25.e
& cum eo turba multa cum gladijs & lignis, à summis sacerdotibus & scribis & senioribus. De Lucæ.22.e
derat autem traditor eius signum eis, dicens. Quemcunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eum, Iohan.18.a
& ducite caute. Et cum venisset, statim accedens ad eum, ait. Aue Rabbi, & osculatus est eum.
At illi manus iniecerunt in eum, & tenuerunt eum. Vnus autem quidam de circumstantibus,
educens gladium, percussit seruum summi sacerdotis, & amputauit illi auriculam. Et respõdẽs
Iesus, ait illis. Tanquàm ad latronem existis cum gladijs & lignis comprehendere me, quo-
tidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis. † Sed vt impleant scripturæ. Tunc Threno.4.d
discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. Adolescens aũt qdam sequebat eum, ami-
F ctus sindone super nudo, & tenuerunt eum. At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis.
* Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem, & conuenerunt omnes sacerdotes, & scribæ, Mat.26.f.
& seniores. Petrus autem à longe secutus est eum vsq; intro in atrium summi sacerdotis, & se Lucæ.22.f
debat cum ministris, & calefaciebat se ad ignem. Summi vero sacerdotes, & omne concilium Iohan.18.a
quærebant aduersus Iesum testimonium, vt eum morti traderent, nec inueniebant. Multi au-
tem testimonium falsum dicebant aduersus eum, & conuenientia testimonia non erant. Et q-
dam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicẽtes: Quoniam nos audiuimus
eum dicentem: * Ego dissoluam templum hoc manufactũ, & per triduũ aliud non manufactũ Iohan.2.a
ædificabo. Et non erat conueniens testimonium illorũ. Et exurgens summus sacerdos in me
dium interrogauit Iesum, dicens: Non respondes quicq̃ ad ea, quæ tibi obijciunt ab his? Ille au-
tem tacebat, & nihil respondie. Rursum summus sacerdos interrogabat eum, & dicit ei: Tu es Mat.26.f.
Christus filius Dei benedicti? Iesus autem dixit illi: Ego sum, * & videbitis filium hominis se- Lucæ.22.f.
dentem à dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cœli. Summus autem sacerdos scin
G dens vestimenta sua, ait: Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam? quid vobis Mat.26.g
videt? Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et cœperunt qdam conspuere eũ Lucæ.22.f.
& velare faciem eius, & colaphis eum cædere, & dicere ei: Prophetiza, & ministri alapis eum Iohan.18.c
cædebant. Et cũ esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi sacerdotis, & cum
vidis-

vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait: Et tu cum Iesu Nazareno eras. At ille negauit, dicens: Neq; scio, neq; noui qd dicas. Et exijt foras ante atrium, & gallus cantauit. Rursus aũt cum vidisset illum ancilla, cœpit dicere circũstantibus: Quia hic ex illis est. At ille iterũ negauit.* Et post pusillum rursus q astabant, dicebant Petro: Vere ex illis es: nam & Galilæus es. Ille aũt cœpit anathematizare & iurare, quia nescio hominẽ istũ quem dicitis. Et statim gallus iterũ cantauit. Et recordatus est Petrus verbi quod dixerat ei Iesus: Priusquàm gallus cãtet bis, ter me negabis, & cœpit flere.

¶Christi ante Pilatũ condemnatio, mors & sepultura. Cap. XV.

ET confestim mane conciliũ faciẽtes summi sacerdotes cũ senioribus, & scribis, & vniuerso concilio, vincientes Iesum duxerunt, & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus: Tu es rex Iudæorũ? At ille respondens, ait illi: Tu dicis. Et accusabant eũ summi sacerdotes in multis.* Pilatus aũt rursum interrogauit eũ, dicens: Non respondes quicq̃,* vide in quãtis te accusant. Iesus aũt amplius nihil rñdit, ita vt miraretur Pilatus. Per diẽ aũt festũ solebat dimittere illis vnũ ex vinctis quemcũq; petissent.* Erat aũt qui dicebatur Barabbas, qui cum seditiosis erat vinctus, q in seditiõe fecerat homicidiũ. Et cũ ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis.* Pilatus aũt respondit eis, & dixit: Vultis dimittã vobis regẽ Iudæorũ? Sciebat enĩ quod per inuidiã tradidissent eũ summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbã, vt magis Barabbã dimitteret eis. Pilatus aũt iterũ respondẽs, ait illis: Quid ergo vultis faciã regi Iudæorũ? At illi iterum clamauerunt: Crucifige eum. Pilatus vero dicebat illis: Quid enim mali fecit?* At illi magis clamabant: Crucifige eũ. Pilatus aũt volens populo satisfacere, dimisit illis Barabban, & tradidit Iesum flagellis cæsum vt crucifigeretur. B

¶Milites aũt duxerunt eũ intro in atriũ prætorij, & conuocant totam cohortẽ, & induunt eũ purpura, & imponunt ei plectentes spineam coronam. Et cœperũt salutare eũ: Aue rex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine, & conspuebant eum, & ponentes genua, adorabant eum. Et postq̃ illuserunt ei, exuerunt illũ purpura, & induerunt eũ vestimentis suis, & educunt illum vt crucifigerent eum.* Et angariauerunt prætereũtem quempiam Simonem Cyrenæũ venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi, vt tolleret crucem eius.* Et perducunt illum in Golgatha locũ, quod est interpretatũ Caluariæ locus. Et dabant ei bibere myrrhatũ vinum, & non accepit. C

¶Et crucifigentes eum, diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis, qs quid tolleret. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Et erat titulus causæ eius inscriptus, Rex Iudæorũ. Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris, & alium à sinistris eius. Et impleta est scriptura quæ dicit* & cũ iniquis reputatus est. Et prætereuntes blasphemabant eũ, mouentes capita sua, & dicentes:* Vah, qui destruis templũ dei, & in tribus diebus reædificas, saluũ fac temetipsum, descendens de cruce. Similiter & summi sacerdotes illudentes, ad alterutrũ cũ scribis dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluũ facere. Christus rex Israhel descendat nunc de cruce, vt videamus & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant conuitiabantur ei. Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terram vsq; in horam nonam. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens:* Eloi, eloi, lama sabachthani, quod est interpretatũ: Deus meus, Deus meus, vt qd dereliquisti me? Et qdam de circũstantibus audientes, dicebant: Ecce, Eliam vocat. Currens aũt vnus, & implens spongiam aceto, circũponensq; calamo, potũ dabat ei, dicens: Sinite, videamus si veniat Elias ad deponendũ eum. Iesus aũt emissa voce magna expirauit.* Et velũ templi scissum est in duo, à summo vsq; deorsum. Videns aũt Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: Vere, hic homo filius Dei erat. Erant aũt & mulieres de longe aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & † Ioseph mater, & Salome, & cũ esset in Galilæa, sequebantur eũ, & ministrabant ei, & aliæ multæ quæ simul cum eo ascenderant Hierosolymam.* Et cũ iam sero esset factum, (quia erat parasceue, quod est ante sabbatum) venit Ioseph ab Arimathæa nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnũ dei, & audacter introiuit ad Pilatũ, & petijt corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur, si iam obijsset. Et accersito Centurione, interrogauit eũ, si iam mortuus esset. Et cum cognouisset à Centurione, donauit corpus Ioseph. Ioseph aũt mercatus sindonem, & deponens eũ, inuoluit sindone, & posuit eum in monumento, quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidem ad ostiũ monumenti.* Maria autem Magdalene, & Maria † Ioseph aspiciebant vbi poneretur. D

¶De Christi resurrectione, & coram multis apparitione, commissio Euangelicæ prædicationis. Cap. XVI.

ET cum transisset sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Et valde mane vna sabbatorũ, veniunt ad monumentũ, orto iam sole, & dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, viderunt reuolutũ lapidem. Erat quippe magnus valde. A

¶* Et introeuntes in monumentũ, viderũt iuuenem sedentem in dextris, coopertũ stola candida,

dida, & obstupuerunt. Qui dicit illis: Nolite expauescere, Iesum quæritis Nazarenum crucifi-
xum, surrexit non est hic: ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius & Petro, Matth.28.
quod præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis,* sicut dixit vobis. At illæ exeuntes fuge- Supra.14.e.
C runt de monumento. Inuaserat enim eas tremor & pauor, & nemini quicquàm dixerunt: time
bant enim. Surgens autem Iesus mane prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenę, de
qua eiecerat septem dæmonia. Illa vadens, nuntiauit his qui cum eo fuerant, lugentibus & flen Luce.24.b
tibus. Et illi audientes quia viueret, & visus esset ab ea, non crediderunt.* Post hæc autem
duobus ex eis ambulantibus ostensus est in alia effigie, euntibus in villam, & illi euntes nuntia-
uerunt cæteris, nec illis crediderunt. Nouissime, recumbentibus illis vndecim apparuit, &
D exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse,
non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni
creaturæ: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemna-
bit. Signa autem eos q crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eijcient, linguis
loquentur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferū quid biberint, non eis nocebit. Super ęgros Luc.24.g
manus imponent, & bene habebunt. ¶ *Et dn̄s quidem Iesus postq̄ locutus est eis, assumptus
est in cœlum, & sedet à dextris dei. Illi autem profecti, prædicauerunt vbiq;, domino coope
rante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

EVANGELII SECVNDVM MAR-
CVM FINIS.

PRAEFATIO BEATI HIERONYMI IN Euangelium secundum Lucam.

LVcas Syrus natione Antiochensis, arte medicus, discipulus Apostolorum: postea Pau
lum secutus vsq; ad confessionem eius, seruiens domino sine crimine. Nam neq; vxo-
rem vnquàm habens neq; filios, octoginta & quatuor annorum obijt in Bythinia ple
nus spiritu sancto. Qui cum iam scripta essent Euangelia per Matthæum quidem in A.
Iudæa, per Marcum autem in Italia, sancto instigante spiritu, in Achaiæ partibus hoc scripsit
Euangeliū: significans etiā ipse in principio ante suū alia esse descripta. Cui extra ea quæ ordo
euangelicæ dispositionis exposcit, ea maxime necessitas laboris fuit: vt primum Græcis fideli-
bus omni prophetatione venturi in carnem Dei Christi manifestata humanitate: ne Iudaicis
fabulis attenti, in solo legis desiderio tenerent: vel ne hæreticis fabulis & stultis sollicitationi-
bus seducti exciderēt à veritate, elaboraret. Dehinc vt in principio euāgelij Iohānis natiuitate al. electis.
p̄sumpta, cui Euāgelium scriberet, & in quo * electus scriberet, indicaret: contestans in se com al. comple-
pleta esse quæ essent ab alijs inchoata. Cui ideo post baptismum filij dei à perfectione genera- tur repente
tionis in Christo * impletæ repetendæ à principio natiuitatis humanæ potestas permissa est,
vt requirentibus demonstraret in quo apprehendens erat per Nathan filium Dauid introi-
tu recurrentis in deum generationis admisso, indisparabilis dei, vt prædicans in hominibus
Christum suum perfecti opus hominis redire in se per filium faceret, qui per Dauid patrem ve
nientibus iter præbebat in Christo. Cui Lucæ non immerito etiam scribendorum Actuum
Apostolorum potestas in ministerio datur: vt Deo in Deum pleno, & filio perditionis extin-
cto, oratione ab ipsis Apostolis facta sorte dominicæ electionis numerus compleretur. Sic'q;
Paulus consummationem apostolicis actibus daret, quem diu contra stimulum recalcitrātem
dominus elegisset. Quod & legentibus ac requirentibus deum, & si per singula expediri à no-
bis vtile fuerat: sciens tamen quod operantem agricolam oporteat primum de fructibus suis
edere, vitauimus publicam curiositatem, ne non tam volentibus deum demonstrasse videre-
mur, quàm fastidientibus prodidisse.

FINIS.

Euangelium secundum Lucam.

PRAEFATIO.

Sapi.16.c dat vobis panē de cœlo verū. Panis eñ dei verus est, q de cœlo descēdit, & dat vitā mundo.
Eccle.24.c Dixerūt ergo ad eū: Dñe, semp da nobis panē hūc. Dixit aūt eis Iesus: *Ego sum panis vitæ, q
venit ad me, nō esuriet: & q credit in me, nō sitiet vnq̃. Sed dixi vobis, qa & vidistis me, & nō
creditis. Omne q̃d dat mihi pr̃, ad me veniet, & eum q venit ad me, nō eijciā foras, qa descēdi
de cœlo, nō vt faciā voluntatē meā, sed voluntatē eius q misit me. Hæc est aūt volūtas eius q
misit me, patris: vt omne q̃d dedit mihi, non perdā ex eo, sed resuscitē illud in nouissimo die.
Hæc est aūt volūtas patris mei q misit me, vt oīs q videt filiū & credit in eū, habeat vitā æter-
nā, & ego resuscitabo eū in nouissimo die. Murmurabant ergo Iudæi de illo, qa dixisset: Ego E
Matth.13.g
Marc.6.a sum panis viuus, q de cœlo descēdi. Et dicebāt. *Nōne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos no
Lucæ.4.d uimus patrē & matrē? Qūo ergo dicit hic, Quia de cœlo descēdi? ⌊Rñdit ergo Iesus, & dixit
eis, Nolite murmurare inuicē, Nemo potest venire ad me, nisi pater q misit me, traxerit eū, &

ego

Græ. docti à deo ego resuscitabo eũ in nouissimo die.¶Est scriptũ in prophetis,*Et erunt oẽs † docibiles dei. Esa, 54, d Hiere, 31, f
Omnis q audiuit à patre & didicit,venit ad me. Non q̃a patrẽ vidit quisq̃,nisi is qui est à deo
hic vidit patrẽ. Amẽ amẽ dico vobis,q credit in me,habet vitã æternã Ego sum panis vitæ. Exod, 16, c
*Patres vestri mãducauerunt manna in deserto,& mortui sunt. Hic est panis de cœlo descen
dens,vt si quis ex ipso mãducauerit,non moriat. Ego sum panis viuus,q de cœlo descẽdi. Si
quis mãducauerit ex hoc pane,viuet in æternũ:& panis quẽ ego dabo,caro mea est pro mun
di vita. Litigabãt ergo Iudæi ad inuicẽ,dicẽtes:Quomodo potest hic nobis carnẽ suam dare
F ad mãducandũ? Dixit ergo eis Iesus:Amen amen dico vobis,nisi mãducaueritis carnẽ filij ho
minis,& biberitis eius sanguinẽ,non habebitis vitã in vobis.*Qui manducat meam carnẽ,& 1, Cor, 11, f
bibit meum sanguinẽ,habet vitã æternã,&ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Caro eñ mea
vere est cibus,& sanguis meus vere est potus. Qui manducat meã carnẽ,& bibit meũ sangui-
nẽ,in me manet,& ego in illo. Sicut misit me viuens pater,& ego viuo propter patrẽ:& qui
manducat me,& ipse viuet propter me. Hic est panis q de cœlo descendit. Non sicut mãdu-
cauerunt patres vestri mãna,& mortui sunt. Qui mãducat hunc panẽ,viuet in æternũ.¶Hæc
De cõs, dist, 2, c, qui cop, De cõs, dist, 2 c, in Christo dixit in synagoga,docens in Capharnaũ. Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt:
Durus est hic sermo,& q̃s potest eũ audire. Sciens autẽ Iesus apud semetipsum,quia murmu-
rarent de hoc discipuli eius,dixit eis:Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filiũ hominis ascẽ
dentẽ vbi erat prius? Spiritus est q viuificat,caro non prodest quicq̃:verba quæ ego locutus
G sum vobis,spũs & vita sunt. Sed sunt quidã ex vobis,qui nõ credunt. Sciebat eñ ab initio Ie-
sus,qui essent credentes,& quis traditurus esset eũ. Et dicebat:Propterea dixi vobis,q̃a nemo
potest venire ad me,nisi fuerit ei datũ à patre meo. Ex hoc multi discipulorũ eius abierunt re
24, q, 1, c, non dicimus tro,& iã non cũ illo ambulabãt. Dixit ergo Iesus ad duodecim:Nunquid & vos vultis abire?
Respondit ergo ei Simon Petrus:Dñe,ad quẽ ibimus? verba vitæ æternæ habes,⌋*& nos cre Matt. 16, c
dimus & cognouimus, quia tu es Christus filius dei.⌊Respondit eis Iesus. Nonne ego vos Marci, 8, d
duodecim elegi,& ex vobis vnus diabolus est? Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariote:hic Luc, 9, c
eñ erat traditurus eum,cum esset vnus ex duodecim.

¶Qũo Iesus clam ad diẽ festũ venerit,& in tẽplo docuerit,licet literas nõ didicerit,li-
uentibus interim scribis & pharisæis,variæ de eo opiniones populi. Cap. VII.

A POst hæc aũt ambulabat Iesus in Galilæã, non eñ volebat in Iudæam ambulare, quia
quærebãt eũ Iudæi interficere. Erat aũt in proximo dies festus Iudæorũ scenopegia.
Dixerunt aũt ad eũ fratres eius. Trãsi hinc,& vade in Iudæã,vt & discipuli tui videãt
opa tua q̃ facis. Nemo qppe in occulto qd facit,& q̃rit ipse in palã esse:si hæc facis,
manifestã teipsum mundo. Neq; eñ frẽs eius credebãt in eũ. Dicit ergo eis Iesus. Tẽpus meũ
nondũ aduenit,tẽpus autẽ vestrũ semper est paratũ. Non potest mundus odisse vos,me autẽ
odit,quia ego testimoniũ perhibeo de illo,q̃ opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem fe
stũ hunc,ego eñ non ascendã ad diem festum istum,quia meum tẽpus nondum impletũ est.
B Hæc cum dixisset,ipse mansit in Galilæa. Vt autẽ ascenderunt fratres eius,tunc & ipse ascen-
dit ad diẽ festum,non manifeste,sed quasi in occulto. Iudæi ergo quærebant eum in die fe-
sto,& dicebant. Vbi est ille? Et murmur multum erat in turba de eo. Quidã eñ dicebãt,Quia
bonus est. Alij autẽ dicebant. Non,sed seducit turbas.*Nemo tamen palam loquebat de illo,
propter metum Iudæorũ. Iam autẽ die festo mediãte,ascendit Iesus in tẽplum,& docebat. Et
mirabant Iudæi,dicentes. Quomodo hic literas scit,cum non didicerit? Respondit eis Iesus,
C & dixit. Mea doctrina non est mea,sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatẽ eius face-
re,cognoscet de doctrina,vtrũ ex deo sit,an ego à meipso loquar. Qui à semetipso loquitur,
gloriã propriã quærit:qui autẽ quærit gloriã eius qui misit eum,hic verax est,& iniustitia in
illo nõ est.*Nonne Moyses dedit vobis legẽ,& nemo ex vobis facit legẽ? Quid me quæritis Leuit, 12, a
interficere? Rñdit turba,& dixit. Dæmoniũ habes,quis te quærit interficere? Rñdit Iesus,&
dixit eis. Vnum opus feci,& oẽs miramini. Propterea Moyses dedit vobis circuncisionẽ,nõ
quia ex Moyse est,sed ex patribus,& in sabbato circunciditis hominẽ. Si circuncisionẽ acci-
pit homo in sabbato,vt nõ soluat lex Moysi,mihi indignamini,q̃a totum hominẽ sanũ feci Deut, 1, c
D in sabbato? Nolite iudicare secundũ faciẽ,*sed iustũ iudiciũ iudicate. Dicebãt ergo quidã ex
Hierosolymitis. Nõne hic est quẽ quærunt interficere? Ecce palã loquit,& nihil ei dicũt. Nũ-
quid vere cognouerunt principes,q̃a hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit,Christus au
tẽ cum venerit,nemo scit vnde sit. Clamabat ergo Iesus in tẽplo,docẽs,& dicẽs. Et me scitis
& vnde sim scitis,& à meipso nõ veni,sed est verus q misit me,quẽ vos nescitis. Ego scio eũ,&
si dixero q̃a nescio eũ,ero similis vobis mendax,sed scio eum,q̃a ab ipso sum,& ipse me misit
Quærebãt ergo eum apprehẽdere,& nemo misit in illum manus,q̃a nõdũ venerat hora eius.
De turba aũt multi crediderunt in eũ,& dicebãt:Christus cum venerit,nunq̃d plura signa fa
ciet q̃ quæ hic facit? Audierũt pharisæi turbã murmurantẽ de illo hæc,& miserũt principes
E & pharisæi ministros vt apprehenderent eum. Dixit ergo eis Iesus. Adhuc modicum tẽpus

Infra.14.b vobiscū sum,& vado ad eū q me misit.*Quæretis me,& nō inuenietis,& vbi ego sum,vos nō
potestis venire.Dixerūt ergo Iudæi ad semetipsos:Quo hic iturus est,qa nō inueniemus eū?
Nunqd in dispsionē gētiū iturus est,& docturus gētes?Quis ē hic sermo quē dixit:Quæretis
me,& nō inuenietis,& vbi ego sum,vos nō potestis venire?¶In nouissimo aūt die magno fe
2.paral.16.c stiuitatis stabat Iesus & clamabat,dicēs:Si qs sitit,veniat ad me & bibat*Qui credit ī me,sicut F
dicit scriptura,fluīa de vētre ei⁹ fluēt aquę viuę.Hoc āt dixit de spū quē accepturi erāt credē
mat.12.b tes ī eū.Nōdū eīn erat spūs datus,qa Iesus nōdū erat glorificat⁹.*Ex illa ergo turba,cū audis
Mich.5.a sent hos sermōes ei⁹,dicebāt:Hic ē vere ,ppheta.Alij dicebāt:Hic ē Chr̄s.*Quidā āt dicebāt:
Mat.2.a Nūqd à Galilæa venit Chr̄s?*Nōne scriptura dicit,qa ex semīe Dauid & de Bethlehē castel
lo,vbi erat Dauid,venit Chr̄s?Dissensio itaq; facta ē in turba ,ppter eū.Quidā āt ex ipsis vo
lebāt apprehēdere eū,sed nemo misit sup eū man⁹.Venerūt ergo ministri ad pōtifices & pha G
risæos,& dixerūt eis illi:Quare nō adduxistis illū?Rn̄derūt ministri:Nunq̄ sic locutus ē hō,si
cut hic hō.Rn̄derūt ergo eis pharisæi.Nūqd & vos seducti estis?Nunqd ex principibus aliqs
Sup.3.a credidit in eū,aut ex pharisæis?Sed turba hæc q̄ nō nouit legē,maledicti sunt.*Dicit Nicode
mus ad eos,ille q venit ad eū nocte,q vn⁹ erat ex ipsis:Nūqd lex nr̄a iudicat hoīem,nisi prius
audierit ab ipso & cognouerit qd faciat?Rn̄derūt,& dixerūt ei:Nūqd & tu Galilæus es?Scru
tare scripturas,& vide,qa à Galilæa ,ppheta nō surgit.Et reuersi sunt vnusqsq; in domū suā.

¶De adultera.Iudæi Chr̄m dæmoniū habere calumniant,lapidareq; parāt. Ca. VIII.

IEsus aūt prexit in montē oliueti,& diluculo iterū venit in tēplū,& oīs populus venit ad A
eū,& sedēs docebat eos.Adducūt aūt scribæ & pharisæi mulierē in adulterio deprehen
sam,& statuerūt eā in medio,& dicūt ei:Magister,hæc mulier mō deprehēsa est in adul
Leui.20.b terio.*In lege aūt Moyses mādauit nobis,hmōi lapidare.Tu ergo qd dicis?Hoc aūt di-
Deut.17.b cebāt,tētātes eū,vt possent accusare eū.Iesus aūt inclinās se deorsum,digito scribebat in terrā
Cū ergo pseuerarēt interrogātes eū,erexit se,& dixit eis:Qui sine pctō est vr̄m,primus in illā
lapidē mittat.Et iterū se inclinās,scribebat in terrā.Audiētes aūt hæc,vnus post vnū exibāt, 32.q.5.3 pl.
incipiētes à senioribus,& remāsit solus Iesus,& mulier in medio stās.Erigēs aūt se Iesus,dixit De pe.dist. 2.ca.si enim
ei:Mulier,vbi sunt q te accusabāt,nemo te cōdēnauit?Quæ dixit:Nemo dn̄e.Dixit aūt Iesus, B
Nec ego te cōdēnabo:Vade,& iā amplius noli peccare.Iterū ergo locutus ē eis Iesus,dicens:
Ego sum lux mūdi,q sequit me,nō ambulat in tenebris,sed habebit lumē vitæ.Dixerūt ergo
ei pharisæi.Tu de teipso testimoniū phibes,testimoniū tuum nō est verū.Rn̄dit Iesus,& dixit
eis,Et si ego testimoniū phibeo de meipso,verū est testimoniū meū,qa scio vn̄ veni,& q̄ va-
Deut.19.d do:vos aūt nescitis vnde venio,aut q̄ vado.Vos scd̄m carnē iudicatis,ego nō iudico quenq̄,&
2.Cor.13.a si iudico ego,iudiciū meū verū est,qa solus nō sum,sed ego & q misit me pr̄.*Et ī lege vr̄a scri
Hebr.10.c ptū est,Quia duorū hoīm testimoniū verū ē.Ego sum q testimoniū phibeo de meipso,& te- C
stimoniū phibet de me q misit me pr̄.Dicebāt ergo ei,Vbi est pr̄ tuus?Rn̄dit Iesus,Neq; me
scitis,neq; patrē meū:si me sciretis,forsitā & patrē meū sciretis.Hæc verba locutus ē Iesus in
gazophylacio,docēs in tēplo,& nemo apprehēdit eū,qa necdū venerat hora eius.Dixit er- 3
go iterū eis Iesus,Ego vado,& q̄retis me,& in pctō vr̄o moriemini.Quo ego vado ,vos non
potestis venire.Dicebāt ergo Iudæi,Nūqd interficiet semetipm̄,qa dicit:q̄ ego vado,vos nō
potestis venire?Et dicebat eis,Vos de deorsū estis,ego de supnis sum,vos de mūdo hoc estis
ego nō sum de hoc mūdo.Dixi ergo vobis,qa moriemini in pctīs vr̄is:si eīn nō credideritis
qa ego sum,moriemini in pctō vestro.Dicebāt ergo ei,Tu qs es?Dixit eis Iesus,Principiū q D
Rom.5.a & loq̄r vobis.Multa habeo de vobis loq & iudicare,*sed q me misit,verax est,& ego q̄ audi-
Græc.eis ui ab eo,hæc loq̄r in mūdo.Et nō cognouerūt,qa patrē † eius dicebat deū.Dixit ergo eis Ie-
sus,Cū exaltaueritis filiū hoīs,tunc cognoscetis qa ego sum,& à meipso facio nihil,sed sicut
docuit me pr̄,hæc loq̄r.Et q me misit,mecū est,& nō reliqt me solū,qa ego q̄ placita sunt ei,
facio semp.Hæc illo loquente,multi crediderunt in eū.Dicebat ergo Iesus ad eos q credide-
runt ei Iudæos,Si vos māseritis in sermone meo,vere discipuli mei eritis,& cognoscetis veri-
tatē,& veritas liberabit vos.Rn̄derunt ei,Semen Abrahæ sumus,& nemini seruiuimus vnq̄,
Rom.6.c qūo tu dicis,Liberi eritis.Respondit eis Iesus,*Amen amen dico vobis,qa oīs qui facit pecca
1.Pet.2.d tum,seruus est peccati:seruus autē non manet in domo in æternum,filius manet in æternū. E
Si ergo vos filius liberauerit,vere liberi eritis.Scio qa filij Abrahæ estis,sed quæritis me inter
ficere,quia sermo meus nō † capit in vobis.Ego quod vidi apud patrē,loquor,& vos quæ vi
distis apud patrem vestrum,facitis.Responderunt,& dixerunt ei,Pater noster Abraham est. χωρεῖ
Dicit eis Iesus,Si filij Abrahæ estis,opera Abrahæ facite.Nunc autē quæritis me interficere
hominē q veritatē vobis locutus sum,quā audiui à deo,hoc Abrahā nō fecit.Vos facitis opa
patris vestri.Dixerūt itaq; ei,Nos ex fornicatiōe nō sumus nati,vnū patrē habemus,deū.Di-
xit ergo eis Iesus.Si deus pr̄ vester eēt,diligeretis utiq; me,ego eīn ex deo ,pcessi & ueni,neq;
eīn à meipso ueni,sed ille me misit.Quare loquelā meā nō cognoscitis?Quia nō potestis au- F
dire sermonē meū.*Vos ex pr̄e diabolo estis,& desideria pr̄is vr̄i uultis facere.Ille homicida

3.q.7.ca.ve- erat ab initio,& in veritate nõ ſtetit,q̃a nõ eſt veritas in eo cũ loq̄t mendaciũ,ex ꝓpriis loq̄t,q̃a
ſtet. mẽdax eſt,& pr̃ eius. Ego aũt q̃a veritatem dico,nõ creditis mihi. Quis ex vobis arguit me de 1.Iohã.4.a
pctõ? Si veritatẽ dico q̃re vos nõ creditis mihi? *Qui ex deo eſt,verba dei audit: Propterea vos
nõ auditis,q̃a ex deo nõ eſtis. Rñderũt ergo Iudæi,& dixerũt ei, Nonne bñ dicimus nos q̃a Sa-
maritanus es tu,& dęmoniũ habes? Rñdit Ieſus: Ego dæmonium nõ habeo, ſed honorifico pa
G trẽ meũ,& vos inhonoraſtis me. Ego aũt nõ q̃ro gloriã meã,eſt q̄ q̃rat & iudicet. Amẽ amẽ di-
co vobis,ſi q̄s ſermonẽ meũ ſeruauerit,mortẽ nõ videbit in ęternũ. Dixerũt ergo ei Iudęi: Nũc
cognouimus q̃a dæmoniũ habes. Abrahã mortuus eſt & prophetæ,& tu dicis, Si q̄s ſermonẽ
meũ ſeruauerit,nõ guſtabit mortẽ in ęternũ, Nunq̄d tu maior es pr̃e nr̃o Abraham,q̄ mortuus
eſt,& ꝓphetæ mortui ſunt? Quẽ teipm̃ facis? Rñdit Ieſus, Si ego glorifico meipm̃,gloria mea
nihil eſt,eſt pr̃ meus q̄ glorificat me,quẽ vos dicitis q̃a deus nr̃ eſt,& nõ cognouiſtis eũ,ego aũt
noui eũ. Et ſi dixero q̃a nõ ſcio eũ,ero ſilis vobis mẽdax. Sed ſcio eũ,& ſermonẽ eius ſeruo. A-
7.q.1.ca.ad- brahã pr̃ vr̃ exultauit vt videret diẽ meũ,& vidit,& gauiſus eſt. Dixerũt ergo Iudęi ad eũ, Qui-
uerſitas. q̄gintа annos nondũ habes,& Abrahã vidiſti? Dixit ei Ieſus, Amẽ amẽ dico vobis, anq̃ Abra-
hã fieret ego ſum. Tulerũt ergo lapides vt iacerẽt in eũ. Ieſus aũt abſcõdit ſe & exiuit de tẽplo.

¶De cæco nato reſtituto, Atq; hinc phariſæorũ rixæ. Cap. IX

A ET ꝓteriẽs Ieſus, vidit hoĩem cæcũ à natiuitate,& interrogauerũt eũ diſcipuli eius, Rab-
bi,q̄s peccauit? hic aut parentes eius,vt cęcus naſceret? Rñdit Ieſus, Neq; hic peccauit,
neq; parẽtes eius,ſed vt manifeſtent opera dei in illo. Me optet opari opa eius q̄ mi-
ſit me,donec dies eſt,venit nox q̄n nemo põt opari. Quãdiu ſum in mũdo,lux ſum mũ
24.q.2.§.1. di. Hoc cũ dixiſſet,expuit in terrã,& fecit lutũ ex ſputo,& liniuit lutũ ſup oculos eius, & dixit ei.
B Vade,laua in natatoria Siloe,q̄d interp̃tat miſſus. Abiit ergo & lauit,& venit vidẽs. Itaq; vicini
& q̄ viderãt eũ prius,q̃a mẽdicus erat,dicebãt, Nõne hic eſt q̄ ſedebat & mẽdicabat? Alii dice-
bãt, Quia hic eſt, Alii aũt. Nequaq̃,ſed ſimilis eſt ei. Ille vero dicebat, Quia ego ſum. Dicebãt er
go ei, Q̃uo apti ſunt tibi oculi? Rñdit, Ille hõ q̄ dr̃ Ieſus,lutũ fecit,& vnxit oculos meos, & dixit
mihi, Vade ad natatoriam Siloe,& laua. Et abii, & laui,& video. Et dixerũt ei, Vbi eſt ille? Ait.
C Neſcio. Adducũt ad phariſæos eũ,q̄ cæcus fuerat. Erat aũt ſabbatũ q̄n lutũ fecit Ieſus,& aperu
it oculos eius. Iterũ ergo interrogabãt eũ phariſæi q̃uo uidiſſet, Ille aũt dixit eis, Lutũ mihi po-
ſuit ſup oculos & laui & video. Dicebãt ergo ex phariſæis q̄dã, Nõ eſt hic hõ à deo,q̄ ſabbatũ
nõ cuſtodit. Alii aũt dicebãt, Q̃uo põt hõ peccator hæc ſigna facere? Et ſciſma erat inter eos.
Græ. quia Dicũt ergo cæco iterũ. Tu q̄d dicis de illo, †q̄ apuit oculos tuos? Ille aũt dixit, Quia ꝓpheta eſt.
Nõ crediderũt ergo Iudæi de illo q̃a cæcus fuiſſet & vidiſſet,donec vocauerũt parẽtes eius q̄ vi
derat,& interrogauerũt eos,dicẽtes, Hic eſt filius vr̃,quẽ vos dicitis,q̃a cæcus natus eſt,q̃uo er-
D go nũc videt? Rñderũt eis parẽtes eius,& dixerũt, Scimus q̃a hic eſt filius nr̃,& q̃a cæcus natus
eſt,q̃uo aũt nunc videat neſcimus,aut q̄s eius apuit oculos nos neſcimus,ipm̃ interrogate,ętatẽ
habet,ipe de ſe loquat. Hæc dixerũt parẽtes eius,q̄m timebãt Iudæos,iã eñ cõſpirauerãt Iudęi
De conſ.d.4 vt ſi q̄s eũ cõfiteret eſſe Chr̃m,extra ſynagogã fieret. Propterea parẽtes eius dixerũt, Quia ęta-
c.cum pro tẽ habet ipm̃ interrogate. Vocauerũt ergo rurſum hominẽ q̄ fuerat cęcus,& dixerũt ei, Da glo
riã deo,nos ſcimus q̃a hic hõ peccator eſt. Dixit ergo eis ille, Si pctõr eſt,neſcio,vnũ ſcio,q̃a cæ
cus cũ eẽm,mõ video. Dixerũt ergo illi, Quid fecit tibi? q̃uo apuit tibi oculos? Rñdit eis, Dixi vo
bis iã,& audiſtis,q̄d iterũ vultis audire? nunq̄d & uos vultis diſcipuli eius fieri? Maledixerunt
E ergo ei,& dixerũt. Tu diſcipulus illius ſis,nos aũt Moyſi diſcipuli ſumus. Nos ſcimus q̃a Moyſi
locutus eſt deus,hũc aũt neſcimus vnde ſit. Rñdit ille hõ,& dixit eis, In hoc eñ mirabile eſt, q̃a
vos neſcitis vñ ſit,& apuit meos oculos. Scimus aũt q̃a pctõres deus nõ audit,ſed ſi q̄s dei cul-
tor eſt,& volũtatẽ eius facit,hũc exaudit. A ſeculo nõ ẽ auditũ,q̃a q̄s apuit oclo̅s cæci nati. Niſi
F hic eẽt à deo, nõ poterat facere q̄cq̃. Rñderũt & dixerũt ei, In pctĩs natus es totus,& tu doces
nos? Et eiecerũt eũ foras. ¶ Audiuit Ieſus q̃a eiecerũt eũ foras,& cũ inueniſſet eũ, dixit ei. Tu
credis in filiũ dei? Rñdit ille,& dixit, Quis eſt dñe, vt credã in eũ? Et dixit ei Ieſus, Et vidiſti eũ,
& q̄ loq̄t tecũ,ipe eſt. At ille ait, Credo dñe. Et ꝓcidẽs adorauit eũ. Et dixit ei Ieſus, In iudicium
ego in hunc mundũ veni, vt q̄ nõ vidẽt, videãt,& q̄ uidẽt,cæci fiãt. Et audierũt q̄dã ex phariſæ
G is q̄ cũ ipſo erant,& dixerũt ei, Nunq̄d & nos cæci ſumus? Dixit eis Ieſus, Si cæci eſſetis,nõ habe
retis pctm̃,nunc uero dicitis, Quia videmus. Pctm̃ ergo ueſtrum manet.

¶De paſtore bono & mercenario. Sciſcitant Iudæi an Ieſus ſit Chriſtus. Cap. X.

A AMen amẽ dico uobis,q̄ nõ intrat ꝑ oſtiũ in ouile ouiũ,ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt
& latro, Qui aũt intrat ꝑ oſtiũ,paſtor eſt ouiũ. Huic oſtiarius apit,& oues uocẽ eius
12.qu.4.ca. audiũt,& ꝓprias oues uocat noĩatim,& educit eas. Et cũ ꝓprias oues emiſerit, añ eas
eos. uadit,& oues illũ ſequunt,q̃a ſciũt uocẽ eius. Alienum aũt nõ ſequunt, ſed effugiũt ab
eo,q̃a nõ nouerũt uocẽ alienorũ. Hoc ꝓuerbiũ dixit eis Ieſus,illi aũt nõ cognouerũt q̄d loquere
B tur eis. Dixit ergo eis iterũ Ieſus. Amẽ amẽ dico uobis,q̃a ego ſum oſtiũ ouiũ. Oẽs q̄tq̄t uenerũt
fures ſunt & latrones,ſed nõ audierũt eos oues. Ego ſum oſtiũ,ꝑ me ſi q̄s introierit ſaluabit, &

Esa.40.c ingredietur,& egredietur,& pascua inueniet. Fur nō venit nisi vt furetur,& mactet,& pdat. *Ego ve
Ezec.34.f ni vt vitā habeāt,& abundātius habeāt. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animā suā dat p C
g.&.37.f ouibus suis. Mercenarius aūt & q nō est pastor, cuius nō sunt oues ppriæ, videt lupū venientē,
& dimittit oues & fugit,& lupus rapit & dispgit oues: mercenarius aūt fugit, qa mercenarius ē De pe. di.4
& nō ptinet ad eū de ouibus. Ego sum pastor bonus,& cognosco oues meas,& cognoscūt me §.hanc
meæ. Sicut nouit me pr̄,& ego agnosco patrē,& animā meā pono p ouibus meis. Et alias oues
habeo, q̄ nō sunt ex hoc ouili,& illas optet me adducere,& vocē meā audiēt,& fiet vnū ouile &
vnus pastor. Propterea me diligit pr̄, qa ego pono animā meā, vt iterū sumam eā. Nemo tollit
eā à me, sed ego ponā eā à meipso. Ptātem habeo ponēdi eā,& potestatem habeo iterū sumēdi
eā. Hoc mandatū accepi à pr̄e meo. Dissensio iterū facta est inter Iudæos pp̄ter sermones hos. D
1.mach.4.b Dicebāt aūt multi ex ipsis, Dæmoniū habet,& insanit, qd eū auditis? Alij dicebant, Hæc verba
nō sunt dæmoniū habētis, nunqd dæmoniū pōt cæcorū oculos apire? ¶ *Facta sunt aūt encæ-
nia in Hierosolymis,& hyems erat. Et ambulabat Iesus in tēplo in porticu Salomonis. Circū-
dederūt ergo eū Iudæi,& dicebāt ei: Quousq; animā n̄ram tollis? si tu es Chr̄us, dic nobis palā.
Rn̄dit eis Iesus, Loq̄r vobis,& nō creditis. Opa q̄ ego facio noīe pr̄is mei, hæc testimoniū phi- 24 q.1 puill
bēt de me: sed vos nō creditis, qa vos nō estis ex ouibus meis. Oues meæ vocē meā audiūt,& e- uer.
go cognosco eas,& sequunt me,& ego vitā æternā do eis,& nō pibunt in æternū,& nō rapiet
eas quisq̄ de manu mea. Pater meus q dedit mihi, maior oībus est,& nemo pōt rapere de manu E
pr̄is mei. Ego & pr̄ vnū sumus. Sustulerūt ergo lapides Iudæi, vt lapidarēt eū. Rn̄dit eis Iesus:
Esa.41.a b *Multa bona opa oñdi vobis ex pr̄e meo, pp̄ter q̄d eorū opus me lapidatis? Rn̄derunt ei Iudæi:
Psal.81.b De bono ope nō lapidamus te, sed de blasphemia: & qa tu homo cū sis, facis teipsum deū. Rn̄dit
eis Iesus: Nonne scriptū est in lege v̄ra, *Quia ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad q̄s sermo-
dei factus est,& non potest solui scriptura, quē pr̄ sanctificauit,& misit in mundū, vos dicitis: F
Quia blasphemas, qa dixi filius dei sum? Si nō facio opa pr̄is mei, nolite credere mihi: si aūt facio
& si mihi nō vultis credere, opibus credite, vt cognoscatis & credatis, qa pr̄ in me est,& ego in
patre. Querebāt ergo eum apprehendere,& exiuit de manibus eorū. ¶ Et abijt iterū trans Ior-
danē in eū locū, vbi erat Iohannes baptizans primū,& mansit illic. Et multi venerunt ad eū, & G
dicebant: Quia Iohannes quidem signum fecit nullum. Omnia autem quæcunq; dixit Iohan- •
nes de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum.

¶ De Lazaro resuscitato,& consilio pharisæorū de perdendo Christo. Cap. XI.

ERat aūt qdam languēs Lazarus à Bethania, de castello Mariæ & Marthæ sororū eius.
Maria aūt erat q̄ vnxit dn̄m vnguento,& extersit pedes eius capillis suis, cuius frater A
Lazarus infirmabat. Miserūt ergo sorores eius ad eū, dicētes: Dn̄e, ecce quē amas, in-
firmat. Audiēs aūt Iesus, dixit eis, Infirmitas hæc non est ad mortē, sed p gloria dei, vt
glorificet filius dei p eā. Diligebat aūt Iesus Marthā,& sororē eius Mariā,& Lazarū. Vt ergo
audiuit qa infirmabat, tūc qdē mansit in eodē loco duobus diebus, deinde post hæc dicit disci-
pulis suis, Eamus in Iudæā iterū. Dicūt ei discipuli, Rabbi, nūc q̄rebāt te Iudæi lapidare,& iterū
vadis illuc? Rn̄dit Iesus. Nōne duodecim sunt horæ diei? Si qs ambulauerit in die, nō offendit, B
qa lucē huius mundi videt, si aūt ambulauerit in nocte, offendit, qa lux non est in eo. Hęc ait &
post hæc dicit eis: Lazarus amicus n̄r dormit, sed vado ut à somno exuscitem eū. Dixerūt ergo
discipuli eius, Dn̄e, si dormit, saluus erit. Dixerat aūt Iesus de morte eius, illi aūt putauerūt, qa
de dormitiōe somni diceret. Tūc ergo Iesus dixit eis manifeste, Lazarus mortuus ē.& gaudeo
pp̄ter vos, ut credatis, qm̄ nō erā ibi, sed eamus ad eū, Dixit ergo Thomas q dicit Didymus, ad
cōdiscipulos, Eamus & nos, vt moriamur cū eo. Venit itaq; Iesus,& inuenit eū q̄tuor dies iā in
monumēto habētē. Erat aūt Bethania iuxta Hierosolymā q̄si stadijs qndecim. Multi aūt ex Iu-
dæis venerāt ad Marthā & Mariā, vt cōsolarent eas de fratre suo. Martha ergo ut audiuit quia C
Iesus uenit, occurrit illi. Maria autē domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum, Dn̄e, si fuisses
hic, frater meus nō fuisset mortuus, sed & nūc scio, qa q̄cunq; poposceris à deo, dabit tibi deus.
Dicit illi Iesus, Resurget frater tuus. Dicit illi Martha, Scio qa resurget in resurrectiōe in nouissi
mo die. Dixit ei Iesus, Ego sum resurrectio & vita, q credit in me, etiā si mortuus fuerit, viuet:
& oīs q viuit & credit in me, nō moriet in æternū. Credis hoc? Ait illi: Vtiq; dn̄e, ego credidi
qa tu es Chr̄us filius dei uiui, q in hūc venisti. Et cū hæc dixisset, abijt & vocauit Mariam soro-
rē suā silētio, dicēs. Mgr̄ adest,& uocat te. Illa ut audiuit, surgit cito,& venit ad eū. Nondū eñ D
venerat Iesus in castellū, sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo q erāt
cū ea in domo,& cōsolabant eā, cū vidissent Mariā qa cito surrexit & exiuit, secuti sunt eā, dicē
tes, Quia vadit ad monumentū vt ploret ibi. Maria ergo cū uenisset vbi erat Iesus, uidēs eū, ce-
cidit ad pedes eius,& dicit ei: Dn̄e si fuisses hic, nō eēt mortuus, frater meus. Iesus ergo vt uidit
eā plorantē,& Iudæos q uenerāt cū ea plorātes, infremuit sp̄ū,& turbauit seip̄m,& dixit, Vbi
posuistis eū? Dicūt ei: Dn̄e, ueni & uide. Et lachrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce E
q̄uo amabat eū. Quidā aūt ex ipsis dixerūt, Nō poterat hic q aperuit oculos cæci nati, facere ut
hic non,

hic nõ moreref? Iesus ergo rursum fremẽs in semetipſo, venit ad monumentũ. Erat aũt ſpelun-
ca,& lapis ſuperpoſitus erat ei. Ait Ieſus: Tollite lapidẽ. Dicit ei Martha ſoror eius q mortuus
fuerat: Dñe iam fœtet, quatriduanus eſt eñ. Dicit ei Ieſus. Nonne dixi tibi, qm̃ ſi credideris, ui-
debis gloriã dei? Tulerũt ergo lapidẽ. Ieſus aũt eleuatis rurſum oculis, dixit: Pater gr̃as ago tibi,
F qm̃ audiſti me, ego aũt ſciebã qa ſemp me audis, ſed ,ppter populũ q circũſtat dixi, vt credant
n.q.3. ca. ſic uero. De pœ. diſt.1. §. hoc idem. ca. quē — qa tu me miſiſti. Hæc cũ dixiſſet voce magna clamauit, Lazare ueni foras. Et ſtatim prodijt q
fuerat mortuus ligatus manus & pedes inſtitis,& facies eius ſudario erat ligata. Dixit eis Ieſus,
Soluite eũ & ſinite abire. Multi ergo ex Iudæis q uenerãt ad Mariã & Marthã,& uiderãt q̃ fe-
cit Ieſus crediderũt in eũ, qdã aũt ex ipſis abierũt ad phariſæos,& dixerũt eis q̃ fecit Ieſus. Col-
legerũt ergo põtifices & phariſæi cõcilium,& dicebãt. Quid facimus? quia hic homo multa ſi-
gna facit. Si dimittimus eũ ſic, oẽs credẽt in eum,& uenięt Romani,& tollent noſtrũ locũ & gẽ
tem. Vnus aũt ex ipſis Caiphas noĩe, cũ eſſet pontifex anni illius, dixit eis, Vos neſcitis qcq̃, nec
cogitatis, qa expedit nobis ut unus moriaſ hõ pro populo,& nõ tota gens pereat. Hoc aũt à ſe-
metipſo nõ dixit, ſed cũ eſſet põtifex anni illius, ,pphetauit q̊d Ieſus moriturus erat pro gẽte, & Matt.26.a
nõ tm̃ pro gente, ſed ut filios dei qui erãt diſpſi, cõgregaret in unũ.⌋*Ab illo ergo die cogita- Lucæ.22.b
G uerunt ut interficerẽt eum. ¶⌊Ieſus ergo iam nõ in palam ambulabat apud Iudæos, ſed abijt in
regionẽ iuxta deſertũ, in ciuitatẽ q̃ dicif Ephrem,& ibi morabaf cum diſcipulis ſuis. Proximũ
autẽ erat Paſcha Iudæoꝝ, & aſcenderunt multi Hieroſolymã de regione ante Paſcha, vt ſan-
ctificarẽt ſeipſos. Querebãt ergo Ieſum,& colloquebanf ad inuicẽ in templo ſtantes: Quid pu-
tatis, quia nõ venit ad diẽ feſtum iſtum. Dederant autẽ pontifices & phariſæi mandatum, Vt ſi
quis cognouerit vbi ſit, indicet, vt apprehendant eum.

¶De muliere vngẽte,& aſella. Grçci interrogãt Philippũ. Vox de cœlo ad Chr̃m. Cap. XII.

A IEſus ergo an̄ ſex dies Paſchæ venit Bethaniã, vbi Lazarus fuerat mortuus, quẽ ſuſcitauit
Ieſus. Fecerunt aũt ei cœnã ibi,& Martha miniſtrabat. Lazarus vero vnus erat ex diſcũ-
bẽtibus cũ eo.⌋*Maria ergo accepit librã vnguẽti nardi piſticæ præcioſi, & unxit pedes Matt.26.a
Ieſu,& extersit pedes eius capillis ſuis,& domus impleta eſt ex odore vnguẽti. *Dixit er- mar.14.a Luc.7.f
B go vnus ex diſcipulis eius Iudas Iſcariotes, q erat eũ traditurus, Quare hoc vnguentũ nõ venijt Mat.26.a
de pœ. diſt.2. quantalibet — trecentis denarijs,& datũ eſt egenis? Dixit aũt hoc, nõ qa de egenis ptinebat ad eũ, ſed qa fur e-
rat,& loculos hñs, ea q̃ mittebanf portabat. Dixit ergo Ieſus: Sine illã, in diẽ ſepulturæ meæ ſer-
uauit illud. Paupes eñ ſemp habetis uobiſcũ, me aũt non ſemp habetis. ⌊Cognouit ergo turba
multa ex Iudęis, qa illic eſt,& uenerũt nõ ,ppter Ieſum tm̃, ſed vt Lazaꝝ viderẽt, quẽ ſuſcitauit
à mortuis. Cogitauerũt aũt principes ſacerdotũ, ut & Lazaꝝ interficerẽt: qa multi ,ppter illũ
abibãt ex Iudæis,& credebãt in Ieſum. ¶In craſtinũ aũt turba multa q̃ uenerat ad diẽ feſtũ, cũ Marc.14.a
C audiſſent qa uenit Ieſus Hieroſolymã.⌋*acceperunt ramos palmaꝝ,& proceſſerunt obuiã ei, mar.11.a
& clamabãt: Hoſanna, bñdictus q uenit in noĩe dñi rex Iſrael. Et inuenit Ieſus aſellũ,& ſedit ſup mar.21.b Lucæ.19.f
eum, ſicut ſcriptũ eſt: *Noli timere filia Sion, ecce rex tuus uenit, ſedens ſup pullũ aſinæ. ⌊Hæc Zach.9.b
nõ cognouerũt diſcipuli eius primũ, ſed qñ glorificatus eſt Ieſus, tũc recordati ſunt, qa hęc erãt Eſa.62.d
ſcripta de eo,& hæc fecerũt ei. Teſtimoniũ ergo phibebat turba, q̃ erat cũ eo qñ Lazaꝝ uoca- mat.21.a
uit de monumẽto & ſuſcitauit eũ à mortuis. Propterea & obuiã uenit ei turba, qa audierũt eũ
D feciſſe hoc ſignũ. Phariſæi ergo dixerũt ad ſemetipſos: Videtis quia nihil proficimus: ecce mun-
dus totus poſt eũ abijt. ¶Erãt aũt quidã gẽtiles ex his qui aſcenderãt, ut adorarent in die feſto.
Hi ergo acceſſerũt ad Philippũ, qui erat à Bethſaida Galilææ,& rogabãt eũ dicẽtes: Dñe, uolu-
mus Ieſum uidere. Venit Philippus & dicit Andreæ. Andreas rurſum & Philippus dixerũt Ie-
ſu. Ieſus aũt rñdit eis, dicẽs: Venit hora ut clarificeſ filius hoĩs. Amẽ amẽ dico uobis, niſi granũ
frumẽti cadẽs in terrã mortuũ fuerit, ipm̃ ſolũ manet, ſi aũt mortuũ fuerit, multũ fructũ affert.⌋
E *Qui amat animã ſuã, pdet eã: & qui odit animã ſuã in hoc mũdo, in uitã æternã cuſtodit eã. Si mat.10.d & 16 d
quis mihi miniſtrat, me ſequatr: & ubi ſum ego, illic & miniſter meus erit. ⌊Si quis mihi miniſtra mar.8.b
uerit, honorificabit eũ pater meus. Nũc anima mea turbata eſt. Et qd dicã? Pater ſaluifica me Luc.9.c
ex hac hora. Sed propterea ueni in horã hãc. Pr̃, clarifica nomen tuũ. Venit ergo vox de cœlo, & 17.g
dicẽs: Et clarificaui,& iteꝝ clarificabo. Turba ergo q̃ ſtabat & audierat, dicebat tonitruũ eſſe
factũ. Alij autẽ dicebant: Angelus ei locutus eſt. Rñdit Ieſus,& dixit: Non propter me hæc uox
uenit, ſed propter vos. Nũc iudiciũ eſt mũdi, nũc princeps huius mundi eijcieſ foras. Et ego ſi
ad breue tps — exaltatus fuero à terra †oĩa trahã ad me ipſum: hoc autẽ dicebat, ſignificãs q̃ morte eſſet mori- Pſal.109.b
turus. Rñdit ei turba. Nos audiuimus ex lege, *quia Chriſtus manet in æternũ,& quomodo tu & 110.a
omnes. — dicis: Oportet exaltari filiũ hoĩs? Et qs eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis Ieſus. Adhuc †mo- Eſa.40.c
F dicũ lumẽ in uobis eſt, Ambulate dũ lucem habetis, ut nõ vos tenebræ cõprehendant,& q am- Ezec.37.g
bulat in tenebris, neſcit quo uadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis ſitis. Hæc
locutus eſt Ieſus,& abijt,& abſcondit ſe ab eis. Cum aũt tanta ſigna feciſſet coram eis, nõ crede
bant in eum, ut ſermo Eſaiæ prophetæ impleref, quem dixit, *Dñe qs credidit auditui noſtro? Eſa.53.a
& brachium domini cui reuelatum eſt? Propterea non poterant credere, quia iteꝝ dixit Eſa- Rom.10.d

 ias,⌋*

Esa. 6.c 40 ⌋*Excæcauit oculos eoꝝ,& indurauit cor eoꝝ,vt nõ videãt oculis, & nõ intelligãt corde,
mat. 13.b & cõuertant,& sanem eos.⌊Hæc dicit Esaias,qñ vidit gloriã eius,& locutus est de eo. Verun-
mar. 4.b tamen& ex principibus multi crediderunt in eũ,sed propter pharisæos non cõfitebant,vt è sy-
Luc. 8.b
Actu. 26.f nagoga non eijcerent. Dilexerũt eñi gloriã hominũ magis,ꝗ gloriam dei. Iesus aũt clamauit & G
Rom. 11.b dixit:Qui credit in me,nõ credit in me,sed in eum qui misit me,Et qui videt me,videt eũ q mi-
sit me. Ego lux in mundũ ueni,vt omnis qui credit in me,in tenebris nõ maneat. Et si qs audi-
erit verba mea,& non custodierit,ego non iudico eum. Non eñi veni vt iudicẽ mundũ,sed vt
saluum faciam mundũ. Qui spernit me,& non accipit verba mea,habet qui iudicet eũ. Sermo
quẽ loquutus sum,ille iudicabit eum in nouissimo die. Quia ego,ex meipso nõ sum loquutus,
sed qui misit me pater,ipse mihi mandatum dedit quid dicam & quid loquar,& scio quia man-
datum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor,sicut dixit mihi pater, sic loquor.

¶Iesus lauat suoꝝ pedes,prodit à Iuda,hortat ad charitatẽ. Cap. XIII.

ANte diem festũ paschæ,sciens Iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mũdo ad A
patrem,cũ dilexisset suos,q erant in mundo,in finem dilexit eos. Et cœna facta⌊*cũ Iudæ 8 ista
iam diabolus misisset in cor † vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes,⌊sciẽs,qa oia notæ ut tra-
dedit ei pater in manus,& qa à deo exiuit,& ad deũ uadit,surgit à cœna,& ponit ve- de. &c
stimenta sua:& cũ accepisset lintheum,præcinxit se. Deinde misit aquã in peluim,& cœpit la-
uare pedes discipuloꝝ,& extergere lintheo q̃ erat ꝑcinctus. Venit ergo ad Simonẽ Petrũ. Et
dicit ei Petrus:Dñe,tu mihi lauas pedes? Rñdit Iesus ,& dixit ei: Quod ego facio, tu nescis mõ,
scies aũt postea. Dicit ei Petrus. Nõ lauabis mihi pedes in æternũ: Rñdit ei Iesus:Si nõ lauero te,
nõ habebis ptẽ mecũ. Dicit ei Simon Petrus,Dñe,nõ tm̃ pedes meos,sed & manus & caput.
Dicit ei Iesus,Qui lotus est,non indiget nisi vt pedes lauet,sed est mundus totus. Et vos mundi
estis,sed nõ oẽs. Sciebat eñi quisnã esset q traderet eum,propterea dixit,Nõ estis mundi oẽs, B
Postꝗ ergo lauit pedes eoꝝ,& accepit uestimenta sua,cũ recubuisset iteꝝ,dicit eis,Scitis qd fe-
cerim uobis? Vos vocatis me mgr̃ & dñe,& bene dicitis,sum etẽi. Si ergo ego laui pedes ur̃os,
dñs & mgr̃,& uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplũ eñi dedi vobis,ut quemadmodũ
Mat. 10.c ego feci uobis,ita & uos faciatis.⌋*Amen amen dico uobis,non est seruus maior dño suo,neq̧
Luc. 6.f apostolus maior eo q misit illũ.⌊Si hæc scitis,beati eritis si feceritis ea. Nõ de oĩbus vobis di-
infra. 15.c co,ego scio q̊s elegerim. Sed ut adimpleat scriptura,*Qui manducat mecũ panem, leuauit cõ-
tra me calcaneũ suũ. Amodo dico uobis,priusꝗ fiat,ut cũ factũ fuerit,credatis, quia ego sum.⌋ C
Psal. 40.c *Amen amen dico uobis,qui accipit si quẽ misero,me accipit,qui aũt me accipit, accipit eũ qui
me misit.⌊Cum hæc dixisset Iesus,turbatus est spiritu,& protestatus est,& dixit. Amen amen
mat. 10.d.& dico vobis,quia unus ex uobis tradet me. Aspiciebant ergo ad inuicẽ discipuli, hæsitantes de q̊
10.a
marc. 9.f diceret. Erat ergo recũbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu,quẽ diligebat Iesus. Innuit ergo
Lu. 9. f. 10.c huic Simon Petrus,& dixit ei,Quis est de quo dicit? Itaq; cũ recubuisset ille supra pectus Iesu, 2.q.1.c.unum
Mat. 26. b dicit ei,Dñe,quis est? Rñdit Iesus,Ille est, cui ego intinctũ panẽ porrexero. Et cũ intinxisset pa-
mar. 14.b
Lucæ. 22.b nem,dedit Iudæ Simonis Iscariotæ.⌋¶*Et post buccellã,introiuit in eũ satanas.⌊Et dicit ei Ie
sus,Quod facis,fac citius. Hoc aũt nemo sciuit discumbentiũ, aut quid dixerit ei. Quidã eñi pu-
Luc. 22.c tabãt,quia loculos habebat Iudas,qd̄ dixisset ei Iesus,Eme ea q̃ opus sunt nobis ad diem festum D
aut egenis ut aliquid daret. Cũ ergo accepisset ille buccellã,exiuit cõtinuo. Erat autẽ nox. Cum
ergo exisset dixit Iesus,Nunc clarificatus est filius homis,& deus clarificatus est in eo. Si deus
clarificatus est in eo,& deus clarificabit eum in semetipso,& continuo clarificabit eũ.¶Filioli
Supra. 7.e *adhuc modicũ vobiscũ sum. Queretis me,& sicut dixi Iudæis,q̊ ego vado vos nõ potestis ve-
nire,& uobis dico mõ.*Mandatũ nouũ do uobis, ut diligatis inuicẽ, sicut dilexi uos,ut & uos
1. Ioh. 2.b diligatis inuicẽ,In hoc cognoscent oẽs,quia discipuli mei estis,si dilectionẽ habueritis ad inui-
infra. 15.b
cem. Dicit ei Simõ Petrus,Dñe q̊ uadis? Rñdit Iesus,Quo ego uado,nõ potes me mõ seq,seq̄ris
aũt postea. Dicit ei Petrus,Quare nõ possum te sequi mõ,aĩam meã ꝑ te ponã. Rñdit ei Iesus,
Matt. 26.d Animã tuã pro me pones? ⌋*Amen amen dico tibi,nõ cantabit gallus donec ter me neges.
mar. 14.c
Lucæ. 22.c ¶Corroborat suoꝝ animos varijs promissionibus ac instructionibus. Cap. XIIII.

ET ait discipulis suis,Non turbet cor uestrum,Creditis in deũ, & in me credite. In do- A
mo patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus,dixissem uobis,Quia uado parare De pœ. dist.
uobis locũ. Et si abiero & præparauero uobis locũ,iteꝝ uenio & accipiã uos ad meipm 4.c. in domo
ut vbi sum ego,& uos sitis,& q̊ ego uado scitis,& uiã scitis. Dicit ei Thomas,Dñe,ne-
scimus quo uadis,& quomodo possumus uiam scire? Dicit ei Iesus,Ego sum uia,& ueritas, &
uita,nemo uenit ad patrem, nisi per me. Si cognouissetis me,& patrem meum utique cogno-
uissetis, & amodo cognoscetis eum, & uidistis eum. Dicit ei Philippus, Domine , ostende no-
bis patrem,& sufficit nobis. Dicit ei Iesus . Tanto tempore uobiscum sum,& non cognouistis
me? Philippe,qui uidet me, videt ad patrem,Quomodo tu dicis. Ostẽde nobis patrem? Non B
credis quia ego in patre,& pater in me est? Verba quæ ego loquor uobis,à meipso non loquor
pater autem in me manens,ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre,& pater in me est?

Alio

Alioquin propter opera ipsa credite. Amen amen dico vobis, q in me credit, opera quę ego fa
cio, & ipse faciet: & maiora horꝫ faciet, qa ego ad patrem vado. Et quodcūq; petieritis patrem Infra.16.c.f
in noīe meo, hoc faciā, vt glorificet pater in filio. ⌋ *Si qd petieritis me in noīe meo, hoc faciā. Mat.7.a,
Si diligitis me, mandata mea seruate. ⌊ Et ego rogabo patrem, & aliū paracletū dabit vobis, vt &.17.c
C maneat vobiscū in æternū, spm̄ veritatis, quē mundus non potest accipere: qa non videt eum, Mar.11.c,
manet, nec scit eū: vos aūt cognoscetis eū, quia apud vos † manebit, & in vobis erit. Non relinquā vos
orphanos, veniā ad vos. Adhuc modicū, & mūdus me iā non videt. Vos aūt videtis me, qa ego
viuo, & vos viuetis. In illo die vos cognoscetis, qa ego sum ī p̄re meo, & vos in me, & ego in vo
bis. Qui habet mādata mea, & seruat ea, ille ē q diligit me. Qui aūt diligit me, diligeť à p̄re meo,
& ego diligā eum, & manifestabo ei meipsum. Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes: Domine, quid
factū est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo? Respōdit Iesus, & dixit ei: Si qs
diligit me, sermonem meū seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eū veniemus, & mansionē
ὁ λόγος. apud eum faciemus, qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et † sermonem quem audi
stis non est meus, sed eius q misit me, patris. Hæc locutus sum vobis, apud vos manens. Paracle
D tus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & sugge
ret vobis om̄ia quæcunq; † dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non dixi
quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbeť cor vestrū, neq; formidet. Audistis qa ego
dixi vobis: Vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtiq;, quia vado ad patrem, quia
33.q.1. nisi pater maior me est. Et nunc dixi vobis, priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis. Iam non
multa loquar vobiscum: venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed
vt cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Sur-
gite, eamus hinc,

¶ Chr̄m esse vitem & patrē agricolā, rursum hortať ad charitatem. Ca. XV.

A EGo sum vitis vera, & pater meus agricola est. Omnem palmitē in me non ferentē fru tollit
ctum † tollet eū, & omnē q fert fructū, † purgabit eū, vt fructus plus afferat. Iam vos purgat
mundi estis propter sermonem quē locutus sum vobis. Manete in me, & ego in vobis.
Sicut palmes nō potest ferre fructū à semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos nisi in
me manseritis. Ego sum uitis, uos palmites, q manet in me, & ego in eo, hic fert fructū multum,
qa sine me nihil potestis facere. Si qs in me non manserit, mitteť foras sicut palmes, & arescet,
& colligent eū, & in ignē mittunt, & ardet. ⌊ * Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manse- Mat.21.a,
B rint, quodcūq; uolueritis petetis, & fiet uobis. ⌊ In hoc clarificatus est pater meus, ut fructū plu Mar.11.c
rimū afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. Manete in 1.Iohā.5.d
dilectōe mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectōe mea, sicut & ego pręcepta pa
tris mei seruaui, & maneo in eius dilectōe. Hæc locutus sum uobis, ut gaudiū meū in uobis sit, &
De pœ.dist. 5.c.qui uult gaudiū uestrū impleať. * Hoc est præceptū meū, ut diligatis inuicē, sicut dilexi uos. Maiorem Supr.13.d,
hac dilectionē nemo habet, quā ut aiam suā ponat qs pro amicis suis. Vos amici mei estis, si fe- Ephe.5.a
ceritis quæ ego præcipio uobis. Iam non dico uos seruos, quia seruus nescit qd faciat dn̄s eius. 1.Thes.4.b,c 1.Iohā.3.b
C Vos aūt dixi amicos, quia oīa quæcunq; audiui à patre meo, nota feci uobis. Non uos me elegi d,&.4.b
stis, sed ego elegi uos, & posui uos ut eatis & fructū afferatis, & fructus uester maneat, ut quod-
cūq; petieritis patrē in noīe meo, det uobis. *Hęc mando uobis, ut diligatis inuicem. Si mūdus
uos odit, scitote quia me priorem uobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mūdus quod suum 1.Iohā.3.b,
erat, diligeret: quia uero de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos d,&.4.d
mundus. ⌋ *Mementote sermonis mei, quē ego dixi uobis. Non est seruus maior dn̄o suo. ⌊ Si Supr.13.b,
me persecuti sunt, & uos persequenť: si sermonē meū seruauerunt, & uestrū seruabunt. ⌋ * Sed Mat.10.c
D hæc oīa facient uobis propter nomen meū, qa nesciunt eū qui misit me. ⌊ Si non uenissem & lo &.24.a,
cutus fuissem eis, peccatū non haberent: nūc aūt excusationē non habent de pc̄tō suo. Qui me Lucæ.6.f,
odit, & patrē meū odit. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, pc̄m̄ non haberent, Mat.10.c
nūc aūt & uiderunt, & oderunt & me & patrē meū, *Sed ut adimpleať sermo q in lege eoꝝ scri &.24.a
ptus est: Quia odio habuerunt me gratis. Cū aūt uenerit paracletus (quē ego mittā uobis à pa- Psal.24.c,
tre) spūs ueritatis, q à patre procedit, ille testimoniū p̄hibebit de me, & uos testimoniū † p- perhibetis
hibebitis, quia ab initio mecum estis. ⌋

¶ Quæ euētura sint suis, paracletus qd operaturus &c. Ca. XVI.

A HAec locutus sum uobis, ut nō scādalizemini. † Absq; synagogis facięt uos. Sed uenit alienos a syn
hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se præstare deo: & hæc facięt Mat.10.b,
uobis, quia nō nouerunt patrē neq; me. Sed hęc locutus sum uobis, ut cum uenerit ho &.24.a,
ra eoꝝ reminiscamini, quia ego dixi uobis. Hæc aūt uobis ab initio nō dixi, quia uo- Mar.13.b Lucæ.21.c
biscum eram. Et nūc uado ad eū, qui misit me, & nemo ex uobis interrogat me: Quo uadis. Sed
quia hæc locutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrū. Sed ego ueritatē dico uobis, expedit
uobis ut ego uadam. Si enim nō abiero, paracletus nō ueniet ad uos. Si aūt abiero, mittam eum
ad uos. Et cū uenerit ille, arguet mundū de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato qui-
dem

dem, quia non credũt in me: de iustitia vero, qa ad patrem vado, & iam non videbitis me, de C De conf. dist. 5. c. sa.
iudicio aũt, quia princeps huius mũdi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed
non potestis portare mõ. Cũ aũt venerit ille spũs veritatis, docebit vos oẽm veritatẽ. Non enĩ
loquet à semetipso, sed quæcũq; audiet, loquet, & quæ ventura sunt, annuntiabit vobis. Ille me
clarificabit, qa de meo accipiet, & annũtiabit vobis. Oĩa quęcũq; habet pater, mea sunt. Pro
pterea dixi, qa de meo accipiet, & annũtiabit vobis. Modicũ & iam non videbitis me, & iteȝ D
modicũ & videbitis me, qa vado ad patrem. Dixerũt ergo ex discipulis eius qdam ad inuicem:
Quid est hoc, qđ dicit nobis: Modicũ & nõ videbitis me, & iteȝ modicũ & videbitis me, & qa
vado ad patrẽ? Dicebant ergo: Quid est hoc, qđ dicit nobis modicũ? nescimus qd loquit. Co-
gnouit aũt Iesus, qa volebãt eũ interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, qa dixi: Mo
dicũ & non videbitis me, & iteȝ modicũ & videbitis me. Amen amen dico vobis, qa plorabi- E
tis & flebitis vos, mũdus aũt gaudebit: vos aũt contristabimini, sed tristitia vestra vertet in gau
diũ. Mulier cũ parit, tristitiã habet, qa venit hora eius: cũ aũt peperit pueȝ, iam non meminit
Supra. 14. a, pressurę propter gaudiũ, qa natus est hõ in mũdũ. Et vos igit nũc qdẽ tristitiã habetis: iteȝ aũt
Mar. 17. a, videbo vos, & gaudebit cor vrm, & gaudiũ vrm nemo tollet à vobis. Et in illo die, me nõ iter-
&, 21. c rogabitis qcq̃. ⌋ * Amẽ amẽ dico vobis, si qd petieritis patrẽ in nomĩe meo, dabit vobis. Vsq; F
Mar. 11. c, mõ nõ petistis qcq̃ in noĩe meo. Petite & accipietis, vt gaudiũ vrm sit plenũ. ⌊ Hęc in ꝓuerbijs
Lucæ. 11. b locutus sum vobis. Venit hora cũ iam non in prouerbijs loquar vobis, sed palã de patre annũ-
Iaco. 1, a tiabo vobis. In illo die in nomine meo petetis, & non dico vobis, qa ego rogabo patrẽ de vo-
bis: ipse enĩ pater amat vos, qa vos me amastis, & credidistis qa à deo exiui. Exiui à patre, &
veni in mundũ: iteȝ relinquo mundũ, & vado ad patrẽ. Dicũt ei discipuli eius: Ecce nũc palam
Mar. 26. c loqueris, & ꝓuerbiũ nullũ dicis. Nũc scimus quia scis oĩa, & nõ opus est tibi vt qs te interroget
Mar. 14. c in hoc credimus qđ à deo existi. Respondit eis Iesus: Modo creditis. ⌋ * Ecce venit hora, & iã
venit, vt dispergamini vnusqsq; in propria, & me solũ relinquatis: ⌊ & tñ non sum solus, qa pa A
habetis ter mecum est. Hæc locutus sum vobis, vt in me pacẽ habeatis. In mũdo pressuram † habebitis
sed confidite, ego vici mundum.

glorifica

¶ Precatio Iesu ad patrẽ, pro ijs quos sibi de mũdo elegit. Ca. XVII

HAec locutus est Iesus, & subleuatis oculis in cœlũ, dixit: Pater, venit hora † clarifica fi- A
liũ tuũ, vt filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei ptãtem oĩs carnis, vt omne qđ dedisti
ei, det eis vitã æternã. Hæc est aũt vita æterna, vt cognoscant te solũ deũ veȝ, & quem
misisti Iesum Chrm. Ego te clarificaui sup terrã, opus consummaui, qđ dedisti mihi De p. d. 4. a
vt faciã, & nũc clarifica me tu pr apđ temeipm, claritate quã habui prius q̃ mũdus esset apud te. si ex bono
Manifestaui nomẽ tuũ hoĩbus, q̃s dedisti mihi de mũdo. Tui erãt, & mihi eos dedisti, & sermo B
nem tuũ seruauerũt. Nũc cognouerũt qa oĩa quæ dedisti mihi, abs te sunt, qa verba quæ dedisti
mihi, dedi eis, & ipsi acceperũt & cognouerũt vere qa à te exiui, & crediderũt, qa tu me misisti.
Ego pro eis rogo. Non pro mũdo rogo, sed pro his q̃s dedisti mihi, qa tui sunt. Et mea oĩa tua
sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mũdo, & hi in mundo sunt, &
ego à te venio. Pater sancte, serua eos in noĩe tuo q̃s dedisti mihi, vt sint vnũ sicut & nos. Cum
essem cũ eis, ego seruabã eos in noĩe tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex eis pe- C
rijt, nisi filius pditiõis, vt scriptura ĩpleat. Nũc aũt ad te venio, & hæc loqr in mũdo, vt habeant
Psal. 108. c, gaudiũ meũ impletũ in semetipsis. Ego dedi eis sermonẽ tuũ, & mũdus eos odio habuit, qa nõ
sunt de mũdo, sicut & ego nõ sum de mũdo. Non rogo vt tollas eos de mũdo, sed vt serues eos
à malo. De mũdo nõ sunt, sicut & ego nõ sum de mũdo. Sãctifica eos in veritate. Sermo tuus ve
ritas est. Sicut tu me misisti in mundũ, ita & ego misi eos in mundũ. Et ꝓ eis ego sanctifico me-
ipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Nõ pro eis aũt rogo tm, sed & ꝓ eis q credituri sunt D
ꝑ verbũ eoȝ in me, vt oẽs vnũ sint, sicut tu pr in me & ego in te, vt & ipsi in nobis vnũ sint, vt 15. q. 10. a. 2.
credat mũdus, qa tu me misisti. Et ego claritatẽ quã tu dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnũ sicut &
nos vnũ sumus. Ego in eis & tu in me, vt sint cõsummati in vnũ, & cognoscat mũdus, qa tu me
misisti, & dilexisti eos sicut & me dilexisti. Pater, q̃s dedisti mihi, volo vt vbi sum ego & illi sint
mecũ, vt videãt claritatẽ meã quã dedisti mihi, qa dilexisti me añ constitutionẽ mũdi. Pater iu
ste, mũdus te nõ cognouit, ego aũt te cognoui, & hi cognouerũt, qa tu me misisti. Et notũ feci
eis nomen tuũ, & notũ faciam, vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis. ⌋

¶ Iesus quomodo captus, & ad quos ductus sit. Ca. XVIII.

HAec cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi A
Mar. 26. e erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius. ⌊ Sciebat aũt & Iudas q tradebat
Mar. 14. e eum, locum, quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. ⌋ Iudas ergo
Lucæ. 22. d, cum accepisset cohortem, & à pontificibus & pharisæis ministros, venit illuc cum la
ternis & facibus & armis. ⌊ Iesus itaq; sciens omnia quæ ventura erant sup eũ, processit & dixit
eis. Quẽ quæritis? Rñderũt ei. Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus. Ego sum. Stabat aũt & Iudas,
q tradebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis. Ego sum, abierũt retrorsum, & ceciderũt in terrã.

B Iteꝝ ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi aūt dixerunt: Ieſum Nazarenum. Rñdit Ieſus:
Dixi vobis quia ego ſum: ſi ergo me quæritis, ſinite hos abire. Vt impleret̃ ſermo quem dixit: Supr.17.d.
* Quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quenquam. ⌋ Simon ergo Petrus habens gladium,
eduxit eum, & percuſſit pontificis ſeruū, & abſcidit auriculam eius dexteram. ⌊ Erat aūt nomẽ Mat.26.e
ſeruo Malchus. ⌋ * Dixit ergo Ieſus Petro: Mitte gladiū tuū in vaginam. ⌊ Calicẽ quem dedit
mihi pater, non bibam illū? ¶ Cohors ergo & tribunus & miniſtri Iudæoꝝ ⌋ * comprehende- Mat.26.f.
runt Ieſum, & ligauerūt eū, & adduxerūt ad Annā primū: ⌊ erat eñ̃ ſocer Caiphæ, q erat pōti- Mar.14.f.
Lucæ.22.f.
C fex anni illius. Erat aūt Caiphas, q conſiliū dederat Iudęis: * Quia expedit vnū hoīem mori pro Supr.11.f
populo. ⌋ Sequebat̃ aūt Ieſum Simon Petrus, ⌊ & alius diſcipulus. Diſcipulus aūt ille erat notus
pontifici, & introiuit cum Ieſu in atriū pontificis. ⌋ Petrus aūt ſtabat ad oſtium foris. ⌊ Exi-
uit ergo diſcipulus alius, q erat notus pontifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum. ⌋ * Di- Mat.26.g
cit ergo Petro ancilla oſtiaria: Nunqd & tu ex diſcipulis es hoīs iſtius? Dicit ille: Non ſum. Mar.14.g
⌊ Stabant aūt ſerui & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe. Erat aūt cum eis & Lucæ.22.f.
Petrus, ſtans & calefaciens ſe. Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctri-
D na eius. Reſpondit ei Ieſus. ⌋ Ego palàm locutus ſum mundo, ego ſemper docui in ſynagoga,
& in templo quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil. ⌊ Quid me interro
gas? interroga eos q audierunt quid locutus ſum ipſis: ecce hi ſciunt quę dixerim ego. Hæc aūt
cum dixiſſet, vnus aſſiſtens miniſtroꝝ, dedit alapam Ieſu, dicẽs: Sic reſpondes pontifici? Reſpō Mat.26.f
dit ei Ieſus: Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem bene, quid me cædis? ⌋ Marc.14.f
¶ * Et miſit eum Annas ligatū ad Caipham pontificem. Erat aūt Simon Petrus ſtans & calefa Lucæ.22.f
E ciens ſe. Dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille, & dixit: Non ſum.
Dicit ei vnus ex ſeruis pontificis, cognatus eius, cuius abſcidit Petrus auriculam: Nónne ego te
vidi in horto cum illo? Iteꝝ ergo negauit Petrus, & ſtatim gallus cantauit. * Adducunt ergo Mat.27.a.
Ieſum à Caipha in prætoriū. Erat aūt mane, ⌊ & ipſi non introierunt in prætoriū, vt non con- Mar.15.a.
Lucæ.23.a
taminarent̃, ſed vt manducarent paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accu-
ſationem affertis aduerſus hominem hūc? Reſponderūt, & dixerunt ei: Si non eſſet hic maleſa-
F ctor, non tibi tradidiſſemus eum. Dixit ergo eis Pilatus. Accipite eum vos, & ſcđm legem ve-
ſtram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quenquàm, vt ſermo Mat.27.b.
Ieſu impleret̃ quem dixit, ſignificans qua morte eſſet moriturus. ⌋ * Introiuit ergo iteꝝ in præ Mar.15.a.
torium Pilatus, & vocauit Ieſum, & dixit ei: Tu es rex Iudæoꝝ? Reſpondit Ieſus: A temetipſo Lucæ 23.b
hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Reſpondit Pilatus. Nunqd ego Iudæus ſum? Gens tua &
pontifices tradiderunt te mihi. Quid feciſti? Reſpondit Ieſus. Regnū meū non eſt de hoc mun- Mat.27.a
do, ſi ex hoc mundo eſſet regnū meum, miniſtri mei vtiq; decertarent vt non traderer Iudæis, Lucæ.23.b
G nunc aūt regnum meū non eſt hinc. ⌋ Dixit ei itaq; Pilatus. Ergo rex es tu? Reſpondit Ieſus. Mat.27.c
Tu dicis, quia rex ſum ego. ⌊ Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimoniū Mar.15.a.
perhibeam veritati, omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus. Quid eſt ve Lucæ.23.a
ritas? ⌋ * Et cum hoc dixiſſet, iteꝝ exiuit ad Iudæos, & dicit eis. Ego nullam inuenio in eo cau Mat.27.c
ſam. * Eſt autem conſuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in paſcha, * vultis ergo dimittam Mar.15.a.
vobis regem Iudæorum? * Clamauerunt rurſum omnes, dicentes. Non hunc, ſed Barabban. Mat.27.c
* Erat autem Barabbas latro. Lucæ.23.c.
Mat.27.b
Marc.15.a
¶ Chr̃m illuſum Pilatus grauate ſupplicio addicit. Iudæi crucifigūt, Ioſeph Armaithæus ſe- Lucæ.23.c.
pelit.

Ca. XIX.

A TVnc ergo apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit. Et milites plectentes coronam Mat.27.b.c
de ſpinis, impoſuerunt capiti eius, & veſte purpurea circūdederunt eū. Et veniebant Mar.15.a
ad eū, & dicebant. Aue rex Iudæoꝝ, ⌊ & dabant ei alapas. Exiuit iteꝝ Pilatus foras,
& dicit eis. Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoſcatis quia in eo nullam inuenio
cauſam. Exiuit ergo Ieſus foras, portans coronam ſpineam, & purpureum veſtimentum. Et di Mat.27.b.
cit eis. Ecce homo. ⌋ * Cum ergo vidiſſent eū pontifices, & miniſtri, clamabant, dicentes. Cru Mar.15.c
cifige, crucifige eum. ⌊ Dicit eis Pilatus. Accipite eum vos. & crucifigite. ⌋ * ego eñ̃ non inue Lucæ.23.e
Mat.27.c
B nio in eo cauſam. ⌊ Reſpōderūt ei Iudæi. Nos legem habemus, & ſcđm † legem debet mori, q Lucę.23.a.e
legẽ noſtrā. filiū dei ſe fecit. Cū ergo audiſſet Pilatus hūc ſermonem, magis timuit. Et ingreſſus eſt prætori
um iteꝝ, & dicit ad Ieſum. Vnde es tu? Ieſus aūt reſponſum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus.
Mihi non loqueris? Neſcis, q poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimitte-
re te? Reſpondit Ieſus. Non haberes poteſtatẽ aduerſum me vllam, niſi tibi datū eſſet deſuper.
Propterea q me tradidit tibi, maius peccatū habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum
Iudæi aūt clamabant, dicentes. Si hūc dimittis, non es amicus Cæſaris. Omnis eñ̃ q ſe regem fa
cit, contradicit Cæſari. Pilatus aūt cū audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum, & ſedit pro
tribunali, in loco q dicit̃ Lithoſtrotos, hebraice aūt Gabbatha. Erat aūt paraſceue paſchæ, ho- Mat.27.a
ra quaſi ſexta, & dicit Iudæis. Ecce rex veſter. ⌋ * Illi aūt clamabant. Tolle, tolle, crucifige eum. Lucæ.23.e
⌊ Dicit ei Pilatus, Regẽ vr̃m crucifigam? Rñderūt pōtifices. Non habemus regẽ, niſi Cæſarem. Mat.27.e

Tunc

Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt eum. ⌊Et
crucem suã. baiulans † sibi crucẽ,⌋ exiuit in eum q dr Caluariæ locum, hebraice autem Golgotha, vbi cru
cifixerunt eũ, & cum eo alios duos, hinc & hinc, mediũ aũt Iesum. Scripsit aũt & titulum Pila-
tus, & posuit sup crucẽ. Erat aũt scriptũ: Iesus Nazarenus rex Iudæorũ. ⌊Hunc ergo titulũ mul
ti Iudæorũ legerunt, q̃a prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptũ, he-
Matth.27.d braice, græce, & latine. Dicebãt ergo Pilato põtifices Iudæorũ. Noli scribere, Rex Iudæorũ, sed,
Marc.15.c Quia ipse dixit, rex sum Iudæorũ. Rñdit Pilatus: Qd scripsi, scripsi.⌋ ¶* Milites ergo cũ cru- E
Luc.23.e cifixissent eũ, acceperũt vestimẽta eius, & fecerũt quatuor partes, vnicuiq; militi partẽ & tuni-
cam. Erat aũt tunica inconsutilis, desup contexta p totũ. Dixerunt ergo ad inuicẽ: Non scinda-
Psal.21.c mus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleretur, dicens:* Partiti sunt vestimenta
mea sibi, & in vestẽ meam miserũt sortẽ. Et milites qdem hæc fecerũt. ⌊Stabant aũt iuxta cru-
cem Iesu mater eius, & soror mr̃is eius Maria Cleopæ, & Maria Magdalene. Cum vidisset er-
go Iesus matrẽ & discipulũ stantẽ quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. De- τὰ ἴδια.
inde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in † suã. Postea sciẽs F
Psal.68.c Iesus quia oĩa iam consummata sunt, vt consummaretur scriptura, dicit:* Sitio. Vas igitur erat posi
tum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circũponentes, obtulerunt ori
eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite, tradidit
spm̃. ¶Iudæi ergo (q̃m parasceue erat) vt non remanerẽt in cruce corpora sabbato, (erat enim
magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorũ crura, & tollerentur. Venerunt
ergo milites, & primi qdem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum au
tem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerũt eius crura: sed vnus militum
lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhi- G
buit, & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit, vt & vos credatis. Facta sunt em̃
Exo.12.g hæc, vt scriptura impleretur.* Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit:* Vi-
Num.9.b.
Zach.12.c debunt in quem transfixerunt.⌋ ¶* Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathæa
Matth.27.g (eo quod esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus
Marc.15.d. Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu.⌊* Venit autem & Nicodemus, q ve-
Luc.23.f. nerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ, & aloes quasi libras centum.⌋ Acce
Supra.3.a. perunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepe-
lire. Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum nouum, in quo
nondum quisquàm positus erat. Ibi ergo propter parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat mo-
numentum, posuerunt Iesum.

¶Christi resurrectio eiusq; coram Maria Magdalena, & discipulis apparitio. De Tho-
mæ incredulitate. Ca. XX.

Matth.28.a. VNa autem sabbati Maria Magdalene venit mane cum adhuc tenebræ essent ad mo A
Marc.16.a. numentum, & videt lapidem sublatum à monumento. ⌊Cucurrit ergo, & venit
Luc.24.a. ad Simonem Petrũ, & alium discipulum quem amabat Iesus, & dicit illis. Tulerunt
Dñm de monumento, & nescimus vbi posuerũt eum. Exijt ergo Petrus, & ille alius
discipulus, & venerũt ad monumentum. Currebant aũt duo simul, & ille alius discipulus præ- B
cucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentũ. Et cũ se inclinasset, videt posita lintea-
mina, non tamẽ introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequẽs eũ, & introiuit in monumentũ, &
videt linteamina posita, & sudariũ qd fuerat sup caput eius, non cũ linteaminibus positũ, sed se
paratim inuolutũ in vnũ locũ. Tunc ergo introiuit & ille discipulus, q venerat primus ad mo-
In domũ suã numentũ, & vidit, & credidit. Nondum em̃ sciebant scripturam, q̃a oporteret eum à mortuis C
vel: dicere. resurgere. Abierũt ergo iterũ discipuli ad † semetipsos. ¶Maria autem stabat ad monumen-
Matth.28.a tum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum,⌋* & vidit du-
Marc.16.b os angelos in albis sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu.
Luc.24.a ⌊Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerũt Dominũ meũ, & nescio vbi posue-
runt eum. Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem, & non sciebat q̃a D
Iesus est. Dicit ei Iesus: Mulier, quid ploras? Quem quæris? Illa existimans quia hortulanus es-
set, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollam. Dicit
ei Iesus: Maria. Conuersa illa, dicit ei: Rabboni, quod dicitur magister. Dicit ei Iesus: Noli me
tangere, nondum em̃ ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascen
Luc.24.f. do ad patrem meum & patrem vestrũ, & Deum meum & Deum vestrũ. Venit Maria Magda
vidisse do- lene annũtians discipulis: Quia † vidi Dominũ, & hæc dixit mihi.⌋ ¶Cum ergo sero esset die E
minũ, & hęc illo vna sabbatorũ, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metũ Iudæorũ,
dixisset sibi. venit Iesus, & stetit in medio, & dicit eis: Pax vobis. Et cũ hæc dixisset, ostendit eis manus & la-
tus. Gauisi sunt ergo discipuli, viso dño. Dixit ergo eis iterũ: Pax vobis. ⌊sicut misit me pater,
Matth.18.c & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflauit, & dicit eis: Accipite spm̃ sanctũ,⌋* quorũ re-
miseritis peccata, remittuntur eis: & quorũ retinueritis, retenta sunt. ⌊Thomas aũt vnus ex duo-
decim

F decim, qui dicitur Didymus, nõ erat cum eis quando venit Iesus. Dixerũt ergo ei alij discipu figuram vel
li: Vidimus dñm. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius † fixuram clauorum, & mittã vestigium
digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meã in latus eius, non credã. Et post di-
es octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit
in medio, & dixit eis: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide ma-
nus meas, & affer manum tuã, & mitte in latus meũ, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respon
G dit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & deus meus. Dicit ei Iesus: Quia me vidisti Thoma,
credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt. ¶ Multa quidẽ & alia signa fecit Iesus in cõ
spectu discipulorum suorum, q̃ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autẽ scripta sunt, vt credatis, q̃a
Iesus est Christus filius dei: & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

¶ De apparitione Christi ad mare Tiberiadis. De piscatione Petri. De commissione ouium. Cap. XXI.

A POstea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic: Erant
simul, Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, q erat à Cana
Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus, Vado statim
piscari. Dicunt ei, Venimus & nos tecũ. Et exierunt, & ascenderunt in nauim, † & il-
la nocte nihil prendiderunt. Mane autẽ facto, stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt
B discipuli quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responde
runt ei: Non. Dixit eis, Mittite in dextram nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iã nõ
valebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quẽ diligebat Iesus
Petro. Dominus est. Simon Petrus cum audisset q̃a dominus est, tunica succinxit se (erat enĩ
nudus) & misit se in mare. Alij autẽ discipuli nauigio venerunt (non enim longe erant à ter-
C ra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terrã, viderunt
prunas positas, & piscẽ superpositum, & panem. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus quos prẽ-
didistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terrã, plenum magnis piscibus, centũ
quinquaginta tribus. Et cum tot essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus: Venite, prandete.
Et nemo audebat † discentium interrogare eũ, Tu quis es? scientes quia dominus est. Et ve- Græ. discipu
D nit Iesus, & accepit panem, & dabat eis, & piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est Ie lorũ, & mul
sus discipulis suis, cũ resurrexisset à mortuis. ¶ Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Ie- ti legunt dis-
sus: Simon Iohannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: cumbentiũ.
Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Iohannis, diligis me? Ait illi, Etiã domine, tu scis oues
quia amo te. Dicit ei: Pasce † agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Iohannis, amas me? Contri-
E status est Petrus, quia dixit ei tertio, amas me, & dixit ei: Domine, tu oĩa † scis, tu scis q̃a amo nosti
te. Dicit ei, Pasce oues meas. Amen amen dico tibi, cũ esses iunior, cingebas te, & ambulabas
vbi volebas: cũ autẽ senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis.
Hoc autẽ dixit, significans qua morte clarificaturus esset deum. Et cum hoc dixisset, dicit ei,
F Sequere me. Cõuersus Petrus, vidit illum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem, qui &
recubuit in cœna super pectus eius, & dixit, Domine, quis est qui tradet te? Hunc ergo cũ vi-
disset Petrus, dicit Iesu, Domine, hic autẽ quid? Dicit ei Iesus: Si eum volo manere donec ve-
niam, quid ad te? tu me sequere. Exiuit ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non
G moritur. Et nõ dixit ei Iesus: Non moritur: sed, Si eum volo manere donec veniam, quid ad
te? Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus quia verũ
est testimonium eius. Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula,
nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

¶ Euangelij secundum Iohannem finis.

INCIPIT PRAEFATIO BEATI HIERONYMI presbyteri in librum Actuum Apostolorum.

CAnit Psalmista: Ambulabunt de virtutibus in virtutes. Post apostoli Pauli episto- Psal. 83. b
las dudũ, vno vobis volumine translatas Domnion & Rogatiane charissimi, actus
apostolorum compellitis vt transferam in latinum, quem librum, nulli dubiũ est,
à Luca Antiocheno, arte medico, qui postea inseruiens Paulo apostolo, Christi fa-
ctus est discipulus, fuisse æditum. Ceruices premit, imposita sæpius oneris magnitudo, q̃a stu
dia inuidorum reprehensione digna putant ea quæ scribimus. Illorum nunquam odio & de-
tractione, iuuante Christo, meum silebit eloquium. Actus apostolorum nudam quidem vi-
dentur sonare historiam, & nascentis ecclesiæ infantiam texere, sed si nouerimus scriptorem
eorum Lucam esse medicum, cuius laus est in euangelio, animaduertimus pariter omnia ver
ba illius animæ languentis esse medicinam.

ITEM ALIVS PROLOGVS.

LVcas Antiochensis, natione Syrus, cuius laus in euãgelio canit, apud Antiochiã medicinæ artis egregius, & aplorũ Chri discipulus fuit. Postea vsq; ad cõfessionẽ, Paulũ secutus apostolũ, sine crimine in virginitate pmanẽs, deo maluit seruire. Qui octogintaquatuor annos ætatis agẽs, in Bythinia obijt, plenus spũ sancto. Hic, spũ sancto instigante, in Achaiæ partibus euãgeliũ scribẽs Græcis fidelibus incarnationẽ dñi fideli narratiõe ostẽdit, eundẽq; ex stirpe Dauid descẽdisse mõstrauit. Cui nõ immerito scribẽdorũ actuũ apostolicorũ pote-
Act. 9.a stas in ministerio dat, vt deo in deũ pleno, & filio pditionis extincto, oratiõe ab apostolis facta, sorte dñicæ electionis nũerus cõpleret. Sicq; Paulus consummationẽ apostolicis actibus daret, q̃diu cõtra stimulũ calcitrantẽ dñs elegisset. Quod legentibus & requirẽtibus deũ breui
2. Tim. 2.a potius voluit ostendere sermone, q̃ prolixius aliqd fastidientibus prodidisse, sciens, q operãtem agricolã oporteat pmũ de suis fructibus edere. Quem ita diuina subsecuta est gratia, vt non solum corporibus, sed etiam animabus, eius proficeret medicina.

ACTA APOSTOLORVM.

¶Quid Christus ascẽdẽs in cœlũ apostolis iniunxerit. De electiõe Matthiæ. Cap. I.

Rimum quidem sermonẽ feci de omnibus o Theophile, quæ cœpit Iesus facere & docere, vsq; in diẽ qua præcipiens apostolis per spiritũ sanctũ, quos elegit, assumptus est: quibus & præbuit seipsum viuum post passionẽ suã in multis argumẽtis per dies quadraginta ap- A
cõgregãs eos parens eis, & loquens de regno dei: Et † cõuescens præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionẽ patris:
Luc. 24.g *Quam audistis (inquit) per os meũ, quia Iohannes quidẽ baptizauit aqua, vos autẽ baptizabimini spiritu sancto nõ post multos hos dies. Igitur qui conuenerant, interrogabant eũ, dicentes: Domine, si in tẽpore hoc restitues regnũ Israel? Dixit autẽ eis: Non est vestrũ nosse tẽpora vel momenta, quæ pater posuit in sua ipsius potestate, sed accipietis virtutẽ superuenientis spũs sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierusalẽ, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsq; ad vltimũ terræ. B
Luc. 24.g *Et cũ hæc dixisset, videntibus illis, eleuatus est, & nubes suscepit eũ ab oculis eorũ. Cumq; intuerent in cœlũ euntẽ illũ, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerũt: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlũ? hic Iesus qui assumptus est in cœlum, sic veniet, quẽadmodũ vidistis eũ euntẽ in cœlũ. Tunc reuersi sunt Hierosolymam à monte qui vocatur oliueti, qui est iuxta Hierusalem, sabbati habens iter. ¶Et cum introissent, in cœnaculum ascenderunt, vbi manebat Petrus & Iohãnes, Iacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi: Hi omnes erãt perseuerantes vnanimiter in oratione & obsecratione, cum mulieribus & Maria matre Iesu, C
& fratribus eius. ¶In diebus his exurgens Petrus in medio fratrum, dixit: (erat autem turba hominum simul ferè centum viginti) Viri fratres, oportet impleri scripturam, quam prædi-
Psal. 40.c Iohan. 16.a xit spiritus sanctus per os * Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum,
Matt. 27.a qui connumeratus erat in nobis, & sortitus erat sortem ministerij huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis: *& suspensus, crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus Hierusalem, ita vt appellaretur ager ille lin-
Psal. 68.f gua eorum, Hakeldema, hoc est, ager sanguinis: Scriptum enim est in libro psalmorũ: * Fiat D
Psal. 108.a commoratio eorum deserta, & nõ sit qui inhabitet in ea. *Et episcopatũ eius accipiat † alter.
alius. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tẽpore, quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus, incipiens à baptismate Iohãnis vsq; in diem qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Et statuerunt duos, Ioseph, qui vocatur Barsabas, qui cognominatus est iustus, & Mathiam. Et orantes, dixerunt: Tu domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus, vnũ, accipere locum ministerij huius & apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas, vt abiret in locũ suum. Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Mathiam, & annumeratus est cum vndecim apostolis.

¶Spiritus sanctus, Figura linguæ in apostolos descendit. Apostoli varijs linguis loquuntur. Petri ad populum concio. Cap. II.

completetur ET cũ † complerent dies pentecostes, erãt omnes pariter in eodẽ loco, & factus est re- A
gnũs est. pente de cœlo sonus, tanq̃ aduenientis spũs vehementis, & repleuit totam domum, vbi erãt sedentes. At apparuerũt illis dispertitæ linguæ tanq̃ † ignis, seditq; sup singu-
alijs los eorũ, & repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperũt loqui † varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autẽ in Hierusalem habitãtes Iudæi viri religiosi ex

omni

B omni natiõe q̃ sub cœlo est. Facta autẽ hac voce, cõuenit multitudo, & mẽte cõfusa est, q̃m au
diebat vnusq̃sq; lingua sua illos loquẽtes. Stupebãt autẽ oẽs, & mirabant ad inuicẽ, dicentes:
Nõne, ecce oẽs isti q̃ loquunt, Galilæi sunt? & quõ nos audimus vnusq̃sq; linguã nostrã in qua habitamus
natisumus? Parthi, & Medi, & Elamitæ, & q̃ † habitãt Mesopotamiã, Iudæã, & Cappado-
ciam, Pontũ, & Asiã, Phrygiã, & Pamphyliam, Aegyptũ, & partes Libyæ, q̃ est circa Cyre-
nen, & aduenæ Romani, Iudæi quoq; & proselyti, Cretes & Arabes, audimus eos loquentes
nostris linguis magnalia dei. Stupebãt autẽ oẽs, & mirabant ad inuicẽ, dicẽtes: Quidnã vult
hoc esse? Alij autẽ irridẽtes, dicebãt: Musto pleni sunt isti. Stans autẽ Petrus cũ vndecim, leua
uit vocẽ suã, & locutus est eis: Viri Iudæi, & q̃ habitatis Hierusalẽ vniuersi, hoc vobis notũ sit,
C & auribus percipite verba mea. Nõ eñ sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, cũ sit hora diei tertia
sed hoc est q̃d dictũ est p̃ prophetã Iohel: *Et erit in nouissimis diebus, dicit dñs, effundã de Iohel.2.g
spũ meo sup omnẽ carnẽ, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ, & iuuenes vestri visiões
videbũt, & seniores vestri somnia somniabũt. Et quidẽ sup seruos meos, & sup ancillas meas
in diebus illis effundã de spũ meo, & prophetabũt, & dabo prodigia in cœlo sursum, & signa
in terra deorsum, sanguinẽ & ignẽ & vaporẽ fumi. Sol conuertet in tenebras, & luna in san-
guinẽ, anteq̃ veniat dies dñi magnus & manifestus. *Et erit: oĩs quicunq; inuocauerit nomẽ Roma.10.c
D dñi, saluus erit. Viri Israelitæ, audite verba hæc, Iesum Nazarenũ, viꝝ approbatũ à deo in vo
bis virtutibus & prodigijs & signis, q̃ fecit deus per illũ in medio vestri, sicut vos scitis, hunc
definito cõsilio & p̃scientia dei traditum per manus iniquoꝝ affligẽtes, interemistis, quẽ deus
suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illũ ab eo. Dauid eñ di Psal.15.c
cit in eũ. *Prouidebã dñm corã me semper, q̃m à dextris est mihi ne cõmouear. Propter hoc
lætatũ est cor meũ & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe. Q̃m nõ de-
relinques animã meã in inferno, nec dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ. Notas mihi fecisti
E vias vitæ, replebis me iucunditate cũ facie tua. Viri fratres, liceat audẽter dicere ad vos de pa-
triarcha *Dauid, q̃m & defunctus est, & sepultus est, & sepulchꝝ eius est apud nos vsq; in ho- 3.Reg.2.b
diernũ diẽ. Propheta igit cũ esset, & sciret q̃a iureiurãdo iurasset illi deus, de fructu lumbi eius Psal.131.b
sedere sup sedẽ eius, præuidens locutus est de resurrectione Christi. Quia neq; derelictus est
in inferno, neq; caro eius vidit corruptionẽ. Hũc Iesum resuscitauit deus, cuius nos oẽs testes
sumus. Dextera igit dei exaltatus, & promissione spũs sancti accepta à patre, effudit hoc donũ
q̃d vos videtis & auditis. Nõ eñ Dauid ascẽdit in cœlũ, dicit autẽ ipse, *Dixit dñs dño meo se Psal.109.a
F de à dextris meis, Donec ponã inimicos tuos scabellũ pedum tuoꝝ. Certissime sciat ergo oĩs
domus Israel, quia & dñm eum & Christũ fecit deus hunc Iesum, quẽ vos crucifixistis. His au
tẽ auditis, cõpuncti sunt corde, & dixerunt ad Petꝝ & ad reliquos apostolos, Quid faciemus
viri fratres? Petrus ait ad illos, Pœnitentiã (inquit) agite, & baptizet vnusq̃sq; vestꝝ in nomi-
ne Iesu Christi in remissionẽ peccatoꝝ vestrorum, & accipietis donum spũs sancti. Vobis eñ
est repromissio & filijs vestris, & oĩbus q̃ longe sunt, quoscunq; aduocauerit dñs deus noster,
Alijs etiã verbis plurimis testificatus est, & exhortabat eos, dicens: Saluamini à generatione
ista praua. Qui ergo acceperunt sermonẽ eius, baptizati sunt, & appositæ sunt in die illa ani-
G mæ circiter tria milia. Erant autẽ perseuerãtes in doctrina apostoloꝝ, & cõmunicatione, &
fractione panis, & orationibus. Fiebat autẽ omni animæ timor, multa quoq; prodigia & si-
gna per apostolos fiebãt in Hierusalẽ, & metus erat magnus in vniuersis. Omnes etiã qui cre
debant, erãt pariter, & habebãt oĩa cõmunia. Possessiones & substantias vendebãt, & diuide-
bant illa oĩbus, prout cuiq; opus erat. Quotidie quoq; perdurãtes vnanimiter in tẽplo & frã-
gentes circa domos panẽ, sumebãt cibum cum exultatione & simplicitate cordis, collaudan-
tes deũ & hñtes gratiã ad omnẽ plebẽ. Dñs autẽ augebat q̃ salui fierent quotidie in idipsum.

¶ Petrus restituit claudũ, ac populũ docet quõ veꝝ Christũ occiderint. Cap. III.

A PEtrus autẽ & Iohannes ascendebãt in tẽplum ad horã orationis nonã. Et quidã vir
qui erat claudus ex vtero matris suæ, baiulabat, quẽ ponebãt quotidie ad portã tẽpli
q̃ dicit Speciosa, vt peteret eleemosynã ab introeuntibus in tẽplum. Is cũ vidisset Pe
trũ & Iohãnẽ, incipiẽtes introire in tẽplũ, rogabat vt eleemosynã acciperet. Intuens
autẽ in eũ Petrus cũ Iohãne, dixit: Respice in nos. At ille intẽdebat in eos, sperãs se aliq̃d acce
ptuꝝ ab eis. Petrus autẽ dixit, Argentũ & auꝝ nõ est mihi, q̃d autẽ habeo, hoc tibi do. In noĩe
Iesu Christi Nazareni surge, & ambula, & apprehẽsa manu eius dextra, alleuauit eũ, & proti-
nus cõsolidatæ sunt bases eius & plantæ. Et exiliens, stetit, & ambulabat, & intrauit cũ illis in
B tẽplum, ambulãs, & exiliens, & laudãs deũ. Et vidit oĩs populus eũ ambulantẽ, & laudantem
deũ. Cognoscebãt autẽ illũ q̃ ipse erat qui ad eleemosynã sedebat ad Speciosam portã tẽpli,
& impleti sunt stupore & ecstasi in eo quod cõtigerat illi. Cum viderũt autẽ Petꝝ & Iohãnẽ,
cucurrit oĩs populus ad eos ad porticum, q̃ appellat Salomonis, stupentes. Videns autẽ Pe-
trus, respondit ad populum, Viri Israelitæ, quid miramini in hoc, aut nos q̃d intuemini, quasi
nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, & deus Isaac, & deus

Mat.27.c Iacob,deus patrꝝ nostroꝝ glorificauit filiũ suũ Iesum, quẽ vos quidẽ tradidistis & negastis
Marc.15.b añ faciẽ Pilati,iudicãte illo dimitti.*Vos aũt sctm̃ & iustũ negastis, & petistis virꝝ homicidã C
Luc.23.c donari vobis:authorẽ vero vitæ interfecistis,quẽ deus suscitauit à mortuis,cuius nos testes su
Iohan.18.g mus.Et in fide noĩs eius,hũc quẽ vos videtis & nostis, cõfirmauit nomẽ eius:& fides q̃ per eũ
est,dedit integrã sanitatẽ istã in cõspectu oĩm vestrꝝ.Et nũc frẽs scio qa per ignorantiã feci-
Græc,quæ stis,sicut & principes vestri.Deus aũt † qui p̃nuntiauit ꝑ os omniũ prophetaꝝ pati Christũ
Mat.4.c suũ,impleuit sic:*Pœnitemini igit̃ & cõuertimini,vt deleant̃ pctã vestra,vt cũ venerint tẽpo
Marc.1.c ra refrigerij à cõspectu dñi,& miserit eũ qui p̃dicatus est vobis,Iesum Chr̃m,quẽ oportet q-
Eccle.17.c dẽ cœlũ suscipere,vsq; in tpa restitutionis oĩm,q̃ locutus est deus ꝑ os sanctoꝝ suoꝝ à seculo D
Deut.18.c prophetaꝝ.Moyses quidẽ dixit:*Qm̃ prophetã suscitabit vobis dñs deus vester de fratribus
vestris,tanq̃ meip̃m audietis iuxta oĩa quæcũq; locutus fuerit vobis.Erit aũt,oĩs anima q̃ nõ
audierit prophetã illũ,exterminabit̃ de plebe.Et oẽs prophetæ à Samuel,& deinceps q locu
ti sunt,etiã annũtiauerũt dies istos.Vos estis filij prophetaꝝ,& testamẽti,qd̃ disposuit deus ad
Gene.12.a patres nostros,dicẽs ad Abrahã:*Et in semine tuo bñdicent̃ oẽs familiæ terræ.Vobis primũ
deus suscitãs filiũ suũ,misit eũ benedicentẽ vobis,vt cõuertat se vnusquisq; à nequitia sua.

¶Inuidia sacerdotum in apostolos.Petri purgatio,vna cum pia præcatione ecclesiæ. Cap. IIII.

LOquentibus autẽ illis ad populũ,superuenerunt sacerdotes & magistratus templi & A
Sadducæi,dolẽtes φ docerẽt populũ,& annũtiarẽt in Iesu resurrectionẽ ex mortuis:
& iniecerunt in eos manus,& posuerunt eos in custodiã in crastinũ,erat autẽ iã ves-
pera.Multi aũt eoꝝ qui audierãt verbum,crediderunt:& factus est numerus viroꝝ
quinq; milia.Factũ est aũt in crastinũ,vt congregarent̃ principes eoꝝ,& seniores,& scribæ
in Hierusalẽ,& Annas princeps sacerdotũ,& Caiphas, & Iohannes, & Alexander, & quot-
quot erant de genere sacerdotali.Et statuẽtes eos in medio,interrogabãt:In qua virtute, aut B
in quo noĩe fecistis hoc vos? Tunc Petrus repletus spũ sancto, dixit ad eos: Principes populi
& seniores Israel audite,si nos hodie dijudicamur in benefacto hoĩs infirmi,in quo iste saluus
factus est,notũ sit oĩbus vobis,& omni plebi Israel,quod in noĩe dñi nostri Iesu Christi Na-
zareni,quẽ vos crucifixistis,quẽ deus suscitauit à mortuis,in hoc iste astat coram vobis sanus.
Mat.21.d *Hic est lapis q reprobatus est à vobis ædificantibus,q factus est caput anguli,& nõ est in alio
Mat.12.a aliquo salus,Nec eñ aliud nomen est sub cœlo datũ hoĩbus,in quo oporteat nos saluos fieri. C
Luc.20.c
1.per.2.a Vidẽtes autẽ Petri constantiã & Iohannis,cõperto φ essent hoĩes sine literis & idiotæ ,admi-
rabant̃,& cognoscebant eos,qm̃ cũ Iesu fuerãt:hominẽ quoq; videntes stantẽ cum eis,q cu-
ratus fuerat,nihil poterãt contradicere.Iusserunt autẽ eos foras extra cõciliũ secedere,& con
ferebant ad inuicẽ,dicẽtes:Quid faciemus hoĩbus istis? quoniã quidẽ notũ signũ factũ est per
eos,oĩbus habitãtibus Hierusalẽ,manifestũ est,& nõ possumus negare.Sed ne amplius diuul- D
getur in populũ,cõminemur eis ne vltra loquant̃ in noĩe hoc vlli hominũ. Et vocantes eos,
denuntiauerunt,ne omnino loquerent̃,neq; docerent in noĩe Iesu.Petrus vero & Iohannes
respondẽtes,dixerũt ad eos:Si iustũ est in cõspectu dei,vos potius audire q̃ deũ, iudicate. Nõ
eñ possumus q̃ vidimus & audiuimus nõ loqui.At illi cõminantes,dimiserunt eos : nõ inue-
nientes quõ punirent eos,propter populũ,qa oẽs glorificabant deum in eo quod acciderat.
Annoꝝ eñ erat amplius quadraginta homo, in quo factũ fuerat signũ istud sanitatis. ¶Di- E
missi autẽ venerunt ad suos,& annuntiauerunt eis quãta ad eos principes sacerdotũ & senio-
res dixissent.Qui cũ audissent,vnanimiter leuauerunt vocẽ ad deũ,& dixerũt:Dñe,tu es q fe-
cisti cœlũ & terrã,mare,& oĩa q̃ in eis sunt,q spũ sancto ꝑ os patris nr̃i Dauid pueri tui dixi-
Psal.2.a sti:Quare fremuerunt gẽtes,& populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ,& prnci-
pes cõuenerunt in vnũ, aduersus dñm,& aduersum Christũ eius. Cõuenerunt eñ vere in ci-
uitate ista aduersus sanctũ pueꝝ tuũ Iesum,quẽ vnxisti,Herodes & Pontius Pilatus,cũ genti- F
bus & populis Israel,facere q̃ manus tua & cõsiliũ tuũ decreuerunt fieri.Et nũc dñe respice in
minas eoꝝ,& da seruis tuis cũ omni fiducia loqui verbũ tuũ,in eo φ manũ tuã extẽdas ad sa-
nitates,& signa & prodigia fieri,ꝑ nomẽ sancti filij tui Iesu.Et cũ orassent,motus est locus in 1.4.2.g & c
q̃ erãt cõgregati,& repleti sunt oẽs spũ sancto,& loquebant̃ verbũ dei cũ fiducia. Multitudi- 2.c.a & c.6
nis aũt credẽtiũ erat cor vnũ & aĩa vna:nec quisq̃ eoꝝ q̃ possidebat,aliqd suũ esse dicebat,sed
erãt illis oĩa cõmunia.Et virtute magna reddebãt apostoli testimoniũ resurrectiõis Iesu Chri
dñi nr̃i,& gratia magna erat in oĩbus illis.Neq; eñ quisq̃ egẽs erat inter illos. Quotquot eñ G
possessores agroꝝ aut domoꝝ erãt,vendẽtes afferebãt p̃tia eoꝝ quæ vendebãt,& ponebant
Infra ante pedes apostoloꝝ.Diuidebat̃ autẽ singulis,prout cuiq; opus erat.† Ioseph autẽ,qui co-
gnominatus est Barnabas ab apostolis(q̃d est interpretatũ,filius cõsolatiõis)Leuites,Cyprius
genere,cũ haberet agrũ,vẽdidit eum,& attulit pretium,& posuit ante pedes apostoloꝝ.

¶Ananias,eiusq; vxor Sapphira,ob fraudem moriuntur.Apostoli multos curãt
Gamaliel apostolis patrocinatur. Cap. V.

Vir

A Vir autẽ quidã nomine Ananias, cum Sapphira vxore sua vendidit agrũ, & fraudauit
de pretio agri, cõscia vxore sua: & afferens partẽ quandã ad pedes apostoloꝝ posu- impleuit.
it. Dixit autẽ Petrus ad Ananiam: Anania, cur † tentauit satanas cor tuũ, mentiri te
spiritui sancto, & fraudare de pretio agri? Nonne manẽs tibi manebat, & uenunda
tũ ĩ tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Nõ es mentitus hominibus sed
B deo. Audiẽs autẽ Ananias hæc verba, cecidit & expirauit. Et factus est timor magnus sup oẽs
qui audierũt. Surgentes autẽ iuuenes amouerunt eũ, & efferentes sepelierunt. Factũ est aũt q̃si
horaꝝ triũ spatium, & vxor ipsius, nesciens q̃d factum fuerat, introiuit. Respõdit aũt ei Petrus:
Dic mihi mulier, si tanti agrũ vendidistis? At illa dixit: Etiam, tanti. Petrus autẽ ait ad eã: Quid
vtiq; conuenit vobis tentare spiritũ dñi? Ecce pedes eoꝝ qui sepelierunt viꝝ tuũ ad ostium, &
C efferent te. Cõfestim cecidit ante pedes eius & expirauit. Intrantes aũt iuuenes, inuenerunt illã
mortuã, & extulerunt, & sepelierunt ad uiꝝ suũ. Et factus est timor magnus in vniuersa eccle-
sia, & in oẽs qui audierunt hæc. ¶ Per manus autẽ apostoloꝝ fiebant signa & prodigia mul-
ta in plebe. Et erant vnanimiter oẽs in porticu Salomonis. Cæteroꝝ autẽ nemo audebat se
cõiungere illis, sed magnificabat eos populus. Magis autẽ augebat credentiũ in dño multitudo
viroꝝ ac mulierũ ita vt in plateas eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, vt ve-
D niente Petro, saltẽ vmbra illius obumbraret quenq̃ illoꝝ, & liberarent oẽs ab infirmitatibus
suis. Cõcurrebat aũt & multitudo vicinaꝝ ciuitatũ Hierusalẽ, afferentes ægros & vexatos à spi
ritibus immundis, qui curabant oẽs. Exurgens aũt princeps sacerdotũ & oẽs q cũ illo erãt,
quæ est hæresis Sadducæoꝝ, repleti sunt zelo, & iniecerũt manus in apostolos, & posuerũt eos
in custodia publica. Angelus aũt dñi per noctẽ aperiens ianuas carceris, & educẽs eos, dixit: Ite,
& stantes loquimini in tẽplo plebi oĩa verba vitæ huius. Qui cũ audissent intrauerunt dilucu
lo in templũ, & docebant. Adueniẽs autẽ princeps sacerdotum, & q cum illo erant, conuocaue
E runt conciliũ, & oẽs seniores filioꝝ Israel, & miserũt ad carcerẽ vt adducerent. Cũ autẽ venis-
sent ministri, & aperto carcere non inuenissent illos, reuersi nuntiauerunt, dicentes: Carcerem
quidem inuenimus clausum cum omni diligentia, & custodes stantes ante ianuas, aperiẽtes au-
tem, neminem intus inuenimus. Vt autem audierunt hos sermones magistratus templi & prin
cipes sacerdotum, ambigebant de illis, quidnam fieret. Adueniens autẽ quidam, nuntiauit eis:
Quia ecce uiri quos posuistis in carcerem, sunt in templo stantes, & docentes populum. Tunc
abijt magistratus cum ministris, & adduxit illos sine vi, timebant eñ populum ne lapidarent.
F Et cum adduxissent illos, statuerunt in concilio. Et interrogauit eos princeps sacerdotum, di-
cens: Præcipiendo p̃cepimus vobis, ne doceretis in nomine isto, & ecce replestis Hierusalẽ do-
ctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius. Rñdens autem Petrus, &
apostoli, dixerunt: Obedire oportet deo magis q̃ hominibus. Deus paꝝ nostroꝝ suscitauit Ie-
sum, quem vos interemistis suspendentes in ligno. Hunc principem & saluatorem deus exalta-
uit dextera sua, ad dandã pœnitentiã Israel, & remissionem pctõꝝ, & nos sumus testes horum
verborum, & spiritus sanctus, quem dedit deus omnibus obedientibus sibi. Hæc cũ audissent
G dissecabant & cogitabant interficere illos. Surgens autẽ quidam in cõcilio pharisæus, noĩe Ga-
maliel, legis doctor, honorabilis vniuersæ plebi, iussit foras modicũ apostolos secedere, dixitq;
ad illos: Viri Israelitæ, attendite vobis super hominibus istis, quid acturi sitis. Ante hos eñ dies
extitit Theudas, dicens se esse aliquem, cui † cõsensit numerus viroꝝ circiter quadringentoꝝ, adhæsit & sic Heb. legunt.
q occisus est, & oẽs quicũq; credebant ei, dissipati sunt & redacti ad nihilũ. Post hunc extitit
Iudas Galilæus in diebus professionis, & auertit populũ post se, & ipse perijt. & oẽs quotq̃t con
senserunt ei, dispersi sunt. Et nũc dico vobis: discedite ab hominibus istis, & sinite illos: qm̃ si ẽ
ex hominibus cõsiliũ hoc aut opus, dissoluet, si vero ex deo est, nõ poteritis dissoluere, ne forte
& deo repugnare videamini. Cõsenserunt aũt illi: Et cõuocantes apostolos, cæsis denuntiaue-
runt, ne omnino loquerent in noĩe Iesu, & dimiserũt eos. Et illi quidẽ ibant gaudentes à cõspe-
ctu cõcilij, qm̃ digni habiti sunt pro noĩe Iesu contumeliam pati. Oĩ autẽ die nõ cessabant in
templo, & circa domos docentes & euangelizantes Iesum Christum.

¶ De electiõe vij. diaconoꝝ, Inter q̃s Stephañ, mira operat, & à Iudæis accusat. Cap. VI.

A In diebus aũt illis, crescente nũero discipuloꝝ, factus est murmur Græcoꝝ aduersus He-
bræos, eo q̃d despicerent in ministerio q̃tidiano viduæ eoꝝ. Cõuocantes autẽ duodecim
multitudinẽ discipuloꝝ, dixerunt: Non est æquũ, nos derelinq̃re verbũ dei, & ministrare
mensis. Cõsiderate ergo fratres, viros ex vobis boni testimonij septem, plenos spũ sancto
& sapiẽtia, q̃s cõstituamus sup hoc opus. Nos vero orõni & ministerio verbi instantes erimus.
Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum, viꝝ plenum fide & spũ
B sancto, & Philippum, & Prochoꝝ, & Nicanorem, & Timonẽ, & Parmenã, & Nicolañ adue-
nam Antiochenũ. Hos statuerunt añ cõspectum apostoloꝝ, & orantes imposuerũt eis manus.
Et verbũ dei crescebat, & multiplicabat numerus discipuloꝝ in Hierusalẽ valde, multa etiã tur
ba sacerdotũ obediebat fidei. ¶ Stephanus autẽ plenus grã & fortitudine, faciebat prodigia, &

signa magna in populo. Surrexerũt aũt quidã de synagoga quæ appellat Libertinorum, & Cyre- C
nensium, & Alexandrinorum, & eorum q erant à Cilicia & Asia, disputantes cũ Stephano, & non
poterãt resistere sapientiæ & spiritui qui loquebat. Tunc submiserunt viros, qui dicerent se au-
diuisse eũ dicentẽ verba blasphemiæ in Moyseo & deũ. Cõmouerũt itaq; plebẽ & seniores &
scribas: & concurrentes rapuerũt eũ, & adduxerũt in conciliũ, & statuerunt falsos testes qui di-
cerent: Homo iste non cessat loqui verba aduersus locũ sanctũ & legẽ. Audiuimus eñ eũ dicen D
tem. Qm̃ Iesus Nazarenus hic destruet locũ istum, & mutabit traditiones quas tradidit nobis
Moyses. Et intuẽtes in eũ om̃es q sedebant in cõcilio, viderunt faciẽ eius tanq̃ faciẽ angeli.

¶ Stephanus expurgat sese ab accusatione Iudæorum, ostendens Iudæorum, in de
um iam olim rebellionẽ, quare & lapidat. Cap. VII.

DIxit aũt princeps sacerdotũ: Si hæc ita se habent? Qui ait, Viri fratres & patres audi- A
te: Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ, cũ esset in Mesopotamia, priusquã He. Charan vel Haran
moraret in † Charran, & dixit ad illũ, * Exi de terra tua, & de cognatione tua & veni
Gene. 12. a in terrã quã monstrauero tibi. Tunc exijt de terra Chaldæorum, & habitauit in Char
ran. Et inde postq̃ mortuus est pater eius, trãstulit illũ in terrã istã, in qua nũc vos habitatis. Et
Gene. 15. c nõ dedit illi hæreditatẽ in ea, nec passum pedis, sed promisit dari illi eã in possessionẽ, & semini
eius post ipsum, cũ non haberet filiũ. * Locutus est aũt ei deus, qa erit semen eius accola in terra
aliena & seruituti eos subijcient, & male tractabant eos annis quadringẽtis, & gentẽ cui serui-
Gene. 17. b erint, indicabo ego, dicit dñs: & post hæc exibũt, & seruient mihi in loco isto. * Et dedit illi testa
Gene. 21. a mentũ circuncisionis, & sic genuit * Isaac, & circuncidit eũ die octauo, & * Isaac Iacob: & Iacob B
Gene. 35. c duodecim patriarchas. Et patriarchæ æmulantes. * Ioseph vendiderunt in Aegyptũ, & erat de
Gen. 29. f. g 30. a. 35. c us cũ eo, & eripuit eũ ex om̃ibus tribulationibus eius, & dedit ei gratiã & sapientiã in cõspectu
Gene. 37. f Pharaonis regis Aegypti, * & cõstituit eũ p̄positũ sup Aegyptũ, & sup omnẽ domũ suã. Venit
Gene. 41. e aũt fames in vniuersam Aegytũ & Chanaan, & tribulatio magna, & nõ inueniebãt cibos p̄res
Gene. 42. a Gene. 45. a nr̃i, * Cũ audisset aũt Iacob esse frumentũ in Aegypto, misit p̄res nostros primũ, * & in secundo
cognitus est Ioseph à fratribus suis, & manifestatũ est Pharaoni genus eius. Mittẽs aũt Ioseph,
Gen. 46. a accersiuit Iacob patrẽ suũ, & omnẽ cognationẽ suã in animabus septuagintaquinq;. * Et descen- C
& 49. d dit Iacob in Aegyptũ, & defunctus est ipse & patres nostri. Et trãslati sunt in Sychem, & positi
Gen. 50. b Exod. 1. a sunt in sepulchro, * q̃d emit Abraham pretio argenti à filijs Emor filij Sychem. * Cũ aũt appro Dist. 14. ca. Que de mẽsa.
pinquaret tẽpus promissionis, quã cõfessus erat deus Abrahæ, creuit populus & multiplicatus
est in Aegypto, quoadusq; surrexit alius rex in Aegypto, q nõ sciebat Ioseph. Hic circũueniẽs
Exod. 2. a genus nostrũ, afflixit patres nostros, vt exponerẽt infantes suos ne viuificarent. * Eodẽ tẽpore
natus est Moyses, & fuit gratus deo, q nutritus est tribus mensibus in domo patris sui. Exposi-
to autẽ illo sustulit eũ filia Pharaonis, & nutriuit eũ sibi in filiũ. Et eruditus est Moyses omi sa-
pientia Aegyptiorum, & erat potens in verbis & in operibus suis. Cũ autẽ impleret ei quadragin-
Exod. 2. c ta annorum tps, ascendit in cor eius vt visitaret fratres suos filios Israel. * Et cũ vidisset quendam
iniuriã patientẽ, vindicauit illũ, & fecit vltionẽ ei q iniuriã sustinebat, percusso Aegyptio. Ex- D
istimabat aũt intelligere fratres, qm̃ deus p manũ ipsius daret salutẽ illis. At illi non intellexerũt
Sequenti vero die apparuit illis litigantibus, & reconciliabat eos in pacem, dicens, Viri fratres
estis, vt quid nocetis alterutrum? Qui autem iniuriã faciebat proximo, repulit eum, dicens. Quis
te cõstituit principẽ & iudicẽ super nos? nũquid interficere me tu uis, quemadmodum interfe-
cisti heri Aegyptium? Fugit autem Moyses in verbo isto, & factus est aduena in terra Madian
Exod. 3. a vbi generauit filios duos. * Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto montis Sina
angelus in igne flammæ rubi. Moyses autem videns, admiratus est visum. Et accedente illo vt
cõsideraret, facta est ad eum vox domini, dicens, Ego sum deus patrum tuorum, deus Abraham
deus Isaac, & deus Iacob. Tremefactus autem Moyses, nõ audebat considerare. Dixit autem il E
li dominus, Solue calciamentum pedum tuorum, locus enim in quo stas, terra sancta est. Vidẽs
vidi afflictionẽ populi mei qui est in Aegypto, & gemitum eorum audiui, & descendi liberare
eos. Et nunc venito & mittam te in Aegyptum. Hunc Moysen quem negauerunt, dicentes,
Quis te constituit principem & iudicem? hunc deus principem & redemptorem misit cũ ma-
Exod. 7. g nu angeli, qui apparuit illi in rubo. * Hic eduxit illos, faciens prodigia & signa in terra Aegypti
9. 10. 11. 14. & in rubro mari, & in deserto annis quadraginta. Hic est Moyses, q dixit filijs Israel. * Prophe-
16. a tam suscitabit vobis deus de fratribus vestris, tanquam me, ipsum audietis. * Hic est, qui fuit in F
Deut. 18. c Exod. 19. a ecclesia in solitudine cum angelo, qui loquebat ei in monte Sina, & cum patribus nostris, qui
accepit verba vitæ dare nobis. Cui noluerunt obedire patres nostri, sed repulerũt & auersi sunt
Exod. 32. a cordibus suis in Aegyptum, dicentes ad Aaron, * Fac nobis deos qui præcedant nos. Moysi enim
huic qui eduxit nos de terra Aegypti, nescimus quid factum sit ei. Et vitulum fecerunt in die-
bus illis, & obtulerunt hostiam simulachro, & lætabant in operibus manuum suarum. Cõuer-
Amos. 5. g tit autem deus & tradidit eos seruire militiæ cœli, sicut scriptũ est in libro prophetarum, * Nun-
quid victimas & hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto domus Israel? Et susce-
pistis ta-

pistis tabernaculum Moloch,& sidus dei vestri Rempham,figuras quas fecistis adorare eas. Et
transferam vos vltra Babylonem.*Tabernaculum testimonij fuit patribus nostris in deserto, Exod.25.d
sicut disposuit illis deus,loquēs ad Moysen vt faceret illud secundū formā quā viderat. Quod Iosue.3.c.d
& induxerunt,suscipientes patres nostri cum Iesu in possessionem gentium, quas expulit deus Heb.8.b
à facie patrum nostrorū vsq; in diebus Dauid,*qui inuenit gratiam ante deū,& petijt vt inueni 2.Reg.16.c
ret*tabernaculum deo Iacob.*Salomon autem ædificauit illi domum.Sed excelsus non in ma Psal.131.a
nufactis habitat,sicut per prophetam dicit:*Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellū pedū 1.Par.17.c
meorum.Quam domum ædificabitis mihi,dicit dñs,aut quis locus requietionis meæ est? Nō- 3.Reg.6.a
ne manus mea fecit hæc omnia? Dura ceruice & in circumcisi cordibus & auribus, vos semper Esa.66.a
G spiritui sancto restitistis:sicut patres vestri,ita & vos. Quem prophetarū non sunt persecuti pa
tres vestri? Et occiderunt eos q̄ prænuntiabāt de aduentu iusti,cuius vos nūc proditores & ho
micidæ fuistis:qui accepistis legem in dispositione angelorū,& non custodistis. Audientes aūt
hæc,dissecabant cordibus suis,& stridebant dentibus suis in eū.Cum autem esset plenus spiritu
sancto,intendens in cœlum,vidit gloriam dei,& Iesum stantē à dextris virtutis dei. Et ait: Ec-
ce video cœlos apertos,& filium hominis stantem à dextris virtutis dei. Exclamantes autem
voce magna,continuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eū. Et eijcientes eū
extra ciuitatem,lapidabant,& testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis,qui
vocabat Saulus. Et lapidabant Stephanum inuocantem,& dicentem: Domine Iesu,suscipe spi
ritum meū. Positis aūt genibus,clamauit uoce magna: Dñe,ne statuas illis hoc pc̄tm̄. Et cū hoc
dixisset,obdormiuit in dño. Saulus autem erat consentiens neci eius.

¶Defuncto Stephano,p̄dicat Philippus in Samaria & Aethiopia. Gētes accipiūt.
spiritū sanctum. De Simone Mago & eunucho. Cap. VIII.

A FActa est autem in illa die persecutio magna in ecclesia quæ erat Hierosolymis,& omēs
dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ,præter apostolos. Curauerunt autē Ste-
phanum viri timorati,& fecerunt planctū magnum super eum. Saulus autem deuasta
bat ecclesiam,p̄ domos intrans,& trahens viros ac mulieres tradebat in custodiā. Igit
qui disp̄si erant,pertransibant euangelizantes verbum dei. Philippus autem descendens in ciui
tatē Samariæ,p̄dicabat illis Christum. Intendebant aūt turbę his quæ à Philippo dicebant,vna
B nimiter audientes,& uidentes signa quæ faciebat. Multorū eñ habentiū spūs immundi clamā
tes voce magna,exibant. Multi aūt paralytici & claudi curati sunt. Factū est ergo gaudiū ma-
gnū in illa ciuitate. ¶Vir aūt quidā noīe Simon,q̄ ante fuerat in ciuitate magus,seducens gentē
Samariæ,dicens se esse aliquem magnū,cui auscultabant omēs à minimo vsq; ad maximum,di-
centes: Hic est virtus dei quæ vocat magna. Attendebāt autē eum,propterea quod multo tem
C pore magijs suis dementasset eos. Cum vero credidissent Philippo euangelizāti de regno dei,
& nomine Iesu Christi,baptizabant viri ac mulieres. Tunc Simon & ipse credidit, & cum ba-
ptizatus esset,adhærebat Philippo. Videns etiā signa & virtutes maximas fieri,stupens admi-
rabat. Cū aūt audissent apostoli q̄ erant Hierosolymis,q̄d recepisset Samaria verbū dei, mise-
runt ad eos Pertrum & Iohannē. Qui cū uenissent,orauerunt pro ipsis vt acciperent spm̄ sctm̄.
Nondū eñ in quenq̄ illorū uenerat,sed baptizati tm̄ erāt in noīe dñi Iesu. Tunc imponebāt ma
D nus sup illos,& accipiebāt spm̄ sctm̄. Cū uidisset autē Simon, q̄a per impositionē manus apo-
stolorum daret spūs sanctus,obtulit eis pecuniā,dicens,Date & mihi hāc p̄tātem,vt cuicunq;
imposuero manus,accipiat spm̄ sctm̄. Petrus aūt dixit ad eum, Pecunia tua tecum sit in p̄ditio
De con.di.5. c.sint tibi. nem,q̄m donum dei existimasti pecunia possideri. Non est tibi pars,neq; sors in sermone isto,
cor eñ tuū non est rectū corā deo. Pœnitentiam itaq; age ab hac nequitia tua,& roga deum,si
forte remittat tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis,& obligatione iniquita
tis video te esse. Respondens autem Simon,dixit, Precamini uos pro me ad dñm,ut nihil veni-
E at super me horū quæ dixistis. Et illi q̄dem testificati & locuti verbum domini, redibant Hiero
solymam,& multis regionibus Samaritanorum euangelizabant. Angelus autem dñi locutus
est ad Philippum,dicens,Surge,& uade contra meridiem,ad uiā quæ descendit ab Hierusalem
in Gazam,hæc est deserta. Et surgens abijt. Et ecce,uir Aethiops,eunuchus,† potens Canda- præfectus.
ces regine Aethiopum qui erat super omnes gazas eius,venerat adorare in Hierusalem,& re-
uertebat sedens super currum suum,legensq; Esaiam prophetam. Dixit autem spūs Philippo
F Accede & adiunge te ad currum istum. Accurrens aūt Philippus,audiuit eum legentem Esaiā
prophetam,& dixit,Putas ne intelligis quæ legis? Qui ait: Et quomodo possum, si non aliquis
dux uiæ mihi fuerit. †ostenderit mihi? Rogauitq; Philippum vt ascenderet,& sederet secum. Locus autem scriptu-
ræ quam legebat,erat hic: *Tanquam ouis ad occisionem ductus est,& sicut agnus coram tō- Esa.53.c
dente se sine voce,sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est. Geratio-
nem eius quis enarrabit? quoniam tollitur de terra vita eius. Respondens autem eunuchus
Philippo,dixit,Obsecro te,de quo propheta dicit hoc? de se,an de alio aliquo? Aperiēs autem
Philippus os suum,& incipiens à scriptura ista,euangelizauit illi Iesum. Et dum irent per viā.

venerunt ad quandam aquam,& ait eunuchus:Ecce aqua ,quid prohibet me baptizari? Dicit
autem Philippus:Si credis ex toto corde,licet. Et respondens ait: Credo filium dei esse Iesum G
Christum. Et iussit stare currum,& descenderunt vterq; in aquam. Philippus & eunuchus, &
baptizauit eum. Cum autem ascendissent de aqua spũs dñi rapuit Philippum,& amplius nõ vi-
dit eum eunuchus. Ibat autem per viam suam gaudens. Philippus autem inuentus est in Azoto
& pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis,donec veniret Cæsaream.

¶Saulus quõ cõuersus ac regeneratus, Christũq; pdicãs psecutus. De duob' Petri miris. Ca. IX A

Gal.1.c SAulus autẽ adhuc spirãs minarũ,& cædis in discipulos dñi,accessit ad principẽ sacerdo-
tum,& petijt ab eo epistolas in Damascũ ad synagogas,vt si q̃s inuenisset huius viæ vi-
ros ac mulieres,vinctos pduceret in Hierusalẽ. Et cũ iter faceret, cõtigit vt appropin-
quaret Damasco,& subito circũfulsit eũ lux de cœlo,& cadẽs in terrã, audiuit vocẽ di-
1.Cor.15.b centẽ sibi:Saule Saule,qd me psequeris? Qui dixit. Quis es dñe? Et ille: Ego sum Iesus quẽ tu
2.Cor.12.a psequeris,durũ est tibi cõtra stimulũ calcitrare. Et tremẽs ac stupẽs,dixit: Dñe,qd me vis face-
re? Et dñs ad eũ:Surge,& ingredere ciuitatẽ,& dicet tibi quid te oporteat facere. Viri aũt illi q
comitabant cũ illo,stabant stupefacti,audiẽtes quidẽ vocẽ,neminẽ aũt vidẽtes. Surrexit autem
Saulus de terra,apertisq; oculis nihil videbat. Ad manus autẽ illũ trahentes,introduxerũt Da-
mascũ. Et erat tribus diebus nõ videns,& nõ manducauit neq; bibit. Erat autẽ quidã discipulus B
Damasci, noĩe Ananias,& dixit ad illum in visu dñs: Anania. At ille ait: Ecce ego dñe. Et dñs ad
eum:Surge,& uade in vicum qui vocat Rectus,& q̃re in domo Iudæ Saulum nomine Tarsen-
sem:ecce enim orat. Et vidit per visum virum Ananiam nomine, introeuntem,& imponentẽ
sibi manus vt visum recipiat. Respondit autem Ananias, Domine:audiui à multis de viro hoc,
quanta mala fecerit sanctis tuis in Hierusalem:& hic habet potestatem à principibus sacerdotũ
alligandi omes qui inuocant nomen tuum. Dixit autẽ ad eum dominus: Vade,quoniam vas e-
lectionis est mihi iste,vt portet nomẽ meum coram gentibus & regibus & filijs Israel: Ego eñ C
ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abijt Ananias,& introiuit in do
mum,& imponens ei manus ,dixit: Saule frater, dñs Iesus misit me,q apparuit tibi in via q̃ ve
niebas,vt videas,& implearis spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanq̃ squa-
mæ,& visum recepit,& surgens baptizatus est. Et cum accepisset cibum, confortatus est. Fuit
autem cum discipulis qui erant Damasci,per dies aliquot. Et cõtinuo ingressus in synagogas,
prædicabat Iesum,quoniam hic est filius dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebãt,& di- 21.dist.c.Quis
E lus aſſumptis viris poſtera die purificatus cũ illis intrauit in templũ,annuntians expletionẽ die
rum purificationis,donec offerret pro vnoq̊q; eoꝝ oblatio. Dũ aũt ſeptẽ dies conſummarent,
hi qui de Aſia erant Iudæi,cũ vidiſſent eũ in templo, cõcitauerũt omnẽ populũ, & iniecerunt ei
manus,clamantes: Viri Iſraelitæ,adiuuate,hic eſt homo qui aduerſus populũ & legẽ & locum
hunc,omes vbiq; docens,inſuper & gentiles induxit in templũ,& violauit ſctm̃ locũ iſtũ. Vide
rant em̃ Trophimũ Epheſium in ciuitate cũ ipſo,quẽ exiſtimauerũt,qm̃ in templũ introduxiſ-
ſet Paulus. Commotaq; eſt ciuitas tota,& facta eſt cõcurſio populi. Et apprehendẽtes Paulũ,
F trahebant eum extra templũ,& ſtatim clauſæ ſunt ianuæ. Quærentibus autẽ eum occidere,nũ-
tiatũ eſt tribuno cohortis,quia tota confundit Hieruſalem. Qui ſtatim aſſumptis militibus &
centurionibus,decucurrit ad illos. Qui cũ vidiſſent tribunũ & milites, ceſſauerũt pcutere Pau-
lum. Tunc accedens tribunus,apprehendit eum,& iuſſit eum alligari catenis duabus, & inter-
rogabat quis eſſet,& quid feciſſet: Alij aũt aliud clamabant in turba. Et cum non poſſet certum
cognoſcere præ tumultu,iuſſit duci eũ in caſtra. Et cum veniſſet ad gradus,cõtigit vt portaret
à militibus propter vim populi. Sequebat enim multitudo populi,clamans: Tolle eum. Et cũ
G cœpiſſet induci in caſtra Paulus,dicit tribuno. Si licet mihi loq aliquid ad te? Qui dixit,ei:Græ-
ce noſti? Nonne tu es Aegyptius,qui ante hos dies tumultum concitaſti,& eduxiſti in deſer-
tum quatuor milia virorum Sicariorum? Et dixit ad eum Paulus: Ego homo ſum quidem Iu-
dæus à Tharſo,Ciliciæ non ignotæ ciuitatis municeps. Rogo autem te, permitte mihi loqui ad
populum. Et cum ille pmiſiſſet,Paulus ſtans in gradibus,annuit manu ad plebẽ,& magno ſilẽ-
tio facto,allocutus eſt lingua Hebræa,dicens.

¶Paulus refert Iudæis conuerſationẽ ſuã,ac viſionẽ apud Damaſcũ conuerſionis
ſuæ,& cæſus ciuem Romanũ ſe aſſerit, Cap. XXII.

A VIri fratres & patres,audite quã ad vos nunc reddo rationẽ. Cũ audiſſent aũt q Hebræa lingua loqueret ad illos,magis pſtiterunt ſilentiũ. Et dicit,Ego ſum vir Iudæ
us,natus Tharſo Ciliciȩ,nutritus aũt in iſta ciuitate ſecus pedes Gamalielis, erudi-
tus iuxta veritatẽ paternæ legis,æmulator legis ſicut & vos oẽs eſtis hodie, *q hãc Sup.8.a.9.a

viam pſecutus ſum vſq; ad mortē, alligans & tradens in cuſtodias viros ac mulieres: ſicut prin-
ceps ſacerdotū mihi teſtimoniū reddit, & omnes maiores natu, à quibus & epiſtolas accipiens B
ad fratres, Damaſcū pergebam, vt adducerem inde vinctos in Hieruſalē vt punirent. *Factum
gal.5.c eſt aūt eunte me & appropinquante Damaſco, media die ſubito de cœlo circūfulſit me lux co-
pioſa: & decidens in terrā, audiui vocē dicentē mihi *Saule Saule, qd me pſequeris, Ego autem
rñdi: Quis es dñe? Dixitq; ad me: Ego ſum Ieſus Nazarenus, quē tu pſequeris. Et q mecū erāt,
lumen quidē viderunt, vocē aūt non audierunt eius qui loquebat mecum. Et dixi, Quid faciā C
dñe? Dñs autem dixit ad me, Surgens uade Damaſcū, & ibi tibi dicet de omnibus quæ te opor-
teat facere. Et cū non viderem præ claritate luminis illius, ad manum deductus à comitibus, ve
ni Damaſcū. Ananias aūt quidam, vir ſecundū legē teſtimoniū habens ab omnibus cohabitan-
tibus Iudæis, veniens ad me, & aſtans, dixit mihi: Saule frater, reſpice. Et ego eadē hora reſpexi
in eum. At ille dixit: Deus patrū noſtrorū præordinauit te, vt cognoſceres voluntatē eius, & vi-
deres iuſtū, & audires vocem ex ore eius, quia eris teſtis illius ad omnes homines, eorū quæ vi- D
diſti & audiſti. Et nunc quid moraris? Exurge & baptizare, & ablue pctā tua inuocato nomine
ipſius. Factū eſt aūt reuertenti mihi in Hieruſalē, & oranti in templo, fieri me in ſtupore mentis
& videre illum dicentē mihi. Feſtina, & exi velociter ex Hieruſalē, qm non recipient teſtimoni-
um tuum de me. Et ego dixi: Dñe, ipſi ſciunt quia ego eram concludens in carcerem, & cædens
per ſynagogas eos q credebant in te, *& cū funderet ſanguis Stephani teſtis tui, ego aſtabam, &
conſentiebam, & cuſtodiebam veſtimenta interficientiū illū. Et dixit ad me: Vade, qm ego ad E
nationes longe mittam te. Audiebant autē eum vſq; ad hoc verbū, & leuauerunt vocē ſuā, di-
centes: Tolle de terra huiuſmodi. Non eñ fas eſt eum viuere. Vociferantibus aūt eis, & proijci
entibus veſtimenta ſua, & puluerem iactantibus in aerē, iuſſit tribunus induci eū in caſtra, & fla
gellis cædi, & torqueri eū, vt ſciret propter quā cauſam ſic acclamarent ei. Et cū aſtrinxiſſet eū
loris, aſtanti ſibi centurioni Paulus dixit: Si hominem Romanum & indemnatū licet vobis fla- F
gellare? Quo audito, centurio acceſſit ad tribunū, & nuntiauit ei, dicens: Quid acturus es? Hic
eñ hō ciuis Romanus eſt. Accedens aūt tribunus, dixit illi, Dic mihi, ſi tu Romanus es? At ille
dixit: Etiam. Et reſpondit tribunus: Ego multa ſumma ciuitatem hanc cōſecutus ſum. Et Pau-
lus ait: Ego aūt & natus ſum. Protinus ergo diſceſſerunt ab illo, qui eū torturi erant. Tribunus
quoq; timuit poſtquàm reſciuit, quia ciuis Romanus eſſet, & quia alligaſſet eum. Poſtera autē G
die volens ſcire diligentius, qua ex cauſa accuſaret à Iudæis, ſoluit eum, & iuſſit ſacerdotes con-
uenire & omne concilium: & producens Paulū, ſtatuit inter illos.

¶ Paulus ante Ananiam vapulat, accuſatores diſſentiunt. Felix intellectis inſidijs
transmittit eū Cæſaream. Cap. XXIII.

INtendens aūt in cōciliū Paulus, ait. Viri fratres, ego omni cōſcientia bona cōuerſatus ſum A
añ deū, vſq; in hodiernū diē. Princeps aūt ſacerdotū Ananias, præcepit aſtātibus ſibi, pcu
tere os eius. Tūc Paulus dixit ad eū: Percutiet te deus, paries dealbate. Et tu ſedens iudicas
me ſecundū legē, & cōtra legē iubes me pcuti? Et q aſtabant, dixerūt, Summū ſacerdotem
Exo.22. dei maledicis? Dixit aūt Paulus, Neſciebā fratres, qa princeps ē ſacerdotū. Scriptū eſt eñ, *Prin
cipē populi tui nō maledices. Sciēs aūt Paulus qa una pars eſſet Sadducæorū, & altera phariſæo B
rum, exclamauit in concilio: Viri fratres, ego phariſæus ſum, filius phariſęi, de ſpe & reſurrectio
ne mortuorū ego iudicor. Et cū hæc dixiſſet, facta eſt diſſenſio inter phariſæos & Sadducæos,
Phi.2.b & ſoluta eſt multitudo. *Sadducæi aūt dicūt nō eſſe reſurrectionē mortuorū, neq; angelū, neq;
ſpm. Phariſæi aūt vtraq; cōfitent. Factus eſt āt clamor magnus, & exurgentes qdā phariſæorū,
pugnabant dicentes, Nihil mali inuenimus in homine iſto. qd ſi ſpūs locutus eſt ei aut angelus? C
Et cum magna diſſenſio facta eſſet, timens tribunus ne diſcerperet Paulus ab ipſis, iuſſit milites
deſcendere, & rapere eū de medio eorū, ac deducere eū in caſtra. *Sequenti aūt nocte aſſiſtens
Matth. 22.e ei dñs, ait: Conſtans eſto, ſicut eñ teſtificatus es de me in Hieruſalē, ſic te optet & Romæ teſtifi-
cari. Facta aūt die, collegerūt ſe quidā ex Iudæis, & deuouerunt ſe, dicentes neq; māducaturos
neq; bibituros, donec occiderent Paulū. Erant aūt plusquàm quadraginta uiri, q hanc cōiura-
tionē fecerant, qui acceſſerunt ad pricipem ſacerdotū & ſeniores, & dixerūt: Deuotione deuo D
uimus nos, nihil guſtaturos, donec occidamus Paulū. Nunc ergo vos notum facite tribuno cū
concilio, vt producat illū ad uos, tanquam aliquid certius cogniturі de eo. Nos vero priusquā
appropinquet, parati ſumus interficere illū. Quod cū audiſſet filius ſororis Pauli inſidias, venit
& intrauit in caſtra, nuntiauitq; Paulo. Vocans aūt Paulus ad ſe vnū ex cēturionibus, ait: Ado-
leſcentem hunc abduc ad tribunū, habet enim aliquid indicare illi. Et ille quidē aſſumens eū, du
xit ad tribunū, & ait: Vinctus Paulus rogauit me hunc adoleſcentē perducere ad te, habentem
aliquid loqui tibi. Apprehendens aūt tribunus manū illius, ſeceſſit cū eo ſeorſum, & interroga- E
uit illū, Quid eſt quod habes indicare mihi? Ille aūt dixit, Iudæis conuenit rogare te vt craſtina
die producas Paulum in concilium, quaſi aliqd certius inquiſituri ſint de illo, tu uero ne credide
ris illis, inſidiant eñ ei ex eis viri amplius quadraginta, q ſe deuouerunt nō manducare neq; bi-
bere, do-

bere,donec interficiant eũ,& nũc parati sunt,expectantes promissum tuũ. Tribunus igiẽ dimi-
sit adolescentem,præcipiens ei ne cui loquereẽ,qm̃ hæc nota sibi fecisset. Et vocatis duobus cẽ
F turionibus,dixit illis:Parate milites ducentos,vt eant vsq; Cęsaream,& equites septuaginta,&
lancearios ducentos à tertia hora noctis,& iumenta præparate,vt imponentes Paulum,saluũ
pducerent ad Felicẽ præsidẽ,Timuit enim,ne forte raperent eũ Iudæi & occiderent,& ipse po
stea calumniã sustineret,tanquã accepturus pecuniã scribens ei epistolã continentẽ hæc,Clau-
dius Lysias optimo præsidi Felici salutẽ:Virũ hunc cõprehẽsum à Iudæis,& incipientẽ inter-
fici ab eis,supueniens cũ exercitu eripui,cognito q̃d Romanus est,volensq; scire causam quã
obijciebant illi,deduxi eũ in conciliũ eoꝝ.Quem inueni accusari de quæstionibus legis ipsoꝝ,
G nihil vero dignum morte aut vinculis habentem crimen. Et cum mihi perlatum esset de insi-
dijs quas parauerant illi,misi eum ad te,denuntians & accusatoribus vt dicant apud te. Vale.
Milites vero secundum præceptum sibi assumentes Paulum,duxerunt per noctem in Antipa-
tridem. Et postera die dimissis equitibus vt cum eo irent,reuersi sunt ad castra. Qui cum venis-
sent Cæsaream,& tradidissent epistolam præsidi,statuerunt ante illum & Paulum. Cum legis-
set autem,& interrogasset de qua prouincia esset,& cognoscens de Cilicia,Audiam te(inquit)
cum accusatores tui venerint iussitq; in prætorio Herodis custodiri eum.

¶Cæsareæ rursus Paulus accusaẽ.Sed expurgat se,ideoq; sententia differẽ. Cap. XXIIII.

A POst qnq; ãt dies descẽdit priceps sacerdotũ Ananias,cũ seniorib⁹ qbusdã,& Tertul-
loq̃dã oratore,q adierunt præsidẽ aduersus Paulum. Et citato Paulo,cœpit accusare
Tertullus,dicẽs:Cũ in multa pace agamus p te,& multa corrigãẽ p tuã prouidentiã
& semp & vbiq; suscipimus optime Felix,cũ oĩmi grãꝝ actione. Ne diutius aũt te p-
B trahã,oro breuiter audias nos pro tua clementia. Inuenimus hũc hoĩem pestiferũ,& concitan-
tem seditionẽ oĩbus Iudæis in uniuerso orbe,& autorẽ seditionis sectæ Nazarenoꝝ,q etiam
templũ violare conatus est,quẽ & apprehensum voluimus secundũ legẽ nostrã iudicare. Sup-
ueniens aũt tribunus Lysias,cũ vi magna eripuit eum de manibus nr̃is,iubens accusatores eius
C ad te venire,à quo poteris ipse iudicans de oĩbus istis cognoscere,de qbus nos accusamus eũ.
Adiecerũt aũt & Iudæi,dicẽtes hæc ita se habere. Rñdit aũt Paulus,annuẽte sibi præside, dicere
Ex multis annis te esse iudicẽ genti huic sciẽs,bono animo pro me satisfaciã. Potes eñ cogno-
scere qa nõ plus sunt mihi dies q̃ duodecim,ex quo ascendi adorare in Hierusalẽ:& neq; in tem
plo inuenerũt me cũ aliquo disputantẽ,aut cõcursum facientẽ turbæ,neq; in synagogis,neq; in
ciuitate,neq; probare possunt tibi de qbus nunc me accusant,Cõfiteor autẽ hoc tibi,q̃d secun-
D dum sectã quã dicũt hæresim,sic seruio patrio deo meo,credens oĩbus quæ in lege & prophe
tis scripta sunt,spem habẽs in deũ,quã & hi ipsi expectãt resurrectionẽ futurã iustoꝝ & iniquo
rum. In hoc & ipse studeo sine offendiculo cõscientiã habere ad deũ & ad homines semp. Post
annos aũt plures,eleemosynas facturus in gentẽ meã veni,& oblationes,& vota,in qbus inue-
nerũt me purificatũ in tẽplo,nõ cum turba,neq; cũ tumultu. *Et apprehenderunt me clamãtes
E & dicẽtes:Tolle inimicũ nostrum. Quidã aũt ex Asia Iudæi,quos oportebat apud te præsto eẽ
& accusare,si qd haberent aduersum me:aut hi ipsi dicant si qd inuenerunt in me iniquitatis, cũ
stem in concilio,nisi de vna hac solummodo voce,qua clamaui inter eos stans: *Quoniam de
resurrectione mortuorum ego iudicor hodie à vobis. Distulit autẽ illos Felix, certissime sciens
de via hac,dicens:Cum tribunus Lysias descenderit,audiam vos. Iussitq; centurioni custodire
F eum,& habere requiem,nec quenquam de suis prohibere ministrare ei. Post aliquot autem di-
es veniens Felix cum Drusilla vxore sua,quæ erat Iudæa,vocauit Paulum, & audiuit ab eo fidẽ
quæ est in Christum Iesum. Disputante aũt illo de iustitia & castitate,& de iudicio futuro, tre-
mefactus Felix,respondit:Quod nunc attinet,vade:tẽpore autẽ oportuno accersam te:simul &
G sperans quod pecunia dareẽ ei à Paulo,propter q̃d & frequenter accersens eũ, loquebaẽ cũ eo.
Biennio autem expleto,accepit successorem Felix Portium Festum. Volens aũt gratiã pręstare
Iudæis Felix,reliquit Paulum vinctum.

¶Paulus coram Festo Cæsareæ sistiẽ,qui eum appellantem Romam missurus,
Agrippæ refert eius causam. Cap. XXV

A FEstus ergo cum venisset in prouinciam,post triduum ascendit Hierosolymam à Cæ-
sarea. Adieruntq; eum principes sacerdotum,& primi Iudæorum aduersus Paulum,
& rogabant eum,postulantes gratiam aduersus eum,vt iuberet perduci eum in Hieru
salem,insidias tendentes vt interficerent eum in via. Festus aũt respondit,seruari qui-
dem Paulum in Cæsarea,se aũt maturius profecturũ. Qui ergo in vobis(ait)potentes sunt,de-
scendentes simul,si quod est in viro crimen,accusent eum. Demoratus autem inter eos dies nõ
B amplius quam octo aut decem,descendit Cæsaream:& altera die sedit pro tribunali, & iussit
Paulum adduci. Qui cum perductus esset,circunsteterunt eum qui ab Hierosolyma descende-
rant Iudæi,multas & graues causas obijcientes,quas non poterant probare. Paulo rationem
reddente:Quoniam neq; in legem Iudæorũ,neq; in templũ,neq; in Cæsarẽ quicquã peccauit.

Festus aũt volens grãm pstare Iudæis,respondẽs Paulo,dixit:Vis Hierosolymã ascẽdere,& ibi C
de his iudicari apud me? Dixit aũt Paulus. Ad tribunal Cæsaris sto,vbi me oportet iudicari. Iu
dæis nõ nocui,sicut tu melius nosti.Si eñ nocui,aut dignũ morte aliqd feci, nõ recuso mori:si
vero nihil est eoꝝ q̃ hi accusant me, nemo põt me illis donare. Cæsarẽ appello. Tunc Festus cũ
consilio locutus,respondit:Cæsarẽ appellasti? ad Cæsarẽ ibis. Et cũ dies aliqt transacti essent,
Agrippa rex & Bernice descenderũt Cæsareã ad salutandũ Festũ. Et cũ dies plures ibi moraren
tur,Festus regi indicauit de Paulo,dicens:Vir qdam est derelictus à Felice victus,de quo cum
essem Hierosolymis,adierũt me principes sacerdotũ & seniores Iudæoꝝ,postulãtes aduersus il D
lum damnationẽ. Ad q̃s respõdi,qa nõ est Romanis consuetudo donare aliquẽ hominẽ,prius-
quàm is q accusat,presentes habeat accusatores,locũq; defendendi accipiat ad abluenda crimi
na quæ ei obijciunt. Cũ ergo huc conuenissent sine vlla dilatione,sequenti die sedẽs pro tribu-
nali,iussi adduci viꝝ. De quo cũ stetissent accusatores, nullã causam deferebant de quibus ego
suspicabar malum,quæstiones vero quasdam de sua superstitione habebãt aduersus eum,& de E
quodam Iesu defuncto,quem affirmabat Paulus viuere. Hæsitans autem ego de huiusmodi q̃-
stione,dicebã si vellet ire Hierosolymam ,& ibi iudicari de istis. Paulo autem appellante vt ser
uaret Augusti cognitioni,iussi seruari eum,donec mitterem eum ad Cæsarem. Agrippa autẽ
dixit ad Festum. Volebam & ipse hominem audire. Cras(inquit)audies eum. Altera autem die
cum venisset Agrippa & Bernice cum multa ambitione,& introissent in auditorium cum tri- F
bunis & viris principalibus ciuitatis,iubente Festo,adductus est Paulus. Et dixit Festus: Agrip
pa rex,& omnes qui simul adestis nobiscum viri,videtis hunc hominem,de quo omnis multi-
tudo Iudæoꝝ interpellauit me Hierosolymis,petentes & acclamãtes,nõ oportere eum viuere
amplius. Ego vero comperi nihil dignũ morte eũ admisisse. Ipso aũt hoc appellante ad Augu- G
stum,iudicaui mittere. De quo qd certum scribam dño,non habeo, propter quod produxi eũ
ad vos,& maxime ad te rex Agrippa,vt interrogatione facta habeã quod scribã. Sine ratione
eñ mihi videt,mittere vinctum,& causas eius non significare.

¶Responsio Pauli ad Agrippã & Festum:vbi aperit suam conuersionem & visio
nem apud Damascum. Cap. XXVI. A

AGrippa vero ad Paulum ait:Permittit tibi loqui pro temetipso. Tũc Paulus extenta
manu,cœpit rõnem reddere. De omnibus quibus accusor à Iudæis rex Agrippa,ex-
istimo me beatum apud te, cum sim defensurus me hodie, maxime te sciente omnia
quæ apud Iudæos sunt,consuetudines & quæstiones,propter quod obsecro,patiẽter
me audias. Et quidẽ vitã meã à iuuentute,quæ ab initio fuit in gente mea in Hierosolymis,no- B
uerũt oẽs Iudæi,præscientes me ab initio,si velint testimoniũ perhibere, qm̃ secundũ certissi-
mam sectam nostræ religionis,vixi pharisæus. Et nunc in spe quæ ad pr̃es nostros repromissi-
onis facta est à deo,sto iudicio subiectus,ĩ quã duodecim tribus nostræ nocte & die deseruien
tes, sperant deuenire. De qua spe accusor à Iudæis rex. Quid incredibile iudicat apud uos,si de
Supr. 8.a us mortuos suscitat? *Et ego qdem æstimauerã me aduersus nomen Iesu Nazareni debere mul C
ta contraria agere,quod & feci Hierosolymis,& multos sanctorum ego in carceribus inclusi à
principibus sacerdotũ ptãte accepta,& cum occiderent,detuli sniam. Et p om̃es synagogas fre
quenter puniẽs eos,cõpellebam blasphemare,& amplius insaniens in eos,psequebar vsq; in ex
teras ciuitates. In quibus dum irem Damascum,cũ potestate & pmissu principũ sacerdotum,
die media in via vidi rex,de cœlo supra splendorẽ solis circũfulsisse me lumẽ,& eos qui mecum
simul erant. Oẽsq; nos cũ decidissemus in terrã,audiui vocẽ loquentẽ mihi Hebraica lingua: D
Saule Saule,qd me psequeris? Duꝝ est tibi cõtra stimulũ calcitrare: Ego aũt dixi: Quis es dñe?
Dñs aũt dixit:Ego sum Iesus quẽ tu psequeris. Sed exurge & sta sup pedes tuos. Ad hoc eñ ap-
parui tibi,vt cõstituam te ministꝝ & testem eoꝝ q̃ vidisti,& eoꝝ in qbus apparebo tibi,eripi-
ens te de populis & gẽtibus: ĩ quas nũc ego mitto te,apire oculos eoꝝ,vt cõuertant à tenebris
ad lucẽ,& de ptãte satanæ ad deum,vt accipiant remissionẽ pctõꝝ, & sortem inter sanctos per
Sup.17.14. fidẽ,quæ est in me. Vnde rex Agrippa,nõ fui incredulus cœlesti visioni, *sed his q sunt Damas- E
Sup.21.f ci primum,& Hierosolymis,& in oẽm regionẽ Iudææ & gentibus annuntiabã,vt pniam age-
rent,& cõuerterent ad eũ,digna pniæ opa facientes. *Hac ex causa me Iudęi cum essem in tem-
plo,cõprehensum tentabant interficere. Auxilio aũt adiutus dei,vsq; in hodiernũ diem sto,te-
stificans minori atq; maiori,nihil extra dicẽs,q̃ ea q̃ prophetæ locuti sunt futura esse,& Moy-
ses,si passibilis Chr̃us, si primus ex resurrectione mortuoꝝ,lumẽ annuntiaturus est populo & F
gentibus. Hæc loquente eo & rõnem reddente,Festus magna voce dixit:Insanis Paule, multæ
te literæ ad insaniam cõuertunt. Et Paulus:Nõ insanio(inquit)optime Feste,sed ueritatis & so-
brietatis uerba eloquor. Scit eñ de his rex,ad quẽ & cõstanter loquor. Latere eñ eũ nihil hoꝝ
arbitror,neq; enim in angulo quicq̃ hoꝝ gestũ est. Credis rex Agrippa prophetis? Scio qa cre
dis. Agrippa autem ad Paulũ:In modico suades me Christianũ fieri. Et Paulus:Opto apud deũ G
& in modico & in magno,non tantum te,sed etiam omnes qui audiunt hodie,fieri tales, qualis
& ego

& ego sum exceptis vinculis his. Et exurrexit rex & p̄ses, & Bernice, & q assidebāt eis. Et cū se-
cessissent, loquebant ad inuicē, dicētes Quia nihil morte aut vinculis dignū q̄d fecit homo iste
Agrippa aūt Festo dixit: Dimitti poterat homo hic, si nō appellasset Cæsarem.

¶Pauli Romā versus nauigatio, q̄d docuerit, de'q; naufragio suo. Ca. XXVII

A VT aūt indicatū est nauigare eū in Italiam, & tradi Paulū cum reliq̄s custodijs Centu-
rioni noīe Iulio cohortis Augustæ, ascendētes aūt nauem Adramyttinā incipientē
nauigare circa Asiæ loca, sustulimus, p̄seuerante nobiscum Aristarcho Macedone
Thessalonicēsi Seq̄nti āt die venim⁹ Sidonē. Hūane āt tractās Iuli⁹ Paulū, p̄misit ad
amicos ire, & curam sui agere. Et inde cū sustulissemus, subnauigauimus Cyprū, propterea q̄d
essent venti contrarij. Et pelagus Ciliciæ, & Pamphyliæ nauigantes, venimus Myram, quę est Lystram
Lyciæ, & ibi inueniēs Centurio nauem Alexandrinam, nauigantē in Italiam, transposuit nos
in eam. Et cū multis diebus tarde nauigaremus, & vix deuenissemus contra Gnidū, prohibente
B nos vento, adnauigauimus Crœtæ iuxta Salmonē, & vix iuxta nauigantes, venimus in locū
quendam, q vocat Boni portus, cui iuxta erat ciuitas Lasæa. Multo aūt t̄p̄e peracto, & cū iam admonebat,
nō esset tuta nauigatio, eo q̄ ieiuniū iam prætērijsset, † consolabat eos Paulus, dicēs eis: Viri, vi
deo q̄m cum iniuria & multo damno, nō solum oneris & nauis, sed etiam animarū nostrarū in-
cipit esse nauigatio. Centurio aūt gubernatori & nauclero magis credebat, quàm his quę à Pau
lo dicebant. Et cum aptus portus non esset ad hyemandū, plurimi statuerunt consilium naui-
gare inde, si quo modo possent deuenientes Phœnicen hyemare, portum Crœtæ respicientē
C ad Africū & ad Chorū. Aspirante aūt austro, æstimantes propositū se tenere, cū sustulissent de
Asson, legebant Crętam. Non post multū aūt misit se contra ipsam ventus typhonicus, q vo-
cat Euroaquilo. Cū'q; arrepta esset nauis, & non posset conari in ventum, data naue flatibus, fe
rebamur. In insulam aūt quandam decurrētes, quæ vocat Clauda, potuimus vix obtinere sca-
pham. Qua sublata, adiutorijs vtebant, accingentes nauem, timentes ne in syrtim inciderent,
submisso vase, sic ferebant. Valida aūt nobis tempestate iactatis, sequenti die iactū fecerunt, &
tertia die suis manibus armamenta nauis proiecerunt. Neq; aūt sole, neq; sideribus apparenti-
D bus per plures dies & tempestate nō exigua imminente, iam ablata erat spes oīs salutis nostrę.
Et cum multa † ieiunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorū, dixit: Oportebat quidem, ō media,
viri, audito me nō † tollere à Cręta, lucri'q; facere iniuriam hanc, & iacturam. Et nūc suadeo vo soluere
bis, bono animo esse, amissio eñi nullius animę erit ex vobis, pręterq̄ nauis. Astitit eñi mihi hac
nocte angelus Dei, cuius sum ego, & cui deseruio, dicēs: Ne timeas Paule. Cæsari te oportet assi
stere, & ecce donauit tibi Deus oēs q nauigant tecū. Propter q̄d bono animo estote viri: credo
eñ deo, quia sic erit, quemadmodū dictū est mihi. In insulam aūt quandam oportet nos deue-
E nire. Sed posteaq̄ quartadecima nox superuenit, nauigantibus nobis in Adria, circa mediā no
ctem suspicabant nautę apparere sibi aliquam regionē. Qui & submittentes Bolidem, inuene-
runt passus viginti, & pusillū inde separati, inuenerunt passus q̄ndecim. Timētes aūt ne in aspe
ra loca incideremus, de puppi mittētes ancoras quatuor, optabant diē fieri. Nautis vero quæ-
rentibus fugere de naui, cum misissent scapham in mare, sub obtentu quasi inciperent à prora
ancoras extendere, dixit Paulus Centurioni & militibus: Nisi hi in naui manserint, vos salui fię
ri nō potestis. Tūc absciderūt milites funes scaphæ, & passi sunt eam excidere. Et cū lux incipe
F ret fieri, rogabat Paulus oēs sumere cibū, dicēs: Quartadecima die hodie expectantes ieiuni p̄-
manetis, nihil accipiētes. Propter q̄d rogo vos accipere cibū pro salute vestra, quia nullius ve-
strū capillus de capite peribit. Et cū hæc dixisset, sumēs panē, grās egit Deo in conspectu oīm,
& cū fregisset, cœpit manducare. Animæ quiores aūt facti oēs, & ipsi sumpserūt cibū. Eramus
vero vniuersæ animæ in naui, ducētæ septuagintasex. Et satiati cibo, alleuiabant nauē, iactātes
triticū in mare. Cū aūt dies factus esset, terram non agnoscebāt, sinū vero quendā cōsiderabant
habentē littus, in quē cogitabāt (si possent) eijcere nauē. Et cū ancoras sustulissent, cōmittebant
G se mari, simul laxantes iuncturas gubernaculorū, & leuato † artemone sc̄d̄m auræ flatū tende- velo, alij ero dicā strumē tū ad onera eleuanda intelligunt.
bimarem bant ad littus. Et cū incidissemus in locū † dithalassum, impegerūt nauem, & prora q̄dem fixa,
manebat immobilis, puppis vero soluebatur à vi maris. Multū autē consiliū fuit, vt custodias
occiderent, ne quis cum enatasset, effugeret. Centurio aūt volēs seruare Paulum, prohibuit fie-
ri, iussit'q; eos qui possent natare, emittere se primos, & euadere, & ad terram exire, & cæteros
alios in tabulis ferebant, quosdam super ea quæ de naui erant. Et sic factum est, vt omnes ani
mæ euaderent ad terram.

¶Quid Paulo acciderit, quī'due ipse gesserit in Melite insula & cum hinc Romam naui-
garet. Caput XXVIII.

ET cum euasissemus, tūc cognouimus, quia Melite insula vocabatur. Barbari vero præ-
stabant non modicā humanitatem nobis. Accensa eñi pyra, reficiebant nos oēs pro-
pter imbrem q imminebat & frigus. Cum congregasset aūt Paulus sarmētorū aliquā-
tam multitudinem, & imposuisset super ignem, vipera à calore cum processisset, inua-
sit ma-

fit manum eius. Vt vero viderunt Barbari pendentem bestiam de manu eius, ad inuicem dice- B
bant: Vtiq; homicida est hō hic, q cū euaserit è mari, vltimo nō sinit eū viuere. Et ille qdem ex-
cutiēs bestiā in ignē, nihil mali passus ē. At illi existimabāt eū in tumorē cōuertendū, & subito
casuꝝ, & mori. Diu aūt illis expectātibus, & vidētibus nihil mali in eo fieri, conuertētes se, di-
cebāt eū esse deū. In locis aūt illis erāt prædia principis insulæ, nomīe Publij, q nos suscipiēs, tri
duo benigne exhibuit. ¶Cōtigit aūt p̄rem Publij febribus & dysenteria vexatū iacere. Ad quē C
Paulus intrauit, & cū orasset, & imposuisset ei manus, saluauit eū. Quo facto, oēs q in insula ha-
bebāt infirmitates, accedebāt, & curabant; q etiā multis honoribus nos honorauerūt, & nauigā
tibus imposuerūt q̄ necessaria erāt. Post menses aūt tres, nauigauimus in naui Alexādrina, quę
in insula hyemauerat, cui erat insigne Castoꝝ. Et cū venissemus Syracusas, mā̄simus ibi triduo
Inde circūlegētes, deuenimus Rhegiū, & post vnū diem flante austro, scd̄a die venimus Puteó
los: vbi inuētis fratribus, rogati sumus manere apud eos dies septē, & sic venimus Romā. Et in- D
nomen loci. de cū audissent frēs, occurrerūt nobis vsq; ad Appij forū, ac † tres tabernas. Quos cum vidisset
Paulus, grās agēs deo, accepit fidutiā. Cū aūt venissemus Romā, Cēturio tradidit vinctos prin
cipi exercitus, p̄missum est aūt Paulo manere sibimet cū custodiēte se milite. Post tertiū āt diē
cōuocauit primos Iudęoꝝ. Cūq; venissent, dicebat eis: Ego viri frēs, nihil aduersus plebē faci-
ens aut morē paternū, vinctus ab Hierosolymis traditus sum in manus Romanoꝝ, q cū inter- E
rogationē de me habuissent, voluerūt me dimittere, eo ꝙ nulla esset causa mortis in me. Cōtra-
dicētibus aūt Iudæis, coactus sum appellare Cæsarē, nō quasi gentē meā habēs aliqd accusare:
Propter hāc igit causam rogaui vos videre & alloqui. Propter spem eñ Israhel catena hac cir-
cūdatus sum. At illi dixerūt ad eū: Nos neq; lr̄as accepimus de te à Iudæa, neq; aduenīēs aliqs fra
trū nūtiauit, aut locutus est qd de te malū. Rogamus āt à te audire q̄ sentis, nam de secta hac no F
tū est nobis, qa vbiq; ei cōtradicit. Cū cōstituissent aūt illi diem, venerūt ad eū in hospitiū plu-
rimi, qbus exponebat testificans regnū Dei, suadensq; eis de Iesu ex lege Moysi & prophetis,
à mane vsq; ad vesperā. Et qdam credebant his quæ dicebant, qdam vero nō credebant. Cūq;
Esa.6.c inuicē non essent consentientes, discedebant, dicēte Paulo vnū verbū. Quia bene spūs sanctus
Mat.13.b locutus est p̄ Esaiā prophetā ad p̄res nr̄os, dicēs: Vade ad populū istū, & dic ad eos: * Aure au- G
Mar.4.b dietis, & nō intelligetis, & vidētes videbitis, & nō pspicietis. Incrassatū est eñ cor populi hu-
Lucæ.8.f ius, & auribus grauiter audierūt, & oculos suos cōpresserūt, ne forte videant oculis, & auribus
Iohan.12.f audiant, & intelligāt, & conuertant, & sanem eos. Notum ergo sit vobis, qm̄ gentibus missum
Roma.11.b. est hoc salutare Dei, & ipsi audient. Et cū hæc dixisset, exierunt ab eo Iudæi, multā habētes in-
ter se quæstionem. Mansit autem biennio toto in suo conducto, & suscipiebat omnes q ingre
diebātur ad eum, prædicans regnū Dei, & docens quæ sunt de Domino Iesu Christo, cum oī
fidutia sine prohibitione.

¶Actorum Apostolicorum finis.

RRAEFATIO SANCTI HIERONYMI PRESbyteri in omnes Epistolas sancti Pauli.

PRimū quærit, quare post Euāgelia, quę supplementū legis sunt, & in qbus nobis exempla & p̄cepta viuēdi plenissime digesta sunt, voluerit Apostolus has epistolas ad singulas ecclesias destinare. Hac aūt causa factū videt, vt scilicet initia nascētis ecclesię nouis causis existētibus p̄ueniret, & vt p̄sentia atq; oriētia resecaret vitia, & post, futuras excluderet quæstiones: exemplo ꝓphetaꝝ q prius æditā legē Moysi in qua oīa Dei mādata legebant, nihilominus tñ doctrina sua rediuiua semp populi cōpressere pctā, & propter exemplum viuēdi libros ad nr̄am etiā memoriā transmiserunt. Deinde quęrit. Cur nō amplius q̄ decem epistolas ad ecclesias scripserit. Decē sunt eñ cum ea quę dicit ad Hebræos. Nam reliquæ quatuor ad discipulos specialiter sunt porrectæ. Vt ostēderet nouū non discrepare à veteri testamento, & se cōtra legē nō facere Moysi, ad numeꝝ primoꝝ decalogi mandatoꝝ suas epistolas destinauit, & qd ille p̄ceptis à Pharaone instituit liberatos, totidē hic epistolis à diaboli & idololatriæ seruitute edocet acquisitos. Nā & duas tabulas lapideas duoꝝ testamentoꝝ figurā habuisse viri eruditissimi tradiderūt. Epistolā sane quæ ad Hebræos scribit quidā Pauli nō eē cōtendunt, eo ꝙ nō sit eius noīe titulata & propter sermonis stiliq; distantiā: sed aut Barnabæ iuxta Tertullianū aut lucæ iuxta quosdā vel certe Clemētis, discipuli aplōꝝ & epi Romanæ ecclesiæ post apostolos ordinati. Quibus rn̄dendū est, si propterea Pauli nō erit: quia eius nō habet nomē, ergo nec alicuius erit, quia nullius nomine titulat. Quod si inconueniēs absurdumq; est, ipsius magis esse credenda est, quæ tanto doctrinæ suæ fulget eloquio. Sed qm̄ apud Hebręorum ecclesias quasi destructor legis falsa suspitōe habebat, voluit tacito nomine de figuris legis & veritate Chr̄i reddere rationē, ne odiū nominis in fronte prętitulati vtilitatē excluderet lectōis. Non est sane miꝝ si eloquentior videat in proprio, id est, Hebræo, quàm in peregrino id est, in Græco, quo cæteræ epistolæ sunt scriptæ sermone. Mouet etiam quosdam quare Ro

manoꝝ

manorũ epistola in primo sit posita, cum eam nõ primo scriptam ratio manifestet. Nam hãc se
proficiscentẽ Hierosolymam scripsisse testat, cum Corinthios & alios iam ante vt ministerium
qđ secũ portaturus erat, colligerẽt, literis adhortatus sit. Vnde & intelligi qdam volunt ita oẽs
epistolas ordinatas, vt prima poneret quãuis posterior fuerit destinata, vt p singulas epistolas
gradibus ad pfectiora veniret. Romanorũ nãq; pleriq; tam rudes erãt, vt nõ intelligerẽt Dei se
gratia, & non suis meritis esse saluatos, & ob hoc duo inter se populi conflictarẽt. Idcireo illos ad,cõfirmad
indigere asserit † corrig:, vitia gentilitatis priora cõmemorãs. Corinthijs aũt iam dicit sciæ gra
tiam esse cõcessam, & nõ tam omnes increpat q̃ cur peccantes nõ increpauerunt, reprehendit, 1.Cor.5
sicut ait. Audit inter vos fornicatio. Et iterũ congregatis vobiscũ meo spũ: tradere hmõi sata-
næ. In secũda vero laudant, & vt magis ac magis proficiant cõmouent. Galatæ vero iam nulli-
us criminis arguunt, nisi hoc tm̃ qđ callidissimis pseudoapostolis crediderũt. Ephesij sane nul 1.Thess.2
la reprehensione: sed multa laude suntdigni, quia fidẽ apostolicam seruauerũt. Philippẽses etiã
multo magis collaudant, qđ nec audire qdem falsos apostolos voluerunt. Thessalonicenses ni
hilominus in duabus epistolis omni laude prosequit, eo q̃ nõ solũ fidẽ incõcussam seruauerint
veritatis, sed etiam in persecutõe ciuiũ fuerint constantes inuenti. Colossenses aũt tales vt cum
ab Apostolo visi corporaliter nõ fuissent, hac laude digni haberent. Et si corpore, inqt, absens
sum, sed spũ vobiscũ sum gaudens, & videns ordinẽ vestrũ. De Hebræis vero quid dicendũ est
q̃rũ Thessalonicenses q plurimũ laudati sunt, imitatores facti esse dicunt. Sicut ipse ait: Et vos
fratres imitatores facti estis ecclesiarũ Dei quæ sunt in Iudæa. Eadẽ em̃ passi estis & vos à contri
bulibus vestris, quæ & illi à Iudæis. Apud ipsos quoq; Hebræos eadem commemorat, dicens. Heb.10
Nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cogno
scentes vos habere meliorem & manentem substantiam.

INCIPIT PROLOGVS SPECIALIS
in Epistolam ad Romanos.

ROmani sunt qui ex Iudæis & Gentibus crediderunt. Hi superba contentione vole-
bant se alterutrũ superponere. Nam Iudæi dicebant. Nos sumus populus Dei, quos
ab initio dilexit & fouit. Nos circũcisi ex genere Abraham sancta descẽdimus ex stir
pe: & notus retro apud Iudæam tñ deus. Nos de Aegypto signis Dei & virtutibus li
berati: mare sicco ptransiuimus pede, cũ inimicos nostros grauissimi fluctus inuoluerẽt. Nobis
pluit mãna Dñs in deserto, & quasi filijs suis cœleste pabulũ ministrauit. Nos die noctuq; in co
lumna nubis ignisq; præcessit, vt nobis in inuio iter ostẽderet. Atq; vt cætera eius circa nos im
mensa beneficia taceamus: nos soli digni fuimus Dei legẽ accipere, & vocẽ Dei loquẽtis audi-
re: eiusq; cognoscere voluntatẽ. In qua lege nobis promissus est Chrũs, ad quos etiã ipse se ve-
nisse testatus est, dicens: Non veni nisi ad oues quæ perierant domus Israhel, cũ vos canes po-
tius q̃ hoĩes appellauerit. Aequũ ne ergo est vt idola hodie deserẽtes qbus ab initio deseruistis Mat.5.
nobis comparemini? & nõ potius in proselytorũ locũ ex legis authoritate & cõsuetudine depu
temini, & hoc ipsum nõ merebamini: nisi qa larga semp Dei clementia voluit vos ad nostram
imitationẽ admittere. Gentes etiam ecõtrario rñdebant. Quanto em̃ maiora erga vos Dei be-
neficia narraueritis, tanto maioris vos criminis reos esse mõstrabitis. Semp em̃ his oĩbus extiti
stis ingrati. Nam ipsis pedibus qbus aridũ mare transistis: ludebatis ante idola quæ fecistis, & Exo.14.a
ipso ore quo pauloante ob necem aduersariorũ Dño cantaueratis, simulachra vobis fieri popo
scistis, illis oculis qbus venerando Deũ in nube vel igne conspicere solebatis, simulachra intue
bamini. Mãna quoq; vobis fastidio fuit, & semp in deserto cõtra Dñm murmurastis, ad Aegy
ptum, vnde vos manu valida eiecerat redire cupientes. Quid plura? Ita patres vestri crebra p-
uocatione Dñm irritauerunt, vt omnes in eremo morerent, nec plus ex senioribus eorũ q̃ duo Num.14.b
homines terram repromissionis intrarẽt. Sed qd antiqua replicamus? cũ etiã si illa minime fe-
cissetis de hoc solo nemo vos dignos venia iudicaret, qđ Dñm Chrm, prophetarũ semp vobis
vocibus repromissum, nõ solum suscipere noluistis sed etiam morte pessima peremistis. Quem
vt nos cognouimus, statim credidimus, cũ nobis de eo antea nõ fuerit prædicatũ. Vnde pbat
qđ idolis seruiuimus nõ obstinationi mẽtis, sed ignorantiæ deputandũ. Qui em̃ cognitũ ilico
sequimur: olim vtiq; sequeremur, si antea cognouissemus. Sic aũt vos de generis nobilitate ia-
ctatis quasi non morũ imitatio magis q̃ carnalis natiuitas filios vos faciat esse sanctorũ. Deniq;
Esau & Ismahel cũ de stirpe sint Abrahæ, minime tñ in filijs reputant. His taliter altercantibus
Apostolus se mediũ interponens ita partim dirimit quæstiones vt neutrũ eorũ sua iustitia salu-
tem meruisse cõfirmet ambos vero populos & scienter & grauiter deliquisse. Iudæos qdem qđ
per præuaricationẽ legis Deũ inhonorauerint: Gentes vero qđ cum cognitũ de creatura crea
torem, vt Deũ debuerint venerari, gloriam eius in manu facta mutauerint simulachra. Vtrosq;
etiam similiter veniam consecutos, æquales esse verissima rõne demonstrat: præsertim cum in
eadem lege prædictum sit & Iudæos & Gentes ad Christi fidem vocandos esse. Quãobrem vi
cissim eos humilians ad pacem & concordiam cohortatur.

¶Inci-

¶Incipit prologus ex dictis sanctoꝝ doctoꝝ in epl'as beati Pauli Apostoli.

PRincipia reꝝ requirēda sunt prius, vt eoꝝ notitia plenior possit haberi. Tunc eñ demū fa
cilius poterit causæ rō declarari, si eius origo discat. Si ergo epl'aꝝ scripturæ post euāgeliū
æditæ, modū & rōnē ondērim' ꝑpoterit videri veꝝ qđ dicim'. Sciendū igit ꝙ sicut in vete
ri testamēto post legis Mosaicæ eruditionē vbi culturæ diuinæ mādata cōtinebant propheti
ca doctrina fuit necessaria, quę re diuina populi pctā suppliciōꝝ denūtiatōe cōpesceret, atq; eū
dem ppl'm bonoꝝ repromissionibus ad obediēdū ac seruiēdū deo viuēti cōmoneret: ita in no
uo testamēto post euangelium in quo Chr'ianæ religionis ordo & pfectæ sanctitatis doctrina
tradit, epl'aꝝ Pauli, & alioꝝ putilis secuta est doctrina: vt ecclesiā dei cōtra hęreticas prauitates
præmuniret, & suborientia vitia resecaret, & post, futuras quæstiones excluderet. Hi sunt pāni q
ad extrahendū Hieremiā de lacu funibus circūligati sunt. Epl'aꝝ siqdē doctrina legis & ꝓphe
tiæ atq; euangelij cōsonis testimonijs, velut triplici fune circūligata de lacu ignorātiæ & infi
delitatis pctōr ad lucē grǣ & veritatis educit. Inter oēs vero epl'aꝝ scriptores Paulus in tribus
& pluribus forte excellit, scilicet, in operis ꝓfunditate, in fidei assertōe & in grǣ cōmendatione
seu spei subleuatōe. In opis ꝓfunditate, qa hoc opus est cæteris ꝓlixius, & ad intelligendū diffi
cilius est. In fidei assertōe, qa Paulus in lege & ꝓphetis peritus, ad fidei catholicæ assertionē cō
grua authoritatū legis ꝓphetiæ induxit testimonia, vt esset basis sub columna. In grǣ cōmen
datione seu spei subleuatōe: qa cōtra supbos & arrogātes: & de suis opibus ꝑsumentes: pro cō
mēdāda dei grā, fortiter, prudēter atq; acriter dimicauit, quæ nimiꝝ in illo euidētior & clarior
apparuit, quia inter alia opa vehemēter ecclesiā dei ꝑsecutus, ꝓ quo summo fuit dignus suppli
cio: ꝓ maledictōe cōsecutus est grām, & ꝓ damnatōe suscepit misericordiā: in quo ipso spes no
stra plurimū subleuat. Sicut eñ cū audiuimus Dauid homicidā & adulteꝝ ꝑ pœniam ꝓphetię
recuperasse spm̄, oīs veniæ diffidētia pctōri tollit: ita cū Saulū prius ecclesiæ ꝑsecutorē, postea
factū Apostolū & ꝑdicatorē aduertimus: nō modicū spes nostra attollit. Inde est qđ in ecclesia
hæ epl'æ plus cæteris frequētant, vt psalmi Dauid magis alijs ꝓphetijs. Sciendū vero est ꝙ qua
tuordecim scripsit epl'as, decē ad ecclesias, q̄tuor ad ꝑsonas: sub hmōi mysterij insinuatōe. vt. s.
in hoc ope vtriusq; testamēti summa cōtineri monstraret. Per denariū nāq; vetus testamentū
signat quaternarius vero noui testamēti nota est. Ideo itaq; decē & quatuor scripsit, vt vtriq;
legi se cōsentire insinuaret, atq; æmuloꝝ calumniā dilueret ipsum legis dei ꝑ Moysen date de
structorē fore calumniantiū, eumq; in odiū Iudæoꝝ trahentiū, q̄s placatos habere volēs, decē
ad ecclesias scripsit. Et sicut Moyses Israhelitico populo à Pharaonis & Aegyptioꝝ seruitute
educto: decē mandatoꝝ doctrinā tradidit, ita & Apostolus dei ecclesias à diaboli ptāte & ido
latriæ seruitute redēptas: decē epistolaꝝ doctrina informaret. Ideo etiā decē & quatuor scri
psit, vt duoꝝ testamētoꝝ cōcordiā atq; cōuenientiā signaret: quā Moyses in duabus tabulis la
pideis simul iūctis, q̄bus legis decalogus inscriptus erat, ondit: Monas quoq; noster .i. Chr'us,
idē in cœna cū discipulis pascha celebrās figurauit. Ibi etem̄ lapis reprobus quē gessit angulus
mira pręstās in oculis nr'is, panē supcœlestē cū typico agno cōiunxit, finiēs vetus, inchoans no
uum. Per agnū etem̄ q in veteri lege solēnis hostia erat, & panē q nouæ legis sacramēti forma
est, duo testamēta figurauit, atq; illa duo cōiungēs ꝑdictoꝝ testamētoꝝ cōsonantiā declarauit
Est eñ rota in medio rotæ, sicut vidit Ezechiel. Ex ꝑdictis itaq; patet mysterij euidētissima rō
qua epistolas quatuordecim cōscripsit, & distincte, decē ad ecclesias, quatuor ad ꝑsonas dire
xit. Vnde quorundā insania ꝑcutit, dicentiū epistolā quæ ad Hebręos scribit, non fuisse Pauli,
sed Barnabæ vel Clemētis vel Terculiani, vel Lucæ, q̄s in hūc errorē occasio deduxit hmōi, qa
nec salutatio eius noīe intitulata ꝑscribit, & lōge facūdiore & splēdidiore stilo quā cæteri ædi
ta est. Quibus sufficiēter rñdet hoc modo, qa si ideo nō est dicēda Pauli qđ nomē eius in titulo
nō habet, ergo nec Barnabæ nec alicuius ꝑdictoꝝ cū nullius eoꝝ noīe prętitulata sit, nec ob id
quoq; Pauli nō esse putāda est qa diligētius est scripta, cū naturale sit vnicuiq; plus valere in sua
lingua q̄ in peregrina. Illā eñ Hebraice, cæteras vero scripsit gręce, nomē vero suū ideo ꝑmit
tere noluit, qa Hebræis odiosus erat, eū legis destructorē arbitrātibus. Quocirca de legis atq;
cerimoniaꝝ abolitōe tractaturus, recte nomē suū, substituit, ne præscripti noīs inuidia vtilita
tem sequentis excluderet lectōis. Est itaq; & illa epistola Pauli sicut & aliæ. De ordine quoq;
epistolaꝝ quæri solet, quare nō eo ordine sint dispositæ quo ab Apostolo æditæ, qđ cōstat nō
esse, cū epistola quæ Romanis scribit prima ponatur, quæ tñ añ alias oēs nō est scripta. Episto
lam eñ q̄ ad Corinthios scribit, añ istā scripsisse videt, qa hāc de Corintho scripsisse euidēter
monstrat ex eo qđ dicit. Cōmēdo vobis Phebē sororē nostrā mistrā ecclesiæ, q̄ ē Cēchris, Cē
chris eñ dicit loc' Corintho vicinus, imo portus ipsius Corinthi. Ex hoc ergo apparet de Co
rintho scripta & ex eo qđ dicit. Salutat vos Caius hospes meus, de quo scribēs Corinthijs com
memorat, dicēs. Gratias ago deo meo ꝙ neminē vestrū baptizaui, nisi Crispū & Caium. Hæc
ergo epistola ad intelligendū cæteris difficilior, in qua & Apostolus videt perfectior, primatū
1.Cor.1. obtinuit in corpore epistolaꝝ, nō ꝙ prius ab Apostolo sit scripta, sed causa dignitatis Roma
noꝝ q tunc tpis vniuersis gentibus imperabant. Interpretant Romani sublimes siue tonantes,

quia

quia illo tpe quo aplus hãc epistolã eis misit, cũctis gẽtibus dñabant. Ideoq; sublimiores erant oibus populis. Et intonabãt pcepta publica & priuata, eorũq; fama oĩm hoĩm resonabat ĩ ore. ¶Haimo aũt ab Athenis aplm scripsisse Romanis dicit, his verbis: Ab Athenis ciuitate Græco rũ scripsit apls Romanis hãc eplam, qs nõ ipse, nõ Petrus, nõ aliqs duodecim discipulorũ primũ instruxit, sed qdã Iudæorũ credẽtiũ, q fide Chri ab aplis pcepta veniẽtes Romã, vbi princeps orbis residebat, cui erãt sibi subiecti, q apud Hierosolymã didicerãt, Romanis euãgelizauerũt. Attẽde diligẽter q Haimo dicit aplm ab Athenis scripsisse, Origenes vero de Coritho Itẽ, inspice q idẽ Haimo ait Petrũ Romanis primũ nõ pdicasse, cũ ecclıastica hist. sic cõtineat: Claudij tpibus clemẽtia diuĩæ puidẽtiæ Petrũ ad vrbẽ Romã deducit. Iste adueniẽs, primus in vrbe Roma euãgelij Chri clauib⁹ ianuã regni cœlestis apuit. Hieronym⁹ qd sup eplam ad Romanos, vbi scriptũ ẽ, Vt aliqd impartiar vobis grẽ spũalis, ait sic: Romanos Petri pdicatiõe fidẽ tenẽtes, cõfirmare se velle, Paulus dicit, nõ q min⁹ accepissent à Petro, sed vt duob⁹ aplis attestãtibus atq; doctoribus, eorũ corroboraret fides. Harũ itaq; autoritatũ cõflictũ q videt dirimẽtes, dicimus Petrũ primũ pdicasse Romanis, qtũ ad alios aplos, sed non primũ, qtũ ad oẽs credẽtes. Itẽ, dicim⁹ Athenis eplæ vel ptẽ scripsisse, Corinthi vero pfecisse, atq; ĩde Romanis eã destinasse. Vel poti⁹ ideo prima ponit, qa primũ gradũ erroris destruit, scz supbiã oĩm malorũ radicẽ, sicut scriptũ ẽ: Initiũ oĩs pcti supbia ẽ, q natõe cęlestis sublimiũ mẽtes ĩhabitat sub cinere & cilicio latitãs, q Romanos adeo occupauerat, vt ĩter se altercãtes, & se sibi ĩuicẽ pferẽtes, dissensiões & scismata facerẽt. Erãt eñ Romani de Iudæis & gẽtibus ad Chrm cõuersi. Iudæi ppter sctõs pres à qbus originẽ ducebãt, & ppter legẽ quã soli ĩter cæteras gẽtes acceperũt gẽtiles credẽtes despiciebãt, dicẽtes se ppter obseruãtiã legis, & cui seruierãt meruisse, accipere grãm Chri & fidẽ euãgelij, & ppter merita operũ legis sibi venisse euãgeliũ dñi nri Iesu Chri, atq; his inflati gẽtibus se pferebãt, dicentes: Nos de gñe Abrahæ sumus, cui primũ facta fuit pmissio, nos ppls peculiaris dei sumus, nos de Aegypto forti manu, & mirabilibus signis deus eduxit, nos sicco vestigio mare rubrũ trãsire fecit, in deserto mãna pauit, aquã de petra pduxit, atq; alijs sub silẽtio relictis, nos soli digni fuimus legẽ dei accipere, & eius volũtatẽ cognoscere. Ad nos qq; specialr dei filius venit, vt ipse ĩ euãgelio ait: Nõ sum missus, nisi ad oues q perierũt, domus Israel. Gẽtiles aũt ecõtra dicebãt, qto plura bñficia vobis exhibita, memoratis, tãto vos deteriores eẽ oñditis. Eisdẽ siqdẽ pedib⁹ qbus mare trãsistis añ idola postea saltastis, q & pprijs manibus fecistis, & illo ore q paulo añ de submersiõe Pharaonis & Aegyptiorũ laudes deo psolueratis, idola adorastis. Præterea mãna cœlitus datũ in deserto fastidistis, cupiẽtes redire ĩ Aegyptũ ad ollas carniũ, Sæpe etiã deũ in irã irritastis. Ad vltimũ, Chrm in lege & pphetis pmissum occidistis. Nos itaq; vobis digniores sumus, q vt de Chro audiuimus, in eũ credidimus, Vñ p prophetã dñs ait: Pplus quẽ nõ cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Vñ cõstat nos nõ ex ĩdustria, sed ex ignorãtia deliqsse. Si eñ pphetas aut aplos añ habuissemus, idola nõ coluissemus. Qd aũt de gñis nobilitate vos iactitatis, si q taliũ gloria ẽ, tũc Hismael & Esau possunt pariter gloriari, cũ de eisdẽ parẽtibus sint nati. His itaq; altercãtibus aplis, se mediũ interposuit, oẽs illorũ cõtẽtiones hincinde dirimẽs, qsi bonus concionator voce sonora illos alloquẽs, ad vnã oẽs cõcordiã adduxit, oñdẽs nullos illorũ suis meritis eẽ saluatos, qa oẽs & Iudæi & gẽtiles sub pctõ tenebant, sed p grãm dei liberati sunt. Pro altercatiõe itaq; pdicta scribit Romanis cõfutãs mõ gẽtiles modo Iudæos, docẽs eos hũiliari, vt oĩa attribuãt grẽ dei, & oñdẽs oĩbus, gratis venisse grãm fidei & euãgelij Chri, quã propterea & grãm vocari oñdit, qa nõ qsi debitũ iustitiæ reddita ẽ, sed gratuito data. Quid eñ est gra, gratis data, donata, nõ reddita. Si eñ tibi debebat añq grãm haberes merces tibi reddita est, nõ gra donata. Meritoq; hæc epla prima ponit, qa oĩm malorũ (vt pdictũ est) radicẽ perimit. Assignatis rõnibus opis, nũeri & ordinis eplarũ, explicato qq; vñ & qre apls Romanis scripserit, supest de materia & intẽtiõe & mõ tractãdi exeq. Generalis oĩm eplarũ materia est doctrina euãgelij. Intẽtio monere ad obediẽdũ euãgelicæ doctrinæ. Præter hæc aũt in singulis pprias intẽtiões & materias reqrimus. Prima itaq; epistola materiã habet Romanorũ vitia atq; grẽ dei dona, ad q eos hortat. Intẽtio est, vitia eorũdẽ increpare, & ad verã pacẽ & fraternã cõcordiã sub manu grẽ hũiliare. Modus tractãdi talis est, more scribẽtiũ epistolas, salutationẽ pmittit, in q tria facit. Cõmẽdat eñ psonã suã, & negotiũ, & autorẽ negotij, in qbus cõgrue captat bñuolẽtiã. Post salutationẽ vero vtriusq; partis vitia arguit, oñdens gẽtiles à naturali ratiõe & Iudæos à lege exorbitasse. Deinde pluribus modis ostendit iustitiã & salutem æque vtriq; esse, nõ per legem, sed p fidem Iesu Christi, vt à lege eos tollat, & in sola fide Chri eos constituat. Circa finem vero, moralis subditur instructio, atq; in actione gratiarũ finem tenet epistola, Præmittit autem salutationem, dicens:

¶Argumentum in epistolam Pauli ad Romanos.

ROmani sunt partis Italiæ, Hi puenti sunt à falsis apostolis: & sub nomine dñi nostri Iesu Christi in legem & prophetas erant inducti, Hos reuocat apostolus ad veram & euangelicam fidem: scribens eis à Corintho.

Mat. 15.

Psal.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS.

¶Paulus sese, munusq; suum commendans, incredulitatem gentium, hincq; peccata crassiora execratur. Cap. .I.

AVLVS seruus Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in euan A
geliū dei q̄d ante promiserat p prophetas suos in scripturis sc̄tis de fi-
lio suo, q factus est ei ex semine Dauid secundū carnē, q p̄destinatus
est filius dei in virtute secūdū sp̄m sanctificatiōis, ex resurrectiōe mor
tuoꝝ Iesu Chri dñi nostri, p quē accepimus gratiā & apostolatū ad
obediendum fidei in oībus gētibus pro noīe eius, in qbus estis & vos
vocati Iesu Christi: oībus q sunt Romæ dilectis dei, vocatis sc̄tis, Gr̄a
vobis & pax à deo patre nr̄o, & dño Iesu Chr̄o. Primū qdē grās ago
deo meo, p Iesum Christū pro oībus vobis, qa fides vestra annuntiat
2. Tim. 1. a in vniuerso mūdo. *Testis em̄ mihi est deus, cui seruio in sp̄ū meo in B
euāgelio filij eius, q sine intermissiōe memoriā vr̄i faciā semp in ora-
tionibus meis, obsecrās, si q̄ modo tandē aliqn̄ prosperꝰ iter habeā in
volūtate dei, veniendi ad vos. Desidero em̄ videre vos, vt aliqd impertiar vobis gr̄æ sp̄ūalis, ad
cōfirmādos vos, id est, simul cōsolari in vobis, p eā q̄ inuicē est fidē vestrā atq; meā. Nolo aūt
vos ignorare frēs, qa sæpe proposui venire ad vos (& prohibitus sum vsq; adhuc) vt aliquem
fructū habeā & in vobis, sicut & in cæteris gētibus. Græcis ac Barbaris, sapiētibus & insipiēti
bus debitor sum, ita q̄d in me promptū est, & vobis q Romę estis euāgelizare. Nō em̄ erubes-
co euāgeliū. Virtus em̄ dei est, in salutē omni credēti, Iudæo primū & Græco. Iustitia em̄ dei C
Abac. 2. a Heb. 10. g in eo reuelat ex fide in fidē, sicut scriptū est: *Iustus aūt ex fide † viuit. Reuelat em̄ ira dei de cœ uiuet
lo sup oēm impietatē & iniustitiā hoīm eoꝝ, q veritatē dei in iniustitia detinēt: qa q̄d notum
est dei, manifestū est in illis. Deus em̄ illis manifestauit. Inuisibilia em̄ ipsius, à creatura mūdi p
2. Cor. 1. d ea q̄ facta sunt intellecta, cōspiciunt sempiterna q̄q; eius virtus & diuinitas, ita vt sint inexcu-
Ephes. 4. c sabiles. *Quia cū cognouissent deū, nō sicut deū glorificauerūt aut gr̄as egerūt, sed euanuerūt
in cogitatiōibus suis, & obscuratū est insipiēs cor eoꝝ. Dicētes em̄ se esse sapiētes, stulti facti
sunt, & mutauerūt gloriā incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis hoīs, & vo
lucrū, & q̄drupedū, & serpētiū. Propter q̄d tradidit illos deus in desideria cordis eoꝝ, In im-
mūditiā, vt cōtumelijs afficiāt corpa sua ī semetipsis, q cōmutauerūt veritatē dei in mēdaciū,
coluerūt & seruierūt creaturæ potius q̄ creatori, q est bn̄dictus in secula. Amē. Propterea tra 15.4.7.c. vsus.
didit illos deus in passiōes ignominię. Nā fœiæ eoꝝ immutauerūt naturalē vsum, in eū vsum D
q est cōtra naturā. Similiter aūt & masculi, relicto naturali vsu fœiæ, exarserūt ī desiderijs suis
in inuicē, masculi in masculos turpitudinē operātes, & mercedē (quā optuit) erroris sui in se
meipsis recipiētes. Et sicut nō probauerūt deū habere ī notitia, tradidit illos deus ī reprobū
sensum, vt faciāt ea q̄ nō cōueniūt, repletos omni iniqtate, malitia, fornicatiōe, auaritia, neq-
tia, plenos inuidia, homicidio, cōtētione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, deo odi-
biles, cōtumeliosos, supbos, elatos, inuētores maloꝝ, parētibus nō obediētes, insipiētes, incō
positos, sine affectiōe, absq; fœdere, sine mia, Qui cū iustitiā dei cognouissent, † nō ītellexerūt græ. nō hic, nō intellexerunt.
Hic bis qui, apud græc. superest. qm̄ q talia agūt, digni sunt morte: nō solū † q ea faciūt, sed etiā q consentiunt facientibus.

minat in bñdictõibus, de bñdictõibꝰ & metet. Vnuſqſq; ꝓut deſtinauit in corde ſuo, nõ ex tri-
ſtitia aut ex neceſſitate. *Hilarẽ eĩ datorẽ diligit deus. Potẽs ẽ aũt deꝰ oẽm grãm abũdare facere
in vobis: vt in oĩbꝰ ſp oẽm ſufficiẽtiã hñtes, abũdetis in oẽ opꝰ bonũ, ſicut ſcriptũ ẽ: *Diſpſit de- Eccl.35.d
C dit paupibus, iuſtitia eiꝰ manet in ſeculũ ſeculi. Qui ãt admĩſtrat ſemẽ ſeminãti, & panẽ ad man Psal.111.b
ducãdũ ꝓſtabit, & multiplicabit ſemẽ veſtrũ, & augebit icremẽta frugũ iuſtitię veſtrę, ut in oĩ-
bus locupletati, abũdetis ĩ oẽm ſimplicitatẽ, q̃ operat p nos gratiaꝝ actõem deo. Qm̃ mĩſteriũ
huiꝰ officij, nõ ſolũ ſupplet ea q̃ deſunt ſctĩs, ſ; etiã abũdat p multas grãrũ actões in dño, p pro-
D bationẽ miniſterij huiꝰ, glorificãtes deũ in obediẽtia cõfeſſiõis ueſtrę in euãgeliũ Chriſti, & ſim
plicitate cõicatiõis ueſtræ in illos, & in oẽs, & in ipſoꝝ obſecratõe ꝓ uobis, deſiderãtiũ uos pro-
pter eminentẽ grãm dei in uobis. Grãs ago deo ſup inenarrabili dono eius.

¶Paulus excuſat ſe aduerſus pſeudoapl̃os q faſtu q̃dã ſeſe ei ꝓtulerãt. Ca. XII.

A IPſe aũt ego Paulus obſecro p manſuetudinẽ & modeſtiã Chriſti, q in facie qdem humilis
ſum inter uos, abſens aũt cõfido in uobis. Rogo aũt uos, ne ꝓſens audeã p eam confidenti-
am in qua exiſtimor audere in quoſdam, qui arbitrant nos, tanq̃ ſecundum carnem am-
bulemus

bulemus. In carne eñ ambulantes, non ſcd̃m carnem militamus. Nam arma militiæ noſtrę nõ B
carnalia, ſed potẽtia deo ad deſtructionẽ munitionũ cõſilia deſtruẽtes, & omnẽ altitudinẽ ex-
tollentẽ ſe aduerſus ſciam dei, & in captiuitatẽ redigentes omnẽ intellectũ in obſequiũ Chri, & 24.q.5.cum
in promptu hñtes vlciſci oẽm inobediẽtiã, cũ ipleta fuerit veſtra obediẽtia. Quę ſcd̃m faciem
ſunt, videte. Si qs cõfidit ſibi, Chri ſe eſſe, hoc cogitet iterũ apud ſe, qđ ſicut & ipſe Chri ẽ, ita & C
nos. Nam & ſi amplius aliqd gloriatus fuero de ptãte noſtra, quam dedit nobis dñs in ædifica-
tionem, & nõ in deſtructionem veſtram, nõ erubeſcam. Vt aũt nõ exiſtimer tanq̃ terrere vos
per epiſtolas (Quoniam qdem epiſtolæ, inquiunt, graues ſunt & fortes, præſentia aũt corporis
infirma, & ſermo cõtemptibilis) hoc cogitet q eiuſmodi eſt, qa quales ſumus verbo per epiſto-
las abſentes, tales & præſentes in facto. Non eñ audemus inſerere aut cõparare nos qbuſdam,
q ſeipſos cõmendant, ſed ipſi in nobis noſmetipſos metientes, & cõparantes noſmetipſos no- D
Ephe.4.d bis.* Nos aũt nõ in immenſum gloriabimur, ſed ſcd̃m menſuram regulæ, qua menſus eſt nobis
deus menſurã pertingendi vſq; ad vos. Non eñ quaſi nõ pgentes ad vos, ſupextendimus nos.
Vſq; ad vos enim puenimus in euangelio Chri, nõ in immenſum gloriantes in alienis labori-
bus: ſpem aũt habentes creſcentis fidei veſtrę, in vobis magnificari ſcd̃m regulam noſtram in
abundantia, etiam in illa quæ vltra vos ſunt euangelizare, nõ aliena regula, in ijs quæ præpara-
Hiere.9.g ta ſunt gloriari.* Qui aũt gloriaẽ, in dño glorieẽ. Non enim q ſeipſum cõmendat, ille probatus
1.Cor.1.d eſt, ſed quem deus commendat.

¶ Paulus æquat ſe etiã pcipuis apl'is, tum ob donũ miraculorũ, tum ob varios aduerſos caſus atq; pericula, quorũ veluti catalogum ſubnectit. Ca. XI.

VTinã ſuſtineretis modicũ qđ iſipiẽtiæ meæ, ſed & ſupportate me. Aemulor eñ vos A Diſt.97.c.2.
dei æmulatiõe. Deſpõdi eñ vos vni viro virginẽ caſtã exhibere Chro.* Timeo ãt ne
Geñ.3.a. ſicut ſerpẽs Euã ſeduxit aſtutia ſua, ita & corrũpanẽ ſenſus vri, & excidãt à ſimplici-
tate quæ eſt in Chro. Nam ſi is q venit, alium Chrm prædicat, quẽ nõ pdicauimus,
aut alium ſpm̃ accipitis, quem nõ accepiſtis, aut aliud Euangeliũ quod non recepiſtis, recte pa- B
teremini. Exiſtimo enim nihil me minus feciſſe à magnis Apoſtolis. Nam & ſi imperitus ſer-
mone, ſed non ſciã. In oĩbus aũt manifeſtus ſum vobis. Aut nunqd pctm̃ feci, meipſum humi-
lians vt vos exaltemini? qm̃ gratis Euangeliũ Dei euangelizaui vobis? Alias eccleſias expolia-
ui, accipiens ſtipendium ad miniſterium veſtrum. Et cum eſſem apud vos & egerem, nulli one
roſus fui. Nam quod mihi deerat, ſuppleuerunt fratres q venerunt à Macedonia: & in oĩbus ſi- C
ne onere me vobis ſeruaui & ſeruabo. Eſt veritas Chri in me, qm̃ hæc gloriatio non infringeẽ
in me in regionibus Achaiæ. Quare? qa nõ diligo vos? Deus ſcit. Quod autẽ facio, & faciam, vt
amputem occaſionem eorũ qui volunt occaſionem, vt in quo gloriaẽ, inueniaẽ ſicut & nos. 26.q.5.Chri
Nam eiuſmodi pſeudoapoſtoli ſunt, operarij ſubdoli, transfigurantes ſe in apoſtolos Chriſti.
Et non mirũ. Ipſe enim ſatanas transfigurat ſe in angelum lucis. Non eſt ergo magnũ, ſi mini-
ſtri eius transfigureẽ velut miniſtri iuſtitiæ, quorũ finis erit ſcd̃m opera ipſorũ. Iterũ dico: Ne D
quis me putet inſipientẽ eſſe, alioquin velut inſipientem accipite me, vt & ego modicũ qd glo-
rier. Quod loquor, nõ loquor ſecũdum deum, ſed quaſi in inſipientia, in hac ſubſtantia gloriæ.
Quoniam multi glorianẽ ſecundũ carnem, & ego gloriabor. Libenter eñ ſuffertis inſipientes,
cum ſitis ipſi ſapientes. Suſtinetis eñ, ſi quis vos in ſeruitutẽ redigit, ſi qs deuorat, ſi qs accipit, E
ſi quis extolliẽ, ſi qs in faciem vos cædit, ſcd̃m ignobilitatem dico, quaſi nos infirmi fuerimus in
hac pte. Iſti in quo qs audet in inſipiẽtia dico, audeo & ego. Hebræi ſunt, & ego: Iſrahelitæ ſunt
& ego: Semen Abrahæ ſunt, & ego: Miniſtri Chri ſunt, & ego (vt minus ſapiẽs dico) plus ego
in laboribus plurimis, in carceribus abũdantius, in plagis ſupra modũ, in mortibus frequenter.
Acto.15.a. A Iudæis qnquies q̃dragenas vna minus accepi.* Ter virgis cæſus ſum,* ſemel lapidatus ſum, F 1.q.3.ſaluator
& 16.d.& ter naufragiũ feci, nocte & die in profundo maris fui, in itineribus ſæpe, periculis fluminũ, peri
& 27.a culis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in ſolitu-
dine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus, in labore & ærũna, in vigilijs multis, in fame,
& ſiti, in ieiunijs multis, in frigore, & nuditate, pter illa quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea qti-
diana, ſollicitudo oĩm eccleſiarũ. Quis infirmaẽ, & ego non infirmor? Quis ſcandalizaẽ, & ego G
nõ vror? Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ ſunt, gloriabor. Deus & pater dñi noſtri Ie-
Acto.9.d ſu Chriſti, q eſt benedictus in ſecula, ſcit quod nõ mentior.* Damaſci, præpoſitus gẽtis Aretæ
regis cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorũ vt me cõprehenderet, & per feneſtrã in ſporta di-
miſſus ſum p murum, & ſic effugi manus eius.

¶ Paulus adducit inſignem viſionẽ. ſ. ſe raptũ in tertium cœlum, & qualia ibi edoctus, cauendum à pſeudoapoſtolis. Ca. XII.

SI gloriari oportet (non expedit quidem) veniam autem ad viſiones & reuelationes dñi. A
Acto.9.a * Scio hominem in Chro ante annos quatuordecim (ſiue in corpore, neſcio, ſiue extra
corpus, neſcio: deus ſcit) raptum huiuſmodi vſq; ad tertiũ cœlum. Et ſcio hmõi homi-
nem (ſiue in corpe ſiue extra corpus, neſcio: deus ſcit) quoniã raptus eſt in paradiſum,

& audi-

B & audiuit arcana verba, quæ nō licet homini loqui. Pro hmōi gloriabor, pro me aūt nihil, nisi
in infirmitatibus meis. Nam & si voluero gloriari, nō ero insipiēs, veritatē eñ dicā. Parco autē
ne qs me existimet supra id qđ videt i me, aut aliqđ audit ex me. Et ne magnitudo reuelationū
extollat me, dat⁹ ē mihi stimul⁹ carnis meæ angelus satanæ, vt me colaphizet. Propter q̄d ter
C dñm rogaui, vt discederet à me, & dixit mihi: Sufficit tibi grā mea: nā virtus in isirmitate pficit.
Libenter igit̃ gloriabor in isirmitatibus meis, vt ihabitet in me virtus Chri. Propter q̄ placeo
mihi in isirmitatibus meis, in cōtumeliis, in necessitatibus, in psecutōibus, in angustiis p Chro.
Cum eñ infirmor, tūc potēs sum. Factus sum insipiēs, vos me coegistis. Ego eñ à vobis debui
D cōmendari: nihil eñ min⁹ feci ab iis, q sunt supra modū Apli, tāetsi nihil sum. Signa tñ apostola
tus mei facta sunt sup vos in omi patiētia, in signis, & pdigiis, & virtutibus. Quid est eñ qđ mi
nus habuistis præ cæteris ecclesiis, nisi qđ ego ipse nō grauaui vos? Donate mihi hāc iniuriā. Ec
ce tertio, hoc paratus sum venire ad vos, & nō ero grauis vobis. Nō eñ quęro q̄ vestra sunt, sed
E vos. Nec eñ debēt filii parētibus thesaurizare, sed parētes filiis. Ego aūt libētissime impēdā, &
supimpēdar ego ipse p aiabus vrīs, licet plus diligēs, minus diligar. Sed esto: Ego vos nō graua
ui, sed cū essem astutus, dolo vos cœpi. Nunqđ per aliquē eox quos misi ad vos, circūueni vos?
F Rogaui Titū, & misi cū illo frēm. Nunqđ Tit⁹ vos circūuenit? nónne eodē spū ambulauimus?
nónne iisdē vestigiis? Olim putatis qđ excusemus nos apud vos. Coram deo in Chro loquimur.
Oia aūt charissimi propter ædificationē vestrā. Timeo aūt ne forte cū venero, nō quales volo,
G inueniā vos, & ego inueniar à vobis, qualē nō vultis, ne forte cōtentōes, æmulatōes, animosita-
tes, dissensiōes, detractōes, susurratōes, inflatōes, seditōes sint inter vos. Ne iterx cū venero, hu-
miliet me deus apud vos, & lugeā multos ex iis, q ante peccauerunt, & nō egerūt pœniam su-
per immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt.

¶Interminat̃ ne eos tales offendat, vt sui dissimilis esse cogat̃, néue suo in eos iure vti co
gatur. Cap. XIII.

A Ecce tertio hoc venio ad vos. In ore duox vel triū testiū stabit omē verbū. Prædixi eñ
& prædico vt psens vobis, & nūc absens iis q ante peccauerūt, & cæteris oībus, qm̄ si ve
nero iterx, nō parcā. An experimentū quæritis eius q in me loquit̃ Chrs, q in vobis nō
B infirmatur, sed potens est in vobis? Nam & si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex
virtute dei. Nam & nos infirmi sumus in illo: sed viuimus cum eo ex virtute dei in vobis. Vos-
metipsos tentate, si estis in fide: ipsi vos probate. An cognoscitis vosmetipsos, qa Chrus Iesus
C in vobis est? nisi forte reprobi estis. Spero aūt q̄ cognoscetis, qa nos non sumus reprobi. Ora-
mus aūt deū, vt nihil mali faciatis, nō vt nos probati pareamus, sed vt vos qđ bonū est, faciatis,
nos aūt vt reprobi simus. Non eñ possumus aliqđ aduersus veritatem, sed pro veritate. Gaude
mus enim quoniā nos infirmi sumus, vos aūt potentes estis. Hoc & oramus, vestrā consumma-
D tionem. Ideo hæc absens scribo, vt nō præsens durius agam scđm ptātem, quā Dñs dedit mihi
in ædificationē, & nō in destructionē. De cætero frēs gaudete, pfecti estote, exhortamini, id-
ipsum sapite, pacem habete, & deus pacis & dilectōis erit vobiscū. Salutate inuicē in osculo san
cto. Salutāt vos omnes sancti. Gratia dñi nostri Iesu Christi, & charitas dei, & cōmunicatio san
cti spiritus sit cum omnibus vobis, Amen. FINIS.

Marginal notes: 11.q.1. antecessores. — Deut.17.b. Mat.18.b. Iohan.8.c. Heb.10.d. — 2.q.4. si pri. & c. placet. 11.q.3. c. fi.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM PAVLI AD GALATAS.

Galatæ sunt Græci. Hi verbum veritatis primū ab apostolo acceperunt, sed post discessum eius tentati sunt à falsis Apostolis, ut in legem & circūcisionem uerterent. Hos Apostolus reuocat ad fidem ueritatis, scribens eis ab Epheso.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD GALATAS.

¶Galatis ab errore reuocatis ingerit suā autoritatē, aperitq̄ pseudoaplox fraudem,
seq̄ uel summis apostolis parem imò superiorem. Ca. I.

A AVLVS Apostolus nō ab hoībus, neq̄ per hoīem, sed per Iesum
Christum, & deū patrem, q suscitauit eum à mortuis, & q mecū sunt
omnes fratres, ecclesiis Galatiæ: grā vobis & pax à deo patre nostro,
& dño nostro Iesu Chro, q dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut
eriperet nos de præsenti seculo nequam, scđm uoluntatē dei & patris
nostri, cui est gloria in secula seculox, Amen. ¶Miror q̄ sic tam cito
transferimini ab eo q uos uocauit in gratiam Chri, in aliud euangeliū,
quod nō est aliud, nisi sunt aliqui, q uos cōturbant, & uolūt cōuertere
B Euāgelium Chri. Sed licet nos, aut angelus de cœlo euāgelizet uobis
præterq̄ qđ euangelizauimus uobis, anathema sit. Sicut prędiximus,
& nunc

&nunc iteꝝ dico. Si quis vobis euangelizauerit pręter id quod accepistis, anathema sit. Modo
ẽm hoībus suadeo an deo? An quæro hoībus placere? Si adhuc hoībus placerẽ, Chr̃i seruus nõ
1.Cor.15.a eẽm.* Notũ ẽm vobis facio frẽs euãgelium, qđ euãgelizatũ est à me, qa nõ ẽ scđm hoiẽm, neq; Di.47.
ẽm ego ab hoïe accepi illud, neq; didici, sed p reuelationẽ Iesu Chr̃i. Audistis ẽm cõuersationẽ C
meã aliqñ in Iudaismo, qm̃ supra modũ persequebar ecclesiã dei, & expugnabã illam, & profi-
ciebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator ex-
istens paternaꝝ meaꝝ traditionũ. Cum aũt placuit ei q me segregauit ex vtero matris meę, &
vocauit per grãm suã, vt reuelaret filiũ suũ in me, vt euangelizarẽ illũ in gentibus, continuo nõ
acquieui carni & sanguini, neq; † veni Hierosolymã ad antecessores meos Apostolos, sed abij
in Arabiam, & iteꝝ reuersus sum Damascũ. Deinde post annos tres veni Hierosolymã videre D
Petrum, & mansi apud eum diebus qndecim. Alium autẽ apostoloꝝ vidi neminẽ, nisi Iacobũ
frẽm dñi. Quæ aũt scribo vobis, ecce coram deo, qa non mentior. Deinde veni in partes Syrię
& Ciliciæ. Eram aũt ignotus facie ecclesijs Iudææ quæ erant in Chr̃o. Tantum autem auditũ
habebant, quoniam q persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliquando
expugnabat, & in me clarificabant deum.

¶Circũcisionẽ nõ reqri. Petro rep̃hẽso oñdit ex fide cõtingere salutẽ. Ca II.

DEinde post annos quatuordecim, iteꝝ ascendi Hierosolymã cũ Barnaba, assumpto A
& Tito. Ascẽdi aũt scđm reuelationẽ, & cõtuli cũ illis euangeliũ, qđ p̃dico in genti-
bus, seorsum aũt ijs q videbant aliqd esse, ne forte in vanũ currerem aut cucurrissem.
Sed neq; Titus, q mecũ erat, cũ esset gentilis, cõpulsus est circũcidi, sed propter sub-
introductos falsos frẽs, q subintroierũt explorare libertatẽ nostrã, quã habemus in Chr̃o Iesu,
vt nos in seruitutẽ redigerẽt. Quibus neq; ad horã cessimus subiectioni, vt veritas euãgelij pma B
Deut.10.d, neat apud vos. Ab ijs aũt q videbant esse aliqd, quales aliqñ fuerint, nihil mea iterest.* Deus p-
2.Par.19.c sonam hoïs nõ accipit. Mihi ẽm q videbant esse aliqd, nihil cõtulerũt. Sed contra, cũ vidissent
Iob.34.b qđ creditũ est mihi euangeliũ præputij, sicut & Petro circũcisionis (q ẽm operatus est Petro in
Sapi.6.b, apostolatũ circũcisionis, operatus est & mihi inter gentes) & cũ cognouissent grãm quæ data
Eccl.35.b est mihi, Iacobus & Cęphas, & Iohannes q videbant columnæ esse, dextras dederunt mihi, &
Rom.2.b Barnabæ, societatis: vt nos in gentes, ipsi aũt in circũcisionẽ, tm̃ vt paupeꝝ memores essemus:
Ephe.6.b, qđ etiã sollicitus fui hoc ipsum facere. Cum aũt venisset Cęphas Antiochiã, in faciẽ ei restiti, qa C
Coloss.3.d reprehensus erat. Prius ẽm qiã venirent qdem à Iacobo, cũ gentibus edebat. Cũ aũt venissent,
Acto.10.e subtrahebat & segregabat se, timens eos q ex circũcisione erant. Et simulationi eius consense-
1.Pet.1.c, runt cæteri Iudæi, ita vt & Barnabas duceret ab eis in illã simulationẽ. Sed cũ vidissem qđ non
Iaco.2.b, recte ambularent ad veritatem euangelij, dixi Cęphæ corã oïbus. Si tu, cum Iudæus sis, gentili
ter viuis, & nõ Iudaice, qũo gentes cogis iudaizare? Nos natura Iudæi, & nõ ex gentibus pctõ-
Rom.3.c res. Scientes aũt quod non iustificat homo ex operibus legis nisi per fidem Iesu Chr̃i, & nos in D
Chr̃o Iesu credimus vt iustificemur ex fide Chr̃i, & non ex operibus legis.* Propter qđ ex ope
ribus legis non iustificabit oĩs caro. Quod si quærentes iustificari in Chr̃o, inuenti sumus & ipsi
pctõres, nunqd Chr̃us peccati minister est? Absit. Si ẽm quæ destruxi, iteꝝ hęc reædifico, p̃ua-
ricatorem me constituo. Ego ẽm per legem, legi mortuus sum, vt deo viuam. Chr̃o crucifixus
sum cruci. Viuo aũt iam nõ ego, viuit vero in me Chr̃us. Quod aũt nũc viuo in carne, in fide vi
uo filij dei, q dilexit me & tradidit semetipsum pro me. Non abijcio grãm dei. Si enim per le-
gem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.

¶Cũ increpatõe iteꝝ docet nõ ex opibus legis iã antiquate, sed p fidẽ salutẽ cõtingere idq;
exẽplo Abrahæ confirmans, legis vtilitatem oñdit. Ca. III.

O Insensati Galatæ, qs vos fascinauit nõ credere veritati, ante quoꝝ oculos Iesus Chri- A
stus p̃scriptus est, & in vobis crucifixus? Hoc solũ volo à vobis discere. Ex opibus le-
gis spiritũ accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis, vt cũ spũ cœperitis, nũc carne
Genẽ.15.b cõsummemini? Tanta passi estis sine causa, si tñ sine cã. Qui ergo tribuit vobis spiritũ
Rom.4.a & operat virtutes in vobis, ex opibus legis, an ex auditu fidei? Sicut scriptũ est:* Abraham cre
Iaco.2.d, didit deo, & reputatum est illi ad iustitiã. Cognoscite ergo quia q ex fide sunt, ij sunt filij Abra-
Gene.22.d hæ. Prouidens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes deus, p̃nuntiauit Abrahæ.* Quia B
Eccl.44.d benedicentur in te omnes gentes. Igit qui ex fide sunt, benedicent cum fideli Abraham. Qui-
Deut.27.d cunq; enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim:* Maledictus omnis
Leui.18.a qui non permanserit in oïbus quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. Quod autem in lege
Haba.2 nemo iustificatur apud deum, manifestum ẽ,* quia iustus ex fide viuit. Lex autem non ẽ ex fi-
Rom.1.b de, sed q fecerit ea homo, viuet in illis. Chr̃us nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis
Deut.21.d maledictum (quia scriptum est:* Maledictus omnis q pendet in ligno) vt in gentibus benedi-
Hebr.9.d ctio Abrahæ fieret in Christo Iesu, vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.* Fratres C
(secundum hominem dico) tamen homĩs confirmatum testamentum nemo spernit, aut su-
perordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit: Et seminibus, quasi in

multis

multis,sed quasi in vno,Et semini tuo,qui est Chrs.Hoc aūt dico, testamentū cōfirmatum à
deo,q̃ post quadringētos & triginta annos facta est lex,nō irritū facit ad euacuādā promissi-
onē.Nā si ex lege hæreditas,iā nō ex promissione. Abrahæ autē per repromissionē donauit
deus.Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est,donec veniret semen cui promise-
rat,ordinata per angelos,in manu mediatoris. Mediator aūt vnius non est:deus aūt vnus est.
D Lex ergo aduersus promissa dei? Absit.Si enī data esset lex q̃ posset viuificare,vere ex lege es- Roma.3.b
set iustitia.*Sed cōclusit scriptura oīa sub peccato,vt promissio ex fide Iesu Chri daretur cre-
dentibus.Prius autē q̃ veniret fides,sub lege custodiebamur,conclusi in eā fidē,quæ reuelan-
da erat.Itaq; lex pædagogus noster fuit in Christū,vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides,
iā non sumus sub pædagogo.Omnes enī filij dei estis per fidē, quæ est in Christo Iesu.*Qui- Roma.6.a
cunq; enī in Christo baptizati estis,Christū induistis,Non est Iudæus neq; Græcus: non est
seruus neq; liber:non est masculus neq; fœmina.Omnes enī vos vnū estis in Christo Iesu. Si
autem vos Christi,ergo semen Abrahæ estis,secundum promissionem hæredes.

¶Christum legis seruitutem sustulisse, Collaudatos confirmat ad perseuerantiam.
Credentes esse filios Isaac,non Ismaelis. Cap. IIII.

A DIco autē,quāto tēpore hæres paruulus est,nihil differt à seruo, cū sit dn̄s oīm,sed
sub tutoribus & actoribus est vsq; ad p̄finitū tempus à patre,ita & nos,cū essemus
paruuli,sub elemētis mundi huius eramus seruiētes.At vbi venit plenitudo tēpo-
ris,misit deus filiū suū factū ex muliere,factū sub lege,vt eos q sub lege erāt,redime
ret,vt adoptionē filiorū reciperemus.*Qm̄ autē estis filij dei,misit deus spm̄ filij sui in corda Roma.8.c
nr̄a,clamātia:Abba,pr̄.Itaq; iā nō est seruus,sed filius:q si filius,& hæres p deū. Sed tūc qdē
ignorātes deū,ijs q natura nō sunt dij,seruiebatis.Nūc autē cū cognoueritis deū,imò cogniti
B sitis à deo,quō cōuertimini iterū ad infirma & egena elemēta,qbus denuo seruire vultis? Dies
obseruatis,& mēses,& tpa,& annos. Timeo vobis,ne sine causa laborauerim in vobis. Estote
sicut ego,qa & ego sicut vos,frēs obsecro vos. Nihil me læsistis.Scitis autē q p infirmitatem
carnis euāgelizaui vobis iampridē,& tentationē vestrā in carne mea non spreuistis neq; res-
puistis,sed sicut angelū dei excepistis me,sicut Christū Iesum. Vbi est ergo beatitudo vestra?
Testimoniū enī phibeo vobis,qa si fieri posset,oculos vestros eruissetis,& dedissetis mihi. Er
C go inimicus vobis factus sum verū dicēs vobis? Aemulant vos nō bene,sed excludere vos vo
lunt,vt illos æmulemini.Bonū autē,æmulari in bono semp,& nō tantū cū præsens sum apud
vos.Filioli mei,quos iterū parturio,donec formet Chrs in vobis.Vellē autē esse apud vos mo
do,& mutare vocē meā,q̄niā cōfundor in vobis. Dicite mihi q sub lege vultis esse,legē nō le-
gistis? Scriptū est enim:*Quoniā Abrahā duos filios habuit,vnū de ancilla,& vnū de libera: Gene.21.a
sed q de ancilla,secundū carnē natus est:q aūt de libera,p repromissionē:q̃ sunt per allegoriā
D dicta.Hæc enim sunt duo testamēta:Vnū quidē à mōte Sina,in seruitutē generās, q̃ est Agar
(Agar enim Sina mons est in Arabia,q cōiunctus est ei,q̃ nunc est Hierusalē)& seruit cū filijs Esa.54.
suis.Illa autē q̃ sursum est Hierusalē,libera est,q̃ est mater nr̄a.Scriptū est enim:*Lætare steri- Sap.3.c
lis,q̃ nō paris,erumpe & clama,q̃ non parturis,qa multi filij desertæ,magis q̃ eius quæ habet Luc.23.d
virū.Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sumus.Sed quemadmodum tunc is
q secundum carnem natus fuerat,persequebat eum q secundum spiritū:ita & nunc.Sed quid Gene.21.a
25.q.4.c.secundum. dicit scriptura? *Eijce ancillā & filium eius,*nō enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Roma.9.b
Itaq; fratres nō sumus ancillæ filij,sed liberæ,qua libertate Christus nos liberauit.

¶Qui inducit circuncisionē,pdit Chrm̄.Deq; spiritus cū carne perpetua pugna. Cap. V. Act.15.a

A STate,& nolite iterū iugo seruitutis cōtineri.*Ecce ego Paulus dico vobis,q̄niā si circū
cidamini,Chrs vobis nihil proderit:Testificor autē rursus omni homini circuncidēti
se,q̄niā debitor est vniuersæ legis faciēdæ.Euacuati estis à Chr̄o.Qui in lege iustifica
mini,à gr̄a excidistis.Nos enim spū ex fide spem iustitiæ expectamus.Nā in Chr̄o Ie
B su,neq; circuncisio aliqd valet,neq; p̄putiū,sed fides q̃ per charitatē operat.Currebatis bene,
qs vos impediuit veritati nō obedire? Nemini cōsenseritis.Persuasio hæc,nō est ex eo q vo-
cat vos.Modicū fermentū totā massam corrumpit.Ego cōfido in vobis in dn̄o,q nihil aliud
sapietis:q autē cōturbat vos,portabit iudiciū,quicunq; est ille.Ego autē,fratres,si circuncisi-
onē adhuc p̄dico,qd adhuc persecutionē patior? Ergo euacuatū est scandalū crucis? Vtinam
C & abscondātur,q vos cōturbāt.Vos enim in libertatē vocati estis fratres: tantū ne libertatē
in occasionē detis carnis,sed p charitatē spūs seruite inuicē.Oīs enim lex in vno sermone im-
pletur.*Diliges proximū tuū sicut teipsum.Quod si inuicē mordetis & comeditis, videte ne Leui.19.b
ab inuicē cōsummamini.*Dico aūt in Chr̄o:spū ambulate,& desideria carnis nō pficietis.Ca Mat.22.d
ro enim cōcupiscit aduersus spm̄,spūs autē aduersus carnē:hæc enim sibi inuicē aduersant,vt Mar.12.c
D nō quæcunq; vultis,illa faciatis.Quod si spū ducimini,nō estis sub lege. Manifesta sunt autē Rom.13.c
33.q.5.c.item uero. opera carnis,q̃ sunt,fornicatio,immunditia,impudicitia,luxuria,idolorū seruitus, veneficia, 1cor.2.c Roma.13.d
inimicitiæ,contentiones,æmulatiōes,iræ,rixæ,dissensiones,sectæ,inuidiæ,homicidia, ebri- 1.petr.4.c

L etates

etates,comessatiões,& his similia,q̃ prædico vobis,ſicut p̃dixi:q̃m q talia agunt,regnũ dei nõ cõſequent.Fructus aũt ſpũs eſt,charitas,gaudiũ,pax,patientia,longanimitas,bonitas; benignitas,mãſuetudo,fides,modeſtia,cõtinẽtia,caſtitas. Aduerſus hmõi,nõ eſt lex. Qui autem ſunt Chriſti,carnẽ ſuã crucifixerunt cũ vitijs & cõcupiſcentijs.Si ſpũ viuimus,ſpũ & ambulemus,Non efficiamur inanis gloriæ cupidi,inuicẽ prouocantes,inuicem inuidentes.

¶Cauendum ab impoſtoribus & verborum fucis.Nunc id elaborandum, quo poſtea fruamur. Cap. VI.

FRatres,& ſi p̃occupatus fuerit hõ in aliquo delicto,vos q ſp̃uales eſtis, hmõi inſtruite A
1.Cor.3.b in ſpũ lenitatis,cõſiderãs teipſm,ne & tu tẽteris. Alter alterius onera portate,& ſic adimplebitis legẽ Chri. Nã ſi qs exiſtimat ſe aliqd eſſe,cũ nihil ſit,ipſe ſe ſeducit.*Opus aũt ſuũ probet vnuſqſq;,& ſic in ſemetipſo tãtũ gloriã habebit,& nõ in altero. Vnuſquiſq; eñ onus ſuum portabit.Cõmunicet aũt is q catechizaẽ verbo,ei q catechizat in oĩbus B bonis.Nolite errare,de⁹ nõ irridet.Quæ eñ ſeminauerit hõ,hęc & metet.Q̃m q ſeminat i car
1.Theſ.5.a ne ſua,de carne & metet corruptionẽ:q autẽ ſeminat in ſpũ,de ſpũ metet vitã æternã.*Bonũ C autẽ faciẽtes,nõ deficiamus:tẽpore eñ ſuo metemus,nõ deficiẽtes.Ergo dũ tẽpus habemus, operemur bonũ ad oẽs,maxime aũt ad domeſticos fidei.Videte qualibus literis ſcripſi vobis mea manu.Quicũq; eñ volunt placere in carne,hi cogũt vos circũcidi,tñ vt crucis Chri pſecutionẽ nõ patiant. Neq; eñ q circũcidunt,legẽ cuſtodiũt,ſed volũt vos circũcidi,vt in carne D veſtra glorient. Mihi aũt abſit gloriari,niſi in cruce dñi noſtri Ieſu Chri,per quẽ mihi mũdus crucifixus eſt,& ego mundo.In Chro eñ Ieſu,neq; circuncifio aliqd valet,neq; p̃putium,ſed noua creatura.Et quicunq; hanc regulã ſecuti fuerint,pax ſup illos,& miſericordia,& ſuper Iſrael dei.De cætero nemo mihi moleſtus ſit.Ego eñ ſtigmata dñi Ieſu in corpore meo porto.Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti,cum ſpiritu veſtro fratres.Amen.

¶Ad Galatas miſſa fuit è Roma.

Argumentum in epiſtolam Pauli ad Epheſios.

EPheſij,ſunt Aſiani Hi accepto verbo veritatis,perſtiterunt in fide.Hos collaudat Apoſtolus,ſcribens eis ab vrbe Roma de carcere per Tychicum diaconum.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD EHPESIOS.

¶Quomodo nonnulli diuitius prædeſtinentur.Quæ beneficia apoſtoli & Epheſij à deo acceperint. Cap. I.

AVLVS Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatẽ dei,oĩbus ſanctis A q ſunt Epheſi,& fidelibus in Chro Ieſu,grã vobis & pax à deo pře
Phil.c.6 noſtro,& dño Ieſu Chriſto.*Bñdictus deus & pater dñi noſtri Ieſu
2.Cor.1.a Chriſti,q bñdixit nos in omni bñdictione ſp̃uali, in cœleſtibus in
1.Pet.1.a Chriſto:ſicut elegit nos in ipſo añ mũdi cõſtitutionem,vt eſſemus ſancti & immaculati in cõſpectu eius i charitate, q p̃deſtinauit nos B in adoptionẽ filiorũ p Ieſum Chriſtũ in ipm,ſecũdũ propoſitũ volũtatis ſuæ in laudẽ gloriæ gratiæ ſuæ,in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo,in q habemus redẽptionẽ p ſanguinẽ eius, remiſſionẽ peccatorũ ſecundũ diuitias gratiæ eius,q ſupabundauit in nobis in omni ſapiẽtia & prudẽtia,vt notũ faceret nobis ſacramẽtũ volũtatis ſuæ,ſecundũ bñplacitũ eius,q̃d propoſuit in eo in diſpẽſatiõe plenitudinis tẽporũ,inſtaurare oĩa in Chriſto,q in cœlis,& q in terra ſunt i ipſo. In quo etiã & nos ſorte vocati ſumus,p̃deſtinati ſecũdũ propoſitũ eius,q operaẽ oĩa ſecundũ C cõſiliũ voluntatis ſuæ,vt ſimus in laudẽ gloriæ eius nos,q ante ſperauimus in Chriſto,in quo & vos,cũ audiſſetis verbũ veritatis,euãgeliũ ſalutis veſtræ,in q & credẽtes ſignati eſtis ſpũ promiſſionis ſancto,q eſt pignus hæreditatis nr̃æ,in redẽptionẽ acqſitionis in laudẽ gloriæ ipſius.Propterea & ego audiẽs fidẽ veſtrã,q eſt in dño Ieſu,& dilectionẽ in oẽs ſanctos,nõ ceſſo grãs agens pro vobis memoriã veſtri faciẽs in oratiõibus meis,vt deus(dñi noſtri Ieſu Chri pater)gloriæ,det vobis ſp̃m ſapiẽtiæ & reuelatiõis,in agnitionẽ eius illuminatos oculos cor D dis veſtri,vt ſciatis q ſit ſpes vocatiõis eius,& q diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſctis:& q ſit ſupeminẽs magnitudo virtutis eius in nos,q credimus ſecundũ operationẽ potentiæ virtutis eius,quã opatus eſt in Chro,ſuſcitãs illũ à mortuis,& cõſtituẽs ad dexterã ſuã in cœleſtibus, ſupra omnẽ principatũ & poteſtatẽ & virtutẽ,& dominationẽ,& omne nomẽ q̃d nominaẽ, nõ ſolũ in hoc ſeculo,ſed etiã in futuro. Et oĩa ſubiecit ſub pedibus eius,& ipm dedit caput ſu per omnẽ eccleſiã,quæ eſt corpus ipſius,& plenitudo eius,q omnia in omnibus adimplet.

¶Prouo

Prouocat eos ad gratiarum actionem,& ꝙ pro alijs gentibus à peccatis ſunt liberati. Cap. II.

A ET vos cũ eſſetis mortui delictis & peccatis veſtris, in q̃bus aliquãdo ambulaſtis ſecun Coloſſ.1.d
dũ ſeculũ mundi huius, ſecundũ principẽ poteſtatis aeris huius ſpũs, q nunc operaſ in
27.q.1.c.ſci-endum. filios diffidentiæ, in q̃bus & nos oẽs aliquãdo cõuerſati ſumus in deſiderijs carnis no-
ſtræ, faciẽtes voluntatẽ carnis & cogitationũ, & eramus natura filij iræ, ſicut & cæte-
ri. Deus aũt, q diues eſt in miſericordia, propter nimiã charitatẽ ſuã qua dilexit nos, & cũ eſſe
mus mortui peccatis, cõuiuificauit nos Chr̃o, cuius gratia eſtis ſaluati, & cõreſuſcitauit, & cõ
B ſedere fecit in cœleſtibus in Chr̃o Ieſu, vt oſtẽderet in ſeculis ſupuenientibus abundãtes diui-
tias gratiæ ſuæ, in bonitate ſup nos in Chr̃o Ieſu. Gratia em̃ eſtis ſaluati p fidẽ, & hoc non ex
vobis. Dei em̃ donũ eſt, nõ ex operibus, vt ne quis glorieſ. Ipſius enim factura ſumus, creati in
Chr̃o Ieſu in operibus bonis, q̃ præparauit deus vt in illis ambulemus. Propter q̃d memores
eſtote, ꝙ aliquãdo vos eratis gentes in carne, q dicebamini p̃putium ab ea q̃ diciſ circuncíſio
in carne manu facta, ꝙ eratis illo in tẽpore ſine Chr̃o, alienati à cõuerſatione Iſrael, & hoſpi-
C tes teſtamentoꝝ, promiſſionis ſpem nõ habẽtes, & ſine deo in hoc mũdo. Nunc aũt in Chr̃o
Ieſu vos q aliq̃n eratis lõge, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti. Ipſe em̃ pax noſtra, qui fe-
cit vtraq; vnũ: & mediũ parietem maceriæ ſoluens, inimicitias in carne ſua, legẽ mandatoꝝ
decretis euacuans, & duos condat in ſemetipſo in vnum nouũ hominẽ, faciens pacẽ, & recon
ciliet ambos in vno corpore, deo, per crucẽ interficiens inimicitias in ſemetipſo. Et veniens
D euangelizauit pacẽ vobis, qui longe fuiſtis: & pacẽ ijs qui prope, quoniã per ipſum habemus
acceſſum ambo in vno ſpũ ad patrem. Ergo iam non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues
ſanctoꝝ & domeſtici dei, ſupædificati ſuper fundamẽtũ apoſtoloꝝ & prophetaꝝ, ipſo ſum-
mo angulari lapide Ieſu Chriſto, in quo omnis ædificatio conſtructa, creſcit in templũ ſan-
ctum in domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum dei in ſpiritu ſancto.

¶Præmittit apoſtolus ad orandum pro Epheſijs diſpoſitionem & pro eis orat: totum bonum eorum deo attribuendo. Cap. III.

A HVius rei gratia ego Paulus vinctus Chr̃i Ieſu, pro vobis gentibus. Si tamen audiſtis
diſpenſationẽ gratiæ dei, q̃ data eſt mihi in vobis, q̃m ſecundũ reuelationẽ notum
mihi factũ eſt ſacramentũ, ſicut ſupra ſcripſi in breui, prout poteſtis legẽtes intelli-
gere prudentiã meã in myſterio Chriſti, quod alijs generationibus nõ eſt agnitum
filijs hoĩm, ſicut nunc reuelatũ eſt ſanctis apoſtolis eius & prophetis in ſpũ, gẽtes eſſe cohære
B des & cõcorporales & cõparticipes promiſſionis eius in Chr̃o Ieſu p euangeliũ, cuius factus
ſum ego miniſter ſecundũ donũ gratiæ dei, q̃ data eſt mihi ſecundũ operationẽ virtutis eius.
*Mihi oĩm ſanctoꝝ minimo, data eſt gratia hæc, in gentibus euãgelizare inueſtigabiles diui 1.Cor.15.b
tias Chr̃i, & illuminare oẽs quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſeculis in deo, q oĩa
creauit, vt innoteſcat principatibus & poteſtatibus in cœleſtibus, per eccleſiã multiformis ſa
C pientia dei, ſecũdũ p̃finitionẽ ſeculoꝝ, quã fecit in Chr̃o Ieſu dño noſtro. In quo habemus fi
duciã & acceſſum in cõfidentia per fidẽ eius. Propter quod peto, ne deficiatis in tribulationi-
bus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem dñi
noſtri Ieſu Chr̃i, ex quo oĩs paternitas in cœlis & in terra nominaſ, vt det vobis ſecundũ diui
tias gloriæ ſuæ virtutẽ corroborari p ſpiritũ eius in interiorẽ hoĩem, Chr̃m habitare per fi-
D dẽ in cordibus veſtris, in charitate radicati & fundati, vt poſſitis cõprehendere cum oĩbus ſan
ctis, q̃ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundũ: ſcire etiã ſupereminentẽ ſcientiæ
charitatẽ Chriſti, vt impleamini in omnẽ plenitudinẽ dei. Ei autem qui potens eſt omnia fa-
cere ſuperabundanter q̃ petimus aut intelligimus, ſecũdũ virtutẽ quæ operatur in nobis, ipſi
gloria in eccleſia, & in Chriſto Ieſu, in oẽs generationes ſeculi ſeculoꝝ, Amen.

¶Seruandam vnitatem eccleſiaſticam in connexione & diſtinctione membroꝝ: deinde hortatur ad morum honeſtatem. Cap. IIII.

A OBſecro itaq; vos ego vinctus in dño, vt digne ambuletis vocatiõe qua vocati eſtis,
cũ omni humilitate & mãſuetudine, *cũ patiẽtia, *ſupportãtes inuicẽ in charitate, ſo 1.Cor.7.e
liciti ſeruare vnitatẽ ſpũs in vinculo pacis. Vnum corpus & vnus ſpũs, ſicut vocati Rom.12.b.c
eſtis in vna ſpe vocatiõis veſtræ. *Vnus dñs, vna fides, vnũ baptiſma: Vnus deus & 1.Cor.12.b Malach.2.b
B pater oĩm, q ſuper oẽs, & per oĩa, & in oĩbus nobis. *Vnicuiq; autẽ noſtrũ data eſt gratia ſe- Rom.12.a
cundũ menſurã donationis Chr̃i. Propter quod dicit: *Aſcendens in altum, captiuã duxit ca 1.Cor.12.b
ptiuitatẽ, dedit dona hoĩbus. Quod autẽ aſcẽdit, q̃d eſt niſi q̃a & deſcendit primũ in inferio- 2.Cor.10.d Pſal.67.d
ret partes terræ? *Qui deſcendit, ipſe eſt & q aſcendit ſupra oẽs cœlos, vt impleret oĩa. *Et Iohan.3.b
C ipſe dedit quoſdã q̃dem apoſtolos, quoſdã autẽ prophetas, alios vero euãgeliſtas, alios autẽ 1.Cor.12.d
paſtores & doctores ad conſummationẽ ſanctoꝝ, in opus miniſterij, in ædificationẽ corpo-
ris Chriſti, donec occurramus oẽs in vnitatẽ fidei & agnitionis filij dei, in viꝝ perfectum, in
D menſurã ætatis plenitudinis Chriſti, vt iam nõ ſimus paruuli, fluctuantes, & circumferamur

omnī vento doctrinæ in nequitia hoīm, in astutia ad circūuentionē erroris, veritatē aūt faci-
entes in charitate, crescamus in illo per oīa, q est caput, Chrs: ex quo totū corpus cōpactū, &
connexū per omnē iuncturā subministrationis, secundū operationē in mensurā vniuscuiusq;
Rome.1.c mēbri, augmētū corpis facit in ædificationē sui in charitate. *Hoc igit dico & testificor i dño
vt iā nō ambuletis sicut & gētes ambulāt in vanitate sensus sui, tenebris obscuratū habētes itel E
lectū, alienati à vita dei p ignorātiā, q̄ est in illis propter cæcitatē cordis ipsorū: q desperātes,
semetipsos tradiderūt impudicitiæ, in operationē immūditiæ oīs in auaritia. Vos aūt non ita
Coloss.1.b didicistis Chrm, si tn̄ illū audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu. *Deponite vos
Rom.6.a
Coloss.3.b secundū pristinā cōuersationē veterē hoīem, q corrūpit secundū desideria erroris. *Renoua- F
Zacha.8.c mini aūt spū mētis, & induite nouū hoīem q secūdū deū creatus est in iustitia & sanctitate ve-
Hebr.12.a ritatis. *Propter q̄d deponētes mēdaciū, loqmini veritatē vnusqsq; cū proximo suo, q̄niā su-
1.petri.2.a mus inuicē mēbra. *Irascimini, & nolite peccare. Sol nō occidat sup iracundiā vestrā. *Noli-
&.4.b
Psal.4.a te locū dare diabolo. Qui furabat, iā non furetur, magis aūt laboret, operādo manibus suis q̄d G
Iaco.4.b bonū est, vt habeat vnde tribuat necessitatē patienti. Omnis sermo malus ex ore vestro non
procedat, sed si qs bonus est ad ædificationē fidei, vt det grām audientibus. Et nolite cōtrista
Coloss.3.b re spiritū sanctum dei, in quo signati estis in die redēptionis. *Omnis amaritudo & ira, & indi
gnatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cū omni malitia. Estote autē inuicem beni-
gni, misericordes, donantes inuicem, sicut & deus in Christo donauit vobis.

¶Hortat ad imitationē Christi, idq; feruore quodā charitatis ac sanctitatis decore: vitā-
dā vrbanitatē ac stultiloquiū. In matrimonio q̄ sint officia seruāda. Cap. V.

ESTote ergo imitatores dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectiōe, sicut & Chrs A
Iohan.13.d dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationē & hostiā deo in odorē suaui-
&.15.b tatis. *Fornicatio autē & oīs immunditia, aut auaritia, nec nominet in vobis, sicut de
1.Ioh.4.d cet sanctos: aut turpitudo, aut stultiloquiū, aut scurrilitas, q̄ ad rē nō pertinent, sed ma
Coloss.3.a gis gratiarū actio. Hoc em̄ scitote intelligētes, q̄ oīs fornicator, aut immundus, aut auarus q̄d
est idolorū seruitus, nō habet hæreditatē in regnō Chri & dei. * Nemo vos seducat inanibus
Mat.24.a verbis: propter hęc em̄ venit ira dei in filios diffidētiæ. Nolite ergo effici participes eorū. Era
Mar.13.a
Luc.11.b tis em̄ aliqn̄ tenebræ, nūc aūt lux in dño. Vt filij lucis ambulate (Fructus em̄ lucis est, in omni B
1.Thess.4.a bonitate, & iustitia, & veritate) probātes qd sit bn̄placitū deo: & nolite cōmunicare operibus
infructuosis tenebrarū, magis autē redarguite. Quæ em̄ in occulto fiūt ab ipsis, turpe est & di-
cere. Oia autē q̄ arguunt à lumine, manifestant: omne em̄ q̄d manifestat, lumē est. Propter q̄d
Colos.4.a dicit: Surge q dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chrus. *Videte itaq; fratres quō
Rom.13.a
1.Thess.4.d caute ambuletis, nō quasi insipiētes, sed vt sapiētes, redimētes tēpus, q̄m dies mali sunt.* Pro-
pterea nolite fieri imprudētes, sed intelligētes quæ sit voluntas dñi. Et nolite inebriari vino, C
in quo ex luxuria: sed implemini spū sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis,
& canticis spūalibus, cātantes & psallētes in cordibus vestris dño, gratias agentes semper pro
1.Cor.11.a oībus, in noīe dñi nostri Iesu Christi deo & patri. Subiecti inuicē in timore Christi. * Mulie-
Coloss.3.c res viris suis subditæ sint, sicut dño: q̄m vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesię,
ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis i om
Colo.3.c nibus. *Viri, diligite vxores vestras, sicut & Chrus dilexit ecclesiā, & seipsum tradidit pro ea, D
1.pet.3.b vt illā sanctificaret, mundans eā lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam
ecclesiā, non habentē maculā, aut rugā, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata
Ita & viri debent diligere vxores suas vt corpora sua. Qui suā vxorē diligit, seipsum diligit.
Nemo em̄ vnq̄ carnem suā odio habuit, sed nutrit & fouet eā, sicut & Christus ecclesiā, quia
Gene.2.d membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. *Propter hoc relinquet homo
Mat.19.a patrem & matrē suā, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentū hoc ma
Mar.10.a gnum est. Ego autē dico in Christo & in ecclesia. Veruntamē & vos singuli, vnusquisq; vxo
1.Cor.6.a rem suam sicut seipsum diligat, vxor autem timeat virum suum.

¶Quæ sint officia parentū in liberos, & liberorū in parentes: dominorū in seruos, & ser-
uorū in dños. Deinde hortatur vt fiducia Christi fortiter resistamus diabolo. Ca. VI.

Coloss.3.d FIlij, obedite parētibus vestris in dño, Hoc em̄ iustū est. *Honora patrē tuū, & matrē
Exo.20.b suā (q̄d est mādatū primū in promissione) vt bene sit tibi, & sis longæuus sup terrā.
Deut.5.b
Eccle.3.b Et vos patres, nolite ad iracūdiā prouocare filios vr̄os, sed educate illos in disciplina A
Mat.15.a & correptiōe dñi *Serui obedite dñis carnalibus cū timore & tremore, in simplicitate
Mar.7.b
Coloss.3.d cordis vestri, sicut Chro: nō ad oculū seruiētes, quasi hoībus placētes, sed vt serui Christi, faci
Titū.2.c entes voluntatē dei ex animo cū bona voluntate, seruientes sicut dño, & nō hoībus: scientes,
1.pet.2.c q̄m vnusquisq; quodcunq; fecerit bonū, hoc recipiet à dño, siue seruus, siue liber. Et vos dñi
eadē facite illis, remittentes minas, scientes quod & illorū & vester dñs est in cœlis, *& perso-
Deut.10.d
2.para.19.c narū acceptio non est apud eum. De cætero fratres, confortamini in dño, & in potentia vir- B
Iob.34.b tutis eius. Induite vos armaturā dei, vt possitis stare aduersus isidias diaboli: q̄m nō est nobis
collunctatio

collučtatio aduerſus carnē & ſanguinē,ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi Sap. 6,b
rectores tenebrarū harū,cōtra ſpūalia nequitiæ in cœleſtibus.Propterea accipite armaturam Eccle. 35,b
C dei,vt poſſitis reſiſtere in die malo,& in oībus pfecti ſtare.*State ergo ſuccincti lūbos veſtros Roma. 1,b
in veritate,& īduti loricā iuſtitiæ,& calceati pedes in pparationē euāgelij pacis. In oībus ſu- Gala. 1,b
mentes ſcutū fidei,in quo poſſitis oīa tela nequiſſimi ignea extinguere,& galeā ſalutis aſſumi Coloſſ. 3,d
te,& gladiū ſpūs,quod eſt verbū dei.Per omnē orationē & obſecrationē orātes omni tēpo- Act. 10,c
re in ſpū,& in ipſo vigilantes in omni inſtantia,& obſecratione pro oībus ſanctis,& pro me, 2. pet 1,c
D vt detur mihi ſermo in apertiōe oris mei cū fidutia,notū facere myſteriū euangelij,pro quo le 1. theſſa. 5,b
gatione fungor in catena,ita vt in ipſo audeā,prout oportet me loq.Vt aūt & vos ſciatis,quę Eſa. 59,c
circa me ſunt,qd agā,oīa vobis nota faciet Tychicus,chariſſimus frater & fidelis miniſter in
dño,quē miſi ad vos in hoc ipm vt cognoſcatis q̄ circa nos ſunt,& cōſolet corda veſtra.Pax
fratribus,& charitas cū fide à deo patre noſtro,& dño Ieſu Chriſto.Gratia cum oībus qui di-
ligunt dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in incorruptione, Amen.

¶Argumentum in epiſtolam Pauli ad Philippenſes.

PHilippēſes ſunt Macedones,Hi accepto verbo veritatis,pſtiterūt in fide, nec receperunt
falſos apłos,Hos collaudat apłus:ſcribens eis à Roma de carcere,per Epaphroditum.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

¶Collaudans eos,hortatur ad perſeuerantiam:gloriandum etiam
in afflictionibus. Cap. .I.

A PAVLVS & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti, oībus ſanctis in Chřo
Ieſu,q ſunt Philippis cū epiſcopis & diaconibus, grā vobis & pax
à deo patre nřo,& dño Ieſu Chřo.¶Gratias ago deo meo in omni
memoria veſtri,ſemp in cūctis orationibus meis pro oībus vobis
cū gaudio deprecationē faciēs,ſup cōmunicatione veſtra in euāge
lio Chři à prima die vſq; nūc:cōfidēs hoc ipm,qa qui cœpit in vo-
bis opus bonū,perficiet vſq; in diē Chři Ieſu,ſicut eſt mihi iuſtum
hoc ſentire pro oībus vobis,eo q habeā vos in corde,& in vinculis
B meis,& in defenſione & cōfirmatione,euangelij, ſocios gaudij mei
oēs vos eſſe.Teſtis em̄ mihi eſt deus,qm̄ cupiā oēs vos in viſceribus Ieſu Chři. Et hoc oro,vt
charitas vřa magis ac magis abūdet in ſciētia,& ī omni ſenſu,vt probetis potiora, vt ſitis ſyn
ceri,& ſine offenſa in diē Chři,repleti fructu iuſtitiæ p Ieſum Chriſtū,in gloriā & laudē dei.
Scire aūt volo vos frēs,q q̄ circa me ſunt,magis ad profectū venerunt euāgelij,ita vt vincula
mea manifeſta fierēt in Chřo in omni ptorio,& in cæteris oībus,vt plures è fratribus in dño
cōfidētes in vinculis meis,abundātius auderēt ſine timore verbū dei loq.Quidā quidē & pro
C pter inuidiā & cōtētionē,qdā aūt & propter bonā volūtatē.Quidā ex charitate,ſcientes qm̄
in defenſionē euāgelij poſitus ſum:qdā aūt ex cōtentiōe Chřm annūtiāt nō ſyncere,exiſtimā
tes preſſurā ſe ſuſcitare vinculis meis.Quid em̄? Dū omni mō,ſiue p occaſionē,ſiue p verita-
tē,Chřs annuntiař,& in hoc gaudeo,ſed & gaudebo.Scio em̄ qa hoc mihi proueniet ad ſalu
tē,per veſtrā orationē & ſubminiſtrationē ſpūs Ieſu Chři,ſecūdū expectationē & ſpem me-
am,quod in nullo cōfundar,ſed in omni fidutia ſicut ſemp,& nunc magnificabitur Chūs in
corpore meo,ſiue per vitā,ſiue per mortē.Mihi em̄ viuere Chrūs eſt,& mori lucrum.Quod
D ſi viuere in carne hic mihi fructus operis eſt,& qd eligā ignoro.Coartor autē à duobus,deſi-
deriū habens diſſolui,& eſſe cū Chriſto,multo magis melius:permanere autē in carne, neceſ-
ſariū propter vos.Et hoc confidens,ſcio qa manebo & permanebo omnibus vobis,ad profe
ctum veſtrū & gaudiū fidei,vt gratulatio veſtra abundet in Chriſto Ieſu in me, per meū ad-
uentū iterū ad vos.Tamen digne euāgelio Chriſti conuerſamini,vt ſiue cū venero & videro
vos,ſiue abſens,audiā de vobis quia ſtatis in vno ſpū,vnanimes collaborātes fidei euangelij,
& in nullo terreamini ab aduerſarijs,q̄ illis eſt cauſa perditiōis,vobis autē ſalutis,& hoc à deo
quia vobis donatū eſt pro Chřo,non ſolum vt in eum credatis,ſed vt etiā pro illo patiamini,
idē certamen habentes,quale & vidiſtis in me,& nunc auditis de me.

¶Hortatur ad vnitatē,pollicet ſe miſſurū Timotheū,ſeq; breui illo venturū. Cap. II.

A SI qua ergo cōſolatio in Chřo,ſi q̄d ſolatiū charitatis,ſi qua ſocietas ſpūs, ſi q̄ viſcera &
miſeratiōes,implete gaudiū meū,vt idē ſapiatis,eandē charitatē hñtes,vnanimes,id-
ipſum ſentiētes,nihil p cōtentionē neq; p inanē gloriā,ſed in humilitate ſupiores ſibi
inuicē arbitrātes,non q̄ ſua ſunt ſinguli cōſiderātes,ſed & ea q̄ aliorū.Hoc em̄ ſentite in

vobis,q̄d & in Chr̄o Iesu,q cū in forma dei esset,non rapinā arbitratus est,esse se æqualē deo,
sed semetipsum exinaniuit,formā serui accipiēs,in similitudinē hoīm factus,& habitu inuen-
tus vt hō,humiliauit semetipsum,factus obediēs vsq; ad mortē,mortem aūt crucis.*Propter B
Heb. 2.b q̄d & deus exaltauit illū,& donauit illi nomen q̄d est sup omne nomē,vt in noīe Iesu* omne
Roma. 14.b genu flectat,celestiū,terrestriū,& infernorū,& oīs lingua cōfiteat,qa dn̄s Iesus Chr̄s in glo-
Esa. 45.d ria est dei pr̄is.Itaq; charissimi mei,sicut semp obedistis,nō vt in p̄sentia mea tantū,sed multo
magis nūc in absentia mea,cū metu & tremore vestrā salutē opamini.Deus est em̄ q operat
in vobis,& velle & pficere,pro bona volūtate.*Oīa aūt facite sine murmuratiōibus & hesita-
1.Pet.4.c tionibus,vt sitis sine q̄rela,& simplices filij dei,sine reprehēsiōe in medio natiōis prauæ & p- C
uersæ,īter q̄s lucetis,sicut luminaria in mūdo,verbū vitæ cōtinētes ad gloriā meā in diē Chr̄i
qa nō in vacuū cucurri,neq; in uacuū laboraui.Sed & si immolor supra sacrificiū & obsequiū
fidei vestræ,gaudeo,& cōgratulor oībus vobis.Idipsum aūt & vos gaudete,& cōgratulami-
Act.16.a ni mihi.*Spero aūt in dn̄o Iesu,Timotheū me cito mittere ad vos, vt & ego bono aīo sim,
cognitis q̄ circa vos sunt.Neminē enim habeo tā vnanimē,q syncera affectione pro vobis so
1.Cor.4.c licitus sit.*Omnes enim q̄ sua sunt quærunt,non q̄ sunt Iesu Christi.Experimētū aūt eius co D
gnoscitis,qa sicut patri filius,mecum seruiuit in euāgelio.Hūc igit spero me mittere ad vos,
mox vt videro q̄ circa me sunt.Cōfido autē in dn̄o,quoniā & ipse veniā ad vos cito.Neces-
sariū aūt existimaui,Epaphroditū fratrē & cooperatorē & cōmilitonē meū,vestrū aūt apl̄m
& ministrū necessitatis meæ,mittere ad vos,q̄niā quidē oēs vos desiderabat,& mœstus erat,
propterea q̄ audieratis illū infirmatū.Nā & infirmatus est vsq; ad mortē,sed deus misertus
est eius nō solū aūt eius,verūetiā & mei,ne tristitiā sup tristitiā haberē.Festinātius ergo misi
illū,vt viso eo iterū gaudeatis,& ego sine tristitia sim.Excipite itaq; illū cū omni gaudio in
dn̄o,& eiusmodi cū honore habetote,quoniā propter opus Christi,vsq; ad mortem accessit,
tradens animā suā,vt impleret id quod ex vobis deerat erga meum obsequium.

¶Legē esse euacuatā exēplo sui astruit:se excusans,eos ad sui imitationē inuitat. Cap. III.

DE cæterofrēs mei,gaudete in dn̄o.Eadē vobis scribere mihi qdē nō pigrū, vobis A
aūt necessariū.Videte canes,uidete malos oparios,videte cōcisionē.Nos enim su-
mus circūcisio,q spū seruimus deo,& gloriamur in Chr̄o Iesu,& nō in carne fidu-
tiā hn̄tes,q̄q̄ & ego habeā cōfidētiā in carne.Si qs alius videt cōfidere ī carne,ego
Act.22.b magis,circūcisus octauo die,ex gn̄e Israel,de tribu Beniamin.*Hebræus ex Hebræis,scd̄m le
gē pharisæus,scd̄m æmulationē psequēs ecclesiā dei,scd̄m iustitiā q̄ in lege est,cōuersatus si- B
ne querela.Sed q̄ mihi fuerūt lucra,hæc arbitratus sum ppter Chr̄m detrimēta.Verūtamen
existimo oīa detrimētū esse ppter eminentē sciētiā Iesu Chr̄i dn̄i mei, propter quē oīa detri-
mētū feci,& arbitror vt stercora,vt Chr̄m lucrifaciā,& inueniar in illo nō habēs meā iustitiā,
q̄ ex lege est,sed illā q̄ ex fide est Chr̄i,q̄ ex deo est iustitia in fide,ad cognoscēdū illū,& vir-
tutē resurrectiōis eius,& societatē passionū illius,cōfiguratus morti eius,si q̄ modo occurram
ad resurrectionē,q̄ est ex mortuis.Nō q̄ iā acceperim,aut iā pfectus sim,seq̄r aūt,si q̄ modo C
cōprehendā,in quo & cōprehēsus sum à Christo Iesu.Fratres,ego me nō arbitror cōprehen
disse.Vnū autē,q̄ quidē retro sunt obliuiscēs,ad ea vero q̄ sunt priora extēdens meipsum,ad
destinatā perseq̄r,ad brauiū supernæ vocatiōis dei in Chr̄o Iesu.Quicūq; ergo pfecti sumus,
hoc sentiamus,& si qd aliter sapitis,& hoc vobis deus reuelabit.Veruntamē ad q̄d peruenī-
mus,vt idē sapiamus,in eadē pmaneamus regula.Imitatores mei estote fratres,& obseruate D
Roma.16.c eos q ita ambulāt,sicut habetis formā nos.*Multi em̄ ambulāt,quos sæpe dicebā vobis(nūc
aūt & flens dico)inimicos crucis Chr̄i,quorū finis interitus,quorū deus vēter est,& gloria in
cōfusione ipsorū,q terrena sapiunt.Nostra aūt cōuersatio in cœlis est,vnde etiā saluatorē ex-
pectamus dn̄m nostrū Iesum Christū,qui reformabit corpus humilitatis nostræ,configuratū
corpori claritatis suæ,secundum operationē qua etiā possit subijcere sibi omnia.

¶Stabilit eorū tolerantiam,cohortans eos ad spiritalem lætitiā,& in bonis perse-
uerantiam,collaudans eorum liberalitatem. Cap. IIII.

ITaq; fratres mei charissimi & desideratissimi,gaudium meum & corona mea,sic state in A
domino charissimi.Euodiam rogo & Syntychen deprecor,idipsum sapere in dn̄o.Etiā
rogo & te germane cōpar,adiuua illas quæ mecū laborauerunt in euāgelio, cū Clemēte
& cæteris adiutoribus meis quorū nomina sunt in libro vitę.Gaudete in dn̄o semp,iterū
dico gaudete.Modestia vestra nota fit oībus hominibus.Dominus prope est.Nihil soliciti si B
tis,sed in omni oratione & obsecratione,cum gratiarū actione petitiones vestræ innotescāt
apud deū.Et pax dei quæ exuperat oēm sensum,custodiat corda vestra,& intelligentias ve-
stras in Christo Iesu.De cætero fratres,quæcunq; sunt vera,quæcunq; pudica, quæcunq; iu-
sta,q̄cunq; sancta,q̄cunq; amabilia,quæcūq; bonæ famæ,si qua virtus,si qua laus disciplinæ,
hæc cogitate,q̄ & didicistis,& accepistis,& audistis,& vidistis in me,hæc agite,& deus pa- C
cis erit vobiscū.Gauisus sum autem in domino vehemēter,quoniam tandem aliquando re-
floruistis

floruistis ꝑ me sentire, sicut & sentiebatis, occupati aũt eratis. Nõ quasi ꝓpter penuriam dicoꝛ
ego eñ didici in qbus sum sufficiẽs eẽ. Scio & humiliari, scio & abũdare: ubiq; & in oĩbus istitu
D tus sum, & saniari, & esurire, & abũdare, & penuriã pati. Oĩa possum in eo q me cõfortat. Verũ-
tñ bñ fecistis cõicantes tribulatõi meæ. Scitis ãt & vos Philippẽses, ꝙ in pricipio euãgelij, qñ ꝓ
fect⁹ sum à Macedonia, nulla mihi ecclĩa cõicauit in rõne dati & accepti, nisi vos soli, qa & Thes
salonicã semel & bis in vsum mihi misistis. Nõ qđ q̃ro datũ, sed reqro fructũ abũdantẽ in rõnẽ
vestrã. Habeo ãt oĩa, & abũde repletus sum, acceptis ab Epaphradito q misistis, in odorẽ sua-
uitatis, *hostiã acceptã, placẽtẽ deo. Deus ãt meus ĩpleat oẽ desideriũ vestrũ, scđm diuitias sũ
as in gloria, in Chr̃o Iesu. Deo ãt & pr̃i nr̃o gloria in secula seculoꝝ, Amẽ. Salutate oẽm sanctũ
AGite nunc diuites, plorate vlulãtes, in miserijs vestris quæ aduenient vobis. Diuitię A
vestræ putrefactæ sunt, & vestimẽta vestra à tineis comesta sunt. Aurũ & argẽtum
vestrũ æruginauit, & ærugo eorũ in testimoniũ vobis erit, & manducabit carnes ve
stras sicut ignis. Thesaurizastis vobis irã in nouissimis diebus. Ecce merces opera-
riorũ qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorũ in au-
res dñi sabaoth introiuit. Epulati estis super terrã, & in luxurijs enutristis corda vestra. In die B
occisionis adduxistis, & occidistis iustũ, & nõ restitit vobis. Patiẽtes igitur estote fratres, vsq;
ad aduentũ dñi. Ecce agricola expectat pretiosum fructũ terræ patienter ferens, donec acci-
piat temporaneũ & serotinũ. Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra, quo-
niã aduentus dñi appropinquauit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrũ, vt non iudicemi-
ni. Ecce iudex ante ianuã assistit. Exemplum accipite fratres, exitus mali laboris & patientiæ C
prophetas, qui locuti sunt in nomine dñi. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferenti-
am Iob audistis, & finem dñi vidistis, ꝙ misericors dñs est, & miserator. Ante omnia aũt fra-
tres mei, *nolite iurare, neq; per cœlũ, neq; per terrã, neq; aliud quodcunq; iuramentũ: Sit au
tem sermo vester, est est, non non: vt non sub iudicio decidatis. Tristatur aũt vestrũ aliquis?
oret: Aequo animo est? psallat. Infirmat quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orẽt D
super eũ, vnguentes cũ oleo in nomine dñi: & oratio fidei saluabit infirmũ, & alleuiabit eum
dñs, & si in peccatis sit, remittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate
3.Reg.7.a.b pro inuicẽ, vt saluemini. Multũ eñ valet deprecatio iusti assidua. *Elias homo erat similis no
Luc.4.d bis, passibilis, & oratione orauit vt non plueret sup terrã, & nõ pluit annos tres & menses sex.
Mat.18.b Et rursum orauit, & cœlũ dedit pluuiã, & terra dedit fructũ suũ. *Fratres mei, si quis ex vobis
errauerit à veritate, & cõuerterit quis eũ, scire debet, quoniã qui conuerti fecerit peccatorẽ ab
errore viæ suæ, saluabit animã eius à morte, & operiet multitudinẽ peccatorum.

¶Epistolæ catholicæ Iacobi finis.

HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

SImon Petrus filius Ionæ, prouinciæ Galilææ, vico Bethsaida, frater Andreæ apostoli, & princeps aplorũ, post episcopatũ Antiochẽsis ecclesiæ, & p̃dicationẽ dispsiõis eorũ q de circũcisione crediderãt, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithynia, secũdo Claudij anno ad expugnãdũ Simonẽ magũ Romã p̃git, ibiq; vigintiq̃nq; annis cathedrã sacerdotalẽ tenuit vsq; ad vltimũ annũ Neronis. i. decimũquartũ. A quo & affixus cruci, martyrio coronatus ẽ, capite ad terrã verso, & in sublime pedibus eleuatis, asserẽs se indignũ, vt sic crucifigeret vt dñs suus. Scripsit duas eplas, q̃ catholicæ noiant, quarũ secũda à plerisque eius eẽ negat propter styli cũ priore dissonãtiã. Sed & euãgeliũ iuxta Marcũ, q auditor eius, & interpres fuit, huius dicit. Libri aũt eius, ẽ q̃bus vnus actorũ eius inscribit, alius euãgelij, tertius p̃dicationis, quartus Apocalypsis, quintus iudicij, inter apocryphas scripturas reputãtur. Sepultus Romæ in Vaticano iuxta viam triumphalẽ, totius orbis veneratione celebratur.

Argumentũ

¶Argumentum in epistolã catholicam beati Petri primam.

Discipulos saluatoris inuicti toto orbe diffusos,& peregrinos in hoc seculo monstrat,&
pteritæ vitæ pœnitere suadet,& in nouã vitã proficere,tota cum solicitudine exhortat
Simon Petrus filius Ionæ,prouinciæ Galilææ,è vico Bethsaida,frater Andreæ apostoli.

EPISTOLA PETRI APOSTOLI PRIMA.

¶Corroborat nos in fide per diuinas promissiones. Vtq; deposito veteri Adam
renati ambulemus per euangelium in nouitate vitæ. Cap. .I.

A Etrus aplus Iesu Chri,electis aduenis dispersiõis Ponti,Galatiæ,Cap-
padociæ,Asiæ,& Bithyniæ,secundũ pscientiã dei patris,in sanctifica-
tionẽ spũs,in obedientiã & aspersionẽ sanguinis Iesu Chri, gra vobis
& pax multiplicet. ¶*Bñdictus deus & pater dñi nri Iesu Chri,q secũ 1.Cor.1.a
dũ misericordiã suã magnã regenerauit nos in spem viuã,p resurre- Ephe.1.a
ctionẽ Iesu Chri ex mortuis,in hæreditatẽ incorruptibilẽ,& inconta
minatã,& immarcessibilẽ cõseruatã in cœlis in vobis,q in virtute dei
B custodimini p fidẽ,in salutẽ,parata reuelari in tpe nouissimo,in q ex-
ultabitis,modicũ nũc,si oportet,cõtristati in varijs tẽtatiõibus,vt pro
batio vestræ fidei multo ptiosior sit auro(qd per ignẽ probat) inue-
niat in laudẽ & gloriã & honorẽ in reuelatiõe Iesu Chri, quẽ cũ nõ vi
deritis, diligitis:in quẽ nũc quoq; nõ vidẽtes creditis:credẽtes aũt ex-
ultatis lætitia inenarrabili & glorificata,reportãtes finẽ fidei vestræ,salutẽ animarũ vestrarũ:
de qua salute exquisierũt atq; scrutati sunt prophetæ,q de futura in vobis gra prophetauerũt
C scrutãtes in qd vel quale tempus significaret in eis spũs Chri,pnuntians eas q in Christo sunt
passiones,& posteriores glorias,qbus reuelatũ est quod nõ sibimetipsis, vobis aũt ministra-
bãt ea,q nunc nũtiata sunt vobis,p eos q euãgelizauerunt vobis spũ sancto misso de cœlo,in
quẽ desiderãt angeli prospicere. Propter qd succincti lũbos mẽtis vestræ,sobrij, pfecte spe-
rate in eã q offert vobis gratiã,in reuelatiõe Iesu Christi, quasi filij obedientiæ, nõ cõfigurati
prioribus ignorãtiæ vestræ desiderijs,sed scdm eũ q vocauit vos,sanctũ,vt & ipsi in omni cõ
uersatiõe sancti sitis,qm scriptũ est:*Sancti eritis,qm ego sanctus sum. Et si patrẽ inuocatis Leui.11.g.19 a.20.b
eũ,*q sine acceptiõe psonarũ iudicat secũdũ vniuscuiusq; opus,in timore incolatus vestri tpe Deut.10.d
D cõuersamini:*scientes q nõ corruptibilibus auro vel argẽto redẽpti estis de vana vestra con Roma.2.b
uersatiõe paternæ traditiõis,sed ptioso sanguine quasi agni immaculati,& incõtaminati Chri, Gala.2.b
pcogniti qdẽ ante mũdi cõstitutionẽ,manifestati aũt nouissimis tẽporibus propter vos, qui Ephe.6.b
p ipsum fideles estis in deo,q suscitauit eũ a mortuis,& dedit ei gloriã,vt fides vestra & spes Coloss.3.d
esset in deo. Animas vestras iustificãtes in obediẽtia charitatis,in fraternitatis amore simpli- Act.10.f
ci,ex corde inuicẽ diligite attẽtius:renati nõ ex semine corruptibili,sed icorruptibili p verbũ Iaco.2.b
dei viui pmanẽtis in æternũ,qa oĩs caro fœnũ,& oĩs gloria eius tãq flos fœni. Exaruit fœnũ, 1.Co.6 d 7 d
& flos eius decidit. Verbũ aũt dñi manet i æternũ,hoc est ãt verbũ qd euãgelizatũ est in vos. Heb.9.d
¶Cognoscendus Christus caput nostrũ,vt sicut seipse,ita & nos deo offeramus. 1.Ioh.1.d
Principibus obtemperandum,serui dominis morigeri sint. Cap. II. Apoc.1.b

A Eponentes igit omnẽ malitiã,& omnẽ dolũ,& simulationes,inuidias & oẽs detra Esa.40.b
ctiones,sicut mõ geniti infantes,rationabile, & sine dolo lac cõcupiscite,vt in eo Eccle.14.c
crescatis in salutẽ:si tñ gustatis qm dulcis est dñs. Ad quẽ accedentes, lapidẽ viuũ, Iacp.1.b
ab hoĩbus qdẽ reprobatũ,à deo aũt electũ & honorificatũ,& ipsi tanq lapides viui Roma.6.a
superædificamini,domus spũalis,sacerdotiũ sanctũ,offerẽtes spũales hostias, acceptibiles deo, Ephe.4.a
p Iesum Christũ. Propter qd cõtinet scriptura:*Ecce pono in Sion lapidẽ summũ,angularẽ, Coloss.3.b
B probatũ,electũ,ptiosum:& q crediderit in eũ,non cõfundet. Vobis igit credentibus honor: Heb.12.a
nõ credẽtibus aũt,*lapis quẽ reprobauerũt ædificãtes,hic factus est in caput anguli:& lapis Esa.28.d
offensionis & petra scãdali,his q offendunt verbo,nec credunt in quo & positi sunt. Vos au- Roma.9.g
tẽ genus electũ,regale sacerdotiũ,gens sancta,populus acqsitionis,vt virtutes annũtietis eius Psal.117.c
q de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suũ.*Qui aliqñ nõ populus dei,nunc autẽ po Mat.21.d
pulus dei,q nõ secuti misericordiã,nunc autẽ misericordiã cõsecuti.*Charissimi,obsecro vos Mar.12.c
tanq aduenas & peregrinos,abstinete vos à carnalibus desiderijs,q militant aduersus animã, Luc.20.c
C cõuersationẽ vestrã inter gentes habentes bonã,vt in eo qd detrectãt de vobis tanq de ma- Act.4.b
De mag.& obe.c. solitæ lefactoribus,ex bonis opibus vos cõsiderãtes,glorificẽt deũ in die visitationis *Subiecti igit Esa.8.c
estote omni hũanæ creaturæ propter deum,siue regi quasi pcellenti:siue ducibus,tanq ab eo Exo.19.c
missis ad vindictã malefactorũ,laudẽ vero bonorũ,qa sic est volũtas dei,vt bñfaciẽtes obmu- Osee.1.d

Roma.9.c Gala.5.c Roma.13.d Roma.13.a

Roma.13.c tescere faciatis imprudētiū hoīm ignorātiā, quasi liberi, & nō quasi velamē hñtes malitiæ li-
Ephe.6.a bertatē, sed sicut serui dei. *Oēs honorate, fraternitatē diligite, deū timete, regē honorificate.
Coloss.3.d *Serui, subditi estote ī omni timore dñis, nō tm̄ bonis & modestis, sed etiā dyscolis. *Hæc est D
Tit.2.c em̄ grā, si propter dei cōsciētiā, sustinet qs tristitias, patiēs iniuste. Quæ est em̄ † grā, si peccan laus
1.Cor.7.c tes & colaphizati suffertis? Sed si bñfaciētes patiēter sustinetis: hæc ē em̄ grā apud deū. In hoc
Esa.53.b.c.d em̄ vocati estis, qa & Chrs passus est pro nobis, nobis relinquēs exēplū, vt sequamini vestigia
1.Ioh.3.a eius, *q peccatū nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: q cū malediceret, nō maledicebat:
cū pateret, nō cōminabat. Tradebat aūt iudicāti se † iniuste: q pctā nostra ipse ptulit in corpo iuste
re suo sup lignū, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus: cuius liuore sanati estis. Eratis em̄ sicut
oues errātes, sed conuersi estis nunc ad pastorē & episcopum animarum vestrarum.

¶Reducit in memoriam quæ prius docuerat. De illusoribus venturis. Deq; aduentu domini, ad quem nos præparemus. Cap. III.

1.Cor.11.a SImiliter mulieres, subditæ sint uiris suis, vt & si q nō credūt verbo, p mulierum cōuersa A
Coloss.3.c tionē sine verbo lucrifiāt, cōsiderātes in timore sanctā cōuersatione vestrā, *quarum nō
Ephe.5.d sit extrinsecus capillatura, aut circūdatio auri, aut indumēti vestimētorum cultus, sed qui
1.Timo.2.c abscōditus est cordis hō, in corruptibilitate qeti, & modesti spūs, q est in cōspectu dei
locuples. Sic em̄ aliqn̄ & sanctæ mulieres sperātes in deo, ornabāt se, subiectæ proprijs viris,
Gene.18.b *sicut Sara obediebat Abrahæ, dñm eū vocās, cuius estis filiæ, bñfaciēres, & nō ptimētes vllā
1.Cor.7.a pturbationē. *Viri silr, cohabitātes secūdum sciētiā, q̄si infirmiori vasculo muliebri imptien- B
Prouer.17.c tes honorē, tanq̄ & cohæredibus grǣ vitæ, vt nō impediant oratiōes vr̄æ. *In † fine aūt, oēs summa
Roma.12.d
1.Thess.5.c vnanimes, cōpatiētes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, nō reddētes ma
lū pro malo, nec maledictū pro maledicto: sed ecōtrario, bñdicētes, qa in hoc vocati estis, vt
Psal.33.c bñdictionē hæreditate possideatis. *Qui em̄ vult vitā diligere, & dies videre bonos, coerceat
Iaco.1.d linguā suā à malo, & labia eius ne loquant dolū. Declinet à malo, & faciat bonū: inqrat pacē,
& sequat eā: qa oculi dñi sup iustos, & aures eius in pces eorum: vultus aūt dñi sup faciētes mala. C
Mat.5.a Et qs est q vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? *Sed & si qd patimini ,ppter iustitiā, be
ati. Timorē aūt eorum ne timueritis, & nō cōturbemini, dñm aūt Chr̄m sanctificate in cordibus
vestris, parati sp ad satisfactionē omni poscēti vos rationē de ea q̄ in vobis ē, spe & fide: sed
Sup.2.c cū modestia & timore, *cōsciētiā hñtes bonā vt in eo q̄d detrahūt vobis, cōfundant, q calūni-
ant vestrā bonā in Chr̄o cōuersationē. Melius est em̄ bene faciētes (si volūtas dei velit) pati, q̄
Roma.5.b male faciētes: *qa & Chrs semel pro peccatis nr̄is mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offer D
Heb.9.d ret deo, mortificatus qdē carne, viuificatus aūt spū. In q̄ & his q in carcere erāt spiritibus, ve-
Gene.6.d niēs p̄dicauit, q increduli fuerāt aliqn̄, qn̄ expectabāt dei patientiā in diebus *Noe, cū fabrica-
Mat.24.d ret arca, in q̄ pauci, id est, octo aīæ saluæ factæ sunt p aquā. Quod & nos nūc similis formæ sal
Luc.17.f uos facit baptisma, nō carnis depositio sordiū, sed cōscientiæ bonæ interrogatio in deū p resur
rectionē Iesu Christi, q̄ est in dextera dei, degluties mortē, vt vitæ æternæ hæredes efficere
mur, profectus in cœlū, subiectis sibi angelis & potestatibus & virtutibus.

¶Caro quō domanda. De spirituali administratione, deq; mutua inter nos beneficentia. Gloriandum potius q̄ contristandum in afflictionibus. Cap. IIII.

CHristo igit passo in carne, & vos eadē cogitatiōe armamini, qa q passus est carne, de A
Ephe.4.f siit à pctis, vt iā nō desiderijs hoīm, sed volūtate dei, q̄d reliquū est in carne viuat tē-
Iaco.4.b poris. *Sufficit em̄ p̄teritū tēpus ad volūtatē gentiū cōsummādā, his q ambulauerūt
in luxurijs, desiderijs, vinolētijs, comessationibus, potatiōibus, ebrietatibus, & illici-
tis idolorum cultibus, in quo admirant nō cōcurrētibus vobis in eandē luxuriæ cōfusionē, blas-
phemātes: q reddēt rationem ei, q paratus est iudicare viuos & mortuos. Propter hoc em̄, & B
mortuis euāgelizatū est, vt iudicent quidē secūdū hoīes in carne, viuāt aūt secūdū deū in spū.
Omniū aūt finis appropinquauit. Estote itaq; prudētes, & vigilate in orōnibus. Ante oīa aūt
Prouer.10.b mutuā in vosmetipsos charitatē cōtinuā hñtes, *qa charitas operit multitudinē pctōrum. *Hos
Roma.12.c pitales inuicē sine murmuratiōe. Vnusqsq; sicut accepit grām, † in alterutrū illā administran in vos inuicē
Philip.2.b tes, sicut boni dispēsatores multiformis grǣ dei. Si qs loquit, tanq̄ sermōes dei, si qs ministrat C
Heb.13.a tanq̄ ex virtute, quā administrat deus, vt in oībus honorificet deus p Iesum Chr̄m, cui est glo
ria & imperiū in secula seculorum. Amē. ¶Charissimi, nolite † pegrinari in feruore, q ad tētatio mirari
nē vobis sit, q̄si noui aliqd vobis cōtingat, sed cōicantes Chr̄i passiōibus, gaudete, vt & in re-
uelatiōe gloriæ eius gaudeatis exultātes. Si exprobramini in noīe Chr̄i, beati eritis, qm̄ quod
est honoris, gloriæ, & virtutis dei, & q est eius spūs, sup vos requiescit. Iuxta ipsos qdē male- D
dictis afficit, iuxta vos aūt glorificat. Nemo aūt vestrum patiat vt homicida, aut fur, aut maledi
cus, aut alienorum appetitor. Si aūt vt Christianus, nō erubescat, glorificet aūt deū in isto noīe,
qm̄ tēpus est vt incipiat iudiciū à domo dei. Si aūt primū à nobis, qs finis eorum q non credunt
Prouer.11.d dei euāgelio? *Et si iustus qdē vix † saluabit, impius & pctōr vbi parebūt? Itaq; & hi q patiun saluatur
tur secundū voluntatē dei, fideli creatori cōmendent aīas suas in benefactis.

¶Exēplar

¶Exemplat episcopoꝝ & sacerdotum, q̃uo gregem suum pascere debeãt: cauendũ
ne diaboli technis circumueniamur. Cap. V.

A SEniores ergo qui in vobis sunt obsecro consenior & testis Christi passionum, q & eius
quæ in futuco reuelanda est, gloriæ cõicator, pascite q in vobis est geegem dei: prouidē
tes non coacte, sed spontanee secundũ deũ: neq; turpis lucri gratia, sed voluntarie: neq;
vt dominãtes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit pricẽps pa-
B stoꝝ, percipietis immarcessibilem gloriæ coronam. Similiter adolescẽtes subditi estote senio-
ribus: omnes enim inuicem humilitatem insinuate: q̃a deus superbis resistit, humilibus autē dat Psal.4.c.
gratiam, *Humiliamini igitur sub potenti manu dei, vt vos exaltet in tẽpore visitationis. *om Rom.12.c
nem solicitudinē vestrã proijcientes in eum: q̃m ipsi cura est de vobis. Sobrij estote, & vigilate Luc.12.c
C quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, querens quem deuoret. Cui re- Mat.6.c
sistite, fortes in fide, scientes eandem passionē ei, quæ in mũdo est, vestræ fraternitati fieri. De- Iaco.4.c
us aũt om̃is gratiæ, qui vocauit nos in æternã suã gloriã in Christo Iesu, modicũ passos ipse, p-
ficiet, cõfirmabit, consolidabitq;. Ipsi gloria & imperiũ in secula seculoꝝ, Amen. Per Siluanũ
D fidelem fratrem vobis, vt arbitror, breuiter scripsi, obsecrans & contestans hanc esse verã gea
tiam dei, in qua statis. Salutat vos ecclesia, quæ est in Babylone, coelecta, & Marcus filius meus
Salutate inuicē in osculo sancto. Gratia vobis omnibus qui estis in Christo Iesu.

¶Argumentum in epistolam secundam Petri Apostoli.

SImon Petrus per fidem huic mundo sapientes mortuos esse declarat, eisdemq; pietatis q̃ta
sit magnitudo luce ipsa clarius manifestat.

EPISTOLA PETRI

Apostoli secunda.

¶Fidē dignis moribus honestandã q̃d & q̃uo docendũ & id genus alia. Cap. I.



A SImon Petrus seruus & Apostolus Iesu Christi, ijs q coequalē nobis-
cũ sortiti sunt fidem in iustitiam dei nr̃i & saluatoris Iesu Chr̃i: Gra-
tia vobis & pax adimpleat in agnitiõe dei, & Chr̃i Iesu dñi nr̃i, q̃uo
oĩa nobis diuine virtutis suæ, q̃ ad vitã & pietatē donata sunt, p cog-
nitionē eius q vocauit nos propria gloria & virtute, p quē maxima
& pretiosa nobis, pmissa donauit, vt p hæc efficiamini diuinæ con-
sortes naturę, fugiẽtes eius q̃ in mũdo est, cõcupiscẽtiæ corruptionē
B Vos aũt curã oēm subinferẽtes, ministrate in fide vr̃a virtutē, in vir-
tute ãt sciam: in scia ãt, abstinentiã: in abstinẽtia ãt, patientiã: in pati-
entia ãt, pietatē: in pietate ãt, amorē fr̃nitatis: in amore aũt fr̃nitatis,
charitatē. Hæc em̃ si vobiscũ assint, & superẽt, nõ vacuos, nec sine fructu vos cõstituent, in dñi
nr̃i Iesu Christi cognitione. Cui em̃ nõ præsto sunt hæc, cæcus est, & manu tẽtans, obliuionem
accipiens purgatiõis veterũ suoꝝ delictoꝝ. Quapropter fratres magis satagite vt p bona opa
C certã vestrã vocationē & electionē faciatis: hæc em̃ faciẽtes, nõ peccabitis aliq̃n. Sic em̃ abun-
danter ministrabit vobis introitus in æternũ regnũ dñi nr̃i & saluatoris Iesu Christi. Propter
q̃d incipiã vos semp cõmonere de his, & q̃dem sciẽtes & cõfirmatos vos in pñti veritate. Iustũ
aũt arbitror quamdiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in cõmonitiõe, certus quod velox
est depositio tabernaculi mei. *secundũ q̃d & dñs nr̃ Iesus Christus significauit mihi, Dabo aũt Ioh.21.c
semper. operã, & †frequenter habere vos, post obitũ meum, vt hoꝝ memoriam faciatis. Nõ em̃ † in- arte compo-
doctas fabulas secuti, notã fecimus vobis dñi nostri Iesu Christi virtutē & præscientiã, sed spe sitas.
g̃his magn. culatores facti † illius magnitudinis. Accipiens em̃ à deo patre honorē & gloriã, voce delapsa Mat.3.d
D ad eum huiuscemodi à magnifica gloria: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui, ip- & 17.a
sum audite: & hanc uocem nos audiuimus de cœlo allatam cum essemus cum ipso in mõte san Mar.1.b
cto. Et habemus firmiorē propheticũ sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lu Luc.3.d
centi in loco caliginoso, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris: *hoc primũ 2.Tim.3.d
intelligentes, quod omnis prophetia scriptutæ, propria interpretatione non fit. Nõ em̃ volun
tate humana allata est aliq̃n prophetia, sed spũ sc̃tõ inspirati, locuti sunt sancti dei homines.

¶Sicut iam olim fuerunt semper pseudopropheta sic & futuri sunt, q̃bus vt nõ de-
erit vltio ita prijs non deerit consolatio. Cap. II.

A FVerunt vero & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mẽdaces, Iob.4.d
qui introducent sectas perditionis, & eum q emit eos, dñm negãt, supducẽtes sibi ce-
lerem perditionē. Et multi sequent eoꝝ luxurias, p q̃s via veritatis blasphemabit, & in
auaritia fictis verbis de vobis negotiabunt, q̃bus iudiciũ iã olim nõ cessat, & perditio

eoꝝ nõ dormitat.*Si em̃ deus angelis peccantibus nõ pepercit, ſed rudentibus inferni detra-
Gen. 6.c ctos,in tartaꝝ tradidit cruciandos in iudiciũ reſeruari,& originali mũdo nõ pepercit,*ſed octa B
& 7.a uum Noe iuſtitiæ præconẽ cuſtodiuit,diluuiũ mũdo impioꝝ inducẽs:*& ciuitates Sodomoꝝ
Gen.19.c & Gomorrhæoꝝ in cinerẽ redigens,euerſiõe damnauit,exemplũ eoꝝ q impie acturi ſunt,po-
nens,& iuſtũ Lot oppreſſum à neſandoꝝ iniuria ac luxurioſa cõuerſatione eripuit(aſpectu em̃
& auditu iuſtus erat,habitãs apud eos q de die in diẽ animã iuſtã iniquis opibus cruciabãt)no-
uit dñs pios,de tentatione eripere,iniquos uero in diẽ iudicij reſeruare cruciandos: magis autẽ
eos q poſt carnẽ in concupiſcentia immunditiæ ambulant,dñationemq́ cõtemnunt, audaces,
ſibi placentes,ſectas nõ metuunt introducere ,blaſphemantes:ubi angeli,fortitudine & uirtu- C
te cũ ſint maiores,nõ portant aduerſum ſe execrabile iudiciũ. Hi uero uelut irrationabilia peco
ra,naturaliter in captionẽ & in ꝑniciẽ,in his q̃ ignorant blaſphemãtes:in corruptione ſua per-
ibunt,ꝑcipientes mercedẽ iniuſtitiæ,uoluptatẽ exiſtimãtes,diei delicias,coinquationes & ma-
culæ,delicijs affluentes,in cõuiuijs ſuis luxuriantes uobiſcũ, oculos habẽtes plenos adulterij, &
incesſabilis delicti,pelliciẽtes aĩas inſtabiles,cor exercitatũ auaritia habẽtes, maledictiõis filij, filium.
Num. 22.c
Iudæ.1.d derelinquẽtes rectã uiã errauerũt,ſecuti uiã Balaam † ex Boſor,*q mercedem iniq̃tatis amauit,
correptionẽ uero habuit ſuæ ueſaniæ ſubiugale mutũ animal hoĩs uoce loquẽs , ꝓhibuit pro-
phetæ inſipientiã. Hi ſunt fontes ſine aqua,& nebulæ turbinibus exagitatæ,q̃bus caligo tene- D
braꝝ reſeruaẽ. Sup̃ba em̃ uanitatis loquentes,pelliciũt in deſiderijs carnis luxuriæ,eos q paulu-
Ioh 8.d lum effugiunt,q in errore cõuerſantur,libertatẽ illis promittentes,cũ ipſi ſerui ſint corruptõis.
Rom. 6.c *A quo em̃ qs ſuperatus eſt,huius & ſeruus eſt. Si em̃ refugientes coinquationes mundi in co-
Mat.12.d
Heb.6.a gnitõe dñi noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti,his rurſus implicati ſuperantur,*facta ſunt eius po-
Prouer.26.b ſteriora,deteriora prioribus. Melius em̃ erat illis nõ cognoſcere uiã iuſtitiæ,q̃ poſt agnitionẽ,
retrorſum cõuerti ab eo,quod illis traditũ eſt,ſancto mandato. Contigit em̃ eis illud ueri pro-
uerbij:*Canis reuerſus ad ſuum uomitum,& Sus lota,in uolutabro luti.

¶Reducit i memoriã quæ prius docuerat. De illuſoribus uenturis. Deq́ aduentu
dñi,ad quem nos præparemus. Cap. III.

HAnc ecce uobis chariſſimi ſecundã ſcribo epiſtolã,,in q̃bus vrãm excito in cõmuniti A
1.Ti.4.a one ſyncerã mentẽ,vt memores ſitis eoꝝ q̃ ꝑdixi verboꝝ à ſanctis prophetis,& apo
ſtoloꝝ veſtroꝝ ꝑceptoꝝ dñi & ſaluatoris.*hoc primũ ſciẽtes,q̃d venient in nouiſſi-
Iudæ.1.f
Ezec.12.f mis diebus in deceptiõe illuſores,iuxta ꝓprias cõcupiſcẽtias ambulantes,dicẽtes: Vbi
eſt promiſſio aut aduentus eius? ex q̃ em̃ patres dormierũt,oĩa ſic ꝑſeuerant ab initio creaturæ.
Latet em̃ eos hoc volẽtes,q̃d cœli erãt prius & terra,de aq̃ & per aquã cõſiſtentes dei uerbo,ꝑ B
quæ ille tũc mundus aqua mundatus perijt. Cœli aũt q nunc ſunt de terra, eodẽ uerbo repoſiti
ſunt,igni reſeruati in diẽ iudicij & ꝑditiõis impioꝝ hoim. Vnũ uero hoc nõ lateat vos chariſſi-
mi,q̃d vnus dies apud dñm ſicut mille anni,& mille anni,ſicut dies unus. Nõ tardat dñs ꝓmiſſi,
1.Theſſa.5.a ſicut q̃dã exiſtimãt:ſed patiẽter agit ꝓpter vos,nolẽs aliquos perire, ſed oẽs ad pñiam reuerti.
Apoc.3.a *Adueniet ãt dies dñi ut fur,in q̃ cœli,magno impetu trãſient:elemẽta vero calore ſoluenẽ,ter-
16.a ra ãt & oĩa q̃ in ipſa ſunt opa,exurenẽ. Cũ igiẽ hæc oĩa diſſoluẽda ſint,q̃les optet vos eſſe in ſan- C
ctis cõuerſationibus & pietatibus,expectãtes & ꝓperãtes in aduẽtum diei dñi,ꝑ quẽ cœli ardẽ
Eſa. 65.c
& 66.g tes ſoluenẽ,& elemẽta ignis ardore tabeſcẽt?*Nouos uero cœlos & nouã terrã & ꝓmiſſa ipſi-
Apoc.21.c us expectamus,in q̃bus iuſtitia habitat, Propter q̃d chariſſimi,hæc expectãtes,ſatagite, imma-
culati & inuiolati ei inueniri in pace:& dñi nr̃i longanimitatẽ, ſalutẽ arbitramini:ſicut & cha-
riſſimus frater noſter Paulus,ſcd̃m datã ſibi ſapientiã ſcripſit vobis,ſicut & in omnibus epiſto- D
lis,loquens in eis de his,in q̃bus ſunt quædã difficilia intellectu,q̃ indocti & inſtabiles deprauãt,
ſicut & cæteras ſcripturas,ad ſuã ipſorum perditionem. Vos igitur fratres, præſciẽtes cuſtodi-
te ne inſipientium errore traducti,excidatis à propria firmitate:creſcite vero In gratia & cogni
tione dñi noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti. Ipſi gloria & nunc & in diem æternitatis, Amen.

PRAEFATIO HIERONYMI IN EPISTOLAS
Canonicas Iohannis ex libro de illuſtribus viris.

IOhannes apoſtolus quẽ Ieſus dilexit plurimũ filius zebedei:frater Iacobi apoſtoli:quem Herodes poſt paſſionẽ dñi:decollauerat,nouiſſimus omniũ ſcripſit euangeliũ rogatus ab Aſię epiſcopis, aduerſus Cerinthũ aliosq́ hæreticos. Et maxime tũc Ebionytaꝝ dogma cõſurgens:q aſſerunt Chriſtũ ante Mariã non fuiſſe. Vnde etiã cõpulſus eſt diuinam eius natiuitatẽ edicere. Sed & aliã cauſam huius ſcripturæ ferunt. Quod cũ legiſſet Matthei Marci & Lucæ volumina:probauerit q̃dem textum hiſtoriæ:& vera eos dixiſſe firmauerit:ſed vnius tantum anni in quo paſſus eſt poſt carcerẽ Iohannis hiſtoriã texuiſſe. Prætermiſſo itaq; anno cuius acta à tribus expoſita fuerãt:ſuperioris tp̃is ante q̃ Iohannes clauderet in carcerem geſta narrauit:ſicut manifeſtũ eſſe põt his q quatuor euangelioꝝ volumina legerint:q̃ res diaphoniam q̃ videẽ Iohannis eſſe cũ cæteris tollit. Scripſit aũt vnã epiſtolã:cuius exordium hoc eſt. Q̃d

fuit ab

fuit ab initio, ꝙd audiuimus & vidimus oculis nostris, ꝙd pspeximus & manus nræ cõtrectaue-
runt de verbo uitæ: q̃ ab uniuersis ecclesiasticis & eruditissimis viris cõprobat. Reliq̃ ãt duæ, q̃-
rum principiũ est. Senior electe dñe & natis eius: & sequẽtis: Senior Caio Charissimo: quẽ ego
in veritate diligo, &c. Iohannis presbyteri asserunt cuius & hodie alterũ sepulchrũ apud Ephe
sum ostiditur: & nõnulli putãt duas memorias eiusdẽ Iohannis euangelistæ esse. Sup qua re cũ p
ordinẽ ad Papiam auditorẽ eius ventũ fuerit differemus. Quartodecimo igit anno secundam
post Neronẽ psecutionẽ mouẽte Domitiano: in Pathmos insulã relegatus, scripsit Apocalip-
sim. Quã interpretant Iustinus martyr & Hirenæus. Interfecto autẽ Domitiano & actis eius
ali. Perti nace ob nimiã crudelitatẽ à senatu rescissis: sub † Nerua principe redijt Ephesum: ibiq; vsq; ad Tra-
ianum principẽ perseuerans, totas Asiæ fundauit & rexit ecclesias. Confectusq; senio: sexage-
simo octauo anno post passionẽ dñi mortuus & iuxta eandem vrbem sepultus est.

¶ Argumentum in epistolã beati Iohannis apostoli primam.

RAtionẽ verbi & ꝙd deus ipe sit charitas manifestat: & susurrones fratrũ nec deũ scire, nec
pios fieri posse eousq; dissertat: vt eẽ cõpbet homicidas, eo ꝙd odiũ sit ĩterfectõis occasio

EPISTOLA BEATI
Iohannis Apostoli prima.

¶ Verum euangelium seu uerbum se tractare, in luce ambulantes dei esse & cõ
tra. De uera confessione. Cap. I.

A QVod fuit ab initio, ꝙd audiuim⁹, ꝙd vidimus oculis nr̃is, ꝙd pspeximus
& manus nræ cõtrectauerũt de uerbo vitæ & vita manifestata est & vi
dimus & testamur, & annũtiamus vobis uitã æternã, q̃ erat apd patrẽ,
& apparuit nobis. Quod uidimus & audiuimus, annũtiamus uobis, ut
B & uos societatẽ habeatis nobiscũ, & societas nr̃a sit cũ patre, & filio ei⁹
Iesu Chr̃o. Et hæc scribimus uobis ut gaudeatis, & gaudium uestrũ sit
plenũ. Et hęc est annũtiatio quã audiuim⁹ ab eo, & annũtiamus uobis,
*qm̃ deus lux est, & tñbræ in eo non sunt ullæ, Si dixerimus qm̃ socie Ioh.8.b
C tatẽ habemus cũ eo, & in tñbris ãbulamus, mẽtimur & ueritatẽ nõ faci
mus. Si aũt in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce, societatẽ habe-
mus ad inuicem: *& sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus Heb.9.d
qm̃ peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. *Si cõfiteamur pec 1.Pe.1.d Apoc.1.b
D cata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis pctã nostra, & emũdet nos ab oĩni iniqtate. 3.Reg.8.e
Si dixerimus: qm̃ non peccauimus, mendacẽ facimus eũ, & uerbũ eius nõ est in nobis. 2.Par.6.g

Christũ esse aduocatũ & propitiatorẽ peccantium, apud patrẽ, de uera charitate. An- Prouer.20.b
nuntiat euangeliũ. Mundũ spernendũ. Antichristos iam tum fuisse. Cap. II. Eccle.7.e

A FIlioli mei, hæc scribo nobis, ut non peccetis. Sed & si quis peccauerit, aduocatum habe
mus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris:
non pro nr̃is aũt tm̃, sed etiã pro totius mũdi. Et in hoc scimus qm̃ cognouimus eũ, si
mãdata eius obseruamus. Qui dicit se nosse eũ, & mãdata eius nõ custodit, mẽdax est,
& in eo ueritas nõ est. Qui aũt seruat uerbũ eius, uere in hoc charitas dei perfecta est. In hoc sci-
mus qm̃ in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.
Charissimi, nõ mandatũ nouũ scribo uobis, sed mandatũ uetus ꝙd habuistis ab initio. Manda-
B tum uetus, est verbũ ꝙd audistis. *Iterũ mandatũ nouũ scribo uobis ꝙd uerũ est & in ipso, & in Ioh.13.e
uobis, qa tenebræ transierũt, & verũ lumen iam lucet. Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum & 15.b
odit, in tenebris est vsque adhuc, *Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in infra .3.c
eo non est. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo Leuit.19.d
eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Scribo vobis filioli, quoniam remittuntur uo-
bis peccata propter nomen eius. Scribo uobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio
est. Scribo nobis adolescentes, quoniam vicistis malignum. Scribo vobis infantes, quia cogno
C uistis patrem. Scribo uobis patres, quia cognouistis eum qui ab initio est. Scribo uobis iuuenes
quoniam fortes estis, & verbum dei manet in uobis, & vicistis malignum. Nolite diligere mũ-
dum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo: quo-
niam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & su-
perbia vitæ, quæ non est ex patre, sed ex mundo est. Et mundus transit, & concupiscentia e-
ius, Qui autem facit uoluntatem dei, manet in æternum, Filioli, nouissima hora est, & sicut au-
distis quia antichristus uenit, & nunc antichristi multi facti sunt: unde scimus quia nouissima
h[illegible] est. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis: Nam si fuissent ex nobis, permansissent
vtique nobiscum, sed ut manifesti sint, quoniam nõ sunt omnes ex nobis. Sed uos vnctionem
habetis à sancto, & nostis oĩa, Nõ scripsi uobis quasi ignorantibus ueritatẽ, sed q̃si sciẽtibus eã,

& qm̃ omne mendacium ex veritate nõ est. Quis est mendax, nisi is q negat, qm̃ Iesus est Chri-
stus? Hic est antichristus, q negat patrẽ & filiũ. Oĩs q negat filiũ, nec patre habet: q confitet fili- D
um, & patrẽ habet. Vos q̊d audistis ab initio, in vobis pmaneat, qa si in vobis pmanserit q̊d au-
distis ab initio, & vos in filio & patre manebitis. Et hæc est promissio quã ipse pollicitus est no
bis, vitã æternã. Hæc scripsi vobis de his q seducunt vos. Et vos vnctionẽ quã accepistis ab eo,
mauet in vobis. Et nõ necesse habetis vt aliqs doceat vos, sed sic vt vnctio eius docet vos de oĩ-
bus, & verũ est, & nõ est mendaciũ. Et sicut docuit vos manete in eo. Et nũc filioli manete in eo
vt cũ apparuerit, habeamus fiduciã, & nõ cõfundamur ab eo in aduẽtu eius. Si scitis quoniã est
iustus, scitote quoniam & omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est.

¶Qũo filij dei efficiamur & sancti. De iustis & pctõribus. Quod discrimẽ filiorũ dei & diaboli. De charitate & fide. Cap. III.

VIdete qualẽ charitatem dedit nobis pr̃, vt filij dei nominemur & simus. Propter hoc A
mũdus nõ nouit nos, qa nõ nouit eũ. Charissimi, nũc filij dei sumus, & nondũ appa-
ruit qd erimus. Scimus eñ qm̃ cũ apparuerit, similes ei erimus, qm̃ uidebimus eum
sicuti est. Et oĩs q habet hãc spẽ in eo, sanctificat se, sicut ille sanctus est. Oĩs qui facit
Esa. 53.c pctm̃, & iniqtatẽ facit: & pctm̃ est iniquitas. *Et scitis qa ille apparuit vt pctã tolleret, & pctm̃
1.Pet.2.d in eo nõ est. Oĩs q in eo manet, nõ peccat: & oĩs q peccat, nõ vidit eũ, nec cognouit eum. Filioli
Ioh. 8 f nemo uos seducat. Qui facit iustitiã, iustus est, sicut & ille iustus est. *Qui facit pctm̃, ex diabolo B
est, qm̃ ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius dei, vt dissoluat opa diaboli. Oĩs q natus
est ex deo, pctm̃ non facit, quoniam semẽ ipsius in eo manet, & non põt peccare, qm̃ ex deo na-
Ioh. 13.d tus est. In hoc manifesti sunt filij dei, & filij diaboli. Oĩs q nõ est iustus, nõ est ex deo, & q non
Eccle. 15.b diligit fratrẽ suũ: qm̃ hæc est annũciatio quã audistis ab initio, *vt diligatis alterutrũ. *Nõ sicut
Gen. 4.b
Ioh. 15.c Cain, q ex maligno erat, & occidit fratrẽ suũ. Et propter qd occidit eũ? Qm̃ opa eius maligna C
Supra 2.b erãt, fratris aũt eius iusta. *Nolite mirari fratres, si odit uos mũdus. Nos scimus qm̃ translati su-
Leui. 19.d
Ioh. 15.b mus de morte ad vitã, qm̃ diligimus fratres. *Qui nõ diligit, manet in morte. Omnis q odit fra
trem suũ, homicida est. Et scitis q̊niam oĩs homicida nõ habet vitã æternã in se manentem. *In
hoc cognouimus charitatẽ dei, q̊niã ille animã suã pro nobis posuit: & nos debemus pro fratri
bus aĩas ponere. Qui habuerit substantiã huius mũdi, & viderit fratrẽ suũ necessitatẽ habere, D
& clauserit viscera sua ab eo, q̃o charitas dei manet in eo? Filioli mei, nõ diligamus uerbo, neq̃
lingua, sed ope & veritate. In hoc cognoscimus q̊d ex veritate sumus, & in cõspectu eius suade
bimus corda nostra. Qm̃ si reprehenderit nos cor nostrũ, maior est deus corde nostro, & no-
Ioh. 15.a uit omnia. Charissimi, si cor nostrũ nõ reprehenderit nos, *fiduciam habemus ad deũ, & quic-
quid petierimus, accipiemus ab eo: qm̃ mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram
Ioh. 13.d eo, facimus. Et hoc est mandatũ eius, ut credamus in noĩe filij eius Iesu Christi, *& diligamus al
Ioh. 15.b terutrũ, sicut dedit mandatum nobis. *Et q seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo. Et
in hoc scimus quoniam manet in nobis, ex spũ quem dedit nobis.

¶Qui spũs ex deo sint aut non. De Antichristo. Rursusq̃ de charitate eaq; uera & pfecta. Cap. IIII.

CHarissimi, nolite oĩ spritui credere, sed probate spiritus si ex deo sint, quoniam mul- A
ti pseudoprophetæ exierũt in mundum. In hoc cognoscitur spiritus dei. Oñis spũs
qui confitetur Iesum Christũ in carne uenisse, ex deo est: & oñis spũs q soluit Iesum,
ex deo non est, & hic est †antichristus, de quo audistis quoniã uenit, & nũc iam in mũ antichristi
do est. Vos ex deo estis filioli, & uicistis eos, quoniam maior est qui in uobis est, quam q in mũ-
Ioh. 8.f do. Ipsi de mũdo sunt, ideo de mundo loquũt, & mundus eos audit. Nos ex deo sumus. *Qui
nouit deum, audit nos: q nõ est ex deo, nõ audit nos, in hoc cognoscimus spiritũ ueritatis, & spi
ritum erroris. Charissimi, diligamus nos inuicẽ, quia charitas ex deo est. Et omnis q diligit fra- B
trem suũ, ex deo natus est, & cognoscit deũ. Qui nõ diligit, nõ nouit deũ, q̊niam deus charitas
Ioh. 3.b est. *In hoc apparuit charitas dei in nobis, q̊niam filium suum unigenitum misit deus in mundũ
ut uiuamus per eũ. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum, sed q̊niam ipse prior di
lexit nos, & misit filium suum propitiationẽ pro peccatis nostris. Charissimi, si sic deus dilexit C
Ioh. 1.b nos, & nos debemus alterutrũ diligere. *Deum nemo uidit unq̃. Si diligamus inuicẽ, deus in no
1.Tim. 6.c bis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus q̊d in eo manemus, & ipse
in nobis, quoniam de spũ suo dedit nobis. Et nos uidimus, & testificamur, quoniam pater misit
filium suum saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit quoniam Iesus est filius dei, deus ĩ eo
manet, & ipse in deo. Et nos cognouimus, & credimus charitati, quam habet deus in nobis.
Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. In hoc perfecta est D
charitas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicij, quia sicut ille est, & nos sumus in
hoc mundo. Timor enim non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem,
quoniam timor pœnam habet: qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo
diligamus Deum, quoniam deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo deum,
& fratrem

& frēm suū oderit, mēdax est. Qui em̄ diligit frēm suū quē † videt, deū quē nō videt, quō nō pt uidit.
diligere? *Et hoc mandatū habemus à deo, vt q diligit deū, diligat & fratrem suum. Iohan.13.d & 15.b

¶ Per fidē nos reddi dei filios mundū'q; vincere, quinā vere diligant deū. Assertio trinitatis. Pro qbus peccatis precandum aut non. Ephe.5.a

Cap. V.

A OMnis q credit qm̄ Iesus est Chr̄us, ex deo natus est. Et oīs q diligit eum q genuit, diligit & eum q natus est ex eo. In hoc cognoscimus qm̄ diligimus natos Dei, cum deū diligamus, & mādata eius faciamus. Hæc em̄ est charitas dei, vt mādata ei⁹ custodiamus, & mādata eius grauia nō sunt. *Qm̄ om̄e q̄d natū ē ex deo, vincit mundū, & hęc 1.Cor.15.a
est victoria q̄ vincit mundū, fides nr̄a. Quis est q vincit mūdū, nisi q credit qm̄ Iesus est fili⁹ dei?
B hic est q venit p aquā & sanguinē Iesus Chr̄us: nō in aqua solū, sed in aqua & sanguine. Et sp̄us
est q testificat, qm̄ Chr̄us est veritas. Qm̄ tres sunt q testimoniū dant in cœlo, pater, verbū, &
sp̄us sanctus: & hi tres vnū sunt. Et tres sunt q testimoniū dant in terra Sp̄us, aqua, & sanguis: &
hi tres vnū sunt. Si testimoniū hoīm accipimus, testimoniū dei maius est, qm̄ hoc ē testimoniū
dei q̄d maius est, qm̄ testificatus ē de filio suo. *Qui credit in filiū dei, habet testimoniū dei in se Ioh.3.d
C Qui nō credit filio, mendacē facit eum, qa non credit in testimoniū, q̄d testificatus ē deus de filio suo. Et hoc ē testimoniū, qm̄ vitā æternā dedit nobis deus: & hæc vita in filio eius ē. Qui habet filiū dei, habet vitam, qui non habet filium dei, vitam non habet. Hæc scribo vobis, vt sciatis qm̄ vitam habetis æternam q creditis in noīe filij dei. Et hæc est fiducia, quā habemus ad eū
Quia quodcunq; petierimus secundum voluntatem eius, audit vos. Et scimus quia audit nos
D quicquid petierimus: scimus quod habemus petitiones, quas postulamus ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petet, & dabit ei vitam peccanti non ad mortē.
Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis. Omnis iniquitas peccatum est, & est
peccatum † ad mortem. Scimus quia omnis qui natus est ex deo, non peccat: sed generatio dei non
conseruat eum, & malignus non tangit eum. Scimus qm̄ ex deo sumus, & mūdus totus in maligno positus est. Et scimus qm̄ filius dei venit, & dedit nobis sensum vt cognoscamus deū verū, & simus in vero filio eius. Hic est verus deus, & vita æterna. Filioli, custodite vos à simulachris, Amen.

¶ Ep̄læ Catholicæ Iohannis Apostoli primæ finis.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM SEcundam Beati Iohannis Apostoli.

VSque adeo ad sanctam fœminam scribit, vt eandem, dominam non dubitet literis appellare, eiusdem'q; filijs testimonium quod ambulent in veritate, perhibet.

EPISTOLA BEATI Iohannis Apostoli Secunda.



A SEnior electæ dominæ & natis eius quos ego diligo in veritate, & non ego solus, sed & omnes q cognouerunt veritatē, propter veritatē quę pmanet in nobis, & vobiscū erit in æternū. Sit vobiscū gr̄a, misericordia, pax à deo pr̄e, & à Chr̄o Iesu filio pr̄is in veritate & charitate. Ga-
B uisus sum valde, q̄d inueni de filijs tuis ambulātes in veritate, sicut mādatū accepim⁹ à pr̄e. Et nūc rogo te dn̄a, nō tā̄q mādatū nouū scribēs tibi, sed q̄d habuimus ab initio, vt diligamus alterutrū. Et est charitas, vt ambulemus sc̄d̄m mandata eius. Hoc est em̄ mandatū, vt quēadmo-
C dum audistis ab initio, in eo ambuletis, qm̄ multi seductores exierunt in mundū, q nō cōfitent Iesum Chr̄m venisse in carnē, hic est seductor & Antichr̄us. Videte vosmetipsos, ne pdatis quæ operati estis, sed vt mercedē plenā accipiatis
Oīs q recedit, & non pmanet in doctrina Chr̄i, deū nō habet. Qui pmanet in doctrina, hic pa-
D trem & filiū habet. Si qs venit ad vos, & hanc doctrinā nō affert, nolite recipere eum in domū nec Aue ei dixeritis. Qui em̄ dicit illi Aue, cōicat opibus eius malignis. Ecce pdixi vobis, vt in die dn̄i nō confundamini. Plura habens vobis scribere, nolui p chartā & atramentū. Spero em̄ Ioh.16.e
me futurum apud vos, & os ad os loqui, *vt gaudium vestrum plenum sit. Salutant te filij sororis tuæ electæ. Gratia tecum, Amen. 1.Ioh.1.a

F I N I S.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM Tertiam Iohannis Apostoli.

GAius pietatis causa extollit, atq; vt in ip̄a pietate maneat, exhortat. Diotrephen īpietatis, & supbiæ cā obiurgat. Demetrio aūt bonū testimoniū phibet cū fratribus vniuersis.

EPISTOLA BEATI Iohannis Apostoli Tertia.

Senior

Caio secundum latinos Enior † Gaio chariſſimo, quẽ ego diligo in veritate. Chariſſime, de oĩ- A
bus orõnẽ facio ꝓſpere te ingredi & valere, ſicut ꝓſpere agit aĩa tua.
Gauiſus ſum valde veniẽtibus fratribus, & teſtimoniũ phibẽtibus veri
tati tuæ, ſicut tu ĩ veritate ambulas. Maiorẽ hoꝝ nõ habeo grãm, q̃ vt B
audiã filios meos ĩ veritate ambulare. Chariſſime, fideliter facis qcqd
oparis in frẽs, & hoc in peregrinos, q teſtimoniũ reddiderũt charitati
tuæ in cõſpectu eccleſiæ, q̃s, bñfacies deducẽs digne deo. Pro noĩe em̃
eius ꝓfecti ſunt, nihil accipiẽtes à gẽtibus. Nos ergo debemus ſuſcipe- C
re hmõi, vt cooperatores ſimus veritatis. Scripſiſſem forſitã ecclĩę, ſed
is q amat primatum gerere in eis Diotrephes, nõ recipit nos. Propter
hoc ſi venero, cõmonebo eius opa, q̃ facit verbis malignis garriẽs in nos, & q̃ſi nõ ei iſta ſuffici-
ant, neq; ipẽ ſuſcipit frẽs, & eos q ſuſcipiũt, prohibet, & de ecclĩa eĳcit. Chariſſime, noli imitari D
malũ, ſed qđ bonũ ẽ. Qui bñfacit, ex deo ẽ: q aũt malefacit, nõ videt deũ. Demetrio teſtimoniũ
reddiť ab oĩbus, & ab ipã veritate: ſed & nos teſtimoniũ phibemus, & noſti qm̃ teſtimoniũ no
ſtrũ veꝝ ẽ. Multa habui tibi ſcribere, ſed nolui p atramentũ & calamũ ſcribere tibi. Spero ãt ꝓ-
tinus te videre, & os ad os loq̃mur. Pax tibi. Salutãt te amici, ſaluta tu amicos noĩatim. ¶ Finis.

¶ Hieronymus in Catalogo Scriptoꝝ Eccleſiaſticoꝝ.

IVdas frater Iacobi, paruam quidem, quæ de ſeptem Catholicis eſt Epiſtolam reliqt. Et qa de libro Enoch, q apocryphus eſt, in ea aſſumit teſtimonium, à pleriſq; reĳcitur, tamen authoritatem vetuſtate iam & vſu meruit, & inter ſanctas ſcripturas computatur.

¶ Argumentum in Epiſtolã beati Iudæ Apoſtoli.

IVdas Apoſtolus, frẽs de corruptoribus vię veritatis ita informat vt illicitũ eſſe diſſertet, de ſub iugo ſemel erutos ſeruitutis, denuo operam ſuam officĳs nauare ſeruilibus.

EPISTOLA CATHOLICA Beati Iudæ Apoſtoli.

IVDAS Ieſu Chr̃i ſeruus, frater aũt Iacobi, his q ſunt in deo patre dile A
ctis, & Chr̃o Ieſu cõſeruatis & vocatis: Miſericordia vobis, & chari-
tas adimpleať. ¶ Chariſſimi, oẽm ſolicitudinẽ faciẽs ſcribẽdi vobis de
cõi vr̃a ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis, depcans ſupcertari, ſemel
traditæ ſanctis fidei. Subintroierunt em̃ qdam hoĩes (q olim pręſcri B
pti ſunt ĩ hoc iudiciũ) impĳ, dei nr̃i grãm trãsferẽtes ĩ luxuriã, & ſolũ
dñatorẽ, & dñm nr̃m Ieſum Chr̃m negãtes. Cõmonere ãt vos volo,
Num.14.f ſciẽtes ſemel oĩa,* qđ Ieſus pplm̃ de terra Aegypti ſaluãs, ſcđo eos q
nõ crediderũt, pdidit. Angelos vero q nõ ſeruauerũt ſuũ principatũ, C
ſed dereliquerũt ſuũ domicilium, in iudiciũ magni diei, vinculis æter-
Gene.19.e. nis ſub caligine reſeruauit. *Sicut Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates ſili mõ exfornica
tæ, & abeũtes poſt carnẽ alterã, facti ſunt exemplũ ignis æterni pœnã ſuſtinẽtes: ſilr & hi carnẽ
qdem maculãt, dñatorẽ aũt ſpernũt, maieſtates aũt blaſphemãt. Cũ Michael archãgelus cũ dia D
Increpet te. bolo diſputãs altercareť de Moyſi corpe, nõ eſt auſus iudiciũ ĩferre blaſphemię, ſed dixit: † Im-
peret tibi dñs. Hi ãt quæcũq; qdẽ ignorãt, blaſphemãt: quęcũq; ãt naturaliter, tanq̃ muta aĩalia
norũt, in his corrũpunť. Væ illis, q *in via Cain abierũt, *& errore Balaã mercede effuſi ſunt,
Gene.4.d Num.22.d *& cõtradictõe Core perieř t. *Hi ſunt in epulis ſuis, maculæ cõuiuãtes, ſine timore, ſemetipſos E
Num.16.a paſcẽtes, nubes ſine aqua quæ à vẽtis circũferũť, arbores autũnales, ĩfructuoſæ, bis mortuæ, era
1.Pet.2.d. dicatæ, fluctus feri maris, deſpumãtes ſuas cõfuſiones, ſidera errãtia, qbus ꝓcella tenebraꝝ ſer-
Apoca.1.b Eſa.3.c uata ẽ in æternũ. Prophetauit ãt & de his, ſeptimus ab Adã Enoch, dicens: * Ecce venit dñs in
ſanctis milibus ſuis, facere iudiciũ cõtra oẽs, & arguere oẽs ĩpios de oĩbus opibus ĩpietatis eoꝝ F
qbus ĩpie egerũt, & de oĩbus duris q̃ locuti ſunt cõtra eũ pctõres impĳ. Hi ſunt murmuratores,
queruloſi, ſcđm deſideria ſua ambulãtes, & os eoꝝ loqtur ſupbiam, mirãtes pſonas quæſtus cau
ſa. Vos ãt chariſſimi memores eſtote verboꝝ, quæ pdicta ſunt ab apl̃is dñi nr̃i Ieſu Chr̃i, q di-
1.Tim.4 cebant vobis: * Qm̃ in nouiſſimo tpe veniẽt illuſores, ſcđm deſideria ſua ambulãtes in ĩpietati- G
2.Tim.3.a. bus. Hi ſunt q ſegregant ſemetipſos, aĩales, ſpm̃ non habẽtes. Vos aũt chariſſimi, ſupædificãtes
2.Petr.3.a voſmetipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei, in ſpũ ſancto orantes, voſmetipſos in dilectõe dei ſeruate,
expectãtes miſericordiã dñi nr̃i Ieſu Chr̃i in vitã æternã. Et hos qdẽ arguite iudicatos: illos ve
ro ſaluate, de igne rapiẽtes. Alĳs aũt miſeremini in timore, odiẽtes & eã quę carnalis eſt, macu
latã tunicã. Ei aũt q potens eſt vos cõſeruare ſine pctõ, & cõſtituere ante cõſpectũ gloriæ ſuæ
immaculatos, in exultatione in aduentu dñi nr̃i Ieſu Chr̃i, ſoli Deo ſaluatori noſtro per Ieſum
Chr̃m Dñm noſtrum, gloria & magnificentia, imperiũ, & poteſtas ante omnia ſecula, & nunc
& in omnia ſecula ſeculorum, Amen. FINIS.

Prolo-

PROLOGVS GILBERTI IN APOCAlypſim beati Iohannis Apoſtoli.

OMnes q pie volunt viuere in Chr̃o (ſic ait apoſtolus) pſecutiõem patient̃, iuxta illud. Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timore, & præ para aĩam tuã ad tentationem. Tentatio nanq; eſt vita hoĩs ſuper terram. Ne autem fidelis deficiant, in his conſolat̃ eos Dñs atq; confirmat, dicens: Vobiſcum ſum vſq; ad conſummationẽ (Lucæ 12.d) ſeculi, & nolite timere puſillus grex. Propterea videns Deus pater tribulationes quas paſſura erat Eccleſia ab Apoſtolis fundata ſupra petram Chr̃m, vt minus timeantur, diſpoſuit vna cum filio, & ſpũ ſancto eas reuelare. Reuelauit autem tota Trinitas Chr̃o ſcd̃m humanitatem. Chriſtus vero Iohanni per angelũ, Iohannes Eccleſiæ, de qua reuelatõe hunc librũ compoſuit. Vnde, & liber iſte Apocalypſis dr̃, id eſt, reuelatio, q̃a hic continent̃ quæ deus reuelauit Iohanni, & Iohannes Eccleſiæ: quanta ſcilicet Eccleſia paſſa ſit in tp̃e primitiuo, & nunc patiat̃, & in nouiſſimis temporibus Antichriſti paſſura ſit, quãdo tanta erit tribulatio, vt ſi fieri poſſet, etiã moueant̃ electi. Et quæ pro his & nunc & in futuro præmia ſit ſuſceptura, vt quos denuntiata ſupplicia terrent, promiſſa præmia lætificent. Ideo iſte liber inter reliquas ſcripturas noui teſtamenti prophetiæ noĩe cenſetur, quæ alijs eſt excellentior prophetijs. Sicut eñi nouũ teſtamentum præſtat veteri, Euangeliũ legi. Ita hæc ꝓphetia prophetijs veteris teſtamenti, q̃a de Chr̃o & Eccleſia magna ex parte iam adimpleta ſacr̃a denuntiat. Vel etiam ideo quia cũ alijs vnifaria iſti trifaria data eſt prophetia ſimul ſcilicet de præterito & præſenti & futuro. Ad cuius confirmandã authoritatẽ, occurrit etiã authoritas mittentis, deferentis, & accipientis. Mittentis ſcilicet trinitatis, & deferẽtis. ſ. angeli, & accipiẽtis. ſ. Iohannis. Cum aũt Iohanni hæc in viſione fuerũt reuelata, & ſint tria gñ̃a viſionũ, ſub quo gñ̃e contineat̃ videndũ eſt. Viſio eñ̃ alia corporalis, quãdo videlicet corporalibus oculis aliq̃d videmus. Alia ſpũalis, ſeu imaginaria cũ videlicet dormiẽtes vel etiã vigilantes imagines rerũ cernimus q̃bus aliq̃d aliud ſignificat̃, ſicut vidit Pharao ſpicas & Moyſes rubũ ardere: ille dormiens, iſte vigilans. Alia intellectualis, q̃ñ videlicet ſpũ ſancto reuelante intellectui mentis veritatẽ myſteriorũ ſicut eſt captiuus, quo modo vidit Iohãnes quæ in hoc libro referunt̃. Non eñ̃ figuras tantum ſpũ vidit, ſed & earũ ſignificata mẽte intellexit. Vidit ãt Iohãnes & ſcripſit in Pathmos inſula relegatus à Domitiano in exilio principe impijſſimo, hac eum, ad ſcribendũ cõpellente cauſa: q̃a dum exul teneret̃ à Domitiano in Pathmos inſula in Eccleſijs q̃bus præ erat, multa pullularunt atq; inoleuerũt vitia atq; diuerſæ hæreſes. Erãt eñ̃ q̃dam hæretici ibi dicentes, Chr̃m non fuiſſe ante Mariã, q̃a temporaliter de ea natus erat. Quos Iohãnes in principio Euãgelij ſui redarguit, dicẽs: In principio erat verbũ. Et in hoc libro cũ dicit: Alpha & ω, id ẽ, principiũ & finis. Dicebãt etiã q̃dam Eccleſiã pondere tribulationũ añ finẽ ſeculi defiturã & pro labore non præmiũ ęternũ ſuſcepturã. Horũ ergo errores volens deſtruere Iohannes, oñdit Chr̃m principiũ eſſe & finẽ: Vnde Eſaias: Ante me non eſt formatus deus, & poſt me non erit. Et Eccleſiã per exercitiũ tribulationũ non deſinere: ſed proficere, & pro his brauiũ æternũ recipere. Scribit aũt Iohannes ſeptẽ Eccleſijs Aſiæ & earũ ſeptẽ ep̃is, de prædictis inſtruens, & in eis per eam totã generalẽ Eccleſiam docẽs. Eſt itaq; materia Iohãnis in hoc op̃e ſtatus ſpecialiter Aſianæ Eccleſiæ, necnon & totus videlicet quæ in præſenti patiatur, & in futuro receptura ſit. Intentio vero eius eſt mouere ad patientiã, quæ ſeruanda eſt, tum q̃a breuis labor, tum q̃a pręmiũ magnum. Modus tractãdi talis. Primo ꝑmittit ꝓlogũ & ſalutationẽ vbi reddit auditores benignos & attẽtos. Quo præmiſſo accedit ad narrationẽ. Ante narrationẽ vero oñdit Chr̃m eſſe ab ęterno ſine principio & fine. Inducẽs ip̃m loquentẽ: Ego ſum alpha & ω. i. principiũ & finis. Poſtea accedẽs ad narrationẽ diſtinguit ſeptẽ viſiones q̃bus terminatis, iſte liber cõſummat̃. Pręmittit aũt prologũ, dicẽs: Apocalypſis Ieſu Chriſti ſubaudis, hic eſt ſicut in alijs viſio Eſaiæ hæc eſt, & parabolæ Salomonis hæ ſunt.

ITEM ALIVS PROLOGVS IN APOCALYPSIM.

